
9
19 F
15

9-4-d-22



ANNALES ECCLESIASTICI

AVCTORE

CÆSARE BARONIO

SORANO
EX CONGREGAT. ORATORII
S.R.E. PRESBYTERO CARD.
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET
SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS
BIBLIOTHECARIO.

Tomus IX.

PERMISSV AVCTORIS
Editio postrema ab ipsomet aucta et recognita.

MOGVNTIÆ
Sumptibus Ioannis Gymnici, & Antonij Hierati Colonienſ.
M D C I
Cum gratia et privileg. S. Cæſar. Maieſt. ſpeciali.

Ex bibliotheca SS. Alfonſi e Guillelmi [illegible] Aug. reformat. Hiſpanor. [illegible] Romæ

Digitized by Google

HENRICO IV.
FRANCORVM ET NAVARRAE REGI CHRISTIANISSIMO

CÆSAR BARONIVS S. R. E. CARDINALIS Bibliothecarius ſempiternam felicitatem.

ABſoluto poſt multos labores nono Annalium tomo, ſincera mea erga Maieſtatem Tuam obſeruantia exigit, Chriſtianiſsime Princeps, quod & ratio poſtulat, atque commonet argumentum, vt ipſum tibi offeram. Ad hanc enim vſque diem eiuſmodi mei officij exhibitio conſulto eſt dilata, vt opportuniore factam tempore, eam gratiorem acciperes. Nam quod in ſacris prouerbiis eſt: Sermo *Prou. 23. 25.* opportunus eſt optimus. &, Vt mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore ſuo. Equidem expectauimus, vt exoptato occurreremus in via hac glorioſiſsimis illis Francorum Principibus, Regibus, & Imperatoribus, quibus nobilitatus atque locupletatus eſt mundus, Pipinis, Carolis & Ludouicis, vt ex ipſorum rebus fortiter, ſancte, pieque geſtis fieret conuenientior tomi huius oblatio tibi Regi fortiſsimo ac Chriſtianiſsimo, proprio ipſorum hæredi ac legitimo ſucceſſori.

Hi ſunt quos nobiliſsimæ Francorum genti ſancta Romana Eccleſia magno gaudio peperit Reges

& Imperatores, filios primogenitos, per quos è barbarorum inſultibus vendicaretur in libertatem. Hi ſunt illi monſtrorum domitores, cultores iuſtitiæ, quietis publicæ fundatores, Fidei Chriſtianæ propagatores, atq; religionis illibatę cuſtodes, pręcipuè verò Sanctæ Romanæ Eccleſiæ potentiſsimi, ſicut & promptiſsimi defenſores; qui & hũc ipſum ſummæ gloriæ titulum poſteris ſuis publicis tabulis reliquere teſtatum, atq; plurimo ſanguine conſignatũ.

Hi reuera ſunt qui effuſa munificentia (quod admiratur orbis) ditarunt Eccleſias, maximè verò Romanam; in quam veluti ſacrum gazophylacium nõ ſolùm immenſos contulere theſauros oblationibus frequẽtatis, ſed amplas etiam intulere prouincias ſiue ab hoſtibus vendicatas, ſiue proprias; ſummũ lucrum, ſummãq; gloriam æſtimantes, quauis impẽſa, quouis labore ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vtilitati ſapienter proſpicere, fortiterq; conſulere neceſsitati. Quod ingentis fidei opus ſępiùs iteratum Deus reſpiciens & gratũ habens, adeò cumulatis beneficijs compenſauit, vt omnibus innotuerit, idem eſſe de ſancta Petri Sede bene mereri, quod à Deo ad bene diſponendũ, conſeruandum, propagandũ, ſtabiliendumq; Regnũ beneficia ampliſsima promereri.

Nec verò minus grata habuit idẽ Deus humilia erga Romanos Põtifices eorũdẽ Regum obſequia, ſed & multiplicato fœnore cõpenſauit. Dum enim ijdẽ quãuis præcelſa maieſtate ſublimes, præ immẽſo religionis amore humili quoq; ſeruitio Chriſti Vicarios, Petri Apoſtolorũ principis ſucceſſores ſępius publicè coluerũt: Deus qui ea cũcta vt in ſe colla-

taac-

ta accipiebat in Pōtificib. ipſis; cū ſit pollicitus, quod omnis qui ſe humiliat exaltabitur, ſublimiori faſtigio extulit Francorum potētiam, & altiori culmine ſubleuauit, atque firmauit thronum eorumdem regiæ maieſtatis: adeo vt deficientib. penitus ceteris externarum gentium Regnis, quæ inuaſerunt Romanum Imperium, Hunnorum, Herulorum, Gothorum, Alanorum, Vuandalorum & Longobardorum, vnum tantum Francorum Regnum fecerit eſſe amplū atq; perpetuum; eo quod ijdem dilecti ſibi Reges nō terrena tantum potentia, qua reliquæ gentes non fuere minores, ſed & ſpiritualibus vſi ſunt armis illis non omnibus cognitis, de quibus Apoſtolus, Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia ſed Deo potentia: ideoque vinci neſcia, & quæ vincant omnia. Matt. 23. 2. Co. 10.

Iſta continet, conſeruatq; inſtar armamentarij volumen hoc antiquorū Regū Francorū duplicis generis arma victricia, ſigno ſanctę Crucis impreſſa, quę vt ſuū robur & munimentū, veluti propria ſibi vendicat S. Romana Eccleſia. Enimuero ſicut arma Dauid aſſeruabātur in tēplo, eadēq; ſummi ſacerdotis arbitrio, cauſa vrgēte maxima, ſumebātur (vt factū eſt per Ioiadā ſummū Pontificē aduerſus impiā Athaliam, ad deſtructionē inualeſcentis tyrannidis, & extinctionem excreſcentis impietatis) ita iſta in Eccleſia cuſtodita māſerunt, Romani Pontificis monitu, hortatuq; mouenda aduerſus eiuſdē Eccleſiæ ſanctæ perſecutores: Quos cū multos, diuerſosq; diuerſis tēporib. iugiter paſſa ſit, nullos procaciores ſenſit ſentitq; impijs præſentis ſęculi Nouatorib. qui dū Catholicā Eccleſiam canino dente proſcindunt, eoſdē glorioſiſsimos Prin- 4. Reg. 11.

 cipes

cipes,fœdis maculis calumnioſe deturpare ſunt auſi.

His(pro nefas)male olēt lilia optimo odore Chriſti fragrātia; nec mirum,eo quod Chriſti bonus odor 2.Cor. 2. alijs,ſecundum Apoſtolum, ſit odor mortis ad mor- Io. 12. tem,alijs autem odor vitæ ad vitam: Hi enim cum Iuda vnguenti in Chriſti caput effuſionem infamant, dum cūcta eorumdem Chriſtianiſsimorum Regum Francorum erga Romanam Eccleſiam obſequia,officia & beneficia,ſimul cum ipſis omni laude digniſsimis reprehendunt, inſectanturq; conuicijs atq; blaſ- Ec. 10. phemijs:ita muſcæ moriētes,omni ex parte viliſsimę, conatę ſunt,ſed fruſtra,perdere pretioſiſsimi odorem vnguenti. At quomodo iſti tantis Principib. parcant, qui in Deum ipſum & Sanctos eius inuenti ſunt contumelioſi atq; blaſphemi? Fuerunt iſti à nobis eadem ſcriptione vt inſani redarguendi,& confutandi: quo nomine etiā fore Maieſtati tuæ gratum eū ipſum Annalium Tomum exiſtimamus,cum non ſolum ab eorum calumnijs veritate hiſtorica defendantur, ſed & demōſtrentur ijdē Francorū Principes laudatiſsimi, & qui tum Chriſtiana religione, tū bellica fortitudine probētur nulli fuiſſe ſecundi: immo qui præ excellenti virtute in multis fecerint primos eſſe ſecundos.

Tu ergo ab his non degener,nec animi magnitudine impar,vinci religione non ſinas,ſuperari virtute ne patiaris. Non deſunt duplicis generis hoſtes, de quorum victoria cumulatos gloriæ titulos,& auguſtiores pares tibi triumphos. Siquidem altera ex parte doloſa arte hæretici irrepunt; altera vero gladio imperioſo Turcæ graſſantur,ambo licet cultu diſsimiles,impietate pares, Chriſti Eccleſiæ perduelles, & antiquæ

gloriæ Francorum infenſi. Hāc obſcurare penitùs nituntur illi, dum felices olim Gallias eiuſmodi monſtrorum (vt ſanctus Hieronymus ait) expertes, fœtidas, voraceſq; modo pati cogunt Harpyias, *Hiero. in Virgil.*

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira deum ſtygijs ſeſe extulit vndis. *Aen. 3.*

Quæ vultu virgineo, recti nēpe ſpecie fallunt, cunctaque fœdant atq; peſſundāt; Iſti verò dira tyrānide occupant Loca ſancta, omneq; premūt Orientale quondam acquiſitū à Francis Imperiū. In illos vt leges, Rex inclyte, in iſtos vt arma conuertas, clamat ad te magna fiducia mater Eccleſ. bene cōſcia, ſe bono Chriſtianę religionis peperiſſe leonē, cuius vel rugitu tantū (ſi velit) perterrefacti ſileāt illi; iſti verò præſcij, per Frācos inſtare ſui occaſū Imp. aut tibi cedāt, aut cęſi deficiāt.

Cùm autē in his præfando verſaremur, inopinato accidit, vt cōmuni omnium lætitia vulgaretur, Mediceam virginē, Auſtriacū germen, Italiæ ornamentum Mariā inter omnes à Deo delectam moribus Chriſtianiſsimā Chriſtianiſsimo tibi Regi ſancto matrimonio iungi. Quamobrē quod Regi pro dedicatione parabam, modo eidē iam ſponſo etiā exhibeo pro ſponſalibus ſertis. Sit ergo volumen iſtud veluti lilijs contexta corona, qua tu Rex inuictiſsime, ſacrū verticē chriſmate ſancto perfuſum iam exornās, præ cæteris decorus appareas atq; conſpicuus: Nam quid iſtis floribus pulchrius quorū ſpecie, tua corona niteſcit, cū ſentētia Domini, nec Salomō in omni gloria ſua veſtitus ſit, vt vnū ex lilijs agri? Flores dico maiorū tuorū inſignes virtutes. Quibus iam tuam mentem exornàns ſemper vernantibus, nunquam marceſcentibus, ſuauemque odorem vbique ſpirantibus, vbi iam & tu, vt ma- *Matt. 6.*

iores

iores tui, bene olere cœpiſti ſanctiſsimo Patri tuo, vt
Gen.27. illi benedictionem præcipuam ab eo es feliciter conſecutus, cuius merito tibi omnia proſpera cedant.


Sit etiam idem volumen non pro corona tantũ, ſed loco Epithalamij nuptialis, eo quod argumento non diſpar, licet dicendi genere ſit diuerſum, cum vt in eo, maiorum egregia facta narrẽtur. Quo etiã, vt Epitha-
Cant.3 lamio illo ſacro vocantur filiæ Sion videre Regẽ pacificũ in die deſponſationis ſuæ diademate coronatum: ita nos maiores tuos, inclyta illa Francorũ lumina, ne dicã numina, vocamus ſacris nuptijs iſtis adeſſe præsẽtes, ſecũq; à Deo obtẽta largiter ad vos regalia dona ferre. Ac ne quid tam pio deſit officio: Sit nuptijs his (acclamãdo precamur cælites oẽs) pro Auſpice Chriſtus loco pronubæ Dei Genitrix, & Angeli, Sanctiq; oẽs pro paranymphis, qui faueant bene cœptis, eaſdemq; ſacras nuptias copioſa ſanctaq; prole fœcundent; vt quos nos vobis exhibemus in chartis, vos nobis mox reddatis in filijs Pipinos, Carolos, & Ludouicos. Viuite vnanimes iugali ſocietate felices, prole feliciores, & ſpe æternæ gloriæ feliciſsimi. Amen.

Præſens 9. Annal. Tomus incipiens ab anno Redemptoris 714. perducitur vſq; ad annum 842. quo & orta hoc ſæculo in Oriente, debellata eſt penitus Iconoclaſtia; vt plane qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduerſus impios Iconoclaſtas, veritatis ſcopum attinget. Continet annos centum viginti octo.

Poſtrema hæc eſt Noni Tomi Annalium Eccleſiaſticorum editio, ab Auctore recognita, emendata, aucta, atq; locupletata, quam & aliarum poſtea ab alijs cudendarum editionum idem vult eſſe prototypum. Si qua igitur ab aliquo in poſterum editio facta ab hac inuenta fuerit diſcrepare, eam minime eſſe germanam Lector intelligat.



ANNALES ECCLESIASTICI.



PRÆFATIO AVCTORIS CVM IMPLORATIONE DIVINI AVXILII.

MAGNA quidem vis eſt atq; potentia veritatis, vtpote quę Dei Filium inuiſibilem atq; incomprehẽſibilem è cœlo duxit in terram, fecitq; viſibilem hominem, vt eũdem ſui teſtem fidelem efficeret. Id enim profitetur ipſe, dum ait [a]: *Ego in hoc natus ſum, & in hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* noſque idipſum præſtare volens, ſic monuit [b]: *Et vos teſtimonium perhibebitis.* adeò vt qui Chriſti ſunt, iidem teſtes eſſe debeant veritatis. Sicut enim magnus ille Patriarcha Iacob [c] non ſolùm ipſe lapidem erexit in titulum, ſignum ac teſtimonium cum Laban ſancitæ concordiæ, ſed ſuos omnes ſimul in vnum conferre lapides præcepit, tantâ copiâ, vt tumulus eleuaretur, quem Aceruum teſtimonij nominauit: ita & Chriſtus non ſolùm lapidem [d] illum ſummum, angularem, electum, pretioſum, ac viuum erexit in titulum, eâ ſublimi inſcriptione ſignatum: *Ego [e] ſum Via, Veritas, & Vita*: ſed & ſuis idipſum faciendum præcepit, etiam ſi opus ſit vitæ diſpendio, huiuſcemodi ſcilicèt in vnum aggregare lapides indices, ſemper loquentes teſtimonia veritatis.

a Ioan. 18.
b Ioan. 15.
c Gen. 31.
d 1. Petr. 2.
e Ioan. 14.

Cùm autem id iugiter in Eccleſia factum conſtet; nos id operis ſponte ſuſcepimus, vt ex rebus geſtis prodita annis ſingulis teſtimonia veritatis, eadem ſimul congerentes in vnum, ac temporis ordine diſponentes, tolleremus in altum nobiliorem tumulum teſtium, qui ſui eminentiâ factus orbi vniuerſo perſpicuus neminem latere poſſet; adeò vt hac ex parte ſi quis Annales hos, antiquo nomine Aceruum teſtimonij appellauerit, puto ſcopum veritatis attinget. Lapides ſiquidem ſunt iſti vocales, vbi ſit Eccleſia Catholica edocentes: quos qui non audiunt, eſſe ſurdi penitùs conuincantur, & arguantur omnino cæci, qui non videant quòd tantâ ſublimitate promineat; atque prorſus ſit exiſtimandus inſanus, qui tantâ congerie ac mole teſtium ſpretâ, ſuam potiùs omnibus duxerit præferendam eſſe ſententiam.

Suſcepti igitur nos memores inſtituti, ac Domini commonentis, atque dicentis [f]: *Qui non colligit mecum, diſpergit*; eiuſmodi colligendi lapides cœpti ſemel proſequimur opus: & quamuis nimio labore feſſi, aſſurgimus tamen alacres, non noſtris confiſi viribus, ſed de conſueto patrocinio, quod iugiter imploramus, patronæ noſtræ ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ Virginis omninò ſecuri. Cuius & precibus illud rogamus impendi, vt idem, qui in dies magis, maioribus incrementis Aceruus teſtium exaltatur, tanquam excelſa Pharus eluceat miſeris illis, qui cæcâ nocte per altum pelagus ſæuâ tempeſtate iactati [g], circumferuntur omni vento doctrinæ; quo tandem ad lucem veritatis, licèt ſero, conuerſi, illuc clauum dirigant, vnde male ſoluerunt, ad portum ſalutis, Catholicam ipſam ſanctam Eccleſiam, quæ vnica in æternum perſtat [h] columna & firmamentum veritatis.

f Luc. 11.
g Epheſ. 4.
h 1. Tim. 3.

IESV CHRISTI
Annus 714.

GREGORII PAP. II. Annus 1. — ANASTASII IMP. Annus 2.

I. ANNVS Redemptoris ſeptingenteſimus decimusquartus, Indictione duodecimâ, ſuperiori Tomo vſque ad obitum Conſtantini Papæ in Annalibus relatus habetur: quæ autem ab eo tempore vſq; ad eius finem geſta eſſe reperiuntur, iam aggredimur enarrare; atque primùm de ſede Gregorij, eius nominis ſecundi Romani Pontificis, quẽ abſolutiſſimi omni ex parte ſummi ſacerdotis expleſſe numeros, cùm res ab eo præclarè geſtas perlegeris, æquè conſenties. Quod primùm ad tempus ſpectat, cùm aliam eius Pontificis ſedis longè diuerſam annorum rationem initam à recentiore [a] auctore eſſe reperias ab ea, quam nos ponimus hoc anno inchoatam eſſe, nempe quòd tradat poſt biennium ipſum ſedere cœpiſſe, dignum exiſtimamus, more noſtro, nihil ſine certa teſtificatione leuiter affirmare, ſed ea de re exactam afferre rationem. Aſſertione in primis id conſtat Anaſtaſij Bibliothecarij, qui dum numerat ſedis eius annos ſexdecim, menſes octo, & dies viginti, mortuumque dicit vndecimâ Februarij, Indictione decimaquartâ, vtique hoc anno ſedere cœpiſſe affirmare neceſſe eſt: dumque rurſum tradit, Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum ad eum litteras ſcripſiſſe, itidem hoc anno ipſum Pontificem eſſe creatum pariter admonet; ſiquidem illo de throno depoſito, alius loco ipſius anno ſequenti ſediſſe reperitur. etenim hoc anno ſecundo Anaſtaſij Imperatoris Ioannem ipſum redactum in ordinem, Theophanes tradit, ipſum verò Anaſtaſium Auguſtum præſentem non exceſſiſſe annum. Teſtantur & Sigebertus ac plures alij hoc anno Gregorium ſedere cœpiſſe. Hæc de his quæ ad temporis rationem ſpectare noſcuntur: iam verò de ipſius Gregorij electione agamus.

Gregorii ſecundi ſedis tempus.

[a] Panuin. in Faſt.

II. Cùm autem poſt Conſtantini Pontificis obitum ſedes vacaſſet dies quadraginta, vt idem Bibliothecarius auctor eſt, vigeſimaſecundâ menſis Maij, ipſe Gregorius ſummâ concordiâ Cleri totius & populi Pontifex creatus eſt. eminens enim in eo tum doctrina, tum ſanctitas id ab inuitis etiam extorquebat. Sed audiamus quæ de ipſo Bibliothecarius habet: *Gregorius ſecundus natione Romanus, ex patre Marcello, fuit temporibus Anaſtaſij, Theodoſij, & Leonis, atque Conſtantini Auguſtorum. Hic à parua ætate in Patriarchio nutritus, ſub ſancta memoria domno Sergio Papa ſubdiaconus atque ſacellarius factus, Bibliotheca eſt illi cura commiſſa; deinde ad diaconatus ordinem prouectus eſt à ſancto viro vir caſtus, diuinæ Scripturæ eruditus, facundus loquelâ, & conſtans animo, Eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariorum fortiſſimus impugnator.* hæc de eius primordiis atque moribus Anaſtaſius.

Gregorii primordia.

III. Vbi autem Gregorij creatio innotuit Orientalibus, Ioannes Conſtantinopolitanus ad eum ex more Synodalem epiſtolam ſcripſit, vt idem Anaſtaſius auctor eſt, qui ait: *Huius temporibus Ioannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Synodicam Romam miſit, & ad eum reſcriptis idem vſus eſt Pontifex.* hæc tantùm de his ipſe. Quòd enim idem Ioannes hæreticus eſſet, vt vidimus, intruſus à Philippico Imperatore, haud dubitari poteſt, reiectam à Gregorio Ioannis Synodalem epiſtolam, quâ ipſe, & alij cum eo Epiſcopi ſcribentes ad recèns creatum Romanum Pontificem, ab illo communionem Catholicam ſuffurari tentarent: ſed eos tanquam hæreticos ipſe Pontifex eſt auerſatus, & ipſum pſeudopatriarcham è throno deponendum curauit. Quòd enim non antè, ſed cùm reſcripſit Gregorius Conſtantinopolim, ipſe Ioannes è throno depoſitus inuenitur, vtique exiſtimare dignum eſt, id litteris factum eſſe Gregorij ad Anaſtaſium Imperatorem, ad id præſtandum validè impellentis: qui & more maiorum Apocriſarium mittens Conſtantinopolim Michaëlem presbyterum, per eundem id viſus eſt procuraſſe. Pepercerat hactenùs ei Anaſtaſius eâ fortaſſe ratione, quòd ab ipſo coronam Imperij ſolemnibus ritibus accepiſſet. Verùm hoc anno, qui ſecundus Anaſtaſij numeratur, fuiſſe Ioannem in ordinem redactum, Theophanes affirmat, cuius & ſententiâ hoc pariter anno, Kalendis Auguſti, electum fuiſſe ſanctum Germanum, poſſumus intelligere. Dum enim [b] ait, *ipſum Germanum ſediſſe annos quatuordecim, menſes quinque, & dies ſeptem, deſiiſſe verò ſeptimâ Ianuarij, Indictione decimatertiâ*; vtique docet, hoc anno, menſe Auguſto ſedere cœpiſſe. Quomodo autem iſta de ſubrogatione Germani ſe habuerint, ab eodem Theophane ſic accipe.

Ioannes epiſc. Conſtantino. hæreticus depoſitur.

[b] Theoph. ann. 13. Leonis Imp.

IV. *Anno, inquit, ſecundo Artemij, qui & Anaſtaſij, tranſlatus à Cyzico vrbe metropoli Germanus Conſtantinopolim, in quo & commonitorium tranſlationis, quod ſubinfertur, pronuntiatum eſt, continens ita: Electione & approbatione religioſiſſimorum presbyterorum & diaconorum totius venerabilis ſacrique ſenatus, & amici Chriſti populi, conſeruandæ huius regiæ vrbis diuinâ gratiâ, quæ ſemper infirma curat, & ea quæ* [*] *non ſunt adimplet, tranſtulit Germanum ſanctiſſimum Præſulem Cyzicenſium metropoleos in Epiſcopum huius à Deo conſeruandæ ac Imperatoriæ ciuitatis. Facta eſt præſens tranſlatio in præſentia Michaëlis ſanctiſſimi presbyteri & Apocriſarij Apoſtolicæ ſedis ſub Artemio Imperatore.* hactenùs commonitorium, quod appellat Theophanes, ſiue decretum de tranſlatione Germani è Cyzicena Eccleſia in Conſtantinopolitanam ſedem. Delectus enim tantus vir fuit ob eius egregiam ſanctitatem & eruditionem, cùm etiam & generis nobilitate haberetur inſignis. *Fuit enim* (inquit Zonaras) *Germanus filius Iuſtiniani patricij, qui eo tempore quo Conſtantinus Pogonatus Imp. è Sicilia veniens victus eſt in eos qui alium Imperatorem deſignauerant, ab eodem occiſus eſt; & eius filium Germanum, cùm eius ætatis eſſet, quâ caſtrari homines ſolent, eunuchum fecit.* hæc Zonaras in Conſtantino. Magnâ quidem Dei prouidentiâ factum eſt, vt tantus Epiſcopus temporibus iſtis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ daretur, cum eidem Eccleſiæ maxima omnium perſecutio immineret.

[*] deſunt

Germanus eligitur Epiſcopus Conſtantinop.

V. Quodnam autem ſpecimen ſanctitatis ediderit, cùm electus in Eccleſiam duceretur, collocandus in throno, dum prophetico afflatus ſpiritu ventura prædixit, habetur in rebus geſtis præclariſſimi martyris Stephani Iunioris apud Ioannem Damaſcenum his verbis expreſſum: *Cùm eximius vir Germanus in patriarchicum thronum aſcenſurus eſſet, plebs ingenti frequentiâ ad maximum ſanctæ Sophiæ templum, ipſum videndi cupiditate concurrebat. erat enim ille virtutis nomine clarus & illuſtris, atque in omnium linguis non ſine voluptate verſabatur. Vna autem cum omnibus præclarum illud parentum Stephani par occurrens, ſcamnum quoddam occuparat, quo eum quem cupiebat, è ſuperiori loco intueri poſſet. Cùm igitur ille per Eccleſiam tranſiret, ſtatim mulier, quæ Stephanum geſtabat in vtero (ipſum enim eum quem geſtabat in vtero, cura concitabat) Benedic, domine, id quod in vtero meo eſt, cla-*

Stephanus iunior in matris vtero benedicitur.

mare cœ-

Digitized by Google

mare cœpit. ille autem perſpicaci animæ oculo eum, qui vtero geſtabatur, intuens: Benedicat hunc Dominus per primi martyris interceſſiones, reſpõdit. Apud omnes porrò mulier affirmabat, ſe eâ horâ quâ hoc audiſſet, igneam flammam ex diuino illo ore proſilientem vidiſſe. Vt igitur in lucem editus eſt, ſtatim eum, vt magnus Germanus prædixerat, Stephanum appellarunt. &c. Ita quidem ad bellum quod parabatur, militem antequam naſceretur, viſus eſt deſignaſſe, ac martyrem prędixiſſe Germanus, dum eum per primi martyris Stephani interceſſionem cum benedictione ſignauit: quod & manifeſtiùs declararunt euenta, vt ſuis locis inferiùs dicturi ſumus.

VI. Turbatur inter hæc totus Reipublicæ ſtatus, tumultuantibus militibus, & alium ſibi Imperatorem deligentibus nomine Theodoſium. Quod quidem hoc anno factum eſſe, Theophanes in primis tradit, & alij omnes æquè conſentiunt, cùm Imperij Anaſtaſij non niſi annum & tres menſes numerant. Quomodo autem id acciderit, ab eodem Theophane, qui cęteris ſicut antiquitate, ita & auctoritate præſtat, hæc breuiter accipe: *Cum Artemius, idemq́; dictus Anaſtaſius, didiciſſet, quòd claſſis Sarracenorum ab Alexãdria in Phœnicem properaret ad ligna cypreſſina ĩncidenda, eademq́; ad vſum nauium comparanda, miſit claſſem vt obſiſteret, cui præfecit * Obſicium, nec non Ioannem magnæ eccleſiæ diaconum. Porrò idem Imp. generalem logothetam Obſicium & alios omnes in Rhodo inſula conuenire iubet. Vbi cùm eſſent, ab eis qui erant Obſicij, aduerſus eos qui erant Ioannũ, diſſenſio orta eſt, quã factũ, vt occiſo Ioanne, aduerſa partis militibus præualentibus, dum timerent Imperatorem ob admiſſum facinus, reuerſuri ad propria, cùm Adramyttium perueniſſent, inuenientes indigenam hominem, nomine Theodoſium, qui erat tributorum publicorum exceptor, eum hortati ſunt imperare; qui fugâ lapſus in monte latuit, ſed inuentum imperare coëgerunt; Conſtantinopolimq́; verſus nauigantes, cũ claſſe regiâ pugnandum fuit, donec tandem poſt ſex menſes proditione vrbis portâ patefactâ, vnà cum ſuis admiſſus eſt Theodoſius, qui Anaſtaſio vitam conceſſit, quam duceret factus monachus in monaſterio, vbi fuit exilio relegatus. Cùm interim Leo Iſauricus præfectus Orientis minimè volens nouo Imperatori ſe ſubiicere, ſecũ attrahens Artabaſſum præturem Armeniæ, cui & filiam ſpopõdit in matrimonium ſe daturum, de Imperio adipiſcendo cogitare cœpit.* Hęc ſunt ex Theophane ſummatim collecta, de rebus hoc anno geſtis in Oriente.

ANASTASIVS IMP. CESSAT. THEODOSIVS IMPERAT.

* Comitem obſequii.

IESV CHRISTI
Annus 715.

GREGORII PAP. II. Annus 2. THEODOSII IMP. IV. Annus 1.

I. SEPTINGENTESIMVS decimusquintus Redemptoris annus ſequitur, idemque ſui exordio ſignatus Indictione decimatertiâ, quo Theodoſius eius nominis quartus Imperator, vbi habenas Imperij pulſo Anaſtaſio eſt adeptus, quòd Catholicus eſſet, nihil antiquius habuit, quàm vt quòd Philippicus Imperator fuerat demolitus, ipſe reſtitueret nobile monumentum, quo ſex œcumenicæ Synodi depictæ erant: qui hoc facto ita compreſſit ora hæreticorum, vt omnis de fide quæſtio in eâ vrbe ceſſarit. Iſta Anaſtaſius in Gregorio, & alij. hæc in Oriente. Iam vero quæ in Occidente in eiuſdem Gregorij Pontificatûs exordio facta idem Anaſtaſius tradit, hic reddamus:

II. Quòd enim Longobardorum gladij vndique imminerent, quibus maximè in votis eſſet Vrbe potiri; quam cùm Heruli, Gothi, Vuandali diuerſis temporibus ſæpè cepiſſent, ipſi verò quod nunquã conſequi potuiſſent, probro ducebant. Quamobrem Gregorius Papa ad muniendam mœnibus Vrbem adiecit animum, quod & à prædeceſſoribus tentatum eſſe ſciebat: ſed quod nec ipſe perfecerit, alijs ingruentibus moleſtijs, Anaſtaſius docet his verbis: *Hic exordio Pontificatûs ſui calcarias decoquere iuſſit. A porta ſancti Laurentij inchoans, huius ciuitatis muros inſtaurare decreuerat, & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis, varijsq́; tumultibus præpeditus eſt.* hæc Anaſtaſius. Cœptis itaque minimè fauens Deus, voluit cunctis innotuiſſe, ipſum eſſe poſitum in Vrbe [a] murum & antemurale; fortemque atque inexpugnabilem permanſuram Vrbem, ſi eius habitatores iuſtitiam colerent: quod quidem pluribus ſæpè eſt declaratum exemplis. Sed quid turbarum his diebus acciderit, vt idem S. Gregorius auocaretur ab inſtituto, idem Anaſtaſius narrat his verbis: *Tempore etiam ipſo caſtrum vnum à Longobardis fuerat ſub pacis dolo peruaſum. quo audito, omnes redditi ſunt triſtes. Adhortans autem ſanctiſſimus Pontifex, ac commonens Longobardos, vt redderent; quòd ſi non acquieſcerint, in iram diuinam inciderent pro dolo quem fecerunt, ſuis ſcriptis proteſtabatur. Nam & munera eis dare, vt reſtituerent, voluit multa: ſed illi turgidâ mente neq; monita audire, nec reddere ſunt paſſi. Vnde idem ſanctus indoluit, ſeſeq́; ſpei contulit diuinæ. Atque in munitione Ducis Neapolitani & populi vacans, ducatum eis, qualiter agerent, quotidie ſcribendo præſentabat. Cuius mandato obedientes, inito conſilio, mœnia ipſius caſtri * verſuti ſub nocturno ingreſſi ſunt ſilentio, Ioannes ſcilicèt dux cum Theodimo ſubdiacono & Rectore, atque exercitu: & Longobardos penè trecentos cum eorũ Caſtaldione interfecerunt; viuos autem ampliùs quingentos comprehendentes, captos Neapolim abduxerunt, & ſic caſtrum recipere potuerunt, pro cuius redemptione ſeptuaginta auri libras ipſe ſanctiſſimus Papa (vt promiſerat) dedit.* hucuſque verba Anaſtaſij. Eadẽ habet & Paulus diaconus, qui & Cumanum id fuiſſe caſtrum affirmat. ex quo poſſumus intelligere à Beneuentano Duce Longobardorum id perpetratum fuiſſe.

[a] Eſa. 26.

CVMANVM CASTRVM ROM. ECCLESIÆ INVASVM A LONGOBARDIS.

PER NEAPOLITANOS ECCLESIÆ ROMANÆ CASTRVM RECIPITVR.

* veluti

III. Vidiſti, Lector, ſanctum Pontificẽ æquè ac Gregorium primum in numerum ſanctorum receptũ, bona Eccleſiaſtica ab hoſtibus inuaſa minimè contempſiſſe, vel recuperare deſiiſſe, quãtumlibet impoſſibilis propemodùm videretur eius expugnatio loci, ſed quòd minùs poſſet ſuis, id alienis armis recipere procuraſſe, omnique ſtudio præſto fuiſſe, conſilio, opè, pecuniâ adiuuiſſe, ſubdiacon etiam Eccleſiæ Romanæ operâ vſum eſſe. Sed obſerua ordinem quo proceſſit, nimirùm vt primùm, paternis monitionibus rem ageret; deinde, vt contemptores Eccleſiaſticis cenſuris exterreret; denium verò, vt in eos hæc omnia contemnentes ageret armis, eiſque caſtrum expugnandum curaret. Sic Deus rem tantam aggredi voluit Pontificem & doctrinâ & ſanctitate inſignem, eiusq; exemplo ſanciri diſciplinam, quâ ſucceſſores erudiri, ablata bona Eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus vindicarent, etiam ſi opus ſit armis, ſi cætera remedia contemnantur. Poſſunt ſanè bella fieri à Chriſtianis, vt ſanctus Auguſtinus [b] ſcribit ad Marcellinum, ex charitate & miſericordia dixerim, & lucro eorum qui impetuntur; cùm videlicèt occupando quis quæ ſua non ſunt, reus permanet damnationis æternæ, à qua vel inuitus liberatur, cum vi aufertur, quod malè poſſedit, fitque ſecundùm illud Dauidicum [c]. *Contere brachium peccatoris & maligni.* ex qua fractura, quòd ſalus animæ acquiratur, mox

BONA ECCLESIÆ QVOMODO A RAPTORIBVS RECVPERANDA.

[b] Aug. ep. 5.

[c] Pſal. 9.

ſubditur: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Sic igitur ex charitate atq; miſericordia infertur bellũ, in quo qui vincitur, ſimul vincat. & vnus tantũmodò vincatur diabolus, cùm cogitur captiuatam animam reddere liberam, factâ reſtitutione bonorum.

IV. *Theodimi ſubdiaconi epitaphium.* Quod verò ad Theodimum S. R. E. Subdiaconum & Correctorem Campaniæ, de quo eſt facta mentio, pertinet, extat eius ſepulchralis inſcriptio Neapoli in Eccleſia ſancti Andreæ, ad Nidum dicta, in tabula marmorea ante altare his verſibus exarata.

CONFVCIENTIS AD TVVM SVFFRAGIVM LÆTVS AMPLECTERE OSSA PVTRIDA TABEFACTA APOSTOLE SCE QVI OB TVI MERITI DESIDERIVM AVLÆ TVÆ MOENIA MIRA FECIT PVLCHRITVDINE CORVSCARE.

VT TVIS ADIVTVS AVXILIIS DISRVPTIS VINCVLIS INFERNI HINC RESVRGERE CARO MISERA POSSIT ET IN DIE EXAMINATIONIS CALCATIS FACINOROSIS PECCATIS GAVDIA DIVINA PERCIPIAT TE INTERPRECANTE MARTYR ANDREA.

HIC IN PACE MEMBRA SVNT POSITA THEODIMI SVBD. REG. ET RECT. SCE SEDO. APOST. ET *DISP. HVIVS DIAC. BEATI ANDREÆ.

*Diſpenſator huius Diaconiæ

SI QVIS PRÆSVMPSERIT NVNC TVMVLVM VIOLARE ERIT ANATHEMATIS VINCVLIS INNODATVS.

V. *Diaconiæ Rom. eccl. in diuerſis prouinciis.* Hactenùs Theodimi ſubdiaconi Regionarij & Rectoris ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & diſpenſatoris Diaconiæ ſancti Andreæ epitaphium ſepulchrale. Ex quibus & illud obſeruatione dignum intelligis, in locis illis, vbi Romana Eccleſia patrimunia poſſidebat, conſtitutas eſſe Diaconias, ſicut in vrbe, in quibus eleemoſynæ à ſubdiacono Rectore patrimonij & diſpenſatore erogari ſolerent. Eorum namque miniſtrorum fuiſſe munus, curam gerere pauperum, ex pluribus ſancti Gregorij litteris edocemur, datis ad Anthemium ſubdiaconum, eo tempore Neapoli eodem munere fungentem. Sed etſi non tempus, locus tamen exigit, vt in eadem Diaconia S. Andreæ, aliud hoc vetuſtius ibidem poſitum epitaphium hic deſcribamus.

Candidæ vetus epitaphium.

✝ MORS QVÆ PERPETVO CVNCTOS ABSORBET HIATV
PARCERE DVM NESCIT SÆPIVS IPSA PAVET
FOELIX QVI AFFECTVS POTVIT DEMITTERE TVTOS
MORTALEM MORIENS NON TIMET ILLE VIAM.
CANDIDA PRÆSENTI TEGITVR MATRONA SEPVLCHRO
MORIBVS INGENIO ET GRAVITATE NITENS.
CVI DVLCIS REMANENS CONIVNX NATVSQVE SVPERSTES
EX FRVCTV MATER NOSCITVR IN SOBOLE
HOC PRECIBVS SEMPER LACHRYMOSA HOC VOCE PETEBAT
CVIVS NVNC MERITVM VOTA SECVTA PROBANT.
QVAMVIS CVNCTA DOMVS NVNQVAM TE FLERE QVIESCAT
FELICEM FATEOR SIC MERVISSE MORI.
✝ HIC REQVIESCIT IN PACE CANDIDA C. F. QVÆ VIXIT PL. M. ANN. L. DIE IV. ID. SEPT. IMP. D. N. MAVRITIO PP. AVG. ANN. IV. P. C. EIVSD. AN. II. IND. QVARTA.

Tradunt hanc claruiſſe miraculis, dignamque habitam quæ referretur in Sanctorum numerum. Viget enim eius memoria in Romano Martyrologio vnà cum ſancta Candida ſeniore diſcipula ſancti Petri.

VI. *Luithprandus donationem confirmat.* Sed redeamus ad Longobardos. Horum Rex Luithprandus primò inſenſus Pontifici repetiit ab Eccleſia Romana Alpes Cottias, quas Aripertus Rex Longobardorum antea ipſi donauerat: verùm pœnitentiâ ductus eaſdem rurſus eidem Eccleſiæ confirmauit. Hæc Anaſtaſius & Paulus diaconus, necnon Beda huius temporis ſcriptor, dũ ait: *Luithprandus rex Longobardorum donationem Alpium Cottiarum, quam* * *Heribertus rex fecerat, & ille repetierat, admonitione venerabilis Gregorij Papa confirmauit.* Hæc ipſe. Eadem & alij recentiores hiſtorici. Id ipſum Oldradus in epiſtola ad Carolum Magnum, vbi id primo anno euſdem Regis ab ipſo factum tradit.

* Aripertus

IESV CHRISTI
Annus 716.
GREGORII PAP. II. Annus 3. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 1.

I. *Leo Iſaurus imperat.* SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus decimusſextus, Indictione decimaquartâ quo octauo Kalendas Aprilis Leo Iſaurus, abdicante ſe Theodoſio Imperatore, habenas ſumit Imperij. De his acturi, primùm omnium quæ ad temporis rationem pertinent, ſunt accuratiùs diſquirẽda. De die aſſentimur Theophani, eâ id factum die affirmanti; at non ſic de anno, qui id in annum ſequẽtem reijcit, cùm id factum tradat Indictione decimaquintâ. Sunt hæc eius verba: *Regnauit autem Leo ab octauo Kalendas Aprilis decima quinta Indictionis vſq; ad quartum decimum Kalendas Iulij nona Indictionis.* &c. Vt autem ipſi minimè aſſentiamur, cogit Gregorii Papæ epiſtola ad eundem Leonem Imperatorem data, quam reddituri ſumus ſuo loco inferiùs, quâ ipſe affirmat, accepiſſe ab eodem Imperatore epiſtolam inter alias datã quartadecimâ Indictione, & alias annis ſingulis ſequentibus, vſque ad decimum annum eiuſdem Imperii ab ipſo datas; cuius certâ aſſertione, firmâq; teſtificatione recedere cogimur à Theophane. His accidit, quòd cùm omnes qui de Theodoſio agunt, affirmẽt, ipſum non niſi annum imperaſſe, ac poſteà ſe abdicaſſe, ſi in ſequentem annum ipſum Imperium propagâſſe dixerimus, vtiq; biennio imperâſſe dicendum eſſet, quod nemo aliorum Græcorum dixiſſe videtur. Hæc de tempore.

II. *Abdicatio Theodoſii.* De abdicatione verò Imperii per Theodoſium factâ modo dicendum. Theophanes rem geſtam breuiter narrans, hæc ait: *Theodoſius compertis his quæ geſta ſunt, ſuperius enarrata, conſilio à Germano Patriarcha & à Senatu percepto; per eundẽ Patriarchã à Leone verba indemnitatis accepit, & Eccleſia ſuæ ſine perturbatione ſeruandæ; & ſic ei committunt Imperium. Porrò Theodoſius vnà cum filio ſuo Clericus factus, reſiduum vitæ ſuæ trãſiuit in pace.* Hæc Theophanes. Epheſi eum defunctum tradunt, egregieq; dum viueret philoſophatũ ſepultumq; in Eccleſia S. Philippi in fraterno ſepulchro, in quo, epitaphii loco, id tantùm inſcribi voluerit, SANITAS, deſignãs virum fidelem per mortem tantummodò perfectam conſequi ab animæ paſſionibus ſanitatem. Addunt præterea ab incolis loci traditum, ipſum etiam miraculis coruſcaſſe.

III. Quod verò pertinet ad Leonem, præfectus [a] hic fuit ab Anaſtaſio Imper. regionibus Orientis, pollensq; exercitu, poſt obitum Anaſtaſij, in Armenia,

[a] Cedr. Annal. to. 3.

vbi degebat, cœpit augere vires, quibus (quod cogitabat aſſiduè) poſſet Theodoſium pellere Imperioq; potiri. quod vt vidimus, ex ſententia accidit, cùm Theodoſius quietis potiùs, quàm imperii cupidus eſſet. Sed quæ de ipſius Leonis origine & ad Imperium vſque progreſſu Græcorum Annales habent, hic pariter deſcribamus [a]: *Hebræi impoſtores, qui quòd falſa pronuntiaſſent Arabum Regi, quæſiti ad necem, cum fugiſſent in Iſauriam, nacti Leonem adoleſcentem, eumdemq; & Cononem nominatum, videntes ipſum formoſiſſimum procero corpore, ſed qui ſordidâ arte alebat, prænuntiauerunt ei, fore vt Romano Imperio potiretur; iuramentoq; eum obligant, ſi hoc eſſet, facturum quod poſtulabunt. Iurauit id Leo in Eccleſia ſancti Theodori, quæ vicina erat. Poſt hæc factum, vt Leo à Siſinnio Patricio in militiam adſciſceretur, à Iuſtiniano autem Spatarius crearetur, ab Anaſtaſio verò præfecturâ Orientis inſigniretur, licèt alij iam à Theodoſio aſſecutum tradant, & ſic Imperator euaſerit.*

LEONIS PRIMORDIA ET ASCENSVS IN IMPERIVM.

[a] *Cedr. Annal. l. 3. Theophan. & Zonar.*

IV.

PERGAMVM A SARRACENIS CAPTVM.

Dum hæc agerentur, ſubdit Theophanes: *Maſalmas Princeps Sarracenorum deſcendens in Aſiam minorem, nullo negotio Pergamum cepit, peccatis populi id exigentibus: Decepti ciues ab impoſtore mago horrendum diabolo ſacrificium immolarunt. ſiquidem adductam viri ciuitatis illius mulierem incinctam, iamq; parituram inciderunt, & aſſumpto paruulo in cacabo coxerunt. atq; in huiuſmodi deteſtabili ſacrificio omnes qui bellare volebãt, dexteræ manus ſuæ manicas intingebant: & idcircò traditi ſunt inimicis.* Iſta Theophanes, cui aſſentiuntur Græcorum cęteri. Quæ his ſubijciunt de obſidione Conſtantinopolis ciuitatis, anno ſequenti ea contigiſſe noſcuntur. agemus de ea pluribus ſuo loco.

V.

LEO IMP. SCRIBIT AD GREGORIVM PAPAM A QVO BENIGNE SVSCIPITVR.

Quo pariter anno idem Leo potitus Imperio, ne quid prætermitteret quod præſtare ſolerent orthodoxi Imperatores, coronandus à Germano Patriarcha, ipſo exigente, iurauit ſe Fidem Catholicam illibatam in omnibus ſeruaturum; epiſtolamq́ue ſcribens ad Gregorium Romanum Pontificem, de ſua promotione eumdem reddidit certiorem, Fideiq; ſuæ orthodoxam confeſſionem adiungens, ex more ab eo Catholicam communicationem expetiit. His acceptis Gregorius, qui & litteris Germani Patriarchæ de ſincera fide Imperatoris pariter admonitus fuerat: Apoſtolicas ad eundem Imperatorem litteras reddidit, quibus ſignificaret, ſe eum vt Eccleſiæ filium benignè ſuſcipere, & curaturum vt vbique in Occidente principes Chriſtiani ipſi fœdere amicitiæ iungerentur: factumq́ue tunc, vt miſſæ Romam imagines eiuſdem Imperatoris, quas Laurata nominare conſueuerunt, à ciuibus magno fuerint honore ſuſceptæ, vtque idipſum in prouinciis præſtaretur à Principibus Chriſtianis, æquè eiuſdẽ Gregorij operâ curatum eſt. Habentur hæc omnia fuſiùs explicata ab ipſo Romano Pontifice in ea, quam eiuſdem Imperatoris anno decimo ad ipſum ſcripſit epiſtolam, quam ſuo loco inferiùs reddituri ſumus.

VI.

GREGORII PAPÆ DILIGENTIA IN RESTITVENDIS MONASTERIIS.

Cæterùm idem Gregorius his temporibus ceſſans à tumultibus bellicis, ad monachiſmi collapſi reſtitutionem, monaſteriorumq́ue dirutorum reſtaurationẽ adiicit animum. *Nam*, vt ait Anaſtaſius, *monaſteria, quæ ſecus Baſilicam ſancti Pauli erant in ſolitudinem redacta, renouauit, atque ordinatis ſeruis Dei monachis, congregationem per longum tempus reſtituit, conſtituitque vt ibidem die noctuque monachi redderent Deo laudes.* ſubdit inſuper: *Hic Gerontocomium, quod poſt apſidem ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, monaſterium inſtituit; atque monaſterium ſancti Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum deſertionem, in quo ne vnus quidem habebatur monachus, adſcitis monachis ordinauit; atque fecit, vt vtraque monaſteria ad ſanctam Dei genitricem ſingulis diebus atque noctibus laudes Deo canerent.* Hæc Anaſtaſius de vigilanti ſtudio Gregorij Papæ. cætera de ipſo ſuis locis dicenda erunt.

VII.

[b] *Paul. diac. l. 6. cap. 40. nou. edit. & vet. 13.*

PETRONAX RESTITVTOR MONASTERII CASSINENSIS.

Ad hæc etiam tempora pertinet, quod tradit Paulus diaconus verbis iſtis [b]: *Circa hæc tempora Petronax ciuis Brixianæ vrbis, diuino amore compunctus Romam venit; hortatuq; tunc Gregorij Apoſtolicæ Sedis Papæ Caſſinum caſtrum petiit, atque ad ſacrum corpus beati patris Benedicti perueniens, ibi cum aliquibus viris iam ante reſidentibus habitare cœpit: qui eundem venerabilem virum Petronacem ſibi Seniorem ſtatuerunt. Hic non poſt multum temporis, cooperante diuinâ miſericordiâ, & ſuffragantibus meritis beati Benedicti patris, iamq; euolutis ferè centum & decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi monachorum & nobilium & mediocrium ad ſe concurrentium pater effectus, ſub ſanctæ regulæ iugo, & beati Benedicti inſtitutione, reparatis habitaculis, viuere cœpit, atque hoc ſanctum cœnobium in ſtatu, quo nunc cernitur, erexit.* Hucuſque de rebus ſub Gregorio geſtis Paulus diaconus, incerto tamen anno eius Pontificatûs, licèt alij ſuo arbitrio ſub primo referant, quod non puto contingere potuiſſe, turbatis illis tunc regionibus, vt vidimus, Longobardorum tumultibus. Verùm quòd Paulus numeret annos centum decem, ex quo locus ille fuit ob Longobardorum graſſationes habitatoribus deſtitutus; ſcias centũ quadraginta quatuor annos interlapſos eſſe ab inuaſione illa Longobardorum, quâ coacti ſunt monachi locum deſerere, & migrare Romam, vſque ad pręſentem annũ, quo ponitur Petronacis ad locum acceſſus ſub Gregorio Papa.

VIII.

CASSINENSIS LOCVS NVNQVAM HABITATORIBVS DESTITVTVS.

Quod autem ait idem Paulus, tanto tempore perſeueraſſe locum illum abſque habitatione hominum: intelligas ſic perſeueraſſe abſque monaſterio ad monachorum regularem habitationem conſtituto, cùm alioqui nunquam illic defuerint habitatores qui ad venerandum corpus eiuſdem ſancti Benedicti excubias agerent. nam ante conſtructum à Petronace monaſterium illud, habitatores ipſum ibi inueniſſe, qui eum delegerant (vt ait) Seniorem, idem ipſe teſtatur Paulus. Sic igitur illud exploratiſſimum eſt, à tempore euerſionis Caſſinatis monaſterij à ſancto Benedicto conſtructi, vſque ad erectum à Petronace monaſterium, locum illum deſtitutum fuiſſe ſicut monaſterij habitatione, ita & monaſticâ regulari inſtitutione, cum tamen nunquam defuerint qui illic habitauerint ſerui Dei excubantes ad ſepulchrum ſanctiſſimi patris (vt diximus) Benedicti.

Mirum dictu, quanta mox ex noua plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina monachorum & aucta ipſorum examina, inſtar apum, quæ ex turgeſcẽtibus aluearis prodeuntes in diuerſa loca ad fœtus multiplicationem volauerint. Sed & illud ſecurè abſque trepidatione mendacij aſſeri iure poteſt; nullum vnquam toto Chriſtiano orbe extitiſſe aliquando monaſterium, ex quo tot viri ſanctitate conſpicui atque doctrinâ, tantâ numeroſitate ad regimen ſanctæ Apoſtolicæ ſedis adſciti fuerint, vt planè dici poſſit, fuiſſe idem aliquãdo ſeminarium ſacrorum Antiſtitum, prout quæ ſuo tempore dicturi ſumus, manifeſtè docebunt. Sed ad Gregorium redeamus.

IX.

BASILICÆ RESTITVTÆ A GREGORIO.

Quem igitur ad reparanda (vt dictum eſt) monaſteria his temporibus vidimus magnoperè addictum fuiſſe: ad baſilicas ipſas Vrbis tectis aliqua ex parte collapſis, idem Pontifex ſolerti ſtudio reſtitu-

endas ſe contulit: atque primùm quod pertinet ad eam, quæ maiori amplitudine extendebatur, baſilicam S. Pauli, hæc Anaſtaſius habet peracta eiuſdem Pontificatûs primis annis: *Hic maximam partem baſilicæ beati Pauli Apoſtoli quæ ceciderat, allatis de Calabria trabibus, cooperuit; & altare à nouo fecit, & cyboriũ argenteum, quod fuerat ruinâ quaſſatum. Sancti Laurentij pariter Eccleſiam foris muros ſitam, quæ trabibus confractis, ruinæ iam erat vicina, reparauit, atque aquam fiſtulis cõpaginatis, poſt multum temporis in eandem Eccleſiã reduxit: diuerſaſq; Eccleſias in ruinam poſitas innouauit, quas per ordinem dicere longum eſt.* & inferiùs: *Hic Hieruſalem Eccleſiam ſanctam, quæ multo fuerat detecta tempore, & circum quoq; porticus vetuſtate quaſſata, trabibus deductis cooperuit ac reparauit. Ambonem etiam marmoreum in eadẽ Eccleſia fecit, eamq; diuerſis ditauit luſteis atque miniſteriis.* Hæc Anaſt. qui poſt hæc infert de Apoſtolatu ſancti Bonifacij ad Germanos ipſi ab eodẽ Gregorio credito; cuius cùm certus annus, quo cõtigit, ſatis exploratus habeatur, ſuo loco de ipſo copiosè dicturi ſumus: modò autem de alio Apoſtolico viro, qui ante ipſum ab eodem Gregorio Papa idem Romæ munus accepit, oratio opportunè inſtituenda eſt.

X.[f] APOSTOLATVS S. CORBINIANI.

[a] *Apud Sur. tom 5. die 8. Septemb.*

Cùm Romam ad limina Apoſtolorum S. Corbinianus vir meritis inſignis hiſce Gregorij Pontificis primis annis aduenìſſet è Germania, innotuiſſetq; ipſi Gregorio, ſtatuit eius ad conuerſionem Gentilium miniſterio vti; eidemq; credere Euangeliũ, Apoſtolatũq; conferre. Hæc autem quo modo ſe habuerint, eius in Epiſcopatu Friſingẽſe ſucceſſor, narrat[a] Aribo. In quo illũ corrigas, quem vitio librariorum irrepſiſſe putamus errorem, dum videlicèt ibi Epiſcopatũ geſſiſſe ponitur tẽporibus Pipini Principis, quem ante biennium eſſe defunctũ, conſtanti aſſertione antiquorum ſcriptorum omnium ſuo loco ſuperiùs dictum eſt. potuit tamen eueniſſe, vt cum exordio vitæ eius dicatur innotuiſſe Pipino ante ſuſceptũ Romæ Epiſcopatum, reliquas etiam res ab eo geſtas æque ſub Pipino eſſe tranſactas putauerit qui exſcripſit. Vitam iſte ſolitariã cùm elegiſſet, atq; aduenientium frequentiâ (quòd cognitus eſſet Dei amicus) obrueretur, Romam proficiſci cogitauit, vt ſacra Apoſtolorũ limina inuiſeret. Quo modo autem factũ ſit vt à Gregorio Pontifice crearetur Epiſcopus, ab eodem auctore ſic accipe:

His verò (inquit) *tribulationibus fatigatus, quartumdecimum in ſua cella impleuerat annum: tunc demum iniens conſilium, ad limina ſacratiſſima beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli orationis causâ ire decreuit, & ibi ſe Apoſtolici viri doctrina & orationibus cõmendare; & ſi fieri poſſet, impetrare ab eo ſibi & ſuis qui cum eo venirẽt, in quodam angulo latitãdi facultatem, vt ad ſanctorum Apoſtolorum patrocinia poſſet ſecretiùs peruenire, & ibi ſub ſanctæ conuerſationis regula liceret ipſi vitã ducere. Mouet autem vir ſanctus comitatum ſuum cum vniuerſis ſupellectilibus, & incolumis cœptum perfecit iter. Oratione autẽ factâ in Confeſſione beatiſſimi Apoſtolorũ principis Petri, ad beatæ memoriæ Gregorij Papæ pedes ſe proſtrauit, eiq; ſecretum animi ſui diligentiſſimè explicauit, & quibus neceſſitatibus coactus ſuũ amiſiſſet ſecretum, & quomodo tranquillum per humanos fauores perdidiſſet portũ, & quibus rerum ſæcularium tumultibus quaſi nauis in medio maris iactaretur fluctibus, vt vix ſolitudinis marginem recolẽdo proſpiceret: & plus etiam formidãdo adiecit, quia temporalia ſibi à multis conceſſa munera, ſibi potiùs ad perditionis cumulum euenire poſſe timeret, quàm ad præſentis vitæ ſolatia. Venerabilis autem Papa Gregorius audiẽs viri verba, intellexit zelum animi eius, qualiter & quàm magnã in Dei opere haberet animi puritatem.* & paulò inferiùs:

Hæc beatiſſimus Papa Gregorius intuens, cepit cum ſuis inire conſiliũ, ne tanti luminis fulgor abſconderetur ſub modio, ſed vt (ſecundùm dicta veritatis[b]) *ſupra cãdelabrũ poſito illo, multi ab eo illuminarẽtur; cogitauitq; vt ex auctoritate beati Petri Apoſtoli ſacerdotalem ei honorem cõferret. Itaque in viro Dei quæ conſultando tractauerat, opere perficiens, per ſingulos gradus vſque ad pontificalẽ eum prouexit honorem. Vir itaq; ſanctus, quamuis coactus, tamen dono Dei & diuini muneris largitori cõſentiens, Pſalmiſtæ nõ immemor, timens ne tali fraudaretur honore, dicentis[c]: Quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo: quãuis honorem fugiendo humilitatem continere voluiſſet, obedientiam tamen maiorem iudicauit, ne Patrem reſiſtendo contriſtaret, vel diuinæ volũtati cõtraire videretur. Coactus ergò ſacerdotalem ſuſcepit benedictionem, accepto etiam Pallio cum benedictione & adiutorio beati Petri Apoſtoli, vt vbique prædicationis officium exercere in toto orbe poſſet, & tanti Patris conceſſu poteſtatem haberet.* Hactenùs de eius Apoſtulatu, quẽ Deus ſequentibus ſignis mirificè illuſtrauit, quæ idẽ auctor enarrat. Licèt enim generalem ad omnes prędicandi Euangelium poteſtatem à Ro. Pontifice accepiſſet, titulum tamen Friſingenſis Eccleſiæ eſt conſecutus. Verùm quia amator nimium erat ſolitudinis atque ſecreti ſilentij, dimiſſum rurſus repetens habitaculũ, vt ſe abdicaret ab Epiſcopatu, Romam iterum poſt multos annos ad Gregorium rediit. quę autem tunc inter eos tranſacta ſint, ſuo loco dicturi ſumus. Porrò Otho Friſingenſis Epiſcopus res ab eo præclarè geſtas ſummatim tantùm attingit.

[b] *Matt. 5.*

PALLIVM TRIBVIT GREGORIVS CORBINIANO.

[c] *Pſal. 108.*

XI.

Hic pariter annus conſignatur, quo in Anglia lõgæuum ſchiſma de Paſchatis celebratione à Scotis monachis Hienſis inſulæ operâ ſancti Egberti, de quo plura ſunt dicta ſuperiori tomo, penitùs tollitur. Agit de his Beda[d], rem geſtam ſic narrans: *Nec multò poſt illi quoque, qui Hij inſulam incolebant, monachi Scoticæ nationis cum his, quæ ſibi erant ſubdita, monaſteriis ad ritum Paſchæ ac tonſuræ canonicum, Domino procurante, perducti ſunt: ſiquidem anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſextodecimo, quo Ofredo occiſo, Coenrhedus gubernacula regni Nordanhumbrorum ſuſcepit, cùm veniſſet ad eos de Hibernia Deo amabilis & cum omni honorificentia nominandus pater ac ſacerdos Egbertus, cuius ſuperiùs memoriam ſæpius fecimus, honorificè ab eis & multo cum gaudio ſuſceptus eſt. Qui quoniam & doctor ſuauiſſimus, & eorum quæ agenda docebat, erat exſecutor deuotiſſimus, libenter auditus ab vniuerſis, immutauit pijs & ſeduli exhortationibus inueteratam illam traditionem parentum eorum, de quibus Apoſtolicum[e] illum licet proferre ſermonem, quòd æmulationem Dei habeant ſed non ſecundùm ſcientiam: Catholicoq; illos atque Apoſtolico more celebrationem* (vt diximus) *præcipuæ ſolemnitatis ſub figura coronæ perpetuæ agere perdocuit. Quod mirâ diuinæ conſtat factum diſpenſatione pietatis: vt quoniam gens illa, quæ nouerat ſcientiam diuinæ cognitionis, libenter ac ſine inuidia populis Anglorum communicare curauit: ipſa quoque poſtmodum per gentem Anglorum in eis quam minus habuerat, ad perfectam viuendi normam perueniret. Sicut è contra Britones, qui nolebant Anglis eam quam habebant Fidei Chriſtianæ notitiam pandere, credentibus iam populis Anglorum, & in regula Fidei Catholicæ per omnia inſtructis, ipſi adhuc inueterati & claudicantes à ſemitis ſuis, & capita ferri ſine corona prætendunt, & ſolemnia Chriſti ſine Eccleſiæ Chriſti ſocietate venerantur.* Vt ex his intelligas, cur ablatum ſit regnum ab ipſis, & datum ſit genti facienti fructum eius. Pergit verò Beda.

[d] *Bed. lib. 5. c. 23.*

HIENSES CATHOLICOS RITVS RECIPIVNT.

[e] *Rom. 10.*

Suſceperunt autem Hienſes monachi, docente Egberto, ritus viuendi Catholicos ſub Abbate Duunchado poſt annos circiter octoginta, ex quo ad prædicationem gentis An-

glorum Aidanum miſerant Antiſtitem. Manſit autem vir Dei Egbertus annos tredecim in præfata inſula, quam ipſo velut nouâ quadam relucente gratiâ Eccleſiæ ſtua ſocietatis & pacis Chriſto conſecrauerat. hactenùs de his Beda.

XII. Iam verò extremo loco anni huius funera Hiſpanorum Eccleſiæ ex clade Sarracenica proſequamur. Peccatis id exigentibus populorum, inualeſcentibus Sarracenis res in deteriùs dilabuntur: ſiquidem duæ præcipuæ ciuitates hactenùs integræ conſeruatæ ab iiſdem captæ miſerrimè excidun- tur. De his enim iſta Tudenſis: *Poſt hæc Mauri, viribus totis Geticis nō* ſtantibus totam ferè Hiſpaniam atque prouinciam Burgundiam & Pictauinum ferro flammaque attritas, ſuo dominio mancipaverunt.* ſed hæc poſteà. *Legionenſem verò ciuitatem, quondam caput regni Sueuorum ſibi ſubiugauerunt, multis Galleciorum in defenſione ipſius vrbis viriliter obſiſtentibus hoſtili gladio trucidatis. Vrbs quoque Toletana multarum gentium, Iſmaelitis triumphis ita ſuccubuit per proditionem Iudæorum, quia fortior & rebellior fuerat. Nam cum Chriſtiani in die in Ramis palmarum ad Eccleſiam ſanctæ Leocadiæ extra vrbem regiam ob reuerentiam tantæ ſolemnitatis, ad audiendum verbum Dei conueniſſent; Iudæi qui proditionis ſignum Sarracenis dederant, à Chriſtianis clauſas portas Sarracenis aperuerunt, & Deo fidelis populus Toletanus foris inuentus, extra vrbem gladio deletus eſt: Poſt hæc Sarraceni Præfectos per omnes prouincias Hiſpaniæ poſuerunt, qui plurimis annis tributa exegerunt. Cordubam ſibi ſedem elegerunt. Tunc reſidui Gothi in ardua montium Pirenæorum, Aſturiorum, & Galleciæ ſe claudentes, euaſerunt Sarracenos.* hæc ſummatim ex illo. Si bellica iſta cupis, tu pete eos qui eadem ſcriptis ſuis pluribus ſunt proſequuti.

* obſtantibus

HISPANIA VASTATVR A SARRACENIS TOLETVM CAPITVR.

XIII. Sed quanta mala gens inimica Deo Chriſtianæ religioni intulerit, ex threnis ſanctorum, qui his ipſis temporibus Sarracenorum ſcripsère mala quæ paterentur, eſt facilè peruidere. In quibus nolim tu delicatus exhorreas barbariſmis & ſolœciſmis pannoſam intextam orationem, cùm alioqui in ſermone lugubri, lugubris, rudiſque veſtis magis permoneat adſiſtentes. Ex antiquo ſcripto codice, cuius eſt titulus, *Indiculus Luminoſus*, iſta produntur [a]: *Ecce* (inquit auctor) *lex publica pendet & legalia iuſſa per omne regnum eorum diſcurrunt, vt qui blaſphemauerit*, Mahometum ſcilicèt, vel ad eum pertinentes, *flagelletur, & qui percuſſerit, occidatur. Et ecce quotidie, horis diurnis & nocturnis in turribus ſuis & montibus caliginoſis Dominum maledicunt, dum vatem impudicum, periurum, rabidum & iniquum vnà cum Domino teſtimonij voce extollunt.* Iſta illi in ſuperſtitionis eorum cultu tuendo & ampliando. Quæ autem pati ſolerent ab illis iugiter Chriſtiani, idem ita proſequitur: *Quotidie opprobriis & mille contumeliarum faſcibus obruti, perſecutionem nos dicimus non habere? Nam vt alia taceam, certè dum defunctorum corpora à ſacerdotibus vident, vt mos eſt eccleſiaſticum, humanda portari; nonne apertis vocibus, & impuriſſimis gemitibus dicunt: Deus non miſerearis illis? & lapidibus ſacerdotes Domini impetentes, ignominioſis verbis populum Domini denotantes, ſpurcitiarum ſimo Chriſticolas tranſeuntes, pedore infando aſpergunt, maiora minitando ringentes?* & paulò pòſt [b]: *Sic itidem & cùm ſacerdotes Dei caſu quopiam cuiquam obuiauerint per viam, lapides coram ipſis tumulantes, teſtaſque aridiſſimas ante veſtigia eorum reuoluentes, ac improperioſo & infami nomine derogantes, vulgari prouerbio & cantico inhoneſto ſugillant, & fidei ſignum opprobrioſo elogio detruncant. Sed cùm baſilicæ ſignum, hoc eſt, tinnientium æris ſonitum, qui pro conuentu Eccleſiæ adunando, horis omnibus canonicis percutitur, audiunt, deriſione & contemptu inhiantes, mouentes capita, infanda iterando congeminant, & omnem ſexum, omnemque ætatē totumque Chriſti Domini gregem non vniformi ſubſannio, ſed millino contumeliarum infamio impetunt & derident.* [c] *Numquid non iſti ſunt, qui Hieruſalem maledicunt, & muros ſanctæ Sion deſtruunt & ſuccēdunt? de quibus dicitur: Maledicti omnes qui ſpernunt te, & omnes qui blaſphemant te. Maledicti omnes qui deſtruunt muros tuos, & omnes qui ſubuerterunt turres tuas, & omnes qui ſuccendunt habitationes tuas. Et licèt hæc omnia ab illis per contemptum, vel deriſionem, vel odium, vt diximus, impleantur; tamen etiam carnaliter in habitationes Domini, & in ſanctuarij ædes quotidie perpetrantur, dum Eccleſiæ Dei deſtruuntur, & antiquâ ſoliditate templa firmata tercatenùs coæquantur.* hucuſque qui his aderat auctor.

[a] Recitat ex eo Moral. in ſcholi. Eulo. 8.

DE HISPANIARVM CLADE LVCTVS.

[b] Eulog. memor. Sanct. lib. 1. num. 12. 13.

Tob. 13.

XIV. Quòd autem ſinerent Sarraceni quæ remanſerunt templa aperta eſſe, & à Chriſtianis ad libitum frequentari; id inde prouenit, quòd magnam ea his pecuniam corradebant, non annua ab eis tributa exigentes, ſed menſtrua, vt quicquid in Eccleſia conferretur oblatione fidelium, totum in fiſcum inferretur Sarracenorum. Audi de his quid Samſon [d] Abbas S. Zoili martyris qui inter impios Sarracenos claruit doctrinâ & probitate, dicat: *Omnes* inquit, *baſilicas vrbis prædictæ* (loquitur de Corduba) *tributarias fecit eſſe; & impurus hoſtis de puriſſimis oblationibus fidelium in vſum templi collatis Dominici, theſauros fiſci inhiatus eſt ampliare, vt ſpoliando menſam Chriſti, & ditando palatia fiſci, videretur aquam ſitientibus auferre; & ampliſſimo maris ſinu infundere; ſicque peractum eſt, vt venale ſacerdotium ſuſtinentes, ipſa baſilica non more ſolito dignos recipere, & indignos queant ſacerdotes repellere.* & quæ ſequuntur, dum queritur, quòd potentiores, qui cum ſuis dignitatibus remanſerunt inter Sarracenos Chriſtiani, huiuſcemodi ſacrilegiis demereri ſtuderent gratiam Maurorum Regum.

[d] Apud Moral. in præf. ad Eulogiū.

XV. Sed & threnos S. Eulogij martyris audiamus. ipſe enim poſt alia multa in [e] Memoriale Sanctorum ſic ait: *Nullam opinantes eſſe moleſtiam diruptiones baſilicarum, opprobria ſacerdotum, & quod lunaniter ſoluimus* (ſingulis menſibus ſcilicèt) *cum graui mœrore tributū; adeò vt expedibilius nobis ſit compendium mortis, quàm egentiſſima vita laborioſum diſcrimen.* & paulò inferiùs. *Et quis inter cunctos perſecutores fidelium cruentius, quàm hic infandus, Eccleſiam inſecutus eſt? Quis tanta in euerſionem Catholicorum, quanta idem exaggerauit inſanius? Quia vt ita dixerim, nemo noſtrûm inter eos ſecurus ingreditur, nemo quietus permeat, nemo ſeptū eorū niſi dehoneſtatus pertranſit. Etenim cū nos cuiuslibet rei familiaris neceſſitas ire in publicū coëgerit, & inſtās domeſticā neceſſitate, ex angulo tugurij noſtri in forū proſilire coëgerit: mox vt ſtigmata in nobis ordinis ſacri aduertunt acclamatione deriſionis vt amentes & fatuos impetūt: præter illa puerorū quotidiana ludibria, quib. nō ſatis eſt inferre linguæ cōuitiū, turpia exaggerare ſcurrilitatem, veriùm etiam à tergo nos lapidibus inſectari non deſinunt. Quid illud memorem, quod in contumeliam ſigni venerabilis proferunt? quod cùm fortè competens tempus pſallendi ſignum fidelibus dare compulerit, & imminens hora obſecrationis indicium populis facere conſuetum popoſcerit: mox vt illectum ſuperſtitione mendaci vulgus clangorem tinnientis metalli aure captauerit, in omnem maledictionem & ſpurcitiam linguam admouere non differt. Ergo non incongruè maledicuntur, qui tanto odio aduerſus Dei ſortem ſequipedas ſuos informant. Sæpè ab iis & inceſſanter calumniamur: cauſâque religionis eorum ſanitiam vbique*

[e] Eulog. lib. 1. num. 12.

QVAM MALE HABITI CHRISTIANI A SARRACENIS.

perpetimur; adeo vt multi ex eis tactu indumentorum ſuorum nos indignos diiudicent, propiuſq; ſibimet accedere, execrentur; magnam ſcilicèt coinquinationem exiſtimantes, ſi in aliquo rerum ſuarum admiſceantur. Hæc & alia ſanctus Eulogius, deplorans infelicem ſub barbara gente Fidelium captiuitatem.

XVI.

[a] Apud Moral. in Eulog. lib. 1.

Quod audiſti de lunari tributo, nempe menſtruo, eiuſdem meminit & Leouigildus[a] presbyter Cordubenſis, qui eodem vixit tempore, ſcripſitque librum de habitu clericorum, in quo cùm præfatur cauſas ſcribenbi, ſic ait: *Vt qui ex nobis ad remanentes doctores, imbecillitate corporis præpediente, dirigere greſſus nequiuerit, aut quem inquiſitio, vel cenſus, vel vectigal, quod omni lunari menſe pro Chriſti nomine ſoluere cogimur, retinuerit; ſaltem nocturno tempore inter Eccleſiaſtica munia, qui neceſſarium duxerit, legat.* Meminit eiuſdem Leouigildi idem qui ſupra Samſon Abbas, refertque Morales. At iſti ſcripſerunt quæ agebantur ſuis temporibus poſt centum & ampliùs annos, ex quo Sarraceni potiti ſunt Hiſpanus, & iam furor ille priſtinus perſecutionis deferbuiſſet: vt dubium non ſit maiores ſuos, qui illis vixère temporibus, duriorem ſubiiſſe ſub impiis barbaris ſeruitutem, cùm nec eſſet qui eorum afflictiones ſcriptorum monimentis committeret.

XVII. CEOLREDI REGIS OBITVS ET DAMNATIO AD INFEROS.

Hoc eodem annno (vt auctor eſt Beda) moritur Ceolredus Merciorum Rex, quem damnatum in pœnas æternas inferni, ex defuncto homine in vitam reuocato, certâ teſtificatione cognitum eſt. Res quidem admiranda, haud tamen ignoti cuiuſpiam auctoris aſſertione proponitur, ſed viri clariſſimi, & qui his ipſis temporibus vixit, orbi Chriſtiano notiſſimus S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus idemque martyr, & Apoſtolus Germaniæ nominatus. Extat de his ſcripta ab ipſo epiſtola, inter alias nondum editas numerata vigeſimaſeptima, cuius duo nacti ſumus exemplaria; alterum Romæ in bibliotheca S. Mariæ ſuper Mineruam vetuſtiſſimum, ſed nonnihil mendoſum; Alterum Antonij Auguſtini diligentiâ perpurgatum. Epiſtola autem ſic ſe habet.

XVIII. EPISTOLA S. BONIFACII DE HOMINE AD VITAM REVOCATO.

Beatiſſimæ virgini, imò dilectiſſimæ Dominæ Eadeburgæ monaſticæ normulæ conuerſationis emeritæ, Vuinfridus exiguus in Chriſto Ieſu intimæ charitatis ſalutem. Qui Winfridus hic nominatur, idem poſteà, cùm inſignia accepit Apoſtolatûs, appellatus eſt Bonifacius, vt ſuo loco dicetur.

*Rogabas me, ſoror cariſſima, vt admirandas viſiones de illo rediuiuo, qui nuper in monaſterio Milburgæ Abbatiſſæ mortuus, & reuixit, quæ ei oſtenſa ſunt, ſcribendo intimare & tranſmittere curarem, quemadmodum iſta venerandæ Abbatiſſæ Hildelidæ referente didici. Modò ſiquidem gratias omnipotenti Deo refero, quia in hoc dilectionis tuæ voluntatē eò pleniùs, liquidiùſq; Domino patrocinium præſtāte, implere valeo, quia ipſe cū ſupradicto fratre rediuiuo, dum nuper trāſmarinis partibus ad iſtas peruenit regiones, locutus ſum, & ille mihi ſtupendas viſiones, quas extra corpus ſuum raptus in ſpiritu vidit, proprio expoſuit ſermone. Dicebat quippe ſe per violentæ ægritudinis dolorem, corporis grauedine ſubitò fuiſſe exutū, & ſimillimam eſſe collationem, veluti ſi videntis & vigilantis hominis oculi denſiſſimo tegmine velati, & ſubitò auferatur velamen, & ei perſpicua ſint omnia, quæ antea non conuiſa, & velata & ignota fuère; ſic ſibi abiecto terrenæ velamine carnis, ante conſpectum vniuerſum collectum fuiſſe mundum, vt cunctas terrarum partes & populos, & maria ſub vno aſpectu contueretur. Et * tum magnæ claritatis & ſplendoris Angelum tum de corpore egreſſum ſuſcepiſſe, vt nullatenus præ nimio ſplendore in eos aſpicere potuiſſet, qui iucundâ & conſonâ voce laudem canebant*[b]*: Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: & ſubleuantes me, duxit in aera ſurſum; & in circuitu totius mundi ignem ardentem videbam, & flammam immenſa magnitudine exhalantem, & terribiliter ad ſuperiora aſcendentem, non aliter penè, quàm vt ſub vno globo totius mundi machinam complectentem, niſi eam ſanctus Angelus impreſſo ſigno ſanctæ Crucis Chriſti compeſceret. Quando enim in obuiam minacis flammæ ſignum Crucis CHRISTI expreſſerat; tunc flamma magna ex parte decreſcens reſedit, & iſtius flammæ terribili ardore intolerabiliter torquebar, oculis maximè ardentibus, & ſplendore fulgentium ſpirituum vehementiſſimè reuerberatis, donec ſplendidæ viſionis Angelus manus ſuæ impoſitione caput meum quaſi protegens tangebat, & me a læſione flammarum tutum reddidit.*

* al. tam

[b] Pſal. 37.

XIX.

*Præterea referebat illo in temporis ſpatio, quo extra corpus fuit, tam magnam animarum migrantium de corpore multitudinem illuc, vbi ipſe fuit, conueniſſe, quàm totius humani generis in terris non fuiſſe anteà exiſtimarat: innumerabilem quoq; malignorum ſpirituum turbam, necnon & clariſſimum chorum ſupernorum Angelorum adfuiſſe narrauit; & maximam intra ſe miſerrimos ſpiritus, & ſanctos Angelos de animabus egredientibus de corpore diſputationem habuiſſe, dæmones accuſando, & peccatorū pondus grauando; Angelos verò releuādo, & excuſando: & ſeipſum audiſſe omnia flagitiorū ſuorū propria peccamina, quæ fecit a iuuentute ſua, & ad confitendū aut neglexit, aut obliuioni tradidit, vel ad peccatum pertinere omninò neſciebat, ipſius propriâ voce contra illum clamitaſſe, & eum duriſſimè accuſaſſe, & ſpecialiter vnumquodque vitium quaſi ex ſua perſona in medium ſe obtuliſſe, dicente quodam: Ego ſum cupiditas tua, quâ illicitè frequentiſſimè, & contraria præceptis Dei concupiſti. quodam verò: Ego ſum vana gloria, quâ te apud homines iactanter exaltaſti. alio: Ego ſum mendacium, in quo mentiendo peccaſti. alio: Ego ſum otioſum verbum, quod inaniter locutus fuiſti. alio: Ego viſus, quo videndo illicita peccaſti. alio: Ego cōtumacia, & inobedientia, quâ ſenioribus ſpiritalibus inobediens fuiſti. alio: Ego torpor & deſidia in ſanctorum ſtudiorum neglectu. alio: Ego vaga cogitatio, & inutilis cura, quâ * tunc ſupra modum ſiue in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam occupabas. alio: Ego ſomnolentia, quâ oppreſſus tardè ad confitendum Deo ſurrexiſſe. alio: Ego iter otioſum. alio: Ego ſum negligentia & incuria, quâ detentus erga ſtudium diuinæ lectionis incurioſus fuiſti: & cætera his ſimilia omnia, quæ in diebus vitæ ſuæ in carne conuerſatus peregit, & confiteri neglexit. Multa quoque, quæ ad peccatum pertinere omnino ignorabat, contra eum cuncta terribiliter vociferabantur. Similiter & maligni ſpiritus in omnibus conſonantes, vitia accuſando, & duriter teſtificando, & loca & tempora nefandorum actuum memorantes, eademque peccata * dixère clamantes, * probabant.*

Quod per ſpeciē oſtenſum eſt ſimilitudinē habet cū his quæ ſcribit S. Cyril. Alexan. in tractatu de egreſſu animæ.

* te

* dire

* prodebāt

XX.

*Vidit quoque ibi hominem quendam, cui iam in ſeculari habitu degens, vulnus inflixit, quem adhuc in hac vita ſupereſſe referebat, ad teſtimonium malorum ſuorum adductum, cuius cruentatum & patens vulnus, & ſanguis ipſe propriâ voce clamans improperabat, & imputabat ei crudele effuſi ſanguinis crimen. & ſic cumulatis & computatis ſceleribus antiqui hoſtes affirmabant, eum peccatorem iuris eorum & conditionis indubitanter fuiſſe. Econtra autem dixère excuſantes me clamitabant paruæ virtutes animæ, quas ego miſer indignè & imperfectè peregi. Quædam dicit: Ego ſum obedientia, quam ſenioribus ſpiritalibus exhibuit. quædam: Ego ſum ieiunium, quo corpus ſuum contra deſiderium carnis pugnans, caſtigauit. alia: Ego oratio pura, quam effundebat in conſpectu * Dei. alia: Ego obſequium in-*

Accidit ſecundum illud Prouerbiorum 31. Laudent eā in portis opera eius.

* Domini

ſirmo-

A ſfirmorum, quod clementer ægrotátibus exhibuit quadam. Ego * in Pſalmis, quem pro otioſo ſermone ſatisfaciens, Deo cecinit: Et ſic vnaquaque virtus contra æmulum ſuum peccatum, excuſando me, clamitabat. & has illi immenſæ claritatis Angelici ſpiritus magnificando defendentes me affirmabant, & iſtæ virtutes vniuerſæ valde mactæ & multò maiores & excellentiores eſſe mihi videbantur, quàm vnquam viribus meis dignè perpetrata fuiſſent. * Interea referebat, ſe quaſi inferioribus in hoc mundo vidiſſe igneos puteos horrendam eructantes flammam plurimos, & erumpente terrâ, terribilem flammam ignis volitâſſe, & miſerorum hominum ſpiritus in ſimilitudine nigrarum auium per flammam plorantes & vlulantes, & verbis & voce humanâ ſtridebant, lugentes propria merita, & præſens ſupplicium, conſediſſe paululùm hærentes in marginibus puteorum, & iterum eiulátes cecidiſſe in puteos, & vnus ex Angelis dixit: Paruiſſima hæc requies indicat, quia omnipotens Deus in die futuri iudicij his animabus refrigerium ſupplicij, & requiem perpetuam paraturus eſt. B Sub illis autem puteis adhuc inferioribus, & in imo profundo, quaſi in inferno inferiori audiunt horrendũ & tremendum, & dictu difficilem gemitum, & fletum lugentium animarum ad quas nunquam pia miſeratio Domini perueniet, ſed æterna illas flamma ſine fine cruciabit.

* ſum pſalmus

* Item

XXI. DE VISIONE PARADISI.

Vidit quoq; mira amœnitatis locum, in quo pulcherrimorum hominũ glorioſa multitudo miro lætabatur gaudio, qui eum inuitabant, vt ad eorum gaudia, ſi ei licitum fuiſſet, cum eis gauiſurus veniret, & inde mira dulcedinis fragrantia veniebat, quæ beatorum aditus fuit ibi congaudentium ſpirituum, quem locum S. Angeli affirmabãt famoſum eſſe Dei paradiſum.

Per ſpeciem demonſtrãtur pœnæ purgatorię.

C Nec non & ignem, piceumq; flumen bulliens & ardens miræ formidinis, & teterrimæ viſionis cernebat, ſuper quod lignum pontis vice poſitum erat, ad quod ſanctæ glorioſæq; animæ ab illo ſecedentes conuentu properabant, deſiderio alterius ripæ tranſire cupientes, & quædam non titubantes conſtanter tranſibant; quædam verò labefactata de ligno cadebãt in tartareum flumen, & aliæ tingebantur quaſi toto corpore merſæ, aliæ autem ex parte quadam veluti vſque ad genua media: quædam verò vſq; ad axillas, & tamen vnaquæque cadentium multò clarior, ſpecioſiorq; de flumine in alteram aſcendebat ripam, quàm priùs eſſet, cùm in bulliens cecidiſſet flumen: & vnus ex beatis Angelis de illis cadentibus animabus dixit: Hæ ſunt animæ, quæ poſt exitum mortalis vitæ, quibuſdam leuibus vitiis non omninò ad purum abolitis, aliquâ piâ miſerentis Dei caſtigatione indigebant, vt Deo dignè offerantur.

DE VISIONE PVRGATORII.

Et citra illud flumen ſpeculatus, muros fulgentes clariſſimi ſplendoris, ſtupendæ longitudinis, & altitudinis immenſæ, & S. Angelos audiuit, dixiſſe: Hæc eſt enim illa ſancta & inclyta ciuitas cœleſtis Hieruſalem, in qua iſtæ perpetualiter ſanctæ gaudebunt animæ. Illas itaq; animas & iſtius glorioſæ ciuitatis muros, ad quam poſt tranſitum fluminis feſtinabant, tam magnâ immenſi luminis claritate & fulgore ſplendentes eſſe dixit, vt reuerberatis oculorum pupillis præ nimio ſplẽdore eos nullatenus aſpicere potuiſſet.

XXII. *Hic illud Petri recole: Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt.*

Narrauit quoque, ad illum conuentum inter alias veniſſe cuiuſdam hominis animam, qui in Abbatis officio defunctus eſt, quæ ſpecioſa nimis & formoſa eſſe viſa eſt, quã maligni ſpiritus rapientes contendebant ſortis eorum & conditionis fuiſſe. Reſpondit ergò vnus ex choro Angelorum dicens: Oſtendam vobis citò miſerrimi ſpiritus, quia veſtræ poteſtatis anima illa probatur non eſſe. Et his dictis, repentè interuenit magna cohors animarum candidarum, quæ dicebat: Senior & doctor noſtrum fuit iſte, & nos omnes ſuo magiſterio lucratus eſt Deo; & hoc pretio retentus eſt, & veſtri iuris non eſſe dignoſcitur: & quaſi cum Angelis contra dæmones pugnam inirent, & adminiculo Angelorum eripientes illam animam de poteſtate malignorum ſpirituũ liberauêre: & tum increpans dæmones Angelus dixit: Scitote modò & intelligite, quòd animam iſtam ſine iure rapuiſtis; & diſcedite miſerrimi ſpiritus in ignem æternum. Cùm verò hoc dixiſſet Angelus, illicò maligni ſpiritus leuauêre fletum & vlulatum magnum in momento, & quaſi in ictu oculi, pernici volatu iactabant ſe in ſupradictos puteos ignis ardentis & poſt modicum interuallum emerſi certantes in illo conuentu de animarum meritis diſputabant. Et diuerſorum merita hominum in hac vita commorantium dicebat ſe illo in tempore ſpeculari potuiſſe; & illos qui ſceleribus obnoxij non fuerunt, & qui ſancta virtutibus freti propitium omnipotentem Deum habuiſſe noſcebantur, ab Angelis ſemper tutos & defenſos, & eis charitate & propinquitate coniunctos fuiſſe: illos qui nefandis criminibus, & maculata vita ſordibus polluti fuêre, aduerſarium ſpiritum aſſiduo ſociatum, & ſemper ad ſcelera ſuadentem fuiſſe, & quandocunque verbo vel facto peccauêrit, hoc iugiter quaſi ad lætitiam & gaudium alijs nequiſſimis ſpiritibus in medium proferens manifeſtauit; & quãdo homo peccauit, nequaquam malignus ſpiritus ſuſtinuit, moram faciens expectando donec iterum peccaret; ſed ſigillatim vnumquodque vitium ad notitiam aliorum ſpirituum offerebat; & ſubitò apud hominem peccata ſuaſit, & illico apud dæmones perpetrata demonſtrauit.

XXIII. *Minima quaq; ad iudicem afferri, Deus intelligi voluit qui de omni quoq; verbo otioſo homines reddituros rationẽ prædixit.*

Intereà narrauit ſe vidiſſe puellam quandam in hac terrena vita molentem in mola, quæ vidit iuxta ſe iacentem alterius nouam colum ſculptura variatam & pulchram, & viſa fuit quòd furata eſt illam. Tunc quaſi ingenti gaudio repleti quandoque teterrimi ſpiritus hoc furtum alijs in illo referebant conuentu, teſtificãtes illam furtiuam, & peccatricem fuiſſe. Intulit quoque: Fratris cuiuſdam, qui paulò antè defunctus eſt, animam ibi triſtem videbam, cui antea ipſe in infirmitate exitus ſui miniſtraui, ex eo quia * præbuit; qui mihi moriens præcepit, vt fratri ſuo germano verbis illius teſtificãs demandarem, vt ancillam quandam, quam in poteſtate communiter poſſederũt, pro anima eius manumitteret: ſed germanus eius, auaritiâ impediente, petitionem eius non impleuit, & de hoc ſupradicta anima per alta ſuſpiria, accuſans fratrem infidelẽ, & increpans, grauiter querebatur. D Et ſimiliter teſtatus eſt de Ceolrede Rege Merciorum, quẽ illo tamen tempore, quo hæc viſa ſunt, in corpore fuiſſe non dubium eſt, quem (vt dixi) videbat Angelico quodam vmbraculo contra impetum dæmoniorum, quaſi libri alicuius magni extenſione & ſuperpoſitione defenſum: ipſi dæmones anhelando rogabãt Angelos, vt ablatâ defenſione illa, ipſis permitteretur crudelitatis eorum volũtatem in eo exercere, & imputabant ei horribilem ac nefandam multitudinem flagitiorum, & minantes dicebant illum ſub duriſſimis inferorum clauſtris claudendum, & ibi peccatis promerentibus æternis tormentis cruciandum eſſe. Tunc Angeli ſolito triſtiores facti, dicebant: Proh dolor, quòd homo iſte ſemetipſum plus defendere non permittit, & ob eius propria merita nullam ei adiutorium poſſumus præbere: & auferebant ſuperpoſiti tutaminis defenſionem. E Tunc dæmones gaudentes & exultantes, de vniuerſis mundi partibus congregati maiori multitudine, quam omnium animarum in ſæculo fieri exiſtimaret, diuerſis eum tormentis ineſtimabiliter fatigantes lacerabant.

DE ANIMA REGIS DAMNATA AD INFEROS.

XXIV.

Tunc demum beati Angeli præcipiebant ei, qui hæc omnia extra corpus ſuum raptus, ſpirituali contemplatione vidit & audiuit, vt ſine mora ad proprium rediret corpus, & vniuerſa quæ illi oſtenſa fuêre, credentibus, & intentione diuinâ interrogantibus manifeſtare non dubitaret; inſultãtibus autem narrare denegaret: & vt cuidam mulieri, quæ inde in longinqua regione habitabat, eius perpetrata peccata per ordinẽ exponeret, & ei intimaret, quòd omnipotentem Deum potuiſſet per ſatisfactionem repropitiari ſibi, ſi voluiſſet; & vt cuidam presbytero, nomine

Beggan

Beggan, iſtas ſpeciales viſiones cunctas exponeret, & poſtea, quemadmodum ab illo inſtructus fieret, hominibus pronunciaret: propria quoque peccata, quæ illi à ſpiritibus immundis imputata fuêre, confeſſa ſupradicti presbyteri indicio emendaret, & ad indicium Angelici præcepti presbytero teſtificari, qui iam plurimos annos Zonam ferream circa lumbos ſuos, nullo hominum conſcio, amore Domini cogente habuerat.

*Proprium corpus dicebat ſe, dum extra fuerat, tam perhorruiſſe, vt in omnibus illis viſionibus nihil tam odibile, nihil tam deſpectum, nihil tam durum fœtoreus euaporãs, exceptis dæmonibus & igne flagrante, videret, quàm proprium corpus: & fratres eius conſeruos, quos intuitus eſt obſequia corpori ſuo clementer exhibere, ideò perhorruit, quia inuiſi corporis curam agerent. Iuſſus tamen ab Angelis, primo diluculo rediit ad corpus qui primo gallicinio exierat de corpore. Plenâ ſeptimanâ nihil omninò corporaliter oculis videre potuit, ſed oculi fuſci plenè frequenter ſanguinem ſtillauêre: & poſteà de presbytero religioſo, & peccatrice muliere, ſicut ei ab Angelis manifeſtatum eſt, ita illis profitentibus, verum eſſe probauit. Subſequens autem & citus ſcelerati Regis exitus, quæ de illis viſa fuêre, vera eſſe procul dubio probauit. Multa alia & his ſimilia referebat ſibi oſtenſa fuiſſe, quæ de memoria labefacta per ordinem recordari nullatenus potuiſſet; & dicebat ſe poſt iſtas mirabiles viſiones tam tenacem memoriæ non fuiſſe, vt anteà fuerat. Hæc quæ te diligenter flagitante ſcripſi, tribus * meis religioſis & valde venerabilibus fratribus in commune audientibus expoſuit, qui mihi in hoc ſcripto adſtipulatores fideles teſtes dignoſcuntur. Vale, verè virgo, vita vt & viuas Angelica rectò * ritu & rumore regnes ſemper in æthere Chriſtum.* hucuſque epiſtola Bonifacij, qui tantæ rei haud fuit otioſus auditor & ſcriptor, ſed vitam licèt à puero ſanctè piéque ductam in monaſterio arctioribus diſciplinæ vinculis coarctare, & vberiorem frugum culturam præparare diſponens, meditatus eſt Euangelij prædicationem in Gentibus. Quomodo autem, vt hoc impleret, le Romam contulit ad Gregorium Papam, ſuo loco dicemus.

* mecum

* locus deprauatus

IESV CHRISTI
Annus 717.

GREGORII PAP. II. Annus 4. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 2.

I. ANNVS agitur Redemptoris ſeptingenteſimus decimuſſeptimus, Indictione decimaquintâ, quo [a] & Leonis Imperatoris primi anni clauſâ periodo, ſecundus inchoatur, cùm Conſtantinopolitana ciuitas Sarracenorum obſidione in maximum eſt diſcrimen adducta; ſed liberata Dei genitricis auxilio. Vigilabat in ea ſpiritualibus intentus excubiis ſanctus Germanus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, longæuus ætate ſenex, ſed vigens animo, florenſque meritis, renouatus vt aquila in ſenectute ſua. Famoſa obſidio iſta tum Græcorum, tum Latinorum ſcriptis reperitur eſſe vulgata, quæ, ſi quod Beda atque Paulus Diaconus huius temporis auctores, & Anaſtaſius tradunt, verum eſt, triennio perdurauit, oportet dicere, ipſam cœptam iam fuiſſe anno ſuperiori. [b] Beda ſic de ipſa enim in Leone.

[a] Cedr. ann. 2. Leõ. Imp.

OBSIDIO VRBIS CONSTANTINOPOLITANA

[b] Beda de ſex ætat. in fine.

Sarraceni cùm immenſo exercitu Conſtantinopolim venientes, triennio ciuitatem obſident, donec ciuibus multâ inſtantiâ ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, peſtilentiâ perirent, ac ſi pertæſi obſidionis abſcederent. Qui inde regreſſi, Bulgarorum gentem, quæ eſt ſuper Danubium, bello aggrediuntur, & ab hac quoque victi refugiunt, ac naues repetunt ſuas. Quibus cùm altum peterent, ingruente plurimùm tempeſtate, plurimi etiam, merſis ſiue confractis per littora nauibus, ſunt necati. hæc Beda, claudens eiuſdem Leonis temporibus commentarium de ſex ætatibus. Eadem Paulus Diaconus [c] in geſtis Longobardorum totidem verbis, addens hoc funeſtum: *Intra Conſtantinopolim verò trecenta millia hominum peſtilentiâ interiêrunt.*

[c] Paul. Dia. lib. 6. ca. 47.

II. Sed viciniores Græcos, quid de his ſcripſerint, conſulamus. Id ipſi factum tradunt decimaquintâ indictione, decimonono Kalendas Septembris, cùm idem qui ſupra, Maſalmà Princeps Sarracenorum Cõſtantinopolitanam vrbem obſidere cœpit; cùm & vocato Zulcimino Arabum Duce, claſſe potente, idem hoc anno menſe Septembris, quo prima indictio inchoatur cum claſſe peruenit Conſtantinopolim, iamque deſcenſurus erat in vrbem, niſi Deus citò præſto ciuitati illi fuiſſet. De his enim breuiter hæc Theophanes: *Imperator verò protinùs igniferis nauibus contra eos directis ab * Acropoli, diuinâ ope igne conſumpſit, & alia quidem ex eis ad ripa muros proiecta ſunt, alia verò vnà cum hominibus in profundum demerſa ſunt: porrò alia vſque ad acutam & latam inſulam conſumpta, portataq; ſunt. Hi ergo qui erant in vrbe, fiduciam perceperunt: at hoſtes magno pauore concuſſi ſunt, cognoſcentes efficaciſſimam ignis operationem. Volebant enim eadem die veſperi ad ripa muros applicare ſtationem, & temones ſupra pugnacula ponere: ſed conſilium eorum diſſipauit omnipotens per interceſſionem caſtiſſimæ genitricis eius Mariæ.* hæc Theophanes. Erat populus ille Dei genitricis ſtudioſiſſimus cultor, cuius ope quàm ſæpiſſimè (vt vidimus) fuit à barbaris vrbs liberata.

GENS SARRACENORVM CONVENIT EXPVGNARE CONSTANTINOPOLIM

* Argyropoli

III. Sed non hic finis victoriæ; etenim addit, hoc eodem anno poſt omnia iſta quæ diximus accidiſſe, vt duæ claſſes Sarracenorum, quarum altera ſoluerat ex Ægypto, ex Africa verò altera, quibus annona ſerebatur obſidẽtibus vrbem, pariter malè perierint, miſſis ab Imperatore contra vtramq; claſſem igniferis nauibus, de quibus Theophanes: *Cùm,* inquit, *Deo cooperante per interceſſionem intemeratæ Dei genitricis Mariæ protinùs ſubmerſi ſunt inimici, & aſſumptis ſpoliis noſtri, & expenſis eorum, annonâ videlicèt cum gaudio reuerſi ſunt.* Tunc & qui in ſtationibus erant Sarraceni obſidentes vrbem, deſtituti annonâ, fame, & peſte periêre, trucidatis ex illis etiam à Bulgaris viginti duobus millibus. Cùm tot tantaq; atrocia vna ſimul paſſi ſunt Sarraceni, *experimento* (inquit Theophanes) *didicerunt, quia Deus & ſanctiſſima Virgo Dei mater Maria hanc muniunt vrbem & Chriſtianorum Imperatorem; & non eſt omnimoda dimiſſio Dei in iis, qui eum inuocant in veritate, licèt admodùm quid caſtigemur propter peccata noſtra.* hucuſq; Theophanes, qui non modo tantùm, ſed fermè ſemper cùm magnum aliquid à Deo conſecutum eſſe Conſtantinopolitanum populum tradit; id quidem acceptũ precibus ſanctiſſimæ Dei genitricis affirmat non ob aliam cauſam, quàm quòd celeberrimus illic eſſet beatiſſimæ Deiparæ cultus, cui (vt ſuo loco ſuperiùs dictum eſt) eadem ciuitas fuerat dedicata. Porrò cũ eius cultus vbiq; locorum ampliſſimæ ciuitatis celebris eſſet, frequentiſſimus in Blachernis erat, vbi Deiparæ nomine auguſtiſſimum templum fuit. Porrò quod pertinet ad eandem liberationem Conſtantinopolitanæ ciuitatis, de qua eſt ſermo, factam auxilio Dei genitricis Mariæ, meminit eiuſdem Gregorius Pontifex Romanus, qui his diebus moderabatur Catholicæ Eccleſiæ clauum, in

VICTORIA ADVERSVS SARRACENOS.

epiſtola

Extat in Cõcil. Nicæn. 2. Act. 4. & inter epiſtolas Gre. Pa. 2. epiſt. 4.

epiſtola ad ſanctum Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham, qui huius obſidionis temporibus eidem præerat Eccleſiæ, dum id quod ope Dei genitricis acciderat, in memoriam reuocat iſtis verbis: *Pugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtianorum Dominæ miranda facta, quæ in ſe declarata ſunt, per quæ tu quoque inter hoſtes ſeruatus es, non ſunt reticenda. Illi enim cùm inſaniâ multâ tumultuarentur, tantum inuenerunt in ſe aduerſitatis hoſtilis, quantum eorum cauſa iniuſtitia habuit: Neque hoc tamen mirandum eſt: nam ſi Bethulia per manus*[a] *Iudith Iſraelitis ſeruata eſt; cuius opus Holoferni erat ſublatio, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelis vocata eſt: quomodo non oportebat & tuam ſanctitatem huiuſmodi propugnatrice vtentem hoſtibus ciuitatis prævalere, ipſamq́; victoriâ coronare?* &c. Hæc Gregorius, qui cùm agat de cultu ſacræ eius imaginis, planè ſignificat, eius venerandam effigiem ſupra muros ſolemnibus ritibus circumductam, & ſic ab imminenti periculo ciuitatẽ illam tunc liberatam. nam ſuperiùs dixerat: *Eccleſiam noſtrã idololatriæ propter venerandarũ imaginum diuina & miranda ad promotionem & adductionem ad pietatem ſtudia ſi quis accuſet: habeatur hic non alius quàm canis oblatrans, & vt funda à nobis quàm procul abiciatur,* &c. Sanè quidem quamdiu fuit ciuitas illa Romanæ Eccleſiæ communicatione coniuncta, inexpugnabilis barbaris infidelibus fuit, & occini poterat de ea canticum Iudæ[b]: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion: Saluator in ea ponetur murus & antemurale.* Et Dei genitricis nomine illud ex Canticis Canticorum pariter recini[c]: *Ego murus & vbera mea turris.* Sed vbi ab ipſa Eccleſia Romana fuit ſchiſmate penitùs ſeparata, tunc lugubre carmen illud concinuiſſe oportuit Hieremiæ[d]: *Luxit antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.* ſed de his modò ſatis.

[a] *Iudi. 4.*

DEI GENITRICIS OPE DEFENSA CIVITAS CONSTANT. A SARRACENIS.

[b] *Iſai. 26.*

[c] *Cant. vlt.*

[d] *Thren. 2.*

IV. TIBERIS INVNDATIO MONSTROSA.

Quod ad res pertinet Occidẽtales, hac decimaquintâ Indictione mirum in modum Romam afflictatam eſſe Tyberis exundantis alluuione, Anaſtaſius tradit, qui hæc de his habet: *Eo autem tempore fluuius Tyber alueum ſuum egreſſus, ſeſe per campeſtria dedit. intumuit enim inundatione aquarum in tantum, vt etiam per Flaminiam portam ingreſſus ſit: tranſcendit etiam in aliquibus locis muros Vrbis,* illos ſcilicèt qui eiuſdẽ fluminis ripam muniebant, *atque vltra baſilicam S. Marci per plateas ſe extendit; ita vt in via Lata ad vnam & ſemis ſtaturam . . . . . aqua eiuſdem fluminis excreuiſſet, atque à porta beati Petri Apoſtoli vſque pontem Miluium aquæ ſe diſtenderent, & iuxta remiſſa eiuſdem fluminis ſe dederint. Domos itaque euertit, agros diſſipauit, eradicans arbuſta & ſegetes. Nam nec ſerere ipſo potuit tempore pars maxima Romanorum: pro hoc imminebat tribulatio magna. Per dies autem ſeptem aqua Romã tenebat peruaſam. A Domino itaq; propterea Litaniæ crebrò fiebant. cumq; in oratione & Litanijs crebrò perſiſterẽt, per octauum iam diem miſertus Dominus aquam amouit, & fluuius ad proprium regreſſus eſt alueum per Indictionem decimamquintam.* Hucuſque de his Anaſtaſius.

V. OBITVS MATRIS IPSIVS GREGORII PAPÆ.

Eius quoque ſententiâ oſtenditur, his fermè diebus obitum contigiſſe matris ipſius Gregorij Papæ, eo ſcilicèt tempore, quo à Sarracenis Conſtantinopolitana ciuitas eſſet obſeſſa: de qua obſidione loquutus, iſta mox ſubdit: *Eo namque tempore moribus certè Honeſta & nomine Pontificis mater ab hac vita ſubtracta eſt. Poſt cuius obitum Gregorius domum propriam in honorem ſanctæ Chriſti martyris Agathæ, additis à fundamento cænaculis, vel quæ monaſterij erant neceſſaria, è nouo conſtruxit in monaſterium: prædia illi vrbana vel ruſtica pro monachorum obtulit neceſſitate. Fecit autem in eadem Eccleſia beatæ Agathæ ciborium ex argento, quod penſat libras ſeptingentas viginti, arcus argenteos ſex penſantes libras quindecim, caniſtra decem penſantia ſingula libras duodecim, & alia dona multa largitus eſt.* Hæc Anaſtaſius de pietate tanti Pontificis, ſeniorem Gregorium imitantis, qui proprias ædes conuertit in monaſterium. Beda etiam ad finem libri, quem ſcripſit de ſex ætatibus, vbi egit de Tiberis famoſâ inũdatione, iſta mox ſubiicit:

His temporibus multi Anglorum gentis nobiles & ignobiles, viri & fœminæ, Duces & priuati, diuini amoris inſtinctu de Britannia Romam venire conſueuerant, inter quos etiam Reuerendiſſimus Abbas meus Ceolfridus annos natus ſeptuaginta quatuor, cùm eſſet presbyter annis quadraginta ſeptem, Abbas autem triginta quinque, vbi Lingonas peruenit, ibi defunctus, atque in Eccleſia beatorum geminorum martyrum ſepultus eſt. Qui inter alia dona, quæ deferre diſpoſuerat, miſit Eccleſiæ ſancti Petri Pandecten à beato Hieronymo in Latinum ex Hebræo vel Græco fonte tranſlatum. Hæc Beda. Ex quibus & illud obſerua, Romam peregrinantes afferre ſecum cõſueuiſſe munera offerenda S. Petro Apoſtolo. Porrò quòd fœminæ etiam adoleſcentiores ex Anglia pietatis ergò frequenti cœtu Romam pergere ſolerent, non probauit ſanctus Bonifacius Epiſcopus Moguntinus, eò quòd complures ex illis abiiſſent retrò poſt ſatanam, magno ſcandalo cunctorum fidelium, & pudore ſuorum gentilium, vt ſuo loco ex eius epiſtola tunc ſcripta dicetur.

VI. CAROLVS MARTELLVS ADVERSANTES INSEQVITVR.

[e] *Edidit nuper Pithæus.*

Quod pertinet ad res Francorum, vetus Chronicon[e] hæc habet: *Septingenteſima decimo ſeptimo anno Raginfredus & Chilpericus Rex in Vinciaco, die Dominica ante Paſcha cum Carolo pugnantes, terga verterunt: quos Carolus fugientes cædendo proſequitur vſque Pariſios.* Eadem auctor ſui temporis res deſcribens, in Appendice ad Gregorium Turonenſem, qui id actum ait duodecimo Kalendas Aprilis. Tum & acciderunt quæ narrantur in actis[f] ſanctiſſimi viri Rigoberti Rhemorum Archiepiſcopi verbis iſtis: *Accidit tum, vt Carolus Rhemorum vrbem præteriens, totam (vt aiunt) circumiret, donec ad eam peruenit portam, in qua S. Rigobertus congruis extructis ædibus degebat. Quem ſanè huiuſmodi compellauit vocibus: Domine Rigoberte iube portam ciuitatis aperiri, vt liceat mihi ire precatum ad ſanctam Mariam: Sed cùm ſanctus nullum daret reſponſum, quippe orationi intentus, cui perpetuò vacabat: fertur tertiò iiſdem vſus vocibus, ita vt tandem vir Dei eius valido clamore compulſus, ſic ei reſpõderit: Porta hæc tibi non aperietur, donec certò conſtet, vtri veſtrum ceſſura ſit victoria. Tu enim &*[*] *Raginfredus inter vos de dignitate contenditis, nec adhuc ſcire licet, quem ſit res exitum habitura. Quod ſi Dominus te voluerit victorem euadere, reuertenti tibi libens portam reſerabo, fidelemq; me exhibebo. His auditis Carolus furibundus iuramẽto affirmauit, ſi victor rediret, non impunè id laturum Epiſcopum: At vir Dei non valdè eius minas pertimeſcens (iuſtus*[g] *enim quaſi leo confidens abſque terrore erit) portam ei noluit patefacere. Facilè enim, vt vir prudens animaduerterit, non orandi ſtudio illum velle ingredi (quod ſimulabat) ſed vaſtandi potiùs animo, quemadmodũ alias vrbes deuaſtarat. Tum etiam verebatur, ſi hũc intrò admiſiſſet, Raginfredũ, ſi ad eum victoria inclinaſſet, ipſum infidelitatis incuſaturum.* Et inferiùs.

[f] *Apud Sur. tom. 1. die 4. Ianuarij.*

CAROLVS MARTELLVS QVID IN S. RIGOBERTVM.

[*] Ramonfredus

[g] *Prou. 28.*

VII.

Carolus duodecimo Kalendas[*] *Aprilis, qui tunc Dominicus erat dies, ſummo mane conflixit cum Chilperico Rege & Raginfredo, quem Chilpericus Maiorem domus vel Magiſtrum equitũ creauerat, & pro voto victoria potitus, mox vt reuerſus eſt, è ſede ſua exturbauit Pontificem Rigobertum, & quidem iniuſtiſſimè, vt erat illi antea comminatus. Neque id tamen adeò mirum, cùm etiam alijs ſimiliter fecerit. porrò in depulſorũ locum ſuarum partium*

[*] Auguſti

S. RIGOBERTVS EXVLAT.

ſtudio ſos

Digitized by Google

ſtudioſos intrusit. hæc auctor, qui & ſuperiùs ait, hunc eundem ſanctum Epiſcopum Rigobertum olim rogatum à patre ipſius Pipino eundem Carolum baptizâſſe, ſed animum ferociâ imbutum nullum penitùs horum rationem habuiſſe. Senſit enim ipſum infeſtum ſibi ſanctus Pontifex Rigobertus ad ſupremum vſque vitæ ſuę diem. Iſta planè paſſus propter juſtitiam, dum (quod decebat) Regi potiùs ipſe faueret, quàm eius inimicis, qui hac ex parte tyranni indicabantur. Quamobrem quæ in ſanctum Rigobertum geſta ſunt ab ipſo; per Gregorium Romanum Pontificem irrita penitùs reddita ſunt, vt eius epiſtola ad Turpinum ſcripta declarat his verbis:

VIII.
EPISTOLA GREGORII IN CAVSA RHEMENSIS ECCLES.

Tua fraternitas nobis retulit, quia faciente diſcordiâ, Archiepiſcopus Rhemenſis, Rigobertus nomine à ſede contra canones deiectus & expulſus fuit ſine vllo crimine, & ſine vllo Epiſcoporum iudicio, & ſine vllo Apoſtolicæ ſedis conſenſu & interrogatione; ſed ſolummodò, quòd non antea conſenſit in partem illius, qui poſteà partem de illo regno in ſua poteſtate accepit, in qua parte eſt Rhemenſis ciuitas: & donatus, atque magis vſurpatus contra Deum & eius auctoritatem fuerit ille Epiſcopatus ſimul cum alio Epiſcopatu & alijs Eccleſiis, ex ſæcularibus poteſtatib. Miloni cuidam ſola tonſura clerico nihil ſapienti de ordine Eccleſiaſtico; & quòd alij Epiſcopatus de ipſa Rhemenſi diœceſi diuerſo modo fuerunt diuiſi, & aliqui magna ex parte in Epiſcopio conſiſtentes, ad alios Epiſcopos & metropolitanos Epiſcopi & clerici ordinationes aliquando accipientes erãt, & refugia indebita habebant, & à ſuis iudicari & diſtringi non ſuſtinebant; & quòd clerici & ſacerdotes, & monachi pro voluntate & licentiâ viuebant. hucuſque epiſtolæ pars, reliqua deſuit. Sed & corrigendus epiſtolę titulus, in quo ponitur Hadrianus, cùm longè abſint hæc tempora ab Hadriani Pontificatu, licèt conſtet Turpinum ipſum Rhemenſem Epiſcopum, cùm eam Eccleſiam annis quadragintaſeptem adminiſtraſſet, ad tempora Hadriani Pontificis peruenisse, à quo & precibus Caroli Magni accepiſſe Pallium reperitur. Cæterùm quod pertinet ad ſancti Rigoberti ſucceſſorem non ſolùm ex recitata epiſtola, ſed & Actis vitæ eiuſdem in iis quæ ſequũtur, liquet à Carolo illi ſubrogatum fuiſſe Milonem: quòd & Frodoartus teſtatur in vitis Rhemenſium Epiſcoporum, vt de his nulla dubitatio eſſe poſſit. Quamobrem quòd hic Turpinus, ad quem Gregorius dictam ſcribit epiſtolam, Epiſcopus hoc tẽpore fuerit (fratrẽ enim appellat ipſum Pontifex) dicendum eſt alterius alicuius Eccleſiæ Epiſcopum tunc fuiſſe, ex eaque poſt Milonem in Eccleſiam Rhemenſem eſſe tranſlatum. Porrò quod ad Carolum ſpectat, eſt querela ſcriptorum omnium huius ſæculi, quod Epiſcopatus laicis hominibus ſuæ partis ſtudioſis dederit perfruendos.

IX.
S. SVVIBERTI EPISCOPI VVERDENSIS OBITVS.

Hoc eodem anno Kalendis Martij moritur mirificus ille Saxonum & Friſiorum appellatus Apoſtolus, primus Werdenſis Epiſcopus ſanctus Swibertus, cuius ſuperiori tomo præclaras res geſtas ſæpè contigit enarraſſe. Defunctus eſt cùm eſſet ætatis annorum ſexaginta nouem. Qui fideliſſimè eius vitam conſcripſit eiuſdem temporis & muneris Apoſtolici Marcellinus, eius obitum ita narrat: *Anno à natiuitate Domini ſeptingenteſimo decimo ſeptimo, ſanctus Suuibertus omnium virtutum chariſmate plenus, ex omnibus animi medullis videndi Deum deſiderio flagrans, cùm in feſto principis Apoſtolorum ſancti Petri ad Cathedram in ſuo monaſterio diuina celebraſſet, mox languore eum inuadente, lecto decubuit.* Et poſt nonnulla ab ipſo probè poſita: *Appropinquante denique die obitûs, ſiue dormitionis ſuæ, quam præſciuit Angelico miniſterio, conuocans fratrum ſuorum præfatorum felicem cateruam, celebrari ſibi fecit Miſſarum ſolemnia: deinde perceptione corporis Dominici ſe muniens, & ſanctæ Crucis vexillo ſe, cunctoſque circumſtantes conſignans, in mortis quiete dormiens, tranſiit feliciter de mundo, & ab Angelicis choris anima eius ſancta in conſortio Sanctorum & felicitatis perpetuæ in perpetuum collocanda ſuſcepta eſt, ſtatimque facies eius vt glorificata lucens ſplenduit: cella vero eius vt apotheca redoluit, omniumque ora & pectora fragrantia ſuauitatis replens,* &c. pergit fuſiùs dicere quæ poſt obitum contigerit fieri ibi miracula diuerſi generis, quæ tu ipſe maiori otio conſulas. Videbis enim eum, in quo primitiæ Apoſtolatus earum gentium ſunt conſecratæ, non tantùm cùm viueret, ſed & poſt obitum Apoſtolicis coruſcâſſe miraculis, quò prædicata ab eo fides multiplicibus conſignata teſtibus poſteris traderetur.

IESV CHRISTI Annus 718.

GREGORII PAP. II. Annus 5. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 3.

I.

SEPTINGENTESIMVS decimus octauus ſequitur annus primæ Indictionis, quo Sarraceni, qui fruſtra Cõſtantinopolim obſediſſent, reuerſuri, qui reliqui erant, ad propria naufragio (vt & ſuperiùs dictum eſt) periêre. de quibus iſta Theophanes: *Sarraceni ergò moti decimo octauo Kalendas Auguſti cũ multa confuſione reuerſi ſunt. Cùm autem nauigaret claſſis eorum, tempeſtas à Deo per interceſſionem Dei matris incumbens in illos, hos diſperſit, & alios quidem eorum penes Proconneſum & reliquas inſulas, alios verò in vertigines & cætera demerſit in æquora: reſidui quoque cùm tranſiſſent Ægeum pelagus, extemplò perueniens in eos terribilis indignatio Dei. grando namque ignea deſcendens ſuper eos, aquam maris ebullire fecit, & pice liquefactâ naues ſimul cum hominibus inductæ ſunt in profundum, decem ſolis ex his ſaluis, & ipſis prouidentiâ Dei Saluatoris ad annuntiãdum nobis & Arabibus magnalia Dei, quæ in ipſis facta ſunt: quas etiam noſtrates inuenire potuerunt, & quinque earum comprehendere; alia verò quinque ſalua in Syriam deducta ſunt, Dei annuntiatura potentiam.* hæc Theophanes. eadem quoque Cedrenus.

IGNEA GRANDO IN SARRACENOS.

II.
PRECES PVBLICÆ EX PROPVLSATIS SARRACENIS.

Tantam gratiam conſecuti ciues ſtatuerunt pro ea celebrare annis ſingulis ſolemnes gratiarum actiones: nam in Menologio Baſilij Imper. die XV. Auguſti iſta leguntur: *Commemoratio aduentûs Sarracenorum, & perditionis eorundem impiorum. Sub Leonis Iſauri principatu magna Sarracenorum venit multitudo, & Conſtantinopolim obſederunt terrâ marique. Et Imperatore neceſſitatem vidente, & cum eis fœdera ſancire volente; ipſi dicebant, ſe ciuitati iam quoque cuſtodes conſtituiſſe; perinde atque capta eſſet. Sed ſuperbis reſiſtens Deus obſtitit eorum conſilijs. Videns igitur eorum Princeps, quòd nihil ageret: petijt, vt ſaltem vrbem ingrederetur, & eam cerneret, pollicitus poſthac inde diſcedere. Quòd cùm conceſſum eſſet, & per portam Boſphoriam equo ſedens intrare vellet; alijs ſuis ſine moleſtia ingredientibus, Principis ſolius equus intrare omninò nolebat. Reſpiciens verò ſurſum, vidit ſupra portam Dei genitricis imaginem: tunc ſe nouit hoc paſſum, quòd eamdem auxiliantem ciuibus blaſphemaſſet: deſiſtenſq; & recedens cum ſuis, in Argeo pelago vnà cum nauigijs ab ignifera procella conſumpti ſunt. Huius tanti miraculi gratiâ populus ſolemnes celebrat gratiarum actiones annis ſingulis.* hæc ibi. . . .

Tanto portento perculſus Haumar Princeps Sarrace-

Sarracenorum, qui hoc anno poſt Zulciminũ ſuſcepit habenas; adeò manifeſtam Dei indignationem expertus, duo ſibi facienda propoſuit; alterum, vt populum ſibi ſubditum expiaret, alterum verò, vt quos putabat Dei hoſtes, Chriſtianos inſequeretur.

III. PERSECVTIO EXCITATA A SARRACENIS IN CHRISTIANOS.

Sic igitur hoc eodem anno (vt idem Theophanes auctor eſt) ciuitatibus ſibi ſubiectis vini potum inhibuit, & in Chriſtianos promulgauit edictum, quo recederent ab ipſorum religione, præmio appoſito facientibus, nempè à tributi immunitate; pœnâ verò mortis ſancitâ in omnes qui facere detrectarent. his adiecit, vt eodem edicto caueret, Chriſtianorum teſtimonium aduerſus Sarracenos minime recipiendum. Auſus eſt inſuper litteris tentare Leonem Imperatorem, vt à fide Chriſtiana recederet. Hæc omnia Theophanes & alij; idemq; teſtatur quamplurimos Chriſtianos haud conſentientes impietati, potiùs delegiſſe necari, ſicque clariſſimo ipſos omnes coronatos eſſe martyrio. Hic ingemiſcimus magnam horum temporum ſterilitatem ſcriptorum; qui ſicut olim ſub Gentilibus Imperatoribus, ſcriberent eorumdem Martyrum acta. Verùm nubes iſta fulmina vomens haud diu eſt permiſſa ſubſiſtere; ſiquidem poſt ſequentem annum barbarus truculentus tertiâ Indictione ex hac vita ſubtractus eſt.

Hoc pariter anno à Sergio Protoſpatario nouus Imperator Artemius erigitur in Sicilia: ſed miſſo illuc à Leone Imperatore Paulo Chartulario, igne incenſus extinguitur, ſumpto ſupplicio de rebellibus.

IV. Quod ad res Occidẽtales pertinet, *hoc anno*, vt Tudenſis numerat, *Erâ ſcilicèt ſeptingenteſimâ quinquageſimaſextâ (eſt is annus Domini ſeptingenteſimus decimus-octauus) Aſtures omnes in vnum collecti ſuper ſe principem erexerunt Pelagium. Fuit iſte Regis Theodorici Spatarius, qui fugiens impreſſionem Sarracenorum, cum ſuis in Aſturios ſe contulit montes: cùm autem auditum eſſet à Sarracenis Hiſpaniam occupantibus, id magnâ audaciâ eſſe præſumptum, in eum acies mouent: ſed primum inſidiis ipſum appetendum putârunt, miſſo ad ipſum Oppâ Archiepiſcopo Tolitano Vuitizæ Regis filio, qui magnis pollicitationibus deditionem ei ſuaderet. Ad quem iſta Pelagium reſpondiſſe idem auctor affirmat: Tu (inquit) & fratres tui cunctos ſubuertiſtis, & Chriſti eccleſiam deiecistis, & propter ſcelera patris veſtri, qui peccare coëgit glorioſam gentem Gothorum, reliquit Dominus Eccleſiam ſuam. Et quia Deo facile eſt ſaluare ſiue in paucis, ſiue in multis, nos de miſericordia Dei confidentes, committimus ad Dominum Deum noſtrum, vt fidem Catholicam conſeruemus, quam vos ſpreuiſtis & pater veſter. Eſt enim Eccleſia Dei ſicut luna, quæ aliquando apparet plena, aliquando valdè diminuta, & iterum reuertitur ad plenitudinem primam. Ecce in iſta tumba* (ſpelunca loci natura munita illic erat, vbi cum ſuis Pelagius degebat) *hodie incluſa eſt maxima pars militiæ Gothorum; ſed egredietur ex illa, dante Domino, ſemen, quo genus Gothorum, vt erat, Chriſto in tota Hiſpania reſtauretur. Et quia deuotam eam habemus, apud* DEVM *Patrem & Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM *totam ſpem noſtram ponentes, hanc multitudinem paganorum, quibus ducatum præbes, deſpicimus. Confidimus enim per interceſſionem glorioſæ Virginis genitricis eiuſdem Domini noſtri* IESV CHRISTI *ſaluari; & ipsâ adiuuante, quæ mater miſericordiarum eſt, gentem Gothorum de paucis qui ſunt in iſta ſpelunca, reſtaurari, ſicut ex paucis granis infinitæ ſegetes germinantur.*

V. *Quibus dictis Pelagius & qui cum eo erant, tanto hoſte perterriti incluſerunt ſe in ſpelunca, beatæ Mariæ*

A *ſuffragia expetentes, eius ibi memoriam venerabantur, & pro recuperatione Chriſtianorum orationibus inſiſtebant. Videns autem Oppa quam Pelagius confidentiam in Domino poſuerat, reuerſus ad Iſmaelitas dixit: Properate ad ſpeluncam & pugnate fortiter, quia vt ex verbis eius comperi, niſi per gladium pacem cum eo habere non poſſumus*[a]. *Alchaman illico fundibularijs & ſagittarijs & iacientibus iacula portam ſpeluncæ ferire præcepit. Tunc cerneres ſaxa intermixtis iaculis ſicut denſiſſimas pluuias euolare contra beatam ſpeluncam. Sed in hoc turbine iaculorum & lapidum, qualiter diuina manus, quæ percutit & ſanat, pro Chriſtianis pugnauerit, exemplo poterit aduerti, quòd lapides & iacula & ſagittæ à Sarracenis emiſſa contra eos retorquebantur, & maximam Sarracenorum*

B *multitudinem proſtrauerant.*

[a] Habes eadē Roderic. lib. 4. c. 2.

PELAGIVS INGENTI POTITVR VICTORIA.

Barbari autem vbi non ſolùm ad peragendum negotium quod volebant, ſe nihil proficere, ſed maximam ſuorum partem vident proſtratam armis ſuis, confuſi & turbati retrocedendo, ſpeluncam oppugnare deſtiterunt. Pelagius ad prælium Dei gratiâ & fortitudine roboratus, cùm totam multitudinem hoſtium proſtratam aſpiceret, reliquos ſuperaturus Sarracenos aggreſſus de ſpelunca ſtricto enſe inuadit vbique. Statim Oppa captus eſt, & Alchaman cum viginti millibus Sarracenorum interfectus. Sed nec ſexaginta millia quæ remanſerant, Domini vindictam euadere potuerunt. Siquidem dum per verticem montis Auſena fugam arriperent, atque per concaua petrarum & deuia loca aduenirebant, & venire vellent ad

C *quoddam ſupercilium montis, dum graderentur ſecus flumen Deua, diuinum numen oppreſſit eos: vnde cùm idem flumen inundatione aquarum proprium alueum excedit, multos ex eis occidiſſe, ſigna armorum & oſſium euidenter oſtendunt.*

VI. *Verè Deus impleuit tunc ſuſius illud quod Paulus dixit*[b]: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. tam glorioſè egit Deus tunc cum populo Chriſtiano, vt in primo Iſraelitico, cui Deus cum paucis de multis dedit ſemper triumphare, talis victoria inuenitur.* hæc Tudenſis, qui & inferiùs ſubdit de Sarracenorum Rege, quod his auditis pudore ſuffuſus & furore ſuccenſus, in eos quos ſecum habe-

D bat Hiſpanos furorem conuertit, nempe in Iulianum Comitem, regni proditorem, & filios duos Vuitizæ, quos fecit capite plecti, ita Domino operante, vt ab eodem interficerentur ſcelerati, cui Hiſpanias prodidiſſent. ſicque Pelagium regulum tenuiſſe regnum idem tradit annis decem & octo. Porrò ſpelunca illa DEI genitricis memoriæ dicata eſt, eius quoque nomine nuncupari cœpta, dictaque ſancta Maria de Couadonga. Recitatæ autem hiſtoriæ adſtipulantur ſcriptores omnes qui res Hiſpaniarum ſunt proſequuti. Addũt præterea, Pelagij operâ venerandas reliquias ſanctorum & ſacros codices per Vrbanum Archiepiſcopum Toletanum ſucceſſorem Sinderedi tranſ-

E latos fuiſſe in Aſtures. Reliqua verò bellorum ſi cupis, conſule eos qui in his enarrandis potiſſimùm verſati ſunt. nobis autem hæc ſatis ad inſtitutum. Obſeruatione planè dignum eſt, quòd tam in Oriente Leo Imperator, quàm in Occidente Pelagius, cùm DEI genitricem aduerſus Sarracenos inuocant, inſperatam, ingentemque conſequuntur vtrobique victoriam. Sed de his ſatis.

[b] 1. Cor. 10.

IESV CHRISTI
Annus 719.

GREGORII PAP. II. Annus 6. — LEONIS ISAVR. IMP. Annus 4.

I. SEPTINGENTESIMVS vndeuigeſimus Redemptoris adeſt annus Indictionis ſecundæ, quo Gregorius Papa ſanctum Bonifacium presbyterum natione Anglum Romam venientem Apoſtolico munere inſigniuit, cùm ei ad prędicandum Euangelium Gentibus credidit. Quo modo autem hæc ſe habuerint, auctor qui ex Vuillibaldo Epiſcopo e- B ius diſcipulo ipſius res geſtas proſequutus eſt ſic ſinceriſſimè narrat[a]: *Reuerendum Epiſcopum Danielem adijt, petens ab illo vt eius benedictione & litteris commendatitijs Romam iturus frui mereretur. Epiſcopus libens annuit, & prouidi paſtoris officio fungens Stephanum virum bonum orbata congregatione præficiendum curauit, & Bonifacium Dei ſeruum longum iter peregrè ſuſcepturum ad loca optata cum ſuis litteris à ſe dimiſit.* Sed quòd Dei beneficio adhuc extent Danielis Epiſcopi litteræ commendatitiæ, hic eas deſcribere, antequàm vlteriùs progrediamur, operæpretium iudicauimus. ſic enim ſe habent[b].

[a] Extat ap. Sur. die 5. Iunij, tom 3.
S. BONIFAC. ACCIPIT APOSTOLATVM A GREGORIO PAPA AD GENTES.
[b] Cod. MS. ex biblioth. S. Mariæ ſuper Mineruam, & alio exemplari Ant. Augu. epiſt. 7.

Pijſſimis ac clementiſſimis Regibus, Ducibus vniuerſis C *reuerendiſſimis & dilectiſſimis Epiſcopis, religioſis, necnon Abbatibus, presbyteris, & ſpiritualibus filijs Chriſti nomine conſignatis, Daniel Dei famulorum famulus.*

II. *Dum vniuerſis fidelibus deuotione ſinceriſſimâ Dei mãdata ſunt obſeruanda, quantum ſit hoſpitalitatis munus, quamq́; acceptabile Deo humanitatis officium viantibus exhibere, SS. ſcripturis atteſtantib. demõſtratur, dum & B. Abraham[c] propter hoſpitalitatis miſericordiam ſanctorum Angelorum præſentiam ſuſcipere meruit, & venerando eorum colloquio perpotiri. Loth[d] quoque per huiuſmodi miniſterium pietatis de Sodomorum flammis ereptus eſt, ſaluauit eum hoſpitalitatis gratiâ de flammarum interitu mandatis cæleſtibus obſequentem: ita & veſtræ dilectioni* D *proueniet ad ſalutem, dum horum portatorem religioſum presbyterum, Deiq́; omnipotentis famulum ſuſcipientes inuiſeritis, dum caritatem ei, quam Deus & diligit & præcipit, exhibueritis. Recipientes ergò Dei famulos, eum recipitis cuius maieſtati deſeruiunt, ita pollicenti: Qui[e] vos recipit me recipit. Hæc itaque concordi deuotione facientes, & Dei mandata peragitis; & de diuina promiſſionis oraculo confidentes, mercedem apud eum habebitis ſempiternam. Incolumem eminentiam veſtram ſempiterna gratia cuſtodiat.* hactenùs Danielis litteræ. Fuit iſte Daniel[f] Epiſcopus Ventæ ciuitatis in Anglia apud Saxones Occidentales, ſub cuius diœceſi monaſterium erat eâ linguâ[g] Adeſcancaſter dictum, in quo à puero S. Bonifacius monaſticum ſectatus eſt inſtitutũ. Pergit verò ex Vuillibaldo auctor de Bonifacio ſemel E cœptam orationem.

[c] Gen. 18.
[d] Gen. 19.
LITTERÆ PATENTES COMMENDATITIÆ.
[e] Matt. 10.
[f] Bed. hiſtor. Angl. lib. 5. cap. vlt.
[g] Vuillib. in vit. S. Bonif.

III. *Eâ igitur benedictione fretus, mox valedicens fratribus, dat ſe itineri, terrarum longa ſpatia & ignotas vias emenſurus. Collecti ſunt autem ad eum vndique non pauci ſerui* DEI *eodem ſpiritu ferventes: cunctique vno animo quotidie multa ſanctorum templa inuiſentes, rogabant vt diuinitùs adiuti, tutiùs Alpium iuga ſuperarent, & Longobardorum feros animos erga ſe lenes & humanos ſentire mererentur. Cúmque ſæuiſſimæ gentis regiones citra diſcrimen vllum pertranſiſſent, beatiſſimi Apoſtoli Petri limina adierunt, Chriſtoq́; (vt par erat) gratias agentes, peccatorum ſuorum abolitionem & itineris proſperos ſucceſſus petierunt, nec ſunt votis fruſtrati ſuis. Nam ſimul* A *atq; vir ſanctus venerabilẽ Apoſtolicæ ſedis Præſulem Gregoriũ II. allocutus eſt, eiq́; tum cauſam aduentus ſui, tum deſiderium, quo diu flagrârat, expoſuit; mox Pontifex hilari vultu eũ intuens, percunctatus eſt, num aliquas Epiſcopi ſui litteras commẽdatitias apud ſe haberet. Ille verò ſtatim chartam pro more inuolutam Pontifici obtulit. Quâ perlectâ, ſanctique viri comperto deſiderio, ſedulò cum illo deinceps ſermones contulit, illicq́; commorantem reuerenter tractans, quaſcunque petijt ſanctorum reliquias illi donauit. Tum etiam per omnem Germaniam prædicandi ei munus demandans, ſuas ei litteras tradidit, quarum hoc eſt exemplar:*

BONIFAC. ROMAM VENIT.

B *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei Bonifacio religioſo presbytero.*

IV. *Exigit manifeſtata nobis religioſi propoſiti tui piè in Chriſto flagrantis intentio, & approbata ſinceriſſima fidei tuæ perlata relatio, vt ad diſpenſationem verbi diuini, cuius per gratiam Dei curam gerimus, te comminiſtro vtamur. Experientes proindè te ab infantia ſacras litteras didiciſſe, profectuque indolem ad augmentum crediti cæleſtis talenti proſpectu diuini timoris extendere, videlicet gratiam cognitionis cæleſtis oraculi in laborem ſalutiferæ prædicationis, ad innoteſcendum gentibus incredulis myſterium Fidei inſtanti conatu extendere: collætamur fidei tuæ, & adiutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmiſſi conatus pium affectum vſque ad Apoſto-* C *licæ ſedis modeſtâ prouiſione perduxiſti cõſultum, vt membrum ex membro proprij corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio humiliter te ſubmittens, & eius directioni, iuſto tramite properans: ſoliditati compaginis plenitudo exiſtas: ideò in nomine indiuiſibilis Trinitatis, per inconcuſſam auctoritatem beati Petri Apoſtolorum principis, cuius doctrina & magiſterio fungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tuæ religionis inſtituimus, atque præcipimus, vt in verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, emittere videris) ad quaſcunque gentes infidelitatis errore detentas, properare Deo annuente potueris myſterium regni Dei per inſinuationem nominis Chriſti Domini Dei noſtri,* D *veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis, & dilectionis & ſobrietatis, prædicationem vtriuſque Teſtamenti mentibus indoctis conſonâ ratione transfundas. Diſciplinam denique ſacramenti, quam ad initiandos* DEO *prænio credituros tenere ſtudeas ex formula officiorum ſanctæ noſtræ Apoſtolicæ ſedis, inſtitutionis tuæ gratiâ prælibata, volumus vt intendas. Quod verò actioni ſuſceptæ tibi deeſſe perſpexeris, nobis (vt volueris) intimare curabis. Benè vale. Data* * *Idus Maij, imperante domino pijſſimo Auguſto Leone ſecundo à* DEO *coronato, anno tertio Imperij eius, Indictione ſecundâ.* hucuſque Apoſtolatûs litteræ. quibus videas priſcos mores, & antiquos ritus, quomodo quis munere Apoſtolatûs initiari ſoleret.

LITTERÆ APOSTOLATVS BONIFACII.
* Idibus

V. E Sed quos vir Apoſtolicus de collato Apoſtolatu fructus colligere cœperit ab eodem, qui ſuprà auctore ſic accipe: *His igitur litteris acceptis à venerabili Papa, profectus eſt inde ad Longobardorum Regem Luitbprandum, à quo honorificè ſuſceptus aliquamdiu apud eum hoſpitio vſus eſt. Porrò ab illo diſcedens, ardua & prærupta iuga tranſcendit, ignotoſque Boioariorum & Germaniæ fines peruſtrans, in Thuringiam peruenit, accuratéque explorans vbique, inſtar apis prudentiſſimæ, vbi poſtmodum nectarea ſanctæ Fidei mella colligere & comportare poſſet. Cúmque dies aliquot in Thuringia hæreret, omnes interim illius prouinciæ principes verbis ſpiritualibus alloquens, ad ſacram complectendam Fidem & religionem inuitauit. Sacerdotes quoque, quos*

DE CONVERSIONE INFIDELIVM FACTA PER BONIFACIVM.

varij

Digitized by Google

varijs deditos flagitijs comperit, ſermonibus Euangelicis ad inſtitutionis canonicæ normam correxit. Audito autem Radbodi Friſonum Regis morte, qui per id tempus magnam in Chriſtianos perſecutionem exercuerat, magno affectus gaudio, in Friſiam nauigauit, ibique verbi diuini ſemina ſpargens, permultos ab errore idololatriæ retraxit, &c.

VI. Quod autem de Radbodi Regis morte meminit, opportunè hic de ipſo agendum: quod enim hoc anno eius contigerit obitus, etiam Ionas eſt auctor, qui res geſtas ſancti Vulfranni Senonenſis Epiſcopi ſcriptis proſecutus eſt, ex quibus corrigas Sigebertum, qui ſuperiori anno contigiſſe errore ponit. Sed quæ miranda valde tum contigerint, ex eodem Iona [a], qui eodem tempore vixit, accipe: qui vbi priùs inſignia per ſanctum Epiſcopum edita diuinitùs miracula enarrauit, quibus viſis idem Radbodus nonnihil permotus eſt vt fieret Chriſtianus, iamque nomen dediſſet; ſed cur ſe retraxerit, ita narrat: *Præfatus*, inquit, *Princeps Radbodus, cùm ad percipiendum baptiſma imbueretur, percontabatur à ſancto Epiſcopo Vulfranno, iuramentis eum per nomen* DOMINI *aſtringens, vbi eſſet maior numerus regum & principum ſeu nobilium gentis Friſonum, in illa videlicèt cœleſti regione, quam ſi crederet & baptizaretur, percepturum ſe promittebat, an in ea quam dicebat tartaream regionem. Tunc beatus Vulfrannus:* Noli, *inquit, errare inclyte Princeps: Apud Deum certus eſt numerus ſuorum electorum. Nam prædeceſſores tuos principes gentis Friſonum, qui ſine baptiſmi ſacramento deceſſerunt, certum eſt damnationis ſubijſſe ſententiam: qui verò ab hinc crediderit & baptizatus fuerit, cum* CHRISTO *gaudebit in æternum. Hæc audiens dux incredulus (nam ad fontem proceſſerat, vt ferunt) à fonte pedem retraxit, dicens non ſe carere poſſe conſortio prædeceſſorum ſuorum Friſonum Principum, & cum paruo pauperum numero reſidere in illo cœleſti regno: quin potiùs non poſſe facilè nouis dictis aſſenſum præbere, ſed potiùs permanſurum ſe in ijs, quæ multo tempore cum omni Friſonum gente ſeruauerat.*

At beatus Pontifex: Heu, proh dolor, inquit, *deceptum te video à ſeductore qui humanum decipit genus. Sed niſi pœnitentiam egeris, & credideris, & in nomine Trinitatis baptizatus fueris, ianuam regni perennis non intrabis, ſed æternæ damnationis pœnâ plecteris. Hæc dicente, & docente ſancto Pontifice, multi Friſonum credebant & baptizabantur, prædicto Rege in Paganiſmo perſeuerante: nam à ſacro fonte infeliciter receſſit. Et iam Vuillebrordum, cognomento Clementem, Epiſcopum & doctorem præfatæ gentis accerſiri fecit, vt ad eius conſulta ſimul cum beato Vulfranno in doctrina ſuæ religionis concordante efficeretur Chriſtianus. Sed quoniam (vt ſcriptum eſt [b] in maleuolam animam non introibit ſapientia: quia dubitando per omnia in Fide Catholica, & tentando ſanctos Antiſtites loquebatur: ideò obtinere non meruit, quod fictè quærebat.*

VIII. *Cùm verò ejus legatum ſuper hoc facto ſuſcepiſſet Vuillebrordus, reſpondiſſe fertur: Quia prædicationem ſancti fratris noſtri Vulfranni Pontificis dux veſter audire contempſit, meis quomodo obſecundabit dictis? Nam hâc nocte vidi illum in viſu catenâ religatum igneâ. vnde certum fore conſtat, damnationem iam illum ſubijſſe æternam. Cùmque iter carperet, quod ad domum eiuſdem damnati Ducis ducebat; nuntiatur ei, ipſum ſine baptiſmi ſacramento iam eſſe mortuum: ſicque cœptum deſerens iter, ad propria repedauit habitacula.* hæc Ionas cui adſtipulatur Sigebertus, & alij complures auctores. Sed quæ diaboli præſtigiæ eluſerunt miſerrimum hominem ne fieret Chriſtianus, ab eodem Iona ſic accipe.

[a] Extat ap. Sur. die 20. Martij, to. 2.

Radbodus rex Friſiæ reſilit à fide Chriſtiana.

VII. Deridet à Vulfrannum Radbodus.

[b] Sapien. 1.

IX. *Nec, inquit, prætereunda ratio eſt, quam de præfato duce Radbodo venerabili presbytero Occone narrante, didicimus, cur in Chriſtum credere, ac fonte regenerationis noluit mergi. Nam in ægritudine poſitus, de qua & præſentis vitæ lucem clauſit, perpetuaſque Auerni deſcendit ad vmbras, dum ſopori deditus foret, deceptor hominum diabolus, qui etiam Dei omnipotentis permiſſu in Angelum ſe transfigurat lucis, ei apparet diademate aureo, circumfulgentibus gemmis capite coopertus, veſteque aureâ textili toto amictus corpore. Diuque attonitus præfatus princeps diligenter in eum attendebat ſtupens ac tremebundus, admirans cuius ſpeciei & virtutis eſſet qui ei apparebat: isque multimoda artis nocendi ſæuiſſimus draco inquit ad eum: Dic quæſo, fortiſſime virorum, quis te ita ſeduxit, vt à cultura deorum, & à religione prædeceſſorum tuorum velis recedere? Noli ita, obſecro, agere, ſed in his quas hactenus tenuiſti culturis deorum permane: ibique ad domos aureas æternaliter manſuras, quas tibi in proximo ſum daturus, vt verborum meorum dictis aſtruam fidem. Quapropter cras accerſens Vulfrannum doctorem Chriſtianorum, inquire ab eo, vbinam ſit illa manſio æternæ claritatis, quam pollicetur, te, ſi Chriſtianum ſuſceperis dogma in cœleſtibus habiturum. Quam cùm demonſtrare nequiuerit; vtriuſque partis mittantur legati, ego que dux itineris, & demonſtrabo illis manſionem eximiæ pulchritudinis, & fulgoris immenſi, quam tibi poſt modicum ſum daturus, quæ euigilans ſancto Pontifici Vulfranno cuncta per ordinem pandit.*

X. *Sanctus autem Pontifex ingemiſcens eius damnatione, ait: Hæc illuſio diaboli eſt, qui omnes vult perire, & neminem ſaluari. Quapropter ſalua temetipſum, vir nobilis credendo in Chriſtum, & feſtina ad fontem baptiſmi, in quo eſt remiſſio omnium peccatorum; & nullo modo fidem accommodes verbis diaboli mendacibus. Hæc & huiuſmodi plura proſequente ſancto Pontifice, reſpondit prædictus incredulus Princeps, omnia ſe facturum quæ iubebat, ſi illa non demonſtraretur manſio à ſuo deo, quam ſibi largiturum ſpoponderat. Cumque, inſuperabilem in cunctis Chriſti ſacerdos animum illius cerneret; ne à Gentilibus alia fingerentur pro alijs, miſit continuò cum quodam Friſone ſuum diaconum. Qui cùm paululùm ab oppido proceſſiſſent, obuiam ſibi repererunt in humana effigie quemdam itineris comitem, qui dixit eis: Properetis citò: nam oſtenſurus ſum vobis manſionem eximiæ pulchritudinis, quæ præparata eſt à deo ſuo Principi Radbodo. Qui ducem ac comitem itineris proſequentes, loca diu peragrant incognita, donec viam ingredientes latiſſimam diuerſorum generis marmorum, eam cernunt polito opere decoratam. Videntque à longo domum auream, ac perueniunt vſque ad plateam, quæ ante præfatam domum ſita erat, & ipſa auro gemmiſque ſtrata: intranteſque in domum aurei ſplendoris & incredibilis pulchritudinis, aſpiciunt thronum miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris: Hæc eſt (inquit) domus, & iſta pulcherrima ſedes, quam poſt eius mortem Principi Radbodo deus ſuus largiturum ſe ſpopondit. Et diaconus ſtupefactus in his quæ viderat, dixit: Si à Deo cunctipotente facta ſunt iſta, perpetuò maneant: ſi autem à diabolo, citò diſpareant. Et cùm vallaret ſe continuò ſancta Crucis munimine, dux itineris qui videbatur homo, euaneſcendo tranſijt in diabolum, & domus verſa eſt in lutum.*

XI. *Remanſeruntque hi duo ſimul, Friſo ſcilicèt & diaconus in medio locorum paluſtrium, quæ plena erant longiſſimis ranſeis virgultis: triduoque immenſi laboris iter conficientes, euerſi ſunt ad oppidum, inuenientes præfatum ducem Radbodum ſine baptiſmatis ſacramento mortuum: narrantque beato Antiſtiti quandam à diabolo pertuliſſent illuſionem. Friſo autem credidit in Chriſtum, & baptizatus eſt. Vocabatur autem Ingomarus: qui & ipſe ad Fontanellenſe cœnobium beatum Vulfrannum ſecutus eſt. Inducias ita-*

Illuditur à diabolo Radbodus.

Præſtigia diaboli.

Moritur Radbodus.

quæ ſibi renunciandis, quas potuerat, ſe adipiſci, prædictus dux minimè valuit impetrare, quia non erat ex ouibus Chriſti, neque ad vitam præordinatus æternam. Percrebuitque hoc ſtupendum miraculum apud incolas gentis Friſonum, atq; ex hoc facto plurima gentis multitudo conuerſa eſt ad Dominum. Mortuus eſt autem infeliciter præfatus dux Radbodus anno Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quem ipſe credere contempſit, ſeptingenteſimo decimo nono, qui erat annus ſeptimus inclyti Principis Caroli, cognomento Martelli. hactenus Ionas eiuſdem Fontanellenſis cœnobij monachus.

XII. IVRE DELVSVS A DAMONE TAMVI PRINCEPS. Ita planè illud meruit irriſor princeps & corde durus: qui cùm ingentia ſigna de veritate Chriſtianæ religionis ab Apoſtolicis viris facta vel vidiſſet vel audiſſet, & adhuc tamen permanſiſſet obſtinatus: meruit his phantaſmatibus, DEO permittente, illudi, ſecundùm illud Sapientiæ [a]: *Videbunt, & contemnent eum: Illos autem Dominus irridebit.* & ſecundùm illud Eccleſiaſtici [b]: *Qui mentis eſt duræ, corruet in malum: &* [c]: *Cor durum male habebit in extremo.* illuſionibusq; dæmonis decipi iure debuit, qui DEI miniſtros vel perſecutus eſt, vel tergiuerſatione deluſit: vt euenerit illi quod Achab, ſecundùm illud librorum Regum, dicente Domino [d]: *Quis decipiet Achab?* cùm ſe promptum exhibuit ſpiritus mendacij: nam & ab eodem iſte præſtigiis dæmonis meruit dementari. Porrò non Ionas tantùm eſt huius veritatis ſcriptor & aſſertor, ſed (vt dictum eſt) Sigebertus & alij plures. Cæterùm hæc omnia in nouellæ plantationis Eccleſia fieri voluit Deus, quo gentes illæ præſtigiis diaboli diu illuſæ reſipiſcerent, verumque DEVM colerent, exploſo penitùs deorum cultu; ſicq; ſe artes omnes iſtæ praui dæmonis ad profectum conducerent Euangelij.

[a] Sap. 4.
[b] Eccleſ. 3.
[c] Prou. 28.
[d] 3. Reg. 22.

XIII. INGENS HVMILITAS BONIFACII. Sed ad Bonifacium redeamus, qui & in hoc vera ſigna ſui Apoſtolatûs expreſſit, dum Chriſtianam humilitatem amplexus, licèt Apoſtolicâ legatione dux verbi videretur effectus, tamen ſui tyrocinia Apoſtolatûs voluit ſub alio profiteri coadiutor accedens in Friſionum conuerſione magno illi Clementi, ita ex Willebrordo à Romano Pontifice, vt vidimus, nominato, cui triennio in miniſterio verbi fidus comes inhæſit: à quo cùm rogaretur Epiſcopus ipſi ſuccedere, renuens licentia petitâ receſſit. Sed locus poſtulat, vt hic reddamus Epiſtolam ad ſanctû Bonifacium ſcriptam, in qua fit mentio de Radbodi obitu, aliiſque ad prædicationem Bonifacij pertinentibus per viſionem diuinitùs demonſtratis. Epiſtola eſt clariſſimæ virginis cognatæ Regis Cantiæ, quæ ſic ſe habet.

Ex eodem Cod. epiſt. 35.

XIV. *Venerando Dei famulo, & plurimis ſpiritualium chariſmatum ornamentis prædito Bonifacio, ſiue Vuinfrido digniſſimo Dei presbytero, Buggan vilis vernacula perpetuæ charitatis ſalutem.*

EPISTOLA BVGGAN AD BONIFACIVM. *Notum ſit almitatis tuæ auctoritati, quod gratias omnipotenti* DEO *referre non deſino, eo quod tibi, vt ſcriptione beatitudinis tuæ agnoui, multipliciter miſericordiam ſuam tribuit, & te tranſeuntem per ignotos pagos pijſſimè conduxit; primùm, Pontificem glorioſæ ſedis ad deſiderium mentis tuæ blandiendum inclinauit: poſtea inimicum Catholicæ Eccleſiæ Radbodum coram te conſternauit: deinde per ſomnium ſemetipſum reuelauit, quòd debuiſti meſſem* DEI *metere, & congregare ſanctarum animarum manipulos in horrea regni cæleſtis: idcirco eò magis confiteor, quòd nulla varietas temporalium viciſſitudinum ſtatum mentis meæ inclinare queat à propoſita charitatis tuæ cuſtodia, ſed ardentius in me vis amoris caleſcit, dum pro certo agnoſco per meritum orationum tuarum ad portum alicuius quietis perueniſſe. Ideò iterum humiliter moneo, vt interceſſionum tuarum ſtudia pro mea paruitate Domino offerre digneris, quatenus ſuâ gratiâ me faciat incolumem cum tuis protectionibus. Similque ſciat charitas tua, quòd paſſiones Martyrum, quas petiſti tibi tranſmitti, adhuc minimè potui impetrare; ſed dum valeam, faciam: & tu mihi chariſſime, dirige meæ paruitati ad conſolationem, quod per dulciſſimas litteras tuas promiſiſti, item congregationi aliquas ſanctarum ſcripturarum. Similiter te poſco, vt ſanctarum Miſſarum oblationis offerre digneris pro anima mei propinqui, qui mihi præ cæteris carus erat N. Et per eundem portatorem tibi tranſmitto nunc quinquaginta ſolidos & pallium altaris, quia maiora munuſcula minimè potui adipiſci; ſed hæc ſunt tamen maxima charitate directa, licet parua ſint in ſpecie. Vale in ſæculo hoc ſanctè, & in charitate non ficta.* hactenùs Buggan epiſtola.

XV. Audiſti Bonifacium quæritare, quæ legeret acta Martyrum, vtpotè qui iam cœperat ſitire martyrium: quo tandem calice, pro voto inebriari contigit, vt ſuo loco dicemus. Quod verò ſpectat ad Buggan, quæ ſcripſit: fuit iſta Abbatiſſa in Anglia genere regio, quam Romæ inuenit Bonifacius, cùm illuc ad Gregor. Roma. Pontifi. ſe contuliſſet. Teſtantur id litteræ Hildeberti Regis Cantiæ ad eundem Bonifacium poſtea datæ quas inter epiſtolas eiuſdem ſancti Bonifacij nondum impreſſas ſuo loco reddemus: hîc vero deſcribantur illæ eius viri Apoſtolici literę, quę hoc ipſo anno datę intelligi poſſunt. Vbi .n. legatis ne ſibi iniunctâ petarduam ſe ſuſcepiſſe prouinciam intellexit, quò magis ſe tanto imparem oneri ſenſit, eò minùs ſuis fidere debere viribus, ſed ſanctorum DEI amicorum precum auxilio niti debere cognouit; quas vt conſequi poſſet, cùm ad plures alios, dum ad ſacras Deo dicatas virgines has litteras dedit.

Ex eodē qui ſup Cod. ep. 19.

Venerandis, & amandis, chariſſimis ſororibus Leogbade, & Beddæ, necnon & Cunechildæ, & omnibus in Chriſto diligendis ſororibus vobiſcum cohabitantibus, æterna charitatis ſalutem.

XVI. BONIFACII EPIST. AD SANCTIMONIALES. *Obſecro & præcipio, quaſi filiabus chariſſimis, quemadmodum vos iam inceſſanter facere, & feciſſe, & facturas eſſe confidimus, vt veſtris orationibus crebris Dominum deprecemini, vt liberemur, iuxta dictum Apoſtoli* [e] *ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium eſt fides & ſcitote quoniam Dominum laudamus, & ſi tribulatio noſtri cordis dilatata eſt, vt Dominus* DEVS, *qui eſt refugium pauperum, & ſpes humilium, de neceſſitatibus noſtris, & de tentationibus huius ſæculi nequam eripiat nos: vt ſermo Domini currat, & clarificetur glorioſum Euangelium* CHRISTI, *vt gratia Domini in me vacua non ſit; & quia vltimus & peſſimus ſum omnium legatorum, quos Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana ad prædicandum Euangelium deſtinauit, vt omnino ſine fructu Euangelij ſterilis non moriar, & vacuus filiorum & filiarum numero non reuertar, ne de abſcondita talento, Domino veniente, reus eſſe iudicer, nec peccatis exigentibus, vice laboris pro mercede vltionem inſtinctioſi laboris accipiam ab eo, qui miſit me.*

[e] Theſſ. 3.

INSIGNIS HVMILITAS BONIFACII.

XVII. *Multi enim (quod peius eſt) quos eous in futuro iudicio ad dexteram* CHRISTI *ponendos cenſebam, verſâ vice, putrida & petulca, & ad ſiniſtram ſe ſtatuentes capella eſſe dignoſcuntur. Et pietatem* DOMINI *precamini, vt ſpiritu principali confirmet cor meum* DEVS, *qui me indignum paſtorem in populo vocare voluit, vt lupo veniente, more mercenarij* [f] *non fugiam, ſed exemplo boni paſtoris agnos pariter cum matribus, Eccleſiam ſanctam Catholicam cum filijs & filiabus*

[f] Ioan. 10.

ſiliabus ſuis contra hæreticos & ſchiſmaticos, vel hypocritas fideliter & fiducialiter defenſare ſtudeam. Præterea, a Epheſ. 5. quia [a] dies mali ſunt, nolite eſſe imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. b 1. Cor. 16. Quamobrem [b] confortamini, & ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini, omnia veſtra cum charitate fiant; c Luc. 21. & iuxta Euangelium [c]: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras: & recordamini ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum, quia multùm laborauerunt in Domino, ideò adepti ſunt præmia ſempiterna; d Pſal. 33. & iuxta Pſalmiſtam [d]: Multæ tribulationes iuſtorum, ſed de his omnibus liberauit eos; e Matt. 24. & iuxta Euangelium [e]: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Hæc ad ſuas in Anglia ſacras virgines, priuatim autem ad vnam ex illis iſta conſcripſit eodem pariter argumento.

XVIII. BONI. EPIS. PRO PRECIBVS AD DEVM OBTINENDIS.

Reuerendiſſima & dilectiſſima ancilla Chriſti . . . Bonifacius ſupplex ſeruus ſeruorum Dei, in Chriſto ſinceram charitatis ſalutem.

Charitatis veſtræ clementiam intimis precibus obſecramus, vt pro nobis peccatoribus apud Dominum intercedere curetis, quia multis & varijs tempeſtatum turbinibus concuſſi & quaſſati ſumus, ſiue à Paganis, ſiue à falſis Chriſtianis, ſeu à fornicarijs clericis, ſeu a Pſeudoſacerdotibus, DE CLERICIS FORNICARIIS. & maximè quod, vt timemus, noſtris meritis exigentibus tribulamur: ſed vt conſolemur, & eripiamur orationibus veſtris deprecamur. Et confidimus in Domino IESV, quòd per orationes veſtræ dilectionis, & veniam peccatorum & tranquillitatem tempeſtatum inuenire mereamur, f Iacob. 5. quia fidelis promiſſor Iacobus [f] Apoſtolus dixit: Confitemini alterutrum peccata veſtra vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Et Ioannes Euangeliſta g 1. Ioan. 5. [g] ait in prima epiſtola: Scimus quoniam audit nos quicquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Et quia iam antè de hoc ipſo deprecatus ſum, rogo, vt non indignemini, eò quia rarò petere non debeo, quod ſine intermiſſione ſemper fieri deſidero; quia quotidiana tribulatio diuina ſolamina fratrum & ſororum me quærere admonet.

Præterea qui timemus eaſdem tentationes Satanæ ibi eſſe, quæ hic ſunt; h 1. Cor. 15. ſecundùm dictum [h] Apoſtoli: Stabiles eſtote, & immobiles, & abundantes in opere Domini, ſemper ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. & alibi: i 1. Cor. 16. [i] Vigilate, & ſtate in fide, viriliter agite & confortamini; omnia veſtra in charitate fiant: etiam ſi egeſtas tangat, dicti Euangelici nolite obliuiſci: k Matth. 5. [k] Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Si tribulatio veniat, memores eſtote veritatis dicentis: l Luc. 21. [l] In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. & in Pſalmo: m Pſalm. 9. [m] Patientia pauperum non peribit in finem: Si infirmitas corporis, Pauli Apoſtoli ſententia proferatur, quia dixit n 2. Cor. 12. [n]: Quando infirmor, tunc potens ſum; & virtus in infirmitate perficitur. Hucuſque epiſtola. Cæterùm nec ſuorum, quos in Anglia reliquerat, monachorum curam dimiſit, vt indicant ſequentes, eędemq; perbreues litteræ, quæ ſic ſe habent:

XIX. Ex eod. Cod. epiſt. 23. CVRAT BONIFACIVS RES SVI MONASTERII.

Cariſſimis filijs Tanino & Vuigberto presbyteris, Bernardo, & Hiede, Nunfrido, & Stirme, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei perennem in Domino ſalutem:

Paterno amore dilectionem veſtram obſecro, vt eo maiorem monaſterialis normam vitæ cuſtodire ſtudeatis, quo pater veſter Vuigbertus defunctus eſt. Vuigbertus presbyter, & Meginotatus diaconus regulam veſtram vobis inſinuent, & ſpeciales horas & curſum Eccleſiæ cuſtodiant, & cæteros admoneant, & magiſtri ſint infantium, & prædicent verbum Dei fratribus. * Hedde ſit præpoſitus, & ſeruos noſtros admoneat; & Nunfridus adiuuet illum, vbicunque opus ſit; & ædificet domunculam noſtram, vbi opus ſit, tonſtrina & coquina ſit. Bernardus operarius ſit, & de omnibus vbicunq; vobis inſinuet, hoc facite, & vnuſquiſque ſtudeat ſecundùm vires ſuas proprios mores in caſtitate conſeruaro, & in communi vita veſtra adiuuare alterum, & in fraterna charitate permanere, vſque ad præſentiam reuerſionis noſtræ in Dei voluntate; & tunc ſimul laudantes Dominum, in omnibus ei gratias agamus. Valete in Chriſto. At de Bonifacio hactenùs.

* Hede

De rebus autem Orientalibus hęc tantùm exhibent Annales Gręcorum, auctore Theophane, qui Græcè ſcripſit hiſtoriam illam, quæ inſcribitur Miſcella, & ſub titulo Pauli diaconi errore circũfertur, XX. aitque: Anno tertio Imperij ſui natus eſt Leoni Principi filius Conſtantinus, qui magus ille impius fuit, dictus Antichriſti præcurſor. Cæterum VIII. Kal. Ianuarij Maria vxor Leonis coronata eſt in Triclinio * Auguſta, & proceſſit ſola cum ſolemni obſequio ſine viro ſuo ad magnã Eccleſiam, & oratione ante ingreſſum altaris effuſa, tranſijt ad baptiſterium magnum, viro eius iam cum paucis ingreſſo. Vbi cùm Germanus ſummus ſacerdos Conſtantinum nequitia ipſorum, & Imperij ſucceſſorem baptizaret, dirum quiddam & fœdum paruulus Conſtantinus, eodem præſignans, exhibuit argumentum, ſtercus emittens in ſanctum lauacrum, vt aiunt, qui diligenter huius rei facti ſunt inſpectores, ita vt Germanus ſanctiſſimus prophetice diceret: Conſtat Chriſtianis & Eccleſiæ maximi mali per eum efficiendi hoc ſignum eſſe futurum. Poſt diuina verò officia cum ſolemni rurſus obſequio Auguſta Maria vnà cum baptizato filio reuerſa eſt, donatiuis erogatis ab Eccleſia vſque ad æneam portam. Hæc de his Theophanes, & alij omnes eadem de infantis baptiſmate. Eadem Zonaras & alij; aiuntque Conſtantinum ob ſtercus tunc egeſtum in ſanctum lauacrum cognomento Copronymum eſſe dictum. Quo pariter anno idem Theophanes tradit, Leonem decollari præcepiſſe Archiepiſcopum Theſſalonicenſem vnà cum Arthemio, qui aduerſus Imperatorem rebellâſſet, plurimamque coniuratorum ſtragem Conſtantinopoli factam eſſe.

* Auguſtæ CONSTANTINI LEONIS FILII BAPTISMVS.

IESV CHRISTI
Annus 720.

GREGORII PAP. II. Annus 7. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 5.

VIGESIMVS poſt ſeptingenteſimum ſequitur annus tertiæ Indictionis, quo Leo Imperator filium ſuum Conſtantinum Copronymum infantem ipſo ſancti Paſchatis die creat Imperatorem, quem ſolemnibus ritibus coronauit Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Hæc Theophanes & alij. Quo pariter anno Haumar Dux Arabum (vt idem teſtatur Theophanes) qui perſecutionem aduerſus Chriſtianos indixerat, ſecundo ſui principatus anno moritur: ſolutaque eſt mox indicta ab eo perſecutio, atque reddita pax Eccleſiis. I. CONSTANTINVS FILIVS LEONIS AVG. CORONATVR.

Quod ad res Francorum ſpectat, cùm Carolus Martellus potens armis eſſet, acer ingenio, animo ferox, pro arbitrio res Francorũ moderabatur: II. Nam Raginfrido Maiore Principe Chilperici Regis, hoc [o] anno defuncto, Carolus Theodoricum in regni ſede conſtituit, mortuo iam anno ſuperiore Lothario Rege, cuius ipſius Carolus Maiordomus erat. Sed aduerſarium magnoperè ſenſit Eudonem Aquitaniæ ducem, quem ante biennium vicerat: ſicque fuit cum eo ſicut cum Raginfrido iuge bellum. Quomodo autem Eudo ſuperatus ſit, ſuo loco dicetur.

o Chrõ. Frã. ex Biblioth. Pithæi.

A Hoc eodem anno decimo tertio Kalendas Aprilis moritur ſanctus Vulſrannus Archiepiſcopus Seoonenſis, cuius res pręclarè geſtæ ſno loco ſuperiùs aliqua ex parte tomo octauo intextæ ſunt, auctore Ionâ monacho Fontanelleoſi, qui vitam eius fideliter ſcripſit [a].

[a] Extat ap. Sur. tom. 2. die 20. Mar.

IESV CHRISTI
Annus 721.

GREGORII PAP. II. Annus 8. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 6.

I. ROMANVM CONCILIVM

B SEPTINGENTESIMVS vigeſimusprimus adeſt annus quartâ Indictione, qno Nonis Aprilis à Grego. Rom. Poonſ. congregata eſt Romæ Synodus, cui interfuerunt Epiſcopi vigintiduo. De qua in primis ille corrigendus eſt error, quo aſſeritur ſub Gregorio tertio huius nominis eſſe celebratam. Ex nota enim Indictionis quartæ, & oumeto annorum Imperij Conſtantini, nempe ſecundo, diœndnm planè eſt, hoc anno habitam eſſe; quæ omnia ſub Gregorio tertio nullo modo cõuenire ſimul poſſunt. Fceiſſe teperitur in boc Concilio Pootiſcx Conſtitutum aduerſus illicita coniugia. Videre eſt ex eius actis quo modo Pontifex ſoleret facere Conſtitutum, quod idem eſt quod decretum. C Quòd autem eius acta breuia ſint, licèt admodum. deprauata, hic tibi reddenda putauimus, quibus hæc inſcriptio præficitur his verbis:

In nomine Domini Saluatoris Dei noſtri Ieſu Chiſti imperante pijſſimo Auguſto Leone à Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno ſexto, poſt Conſulatum verò eius anno ſexto: ſed & Conſtantino eius filio, anno ſecundo menſe Aprilis, Indictione quartâ, præſidente ſanctiſſimo Gregorio Apoſtolico Papâ in baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis ante Confeſſionem, conſidentibus etiam ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. quorum nominibus ſingulis recitatis, hæc ſubſequuntur: *Gregorius ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa ante corpus beatiſſimi Petri in Synodo reſidens dixit:*

II. PRÆFATVR PONTIFEX.

D *Cùm ſimus Dominica plebis ſupernâ miſeratione rectores, ſtudioſiùs nos conuenit Dei præſidium pro eorum ſæpè rogitare ſalute, ne de creditis fruſtratuque (quod abſit) animabus inſidijs antiqui hoſtis ante paſtorem omnium (niſi ſuccedat præueniendo de offenſis correctio) diſtrictam cogamur ſoluere rationem; dumq; perpendo vel ad animum reduco, quantâ circumſpectione nos oporteat inuigilando contra ſui cuiuſque ſceleris nequitiam obuiare, & ſi quando inſilierit ad perturbandas fidelium mentes, adiutorio ſuperno ictui eius reſiſtere; valdè côutior & nimis tabeſco, ne ſerpentinâ calliditate (quod abſit) leuiores quoſque decipiat. Deo verò fauente ſolicitudine nimiâ, animaquiore mente, diuino iuuamine freti, pro ſalute omnium ſtudere debemus, vt inconfuſo vultu, non de fraude cuiuſquam perculſi, aſſiſtere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquietem* [b]. *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Hic námque eſt quod ingemiſcens dico, quia populi Chriſtiani aliquos per prouinciam Italiam commorantes, audio temerè contra Catholicam Fidem & Patrum ſtatuta* * *patrare, vt Deo ſacratas fœminas ducere præſumant mulieres, & propinquas in coniugio ſocient. Quod opportunum eſt ſpirituali amputari mucrone; atque ſi veſtra placeat ſanctitati, radicitùs euelli, ne ſeges boni agricola Zizaniorum mixta horrentibus frutetis ſordeſcat.*

[b] Matt. 25.

ADVERSVS FOEMINAS VIRORVM ANTEA DEMISSORVM CONIVGIA REPETENTES.

* peccare

A *Sanctiſſimi Epiſcopi ſeu venerabiles presbyteri reſponderunt: Verè cognoſcimus ingratiâ Spiritus ſancti cor Apoſtolatûs veſtri ſuccenſum; & vt radicitùs tanta miſeriæ ſqualores à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum, aditu talis miſeriæ obſerato, ſalutari antidoto curetur (ſicut benè promiſſum eſt) interdictione anathematis; ne denuò hoc quiſquam Romanus, Longobardus, vel cuiuſq; ſit gentis, ſacriq; baptiſmatis vndâ lotus attentet; vt non tanti piaculi mole oppreſſus præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitùs euellatur.* Poſt hãc omnium couſonam reſpõſionem Gregorius Apoſtolicus Papa ante corpus memoratum venerabilis Chriſti Apoſtolorum principis inferendo ſententiam dixit: III.

B *Si quis presbyteram duxerit in coniugiũ, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit.*

Si quis diaconam in coniugium duxerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit.

Si quis monacham quam Dei ancillam appellamus, in coniugium duxerit: anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit. Quas audis Presbyteras, Diaconas, erat harũ diſcreta ratio: ſiquidẽ Presbyteræ & Diaconæ, vt aliàs ſuperiùs meminimus dixiſſe, erant illę quę ex mutno conſenſu à viris ad ſacros Ordines promotis relinquebantur, quæ tenebantur caſtitatem ſeruare, quarum ſi viri ad Diaconatum promoti eſſent, Diaconæ dicebantur ſine C Diaconiſſæ; ſi ad Presbyteratum, Presbyteræ. diuerſæ erant hæ à monialibus, quæ virgines erant, & perpetuam virginitatem Deo profitendo vouebant. Quod autem hoc potiſſimum tempore einſmodi vebres exortæ ſnerint in agro Dominico Occidentalis Eccleſiæ, ex Orientali puto manâſſe decrete. Etenim quod vulgatum vbique eſſet in appendice ad ſextam Synodnm, Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos canones edidiſſe, quibus iuberetur, ne qui aſſumerentur ad ſacros Ordines, coniugem quam habebant, dimitterent; in Occidentali verò Eccleſia ſecùs, quæ eiuſmodi canonem recipere omninò renuit; nonnullæ ex ipſis, quæ à viris ſic ex conſenſu dimiſſæ eſſent, quod ad viros ſuos redire D non permitterentur, ſicut Orientales Presbyteræ recipi iuſſæ à viris ſuis; leuitate & procaciâ muliebri aliis ſe viris iunxerunt titulo matrimonij, quos Pootiſcx vnà & Patres ſimul ſancientes decretum, anathemati ſubiiciunt.

IV. QVÆ PRESBYTERA ET QVÆ DIACONA.

Statutis igitur in eadem Synodo aduerſus illicita coniugia anathematiſmis, vltimo loco ab eodem Gregorio Papa in clericos comam relaxantes inflictum eſt pariter anathema. Quibus ſtatutis appoſita eſt omnium qui interfuerunt ſubſcriptio, atque ipſius Pontificis primo loco hoc modo: V.

Gregorius Epiſcopus ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ huic Conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Subſcripſerunt & alij, inter quos qui tunc E repertus eſt in Vrbe Sincredus Epiſcopus ex Hiſpania, vel Archiepiſcopus, vt ſuperiùs nominatur. Toletanum hunc fuiſſe Archiepiſcopum [c] tradunt, qui ciuitate excisâ, ad Romanam Eccleſiam totius Chriſtianæ religionis aſylum confugerit. Subſcriptus eidem Synodo reperitur Pictus Epiſcopus Scotiæ; diuerſæ enim cauſæ longè poſitos Epiſcopos, duxerant Romam. Numquam autem caruiſſe Vrbem peregrinis Epiſcopis, Synodus illic celebratæ declarant. Sincredus autem eo quietiori animo Romæ quieſcebat, quo ſciret ſe accepiſſe ſucceſſorem Vrbanum Epiſcopum; qui tamen quòd ſederit viuente adhuc Sincredo inter Toletanos

SINCREDVS EPISCOPVS TOLETANVS

[c] Roder. rer. Hiſpan. li. 3. cap. 16. 18.

letanos Epiſcopos apud veteres oon reperitur adoumeratus.

VI. IMPOSTOR CHRISTVM SE ESSE SIMVLANS.

Quod verò pertinet ad res Orientales, Theophanes nihil præterea habet hoc anno, oiſi quòd Syrus quidam impoſtor apparuit, ſe ſimulans eſſe Chriſtum, atque eo modo ſeduxit Hebrços, putantes eum verè eſſe Chriſtum. porrò hæc ipſa, vt deciperentur à pſeudoprophetis Iudçi, ſæpè ſæpiùs paſſos eſſe, quæ ſuperiùs dicta ſunt, docent.

IESV CHRISTI
Annus 722.

GREGORII PAP. II. Annus 9. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 7.

I.

LEO IMP. COGIT IVDÆOS BAPTIZARI.

ANNVS adeſt Redemptoris ſeptiogenteſimus vigeſimusſecundus Indictione quintâ, *quo* (inquit Theophanes) *Leo Imperator coëgit Iudæos & Montanos baptiZari. At verò Iudæi baptizati contra propoſitum ſuum diluerunt baptiſmum, & comedentes ſancto munere pertiscipabantur, & contaminabant fidem. Porrò Montani diuinantes ſibi, & deſinientes fidem, domos introierunt errori ſuo deputatas, & incenderunt ſemetipſos.* hæc Theophanes. eadem Cedrenus. Sed quoſnam per Montanos intellexerit Theophanes, qui adeò baptiſmum exhorreſcerent, oos latet: non enim potuerunt hæc dici de priſcis illis hæreticis Montanum ſectantibus, ſiquidem ij baptiſmum noo reiiciebant: niſi fortè dicamus, per Montanos hæreticos intelligi Manichæos, qui de ciuitatibus pulſi, incolerent montes. Scimus enim eumdem Imperatorem inſequotum eſſe Manichæos in Armenia degeotes, aduerſus quos (vt dictum eſt ſuperiori tomo) prædeceſſores Imperatores Conſtantinus Heraclij nepos, & Iuſtinianus iunior egerunt, nec penitùs eos extirpare valueruot, ſemper exciſis capitibus in ſobole pullulantibus. Poſt enim flammis datos à Iuſtiniano omnes quos repetit Manichæos, vnus duntaxat Paulus Armenus fugâ lapſus eſt cum filiis duobus Geneſio & Theodoro, quorum alteri, nempe Geneſio, Timothei nomen impoſuit. De hoc cum accepiſſet Leo Imperator, Conſtantinopolim eum vocauit. quæ autem cùm venit, facta ſint, Lucas Siculus, qui claruit ſub Baſilio Imperatore, & in illis regionibus verſatus eſt, de iiſdem Manichæis hiſtoriam Græco ſtylo proſequitur his verbis:

DE MANICHÆIS IN ARMENIA DOCENTIBVS.

II. TIMOTHEVS MANICHÆORVM ANTISTES.

De quibus omnibus, Manichæis ſcilicet in Armenia pullulantibus, cùm certior factus fuiſſet Imperator, Geneſium protinùs acciri iubet cognomento Timotheum, vel vt aptiùs dicam Timotheum (ita auctor, quod Τιμόθεος, honor Dei, interpretetur, Θυμόθεος, ira Dei) *eumque ad Patriarcham mittit Conſtantinopolitanum. Hunc ergò vt vidis Patriarcha, quæſtionem ordine inſtituens, Cur* (*ad eum ait*) *Orthodoxam Fidem negaſti? At ille: Anathema, inquit, qui Fidem Orthodoxam negat: Orthodoxam fidem vocant ſuam ipſi hæreſim. Tunc iterum Patriarcha: Quare non credis, nec adoras venerandam Crucem? Et ille: Anathema, inquit, qui non adorat & colit venerandam ac viuificam Crucem; Crucemq; intelligebat Chriſtum ipſum, manibus expanſis crucem efformantem. Cui rurſum Patriarcha: Cur non colis nec adoras Deiparam ſanctam? At ille: Anathema, inquit, qui ſanctiſſimam Deiparã non adorat, communem omnium noſtrûm matrem, in quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus introiuit. hanc autem volebat eſſe ſupernam Hieruſalem, in quam præcurrens Chriſtus pro nobis ingreſſus eſt. Interrogabat demum Patriarcha, quid cauſæ eſſet, cur immaculatum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus & pretioſum eius ſanguinem non participas, ſed vilipendis ipſum? Cui Timotheus: Anathema, inquit, qui non fecerit, aut qui ſpernit corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. de ipſis enim verbis loquebatur. Similiterque de ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia interroganti reſpondebat: Eccleſiam Catholicam non aliam intelligens, quam ipſa conciliabula Manichæorum. Et de baptiſmo pariter affirmabat, Ieſum Chriſtum ipſummet eſſe baptiſma, & quod ſcripſit: Ego ſum aqua viuens. Atq; in hunc modum prauo ſenſu omnia peruertens, & anathema in ſingulis proferens, pro innocente habitus eſt Timotheus. Vetus namque mos fuit Manichæorum, & eorum ab eis deſcendentium hæreticorum, vt quouis modo etiam iurati occultarent quod crederent: eratq; in ipſorum ore & opere lex illa eo verſu conſcripta:*

SECRETA MANICHÆORVM.

Iura, periura, ſecretum prodere noli. Sed pergit Lucas de eodem Timotheo.

Acceptis, inquit, ab Imperatore formalibus litteris, Epiſparim vicum in Armenia, io quo degere conſueuit, *reuerſus eſt: eo actisq; ſubitò ſuis omnibus diſcipulis, cũ eis aufugit, deſcenditq; ad Deo inuiſam Manaualim Manichæorum metropolim apud Sarracenos, ex qua primò prodierat Conſtantinus eorum auctor,* de qoo ſuperiori tomo dictũ eſt. *Ibi poſt aliquot annos ad ſummũ iam inſaniæ culmen euectus, & furore, rabie, angore, tamquam miſſione a prauis Angelis acceptâ exagitatus, Deo pœnas exposcẽte, fœdo ex inguinis tumore vitam finiuit, cum annos ferme triginta impietatis familiam duxiſſet.*

III. ZACHARIAS ET APHRONETVS MANICHÆORVM PRIMI.

Erat huic filius Zacharias nomine, & mercenarius item puer arte caprarius, quem prope viam olim forte offenderat faſciis inuolutum, quòd ex iniuſto ſcilicèt, pollutoq; thoro natus eſſet: ſolet enim adultera fœtus ſuos in viam proiicere criminis metu. Mortuo igitur Geneſio, diuiſi ſunt in factiones eius diſcipuli. Quidam enim Zachariæ adhæſerunt, alij ſpurio Ioſepho (*ſic enim vocabatur.*) *Grauis deinde ſuborta inter vtroſque diſſenſione, qualis inter alios maiores ſuos antea fuerat, dum vterque ſpiritus gratiam ſibi infuſam prædicaret, impuri potius ſpiritus agitationem ſuſceperunt. Tandem irâ percitus Zacharias, ac ſi paternâ hæreditate priuandus eſſet, Ioſephum Aphronetum lapide feriens, parùm abfuit, quin necaret. Nec multò pòſt, collectis vterque diſcipulis, clam aufugere deſtinabant: & iam modicum à vico proceſſerant, quum ſuſpicati Agareni eos in Romanorum ditionem tranſire, percontari cœperunt. Zacharias verò Agarenorum impetum videns, relictis diſcipulis, ſolus euaſit: illos enim aſſecuti Agareni gladio ad vnum peremerunt. quo nomine grauiter ab aliis vituperatus eſt Zacharias, vt qui mercenarium ſe ſuis præbuiſſet, non paſtorem.*

IV.

Ioſeph verò, qui & Aphronetus, cũ hæc geri videret, currus conuertit, quaſi tenderet in Syriam, dicens Sarracenis, ſe ad lactariũ opus & armenta proficiſci. quo reſponſo contenti Agareni, eos intactos reliquerunt & abierunt. Ita opportunum fugæ tempus nactus Ioſeph Aphronetus, cum ſuis omnibus euaſit; Epiſparimq; appellens vicum à nobis iam ſæpe memoratum, honorificè ab incolis habitus. Omnes ſiquidem acceſis lampadibus, ſingulari honore illũ, qui ſummâ infamiâ dignior erat, tanquam Chriſti diſcipulum exceperunt. Quod intuens pius quidam vir ex iis qui illic erãt in Imperio, nomine, Crichoracbas, magnâ vi militum domum obſedit, ad quam diuerterat Manetis ſectator, atque diſcipulos quidem eius omnes cepit, ipſi autem fugâ lapſus, in Phrygiam exceſſit, ſedemq; fixit Antiochiæ Piſidiæ. Quæ in vrbe triginta annorum curriculo pro eadem hæreſi decertans, auditoribus ſuis affirmabat ſe Epaphroditum eſſe Pauli diſcipulum, ab eoq; ad ipſos miſſum. Ego verò iure illum dixerim Aphronetum: valde enim litterarum rudis erat, exorsq; prudentiæ. Cæterùm poſtquàm multos illic prauis artibus corrupit, æternisq; ſupplicij reos fecit, vitam & ipſe finiuit in loco, cui nomen eſt Eſoracopium.

IN PHRYGIAM MIGRANT MANICHÆI.

Digitized by Google

V. BAHANES MANICHÆVS.

Quo adhuc ſuperſtite, mulier quædam Armenia eius diſcipula ab eiuſdem diſcipulis conſtuprata filium ex Hebræis (vt fama eſt) edidit, illum inquam nequitiâ celebrem improbum Bahanem, qui Aphroneto ſuccedens, & hæreſim, quam à maioribus acceperat, homo omnibus flagitiis integrans retinens, multoſque ſimplices ad exitium capiens, factus eſt pariter nefariæ ſectæ magiſter. hactenùs hæc de his quæ cœpta ſunt (vt vidimus) ſub Leone Iſaurico, & ad poſteriora ſunt tempora propagata. quæ autem hęc ſequuta ſint, inferius ſuo loco dicturi ſumus. hæc enim quæ dicta ſunt, vſque ad tempora Irenis Auguſtæ peruenerunt, quo Sergius Bahanis ſucceſſor cæteros ſuperans impietate innotuit, vt inferius idem auctor affirmat.

VI. CONVERSIO GENTILIVM PER BONIFACIVM FACTA.

Quòd verò ad Occidentalem Eccleſiam pertinet, hoc anno ipſa mirum in modnm in conuerſione Gentinm propagatur, ſiquidem hic annus eſt tertius, quo recedens Bonifacius à Clemente Epiſcopo Traiectenſe, non ſolum quamplurimos Friſiorum, ſed & Cattorum qui contermini ſunt Saxonibus populi, ab idolorum cultu ad Chriſti fidem conuertit, & ſacro baptiſmate imbuit. Narrat hæc auctor ex Willebaldo in vita ipſius, additque: *Cumque ex eis etiam plurimos conuertiſſet, & multa hominum millia vndis ſalutaribus tinxiſſet, quemdam è ſuis fidelem, Binnam nomine, Romam cum litteris miſit, indicans Apoſtolico Præſuli omnia, quæ per ipſum geſſiſſet Deus, & quantam hominum multitudinem cœleſti gratiâ illuſtratam ſacro baptiſmo abluiſſet. Tum præterea de rebus variis, quæ ad quotidianam Eccleſiaſticæ regulæ neceſſitatem, populiq́; recèns conuerſi curam pertinerent, prudenter eum conſulens perſcripſit.*

BONIFACIVS SCRIBIT AD ROM. PONT.

Nuntius autem ab eo miſſus Romam, omnia ipſius mãdata fideliter exequens, Præſuli Apoſtolico litteras eius obtulit; aliasq́; ab illo, ad quæſtiones propoſitas reſponſa continentes magiſtro ſuo referens, celeriter receſſit. hæc ipſe. Porro viſum eſt Gregorio Pontifici vocare Bonifacium Romam, & eum dignitate inſignire Epiſcopali; quod factum eſt anno ſequenti. agemus de his ſuo loco.

IESV CHRISTI Annus 723.

GREGORII PAP. II. Annus 10. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 8.

I. SEQVITVR ordine temporis annus Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimuſtertius ſextæ Indictionis, quo Gregorius Papa vocauit Romam Bonifacium, quem ante annos quatuor miſerat Apoſtolum in Germaniam: cumque adeò magna ac digna tanto munere ab eo edita facta nouiſſet, eundem conſecrat in Epiſcopum. Ita planè ſecundùm illud diuinum oraculum accidit[a], quo dicitur: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, adſumus?* ita quidem, ſed & de his, quos cœleſtis imbuit ſpiritus homines miſſos ad myſterium Euangelij. hæc etiam myſticè dicta habes[b]: *Animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* vnde ſcias, ſicut Apoſtolos, ita & Apoſtolicos viros eſſe filios tonitrui appellatos, vti Bonifacius, qui miſſus in Germaniam, fulminis inſtar impietatis deſtruxit munitiones, extollentes ſe aduerſus ſcientiam Dei, Romamq́; vocatus venit, de ſuo Apoſtolatu redditurus ſummo Pontifici rationem, de quo iſta eius vitæ auctor ex Willebaldo[c] poſt alia recenſita eius egregiè facta, ſic ait:

[a] Iob. 38.

VIRI APOSTOLICI MYSTICA FVLMINA.

[b] Ezech. 1.

[c] Extat apud Sur. to. 3. die 5. Iun.

II. *Poſtquàm autem vir ſanctus, lectis Pontificis litteris, ſe inter cætera Romam accerſiri didicit: mox ad ſummum obedientiæ gradum contendens, fratrum agmine ſtipatus Italiam petijt, conſpectiſq; Romanæ vrbis mœnibus, Deo gratias agens, beatorum Apoſtolorum patrocinio ſe commendauit. Vt autem eius aduentum didicit Romanus Pontifex, confeſtim illum ad ſe euocauit, ſalutatumque familiariter, honorifico Xenodochio commendauit. Deinde opportuno ſe offerente ad colloquẽdum die, ad beatiſſimi Petri Apoſtoli Eccleſiam venire iuſſus eſt. Cumque ſe inuicem mutuis expleſſent ſermonibus, Pontifex de Symbolo & Fidei Catholicæ traditione ſciſcitatus eſt. Reſpondit autem vir ſanctus: Tantæ quæſtioni, Domne Apoſtolice, in ſermone familiari non facile poſſum ſatisfacere. oro itaque, vt fidei quam à me exigis, conſcribendæ mihi tempus largiaris: ſicq; eam ex ſcriptis Pontifici obtulit.*

BONIFACIVS SCRIPTIS CONFITETVR FIDEM CATHOLICAM.

III. *Pontifex poſtquàm ea ſcripta perlegit, ſibi eum aſſidere iubet, vt eam fidem conſtanter retineat & accuratè doceat, hortatur. Multa deinde de ſpiritualis vitæ religione cum illo conferens, ita vt nonnunquam penè integrum diem mutua inter ipſos colloquia abſumerent, ad extremum quot populi idololatræ eius opera crediderint, ex eo percontatur. Vbi ad ea reſpondit vir ſanctus, Pontifex ei ſuam aperit voluntatem, quòd eum decreuerit Epiſcopum ordinare, vt eo maiori conſtantiâ errantes corrigeret, & ad viam veritatis reuocare poſſet, quo ſit ampliori Apoſtolicæ dignitatis auctoritate ſuffultus: tantoq; apud omnes conciones eius gratioſiores ſint, quo certius conſtaret, à Præſule Apoſtolico ipſum, vt concionetur, eſſe deſtinatum. Tum vir Dei ſagaciter perpendens, metuenſq; ne illud propheticum in ipſum competeret[d]: Noluit benedictionem & elongabitur ab eo: tantæ benedictionis gratiam minimè recuſauit. Vt autem adfuit dies ordinationis eius, qui fuit pridie Kalendas Decembris, id eſt, in ſancti Andreæ Apoſtoli feriis, Pontifex eum & conſecrauit Epiſcopum, & Bonifacium deinceps dici voluit, cùm antea Vuinfridus diceretur. Et vt ad obedientiam ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus exhibendam, omnemque ſacræ fidei traditionem obſeruandam arctius eum adſtringeret, iuramentum ab eo exegit, & accepit: quod quidem in antiquis exemplaribus ita ſcriptum habetur:*

[d] Pſal. 108.

IV. S. BONIFACII IVRAMENTVM.

In nomine Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Imperante domino Leone magno Imperatore, anno ſeptimo poſt Conſulatum eius, ſed & Conſtantini magni Imperatoris eius filij anno quarto inchoato ſcilicet, Indictione ſextâ, Promitto ego Bonifacius, Dei gratiâ Epiſcopus, tibi, beato Petro Apoſtolorum Principi, Vicarioq; tuo beato Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus eius per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctæ Fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem Fidei, Deo operante, perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur: nullo modo me contra vnitatem communis & vniuerſalis Eccleſiæ, ſuadente quopiam, conſentire; ſed (vt dixi) fidem & puritatem meam atque concurſum tibi, & vtilitatibus Eccleſiæ tuæ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi, ſoluendiq́; data eſt, & prædicto Vicario tuo, atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere. Sed & ſi cognouero Antiſtites contra inſtituta antiqua Sanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem: ſed magis, ſi valuero prohibere, prohibebo; ſin minùs, fideliter ſtatim Domino meo Apoſtolico renunciabo. Quòd ſi (quod abſit) contra huius promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio, vel occaſione tentauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ & Saphyræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſerunt. Hunc etiam Indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propria ſcripſi, atque ponens ſupra ſacratiſſimum corpus ſancti Petri, ita, vt præſcriptum eſt, Deo teſte & iudico, feci ſacramentum, quod & ſeruare pro-

mitto. hactenùs iuramentum, quod & reliqui ordinati Epiſcopi præſtare ſolerent. Subdit verò auctor:

V. *Poſtquàm huiuſmodi iuſiurandum apud Gregorium Pontificem dedit, ille viciſſim in omnibus eum iuuare, prouehere, & venerari ſtuduit. Nam libellum, in quo ſacratiſſima Eccleſiaſticæ inſtitutionis iura Pontificalibus digeſta conuentibus habebantur, ei dono dedit, præcipiens, vt tam Clerus quàm populus eius regimini ſubdendus ijs inſtitutis imbueretur: familiaritatemq́ue Sedis Apoſtolicæ tum ipſi, tum omnibus eius ſubditis perpetuam, dato priuilegio, confirmauit: litteraſque ſuas ei impartiens non ſolùm Carolo illuſtri Duci, qui id temporis Francorum regnum moderabatur, ſed etiam cunctis viris Eccleſiaſticis & Principibus Germaniæ eum tuendum commendauit.* Sed quando iſta? ſequenti die ab ordinatione ipſius omnia ſunt mirâ celeritate confecta, quod rarum eſt vt contingat in Vrbe, vbi ex omnibus Eccleſiis ingites imbres negotiorum non ſolùm ſtillant, ſed denſitate ingruentes, diluuium ſecum ferunt: verùm quod iſta de conuerſione gentium ſint reliquis omnibus præferenda, cuncta primùm expediri Gregorius Papa voluit. Subdit verò auctor: Litterarum autem earum exempla hoc loco (quandoquidem ita res poſtulat) inſerere voluimus. primò illarum, quæ ad Carolum Ducem, deinde quæ ad Principes omnes ſcriptæ ſunt.

VI. GREGOR. PAP. EPIST. AD CAROLVM MARTELLVM.

Domino glorioſo filio Carolo Duci Gregorius Papa.

Comperientes te, in Chriſto dilectiſſime, religioſæ mentis affectum gerere: in multis opportunitatibus, debito ſalutis præmiſſo, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præſentem fratrem Bonifacium fide, & moribus approbatum, à nobis Epiſcopum conſecratum, atque inſtitutionibus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui Deo auctore præſidemus Eccleſiam generali ſolicitudine informatum ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diuerſis in Orientali Rheni fluminis parte conſiſtentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obſcuritatibus præpeditis, neceſſariò deſtinare. Pro quibus eum glorioſæ beneuolentiæ tuæ omni modo commendamus, vt eum in omnibus neceſſitatibus adiuuetis, & contra quoslibet aduerſarios, quibus in Domino præualetis, inſtantiſſimè defendatis; certiſſimè retinentes Deo vos exhibere, quæcunque huic promptiſſimo impenderitis fauore, qui ſanctis Apoſtolis ſuis ad lucem Gentium deſtinatis, ſuſcipientibus eos ſe ſuſcipiendum prædixit [a]: *quarum inſtitutionibus per nos informatus prædictus Antiſtes, in ſortes prædicationis procedit.* hactenùs ad Carolum Martellum Gregorius. Sed & ex eodem auctore reliquas epiſtolas à Gregorio Papa eodem tempore pro Bonifacio ſcriptas hic reddamus. In primis verò illas ad Epiſcopos Boreales, & alios omnes datas litteras commendatitias more maiorum conſcriptas reddamus, quæ ſic ſe habent:

[a] Ioan. 13.

VII. GREGOR. PAP. EPIST. GENERALIS PRO BONIFACIO.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis reuerendiſſimis & ſanctiſſimis fratribus Coepiſcopis religioſis presbyteris, ſeu diaconibus, glorioſis Ducibus, magnificis Caſtaldis, Comitibus etiam, vel cunctis Chriſtianis Deum timentibus.

Solicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione credita, quia in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plagâ Orientali Rheni fluminis, antiquo hoſte ſuadente, errare, & quaſi ſub religione Chriſtiana idolorum culturæ ſeruire cognouimus; aliquos verò qui nec Dei cognitionem habentes, nec baptiſmatis ſacri vnda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non recognoſcunt: neceſſariò pro vtrorumque illuminatione, ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum litterarum portatorem Bonifacium reuerendiſſimum Epiſcopum fratrem noſtrum ad eaſdem partes dirigere ſtuduimus, vt illis prædicando verbum ſalutis, vitam prouideat ſempiternam. Et ſi quos fortè vel vbicunque à rectæ fidei tramite deuiaſſe cognouerit, aut aſtutiâ ſuaſos diabolicâ erroneos repererit, corrigat, atque ſui educatione ad portum reſtituat ſalutis, eoſque ex Apoſtolicæ Sedis huius doctrina informet, & in eadem Catholica fide permanere inſtituat.

Cui, hortamur ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum eius reuerentiam, vt in omnibus ſolatia exhibeatis, eumque in nomine Ieſu Chriſti recipiatis, vt ſcriptum eſt de ſuis diſcipulis [b]: *Qui vos recipit, me recipit:* [b] Ioan. 13. *prouidentes inſuper neceſſaria itineris eius. comiteſque tribuentes, cibum etiam ac potum, vel ſi quid eguerit largientes, vt vno labore & ſocia voluntate opus ſibi creditum pietatis & negotium ſalutis, annuente Deo perficiatur, atque præmium laboris percipere mereamini, deque conuerſione errantium merces vobis adſcribatur in cælis.*

Si quis itaque huic Dei famulo ad illuminationem gentium ab hac Apoſtolica & Catholica Dei Eccleſia deſtinato aſſenſum vel concurſum præbuerit: exorantibus Apoſtolorum Principibus, conſortium mereatur ſanctorum Martyrum Chriſti Ieſu. Si quis verò (quod non optamus) aduerſari eius laboribus conatus fuerit, aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumque eius in eundem laborem intrantium: ex ſententia diuina anathematis vinculo ligatus perpetuæ damnationi ſubiaceat. Data Kalendis Decembris imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, Imperij eius anno ſeptimo; ſed & Conſtantini imperatoris eius filij anno quarto, Indictione ſexta. adiecit his alias ad Clerum & populum ita conſcriptas, quibus idem S. Bonifacius Euangelium prædicauerat, cum ipſis eum Epiſcopum iam ordinatum reſtituit, docens quæ ſeruanda ipſi ex ſacrorum canonum præſcripto præceperit, contenta in libello illo, quem ipſi dediſſe reuertenti ſuperiùs dictum eſt.

VIII. GREGORII EPIST. AD CLERVM ET POPVLVM.

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei Clero & plebi dilectiſſimis filijs in Domino ſalutem. Probabilibus deſiderijs nihil tarditatis præſtantes, fratrem iam & Coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinauimus ſacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne vnquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, & qui virginem non eſt ſortitus vxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, vel cuilibet conditioni obnoxium, notatumq́ue ad ſacros ordines permittat accedere, ſed ſi quos huiuſmodi repererit, non audeat promouere. Afros paſſim ad Eccleſiaſticos ordines prætendentes nullâ ratione ſuſcipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. ita quidem ſuperius aliàs ſæpè dictum, quod occupantibus Africam Saracenis, extorres Africani in tranſmarinas oras ſeſe infuderant, quærentes ex ordinibus Eccleſiaſticis victum. Verùm quod detecti fuiſſent eſſe Manichæi vel Donatiſtæ, vniuerſali ſancitâ lege oportuit vetuiſſe, ne Africanus aliquo modo à quopiam Epiſcoporum ordinari deberet. Vides & ex his Dei indicia non occulta, ſed manifeſta, cùm tot tantiq́ue ſanctiſſimi Patres tanto tempore per quadringentos videlicet annos fruſtrà laborauerint, vt in Africa poſitos Manichæos, & Donatiſtas ad Fidem Catholicam reuocarent, & non potuerint, in dies magis ipſis infelici ſobole pullulantibus, tradidit eos Deus ſæuiſſimis Barbaris puniendos, pergit verò Gregorius in epiſtola:

IX. *Miniſteria atque ornatum Eccleſiæ, vel quicquid illud eſt in patrimonio eiuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere; de reditu verò Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones. quarum vnam ſibi ipſe retineat. alteram clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat, tertiam*

paupe-

Digitized by Google

pauperibus & peregrinis, quartam Eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam; de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem: ordinationes verò Presbyterorum ſiue Diaconorum, non niſi quarti, ſeptimi, & decimi menſis ieiunijs, ſed & in ingreſſu quadrageſimali, atque medio veſperæ Sabbati nouerit celebrandas. Sancti autem Baptiſmi ſacramentum non niſi in Paſchali feſtiuitate & Pentecoſte nouerit eſſe præbendum, exceptis ijs, quibus, mortis vrgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remedijs ſubuenire. Huic ergo Sedis noſtræ præcepta ſeruanti deuotis animis obſequi vos oportet, vt irreprehenſibile, placitumque fiat corpus Eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum. Deus incolumes vos cuſtodiat, dilectiſſimi. Data &c. vt in epiſtola præcedenti.

A

Subijcit alias ad nobiles confeſſores Thuringos conſcriptas litteras iſtis verbis: B

X. GREGORII EPISTOLA AD THVRINGOS CONFESSORES.

Viris magnificis Atolpho, Godolao, Vuilario, Gunthario, Alboldo, & omnibus Dei dilectis Thuringis fidelibus Chriſtianis, Gregorius Papa.

Inſinuatam nobis magnificæ fidei veſtræ conſtantiam agnoſcentes, quòd Paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plenâ reſponderitis, malle velle feliciter mori, quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare: repleti nimiâ exultatione, gratias debitas perſoluimus Deo noſtro, & Redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratiâ comitante, vos ad meliora & potiora optamus proficere, & ad confirmandum fidei veſtræ propoſitum ſanctæ Sedi Apoſtolicæ religioſis mentibus adhærere, & prout opus popoſcerit ſacra religionis, à memorata ſancta ſede Apoſtolica, ſpirituali omnium fidelium matre ſolatium quærere, ſicut decet filios cohæredes regni. Miniſterio quoque præſentis fratris chariſſimi Bonifacij, quem ad vos Epiſcopum conſecratum in forte prædicationis deſtinauimus, Apoſtolicis inſtitutionibus informatum ad inſtruendam fidem veſtram in omnibus volumus, & hortamur obedientes ei conſentire ad complementum in Domino veſtræ ſaluationis. C hæc ad confeſſores. Ad reliquum verò populum nondum Chriſtianum epiſtolam catechiſticam ſcribit, quâ & hortatur recedere ab idolis, & ſacrum baptiſma ſuſcipere. eſt huiuſmodi:

XI. *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei vniuerſo populo Thuringorum.*

AD THVRINGOS GREGORIVS SCRIBIT.

Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei verus, qui de cælo deſcendit, homo factus eſt, & pro nobis pati & crucifigi dignatus eſt, & ſepultus tertiâ die reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælum, diſcipulis etiam ſuis ſanctis ait[a]: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: ipſe in ſe credentibus vitam æternam promiſit: cupientes ergo vos in perpetuum nobiſcũ gaudere, vbi finis nullus eſt, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, ſed gloria ſempiterna: ideò fratrem noſtrum ſanctiſſimum Bonifacium Epiſcopum ad vos direximus, vt vos debeat baptizare, & fidem Chriſti docere, & ab errore ad viam ſalutis adducere, vt ſalutem habeatis & vitã ſempiternam. Sed & vos ei in omnibus obedite, & ſicut patrem veſtrum illum honorate, & ad eius doctrinam corda veſtra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali acquirendo direximus, ſed pro lucro animarum veſtrarum ad vos eum miſimus. Diligite ergo Deum, & in nomine eius baptiſmum ſuſcipite: quia[b] Dominus Deus noſter[c], quòd oculus hominum nunquam vidit, nec in cor hominis aſcendit, præparauit diligentibus ſe.

[a] Matt. 28. [b] Iſai. 64. [c] 1. Cor. 2.

XII. *Iam recedite à malis operibus, & bene agite. Non adoretis idola, nec immoletis carnes, quia Deus non recipit iſta: ſed in omnibus ſecundum quod vos frater noſter Bonifacius docuerit, obſeruate & agite, & ſalui eritis vos & filij veſtri in ſempiternum. Facite ergò & domum, vbi debeat ipſe pater veſter habitare, & Eccleſias, vbi debeatis orare, vt Deus vobis indulgeat peccata veſtra, & donet vobis* E *vitam perpetuam.* hactenus ad Thuringos & quidem Apoſtolicè, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, quòd[d] Euangelium Chriſti non ſit in ſermone tantùm, ſed in virtute, & in Spiritu ſancto; Et ipſe ſermo[e] Dei viuus ſit & efficax ad conuertendum corda hominum ad Deum: ſed ſicut Apoſtolicè ſcripſit, ita & Apoſtolico ſpiritu nondum Chriſtianis licèt etiam imperat, vt Epiſcopo domũ conſtruant & Eccleſiam.

[d] Hebr. 4. [e] 1. Cor. 2.

Fuit eidem Pontifici tunc ſcribendum etiam ad Saxones, adhuc magna ex parte idola colentes, ad quos litteras dedit paſtorali ſolicitudine plenas. etenim ſicut olim[f] Petro in demiſſo cælitùs linteo, oſtenſa ſunt omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cœli, eademq; immunda, moxque addita vox de cœlo: *Occide, & manduca.* ita modo Gregorius id ipſum non in imagine, ſed rei veritate ſibi videt oblatum, nimirùm indomitas adhuc gentes, animo truces, moribus ſæuas, & inhærentes idolis: quas reddi penitùs Chriſtianos gladio ſpiritus, impietatis internecione, Deus ipſe præcipiat. Cuius rei causâ has ad eoſdem ipſi Bonifacio litteras dedit.

[f] Act. 10.

Gregorius Papa vniuerſo populo prouinciæ Altſaxonum. XIII.

AD SAXONES S. GREGORIVS SCRIBIT.

Sapientibus & inſipientibus debitor ſum, fratres chariſſimi; ideoq; volens vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui verbum exhortationis fidei Ieſu Chriſti Domini noſtri ſuſceperunt, & qui adhuc ſuſcepturi ſunt, vt conſolentur corda veſtra in charitate & in omni plenitudine ſapientiæ: annuntio vobis, quoniam prope eſt regnum Dei, vt nemo vos ampliùs decipiat in ſublimitate verborum; nec in quocunque metallo ſalutem veſtram quæratis, adorantes idola manufacta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacunque materia facta; quæ falſidica nomina à paganis antiquitus quaſi dij facti ſunt, in quibus dæmones habitare noſcuntur: quoniam omnes dij Gentium (vt ait ſcriptura[g]) dæmonia ſunt: Deus autem noſter cælos fecit. hæc ad Gentiles, ad illos autem qui crediderant conuertit ita ſermonem.

[g] Pſal. 95.

XIV. D *Quicunq; autem in vobis ſuſceperunt Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum; in ipſo ambulent radicati & ſuperædificati & confirmati in fide, abundantes in gratiarum actione. Videte[h] ne quis vos ampliùs decipiat per philoſophiam & inanem fallaciã: aſtutiores[i] enim ſunt filij tenebrarum quàm filij lucis. Diſcedite ab idolorum cultura, & accedite & adorate[k] Dominum Deum veſtrum, qui fecit cælum & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt, & vultus veſtri non erubeſcent. Vnus enim Dominus hominum, volucrũ, quadrupedum, & piſcium, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorũ. Expoliate vos ergo veterem hominẽ, & induite Chriſtum nouum, deponentes iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem quoq; ſermonem nolite de ore veſtro proferre. Iam enim aduеſperaſcit dies ſæculi, & tempus tenebrarum appropinquat; ideoq; nolite eſſe ocioſi, ſed potiùs operamini opus bonum, vt Chriſtus habitet in vobis:* E *Et[l] quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum: reſpuentes gentilitatis ſectam, ſcientes vos Dominum habere in cælis, orationi inſtantes, ad ipſum Dominũ cor erigite[m], quoniam magnus eſt Dominus noſter & laudabilis nimis & terribilis ſuper omnes deos[n], qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.*

[h] Coloſſ. 2. [i] Luc. 16. [k] Pſal. 134. [l] Coloſſ. 3. [m] Pſal. 95. [n] 1. Tim. 2.

XV. *Hoc etiam admoneo fratres, vt quicunque ex vobis voluerit ad Chriſtum conuerti, nullo modo eum prohibeatis, nec vim ei faciatis ſculptilia adorare. Miniſtrum quoq; & conſeruum in Domino, quem miſi ad vos Bonifacium ac Coepiſcopum meũ ad hoc ipſum, vt cognoſcat quæ circa vos*

ſunt, &

ſunt, & conſolatur corda veſtra cum exhortationis verbo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro ſuſcipite, vt à diabolica fraude liberati, mereamini adoptionis filiis aggregari. hactenùs ad Saxones Gregorius Papa. quæ poſt hæc autem ſequuta ſunt, dicentur anno ſequenti: profectus enim Bonifacius Romã non niſi ſequenti anno illuc potuit perueniſſe.

XVI. In recentiores Saxones atque Germanos hæreticos.

Ad hæc rurſum recentiores prouoco Saxones, atque Germanos hæreticos, vt reſpiciant à quibus ſanctum acceperint Euangelium, & qui, qualeſue, aut cuius fuerint fidei, qui primam eis veritatem Catholicam propinarunt, à quo fluente Apoſtolica doctrina manarit; & videant à quibus defecerint & quibus adhæſerint. Viuit quidem, viuit in cœlis tantus Germanorum Apoſtolus, qui in nouiſſimo die ab ipſis ſingulis ſigillum ſuæ prædicationis, & collatæ fidei depoſitum ſit apud magnum Iudicem exacturus. Erit namque & ipſe vir Apoſtolicus ſedens cum Apoſtolis iudicaturus, non duodecim tribus Iſraël, ſed Saxones & alios Germaniæ populos, quibus à Catholica & Apoſtolica Eccleſia acceptum Euãgelium, ipſumque ſignis ac virtutibus diuinitùs cõſignatum tradidit, qui vno è dæmonum cultu, ad Deum verum, & è tenebris in lucem magnã ſunt feliciter vindicati: ſtabitis ſimul ante Tribunal Chriſti reddituri ingrati de acceptis per S. Bonifacium beneficiis rationem.

Sed ad res Orientales conuertamus orationem.

XVII. Gizid principis Sarrac. contra imagines ſanctorum edictum.

Dum hæc aguntur quàm feliciſſimè in Occidente, hoc eodem anno in Oriente exoritur monſtrum horrendum, quod diu cornibus ventilauit Eccleſiam Dei, hæc eſt hæreſis Iconoclaſtarum. Sed quibus præcurſoribus ſeſe impudenter in medium inferat, audiamus. Ex anteambulonibus eius quæ qualiſue ſit & vnde emerſerit, tu ſi ſapis, facilè colliges: & in primis in his quæ ſpectant ad tempus, audi Theophanẽ, qui ait: *Anno* * *ſeptimo Leonis Imperatoris Iudæus quidam oriundus ex Laodicea maritima Phœnicis maleficus, veniens ad Gizid Sarracenorum tunc Principem, promittit eum quadraginta annis* (alij habent triginta) *retenturum Arabum principatum, ſi venerabiles quæ in Eccleſiis in toto principatu ſuo imagines venerabantur, deponeret. Huic itaque credens ſtolidus Gizid, edictum generale contra ſanctas imagines promulgauit: ſed gratiâ Domini noſtri* IESV CHRISTI, *& interceſſionibus Matris eius, omniumque ſanctorum, mortuus eſt Gizid, pluribus adhuc nec audire volentibus ſatanicum ipſius edictum.* hæc ſummatim de ipſo Theophanes. Porrò hiſtoriam tantam diffuſiùs enarratam in ſacroſancto Oecumenico Niceno Concilio hic totidem verbis reddendam, operæpretium exiſtimamus. ſic enim ſe habet [a] his præmiſſis.

* octauo

[a] Conc. Nicæ. 2. Act. 5.

XVIII. Ex Hebræis et Sarracenis hæreſis Iconoclaſtarum.

Ex præcedenti lectione indicatum eſt, ab Hebræis, Gentilibus, Manichæis, Phantaſiaſtis Eccleſiam velut in culpam tractam ob ſanctarum imaginum cultum. & paulò inferiùs: *Ioannes religioſiſſimus monachus Vicarius Orientalium Epiſcoporum è charta legit: Cupio quidem ego omnium poſtremus præſentem hanc ſacram Synodum demonſtratione quadam docere, idque omni veritate, qua ratione, quoque tempore, & vnde ſceleſtiſſima iſta & à Deo odio habita Chriſtianorum calumnia, & Iconoclaſtarum rabies originem duxerit. Quo autem expeditiùs & compendio res agatur, de charta mihi pronuntiandum eſſe ſtatui, ne qua in re veritati parcatur. Cùm diem extremum impiorum Arabum Tyrannus, quem* * *Sulman nominabant, clauſiſſet: ſubſequutus eſt illum Vmarus, qui poſtea quàm regnum adiiſſet, Anaſchaphum Maſalman hoſtem ſanè atrocem per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris, eiuſque Deiparæ matris cum magna exercitus ſui clade & ignominia à terra iſta expulit, in Syriamq́; fugauit: neque de redeundo ſpem illi vllam reliquit. Vmaro autem fato defuncto,* * *Ezidus quiſpiam homo leuis & inconſtans regnum accepit.*

* Solimam Solimam

* Gizidus

XIX.

Per ea tempora in Tiberiade dux quiſpiam erat Hebræorum impiorum, cui nomen * *Sarãtapechys, officina diabolorum, quibus vitiare animas luſus eſt & iocus, homo præſtigiator, & veneficus, & Eccleſiæ Dei hoſtis implacabilis. Hic animaduerſa* * *Ezidi Regis leuitate, hominem aggreditur, pollicetur q́; Hebræorũ ingenitâ malitiâ ſe Regi quædam prædicturum, & vatem alterum in maximè neceſſariis rebus ſe offert. Eas ob res cum eſſet inſinuatus Tyranno: Volo (inquit) ô Princeps, modo me audias, rationem quandam indicare tibi, quâ poteris faciliimè & vitam commodam degere, & triginta annos regnum æquabili in poteſtate conſeruare. Stultus autem Tyrannus ſpe & deſiderio longioris vitæ, animi leuitate elatus* (erat enim homo voluptatibus deditus & præditus) *reſpondit: Quæcunque me iuſſeris facere, modo poſſim, agam.*

* Serantapicus

* Gizidi

XX. Hebræi nefarium conſilium.

Veneficus autem Hebræus confeſtim inquit: Sine vlla dilatione iube vniuerſum per regnum epiſtolam, quæ paſſim circumferatur, ſcribi & mitti, quâ omnem imaginem & picturam, ſiue ea in tabulis, ſiue in opere muſaico, in parietibus, ſiue in vaſis ſacris, aut indumentis & altaribus ſit, & quæcunque in Chriſtianorum Eccleſiis reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto ſubuerti mandes: neque illas ſolùm, verùm omnes ſimilitudines, & earum etiam quæ in foro ornatus & honeſtatis gratiâ collocantur. nullâ igitur ratione aliâ, quàm vt odium & furorem aduerſus Chriſtianos exerceret, præſtigiator id tentauit.

XXI.

Tyrannus autem nefandus præſtigiatori leuitate ſua auſcultans, miſſis nunciis, omnes ſanctas imagines & ſimilitudines per vniuerſam prouinciam abſtulit. Hoc itaque modo primùm Eccleſiæ ornamenta, procurante Hebræo venefico, ablata ſunt. Chriſtiani autem cùm id ſuis manibus facere detrectarent: miſſi ſunt Hebræi & Arabes, homines in Deum impij, qui imaginibus exuſtis, Eccleſiarum quaſdam calce, quaſdam alijs coloribus dealbarunt & incruſtarunt. ita planè Ioannes [b] Damaſcenus de Iconoclaſtis ita *dictis* (inquit) *quod cùm ſanctas & veneratione dignas imagines cum ignominia tractauiſſent, tum in minutiſſimas partes comminuerunt, tum coniecerunt in ignem, eodemq́; modo eas quæ in parietibus erant depicta, partim aqua calida, partim calce, atramentoq́; obliterarunt.* hæc ipſe, ſed pergit Ioannes Orientis Vicarius: *Hæc autem cùm perueniſſent ad aures pſeudoepiſcopi Nacoliæ, & qui eiuſdem erat cum illo opinionis, impios Hebræos & Arabes imitati* † *Eccleſias Dei, veluti Crucem Chriſti, verecundantes reddiderunt.*

[b] Ioan. Damaſ. de hær.

† Anaſtaſij verſio ita: imitati ſunt, iniuriam inferentes Eccleſiis Dei.

Arbitror autem relatu dignum, vt & ſanctitas veſtra audiat, quem finem ignauus iſte & veneficus Hebræus habuerit. * *Ezidus enim qui facinus perpetrauerat, vltra annum cum dimidio non vixit, in ignemq́; æternum deſcendit. Poſtquàm autem mortuus fuit, in priſtinum ordinem & ſtatum imagines reſtitutæ ſunt. Filius autem illius Vlidus nomine indignatus Hebræo, tanquam interfectori patris, turpiſſimâ morte hominem mori coëgit. Ita is falſi ſui vaticinij dignum præmium accepit. Sanctiſſimus Epiſcopus* * *Meſina dixit: Ego paruulus eram in Syria, quando Sarracenorum Princeps imagines ſubuertit.* hactenùs de his Nicæna acta. quibus arguas eos qui ante Leonis Imperium id factum volunt vt Cedrenus; cùm non ante hunc annum idem Rex barbarus regnare cœperit.

* Gizidus

* Emeſæ

XXII. Leo adhæret Iconoclaſtis.

Vidiſti lector quibus gloriari poſſint anteſignanis Iconoclaſtę, nempe Iudæis, & Sarracenis, à quibus, &c, proh dolor, in tranſuerſum actus eſt Leo Iſauricus Imperator, de quo hoc eodẽ anno poſt recenſita illa de Gizido Arabũ Rege, iſta mox Theophan. ſubdit: *Perceptâ ergo amarâ iſtâ & illicitâ, nequãq;*

Digitized by Google

doctrina, Leo Imperator multorum effectus eſt nobis cauſa malorum. Porrò tùm inueniſſet indiſciplinationis huius conſentaneum quendam Beſer nomine, qui natus quidem de Chriſtianis fuerat, ſed captiuus in Syriam ductus, refuga fidei quæ eſt in Chriſtum repertus eſt, Arabum dogma ſectari apparuit. Is ante tempus non multum ab illorum ſeruitute liber effectus, tum veniſſet ad Rempublicam Romanorum, ob robur corporis & conſenſum prauæ opinionis honoratus eſt ab eodem Leone: qui & Imperatoris fautor in magni huius mali piaculo factus eſt. Concordabat autem ei & Epiſcopus Nacoliæ, qui indiſciplinationi eius operam dans, conſimili vita viuebat cum ipſo. hucuſque de anni huius rebus geſtis Theophanes. Addunt alij, Iudæos qui Leoni prædixiſſent Imperium, id exegiſſe hoc anno ab eodem Imperatore, ſed errant planè [B] dum iſtud de Gizido ante Leonis Imperium factū putant. Certum eſt autem, eum noo niſi ſub Leone regnare cœpiſſe, anno ſcilicet quarto eiuſdem Imperatoris poſt Haumarem, atque ſequenti octauo eiuſdem defunctum eſſe, Theophane id teſtante & alijs.

IESV CHRISTI Annus 724.

GREGORII PAP. II. Annus 11. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 9.

[C] I. ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimusquartus Indictionis ſeptimæ, quo S. Bonifacius Epiſcopus ordinatus à S. Gregorio Papa in Vrbe, rediens in Germaniam fidē Chriſtianam mirificè propagauit. de quo iſta ex eius diſcipulo Wilibaldo[a]: *Tantarum itaque litterarum auctoritate fretus ſanctus Præſul Bonifacius proficiſcitur in Germaniam, veniensque ad Carolum Principem ſupradictum* cognomento Martellum, *litteras Romani Pontificis ei attulit: ſeq; eius ditioni & patrocinio committens, illo annuente, ad Cattorum* (quos Heſſos vocant) *quibus iam ante prædicare cœperat, regionem abijt.* ſed hic opportunè reddendæ ſunt litteræ ab eodem Carolo tunc datæ eidem Bonifacio. accepimus eas à Frō- [D] tone Duceo Societatis Ieſu profeſſore viro Eccleſiaſticarum antiquitatum ſtudioſiſſimo: qui exſcripſit (vt ait) ea ſcripto Codice Eccleſiæ Virdunenſis, quo continentur Concilia Generalia & Prouincialia. cuius & nos alia reperimus exemplaria.

[a Apud Sur. die 5. Iunij.]

[PRÆDICATIO S. BONIFACII IN GERMANIA.]

Dominis ſanctis & Apoſtolicis Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Vicarijs, Domeſticis, vel omnibus agentibus iunioribus noſtris, ſeu Miſſis decurrentibus, & amicis noſtris, illuſtris vir Carolus Maiordomus benecupiens veſtri.

II. *Cognoſcatis qualiter Apoſtolicus vir in Chriſto pater Bonifacius Epiſcopus ad nos venit. & nobis ſuggeſſit, quòd ſub noſtro mundeburde vel defenſione eum recipere deberemus. quod ita nos gratanti animo feciſſe cognoſcite. Proinde vos taliter, vt iſſe* [E] *mus ei manu noſtrâ roboratam dari, vt vbicunque, vbi & vbi ambulare videtur, cum noſtro amore, vel ſub noſtro mundeburde & defenſione quietus & conſeruatus eſſe debeat, in ea ratione vt iuſtitiam reddat, & ſimpliciter iuſtitiam accipiat. Et ſi aliqua cauſatio, vel neceſſitas ei aduenerit, quæ per legem definiri non potuerit: vſque ante nos quietus vel conſeruatus eſſe debeat tam ipſe, quàm qui per ipſum ſperare videntur, vt ei nullus vllam contrarietatem, vel damnationem aduerſus eum facere debeat, niſi vt omni tempore ſub noſtro mundeburde vel defenſione, quietus vel conſeruatus reſidere debeat. Et vt certiùs credatur, manu propriâ ſubter firmauimus, & de anulo noſtro ſubter ſigillauimus.* hucuſque litteræ [A] Caroli ex formula conſueta, qua eiuſmodi litteræ patentes pro ſecuritate ab eodem Principe ſcribi ſolerent. in quibus vox illa barbara, mandeburde, ſcias ex Gloſſario, quod appoſitum eſt ad capitulare Regum Frācorum, ſignificari tuitionem, ſeu tutelam alicuius perſonæ.

III. Sed de prædicationis eius fructibus vt aliquid decerpamus, audi eius rerum geſtarum ſcriptorem ex Wilibaldo, qui ſuperiùs narratis ſubiicit iſta: *Ad Cattos* (vt dictum eſt) *poſtquàm acceſſit: complures, inquit, illic reperit, Chriſtianâ religione abiectâ, in varios incidiſſe errores: alij enim lignis, & fontibus clam vel palàm ſacrificabant, alij haruſpicia, diuinationes, præſtigias, & incantationes ſectabantur. plerique alijs nefandis ſa-* [B] *crificiis erant addicti; pauci verò in via veritatis, quam ſemel didicerant, perſiſtebant. Quorum quidem conſilio arborem quandam miræ vaſtitatis, quam priſcâ voce, Iouis arborem nuncupabant, in loco qui Geiſmer dicitur, ſerui Dei ipſis aſſiſtentibus, excidere tentauit. Accurrit autem magna Ethnicorum multitudo, illum tanquam hoſtem deorum ſuorum necare volentium. Sed cùm arbor paulùm caderetur: mox quaſi diuinitùs agitata, in quatuor partes diſrupta eſt. Quod cernentes Ethnici illi, Dominum laudantes fidem complexi ſunt. Sanctus autem Præſul, communicato cum fratribus conſilio, ex illa ingenti vaſtæ arboris mole oratorium conſtruxit, in beatiſſimi Petri Apoſtoli honorem illud dedicans.*

[GENTILICIAM SVPERSTITIONEM S. BONIFACIVS EVERTIT.]

IV. Hic ſiſte gradum lector, Apoſtoli Bonifacij dum [C] aſſectaris veſtigia. Primùm omnium velim conſideres tanti viri laborioſum Apoſtolatum ad gentes, populos ſcilicèt, qui adhuc idolorum culturâ tenebantur impliciti. immenſus planè hic labor ipſi ſubeundus fuit. Quis tam altis radicibus fixis in tam duris & agreſtibus animis inolitam ſuperſtitionem euelleret? Quoties ob eam cauſam ipſi fuerunt Apoſtoli Pauli præ animi anguſtia illa repetenda verba[b]: *Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere?* teſtes ſunt eius rei diuerſæ ab eo tum temporis epiſtolæ ſcriptæ, quibus auxilium precum enixè poſtulat ab amicis Dei qui id nauiter impleſſe videntur, dum nec deſuerunt præſtò eſſe laboranti in Euangelio quibuſ- [D] cunque valuēre ſubſidiis etiam corporalibus, vtpote quod vir Apoſtolicus & in hoc fulgeret inſignibus Apoſtolatûs, quod magnâ premeretur paupertate inter Gentiles illos agreſtes, immites, ac feros, vt cum Apoſtolo dicere poſſet[c]: *Vſque ad hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus.* Mittebant enim alij ad eum veſtimenta, alij ad victum ſtipem, libros alij, alij verò conſolátiooem, exhortationemque litteris impartiebantur.

[b 2. Cor. 1.]

[c 1. Cor. 4.]

V. Inter alia autem à diuerſis impartita officia ac beneficia, Daniel ille Ventanus in Anglia Epiſcopus, qui (vt ſuperiùs dictum eſt) eius ad Apoſtolatum viſus eſt primus fuiſſe ſuadendo & adiuuan- [E] do promotor, dum Romam primò proficiſcentem ad Gregorium Papam litteris commendatitiis fuerat comitatus: hic, inquam, vbi accepit, ipſum perarduam ad prædicandum Gentibus Euangelium ſuſcēpiſſe prouinciam; catecheſim ad eum miſit, quâ poſſent ipſi Gentiles inſtrui ad credendum. Extat ipſa quidem, quam ex duobus codicibus ſcriptis, quorum ante meminimus, collatione facta hic tibi reddendam putauimus. ſic enim ſe habet:

Venerando & amando Antiſtiti Bonifacio Daniel Dei ſamulus.

Quámuis mi frater, conſacerdosq; cariſſime, te primam virtutum promereri gaudeam palmam, qui ſaxea, ſterili-

liaque

Digitized by Google

Eadem quæ ſuperius duo exemplaria ep. 13. *Itaq; hactenus Gentilium corda fidei magnitudine fretus*
fiducialiter aggrediēdo, vomere Euangelicæ prædicationis
infatigabiliter ſubigēs in glebas fertiles quotidiano labore
conuertere niteris; vt verè tibi aptari propheticum, Euan-
a *Iſai. 40. Luc. 3.* *gelicumq́; dictum poſſit:* [a] *Vox clamantis in deſerto, &c.*
tamen ſecunda portio palmæ non incongruè ipſis etiā pa-
rabitur, qui tā pio, tam ſalubri operi congratulando, qui-
bus valent ſubſidijs fauent, eorumq́; indulgentiam compe-
tentibus adminiculis ſupplent, quo alacres cœptum prædi-
cationis opus, & frequentes Chriſto generare filios ſtudeāt.
Vnde & deuota beneuolentia pauca tuæ ſuggerere prudē-
tiæ curaui: quo magis aduertas ſecundum meum ſenſum,
quā potiſſimùm ratione agreſtium obſtinationem conuin-
cere promptius queas. Neq; enim contraria eis de ipſorum
quamuis falſorum deorum genealogia aſtruere debes, ſed
ſecundum eorū opiniones quoſlibet ab alijs generatos per
complexum mariti, ac fœminæ concede aſſerere, vt ſaltem
modo hominum natos deos, ac deas, homines potius non
deos eſſe cœpiſſe, qui antè non erant, probes. Cùm verò ini-
tium habere deos, vtpote alios ab alijs generatos coacti di-
dicerint: item interroga, vtrùm initium habere hunc mū-
dum; an ſine initio ſemper extitiſſe arbitrētur. Si initium
habuit, quis hunc creauit: procul dubiò ante cōſtitutionem
mundi, nullatenùs geniti dij inuenient ſubſiſtendi, vel
habitandi locum: mundum enim non hunc viſibilem tan-
tùm terrā & cœlum, ſed cuncta etiam extenta locorū ſpa-
tia, quæ ipſi quoq; Pagani ſuis imaginari cogitationibus
poſſunt, dico. Quod ſi ſine initio ſemper extitiſſe mundum
cōtenderint, hoc multis refutare, ac conuincere documen-
tis, & argumentis ſtude: tamen altercantes interroga,
quis ante natos deos mundo imperaret, quis regeret: quo-
modo autem ſubdere dominatus, vel ſui iuris facere mun-
dū antè ſe ſemper ſubſiſtentem potuerint. Vnde autē, vel à
quo, vel quādo inſtitutus, aut genitus primus deus, vel dea
fuerit; vtrū autē adhuc generare deos, deaſq́; alios aliaſq́;
ſuſpicētur. Vel ſi iā nō generāt: quādo, vel cur ceſſauerint à
concubitu, & partu. Si autē adhuc generāt, infinitus iam
deorum effectus numerus eſt, & quiſnam inter tot, tan-
toſq́; potentior ſit incertum mortalibus eſt; & valde ca-
uendum, ne in potentiorem quis offendat. Verùm antè pro
temporali, ac præſenti, an potiùs pro æterna, & futura
beatitudine colendi ſint arbitrentur. Si pro temporali, in
quo iam feliciores Pagani ſint dicant. quid autem ſe ſuis
cōſequi ſacrificijs lucri ſuſpicantur Pagani cunctis ſub po-
teſtate exiſtentibus, vel cur in poteſtate ſibi ſubiectorum
fieri permittunt ipſi dij: quid ipſis tribuant, ſi talibus in-
digent, cur non ab ipſis magis potiora eliguntur? Si autem
non indigēt, ſuperfluè iam talibus hoſtiarum collationibus
placare ſe poſſe deos putant. hæc & his ſimilia multa alia,
quæ nunc enumerare longum eſt, non quaſi inſultādo, vel
irritando eos, ſed placidè, & magnâ obijcere moderatione
debes. Et per internalla noſtris item Chriſtianis huiuſce-
modi cōſutanda ſunt dogmatibus ſuperſtitiones, & quaſi
è latere tangendæ; quatenùs magis confuſi, quam exaſpe-
rati Pagani erubeſcant pro tam abſurdis opinionibus, &
ne nos latere ipſorum nefarios ritus ac fabulas æſtiment.
VI. *Hoc quoq; inferendum, ſi omnipotentes ſunt dij, & be-*
ne ſcilicet iuſti, non ſolùm ſuos remunerāt cultores, verùm
etiam puniunt contemptores; & ſi horum vtraque tem-
poraliter faciunt, cur ergo parcunt Chriſtianis totum pe-
nè Orbem ab eorum cultura auertentibus, idolaq́; euertē-
tibus? & cùm ipſi videlicet Chriſtiani fertiles terras, viniq́; &
olei feraces, cæteriſq́; opibus abundantes poſſident prouin-
cias; ipſis autem, id eſt, Paganis, frigore ſemper rigētes ter-
ras cum eorum dijs reliquēre, in quibus iam tamen to-
to orbe pulſi, falſò regnare putantur. Inferenda quoque
ſæpius eis eſt orbis auctoritas Chriſtiani, in cuius compa-
ratione ipſi pauciſſimi in vanitate antiqua adhuc per-
ſeuerant, & ne, quaſi de legitimo ſemper à principio ſuper
ipſas gentes deorum iactitent imperio, intimandum eis,
A *cunctum prius mundum idolorum deditum cultura, do-*
nec Chriſti gratiâ omnipotentis conditoris, rectoris, vniuſ-
que Dei notitiâ illuminatus, viuificatus, reconciliatuſq́;
Deo eſt: nam quòd apud Chriſtianos fidelium quotidie
baptizantur filij, quid aliud faciunt niſi à ſorde, & reatu
Gentilitatis, quo totus olim conſtrictus eſt, per ſingulos eos
purgāt? Hæc caritatis intuitu frater mi breuiter tuæ com-
memorare libuit dilectioni. Et qui corporali prægrauatus
languore laboro, ita vt congruè illud Pſalmiſtæ dicere poſ-
ſim: [b] *Cognoui quia iuſtum iudicium tuum, & verè affli-* b *Pſal. 118.*
xiſti: inde obnixius tuam peto reuerentiam, quatenùs
cum his qui tecum Chriſto in ſpiritu ſeruiunt, pro me ſup-
plicationum fundere preces digneris, vt Dominus, qui me
vino compunctionis potauit, citò etiam ſuâ anticipet mi-
B *ſericordia, vt qui iuſtè corripuit, clementer ignoſcat: pro-*
pheticumq́;, illud ſua faciat pietate me quoque * *grata-* *
bundum poſſe cantare: Secundum [c] *multitudinem dolo-* c *Pſal. 93.*
rum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificaue-
runt animam meam. Opto vt in Chriſto bene valeas, &
mei memineris conſacerdos cariſſime. Iſta Daniel ad Bo-
nifacium.

Sed quas ipſe Bonifacius ſoleret legationes pre- VII.
cum per epiſtolas mittere ad diuerſos, ſecundùm NITITVR
quod Paulus Apoſtolus ait: [d] *Adiuuantibus & vobis* PRECIBVS
in oratione pro nobis, vt ex multorum perſonis, eius quæ in SANCTO-
nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis, RVM BONI-
docent plures eiuſdem argumenti litteræ ad diuer- FACIVS.
ſos, diuerſis temporibus datæ & inter alias quæ ad d *2. Cor. 1.*
C Eadburgam, ſiue Eadeburgam Abbatiſſam. fuit i-
ſta Regi Cantiorum affinis, vt quæ dicentur, ſuo
loco docebunt, cuius quoq; iuuabatur in extrema
paupertate muneribus, & libros ſacros ad erudiē-
dos populos accipere conſueuit, vt ipſius Bonifacij
ad eam litteræ datæ declarant: harum tres hic ſub-
ijciemus perbreues, ex iiſdem quæ diximus exem-
plaribus acceptas, nondum (quod ſciamus) alicubi EPISTOLAS
cuſas, atque primùm omnium illam, quâ petit ab PETRI AV-
ipſa deſcribi aureis litteris epiſtolas Petri Apoſtoli, REIS RO-
vt à quo accepiſſet ad Gentes Apoſtolatum, eius GAT SCRIBI
quoque litteras prædicandas in Gentibus auri ni- LITTERIS.
tore fulgidas, piè tanti Apoſtoli amore ac reueren-
tia ſecum haberet, quod immensè amantium eſt,
D ita affici erga eum quem cupit. Quanti enim fece-
rit culmen Apoſtolicum Petrum, iam audiſti, cùm
primam omnium quam ibi inter Gētes erexit Ec-
cleſia, voluit Petri nomine atq; memoria inſigni-
ri: Petrus illi in ore ſemper, ſicut in mente, & in o-
pere iugiter erat. Sed iam ab eo tunc ſcriptam per-
breuem epiſtolam audiamus: ſic enim ſe habet: [e]

VIII.

Reuerendiſſimæ [e] *ac dilectiſſimæ ſorori* * *Eadburgæ* e *Ead. Cod. ep 31.*
Abbatiſſæ Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorū Dei in Chri- * *Eadeburgæ*
ſto optabilem caritatis ſalutem.

Deum omnipotentem retributorem, & remunerato- BONIFACII
rem omnium bonorum operum deprecor, vt tibi in cœle- EPIST. AD
ſtibus manſionibus, & in æternis tabernaculis omniū be- EADBVR-
neficiorum tuorum, quæ mihi præſtitiſti, æternalem mer- GAM ABB.
E *cedem, & in ſuperna Curia Angelorum beatorū reſtituat.*
Quia ſæpè ſiue ſolamine librorum, ſiue veſtimentorum ad-
iuuamine pietas tua triſtitiam meam conſolata eſt; ſic &
adhuc precor, vt augeas quod cœpiſti, id eſt, vt mihi cū au-
ro conſcribas epiſtolas Domini mei S. Petri Apoſtoli, ad ho-
norem, & reuerentiam ſanctarum ſcripturarum ante o-
culos carnalium in prædicando; & quia dicta eius, qui me
in hoc iter direxit, maximè ſemper in præſentia cupiā ha-
bere. Ad ſcribendum hoc ergo * *Eobam presbyterum deſti-* * Eobanū
no: fac ergo ſoror cariſſima de hac petitione noſtra, ſicut
benignitas tua de cunctis precibus meis ſolebat, vt & hic
opera tua ad gloriam cœleſtis Patris aureis litteris fulgeāt.
Valere in Chriſto, & ſanctis virtutibus ad meliora con- f *Ead. Cod. epiſt. 12.*
ſcendēda proficere te opto. rurſus ad eadem his verbis [f]:

IX. AD EANDEM EIVSDEM PRO PRECIBVS.

A *Dilectionis veſtræ clementiam intimis imploramus precibus, vt pro nobis intercedere apud auctorem omnium dignemini; & ne ignoretis cauſam huius petitionis, ſciatis, quia peccatis exigentibus conuerſatio peregrinationis noſtræ varijs tempeſtatibus illiditur, vndique labor, vndiq; ſuror, foris pugna, intus timores, ſuper omnia grauiſſimum, quod vincunt inſidiæ falſorum fratrum malitiam infidelium Paganorum. Rogate ergo pium defenſorem vitæ noſtræ, & vnicum ſalutare laborantium refugium agnum Dei, qui abſtulit peccata mūdi, vt nos inter talium luporum cubilia luſtrantes, dexterâ ſua protegente illæſos cuſtodiat, & vbi deberent eſſe ſpecioſi pedes portantium lucernam pacis Euangelij, non inueniantur tenebroſa errantium apoſtatarum veſtigia: ſed magis Pater piiſſimus accinctis lumbis noſtris perficiat lucernas ardentes in manibus noſtris, & illuminet corda Gentilium ad contemplandum Euāgelium gloriæ Chriſti. Intereà precor, vt intercedere pietas veſtra pro iſtis Paganis, qui nobis ab Apoſtolica ſede commiſſi ſunt, dignetur, vt eos Saluator mundi ab idolorum cultura eripere dignetur, & aggregare vnicæ matri Eccleſiæ Catholicæ filijs, ad laudē, & gloriam nominis ſui, [a] qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vale.* ſed & miſſis libris, rurſus ad eamdem paucis his.

[a] 1. Tim. 2.

X. [b] Eod. Cod. ep. 20. PRO LIBRIS MISSIS GRATIARVM ACTIO.

Dilectiſſimæ [b] ſorori etiam dudum ſpiritalis clientelæ propinquitate connexæ Eadburgæ Abbatiſſæ Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei, perennem in Chriſto ſalutem.

Cariſſimam ſororem remunerator æternus iuſtorum operum in ſuperna lætificet Curia Angelorum, quæ ſanctorum C librorum munera tranſmittendo exulem Germanicum ſpiritali lumine conſolata es: quia qui tenebroſos angulos Germanicarum gentium luſtrare debet, niſi habeat lucernam pedibus, & lumen ſemitis ſuis verbum Domini, in laqueum mortis incidet. Præterea de charitate tua confidens, obſecro, vt pro me orare digneris, quia peccatis meis exigentibus, periculoſi maris tempeſtatibus quatior, rogans, vt ille qui in altis habitat, & humilia reſpicit, indulgens flagitia, præſtet mihi verbum in [c] apertione oris mei, vt currat, & clarificetur inter Gentes Euangelium gloriæ Chriſti. hucuſque epiſtola.

[c] Epheſ. 6.

Erat iugis communicatio precum piorum fidelium Anglorum cum ſuo gentili Bonifacio in miniſterio, quod ſuſceperat Apoſtolatus. ipſius memoriam facientium in ſacroſancto ſacrificio Miſ- D ſæ: teſtati ſunt id litteris ad eum ſcriptis, quas ex iiſdem codicibus depromptas his ſubijcimus. ſic enim ſe habent [d].

[d] Eod Cod. ep. 40.

XI. BONIFACII MEMORIA IN SACRIFICIO MISSÆ.

Domino ſinceriſſimo meo & dulciſſimo caritatis cultu, & præcipuè Dei gratiâ copioſo, ſemperq; in Chriſto paſtoralis curæ regimina gubernāti Bonifacio, qui & Vuinfridus, Archiepiſcopo, Torthelmus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei in Domino ſalutem.

Deſiderabiles litteras excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes cognouimus tuam piiſſimam deuotionem, ferueutiſſimumq; amorem, quem habes propter beatam vitam, vt dexterâ Domini protegente, mediteris die, ac nocte, ad fidem Catholicam atque Apoſtolicam pro tuæ a- E nimæ redemptione corda Paganorum Saxonum conuerti. Quis enim audiens hæc ſuauia, non lætetur? quis non exultet & gaudeat in his operibus, quia gens noſtra Chriſto omnipotenti Deo credat? Per gerulum verò apicum tuorū, modicum tibi munuſculum, ſed magni affectus pignus tranſmitto, ſimul & indicans omnia, quæ à paruitate noſtra petere dignatus es, libētiſſimè ſuſcepimus, hoc eſt, quòd in ſacris Miſſarum celebritatibus, & in quotidianis precibus tuæ ſanctitatis memoria celebretur; optantes, & obnixè deprecantes noſtræ fragilitatis conſcij, hoc idem à veſtra parte, quantò meritis excellentiores eſtis, tanto circa nos perfectim obſeruari. Feſtinet igitur veſtra celſitudo nouis Chriſto populum coacernare & dedicare. Profectò enim habetis protectorem humani generis redemptorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Fraterno itaq; affectu ſalutātes veſtram excellentiam, & diuinam deprecamur iugiter clementiam, quæ vos veſtroſq; omnes in omnibus operibus auxiliari dignetur, vt cum Chriſto in futuro regnetis ſæculo. hactenꝰ Torthelmus Epiſcopus. ſubijcimus his alias aliorum inſignium virorum eodem argumento conſcriptas. ſunt huiuſmodi [e].

[e] Eod. Cod. epiſt. 43.

XII.

Domno glorioſiſſimo & cum honoris affectu venerandiſſimo Bonifacio Archiepiſcopo Aelbuualdus Deo donante regia poteſtate fretus, ſimul & tota Abbatia cum omni congregatione ſeruorum Dei in noſtra prouincia, Altithronum pro Eccleſiarum incolumitate die noctúq; precibus pulſantes, in Deo remuneratore omnium ſalutem.

QVÆ MINISTRATA SVNT BONIFACIO.

B *In primis itaq; ſcire te volumus, ô dilectiſſime, quia gratanter accipimus, noſtram paruitatem veſtris ſanctis orationibus commendatam, vt ſicut veſtra benignitas de Miſſarum ſolemnitatibus, & orationum aſſiduitatibus Deo inſtigante dictauit, ita quoq; noſtra mediocritas deuotâ mēte implere conetur; memoriaq; nominis veſtri in ſeptenis monaſteriorum noſtrorum ſynaxibus perpetuâ lege cenſeri debet, quia in ſeptenario numero perfecti ſæpè deſignantur. his itaq; bene compoſitis, & Deo adiuuante de animarum regulis ritè diſpoſitis, & de interioris hominis habitu aptè condicto, & exteriora, terrenaq; ſubſtantiæ adminicula, quæ ſub noſtra poteſtate Deo largiente redacta ſunt, ſub veſtræ volūtatis arbitrio contineri volumus, ita tamen, vt orationum veſtrarum adiutoria beneuolentiam almitatis veſtræ in Eccleſiis Dei frequentare faciatis, & ſicut te paſtorem in populo ſuo prædeſtinatio Dei fieri voluit, ita & nos te patronum ſentire ſatagimus. Nomina quoq; defunctorum, & viam vniuerſalem ingredientium, prout opportunitas anni exegerit, ex vtraque parte adducentur, quatenùs vt Deus deorum & Dominus dominantium, qui vos in Epiſcopatus regimen ponere voluit, ſuam plebem ad indiuiduæ Trinitatis agnitionem, & Vnitatis ſubſtantiam per vos adducere dignetur. Præterea, ô piiſſime Pater, tibi intimandum curamus, vt gerulum præſentium litterarum deuotâ mente à nobis tranſmiſſum ſcias, & ſicut fidelem tibi comperimus eſſe, ita & eum veridicum in omnibus inuenies.* Sed accipe alias eodem argumento conſcriptas.

XIII. Ex eod. Cod. epiſt. 41.

D *Reuerendiſſimo Præſuli, & piæ paternitatis prærogatiua diuulgando Archiepiſcopo Bonifacio, Sigebaldus licèt indignus, & vltimus famulorum Dei famulus optabilem in Domino ſalutem.*

Primitus ſubnixis precibus, ac ſi progenitulans flexis poplitibus, vt indulgeas obſecro petitionem meam, quam rogaui te per tuum presbyterum nomine * *Eobo, id eſt, vt tibi indicaret meam petitionem & deſiderium, id eſt, vt meus eſſes Epiſcopus cum meo Epiſcopo Daniele, & pro tua clementia hoc mihi concedas; ac ſi ita fuiſſet, ſicut eum rogaui, putabam à te de me aliquem cōſolationis ſermonem venire ad me. Notum ſit tibi, quia ex eo tempore nomen tuum adſcriptum habuiſſem, cùm Miſſarum ſolemnia celebrarem, ſimul cum nominibus Epiſcoporum noſtrorum, E & modo non ceſſo quamdiu ſubſiſtam. Et ſi ſuperuixero tibi, cum nomine patris noſtri Erenualdi Epiſcopi tuū adſcribo nomen, non quia de merito mei peccatoris confidens ſim, ſed de miſericordia Dei, & ſpe tua, quam habes in Deum. Ideò deprecor te, vt tecum memoria mea ſecundum paruitatem meam & in præſenti & in futuro perſiſtat. Vale in Chriſto.*

* Ebbo

COMMEMORATIO BONIFACII IN MISSIS.

XIV.

Precum igitur gentilium ſuorum, Dei amicorum S. Bonifacius diuinitùs roboratus, quæque ardua, ac difficillima, maioribus ſumptis ſpiritibus, tentat. Parumque ſibi viſum eſt gentiles homines ad Chriſtianam fidem cōuertere, niſi Chriſtianos deprauatis, corruptiſque moribus ad normam Chriſtianæ religionis induceret, reducerétque in

primis

primis eos, qui ſub diuerſis Eccleſiæ Ordinibus militarent, ad antiquitùs traditam, legibusque præſcriptam eccleſiaſticam diſciplinam. Conatus eſt iſta pro viribus, in quibus ipſi laborādum plurimū fuit; cùm præſertim hæretici nonnulli fidelium mentes erroribus labefactare conati eſſent. Nam audi quæ ex Vuilibaldo idem qui ſupra pergit narrare auctor.

ADVERSVS HÆRETICOS PVGNAT BONIFACIVS.

Hu ita geſtis, in Thuringiam profectus eſt; eiuſq; gentis principes magna ex parte a Chriſtiana religione deficientes corrigere ſtuduit. Cùm enim religioſi principes apud illos imperare deſiiſſent, ſimul etiam religio vacillare cœpit. at quidā Pſeudochriſtiani Dorthuninus, Bertherus, Eanberthus & Humedus apud eos hoſpitio recepti, hæreſeos illi auctores fuere, cùmq; ij ipſi impuri ſcortatores & adulteri ingens viro Dei certamen excitaſſent, ab illo egregiè cōfutati dignam retulere ſuæ veſaniæ mercedem, excommunicati & expulſi ab Eccleſia.

XV.

Manabat interim longè lateq; fama prædicationis eius, & credentium numero magnæ fiebant acceſſiones, templa inſtaurabantur, monaſteria conſtruebantur, atque in ijs etiam illud extructum eſt, quod eſt in Ordorff, in honorem ſancti Michaelis Archangeli, congregatâ illic ſeruorū Dei multitudine, qui omnes Apoſtolico more viuentes, laboribus ſuis ea quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt, ſibi comparabant. Quòd autem in honorem ſancti Michaelis illud ædificatum fuerit, eius hæc ratio eſt. Cùm vir Dei in Thuringia verſaretur, prædicans & baptizans, apud flumen Orabam tentorijs fixis quadam nocte permanſit. Totâ autem nocte illa lux cælitus ſparſa, locum in quo ille manebat, ambiuit, atque in ipſa luce ſanctus Michael Archangelus ei apparuit, eumq; in Domino confortauit. Manè vir Dei laudans & benedicens Dominum Miſſarum ſolemnia illic celebrat, ac deinceps eodem in loco prādium ſibi parari iubet. Dicente miniſtro, deeſſe cibum quo veſceretur, reſpondit: Ita ne? Quot hominum millia in deſertis, annis quadraginta pauit manna? mihi indigno ſeruulo ſuo non poteſt vnius diei alimoniam ſuppeditare? His dictis iubet apponi menſam. Intereà quædam auis aduolat, & piſcem ore ferens, qui illo die ad cibum ſufficeret, ante menſam deponit. Tum verò ſanctus Præſul gratias egit Deo, piſcemq; mandat ocius præparari. Cumq; ex illo comediſſet, reliquias in flumen proijci iubet &c. ſubdit de erectione illic factâ Eccleſiæ & monaſterij in honorem ſancti Michaelis Archangeli. *Quis iſta audiens non fide digniſſima putet, ſi recolat mente, quoties in diuinis litteris Angelos apparuiſſe patribus legitur? Certè quidem maiora præſtanda fore miniſtris noui teſtamēti quàm veteris, Pauli ſententiâ redditur manifeſtum, ſcribente ipſo iſta ad Corinthios*[a]: *Quòd ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multò magis abūdat miniſterium iuſtitiæ in gloria.* Sed & cùm adminiſtratorij ſpiritus dicuntur ab eodem Apoſtolo[b] Angeli, in miniſterium miſſi eorum, qui hæreditatem capiunt ſalutis: planè in primis inuigilandum ipſis eſt & miniſtrandum ijs, quorum munus eſt, vt plurimos erudiant ad ſalutem. Bonifacius igitur, cùm tot tātoſque de prædicationis ſemente, nondum anno abſoluto, collegiſſet prouentus: de his omnibus Gregorium Romanum Pontificem reddidit certiorem litteris ſuis, quæ non extant. Verùm ex redditis ad eum ab ipſo litteris fiunt iſta omnia manifeſta. Nam hoc pariter anno, iam inchoatâ Indictione octauâ, redditæ leguntur Gregorij Papæ ad eúdem Bonifacium litteræ, ad eas quas ante idem ipſe ad Gregorium ſcripſerat de vbere fructu ex prædicatione collecto, deque negocijs ad ſtatum eius Eccleſiæ optimè diſponendum. Quænam autem iſta fuerint, intelligemus ex ipſis Gregorij litteris in fine anni huius ad ipſum datis, quæ ſic ſe habēt[c].

MONAST. S. MICHAELIS ARCHANGELI.

MICHAELIS ARCHANGELI APPARITIO.

[a] 2. Cor. 3.

[b] Hebr. 1.

[c] Greg. 2. ep. 7. tom. 2. ep. Rom. Pont.

XVI.

GREGORII PAP. AD BONIFACIVM EPISTOLA.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.

Crediti ſpeculationis ſolicitudine permoti, Euangelicâ quoque inſtitutione, quâ Chriſtus ait[d]: *Obſecrate Dominum meſſis, vt* * *inijciat operarios in meſſem ſuam: tuam proinde reuerendam fraternitatem ad imitationem Apoſtolorum (vt Domino iubente præcepti ſunt:*[e] *Euntes prædicate Euangelium regni:*[f] *Gratis accepiſtis, gratis date) in partibus* * *Hiſpaniarum ad illuminationem Germaniæ gentis, in vmbra mortis ſedentis dirigere percuimus, lucrum vt inde apportare deberes; quia ſeruus ille de negotio talenti (ſicut ſcriptum eſt) fidus in futuro* * *auctori abſentis Deo feciſſe. Quod quia ex obedientia munere miniſterium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populū infidelem (vt innotuiſti) audiuimus conuerti: Domini potentiæ gratias referentes, vt ipſe, à quo bonum omne procedit, & qui ad agnitionē vult omnes venire veritatis, tibi (vt optamus) cooperetur, & à tenebris ad lucē populum illum ſuæ potentiæ inſpiratione reducat. Hinc enim vobis merces copioſa credimus, quòd ab omnipotente Deo adſcribatur in cœlis.*[g] *Bonum enim certamen, ſi perſeueraueris, poſſis cum Apoſtolo dicere, certaui, curſum cōſummaui, fidem ſeruaui; ſed vt coronam percipias laboris inſiſte: pollicetur enim Deus perſeuerantibus in finem ſalutem. Nec te mina teneant, nec deijciant terrores: ſed fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuncia. Erit enim ex adiutorio diuino protectio, tātum ſit bonum in voluntate opus. Igitur quātos ab errore conuerteris, ſyllabarum tuarum recenſito textu cognouimus, læti vberes Deo gratias agentes, de lucro animarum exultamus.*

[d] Luc. 10.

* mittat

Matth. 9.

[e] Marc. vlt.

[f] Matt. 20.

* Hasbaniorum vel Heſſorum

[g] 2. Tim. 4.

XVII.

Porrò pro Epiſcopo illo, qui nunc vſque deſidiâ quadam in eadem gente prædicationis verbum diſſeminare neglexerat, & nūc ſibi partem quaſi in parochia defendit, Carolo excellentiſſimo filio noſtro, vt eum compeſcat ſuadentes, paternis litteris ſcripſimus, & credimus quod hoc vetari præcipiat: ipſe verò opportunè, importunè prædicans quæ ſunt ſalutis, non deſinas. Igitur Thuringis & Germaniæ populo, ea quæ ad animæ reſpiciunt vtilitatem & ſalutem, ſcribere non omiſimus, inter alia vt conſtruant Epiſcopia, & Eccleſias condant, iniungentes.[h] *Ipſe enim qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat, erit omnibus daturus incrementum. Deus te incolumem cuſtodiat. Dat. pridie nonas Decembris, Domino piiſſimo Auguſto Leone à Deo coronato magno imperatore anno* * *octauo; ſed & Conſtantino magno eius filio anno quinto, Indictione octauâ.* Hæc Gregorius ad Bonifacium. Cæterùm reliquæ litteræ quas ſe ad diuerſos ſcripſiſſe teſtatur, non extant. deſiderantur præterea & ipſius Bonifacij aliæ litteræ ad Gregorium Pontificem crebrò conſcriptæ, immò & cætera ab eo geſta reliquo tempore Pontificatûs eiuſdē Gregorij; de quibus illud tantùm innoteſcit, accerſitos ab eo ex Anglia miniſtros, inſignes homines, quos inſtitutis à ſe Eccleſijs præficeret, necnon probatæ caſtitatis fœminas, quæ mulierum curæ & monaſterijs virginum præeſſe deberent, de quibus agemus anno ſequenti.

[h] Ezech. 18.

* nono

XVIII.

S. CORBINIANVS ROMAM AD GREGOR. PAPAM VENIT.

Eodem ferme tempore cùm ſanctus Corbinianus Friſingenſis Epiſcopus perfunctus eſſet annis octo Epiſcopatus, amore quietis Romam venit ad Gregorium Pontificem, vt miſſionem peteret ab Epiſcopatu, quam non obtinuit. Qui eius res geſtas conſcripſit Aribo eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, vbi multa admiratione digna, quæ in itinere contigerunt enarrauit, iſta de acceſſu ad Gregorium Pontificem ſubdit:[i] *Ipſe iter proſequens Romam v...*

[i] Extat apud Sur. die 8. Septemb.

peruenit, & oratione facta ad vtraque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina, ad ſummi Pontificis beati Gregorij præſentiam veniens: ad eius ſe ſtrauit veſtigia. At ille ſurgere illi imperans, ſedemq́; iuxta ſe poni faciens, ſedere præcepit. Qui cùm ſediſſet, non modica dona ſancto Dei viro obtulit, & cuncta ſibi de ſua conuerſatione diſplicentia enarrauit, quomodo videlicet, & quibus, quaſi immenſis fluctibus, quateretur huius mundi honoribus: & quomodo ei nec murorum clauſtra tranquillitatẽ præſtare potuiſſent, & quantum huius mundi formidaret diuitias, quippe qui nec vnum vellet habere colonum. Secretum verò petens, vt ei omnes perturbationes animi ſui atque anguſtias liberè poſſet referre, lachrymis fuſis flebili voce deplorat, vt ſuum ſecretum impoſito honore perdiderit, in priſtina petitione perſiſtens, vt ad cœnobium ipſum ire permitteret, vel in quamdam cellulam includeret, vel in aliqua ſecreta ſilua ad operationem ipſi concederet agellum.

XIX. IN SYNODO REIECTA PETITIO S. CORBINIANI.

His auditis, tantam humilitatem eius miratus eſt ſummus Papa: eoq́; à ſe dimiſſo, ad ſecreta neceſſaria Synodum congregauit, colligens ſcilicet presbyterium, & Epiſcopos qui in Vrbe præſto eſſent, *& in eo conuentu iſta recitauit. Quibus illi auditis, vnâ voce eum reuerti debere proclamabant, multis teſtimonijs ſcripturarum id confirmantes. His ita dicentibus, virum Dei in medium venire iuſſit. quorum verbis ſe victum conſiderans, vt iniunctum ſibi à ſancto Patre officium nullo modo omitteret, & à lucro vacuus rediret ad aream; cum ſummo ibi aliquantulum temporis retentus honore, & benedictione acceptâ, valefaciens omnibus, triſtis receſſit.* hæc Aribo eius in Epiſcopatu ſucceſſor, qui de his, quæ ipſi Ticini cum Luithprando Longobardorum Rege interceſſerunt. hiſtoriam ita contexuit:

XX. VLTVS DEVS IN NOBILEM OB EQVVM S. VIRI SVBLATVM.

Cumq́; reuertendo Papiam perueniſſet, ad portam vrbis feretro impoſitum cuiuſdam mortui corpus efferebatur, quem vniuerſus ſequebatur vrbis magiſtratus. Qui mox vt virum Dei conſpexêre, ſubtiliter de perſona eius, atque vocabulo ſciſcitabantur. Erat autem cadauer eius viri, qui caballum ſancti Corbiniani Romam venientis antè rapere auſus fuerat. Eos autem omnes pauor ingens inuaſit: quia ille deſperatus à medicis facinus ſuum non abſcondit, ſed publicè confeſſus eſt. Tunc quoque vir ſanctus cum omni humanitatis reuerentia à Rege receptus, regalem deducebatur in aulam, quia nequaquam Principem latebant diuina virtutis miracula quæ per viarum ſpatia ab eo, & per eum geſta fuerant, & propterea miles Chriſti ampliorem ab omnibus recipiebat honorem, quãuis ille ea omnia voluiſſet ſilentio premi.

XXI. EQVVS ET PECVNIA DATA CORBINIANO.

Sedente autem Rege, & cum eo viro Dei, mulier ipſius tunc defuncti orbata viro & viduata, flebili vultu veſtigijs viri Dei prouoluta eſt, adducens viri Dei caballum, à viro ſuo machinis diabolicis & nefandis raptum inſidijs, formâ & ſpecie decorum, quaſi de obitu viri ſui mortis reum; inſuper ducentos ſolidos viro Dei obtulit, dicens virum ſuũ eadem die percuſſum fuiſſe, quâ illecebroſis machinis viam viri Dei impedire præſumpſit, & vt ab eadem percuſſione languor quotidie dolori fomitem miniſtraſſet, & vt iam à medicis deſperatus ſibi præcepiſſet, vt omni diligentiâ ipſum cuſtodiret caballum viro Dei, ſi Deo adiuuante, eo reuerſus eſſet, omninò redderet, & eius facinus illi confiteretur, & inſuper debita impenſionis ei aurum offerret, vt pro eius anima vir ſanctiſſimus deprecari diuinam clementiam dignaretur.

LVITHPRANDI REGIS ERGA SANCTVM REVERENTIA.

Quibus dictis compaſſus eminentiſſimus Rex, & dolore & tremore compunctus, ſtatim ex throno proſiliens, genibus prouolutus eſt Epiſcopi, rogans ne hoc ſperneret, quod mulier obtulit, & inſuper ſuum reciperet quod amiſit. Virum autem Dei ne tantam eminentiæ ſimiliam contriſtaret. nam ob mortem tanti viri ſententem conſpexit, & in magna eſſe deſperatione animæ illius, vniuerſis petentibus ſuſcipienda quæ mulier obtulerat, tandem coactus conſenſit: Regem vt ſurgeret, petijt. leniterq́; eum conſolari cœpit. &c. ex his & alijs pietas quidem ipſius Luithprandi ab omnibus prædicatur, quomodo ſcilicet erga Dei ſeruos propenſior eſſet, quos omni obſequio colere conſueuit. Vtinam ſic ſemper ad finem vſque perſeueraſſet.

XXII. INSTAR IOANNIS CORBINIANVS ARGVIT GRIMOALDVM.

Porrò quod ad ſanctum Corbinianum pertinet, ſicut erga Principes Deum timentes benignũ ſe præbere, ita in Dei mandatorum contemptores durum & aſperũ, quo eos ab errore reuocare poſſet, ſe exhibere ſolebat. Nam audi quæ inter ipſum & Grimoaldum ducem filium Theodonis Ducis Bauariæ interceſſerunt, cùm in ſuam Eccleſiam reuerſus eſt: *Cùm autem* (inquit idem qui ſuprà Aribo) *ad palatium prædicti Principis peruenit, per quemdam dilectum eius cubicularium eidem Principi demandauit, nequaquam ſe faciem illius videre velle, antequam laſciuam coniugem à ſe expelleret, quam ſibi tunc copulauerat poſt obitum fratris ſui Theodoaldi viduam. Quæ quidem ſecundum huius carnis putredinem pulchra videbatur & decora, nomine Pildrud, & genere præclarã, ex Galliæ partibus genitricem ſequuta, iſtas peruenerat in partes. Sed cùm Epiſcopi dictis conſentire nollent, ipſe in ſua perſeuerauit ſententia, eiq́; egregij prædicatoris Pauli ea verba demandauit, inter cætera:* [a] *Quia neque adulteri, neque fornicatores regnum Dei poſſidebunt.* [a] 1. Cor. 6.

XXIII. NOVA HERODIAS FVRIT IN SANCTVM.

Illa autem funeſta Herodiadis ſequens exemplum, de morte viri Dei cum maleuolis quibuſdam tractare cœpit. At vir Dei meminerat pro tali crimine Ioannem increpaſſe Herodem propter [b] *Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo viuenti oxorem, atque ob hoc ab eo interemptum eſſe: ideoq́; nullatenus in tantum facinus ſe conſentire prædixit. anteq́; ſe eſſe potiùs moriturum. Sic ergo quadraginta diebus ab eorum ſe ſubtraxit obtutibus, eoſq́; per ſuos iugiter admonere non deſtitit, vt tam execrabile coniugium relinquerent; congruiſq́; temporibus iam quidem ſi conuerterentur ad pœnitentiam, blandis ſermonibus Dei regnum promiſit: porrò ſi permanerent in malitia, terrorem magni iudicij Dei, æternumq́; eis citò venturum minabatur ſupplicium. Tandem omnipotentis Dei conſolante clementiâ, perduxit eos ad promiſſionem ſeparationis ſuæ.* [b] Matt. 14. Marc. 6. Luc. 3.

XXIV. POENITENTIA INCESTVOSORVM.

Tunc vir ſanctus in Domini Chriſti Ieſu confiſus gratiâ, eos fecit ad ſuam venire præſentiam: qui venientes humi ſe proſtrauerunt ambo, & extẽſis ad pedes eius brachijs, ſe grauiter peccaſſe, ſe nimium reos eſſe, confeſſi ſunt, & ita purâ confeſſione ad pœnitentiæ confugerunt remedia. Quorum capitibus vir Dei manum imponens, ſigno æternæ ſalutis eos munire curauit, ex humo eos erigens, tum grauiter lapſis pœnitentiam deſignauit, viam eis ſalutis oſtendit, remedioꝛum ſolatia eleemoſynarum largitate, ieiuniorum & orationum frequentiâ adipiſcenda monſtrauit; & vt ampliùs peccare cauerent, ſollicitè præmonuit; ſicq́; domum ingreſſi communiter ſumpſerunt cibum. ſicut autem à menſa Principis vir Dei alimoniam corporis ſumpſit, ita illis alimoniam animarum prædicando verbum Domini miniſtrauit. hactenùs de rebus geſtis cum Grimoaldo duce Aribo. Verùm cùm non longiùs (vt par erat) à ſe fœminam illam Grimoaldus ablegaſſet, reuerſus ad vomitum, vlciſcẽte numine, in ſe ſuoſque Dei vindictam miſer expertus eſt. Siquidem illâ nece ſubtrahere virum Dei hauſtu veneni cùm cogitaret, & opere explere curaret, defendente Domino, vir ſanctus periculum impendens euaſit; vindicta autem in domum eius conuerſa eſt, quam paucis hîs Aribo deſcribit:

XXV.

Quæ autem (inquit) *tales inſidias fuerit ſecuta vindicta, ſilentio non eſt premendum. Filius Grimoaldi*

quam.

DEI VINDICTA IN DOMVM PRINCIPIS.

quem nefando crimine (vt diximus) machinis diabolis incantauerat, rebus excessit humanis: eoq; mortuo, Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus eſt. Prædictus Ninus, qui necem Episcopo per venenum scilicet afferre voluit, probroſa morte vitam finiuit: cum enim ventrem purgaret, lanceâ percuſſus interijt. Ad vltimum verò Pildrud Carolum Martellum ſcilicèt, *in Gallias ſequens, pro meritis eius ab eo repudiatâ, omnem honorem & gloriam perdidit, proprijsq; exutâ ſubſtantijs, nouiſſime nihil niſi vnum aſellum ad ſubuectionem poſſidens, in Italia vitam finiuit. nati eius, qui ex illius prodierant vtero, cum multa tribulatione regno priuati, vitalem amiſerunt ſtatum.* hactenùs de his auctor, reliqua narrare pergens tanto quidem Apoſtolico digna viro, quæ nos breuitatis cauſâ prætermus.

IESV CHRISTI Annus 725.

GREGORII PAP. II. Annus 12. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 10.

I. FACTA TRANSLATIO CORPORIS S. AVGVSTINI.

REDEMPTORIS ſeptingenteſimus vigeſimus quintus annus adeſt octauæ Indictionis, quo translatio facta eſt operâ Luithprandi Longobardorum Regis corporis ſancti Auguſtini ex Sardinia Ticinum, redempto ipſo magno precio à Saracenis, qui eam inſulam occupauerant. huius rei geſtæ antequàm hiſtoriam proſequamur, de tempore exquirenda eſt ratio quàm exactiſſimè, eò quòd diuerſorum diuerſæ de his ſententiæ inueniantur, cùm alij id factum dicant anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo, alij trigeſimo quarto. ex ſupputatione autem annorum ab eo facta qui eam fuſiùs ſcripſit hiſtoriam, dicendum eſſet eam habitam anno decimo poſt ſexcenteſimum, ſed exploditur omninò iſta, eò quòd necdum eo tempore Luithprandus regnare cœpiſſet. Vt autem nos hic potiùs collocemus, Beda huius temporis auctor nobilis perſuadet, quòd ſcilicèt producens ille commentarium ſuum de ſex ætatibus vſque in annum * nonum Leonis Imperatoris, ponensq; extremo loco eam tráslationem, quâ claudit eam lucubrationem, poſſumus exiſtimare hoc anno eamdem contigiſſe. Porrò rei geſtæ ſeries habetur in epiſtola ad Carolum Magnum poſtmodum ſcripta à Petro Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui & Oldradus, quam hic tibi deſcribendam putauimus. ſic enim ſe habet.

* decimum

II. EPISTOLA PETRI OLDRADI AD CAROLVM MAGNVM.

Domino Regum piiſſimo Carolo Magno Petrus Oldradus indignus Mediolanenſium Archiepiſcopus perennem in Chriſto coronam.

*Opus quod celſitudo veſtra, dum in vrbe Mediolani moraretur, mihi imponere dignata fuit, vt aliquid de tranſlatione corporis beati Auguſtini Epiſcopi de Sardinia Papiam inquirerem, & fideli ſermone celſitudini veſtræ tranſcriberem: quantum humana fragilitas laborare potuit, elaboraui: & quod ex litteris & libris Regum Longobardorum, & etiam ex traditione multorum legi & audiui, Deo adiuuante, breuiter ſcribam. Beatus Auguſtinus doctor Eccleſiarum Chriſti poſt multa miraculorum ſigna, quibus in hoc mundo effulſit: poſt multam inſudationem laborum, qua obſtinationem hæreticorum rectum iter via deprauantium oppugnauerat, Deo animam reddens honorificè à fidelibus ſepultus eſt in ciuitate Hipponenſi in Epiſcopatu ſuo, in Eccleſia ſancti Stephani, currente anno Incarnationis Chriſti quadringenteſimo trigeſimo; ibiq; honorificè ſepultus per manum diſcipulorum ſuorum, iacuit annis ferè * quinquaginta ſex: deinde in Sardiniam tranſlatum eſt à fidelibus & Catholicis Epiſcopis: qui ob Chriſti fidem ab iniquo Tranſamundo Rege vna cum Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo, cum innumerabilibus Chriſti fidelibus in eamdem inſulam relegati fuerant, quo tempore Vuandali armis Africam vaſtabant: ne gemma & theſaurus tantus ab immundis ſpiritibus pollueretur, ſecum cum nonnullis alijs ſanctorum reliquijs deportarunt. Ibi multis miraculis claruit annis ducentis viginti * tribus. In quo manifeſtum datur intelligi, quod quos Deus caros habet, ad auctoritatem eorum teſtimonium clarificat & inſignit virtutibus miraculorum.*

* LXXIV.

* CCXXI.

III.

*Vnde Luithprando Aſprandi filio Longobardorum Rege, quo tempore à die obitus ipſius ſancti ducenti & * octuaginta anni euoluti fuerant, regno Longobardorum adepto, & perſeuerante in vero religionis propoſito, quippe qui protector & defenſor fidelis Eccleſiarum Dei extitit, vir certè tanto principatu digniſſimus. ſi prudentiam, ſapientiam, conſiliumq; quo plurimum valebat, quis inſpexerit: iuſtitiâ autem & clementiâ ita inſignis habebatur, vt difficile iudicaretur, qua in re maiorem promereretur laudem, Chriſtianiſſimus adeò fuit, ac religionis amator, vt nulla vnquam in regno templa ſine ſuo ſuffragio ædificari permiſerit: nam vt de cæteris taceam, Papiæ plurima templa ornatu miro conſtruxit, donatis & & additis multis caſtris & poſſeſſionibus: & præcipuè in palatio ſuo oratorium in honorem Saluatoris mundi extruxit, vbi & ſacerdotes & clericos multos inſtituit, qui die noctuq; diuina officia exoluerent, attributis multis bonis, vt honeſtiùs & alacriùs Deo inſeruire poſſent.*

* CCXXCV.

LVITHPRANDI PIA OPERA

Et primo regni ſui anno donationem, quam beato Petro Aripertus Rex donauerat, confirmauit, ſcilicet Alpes Cottias, in quibus Ianua eſt, & quicquid ab ea Alpes vſque ad Galliarum fines continebant. Et beato Petro Apoſtolorum principi in ſuburbio Papienſi monaſterium conſtruxit artificis opere excellenter ornatum, cui etiam indidit nomen, Cœlum aureum.

IV.

Barbarorum igitur infinita multitudo Sardiniam expugnare est aggreſſa: quam cum inuaſiſſent, & ſubiugatam deſtruerent, loca etiam ſancta violenter aggreſſi polluebant, inter quæ ſepulchrum beati Auguſtini. Hæc cùm iuſtitiæ cultor & amator religionis Luithprãdus Rex audiſſet, à ſanctæ memoriæ Petro Papienſi Epiſcopo, quem Rex maximo honore & ſummâ reuerentiâ ob vitæ ſanctitatem proſequebatur, videlicet coinquinari & inhoneſtè tractari ſanctiſſimi Auguſtini locum: Legatos ſuos proceres nobiles cum magno pondere auri & argenti tranſmiſit in Sardiniam, vt corpus tanti ſancti redimerẽt precio, & transferrent quamprimum ad ciuitatem Papienſem. Qui iuſſioni & deſiderio piiſſimi Regis ſatisfacere cupientes, nauigio venerunt in Sardiniam, & redimentes corpus ſanctum à barbaris, nauiq; illud imponentes, Dei miſericordiâ & ingenti eorum gaudio pleni velis per trãquillum mare in vnius diei & noctis ſpatio perducti ſunt ante portum & ſtationem Iannenſem; & per Legatos Regi quæ facta erant denunciarunt, & vt honorificè occurrerent ad reliquias tam glorioſi corporis ſuſcipiendas.

V.

Quo audito, Rex immenſo gaudio perfuſus, gratias ingentes Deo referebat, quod deſiderium ſuum impleuiſſet: omniq; negotio poſtpoſito, rogatis & conuocatis omnibus ciuitatum ſuarum Epiſcopis, & vniuerſo clero, vſque ad finem agri Dertonenſis ad ſuſcipiendum tam præclarum Dei munus cum maxima humilitate proceſſit; & more Dauidico, ª ad accipiendam Arcam Domini, & reponendam in decentiori loco, properabat cum innumerabili procerum & populi vtriuſque ſexus multitudine, Deo gratias omnes agentes de tanto dono datis. Cùm autem ad locum, vbi iacebat ſanctum corpus, appropinquaſſet, depoſitis regalis aulæ inſignibus, nudatoq; capite & pedibus cum tanta humilitate & deuotione proceſſerat, vt

ª 2. Reg. 6.

omnes qui aderant, mirarentur, & Deum ſuper tanta deuotione piiſſimi Regis laudarent.

Ad confeſſorem autem ſuum clarificandum miſericors Dominus dignatus eſt multa miracula operari: multi enim aliquo officio corporis priuati aderant, qui recuperata ſanitate, alacres ad laudem & honorem Dei vociferantes, læti ad propria remeabant. Vnde corpus beati confeſſoris cum laudibus & hymnis deferentes peruenerunt ad fines agri Dertonenſis, ad prædium quod appellant Sauinarienſe, vbi Rex Luithprandus cum vniuerſo Epiſcoporum & procerum comitatu pernoctantes, & debitum tãto patre officium dignè peragentes: Rex ipſe tamquam vnus de plebe prope ſanctiſſimi corporis reliquias nimio deuotionis zelo ardens pernoctauit.

VI. B *Cùm autem aurora ſequentis diei illuceſceret, ad peragendum iter ad vrbem Ticinenſem ſiſtentes, nullo modo ſanctum corpus mouere potuerunt. Cùm igitur plures ad feretrum accederẽt, nec quicquam proficerent: Rex Luithprandus ſciſſis veſtibus & deformatâ facie in terra deuolutabatur; quippè qui immenſo deſiderio tanti patris transferendi reliquias ad vrbem Ticinum æſtuabat animis: at tum omninò ab omni ſpe ceciderat poſſe amoueri ſanctum corpus. Quo miraculo omnes Epiſcopi & proceres ſtupebant, cogitantes intra ſe, quidnam Deus omnipotens indicare vellet de reliquiis tam glorioſi doctoris. Aderat inter cœtũ Epiſcoporum ſanctæ memoriæ Gratianus Nouarienſis Eccleſiæ Præſul, vir multâ doctrinâ præditus, & omni ſciẽtiarum genere illuſtris, & verè Dei ſacerdos, qui* C *acceſſit confidenter ad Luithprandum Regem, affirmans Dei miſericordiam non verbis & actibus externis, ſed magis votis & operibus implorandam. Quæ Rex libentiſſimè monita audiens, facto voto, deliberauit, ſi Dominus Deus omnipotens corpus beati Auguſtini Ticinum deferri permitteret, quod ſupra nominatum prædium Sauinarienſe Deo & Eccleſiæ beati Petri, ad quã ipſum ſanctum corpus deferre volebat, perpetuò habendum tribueret. Factum eſt igitur, vt cùm votum perſoluiſſet, accederet ad feretrum: qui cùm corpus de terra leuare tentaret, ita leuiſſimum inuenit, vt nullo vlterius onere impediente, corpus beatiſſimum, quod priùs nec moueri poterat à pluribus, modò nõ prohiberetur ferri à duobus. peragebant igitur inceptum iter, ingenti gaudio & exultatione laudantes Dei omnipotentiam, qui vota Regis tam facilè au-* D *diſſet.*

VII. *Cùm autem in vrbe auditum eſſet de aduentu Regis cũ reliquiis beatiſſimi confeſſoris: ad ſuſcipiendum corpus ſanctiſſimum omnes, qui reſidui fuerant, feſtinarunt occurrere, & cum ſummo honore, vtpote tanto patri debito detulerunt cum hymnis & canticis, & totius populi concurſu, ſummo gaudio perfuſi, & repoſuerunt in Eccleſia beati Petri in Cælo aureo. Iure autem in Apoſtolica poſitus eſt Eccleſia, qui pro Eccleſiaſtica dimicans fide, diabolicas hæreticorum fraudes diſperſit. Vbi etiã ad ſanctitatis eius teſtimonium, ad argumentum fidei poſterorum multis ſignis & miraculis claruit. Illud memoriâ dignum contigit poſt trãſlationem Papiam factam, quo Deo, beatoq; patri Auguſtino gratam fuiſſe eam tranſlationem innotuit:* E *ſiquidem multi tactu ſacrorũ pignorum tantum, ex variis morbis ſtatim conualuere. Sed inſignis fuit illa apparitio facta quibuſdam Vltramontanis numero quadraginta, qui petentes Romam, prope viculum Cauæ, Papiâ diſtantis circiter tria millia paſſuum, quo membra feſſa in longo itinere curarent, pernoctantes, circa ſecundam horam noctis ab Eccleſia quæ vicina erat, dicata ſanctis martyribus Coſmæ & Damiano, viderunt egredi hominem habitu Pontificali ornatum, qui ipſis appropinquans percunctatus eſt, quo pergerent. Cùm reſpondiſſent, ſe Romam ad baſilicas Sanctorum Petri & Pauli proficiſci, quatenùs à Domino impetrarent liberari ab infirmitatibus, quibus vnuſquiſque eorum affligebatur: erant enim omnes infirmi, ideo Romam peregrinabantur, tum vt viſerent ſancta loca, tum vt ſanctorum meritis ibi quieſcentium Deus eos ſanaret. dixit illis Pontifex: Dirigite greſſus veſtros ad vrbem vobis vicinã Papiã nempe, & ingredimini tẽplum beati Petri in Cælo aureo; ingreſſi ſanabimini à languoribus veſtris: quis eſſet, interrogantibus peregrinis, reſpondit ſe eſſe Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum. His auditis, ſtupore & gaudio repleti, feſtinantes Papiam, & templum ingreſſi, clamantes dixerunt: Sancte Auguſtine, ſicut pollicitus es, reſtitue nobis ſanitatem. His vix pronunciatis, ſenſerunt ſe priſtinæ incolumitati redditos, & Deo, beatoq; Auguſtino gratias agentes, ad propria læti & incolumes remearunt, narrantes mirabilia quæ fecerat Dominus interceſſione tanti Doctoris.*

B *Dona autem quæ piiſſimus Rex Luithprandus Eccleſiæ beati Petri donauit, tam in prædiis & poſſeſſionibus, quã in vaſis aureis & argenteis & veſtibus ad Dei cultum pertinentibus, excedunt omnium piorum & Catholicorum opinionem. Exiſtimabat autem Rex ille, ſe tantum non poſſe donare miniſtris, qui cuſtodiebant corpus beati Patris, quod opinioni & voluntati ſuæ penitus ſatisfaceret. Et tanto gaudio ad corpus tanti viri receptum repletus eſt, quod die ac nocte in hymnis & canticis Dei cum clericis & ſacerdotibus in Eccleſia pernoctaret, & tamquam vnus de miniſtris in canticis Dei & pſalmodia ſe exerceret. Hæc tranſlatio corporis ſancti Auguſtini facta fuit pridie Kalendas Martii, ſedente in ſancta Petri Sede bonæ memoriæ Gregorio eius nominis ſecundo.* C *Excellentiam magnitudinis veſtræ per multa annorum curricula Rex Regum Chriſtus Dominus ſuâ dignetur cuſtodire potentia. Datum in Vrbe Mediolani anno ſalutiferæ Incarnationis Domini ſeptingenteſimo nonageſimo ſexto.* hucuſque epiſtola Petri ad Carolum Magnum. Cæterùm eidem tranſlationi ſub Gregorio Papa ſecundo factæ adſtipulatur præter Bedam etiam Paulus Diaconus, & ipſe ſui temporis res geſtas Longobardorum proſecutus, Marianus Scotus, Sigebertus, & alij omnes recentiores hiſtorici. Cæterùm dies ipſa quâ contigit eiuſmodi tranſlationem fieri pridie Kalendas Martias, perpetuâ memoriâ conſecrata, relataque in Eccleſiaſticas tabulas fuit, & anniuerſario cultu in Eccleſia celebris D perſeuerat. VIII.

Hoc item anno (vt habet vetus Chronicon à Pithœo editum, cui libenter aſſentior) Eudo Aquitaniæ Dux in odium Caroli Martelli vocat in Gallias Sarracenos ex Hiſpaniis. Leguntur enim hæc ibi: *Anno ſeptingenteſimo vigeſimo quinto Sarraceni ab Eudone in auxilium ſuum vocati cum Rege ſuo Abdirama, Garumnam, Burdigalamq; perueniunt, cunctis locis vaſtatis, & Eccleſiis igne crematis: baſilicam quoque ſancti Hilarii Pictauis incendunt.* hæc ibi. Eadem apud Gregorium Turonenſem in Appendice, & alios veteres res Francorum ſcriptis proſequutos; qui addunt: cùm Sarraceni irent, vt baſilicam S. Martini Turonenſis incen- E derent, Carolum Martellum occurriſſe cum exercitu, à quo iidem victi fuerint Sarraceni, exercituque deleto, Rex eorum Abdirama occiſus fuerit. verùm hæc de victoria à Carolo aduerſus Sarracenos obtenta ſequenti anno contigiſſe, in eodem Chronico ponitur. Paulus [a] Diaconus his addit, necata fuiſſe trecenta quinquaginta millia Sarracenorum à Carolo, Francorum verò mille tantum & quingentos eſſe deſideratos. Additque Eudonem quoque Aquitaniæ Ducem qui eos vocauerat, ſuper eorum caſtra irruiſſe, plurimosq; ex eiſdem occidiſſe ea puto ex cauſa quòd contra pacta conuenta illi loca ſancta flammis abſumpſiſſent. Habet eadem de nume- IX.

SARRACENI GALLIAS INVADVNT.

[a] *Paul. Diac. lib. 6. c. 14. Vet. edit. & in nou. 46.*

CAROLVS MARTELLVS SARRACENOS VINCIT.

ro occi-

ro occiſorum Anaſtaſius Bibliothecarius in Gregorio ſecundo Romano Pontifice, immò aliquid amplius, nempe trecenta ſeptuaginta quinq; millia Sarracenorum fuiſſe trucidata, idque teſtificatione, vt ait, epiſtolæ eiuſdẽ Eudonis Ducis Aquitaniæ miſſæ ad Gregorium Papam. Habet eadem quoque Marianus Scotus, & alij recentiores, qui proſequuti ſunt res Francorum.

X. Vbi autem potitus eſſet tantâ victoriâ Carolus Martellus, Pariſios reuerſurus, Aurelianis tranſiẽs, S. Eucherium eius ciuitatis Epiſcopũ ſequi ſe iuſſit, ſicq; abductus ab Eccleſia iam munere paſtorali annos quindecim bene perfunctus, in exilium Coloniam mittitur; inde vero in Hasbaniã ablegatur, datus cuſtodiendus Roberto Duci. Cauſam autem eiuſmodi indignationis Caroli illam referunt, quòd ipſum proficiſcẽtem ad bellum redarguerit, quod decimas Eccleſiarum in ſtipendia militũ conuertiſſet. Porrò pro iuſtitia ipſum iſta paſſum eſſe, crebra miracula ab eo edita declaraſſe perhibetur[a].

Ex Vita eius apud Sur. die 20. Febr. tom. 1.

[a] *Molan. in Natal. SS. Belg. die 20. Febr.*

XI. Quod ad res Eccleſiæ Germaniæ pertinet S. Bonifacius eius ab Eccleſia Romana cõſtitutus Apoſtolus, cùm ad finẽ (vt vidimus) anni ſuperioris accepiſſet ab Apoſtolica Sede litteras, quib. Gregorius Papa eũ fuerat cohortatus ad ſuſceptã in prædicatione Euangelij prouinciam proſequendam: conſiderans[b] regiones ad meſſem Euangelicam iã maturas, & opus tantùm eſſe meſſoribus: ex patrio ſolo eos petendos eſſe putauit, ex Anglia, inquam, vnde eiſdem prima fax illuxerat; exemploq; [c] Petri, cuius legatione ad conuertendas gentes barbaras fungeretur, innuẽs ſocijs qui erãt in alia naui, vt venirent, & adiuuarent; ex Anglicana Eccleſia vocauit ſocios, cooperatores in Euangelio. Et quòd ſciret exẽplo Apoſtolorum, non inutiles eſſe ad opus ſanctas quoq; mulieres, quib. vteretur veluti diaconiſſis quas præficeret monaſterijs, & per quas facibùs Gentiles feminæ mutuâ conſuetudine allicerentur ad fidem: probatas ſanctitate mulieres æquè ex Anglia eſſe petendas vtile duxit. Quinã autem viri iſti atque feminæ fuerint, qui ex Anglia in Germaniã ad Bonifaciũ vocati migrarint, auctor qui deſcripſit ex Vuilibaldo, ſic narrat: *Interim vir beatus prædicans & baptizans apud Thuringos & Cattos, ſiue Heſſos, vidit quidem multam illic extare meſſem, ſed operarios paucos, & qui tanta credentium multitudini inſtituendæ non ſufficerent. Miſit igitur in patriam ſuã ac ciuitatẽ, non modò viros religioſos, & multinariâ eruditione præſtantes, ſed etiam feminas. In his præcipui fuêre Burchardus, Lullus, Vuilsboldus, Vuilibaldus, & eius frater Vuitta, & Gregorius. In feminis autem religioſis, matertera S. Lulli Cunigildis, & filia eius Bertgicta, itẽ Cunitrudis, Thecla, Lioba, & [*] Vualtpurgis ſoror Vuilsboldi & Vuilibaldi. S. Cunigildis & filia eius Bertgicta liberalibus ſcientijs erudita apud Thuringos magiſtra ſunt conſtitutæ. Cunitrudis miſſa eſt in Boioariam, vt verbi diuini ſementem illic faceret; Theclam apud Moganum fluuium & Ochnofurti voluit manere: Liobam denique, virginib. ſacris apud Biſchofeſheimiũ pfecit.* hucuſq; de his auctor.

[b] *Ioan. 4.*

[c] *Luc. 5.*

QVI EX ANGLIA VENERINT IN GERMANIAM.

[*] Vualburgis.

XII. Porrò cum omnes iſtæ egregiâ claruerint ſanctitate, trium quoque ipſarum nomina inter ſanctos in Eccleſiaſticis tabulis reperiũtur eſſe relata, [d] Theclæ videlicèt, [e] Liobæ, atque [f] Vualtpurgis, quarum quoque res geſtæ ſcriptis mandatæ leguntur. [g] Liobæ videlicèt. atque [h] Vualtpurgis. Liobæ, iuſſu Rabani à Rodulpho eius diſcipulo, & Vualtpurgis, ſiue Vualpurgæ à Vuolfhardo monacho, qua fideliſſimè ſcriptæ, qui & à quibus Angliæ monaſterijs fuerint hæ petitæ, narrant. Addit prætereà Rodulphus in Lioba, eũdem S. Bonifaciũ vt quàm exactiſſimam monaſticam diſciplinam Germaniæ populis traderet, ab ipſo fonte eam haurire curaſſe, nimirum ex domo ipſa prima atque primaria S. Benedicti Abbatis, hoc eſt, ex monaſterio Caſſinate, cuius rei gratiâ miſiſſe tradit illuc Sturmum diſcipulum ſuum, vt aliquamdiu illic moratus, diſceret cultum perfectiſſimũ monaſticæ vitæ, quamuis ipſe Bonifacius à puero monaſticis imbutus fuiſſet inſtitutis in Anglia, vbi reuerà his temporibus florebant monaſteria ſanctitate, atque doctrinâ, vt tum ex Beda, tum ex eiuſdem Bonifacij litteris intelligitur: ſed nihil voluit prætermiſiſſe vir ſanctiſſimus, quin in Germanam quam ſuſceperat excolendam Eccleſiam, quæcumque ſciret, vel exiſtimaret eſſe perfectiora, conferret; cùm ad tantum opus, omnes quos peteret, hilares largitores haberet, præſertim verò gentiles ſuos Anglos, vt plurimis eſt patefactum exemplis.

[d] *Martyr. Rom. die 15. Octob.*

[e] *Eod. Martyr. 28. Septemb.*

[f] *Die 1. Maii.*

[g] *Apud Surio 5 die 28. Sept.*

[h] *Apud Surio 7. die 1. Maii.*

BONIFACIVS MONACHISMI INSTITVTOR IN GERMANIA.

XIII. Fauebat enim Bonifacio in Euangelio laboranti vniuerſa Eccleſia Anglicana (vt vidimus) alijs ſeipſos in opus miniſterij exhibentibus, alijs libris alijſq; muneribus adiuuantibus, preces alijs impartientibus, epiſtolas alijs ſcribentibus, & honorantibus, & inter alios, qui hoc ipſo anno in paternum ſucceſſit Cantiæ regnum, vt teſtatur Beda [i], ad eũdem iſta conſcripſit. quibus videas quanta fuerit tanti Regis erga Bonifacium obſeruantia.[k]

[i] *Beda lib. 5 cap. 24.*

[k] *Ex eod. Cod. epiſt. 39.*

HEDILBERTI REGIS CANTIÆ EPIST. AD S. BONIF.

Domino beatiſſimo, & Pontificali infulâ meritò decorato Archiepiſcopo Vuinfrido cognomento Bonifacio, Hedilbertus Rex Cantiæ in Domino Dominorum ſalutem.

Ante paucos annos venerabilis Abbatiſſa nomine Bugge poſtquam Romanæ Vrbis loca ſacratiſſima, orationis videlicet obtentu adierat, exinde huc rurſus remeans, ad propriam venit patriam, & ad monaſterium ſanctimonialium feminarum, quod anteà ſub iure Eccleſiaſtico bene regebat: ſtatim cùm veniſſem rogatus ad eius colloquium, inter alia deſiderabilia, hæc vel maximè auditui noſtro inculcare curauit, quòd dediſſes ei licẽtiam familiariter loqui, de rebus ſcilicet ſibi neceſſarijs, apud tuam affabilem, amabilemq; ſanctitatem, dum ambo videlicèt Romæ eſſetis, & limina beatorum Apoſtolorum frequenter viſitando terere nõ ſuperſediſſetis. Deinde continuò intulit, quia diligenter paternitatem tuam ſimiliter pro me ſupplex precibus obnixis compellare curaret, vtpote conſanguinitate propinquitatis noſtra admonita, quatenùs ſicut illa meruit præſens tuis ſalutaribus imbui præceptis, & orationum tuarum benedictione confirmari; ita & ego quoq; quamuis abſens, & ignotus corporali præſentiâ, tamen vt ſpiritu præſens, hoc eodem munere mihi neceſſariò à tua ſolita beneficentia ditarer.

QVID BONIFACIVS CVM ROMÆ ESSET.

XIV. *Cumq; te hoc facturum promiſiſſe indubitatâ fide diceret: verè fateor, quãtumcumq; conſolationis ex hoc habui, eoq; multò magis, vt aſſolet, exhilaratus ſum, quòd de ex inopinata ſpe ſubitò tã precioſa dona pertulerit. Quocirca vtile mihi omninò, ac conueniens eſſe videtur, vt perfulgidam longè lateq; beatitudinem tuã amicabilium litterarum lectione, ſeu fidelium legatorum allegatione alloquar, quod quidem alio quolibet in tempore meliùs, efficatiùsq; adimplere me poſſe non arbitror, quàm modò nunc, cùm ſint excellentiæ veſtræ viri religioſi, qui à vobis huc in Britanniam, vtpote prudentes, & fideles legatarij, tranſmiſſi ſunt; necnon videlicèt ad viſionis veſtræ placidam præſentiam, Deo adiuuante, quantocyus optant peruenire. Vnde igitur mihi optimè placuit, hunc præſentem portatorem litterarum iſtarum nomine Helbũ religionis ſcilicèt habitu monachum, cum prædictis veſtris hominibus, quaſi cautiore, & tutiore curſu ad vos dirigere, ac per eum hæc ſalutatoria caritate veſtra, ſeu precatoria ſcripta porrigere, per quæ nos primò declaramus, omnes in cõmuni*

omnipotenti Deo gratias vberiores rependere, qui tantam in vos miſericordiæ ſuæ gratiam cõtulit, vt innumeroſam multitudinem Gentilium, idololatriæ vetuſtiſſimo errore miſerabiliter deceptam, ad Chriſtianæ fidei normam prædicationis veſtræ verbo, & labore converteris. Vnde plurima adhuc auxiliante Deo ſperamus, & optamus, certi, quia qui per vos cœpit operari, maiora perficere de die in diem non deſinet.

XV. *Per hunc quoque baiulum harum apicum reverentiæ veſtræ direxit devotio mea magna cum caritate nonnulla munuſcula, id eſt, * caucum argenteum intus deauratum penſantẽ libras tres & ſemis, & duo * repte, & hæc xenia vobis, non ea intentione, neq; occaſione direximus, vt terreſtre lucrũ aliquod, aut retributionem quampiã temporalem pro eis recipere deſideremus, ſed multò magis benedici (quod multò magis neceſſariũ eſt) totis viſcerib. efflagito meritis, vt quoniã dies mali ſunt, & multiplicantur quotidie variæ & improviſæ perturbationes in hoc ſæculo ſcãdalis pleno multis, nos crebris orationũ tuarum ſuffragijs adiuvare digneris, & ad hoc ipſum agendũ alios quoſcumq; vel iubendò, vel ſuggerendo poſsis provocare auctoritatis tuæ veneranda dilectio, quæ ſemper ſit vivaci memoriâ plena, tam dum adhuc eſſe me in hac mortali carne audias, quam etiam poſt obitum meũ ſi te promereat habere ſuperſtitem. His itaq; breviter ſummatimq; prælibatis, vnam rẽ præterea à vobis deſidero mihi exhiberi, quã vobis acquirere valde difficile eſſe, iuxta quod mihi indicatum eſt, nullatenus reor, hoc eſt, duos falcones, quorum ars, & artis audacia ſit grues velle libenter captando arripere, & arripiendo conſternere ſolo. Ob hanc etenim cauſam de harum acquiſitione, & tranſmittendarum ad nos avium vos rogamus, quia videlicet perpauci huius generis accipitres in noſtris regionibus, hoc eſt, in Cantia reperiũtur, qui tam bonos producant fœtus, & ad artem ſupradictam animo agiles ac bellicoſi educentur, & edomentur, ac doceantur. Poſtremò autem in fine epiſtolæ precor, vt ad ſcribentem tibi reſcribas, & litteris tuis manifeſtare digneris, vt ea quæ tibi direxi, bene ſunt reddita. Orãtem pro nobis beatitudinem tuam longævam divina pietas faciat.* hucuſque Rex Cantiæ ad Bonifacium.

XVI. Sed non prætereat memoria regiæ feminæ, cõſanguineæ ſcilicet eiuſdem Canticæ Regis. Buggæ appellatæ, cuius & peregrinationis ad limina Apoſtolorũ meminit. Fuit iſta cognomẽto ſic dicta, nomine verò Eadburga, filia clariſſimæ feminæ Cangyth, quæ ſimul ſub prędeceſſore Rege gravia paſſæ ſunt, vt ipſarũ epiſtola indicat ad S. Bonifacium, cum eſſet tantũ presbyter, data, quâ ſuas deplorat ærumnas. Extat ipſa inter eiuſdẽ S. Bonifacij litteras nondũ impreſſas trigeſimaoctaua ordine poſita. Quod igitur ſecũdùm illud Davidicum: [a] *Generatio rectorũ benedicetur.* ipſum quod extat eorũ ſcriptorum monumentum, in commendationem earumdem, Annalibus intexendum putavimus. ſic enim ſe habet [b].

[a] *Pſal. 111.*

[b] *Fod. Cod. ep. 38.*

XVII. *Benedicto in Deo in fide & dilectiõe venerabili † Vuinfrido presbyteratus privilegio prædito, & virginalis caſtimonia floribus, velut liliorũ ſertis coronato, necnõ doctrinæ ſcientia erudito, Cangyth indigna ancilla ancillarum Dei, & nomine Abbatiſſa ſine merito functa, & vnica filia eius Eadburg, cognomine Bugge, in ſancta Trinitate æternam ſalutem.*

† Bonifacius poſtea dicto.

CANGYTH ABBATISSA EPIST. AD BONIFAC.

*Ad referẽdas gratias amplitudini tuæ laudationis, quã tranſmarinis litteris per gerulũ Scedare pietas tua trãſmiſit, nullus oris noſtri ſufficit ſermo. Gratulandũ eſt ſi vera laus eſt, quâ laudata ſumus: timendum eſt valde, ne magis vituperatio ſit non merita laus, quàm laudatio. Amantiſſime frater ſpiritualis magis quàm carnalis, & ſpiritualiũ gratiarum munificẽtiâ magnificate, tibi ſoli indicare volumus (& Deus ſolus teſtis eſt nobis) quas cernis inter litteras lacrymas, quàm multis miſeriarũ molibus, velut graviſſima ſarcinâ, aut preſſurâ premẽte, depreſſæ ſumus ſæcularium rerum tumultibus, qui nos tamquã ſpumoſi maris vortices vexant, & agitant velut vndarũ cumulos colliſos ſaxis, & quẽadmodum ventorũ violentiâ procellarũ tempeſtates immenſæ ſaviſſimè Euripũ impellunt, & cymbarũ carinæ ſurſum, & malus navis deorſum immutãtur: haud ſecus animarum noſtrarum navicula magnis miſeriarum machinis, & multiferâ calamitatũ quantitate quatiuntur, & velut quod veritatis voce de Evãgelica domo dicitur [c]: Deſcẽdit pluvia, venẽre flumina, flavẽre vẽti, & impegẽre in domũ illã, & reliqua. Igitur primum omniũ plurima ponitur, & ſequũtur omnia alia, quæ illa externis accẽdunt, memorata innumerabiliũ cõcatenatio criminum, & nullius boni plena & perfecta fiducia. & nõ tantum recordatio animarũ noſtrarũ, ſed (quod difficilius eſt & multò gravius) quòd vniverſarum commiſſarum animarũ promiſcui ſexus, & ætatis, & multorũ mentibus, & diverſis morib. deſervitura, & poſtea ante ſublime Tribunal Chriſti rationẽ reddituræ, nõ ſolum pro manifeſtis peccatis geſtorũ ſive dictorũ, ſed ſimul pro occultis cogitationib. quæ homines latẽt, Deo tantũ teſte, & cũ ſimplus [d] aciẽ adverſus duplicẽ, & cum decẽ millib. adverſus viginti millia duellium dictura: & additur animab. noſtris additur interea domeſticæ rei difficultas, & diſputatio diverſarum diſcordiarum, quas ſeminat bonorum invisor, qui rancida corda virorum inficit malitiâ, & inter homines ſpargit, maximè per monaſticorum, & monachorum contubernia, & * ſcit quia [e] potentes potenter tormenta patientur.*

[c] *Matth. 7.*

[d] *Luc. 14.*

* ſcio

[e] *Sap. 4.*

XVIII. *Angit præterea paupertas, & penuria rerum temporalium, & anguſtia ceſpitis noſtri iuris, & infeſtatio regalis, quia accuſamur apud eum ab his, qui nobis invident, vt quidam Sapiens ait. Faſcinatio & invidia obſcurat multa bona; ſimiliter ſervitium Regis, & Reginæ, Epiſcopi, & Præfecti, & poteſtatum, & comitum, quæ omnia enumerare longum eſt, vt facilius poſsint mẽte tractari quam ſermone. Additur his omnibus miſerijs amiſſio amicorum, & contribulium catervæ, propinquorum, & conſanguineorum turba. Non habemus filium, neq; fratrem, patrẽ, aut patruum, niſi tantùm vnicam filiam penitus deſtitutam omnibus caris in hoc ſæculo, præter vnam tantum ſororem eius, & matrem valde vetulam, & filium fratris earum, & illum valde infelicem; propter ipſius mentis amentiam; & quia Rex noſter eius gentem multum exoſam habet, & nullus ſit alius, qui noſter ſit neceſſarius, ſed diverſis caſibus tranſtulit illos Deus: alij obiẽre in patrio ſolo, & corpora eorum in terra pulvere ſqualente requieſcũt, iterum reſurrectura in die neceſſitatis, quando herilis tuba concrepabit, & humanũ genus atris tumbis emerſerit rationem redditurum, & ſpiritus eorum angelicis vlnis evecti regnaturi cum Chriſto, vbi omnis dolor deſiciet, & invidia fatiſcet, & fugiet dolor & gemitus à facie ſanctorum. Aſt alij patria littora reliquẽre, & æquoreis campis ſe credidẽre, & ſanctorum petiuẽre Apoſtolorum limina Petri & Pauli, & multorum martyrum virginũ, atque confeſſorum, quorum numerum & nomina Deus ſcit. Pro his omnib. & huiuſcemodi * caſibus. quæ vix vno die enumerari poſſent, quamuis, vt dicitur, Sextilis, aut Quintilis tempora protelẽt æſtatis, tadet nos vita noſtra, & penè nobis pertæſum eſt vivere.*

* cauſis

XIX. *Omnis homo in ſua cauſa deficiens, & in ſuis conſilijs diffidens, quærit ſibi amicum fidelem, in cuius conſilijs cõfidat, qui in ſuis diffidit. & talem fiduciam habeat in illo, vt omne ſecretum ſui pectoris pandat, & aperiat, & vt dicitur, quid dulcius eſt, quam habeas illum, cum quo omnia poſsis loqui vt tecum: & ideò pro his dumtaxat omnib. miſeriarũ neceſſitatibus, quæ lacinioſo ſermone enumeravimus, nobis neceſſariũ fuit, vt quæreremus amicũ fidelem, & talem, in quo confidamus melius, quàm in nobiſmetipſis, qui dolores noſtros & miſerias & paupertatẽ*

ſuas deputaret, & compatiens nobis eſſet, & conſolaretur nos, & ſuſtentaret eloquijs ſuis, & ſaluberrimis ſermonibus ſubleuaret. Diu quæſiuimus, & confidimus, quia inuenimus in te illum amicum, quem cupimus & optamus. Et ſperauimus ſi nobis Deus dediſſet, vt per Angelum ſuum ſicut Abacuch[a] *prophetam cum prandijs in lacum leonum ad Danielem Vatem miſit, &*[b] *Philippum vnum de ſeptẽ diaconibus ad Eunuchum, in illas terras, & in illam peregrinationem poſſemus peruenire, vbi habitas, vt ſic licuiſſet nobis viua verba ex ore tuo audire:*[c] *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, deſuper mel, & fauum ori noſtro.*

[a] Dan. 14.
[b] Act. 8.
[c] Pſal. 118.

XX.

DE PEREGRINANDO ROMAM.

Sed quia hoc noſtris meritis nõ meruimus, ſed longo interuallo terra mariſque, & multarum prouinciarum terminis diuidimur: tamen pro hac fiducia ſupra memorata, notum tibi facere volumus, frater Boniface, quia multum tempus fluxit, ex quo deſiderium habuimus (ſicut plurimi ex neceſſarijs noſtris, & cognatis, ſiue alienis ſciunt) vt Dominam quondam Orbis Romam peteremus, & ibi peccatorum noſtrorum veniam impetraremus, ſicut alij multi fecêre & adhuc faciunt, & ego maximè quæ ætate prouectior ſum, & multa plura in vita mea commiſi, & perpetraui: & huius meæ voluntatis, atque propoſiti mihi conſcia fuit Vuale Abbatiſſa quondam mea & mater ſpiritualis, & vnica filia, quæ adhuc in annis iuuenilibus fuit: & huius rei deſideriũ quieſcere neſciunt. Sed quia ſcimus, quòd multi ſunt, qui hanc voluntatem vituperant, & hũc amorem derogant, & eorum ſententiam his adſtipulationibus firmant, quòd canones Synodales præcipiãt, vt vnuſquiſque in eo loco vbi conſtitutus fuerit, & vbi votum ſuũ vouerit, ibi maneat, & ibi Deo reddat vota ſua; & quia diuerſa vniuerſi voluntate viuimus, & nobis incerta res, & occulta Dei iudicia, ſicut ait Propheta:[d] *Iuſtitia tua ſicut montes Dei, & iudicia tua abyſſus multa: & eius ſecreta voluntas, & diſpenſatio in hac re nobis valde occulta eſt: pro his ergò incertis & occultis ambæ te ſupplices, atq; proſtratis vultib. flagitamus, vt ſis nobis Aaron, id eſt, mons fortitudinis: orationum tuarum nos ſuffragio fulcias, & dirigas*[e] *thuribulum deprecationum tuarum, ſicut incenſum ante conſpectum diuinitatis, & eleuatio manuum tuarum coniungatur ſacrificio veſpertino: Verè enim confidimus in Domino, & eius clementiam exoramus, vt per ſupplicationem oris tui, & orationes medullatas oſtendat nobis per te, quod profuturum, & vtile iudicauerit, ſiue in patrio ſolo viuere, vel in peregrinatione exulare. Similiter poſtulamus pietatem tuam, vt tua reſcripta erant pontum dirigere digneris; & reſpondeas his, quæ in his chartis* * *caraxauimus ruſtica ſtylo, & impolito ſermone; quoniam nullam fiduciam habemus apud eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. De tua fide, caritate in Deum, & dilectione in proximum ſecura, cõmendamus illum fratrem ſupramemoratum, ſiue neceſſarium amicum noſtrum nomine Deneualdum, ſi Deus diſponat, vel decreuerit, vt dirigat viam eius in illas partes terræ, & peregrinationem illam, in qua habitas; tu illum caritate, & dilectione ſuſcipias: & ſi voluntas eius, vel deſiderium flagitat, cum tua benedictione, & gratia, & eulogia dirigere digneris ad venerabilẽ fratrem nomine Retheri presbyteratus gratiâ decoratum, & confeſſionis titulo optatũ, qui diu incolunt illam peregrinationem. Vale frater ſpiritualis fideliſſime, atq; amantiſſime, & ſincerá, & pura dilectione dilecte, & proſperis ſucceſſibus polle in Domino dilecte. Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficile ſeruatur. Ora pro nobis, ve non noceant nobis noxarum crimina amara.* hactenùs matris & filiæ ſanctarum feminarum epiſtola.

[d] Pſal. 35.
[e] Num. 16.
* exarauimus.

Contigit autẽ poſthæc, vt ipſa mater Cangyth Abbatiſſa ex hac vita migraret, & cura monaſterij tota refunderetur in filia Eadburga cognomento Buggan, Abbatiſſam electam, quæ cum grauiſſimis exagitata eſſet perturbationib. ad ipſam Bonifacius conſolaturus eã litteras dedit, quæ cũ adhuc Dei beneficio extent, dignæ quidẽ tanto viro martyrij candidato, hic eas tibi reddendas putauimus. ſic enim ſe habent:[f]

[f] Ex eod. Cod. epiſt. 10

XXI.

Venerandæ, & dilectiſſimæ ſorori Buggæ Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.

O ſoror cariſſima priuſquam nos timor Chriſti, & amor peregrinationis longa, & lata terrarũ ac maris intercapedine ſeparauit: multorũ relatu audiui tẽpeſtates tribulationũ, quæ tibi in ſenectute, Deo permittẽte, superuenêre: mœrore cõtriſtatus ingemui, reputãs, quia poſtquam quietẽ contẽplatiuæ vitæ quærẽdo, maiores monaſteriorũ ſolicitudines abiecisti, frequẽtiores & validiores tribulationes occurrère. Nũc autẽ, ſoror venerãda, tribulationib. tuis cõpatiẽs, fraternas & hortatorias, & cõſolatorias, beneficiorũ tuorũ, & antiquarũ amicitiarũ memor, litteras ad te trãſmitto, rogans vt mente nõ excedat ſentẽtia veritatis, quæ dixit:[g] *In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. & verbũ ſapientiſſimi Salomonis:*[h] *Quẽ diligit Deus corripit, flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. & Pſalmographi ſententia*[i]*: Multæ tribulationes iuſtorũ, & de his omnib. liberabit eos Dominus. & alibi:*[k] *Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ Deus nõ ſpernit. Et recordare Apoſtolica ſententia, quæ dixit:*[l] *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. & alibi*[m] *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patiẽtiã operatur, patientia autẽ probationẽ, probatio ſpẽ, ſpes verò non confundit. De iſta ſpe ſoror cariſſima ſemper gaude & lætare, quia non cõfunderis; & tribulationes mundanas toto mentis adnixu contemne, quia omnes milites Chriſti vtriuſq; ſexus tẽpeſtates, & tribulationes, infirmitateſq; huius ſæculi deſpexère, pro nihiloq; duxère, ſancto Paulo attollante, qui ait:*[n] *Quando infirmor, tunc potens ſum. Et alibi:*[o] *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio? & reliqua vſq; Qui nos dilexit. Qui pater, & amator eſt caſtæ virginitatis tuæ: Qui te primæuo tempore iuuentutis tuæ paterna dilectionis voce ad ſe inuitãs, filiam vocauit per prophetã dicendo:*[p] *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã, & obliuiſcere populũ tuũ, & domũ patris tui, quia cõcupiuit Rex ſpeciem tuam: Ipſe eſt qui modo in ſenectute tua laboribus, & tribulationib. ſpeciem, & pulchritudinẽ animæ tuæ decorare, & adornare deſiderat. Tu autẽ cariſſima de futura hæreditate patriæ cæleſtis in ſpe gaudẽs, contra omnes aduerſitates ſiue cordis, ſiue corporis ſcutũ fidei, & patientiæ oppone, vt & Chriſto ſponſo cooperante, turris Euangelicæ ædificiũ, quod in bona iuuẽtute cœpiſti, in ſenectute bona ad gloriam Dei perficias, vt Chriſto venienti cum ſapientiſſimis virginibus lampadẽ cũ oleo fulgentẽ in obuiã portare merearis; interea intimis obſecro precibus, vt memor promiſſionis antiquæ, pro me orare digneris; vt Dominus qui eſt redemptor noſter, & ſaluator omnium, de iſtis multifarijs periculis animam meã eripiat in fructus ſpiritalis. Vale in Chriſto.*

[g] Luc. 21.
[h] Prou. 3.
[i] Pſalm. 33.
[k] Pſal. 50.
[l] Act. 14.
[m] Rom. 5.
[n] 2. Cor. 12.
[o] Rom. 8.
[p] Pſal. 44.

XXII.

Cùm autẽ hiſce multiplicibus agitaretur anguſtijs clariſſima virgo, in ſenectute ſua abdicans ſe à præfectura, ſolùm patriæ relinquere amore quietis, & Romã petere cogitauit, vbi apud ſancta Apoſtolorum limina degens incognita, illic diuinis tãtùm vacans rebus, vltimá diem præparans ſe ad obitum expectaret: quod tamen ſuæ mentis deſiderium, inconſulto eodem Bonifacio, minimè perficere auſa eſt. Cùm igitur eidem animi ſui iſtiuſmodi conſilium litteris aperuiſſet: ipſe Bonifacius ad eam iſta reſcripſit, ſuadens emeritæ militiæ feminæ regiæ, iam ætate prouectæ Romã ad limina Apoſtolorum peregrinari.[q]

[q] Ead. Cod. epiſt. 16.

Dõnæ dilectiſſimæ, & in amore Chriſti omnib. ceteris fœminei ſexus præferẽdæ ſorori Buggã Abbatiſſæ, Bonifacius

exiguus

exiguus indignus Epiſcopus æternam in Chriſto ſalutem.

S. BONIFACII EPISTOLA.

Notum ſit tibi ſoror cariſſima, de illo conſilio, quo me indignum per litteras interrogaſti, quòd ego tibi iter peregrinum nec interdicere per me, nec audenter ſuadere præſumo; ſed quod viſum eſt, dicam: Sin ſollicitudinem, quam erga ſeruos Dei, & ancillas, & monaſterialem vitam habuiſti; propter acquirendam quietem & contemplationem Dei demiſiſti: quomodo debes nunc ſæcularium hominum verbis & voluntatibus ſeruire cum labore, & tædioſa ſollicitudine? Melius enim mihi videtur, ſi propter libertates ſæculares in patria libertatem quietæ mentis habere nullatenùs poſſis, vt peregrinatione libertatem contemplationis, ſi valueris & poſſis, acquiras, quemadmodum ſoror noſtra Vuictburga faciebat, quæ mihi per ſuas litteras intimauit, per talem vitam, quietem inueniſſe iuxta limina ſancti Petri, qualem longum tempus deſiderando quæſiuit. De iſto autem tuo deſiderio illa mihi mandauit (quia de te ad illam ſcripſi) vt expectes donec rebelliones, & tentationes, & minæ Sarracenorum, quæ apud Romanos nuper emerſere conquieuerint, & quoadusque illa, Deo volente, ſuas litteras inuitatorias ad tè dirigat, & hoc mihi optimum videtur eſſe, vt præpares tibi neceſſaria itineris, & ſuſtineas verbum eius, vt poſtea quod pietas Dei iuſſerit, facias. De conſcriptione autem ſententiarum, de qua rogaſti, peccatis meis indulgere debes, quia propter inſtantes labores, & itinera continua adhuc perfectè conſcriptum, quod rogaſti, non habeo; ſed cùm impleuero, ad præſentiam dilectionis tuæ tranſmittere curabo. De muneribus namque, id eſt, veſtimentis, quæ miſiſti, gratias agentes, Dominum omnipotentem rogamus, vt tibi præmium remunerationis æternæ cum Angelis & Archangelis in alto cælorum culmine reponat. Obſecro igitur per Deum, ſororem cariſſimam, immò matrē & dominam dulciſſimā, vt aſſidue pro me orare dignetur; quia pro peccatis meis multis perturbationibus fatigor, & multò maiore mentis tribulatione & ſollicitudine, quàm corporis labore conturbor. fidem antiquā inter nos numquam deficere ſcias. Vale in Chriſto.* hactenùs ad Buggan virginem cognatam Regis, quæ & Eadburga, Bonifacij epiſtola, in qua cùm meminerit Vuictburgæ clariſſimæ feminæ, quæ apud limina S. Petri quietem inuenerit; eſt mentio ipſius in epiſtola eiuſdem Eadburgæ virginis ad eumdem Bonifaciū ſcripta, quæ & numeratur ordine quadrageſima ſeptima, in qua de ipſa Vuictburga habetur, quòd Romæ ſpontaneè ſe apud S. Petrū cella inſtar carceris clauſerit, ibiq; incluſa vitæ contemplatiuæ operam dederit. Ne igitur tantæ feminæ memoria excidat, hic eiuſdem Eadburgæ ad S. Bonifacium datam, in qua de ea mentio eſt, deſcribamus epiſtolam, numquam hactenùs prælo cognitam, quæ ſic ſe habet [a].

* tribulationibus.

[a] Fvld. Cod. epiſt. 47.

XXIII.

Abbati ſancto, veroq; amico, iure, & merito honorando, diuinæ ſcientiæ ac religionis gratiā repleto Vuinfrido Eadburg vltima diſcipulorum, vel diſcipularum tuarum æternam in Domino ſoſpitatis ſalutem.

*dulcia EADBVRGÆ EPIST. AD S. BONIFACIVM.

Caritatis tuæ dulcedinem fateor, dum per interiorem hominem guſtaui quiddam melliti dulcedinis, meis viſceribus hic ſapor inſidet: & licèt interim, vt nacta ſum aſpectu corporali, viſualiter defraudata ſim; ſororis tamē ſemper amplexibus collum tuum conſtrinxero. Quamobrem mi amande olim iam frater, nunc autem ambo in Domino pariter Dominus Abba, atque frater appellaris; quia priuſquàm à me ſeparauit amara mors & crudelis illum, quem ſuper omnes alios amare conſueueram germanum meum Oiherem, te penè ceteris omnibus maſculini ſexus caritatis amore præferebam. Et ne diutius variè verba protelem, non voluitur dies, neque nox elabitur vlla ſine magiſterij memoria tui. Idcircò crede mihi, Deo teſte, quia te ſummo complector amore, & de te confido, quòd numquā ſis immemor illius amicitiæ, quam cum fratre meo te certum fuit habuiſſe. Ego autem licèt ſcientiâ tardior, meritis vilior illo ſim; tamen erga tua caritatis obſequium diſpar non ſum: & quamuis temporum ſeries ocyus currendo diſcreuerit, memoria tamen numquam me nebula atra deſeruit, ſed maiora ſpatia temporum maiorum mihi addidēre lucra iniuriarum, vt ſcriptum eſt: Amor hominis adducit dolorem, amor autem Chriſti illuminat cor.*

XXIV. DE VVICTBVRGA QVÆ ROMAM PETIIT.

Et poſtquā mihi ſimul cariſſima ſoror Vuictburga quaſi inflicto vulnere, iteratoq; dolore ſubitò ab oculis euanuit (cum qua me adoleuit idem nutricum ſinus, vna mater ambabus in Domino) & dereliquit, Ieſum teſtor, vbique dolor, vbiq; pauor, vbique mortis imago. Malui mori, ſi ſic Deo auſpici, cui arcana non latent, placuiſſet, vel tarda mors non tricauerit. Sed quid dicam nunc? antè improuida tandem nos non amara mors, ſed amarior diuiſio ſeparauit ab inuicem; illā, vt reor, felicem, me verò infelicē, quaſi quiddam depoſitū huic ſæculo ſeruire permiſit. Sciēs enim quantùm illā dilexi, quantū amaui, quā nūc, vt audio, Romana Vrbs carcere includit; ſed amor Chriſti, qui in eius pectore viguit, floruitq; omnib. vinculis fortior & validior eſt, & perfecta caritas foras mittit timorē. En tu qua ille ſupernus rector olympi ineffabili gratulatur tripudio, qui taliter te doctrinâ exornas diuinâ, & in lege eius die, noctuq; meditaris, vt ſcriptum eſt: [b] Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Illa arduum & arctum iam gradiens callem: ego autem adhuc in infirmis lege carnali, quæ quadā compede præpedit, iaceo. Illa gratulabunda in iudicio futuro pariter cum Domino decantās dicet: [c] In carcere fui, & viſitaſti me. Tu autē in regeneratione cum ſederint duodecim Apoſtoli in ſedibus duodecim, ſedebis, & ibi de quantis labore proprio acquiſieris, de tantis ante tribunal æterni Regis Dux futurus decoratus gaudebis. Ego autem adhuc in valle lachrymarum, vt emeritū eſt, lugeo propria peccata, eò quòd talibus me indignam feciſſet Deus adhærere comitibus. Quapropter crede mihi: non ſic tempeſtate iactatus portū nauta deſiderat; non ſic ſitientia imbres arua deſiderant; non ſic curuo aſſidens littori anxia mater filium expectat, quā ego viſibus veſtris frui cupio; ſed quia peccatis meis exigētibus, & innumeris delictis aggrauata, vt hoc euenire poſſit, vt ab imminentibus periculis abſoluta ſim, in deſperationem deducta ſum: idcircò ego peccatrix veſtigijs celſitudinis tuæ prouoluta, ex intimis præcordiorum penetralibus implorans a finib. terræ ad te clamaui: ô beatiſſime pater, quam anxiè requirit cor meum, vt in petra orationū tuarum exaltes me, quia factus es ſpes mea, [d] turris fortitudinis a facie viſibilis & inuiſibilis inimici. Et ad conſolationem immenſi doloris, ad ſedandam mæroris vndam, obſecro, vt tuo ſuffragio mea fragilitas quaſi quibuſdam ſuſtentaculis, vt non prorſus corruat, fulciatur. Similiter ſupplex rogito, vt mihi aliquod ſolatium vel in reliquijs ſanctis, vel paucula ſaltē perſcripta beatitudinis tuæ verba deſtinare digneris, vt in illis tuam præſentiam ſemper habeam. Vale iugiter proſperis ſucceſſibus viuens Deo, terquaterq; interpellans pro me. † Ego autem ſimiliter Ealdbeorath pauperculus Chriſti in Domino cum omni affectu ſaluto te, deprecor te, vt illius amicitiæ, quam olim ſpopōdiſti, in tuis deificatis orationibus recorderis, & licèt corpore ſeparemur, tamen recordatione iungamur.* hactenùs epiſtola Eadburgis cognomento Buggæ, quæ (vt vidiſti nuper ex litteris eius conſanguinei Regis Cantiæ Hedilberti) Romam ſe contulit ad ſancta limina Apoſtolorum, vbi Dei voluntate contigit ex optato reperiri S. Bonifacium, cùm à Gregorio Papa Romam vocatus eſt conſecrandus Epiſcopus; quem & enixè rogauit pro eodem conſanguineo ſuo Rege Deum precari.

* SPONTANEO CARCERE SE CLAVDIT VVICTBVRGA.

[b] Iſai. 52. Rom. 10.

[c] Matt. 19.

Eſt Hieronymi ad Ruffinum epiſt. 41.

[d] Pſal. 60.

† Quæ ſequuntur alterius qui aderat & fortè amanuenſis additūr.

IESV.

IESV CHRISTI
Annus 726.

GREGORII PAP. II. Annus 13. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 11.

I. Leonis edictum adverſus ſacras imagines.

SEPTINGENTESIMVS vigeſimus ſextus annus ſequitur, nonâ Indictione notatus, quo nouum monſtrum, horrendumque in Oriente viſum vniuerſam Dei Eccleſiam terruit atque turbauit; progreſſa ſiquidem è portis inferi noua hæreſis, cornibus potentiæ Imperialis armata, Imperatoris potens edicto. longè lateque graſſatur, hoc inquam anno, nondum abſoluto decimo Imperij ſui anno, magno rugitu Leo publicum promulgauit edictũ, vt ſacræ vbique delerentur imagines. De his acturi, ex more, primum omnium quæ ſunt temporis diſquiramus. Scimus Theophanem, Cedrenum & alios eiuſmodi probroſum ab Imperatore promulgatum edictum in annum referre, qui nonus numeratur eiuſdem Imperatoris: in Actis autem Stephani iunioris martyris, qui ſub huius filio Conſtantino Copronymo paſſus eſt, iiſdemq; ab eiuſdẽ temporis ſcripto e elaboratis. omniq; fide conſcriptis habetur promulgatum idem edictũ fuiſſe anno decimo eiuſdem Leonis Imperatoris, id ipſum teſtatur Zonaras. quod & ex eo etiã redditur manifeſtum, dum Beda huius temporis ſcriptor accuratiſſimus, librum quem ſcripſit de ſex ætatibus, perducit vſque ad nonum eiuſdem Leonis Imperatoris annum: vbi nihil penitùs habet de eiuſmodi edicto, quod magno fragore fulminis inſtar vniuerſo orbi ſtatim innotuit, eò quòd nondum tale quippiam promulgatum fuiſſet. His de temporis ratione diſcuſſis; iam quæ ad rerum geſtarum narrationem pertinent proſequamur.

II. Ex Hebræis Iconoclaſta.

Qui autem ex improuiſa edicti promulgatione Leo apparuit hæreticus Iconoclaſta, cùm antehac ab omnib. fuerit Catholicus exiſtimatus: quomodo acciderit, vt vno veluti momento magnâ adeò mutatione omnium, ex Catholico ſit viſus hæreticus: omnes æquè conſentiunt, Hebræorum impoſtorum, qui de eius futuro Imperio vaticinati fuerunt id opera factum: licèt in eo diuerſa ſententia ſit, vt id ab eis factum anno ante promulgatum edictum alij dixerint; alij verò id exordio eius Imperij ab eis tentatum, ipſumque eis aſſenſum eſſe, verum vſque in hunc annum facinus continuiſſe ſecretum. Agens de his Conſtantinus Manaſſes Græcus hiſtoricus hæc ait: *Rebus humanis ad ſceleratiſſimũ Leonem delatis* (proh qualia ſunt Dei iudicia) *grauis tempeſtas Eccleſiam excepit magnis cum hominum cadibus coniuncta. Nam exetrabilis Imperator parturiebat illa quidem* (*ceu conſentaneum eſt*) *abſurda nouaq; conſilia contra Chriſtum, ſed fœtum improbitatis nullo modo parere poterat: quippe timidus animus eum ab inſtituto reuocabat. Tandem verò captatâ opportunitate, ſummâq; audaciâ fœtum edidit. aluus ruptus eſt, viperæ ſoboles prodijt.* & inferiùs vbi Iudæorum vaticinium de Imperio, & pollicitationem ipſis à Leone tunc factam recenſuit, iſta mox addit de facta ab eis exactione, vbi illum Imperatorem creatum audierunt: *Hebræi Leonis renũciatione cognitâ, mox ad Imperatorem aduolant, & vt promiſſo ſatisfaciat, orant: non tamen illi vel aurum, vel argentum. vel gemmas petebant, ſed ſanctarũ imaginum, picturum, ſtatuarum veneratione dignarum abolitionem. hoc eſt, ipſam religioſi cultus euerſionem, cuius turres atq; munitiones hoc ſaltò de fundamẽto ſubrui oportebat. Imperator prauus prauis, vipera ſoboles aſpidũ fœtibus aſſentitur, & accerſito ſacrorum Antiſtite, qui tũc tẽporis erat Germanus, de peruerſo dogmate cum eo communicat. Cùm ille non tantùm nõ aſſentitur ipſius impietati, ſed etiã Imperatoris audaciã ac furorẽ reprehenderet. Heu paſtorẽ lupus, heu furens Cerberus mitẽ gregis ducem Eccleſia pellit & exturbat.* hactenùs Conſtãtinus vſq; ad exturbationẽ ſancti Germani Conſtantinopolitani Epiſcopi, quę tamẽ lõgè poſt iſta fieri cõtigit.

III. Deoborta hæreſis conſilium Dei.

Porrò cùm iſta proſequuturus auctor exclamat (vt audiuimus) dicens: *proh qualia ſunt Dei iudicia!* certè quidem etſi inſcrutabilia ſint iudicia Dei, vtpote abyſſus multa: tamẽ etſi totum non liceat tenui mente noſtrâ tantum exhaurire pelagus, num non licebit ſaltem vaſculo aquam attingere? Ecce tibi oſtendam, quot ex vno malo bona inuenitur elicuiſſe Deus: etenim ex veneno magnũ aduerſus venena parauit antidotum. Siquidem Monothelitæ illa Eccleſiam iugiter infeſtantes, ex hoc tẽpore penitùs ſiluiſſe noſcuntur, neq; ampliùs quicquam aduerſus Catholicam veritatẽ vel mutiiſſe reperti ſunt. Accidit enim perinde ac ſi cũ bello ciuili flagret ciuitas, ſi externũ inſurgat bellũ, eo omnes arma conuertant, quibus anteà ſe mutuò trucidabãt. Ita planè; adeò enim turpis ac deteſtabilis eiuſmodi hæreſis viſa eſt, vt non ſolùm Catholicorum ſed & omniũ hæreticorum in ſe arma conuerterit, qui pugnantes ſimul cum Orthodoxis, aduerſus Iconoclaſtas hæreticos, iunxerint ſe ipſi Eccleſiæ Orthodoxæ. Acciditq; illud planè mirandum, vt cùm Orientalis Eccleſia (vt ſæpe vidimus) hæreticorum crebriùs infecta venenis, vires cõſternata perdiderit, & reſolutis ſolidæ conſtantiæ neruis, penitùs elanguerit: mox huius ipſo tantum conſpectu hæreſis ſpiritus ſumpſerit, animos erexerit, vires collegerit, neruoſq; omnes intenderit, aduerſus eã totis virib. certatura, ex quo certamine licèt multi facti ſint deſertores, tot tantaq; victrix erexit glorioſa trophæa, vt dicere illud auſim, numquã Orientalẽ Eccleſiã viſam adeò celebrem & illuſtrẽ, quàm cum aduerſus Iconoclaſtas bellũ iniit: vtpote quæ numquã tot tantiſq; fuerit decorata martyribus; adeò vt nõ ſolũ præteritã deleuerit ignominiã ſuæ proſtitutionis factæ ſæpè diuerſis hæreticis, ſed adiecerit gloriã & honorẽ, tot martyrum aucta coronis, & inſignita victoriæ palmis ſemper & vbiq; virentibus: vt planè illud Dauidicũ de iudicijs Domini ipſi fuerit occinendum: [a] *Iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurũ & lapidẽ pretioſum multum, dulciora ſuper mel & fauũ.* & quod ſequitur: *In cuſtodiendis illis retributio multa*: Sed iam cœptam proſequamur hiſtoriam ex vetuſtioribus monumentis.

[a] Pſal. 18.

IV. Senatus conſultum de abolendis imaginibus.

Extant (vt diximus) apud S. Ioannẽ Damaſcenũ Acta martyrum Stephani & ſociorum omni fide conſcripta, in quib. ipſo fermè exordio hæc habentur: *Cùm autẽ ad decimũ iã Imperij annum Leo Iſauricus Imperator perueniſſet: nec iã eam hæreſim diutiùs animo premere ac continere poſſet, ſceleratum fœtum edidit: accitâq; & coactâ Senatorum claſſe, abſurdũ illud & impiũ euomuit: imaginum picturas formam quamdã idolorum retinere, iniquũ, neq; iis cultum adhibendum eſſe, ne alioqui Dei loco imprudentes idola veneremur.* hæc de Senatuſconſulto, imo eiuſdem Leonis, incõſulto Senatu, de imaginib. abrogandis dicta atque firmata ſententia. haud enim dubium ſi rogaſſet ſententias ſingulorum, à propoſita cauſa penitùs excidiſſet, omnibus refragantibus. factâ igitur in comitijs illis eiuſmodi aſſertione, ab eodemq; Imperatore decretâ ſententiâ, ſimulq; dimiſſo Senatu, res tã fœda in publicum magnâ omnium admiratione atque

ſtupore

ſtupore delata eſt. Vidiſti non Orthodoxorum ſed hæreticorum Principum morem eſſe, vt in Senatu non in Eccleſia de dogmatibus agant, & inconſultis Epiſcopis Orthodoxæ fidei, pro arbitrio quæq; ardua de fide, ſiue Eccleſiæ ritibus iuribuſq; temerè atq; iniquè definiant. Sed quomodo ea accepta fuerit à populo Cõſtantinopolitano, audi quæ eadem produnt Acta.

V.
VANVS PRÆTEXTVS IMPERATORIS

Protinus igitur ingens tumultus à plebe excitatus eſt, ac mæſtitiæ nubes Orthodoxorũ Eccleſiã obtegebat. Quod vt verſipellis ille ſenſit, ſtatim Gygis anulum vertens, vt obſcurum eſſet, quod agebat, laborabat, non videlicet leonis libertatem imitans: Nõ (inquit) *huc ſpectat mea ſententia, vt ea prorſus deleantur, ſed hoc aio, ſublimiore loco eas collocandas eſſe, ne ore quiſquã eas contingat, atq; ita quodam modo rebus honore dignis contumeliam inferat. Quorſum hoc tandem, & quid moliens? nimirum, vt eas à nobis longe collocando, ac procul ab oculis noſtris remouendo, ne eas facilè aut cernere, aut contingere queamus, paulatim (vt ſæpè nobis in his quæ amamus vſu venit) in obliuionem incidamus, eaſq; caras habere dediſcamus, atque ita ſenſim, & citra tumultum hoc à nobis obtineatur, vt eas nõ adoremus, nec honore afficiamus.* fuiſſe namq;, oſtendunt hæc, in Conſtantinopolitanis Eccleſijs ſacras imagines non ſolùm viſui præſentes expoſitas, ſed poſitas deorſum, vt exoſculari quilibet eas poſſet. Quid autem ad hęc S. Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus his auditis egerit, eadem Acta ita declarant.

VI.
QVÆ GERMANVS AD IMPERATOREM.

De hac impietate, quæ & multum abſtruſæ & multũ item apertæ abſurditatis habebat, cùm certior factus fuiſſet Germanus, vir liberâ atque intrepidâ pietate præditus, per quemdam ex præcipuis Eccleſiæ miniſtris hæc ei mandat: Haud quaquam oportebat, Imperator, te qui tum vitam tum Imperium à Deo accepiſſes, aduerſus conditorem tuum inſolenter extolli, atque (vt vulgo dicitur) non mouẽda mouere, patrumq; terminos, quos illi antiquitùs poſuerunt, transferre ſtudere. Etenim humana forma à Deo verbo ex ſancta & pura Virgine ſuſcepta, cùm omnis dæmonum cultus extinctus eſt, tum omnis idolorum adoratio abſceſſit: at verò Theandrica Dei virilis ſimilitudinis imago Chriſti adoranda & colenda perſpicuè tradita eſt, itemq; illius quæ eum modo omni ſermone præſtãtiori peperit, & Sanctorum, quorum vita ipſi grata atque accepta fuit. Ex quo enim ille in forma noſtra ad nos acceſſit (ab hinc autem ſeptingenti* triginta ſex anni iam effluxerunt) *Patres in terra ac Doctores, quorum ſumma virtus fuit, venerandarum imaginum cultũ nobis perſpicuè tradiderunt. Ne longè abeam, poſt Chriſti in cælum aſcẽſionem mulier illa, quæ ſanguinis profluuio laborabat, ab eo ſanitati reſtituta, ipſius imaginem, veluti acceptũ beneficium referens, exſculpſit. Ac priùs etiam ab ipſomet Chriſto ipſiſſima Patris imagine, diuino linteo facies eius impreſſa eſt, ac Toparchæ Abagaro id poſtulanti Edeſſam miſſa. Demum ab Euangeliſta Luca picta eſt, quæ ab Hieroſolymis quoq; Virginis Dei genitricis imago miſſa eſt: ob eamq; cauſam diuina & ſacroſancta Concilia varijs temporibus ac locis coacta, non vt ea calcarentur, ſed vt adorarentur, dixerunt.* hęc Germanus, non vt expreſſè cultum imaginum canone ſancito Synodi Oecumenicæ comprobarint; ſed quòd ſatis eædem viſæ ſint comprobaſſe, dum vigentem vbique cultum ſanctarum imaginum, nequaquã vt rem fidei Catholicæ aduerſariam damnauerunt Patres ibidem cõſidentes: ſicq; ſatis viſi ſunt probaſſe, quòd non damnaſſent eas, quæ ob oculos omnium poſitę vbiq; erant, & in ipſis locis, vbi eædem Synodi cogi ſolerent. ſed pergit eadem oratione Germanus.

*viginti ſex

DE CVLTV SS. IMAGINVM VETVS TRADITIO.

QVOMODO A CONCILIIS PROBATVS CVLTVS SS. IMAGINVM

VII.

Velim itaque, inquit, *hoc ſcias Imperator, quòd ſi minimum hoc dogma confirmare, atque conſtabilire in ani*A*mum induxeris: me primo nullo modo aſſentientem habiturus es, ſed promptũ ac paratum, qui pro Chriſti imagine animã meam profundam, pro qua ille, vt collapſam atque proſtratam imaginem meam inſtauraret, cruorem ſuum effudit: perſpicuum eſt enim, ignominiam eam & contumeliam, quæ Chriſti imagini infertur, in exemplar ipſum redundare. Quocirca nobis faciendum eſt, vt gratorum ſeruorum officio fungentes, pro Domini honore periculum adeamus.* hucuſque Germanus ad Leonem per Eccleſiæ nuncios ad eum miſſos. Subijcit his auctor depoſitionem eiuſdẽ S. Germani, ſed quod id poſt triennium exactum contigiſſe noſcatur, agemus de ea re ſuo loco. Etenim hâc vſus eſt tolerantiâ Leo, vt eum blanditijs pelliceret, ageretque B ſi conſentientem ipſum poſſet habere, vt Synodali decreto, quòd ipſe promulgaſſet edictum, ſolidè firmaretur, ſatis intelligens, non aliter abſque magna ignominia tyranni nomen & hæretici vitare poſſe, niſi Epiſcoporum aucuparetur aſſenſum.

VIII.

At poſt hæc quæ recitata ſunt de Germani per nuncios primo cum Leone congreſſu, idem ipſe eũ coràm aggreſſus eſt: de quo ſecundo congreſſu habet tantùm iſta Theophanes: *Leo Imperator furens contra rectam fidem, adducto beato Germano, cœpit blãdis ſermonibus eum delinire. At verò beatus, ſummuſq; ſacerdos dixit ad eum: Depoſitionem ſanctarum imaginum audiuimus quidem futuram, ſed non tempore Imperij tui. Cùm autem ille cogeret eum dicere, ſub cuius Imperio:* C *ait ſub Cononis. At ille: Re,* inquit, *verâ ex baptiſmo mihi Conon nomen eſt. At ille dixit: Abſit domine, vt per Imperium tuum iſtud malũ perficiatur. Antichriſti præcurſor eſt, qui hoc adimpleturus eſt, & diuinæ Incarnationis euerſor. In his ergò ſæuus tyrannus inſaniens, minas beato Germano prætendebat. Reducebat autem ad memoriam eius Patriarcha ſponſiones ipſius ante Imperium factas, qualiter ſibi Deum dederit vadem, in nullo commoturum Eccleſiam à ſuis Apoſtolicis, & diuinitùs traditis ritibus.* Erant hæ ſolemnes cærimoniæ peragi ſolitæ, cùm quis à Patriarcha conſecraretur Imperator, vt eiuſmodi emitteret ſponſiones, & Patriarcha fideiuſſorem promiſſorum peteret; ipſe verò Deũ offerret. Quæ quidem omnia conſtanti animo in eum D exprobrans reuocauit in ipſius memoriam Patriarcha. Hæc & alia tranſacta ſunt inter Germanum ipſum atque Leonem, dum ille conatur tantũ Patriarchã ad probãdam impietatem adducere: iſte verò eumdem ab ea reuocare magnopere laboraret. inter has autem contentiones aduerſarioſque conatus tres anni prolapſi ſunt: Cęterùm ex litteris Gregorij Papæ ad ipſum Germanum redditis perſpicuè apparet, longè acriora ſuſcepta fuiſſe ab ipſo Germano prælia aduerſus Leonem Imperatorem, quibus eum vicerit, & manus dare coëgerit, licèt poſteà ſic proſtratus maiori furore ſurrexerit. Nouerat autem iſta ipſe Gregorius Papa ea ipſius litteris Romã ſcriptis. Etenim ipſe Germanus ad Gre- E gorium Romanum Pontificem de hæreſi recèns oborta, & de his quæ tranſacta eſſent inter ipſum & Imperatorem, quo modo eidem ſæpè reſtiterit, litteras dedit: Quid autem ad hæc Gregorius ipſe reſcripſerit, antequã dicamus, recenſenda ſunt nobis quæ hoc anno itidem acciderunt in Oriente, ex quibus, ſi ſapuiſſet, potuiſſet Leo tamquam à Deo monitus à cœptis deſiſtere.

QVID III IMPERATOREM GERMANVS.

IX.
CÆSAREA CAPPADOCIÆ CAPTA A SARRACENIS.

Hoc namque anno (ait Theophanes) à Maſalma principe Sarracenorum captam fuiſſe Cæſareã Cappadociæ, ſed & portentum magnum factum in mari deſcribit his verbis: *In ipſo anno æſtiuo tempore, vapor vt ex camino ignis, viſus eſt ebullire inter Theram & Theraſiam inſulas ex profundo maris per aliquot*

dies

duci, vno paulatim incraſſato & dilatato, igniti æſtu incendio totus fumus igneus monſtrabatur. Porrò vaſtitudine terrena ſubſtantia petrinos pumices grandes & cumulos quoſdam trãſmiſit per totam minorem Aſiam, & Leſbon, & Abidum, & maritima Macedonia, ita vt tota ſuperficies maris his pumicibus eſſet repleta. In medio autem tanti ignis inſula ex terra congerie facta, inſula quæ Sacra dicitur, copulata eſt, nondum prius exiſtens. Hæc quidẽ adeò horrẽda iſto anno facta ſunt, quo edictum de hæreſi eſt promulgatũ. tali namque portento præuio decebat hæreſim tamquam nouam Furiam apparere, quam infernus vnà cum globis igneis euomeret: nam pergit Theophanes. *Verùm ſicut Thera & Theraſia inſula quondam ebullierant: ita & tunc tẽporibus impugnatoris Dei Leonis, qui diuinam iram contra ſe, pro ſe fore opinatus, impudentius contra ſanctas & venerabiles imagines prælium excitauit, collegam & auxiliatorem habens Beſer Dei abnegatorem, & in irrationabilitate ſimillimum: ambo enim erant ineruditi & indiſciplinati, ex quo multa malorum genera venerunt.* hæc de his Theophanes, qui & de cædibus & incendijs hoc eodem anno per Leonem factis, mox ſubdit:

INCENDIVM IN MARI.

X. DEFENSORES SS. IMAGINVM QVA PASSI.

Turbæ autem quæ in regia vrbe erant valdè triſtes ſuper nouis doctrinis, meditabantur in eum inſurgere, & quoſdam regios homines occiderunt Dei deponentes icona, quæ ſuper magnam æneam portam cernebatur. Adeò vt multi eorum pro veritate punirentur membrorum detruncationibus, & flagris, & exilijs, & rerum iacturis, maximeq́; illi, qui nobilitate ac verbo clari eſſe videbantur. Ita vt etiam eruditionis ſcholas, & piam eruditionem à ſancta memoria Conſtantino Magno huc uſq; ſeruatas extingueret. cuius videlicet cum alijs quoque multis tomus deſtructor Leo factus eſt, eiuſdem cum Sarracenis ſenſum exiſtens. hæc Theophanes, quæ ſubobſcura diffuſiori indigent narratione: petimus eam à Conſtantino Manaſſe, qui ait: Quã nequiter ſe geſſerit Leo, inter alia vel vnicum hoc exemplum demonſtrare poterit. *Haud procul à templo ſanctæ Dei Sapientiæ ſplẽdida domus erat extructa, quam nuncupare licuiſſet Amorum hortum. arboribus libros ferentibus plenum, adeoq́; lucum pulcherrimum omnigena doctrina ſapientiaq; plãtis conſitum. Nam erat in ea congeſtus librorum theſaurus, quorum numerus tricena & tria millia complectebatur. Talis hortus tantusq́; lucus domus cuiuſdam hominis curæ fideiq́; commendatus erat, qui doctrinà præſtabat, & ſuper ceteros omnes radijs ſcientiæ collucebat: non ineptè dixeris, alium quemdam Adamum fuiſſe diuinum curatorem arborum, de pulchris Edenis arboribus delicias capientem, eiuſq́; plantarum non marceſcẽtium agricolam. Hi tot numero, quot circuli Zodiaci ſigna ſunt, abſque mercede litterarum & doctrinæ cupidos inſtruebant, & caliginis velum tam impuris præſtigijsq́; referta Græcorũ, quam religioſiſſima noſtra diſciplina ſuis auditorib. adimebant, vno illo de quo diximus inter omnes, Solis inſtar, lucente. Tanta verò in opinione virtutis erant, vt ne ipſi quidem Imperatores noui quicquam & inuſitati vel moliendum vel agendum ſibi putarent, illis in conſilium non adhibitis.*

DE BIBLIOTHECA CONSTANTINOPOLITANA.

FRVSTRA TENTAT IMP. BIBLIOTHECARIOS.

XI. *Tales ergò viros pietate ſingulares & innocentiâ vitæ conſpicuos, variorumq́; donorum vbere copiâ præſtabiles Imperator intra ſua retia comprehẽdere, ſuiq́; furoris impij participes efficere multum ſitiebat. Cùm autem cunctis molitionibus adhibitis, eluderetur; nec enim vel metu, vel minis eos in ſententiam ſuam pertrahere poterat; cumq́; auro etiam vteretur, ceteroquin inexpugnabili ſocio: tamen aquilam ſe perſequi, vel ſidera tactu contingere velle deprehendebat. tandem re deſperata (quonammodo hæc obſecro exponam?) cõſilium ſæuum. abſurdum, impium capit, quod quidem nec immanis Scytha, vel Maſſagetes cepiſſet: materiam ſiccam & concremabilem ex aridis faſcibus coaceruat; eaq́; ſuccenſâ, cunctos exurit, homines inquam illos, heu, religioſos cum libris. proh infeſtum virtuti animum! proh mentem belluinam! Nimirum ex vnguibus ſæuus ille leo iam agnitus. Pulcherrima quaque de diſciplinis omnibus iſtic aſſeruabantur. Et inter alia volumen extabat admirabile confectum de draconis inteſtino, cui erãt inſcripti libri Homerici, tam Ilias tota, quam Vlyſſea.* hæc Conſtantinus, eadem de his Zonaras, Cedrenus, Glicas & alij.

EXVSTIS IMP. BIBLIOTHECARIIS CVM BIBLIOTHECA.

XII. Tunc etiam accidit. vt ſacroſanctum Saluatoris imaginem ſuper portam ænea publicè expoſitam Leo è loco eminenti deijciẽdam præceperit. enarratur rei tum geſtæ hiſtoria in Actis S. Stephani martyris iunioris apud Ioannem Damaſcenum poſitus, vbi iſta leguntur. *Ac primùm* (ô ingentem Chriſte patientiam tuam) *aduerſus tuam imaginem audaciſſima illa anima graſſatur, eamq́; quæ ſupra portã fixa erat, ac vulgò area dicebatur, Theãdricam tuam formam deijci atque obliterari iubet. Cùm autem ad hoc facinus perpetrandum miſſus ſatelles, impoſitâ iam ſcalâ, conſcenderet, diuino Zelo incenſæ mulieres, præclariſſimũ ac generoſiſſimum virtutis ſpecimen edentes, arreptã manibus ſcalam in terram deijciunt, vnaq́; eum qui hoc facinus aggrediebatur præcipitem agunt: qui ſtatim hãc præſtiti ad hoc miniſterij mercedem tulit, vt vitâ orbaretur.* quæ autem ſequuntur poſteà contigerunt, cũ eiecto ſancto Germano Patriarcha, homo hæreticus in eius locum ſubrogatus eſt: *Sanctæ autem illæ mulieres, ob Chriſtum cuius Zelo flagrabant, opportunè abiecto & contempto pudore, curſu effuſo in Eccleſiam feruntur. atque impiũ Patriarchã, qui tũ illic erat, illũ (inquã) vt Chriſti verbis vtar,* [a] *deſolationis abominationẽ in loco ſancto ſtantẽ lapidibus inceſſunt, mercenariũ non paſtorẽ, lupũ non paſtorem, Eccleſiaſticarum denique ſanctionum proditorem appellantes. Ille autem pudore ſimul & metu correptus, confeſtim ad Imperatorem confugit, eiq́; quod factum fuerat, narrat, atque ad mulierum cædem eum extimulat. Huiuſmodi enim boni illius ac pacifici paſtoris ſtudium erat, tamquã videlicèt per ea quæ agebat docere cupientis, malum pro bono repẽdendum eſſe. Mox igitur gladio necantur, ac pro pietatis præmio mortem ferunt.*

EGREGIVM FAC. NVS MVLIERVM ORTHODOXARVM.

[a] Matt. 24.

SVRGVNT MARTYRIVM FEMINÆ.

XIII. *At tunc videre erat multos eorum, qui Orthodoxam fidem arctè complectebãtur, patrium ſolum tamquam inimicum & hoſtile fugientes, atque ad ſolitudines & deſerta perfugij cauſa ſe conferentes, tutiusq́; cenſentes cum feris habitare quam cum viris huiuſmodi verſari.* hæc ibi. Præter cæſas tunc mulieres illas, efferueſcente irâ & crudelitate Imperatoris, habita quæſtio eſt de nobilibus quibuſdam viris, necnon de Maria Patricia femina, quaſi horum impulſu feminæ illæ, licèt genere viles & ſexu fragiles, adeò forte facinus eſſent aggreſſæ: qui cùm multa paſſi eſſent, demũ gladio capitibus abſciſſis egregium conſummauẽre martyrium die nonâ menſis Auguſti quâ in tabulis Eccleſiaſticis eos adſcriptos Græci anniuerſariâ cõmemoratione celebrant: In ipſorum enim Menologio iſta leguntur: *Natalis beatorum decem martyrum qui propter ſanctam imaginem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti in area porta cõſtitutam martyrium paſſi ſunt. Quorum nomina hæc ſunt, Iulianus, Marcianus, Ioannes, Iacobus, Alexius, Demetrius, Photius, Petrus, Leontius, & Maria Patricia. Omnes hi ſub Leone Imperatore impio pro defenſione ſanctarum imaginum multas ærumnas perpeſſi, & varijs tormentis ſuperatis, poſtremo gladio percuſſi martyrio coronati ſunt.* hæc ibi.

DECEM MARTYRES.

XIIII. Tunc & illud memoriâ dignum accidit, quod tradit Gregorius Papa in epiſtola ad Leonem Imperat. nimirum reliquos Chriſtianos principes, cùm à ſuis, qui Legatorum munere Conſtantino-

poli apud eum Imp. fungebantur, accepiſſent ipſum Leonem ſic inſaniiſſe in ſacroſanctam imaginẽ Saluatoris: mox oẽs conuerſos aduerſus imagines Imperatoris, eas omnis generis ludibrio & ignominiá affeciſſe. in ipſumq; Imperiũ commotos eſſe. atque de his ſatis. Iam vt ſumus polliciti redeamus ad S. Germanum, qui nihil (vt dictum eſt) antiquius habuit, quàm vt de his omnib. quæ Cõſtantinopoli accidiſſent, redderet certiorem Gregorium Romanum Pontificem datis ad ipſum litteris, quibus & certamen, quod ſæpè iniiſſet aduerſus Imperatorem, pariter ſignificaret. Non extant ipſæ quidem litteræ ab ipſo ad Gregorium ſcriptæ, ſed tantùm illæ, quas idem Gregorius reſcripſit ad eumdem Germanum Epiſcopum, quæ recitatæ & intextæ repetiuntur in ſacroſancto poſteriori Nicæno [a] Concilio; ſed cùm Latinè primùm ſcriptæ, poſteà in Græcum translatæ, & de Græco iterum ſermone Latinitati redditæ habeantur, non ſine detrimento (vt ipſe intelligere poteris, cùm ipſas legeris) id accidiſſe videmus. quæ ſic ſe habent ex duplici verſione.

GERMANVS SCRIBIT AD GREGORIVM PAPAM.

[a] *Concil. Nicæn. 2. act. 4. & in epiſtolis Gregor. Pap. 2. ep. 4.*

XV. EPISTOLA GREGORII PAP. AD GERMANVM EPISCOPVM CONSTANT.

Quanta, qualiſq; animi delectatio noſtram ſic lætificaro animam nouit, cum venerabile tuum & honorificum nomen exaudio, quod mihi gratiam annunciat, non poſſum ſatis declarare. Hanc enim nunciationem, quæ & nuper à te tuis venerãdis litteris mihi euangelizata eſt, plurimo gaudio & exultatione ſuſcepi, & præ gaudio nimio ſpiritus meus refocillatus eſt. Deinde in cælum oculos ſuſtollens, gratiarum actionem Deo omnium rerum principi dixi, qui ita in omnibus beneplacitum ſuum facit, & vobiſcum vſque ad finem adeſt: hic enim omnia veſtra ad lucem perducit. Hoc eſt enim, quod noctu, diuq; precor, neq; vmquam ab hac intentione ceſſabo: confido enim in Chriſtum, neque ab eo abſiſtam. Teſtatur idem ſuauis illa & honeſta in ſingulas horas tuæ probitatis recordatio, ô benedicte & Deo amate frater. Hanc enim in labijs habens, non poſſum dimittere quin per litteras ſubinde te alloquar. Non enim mihi ſolummodò hoc vtile eſt, ſed omnibus, quòd tam inſignem Eccleſiæ propugnatorem habeant, vt rectè tua certamina omnium ore celebrentur, maximè autem in hoc certamine. in quo quamquàm multa paſſus ſis, & pro benefactis iniuriam acceperis: tamen laudandus es quod ad ſummam felicitatem res perduxeris. Cecidit enim impietatis præcurſor. Nam poſtquàm putabat iuxta ſuam voluntatem omnia peragere, ex alto in profundum ruens, & virib. comminutus cecidit & inſigniter fruſtratus. Audiuit autem ab Eccleſia, quæ & Pharao Aegyptius tyrannus prius, Moyſe illi accinente, audierat: [b] *Dixit inimicus: Comprehendam, diuidam ſpolia, implebo animam meam: Acclamabatur autem illi, velut diabolus ipſe foret, hæc prophetiæ exſecratio: Propter hoc auferet te vſque ad finem, euellet te & transferet de tabernaculo ſuo,* [c] *& radicationem tuam è terra viuentium. Ita ille præter ſpem fruſtratus propoſito ſuo ſecundùm ſpem perijt, idq; fortitudine propugnationis quæ venit deſuper, quâ ad ſummã peruenit excidionem, vt de eo verum eſſe videatur quod per ſcripturam dictum eſt:* [d] *Telum potentium imbecillius redditum eſt, & impotentes accincti ſunt fortitudine. Ob id nihil eſt quod contra impietatem eorum, qui cum Deo pugnant, Deum eſſe imbecillem credamus: Et ſi in inſanos totus mundus pugnare dicitur:* [e] *quare tu qui ſanctificatus es, cum Deo hoſtes tuos non poſſes ſuperare?*

[b] *Exod. 15.*

[c] *Pſal. 51.*

[d] *1. Reg. 2.*

[e] *Sap. 5.*

XVI.

Bellum enim erat cum impijs, in quo licet non apertè, inſignem tamen belli ſocium habuiſti: Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius quidem labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico viuificantem Crucem, magnum illud poſt mortem illius tropheum, in quo mundi fines quadripartito deſcripſit, partes etiam eius litteris tres indicauit. Deinde etiam ſanctam omnium Domina caſta Dei matris imaginem, cuius faciem diuites populi ſupplicant: ſanctum enim eſt, vt Patribus videtur: nam quicumque eam ita venerantur, his ſine dubio magna retribuit, quandoquidem imaginis veneratio in prototypum (iuxta magnum Baſilium) redit. Pietate enim plenum eſt venerandarum picturarum argumentum, vt eſt auctor Chryſoſtomus: Si quis alius, Ego certè, inquit, ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine perſequentem, & Dauid verè dicentem: [f] *Domine in ciuitate tua imaginem eorũ annihilabis.*

[f] *Pſal. 72.*

Neque vnquam Eccleſia errauit in hoc quod dixerit, Deum nobis imagines conceſſiſſe: neque etiam hoc Ethnicam traditionem ſapit. Nam & in Paneadem ciuitatem Hæmorrhoiſſæ imago tranſmiſſa in memoriam miraculi, quòd herbæ exreſcentes omnibus ægritudinib. auxiliares eſſent, celebratur: idq; ſummá Dei erga nos bonitate. Ergo Eccleſiæ capita & columnæ talia fieri permiſerunt & tradiderunt, vt in omnium oculis huiuſmodi picturæ exhiberentur, ſacer ille & venerandus typus, quo iuxta humanitatem Chriſtus qui peccata mundi abſtulit, velut columna erigeretur, per quam humilitatis Dei altitudinem noſceremus, & diſpoſitionem illius incarnationis in memoriam reduceremus, inq; agnitionem ſacratæ mortis illius veluti manu duceremur, quemadmodum quam redemptionem quæ huic mundo effecta eſt: neque tamen in hoc quicquam, quod à diuinis diſcordat, dicitur.*

XVII.

Si enim prophetica præconia euentum non aſſecuta ſunt, ne ſcribantur res ipſæ ad demonſtrationem eorũ quæ nondum contigerunt: hoc eſt, niſi incarnatus eſt Dominus, ne figuretur illius iuxta carnem imago: Si in [g] *Bethlehem non natus eſt ex glorioſa Virgine Deipara, neque Magi munera obtulerunt, neque paſtoribus aſtitit Angelus, turbaq; cæleſtis exercitus hymnum nato puerulo cantarunt: ſi non in brachijs is qui cuncta portat geſtatus eſt, neque lacte nutritus eſt qui dat eſcam omni carni: neque etiam illa pingantur: Si non à ſeno ſuſceptus is, qui vitæ & mortis omnium princeps & dominus eſt (fuit ſimul ab ipſo cognitus cum ab eo liberationem, diſſolutionemq; precaretur) ipſumq; prædicauit: ſi non in Aegyptum à matre deportatus, & rurſum ex ea redijt, Nazarethq; habitauit: coloribus non effingatur: Si non mortuos ſuſcitauit, ſi non diſſolutos reſtituit, ſi non lepras mundauit, & cæcis oculos reddidit, & impeditam linguam ſoluit; item greſſus claudorum firmauit, dæmoniaq; exegit, aures ſurdorum aperuit, cuncta vltra fidem hominum diuinis ſignis egit: non pingatur. Si paſſionem volens non ſubijt, & infernum non ſpoliauit, & vbi ſurrexiſſet, in cælum aſcendit, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: non per picturam indicetur, neque etiam earum rerum figuræ & hiſtoriæ picturis & coloribus repræſententur. Hæc autem cũcta ſi facta ſunt, magnumq; hoc pietatis myſterium eſt: vtinam fieri poſſit, & cælũ & terra & aqua, omnia quoque animantia & plantæ, & ſi quid aliud eſt, ſiue per colores, ſiue per picturas, aut voces poſſent narrare. Siquidem earum rerum quæ non ſunt, effiguratio, imaginatiua pictura vocatur: quam ſanè & Græcorũ fabuloſitas poeſin tacentem eſſe dixit.*

[g] *Matth. 2. Luc. 2.*

XVIII.

Neque tamen volumus vt in Eccleſia Chriſti idolum aliquod ſit: Abſit: Non enim vaccas adorauimus; neque vitulum in Horeb fudimus; neq; Deus nobis factitius exiſtimatus eſt; neque rurſus ſculptili procidimus; neque Beelphegor initiati ſumus; neque filios noſtros & filias noſtras vmquam dæmonio obtulimus, vt nobis ea quæ in Salomone [h] *dicuntur, obijci poſſint: neque à nobis terra ſanguine cædium perfuſa eſt, aut imaginem fecimus quadratam continentem idolum; nec in templum hoc induximus, neque impuritatem ſerpẽtium aut volatilium parietibus templi inſcripſimus: neque Ezechiel* [i] *ſpectauit nos Adonim lamentantes, & thymiama Soli offerentes; de quibus, inquit* [k] *Apoſtolus: ſeruierunt in colenda creatura, creatore*

[h] *3. Reg. 11.*

[i] *Ezech. 8.*

[k] *Rom. 1.*

relu-

[a] Ezech. 23. relinquentes: neque etiam imagines[a] duarum meretricum Oolla & Ooliba in Aegypto ereximus, aut has adorauimus: neque ſacrificia à nobis Bel in Babylone, neque Dagoni in Palaſtina obtulimus, neq; etiam alijs Gentium dijs ſubiecti ſumus: Non ſunt iſta: verè non ita ſe habent: nemo hac de re nos accuſet. Non enim ijs rebus quæ nihil ſunt, nomẽ illud quod ſupra omne nomen eſt, inferius Chriſti populus vſque in hunc præſentem diem iudicat, ſed viuificantem Trinitatẽ colimus & adoramus: Abſint impura illa à nobis: modus enim quo idola coluntur, ſatis manifeſtum eſt: Chriſtianis autem pietate ſtudioſis omnium Dominus eſt, quem adorant.

XIX.

Quodſi quiſpiam Iudaico animo nobis obijciat ea, quæ in eos qui inſano in idola amore ferebantur dici ſolent, Eccleſiamq; noſtram idololatriæ propter venerãdarum imaginum diuina & admiranda ad promotionem & adductionem ad pietatẽ ſtudia accuſet: habeatur hic non aliter quàm canis oblatrans, & vt in funda à nobis quàm procul abijciatur. Vtinam ſanè & Iſraelem[b] Iudæus imitetur, cui iuſſum erat per viſum, vt Deum typicâ commemoratione adoraret: neque vitulum & muſcas ante tabulas teſtamẽti extuliſſet. Vtinam ſacrum altare illi placuiſſet, & non[c] vacca Samariæ. Vtinam virgam Aaron aſpexiſſet & non Aſtarthen[d]: profectò longè honeſtius & iuſtius fuiſſet illis petra[e] per quam Deus aquam dedit ſalutarem, Baal. Vtinã ſatius duxiſſet virgam Moyſis inſpicere, & vas aureum, & arcam, & propitiatorium, & velum, & ephod, & menſam, & tabernaculum interius exteriusq;, quæ omnia ad honorem Dei quamuis manu hominum erant facta, &[f] Sancta Sanctorum vocabãtur: deinde etiam ſculpta Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, quoque gloriam Dei prouehere, ex ſacris[g] ſcripturis edocti ſumus, quàm coram Idolis[h] procidere, lucumque adorandũ ſanctitatem collocare: omne enim opus quod in nomine Domini factum eſt, venerandum & ſanctum eſt.

[b] Ge. 28. 32.
[c] Oſe. 10.
[d] 3. Reg. 11.
[e] Num. 20.
[f] Exod. 26.
[g] Exod. 25.
[h] 3. Reg. 14.

XX.

Quid multis opus eſt verbis? maximè autem ad virum in diuinis eruditum & electum vas Dei, quiq; gratiam Spiritus ſancti accepit? Non ſanè neceſſarium eſt deſcendere ad diuinorum decretorum profunditates: cum tu ad altitudinem ſcientiæ, Deo duce, facilè aſcendas. Sed hæc hactenus. Ad id autem quod in principio dicebamus, reuertamur. Propugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtianorum dominæ, Dei genitricis videlicèt mirãda facta, quæ in fidei declarata ſunt, per quæ tu quoque inter hoſtes ſeruatus es, nõ ſunt reticenda. Illi enim cùm inſaniâ multâ tumultuarentur, tantum inuenerunt in ſe aduerſitatis hoſtilis, quantum eorum cauſa iniuſtitiæ habuit. Neq; hoc tamen mirandum eſt. Nam ſi Bethulia per manus Iudith[i] Iſraelitis ſeruata eſt, cuius opus, Holofernis erat ſublatio, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelis vocata eſt: quomodo non oportebat tuam ſanctitatem huiuſcemodi propugnatrice vtendum hoſtibus ciuitatis prævalere, ipſamq; victoriâ coronare? Sanè ipſius Deiparæ ſcilicet interceſsionibus, omnium Sanctorum precibus potens eſt in bello, Deus noſter fortis & longanimis, qui duxit te ſuper Ioſeph, & tamquam[k] ouem paſcere, cuſtodiet te in longa etiam tempora, vt Chriſtianorum Rempublicam vniuerſam beneficijs afficias, & ad diuinam regulam cuncta diſpenſes. Simul autem inuicem cohortemur, vt mandata quæ à ſanctis Patribus accepimus, ſeruemus, erranteſq; in viam rectam ducamus, pro quo tibi gaudium & oblectatio, & bonorum fruitio, ò pater ſanctiſsime, & omnibus Chriſtianis expectate. hactenùs Gregorij Pontificis epiſtola ad Germanum ex Actis Nicænis accepta.

De liberata Conſtantinopoli per Dei genitricem Mariam.
[i] Iudith 4.
[k] Pſal. 79.

XXI.

Concilium Romanum aduerſus Iconoclaſtas.

At non iſta ſibi ſatis viſa Gregorio, qui ad euellenda venenatæ hæreſis germina, quæ altâ radice Imperator in Oriente plantâſſet, Romæ Synodum conuocauit, quâ hæreſin cõdemnauit; ipſum verò pium cultũ ſacratum imaginum ſancito decreto firmiter roborauit. Cuius quidem Synodi vnicum quod extat fragmẽtum recitatum ab Hadriano Romano Pontifice in epiſtola ad Carolum Magnum, hic tibi ad conſeruandum rei geſtæ tanti Pontificis monumentum deſcribendum putauimus, ſic enim ſe habet: Probus (inquit Hadrianus) firmiſsimis exemplis prædeceſſor noſter ſanctiſsimus dominus Gregorius ſecundus, iunior Papa, in ſuo ſacro Concilio (quod & in alio Concilio prædeceſſoris noſtri domini Stephani Papæ vnà cum ſacerdotibus partium Franciæ atque Italiæ acto, ſuſceptum & veneratum eſt) in eo ipſo præſidente ſanctiſsimo ac beatiſsimo quondam domino Gregorio Papâ per ſemetipſum ſimiliter dixit: Si contraria ſentientibus & irritas facere quærentibus antiquas Patrum traditiones, * ſalutis concurreret conuerſio, ſufficerent vtique ea quæ ſuperiùs à nobis ex Patrum teſtimonijs vel ſacris dicta ſunt documentis; ſed quia videmus (quod mœrentes dicimus) pleroſq; turbatis mentibus ſtatuta conturbare Eccleſiæ: ideò fratres cariſsimi, extenditur ſermo, & cupimus ad compeſcẽdam errorisinſaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere, ſi forſan reſipiſcant inquieti.

* ſalutaris

XXII.

In libro enim Exodi ſic legimus: Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens:[l] Loquere filijs Iſrael vt tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. Hæc ſunt autem ea quæ accipere debetis. & cetera per ordinem vſque ad duos Cherubim: qui erant ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Iſrael. Nam & illud protulit teſtimonium ex libro tertio[m] Regum (vt ſileant garrientes mandato Dei.) A Salomone conſtructo templo inter alia fecit in oraculo duos Cherubim, de lignis oliuarum. & infra; Exſculpſit in eis picturam Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim quàm palmas & cetera auro. Ecce cariſsimi fratres conſideramus, quid Deo mandante Moſes fecerit, quidue Salomon ſapientiſsimus iuſſu conſtruxerit diuino &c. Quanto debemus puro corde & animo ſculptum Chriſtũ Deum noſtrum, ſanctamq; ſemper Virginem eius genitricem Mariam, Apoſtolos quoque vel omnes ſanctos Dei per eorum ſacras effigies atque imagines colere vel adorare, & ad propitiandum nobis petere relaxari delicta? Nos non ob aliud nomen imagines facimus & adoramus, ſed pro nobis incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia abijcienda ſunt: neq; Arca fœderis, neq; aurei & celati Cherubim eius debuerũt recipi, quæ per Beſeleel & Ooliab facta ſunt iuxta pceptũ Dei. Si verò illa ſuſcepta ſunt, & hæ imagines opportunè recipiuntur, quoniam ſecundum Deum fiunt: vnde & operantur ſicuti & Arca, multa miracula. Nam & Arca & Cherubim, vt & hæ, ſine anima erant, & manufacta & ſculpta: ſed ſicut illic per illa operabatur Deus & glorificabatur: ita & hæ ſimili modo ſecundùm viſiones & reuelationes prophetarum coloribus diſtincta efficiuntur.

[l] Exod. 25.
[m] 3. Reg. 6.

XXIII.

Et ne quis aliter propter adorationem, quæ à prædeceſſorib. noſtris ſanctiſsimis Præſulibus promulgata eſt, oblatrare præſumat: ſciat ipſos talem adorationem docuiſſe, qualem prædeceſſor noſter ſanctus Gregorius[n] egregius doctor & Papa in epiſtola ſua, quam in præfato Concilio domini Stephani Papæ Herulphus Epiſcopus prouinciæ Galliarum ciuitatis protulit. Vbi inter cetera Secundinum ſeruum Dei incluſum Galliæ docuit, dicens: Scimus quia tu imaginem Saluatoris noſtri ideò non petis, vt pro Deo, aut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei, & in eius amore recaleſcas, cuius tu imaginem videre deſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem, ante illam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut paſſum, aut in throno ſedentem recordamur. Et dum nobis illa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam Filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſur-

[n] Greg. l. 7. ca. 53 in fin.

Digitized by Google

poli apud eum Imp. fungebantur, accepiſſent ipſum Leonem ſic inſanijſſe in ſacroſanctam imaginē Saluatoris: mox oēs conuerſos aduerſus imagines Imperatoris, eas omnis generis ludibrio & ignominiâ affeciſſe, in ipſumq; Imperiū commotos eſſe. atque de his ſatis. Iam vt ſumus polliciti redeamus ad S. Germanum, qui nihil (vt dictum eſt) antiquius habuit, quàm vt de his omnib. quæ Cōſtantinopoli accidiſſent, redderet certiorem Gregorium Romanum Pontificem datis ad ipſum litteris, quibus & certamen, quod ſæpè inijſſet aduerſus Imperatorem, pariter ſignificaret. Non extant ipſæ quidem litteræ ab ipſo ad Gregorium ſcriptæ, ſed tantùm illæ, quas idem Gregorius reſcripſit ad eumdem Germanum Epiſcopum, quæ recitatæ & intextæ reperiuntur in ſacroſancto poſteriori Nicæno [a] Concilio; ſed cùm Latinè primùm ſcriptæ, poſteà in Græcum translatæ, & de Græco iterum ſermone Latinitati redditæ habeantur, non ſine detrimento (vt ipſe intelligere poteris, cùm ipſas legeris) id accidiſſe videmus. quæ ſic ſe habent ex duplici verſione.

GERMANVS SCRIBIT AD GREGORIVM PAPAM.

[a] Concil Nicæn. 2. act. 4. & in epiſtolis Gregor. Pap. 2. ep. 4.

XV. EPISTOLA GREGORII PAP. AD GERMANVM EPISCOPVM CONSTANT.

Quanta, qualiſq; animi delectatio noſtram ſic lætificare animam nouit, cùm venerabile tuum & honorificum nomen exaudio, quod mihi gratiam annunciat, non poſſum ſatis declarare. Hanc enim nunciationem, quæ & nuper à te tuis venerādis litteris mihi euangelizata eſt, plurimo gaudio & exultatione ſuſcepi, & præ gaudio nimio ſpiritus meus refocillatus eſt. Deinde in cælum oculos ſuſtollens, gratiarum actionem Deo omnium rerum principi dixi, qui ita in omnibus beneplacitum ſuum facit, & vobiſcum vſque ad finem adeſt: hic enim omnia veſtra ad lucem perducit. Hoc eſt enim, quod noctu, diuq; precor, neq; vnquam ab hac intentione ceſſabo: confido enim in Chriſtum, neque ab eo abſiſtam. Teſtatur idem ſuauis illa & honeſta in ſingulas horas tuæ probitatis recordatio, ô benedicte & Deo amate frater. Hanc enim in labijs habens, non poſſum dimittere quin per litteras ſubinde te alloquar. Non enim mihi ſolummodò hoc vtile eſt, ſed omnibus, quòd tam inſignem Eccleſiæ propugnatorem habeant, vt rectè tua certamina omnium ore celebrentur, maximè autem in hoc certamine. in quo quamquàm multa paſſus ſis, & pro benefactis iniuriam acceperis: tamen laudandus es quod ad ſummam felicitatem res perduxeris. Cecidit enim impietatis præcurſor. Nam poſtquàm putabat iuxta ſuam voluntatem omnia peragere, ex alto in profundum ruens, & virib. comminutus cecidit & inſigniter fruſtratus. Audiuit autem ab Eccleſia, quæ & Pharao Aegyptius tyrannus prius, Moyſe illi accinente, audierat: [b] Dixit inimicus: Comprehendam, diuidam ſpolia, implebo animam meam: Acclamabatur autem illi, velut diabolus ipſe foret, hæc prophetica execratio: Propter hoc auferet te vſque ad finem, euellet te & transferet de tabernaculo ſuo, [c] & radicationem tuam è terra viuentium. Ita ille præter ſpem fruſtratus propoſito ſuo ſecundum ſpem perijt, idq; fortitudine propugnationis quæ venit deſuper, quâ ad ſummā peruenit excidionem, vt de eo verum eſſe videatur quod per ſcripturam dictum eſt: [d] Telum potentium imbecillum redditum eſt, & impotentes accincti ſunt fortitudine. Ob id nihil eſt quod contra impietatem eorum, qui cum Deo pugnant, Deum eſſe imbecillem credamus: Et ſi in inſanos totus mundus pugnare dicitur: [e] quare tu qui ſanctificatus es, cum Deo hoſtes tuos non poſſes ſuperare?

[b] Exod. 15.

[c] Pſal. 51.

[d] 1. Reg. 2.

[e] Sap. 5.

XVI.

Bellum enim erat cum impijs, in quo licet non apertè, inſignem tamen belli ſocium habuiſti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius quidem labarum inſigne geſtaſti, ipſam dico viuificantem Crucem, magnum illud poſt mortem illius trophæum, in quo mundi fines quadripartito deſcripſit, partes etiam eius litteris tres indicauit. Deinde etiam ſanctam omnium Dominæ caſtæ Dei matris ima-

A *ginem, cuius faciem diuites populi ſupplicant: ſanctum enim eſt, vt Patribus videtur: nam quicumque eam ita venerantur, his ſine dubio magna retribuit, quandoquidem imaginis veneratio in prototypum (iuxta magnum Baſilium) redit. Pietate enim plenum eſt venerandarum picturarum argumentum, vt eſt auctor Chryſoſtomus: Si quis alius, Ego certè, inquit, ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine perſequentem, & Dauid verè dicentem: [f] Domine in ciuitate tua imaginem eorū annihilabis.*

[f] Pſal. 72.

Neque vnquam Eccleſia errauit in hoc quod dixerit, Deum nobis imagines conceſſiſſe: neque etiam hoc Ethnicam traditionem ſapit. Nam & in Paneadem ciuitatem Hæmorrhoiſſæ imago transmiſſa in memoriam miraculi,
B *quòd herbæ excreſcentes omnibus ægritudinib. auxiliares eſſent, celebratur: idq; ſummâ Dei erga nos bonitate. Ergo Eccleſiæ capita & columnæ talia fieri permiſerunt & tradiderunt, vt in omnium oculis huiuſmodi picturæ exhiberentur, ſacer ille & venerandus typus, quo iuxta humanitatem Chriſtus qui peccata mundi abſtulit, velut columna erigeretur, per quam humilitatis Dei altitudinem noſceremus, & diſpoſitionem illius incarnationis in memoriam reduceremus, inq; agnitionem ſacratæ mortis illius veluti manu duceremur, quemadmodum* quam redemptionem quæ huic mundo effecta eſt: neque tamen in hoc quicquam, quod à diuinis diſcordat, dicitur.*

XVII.

Si enim propheticæ præconia euentum non aſſecuta ſunt, ne ſcribantur res ipſæ ad demonſtrationem eorū quæ
C *nondum contigerunt: hoc eſt, niſi incarnatus eſt Dominus, ne figuretur illius iuxta carnem imago: Si in [g] Bethlehem non natus eſt ex glorioſa Virgine Deipara, neque Magi munera obtulerunt, neque paſtoribus aſtitit Angelus, turbaq; cæleſtis exercitus hymnum nato puerulo cantarunt: ſi non in brachijs is qui cuncta portat geſtatus eſt, neque lacte nutritus eſt qui dat eſcam omni carni: neque etiam illa pingantur. Si non à ſene ſuſceptus is, qui vitæ & mortis omnium princeps & dominus eſt (fuit ſimul ab ipſo cognitus cum ab eo liberationem, diſſolutionemq; precaretur) ipſumq; prædicauit: ſi non in Aegyptum à matre deportatus, & rurſum ex ea redijt, Nazarethq; habitauit: coloribus non effingatur: Si non mortuos ſuſcitauit, ſi non diſſolutos reſtituit, ſi non lepras mundauit, & cæcis*
D *oculos reddidit, & impeditam linguam ſoluit; item greſſus claudorum firmauit, dæmoniaq; exegit, aures ſurdorum aperuit, cuncta vltra fidem hominum diuinus ſignis egit: non pingatur. Si paſſionem volens non ſubijt, & infernum non ſpoliauit, & vbi ſurrexiſſet, in cælum aſcendit, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: non per picturam iudicetur, neque etiam earum rerum figura & hiſtoria picturis & coloribus repræſententur. Hæc autem cūcta ſi facta ſunt, magnumq; hoc pietatis myſterium eſt: vtinam fieri poſſit, & cælū & terra & aqua, omnia quoque animantia & plantæ, & ſi quid aliud eſt, ſiue per colores, ſiue per picturas, aut voces poſſent narrare. Siquidem earum rerum quæ non ſunt, effiguratio, imaginatiua pictura vocatur: quam ſanè & Græcorū fabuloſitas poëſin*
E *tacentem eſſe dixit.*

[g] Matth. 2. Luc. 2.

XVIII.

Neque tamen volumus vt in Eccleſia Chriſti idolum aliquod ſit: Abſit: Non enim vaccas adorauimus; neque vitulum in Horeb fudimus; neq; Deus nobis factitius exiſtimatus eſt; neque rurſus ſculptili procidimus; neque Beelphegor initiati ſumus; neque filios noſtros & filias noſtras vnquam dæmonio obtulimus, vt nobis ea quæ in Salomonem [h] dicuntur, obijci poſſint: neque à nobis terra ſanguine cædium perfuſa eſt, aut imaginem fecimus quadratam continentem idolum; nec in templum hoc induximus, neque impuritatem ſerpētium aut volatilium parietibus templi inſcripſimus: neque Ezechiel [i] ſpectauit nos Adonim lamentantes, & thymiamata Soli offerentes, de quibus, inquit [k] Apoſtolus: ſeruierunt in colenda creatura, creatore

[h] 3. Reg. 11.

[i] Ezech. 8.

[k] Rom. 1.

relin-

Digitized by Google

[a] Ezech. 23. relinquentes: neque etiam imagines [a] duarum meretricum
Oolla & Ooliba in Aegypto ereximus, aut has adorauimus:
neque ſacrificia à nobis Bel in Babylone, neque Dagoni in
Palæſtina obtulimus, neq; etiam alijs Gentium dijs ſubie-
cti fuimus: Non ſunt iſta: verè non ita ſe habent: nemo hac
de re nos accuſet. Non enim ijs rebus quæ nihil ſunt, nomẽ
illud quod ſupra omne nomen eſt, inferius Chriſti populus
vſque in hunc præſentem diem iudicat, ſed viuificantem
Trinitatẽ colimus & adoramus: Abſint impura illa à no-
bis: modus enim quo idola coluntur, ſatis manifeſtus eſt:
Chriſtianis autem pietatis ſtudioſis omnium Dominus eſt,
quem adorant.

XIX. Quod ſi quiſpiam Iudaico animo nobis obijciat ea, quæ
in eos qui inſano in idola amore ferebantur dici ſolent, Ec-
cleſiamq; noſtram idololatriæ propter venerãdarum ima-
ginum diuina & admiranda ad promotionem & addu-
ctionem ad pietatẽ ſtudia accuſet: habeatur hic non aliùs
quam canis oblatrans, & vt in funda à nobis quàm procul
[b] Ge. 28. 32. abijciatur. Vtinam ſanè & Iſraelem [b] Iudæus imitetur, cui
iuſſum erat per viſum, vt Deum typicâ commemoratione
adoraret: neque vitulum & muſcas ante tabulas teſtamẽ-
ti extuliſſet. Vtinam ſacrum altare illi placuiſſet, & non
[c] Oſe. 10. [c] vacca Samariæ. Vtinam virgam Aaron aſpexiſſet & non
[d] 3. Reg. 11. Aſtarthen [d]: profectò longè honeſtius & iuſtius fuiſſet il-
[e] Num. 20. lis, petra [e] per quam Deus aquam dedit ſalutarem, Baal.
Vtinã ſatius duxiſſet virgam Moyſis inſpicere, & vas au-
reum, & arcam, & propitiatorium, & velum, & ephod,
& menſam, & tabernaculum interiùs exteriuſq; quæ o-
mnia ad honorem Dei quamuis manu hominum erant fa-
[f] Exod. 26. cta, & [f] Sancta Sanctorum vocabãtur: deinde etiam ſcul-
pta Cherubim gloria obumbrantia propitiatorium, quo-
[g] Exod. 25. que gloriam Dei prouehere, ex ſacris [g] ſcripturis edocti ſu-
[h] 3. Reg. 14. mus, quàm coram Idolis [h] procidere, lucique adorandis
ſanctitatem collocare: omne enim opus quod in nomine
Domini factum eſt, venerandum & ſanctum eſt.

XX. Quid multis opus eſt verbis? maximè autem ad virum
in diuinis eruditum & electum vas Dei, quiq; gratiam
Spiritus ſancti accepit? Non ſanè neceſſarium eſt deſcen-
dere ad diuinorum decretorum profunditates: cum tu ad
altitudinem ſcientiæ, Deo duce, facilè aſcendas. Sed hæc
hactenus. Ad id autem quod in principio dicebamus, reuer-
De liberata Conſtantinopoli per Dei genitricem Mariam. tamur. Propugnatricis illius ſanctæ & omnium Chriſtia-
norum dominæ, Dei genitricis videlicèt mirãda facta,
quæ in ſe declarata ſunt, per quæ tu quoque inter hoſtes
ſeruatus es, nõ ſunt reticenda. Illi enim cùm inſaniâ mul-
tâ tumultuarentur, tantum inuenerunt in ſe aduerſita-
tis hoſtilis, quantum eorum cauſa iniuſtitiæ habuit. Neq;
hoc tamen mirandum eſt. Nam ſi Bethulia per manus Iu-
[i] Iudith 4. dith [i] Iſraelitis ſeruata eſt, cuius opus. Holofernis erat ſub-
latio, & per ea tempora ob id ſalus Iſraelis vocata eſt: quo
modo non oportebat tuam ſanctitatem huiuſcemodi pro-
pugnatrice vtendum hoſtibus ciuitatis præualere, ipſamq;
victoriâ coronare? Sanè ipſius Deiparæ ſcilicet inter-
ceſſionibus, omnium Sanctorum precibus potens eſt in bel-
lo, Deus noſter fortis & longanimus, qui duxit te ſuper Io-
[k] Pſal. 79. ſeph, & tamquàm [k] ouem paſcere, cuſtodiet te in longa
etiam tempora, vt Chriſtianorum Rempublicam vulner-
ſam beneficijs afficias, & ad diuinam regulam cuncta diſ-
penſes. Simul autem inuicem cohortemur, vt mandata
quæ à ſanctis Patribus accepimus, ſeruemus, erranteſq;
in viam rectam ducamus, pro quo tibi gaudium & oble-
ctatio, & bonorum fruitio, ô pater ſanctiſſime, & omni-
bus Chriſtianis expectatur. hactenùs Gregorij Pon-
tificis epiſtola ad Germanum ex Actis Nicænis ac-
cepta.

XXI. Concilium Romanum aduerſus Iconoclaſtas. At non iſta ſibi ſatis viſa Gregorio, qui ad euel-
lenda venenatæ hæreſis germina, quæ altâ radice
Imperator in Oriente plantâſſet, Romæ Syno-
dum conuocauit, quâ hæreſim cõdemnauit; ipſum
verò pium cultũ ſacrarum imaginum ſancito de-

A creto firmiter roborauit. Cuius quidem Synodi
vnicum quod extat fragmẽtum recitatum ab Ha-
driano Romano Pontifice in epiſtola ad Carolum
Magnum, hic tibi ad conſeruandum rei geſtæ tanti
Pontificis monumentum deſcribendum putaui-
mus, ſic enim ſe habet: Pro his (inquit Hadrianus)
firmiſſimis exemplis prædeceſſor noſter ſanctiſſimus domi-
nus Gregorius ſecundus, Iunior Papa, in ſuo ſacro Conci-
lio (quod & in alio Concilio prædeceſſoris noſtri domini
Stephani Papæ vnà cum ſacerdotibus partium Franciæ
atque Italiæ acto, ſuſceptum & veneratum eſt) in eo ipſo
præſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo quondam domino
B Gregorio Papâ per ſemetipſum ſimiliter dixit: Si con-
traria ſentientibus & irritas facere quærentibus anti-
quas Patrum traditiones, * ſalutis concurreret con- * ſalutatio
uerſio, ſufficerent vtique ea quæ ſuperiùs à nobis ex
Patrum teſtimonijs vel ſacris dicta ſunt documentis;
ſed quia videmus (quod mœrentes dicimus) pleroſq; tur-
batis mentibus ſtatuta conturbare Eccleſiæ: ideò fratres
cariſſimi, extenditur ſermo, & cupimus ad compeſcẽdam
errorum inſaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid
dicere, ſi forſan reſipiſcant inquieti.

In libro enim Exodi ſic legimus: Locutus eſt Dominus XXII.
ad Moyſen dicens: [l] Loquere filijs Iſrael vt tollant mihi [l] Exod. 25.
primitias: ab omni homine qui offert vltroneus accipie-
tis eas. Hæc ſunt autem ea quæ accipere debetis. & cætera
C per ordinem vſque ad duos Cherubim: qui erant
ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs
Iſrael. Nam & illud protulit teſtimonium ex libro tertio
[m] Regum (vt ſileant garrientes mandato Dei.) A Salomo- [m] 3. Reg. 6.
ne conſtructo templo inter alia fecit in oraculo duos Che-
rubim, de lignis oliuarum. & infra; Exſculpſit in eis pi-
cturam Cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha
valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Che-
rubim quam palmas & cætera auro. Ecce cariſſimi fratres
conſideramus, quid Deo mandante Moſes fecerit, quidue
Salomon ſapientiſſimus iuſſu conſtruxerit diuino &c.
Quanto debemus puro corde & animo ſculptum Chriſtũ
Deum noſtrum, ſanctamq; ſemper Virginem eius genitri-
cem Mariam, Apoſtolos quoque vel omnes ſanctos Dei per
D eorum ſacras effigies atque imagines colere vel adorare, &
ad propitiandum nobis petere relaxari delicta? Nos non ob
aliud nomen imagines facimus & adoramus, ſed pro nobis
incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia abijci-
enda ſunt: neq; Arca fœderis, neq; aurei & cælati Cherubim
eius debuerũt recipi, quæ per Beſeleel & Ool ab facta ſunt
iuxta præceptũ Dei. Si verò illa ſuſcepta ſunt, & hæ imagines
opportunè recipiuntur, quoniam ſecundum Deum fiunt:
vnde & operantur, ſicuti & Arca, multa miracula. Nam
& Arca & Cherubim, vt & hæ, ſine anima erant, & ma-
nufacta & ſculpta: ſed ſicut illic per illa operabatur Deus
& glorificabatur: ita & hæ ſimili modo ſecundum viſi-
ones & reuelationes prophetarum coloribus diſtincta effi-
ciuntur.

E Et ne quis aliter propter adorationem, quæ à prædeceſ- XXIII.
ſorib. noſtris ſanctiſſimis Præſulibus promulgata eſt, obla-
trare præſumat: ſciat ipſos talem adorationem docuiſſe,
qualem prædeceſſor noſter ſanctus Gregorius [n] egregius do- [n] Greg. li. 7.
ctor & Papa in epiſtola ſua, quam in præfato Concilio ca. 53 in fin.
domini Stephani Papæ Herulphus Epiſcopus prouinciæ
Galliarum ciuitatis protulit. Vbi inter cætera Secundinum
ſeruum Dei incluſum Galliæ docuit, dicens: Scimus quia
tu imaginem Saluatoris noſtri ideò non petis, vt pro Deo,
aut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei, & in
eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre deſide-
ras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem, ante illam
proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem
aut natum aut paſſum, aut in throno ſedentem recorda-
mur. Et dum nobis illa pictura quaſi ſcriptura ad memo-
riam Filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſur-

recitatione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoq; direximus tibi Surtarias duas, imaginem Saluatoris & ſanctæ Dei genitricis Mariæ beatorumq; Petri & Pauli Apoſtolorum continentes per ſupradictum filium noſtrum diaconum, & vnam Crucem & clauem pro benedictione à ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum principis: vt per ipſum à maligno ſis defenſus, per cuius ſanctum lignum mun tũ te eſſe credis, &c. hucuſq; ex Concilio Romano ſub Gregorio ſecundo Hadrianus Pontifex recitat.

XXIV. In quo ipſo itẽ Concilio dictum eſſe anathema Iconoclaſtarum hęreſi, & his qui eam ſequerentur, Zonaras docet his verbis: *Gregorius qui tum Romæ veteris Eccleſiã gubernabat, repudiatâ ſocietate Præſidis nouæ Romæ, Leonis ſcilicet Imperatoris, nec non eorum qui illum ſequerentur, illos vna cũ Imperatore Synodico anathemate obſtrinxit, & vectigalia quæ ad id vſque tempus Imperio inde pendebantur inhibuit, icto cum Francis fœdere.* & inferius: *Igitur Papa Gregorius desertâ Imperatoris obedientiâ ob peruerſam eius opinionem (vt dictum eſt) pacem cum Francis fecit, cum prius ſæpe dediſſet operam, vt Leonem per litteras ab odio Dei reuocaret, atque ad cultum ſacrarum imaginum reduceret.* hęc Zonaras, quæ & alij Græcorum hiſtoricorum affirmant.

QVID IN SYNODO ROM. STATVTVM SIT.

XXV. Quod autem ad populum Italiæ pertinet & totius etiam Orbis Occidentalis; factum eſt, vt ſimul ac audierunt per promulgatum edictum rugitum Leonis ſæuiẽtis: quodam veluti tonitru excitati vniuerſi, non ex timore fugam captarent, ſed zelo Orthodoxæ religionis æſtuantes omnes aduerſus eum ad certandum pro fide Catholica mouerentur. Tantum enim abfuit, vt eius parerent iuſſionibus timore pœnarum, vt eidem reſiſtere, immò & ab ipſo deſciſſere omnes vno conſenſu decernerẽt, ex quo factum eſt, vt in primis ipſi tributa pendere recuſarent, iure inquientes illi non eſſe parendum, qui defeciſſet à Deo, & ſecum ſubditos in hæreſis præcipitium conaretur impellere; vtpote qui non hæreticus tantùm eſſet, ſed hæreſiarcha, eiuſdem hæreſis auctor & propagator pariter & propugnator exiſteret. Porrò Occidentalium tumultum iſtũ ipſe Imperator adſcripſit Gregorio Romano Põtifici, è cuius ore pendere Occidentales omnes exiſtimaret. Quod enim accepiſſet, ipſum Gregoriũ, edictum illud vt hæreticum abieciſſe, ſubieciſſeq; anathemati omnes, qui ipſi quomodolibet aſſentirentur: in ipſum furorem conuertit, quem & decreuit, illatâ nece, auferre de medio, vt quæ paulò pòſt ſumus dicturi, manifeſtiùs declarabunt.

POPVLI ITALIÆ REBELLANT ADVERSVS IMP. HÆRETICVM.

XXVI. Vulgatum eſt intereà in Oriẽte, quod iactaret coram omnibus publicè Imperator, ipſum Gregorium Pontificem magno ſtudio Italiæ populum ad defectionẽ ab Imperio ſolicitaſſe, pendereq; eos tributa Imperatori vetuiſſe: quod ſicut ab illis fuit creditum, ita & ſcriptum, nam audi Theophanem: *Cùm* (inquit) *didiciſſet Gregorius Papa Romanus de imaginibus ſacris Leonis errorem: tributa Romana Vrbis prohibuit, & Italiæ, ſcribens ad Leonem epiſtolam dogmaticam, non oportere Imperatorem de Fide facere verbum,* edictum ſcilicet promulgare, *& nouitate violare antiqua dogmata Eccleſiæ Catholicæ, quæ à ſanctis Patribus ſunt prædicata.* hęc Theophanes. eadem & Zonaras, quæ nuper recitata audiuimus, eadem & reliqui Græcorum hiſtorici, ſed rerum Latinorum ignari, vt quæ ſumus dicturi manifeſtè docebunt. In odiũ enim atque inuidiam Romanæ Eccleſiæ, iacturam factam Occidentalis Imperij in Romanum Pontificem Græci ſchiſmatici retorquere ſoliti ſunt, ad commouendos tum Imperatorum, tum aliorum animos in Romanam Eccleſiam. Ceterùm tantum abeſt, vt Gregorius Papa ad rebellionem cõtra Imperatorem Italiæ populum, defectionemque his tẽporibus ſolicitarit, vt potiùs magnopere laborarit, vt eum ſub Imperatore in officio cõtineret, aduerſus Longobardos Imperium inuadentes arma mouẽs, ſunt de his teſtes quàm fideliſſimi, temporis huius ſcriptores Latini, inter quos eminet Paulus Diaconus, & poſt eum Anaſtaſius, qui tradunt Gregorium cohibuiſſe populum, continuiſſeq; ne recederent ab Imperatore. ait enim ille: *Omnis quoque Rauennæ exercitus, vel Venetiarum talibus iuſſis vno animo reſtiterũt, & niſi eos prohibuiſſet Põtifex, Imperatorẽ ſuper ſe cõſtituere fuiſſent aggreſſi.* hæc Paulus.

GREGORIVS PAPA PRO IMPERIO LABORAT NON CONTRA IPSVM.

Tũc quidem Longobardorum Rex Luithprandus ſacrilegum Imperatorem deteſtatus, quòd Saluatoris venerandam imaginem deturbaſſet, indignũq; ratus vt Catholicis imperaret, qui bellum eo modo in Chriſtum indixiſſet ad eius inuadẽdas regiones, quæ eſſent in Italia, mox validum exercitum comparauit, & Rauennam inuaſit, eâque potitus eſt, claſſe deſtructâ, id quidẽ cum [a] Anaſtaſio Paulus quoque [b] Diaconus tradit; in primis vero ipſemet Gregorius Romanus Pontifex docet idipſum in epiſtola ad Leonem Imperatorem poſt hæc ſcripta, de qua proximè dicturi ſumus. Sanctiſſimus enim Pontifex cupiens beneficijs potiùs Imperatoris animũ delinire, reuocareq; ab errore, quàm auſteritate cenſurę Eccleſiaſticę exaſperare, ſecundùm illud Apoſtoli: [c] *Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros:* omne remedium anteà experiri tentauit, quàm ab Orientali ſcindere Imperium Occidentale, ſemper cùm vellet in promptu habere ſciens [d] omnem inobedientiam vlciſcendi. Sic igitur primùm mouit omnem lapidem, quo Longobardorum Regem à locis Imperatoris occupatis arceret; hiſq; tunc ſcriptis litteris, quã citiſſimè aduerſum eum Ducem Venetiarum commouit.

RAVENNA CAPTA A REGE LONGOBARDORVM

[a] Anaſtaſ. in Greg. 2.
[b] Paul. Diac. li. 6. c. 54. & in noua edit. cap. 48.
[c] Epheſ. 6.
[d] 2. Cor. 10.

Gregorius [e] *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Vrſo Duci Venetiarum.*

[e] Ex ſcript. Cod. verum Venet. Andr. Dand.

XXVII. *Quia peccato faciente, Rauennatum ciuitas, quæ caput extat omnium, à nec dicẽda gente Longobardorum capta eſt, & filius noſter eximius dominus Exarchus apud Venetias (vt cognouimus) moratur: debeat nobilitas tua ei adhærere, & cum eo noſtrâ vice pariter decertare, vt ad priſtinum ſtatum ſancta Republica in Imperiali ſeruitio dominorum, filiorum noſtrorum Leonis & Conſtantini magnorum Imperatorum ipſa reuocetur Rauennatum ciuitas, vt zelo & amore ſanctæ Fidei noſtræ in ſtatu Reipublicæ & imperiali ſeruitio firmi perſiſtere, Domino cooperante, valeamus. Deus te incolumen cuſtodiat, dilectiſſime fili.* ita Gregorius pro conſeruando Exarchatu Rauennæ Imperatori valdè ſolicitus. Porrò eiuſmodi Pontificis Romani conatũ haud fruſtra ceſſiſſe, ſed per Venetos expulſum fuiſſe Regem Longobardorum, receptamq; Rauennam, omnes affirmant.

GREG. PAPÆ EPISTOLA AD VRSVM DVCEM VENETORVM.

XXVIII. Vidiſti, Lector, arbitrio Romani Pontificis Venetos arma paraſſe, victoreſq; magnâ gloriâ extitiſſe. Erant olim belli [f] tubæ in manibus Sacerdotum, quibus ſignificaretur, non abſq; conſilio ipſorum arma mouenda; hocq; eſſe quod [g] Ieremias admonet, bellum eſſe ſanctificandum, legitimè ſcilicèt decernendum, auſpicandum, & proſequendũ, ſed ingratus Imperator vt impius mala pro bonis rependit ſancto Põtifici. Quòd etiam ipſum in errore perſeuerantem Gregorius fortiſſimis litteris corripuiſſet; magno ipſe furore commotus litteras ad eum reddidit, comminationes fulminans; ſe te nãque dicebat, vt ſicut olim Martinus Papa per Cõſtantium Auguſtum abductus ab Vrbe relegatus fuerat Cherſonam: ita ipſum quoque vinctum ab

[f] Num. 10.
[g] Ierem. 6.

eadem

eadem Vrbe abſtrahendum & relegandum. Adiecit inſanus, ſe quoque miſſurum Romam, qui imaginem æneam proſtantem conſpicuè ſanctiſſimi Apoſtoli Petri confringeret. Quibus acceptis Gregorius litteris, tantum abfuit, vt hiſce Leonis rugitibus terreretur, vt poſt alias dulcedine plenas ad ipſum datas epiſtolas, aliam ſcriberet reprehenſionibus aculeatam, ſummo Pontifice dignam, qui ſacerdotali conſtantiâ, inuicto robore, & intrepido animo furenti Imperatori reſiſteret, atque ſtylo ferreo lancinaret. Quo quidem nomine etiam apud Orientales omnes ipſe Gregorius ſummam ſibi ex virtute laudem & gloriam comparauit; laudantes omnes ipſius ſcripta aduerſus impietatem emergentem edita, quibus hæreſim Iconoclaſtarum proſciderit atque opportunè afflictæ admodum ab impio tyranno Eccleſiæ Orientali ſubuenerit. ſed quæ hæc ſcripta, niſi epiſtolæ? præter epiſtolas enim aliquid ſcripſiſſe nullus meminit; ſed erant epiſtolæ illæ dogmaticæ, graues, quas ipſi Orientales in Græcum è Latino tranſlatas cuſtodierunt, de quibus Theophanes: *Gregorius autem eumdem Leonem per epiſtolas, quæ multis ſunt notæ, manifeſtè redarguit*. ſed periêre iſtæ penitùs apud Latinos; apud Græcos verò Græcè ſcriptæ adhuc extant illæ litteræ, quas hoc anno ad Leonem Imperatorem reddidit, cùm ille ad ipſum ſpirans minarum & cædis anteà, hoc eodem anno ſcripſiſſet, nonâ videlicet Indictione, licèt antehac, annis ſingulis, ſingulas idem Leo Imperator. ad Gregorium Papã miſiſſet litteras, vt numerat idẽ Gregorius in ipſa priori hoc anno ad eum reddita epiſtola, in qua inter alia plura commemorat, quæ pro ipſo Imperatore apud Chriſtianos Principes in Occidente regnantes feciſſet, ſecundùm ea quæ nuper hoc anno à nobis ſunt dicta.

B Accepimus ipſas Græcè ſcriptas epiſtolas duas ex bibliotheca Cardinalis Lotharingiæ, inde depromptas atque in lucem editas à viro inſignis doctrinæ ac pietatis Ducæo Frontone Societatis Ieſu profeſſore, qui & eaſdem in Græcum tranſlatas reſtituit Latinitati. Nos autem ſicut ipſe miſit, pro magno munere accepimus, eaſque tum Græcè tum Latinè ſcriptas, hactenùs numquam excuſas, hic edendas curauimus in gratiam Lectoris antiquitatis ſicut & veritatis ſtudioſi, ſic autem ſe habet ipſarum prior.

(∴)

C

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΓΙΟΤ ΤΟΤ ΔΙΑΛΟΓΟΤ ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ

D

Περὶ τῶν ἁγίων Εἰκόνων πρὸς Λέοντα βασιλέα, τὸν Ἴσαυρον.

Τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας θεοφρουρήτου βασιλείας, καὶ ἀδελφότητος, ἐδεξάμεθα διὰ Αὐγουστελίου τοῦ Σπαθαροκανδιδάτου, βασιλεύοντός σου εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐπινέμησιν, αὐτῆς τε τῆς ιδʹ. καὶ ιεʹ. καὶ αʹ. καὶ βʹ. καὶ γʹ. καὶ δʹ. καὶ εʹ. καὶ ϛʹ. καὶ ζʹ. καὶ ηʹ. καὶ θʹ. τῶν ἐπινεμήσεων δεξάμενοι τὰς ἐπιστολάς σου, ἀσφαλῶς διακατέχομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποκειμένας εἰς τὸ πρόπυλον τῆς κοιμήσεως τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου, καὶ E κορυφαίου τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου· ὅπου καὶ τῶν πρὸ σοῦ βασιλευσάντων εὐσεβῶς φιλοχρίστων. καὶ εἰς τὰς δέκα συλλαβὰς καλῶς, καὶ εὐσεβῶς, καὶ ὡς πρέπει βασιλεῖ Χριστιανῶν, οὕτως ὡμολόγησας τηρεῖν, καὶ φυλάττειν ἀνελλιπῶς πάσας τὰς παραινέσεις τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, καὶ διδασκάλων· καὶ πῶς πρῶτον, καὶ ἐξαίρετον, ὅτι τὰ σοῦ γράμματα, καὶ οὐκ ἀλλότρια, ταῖς βασιλικαῖς σφραγῖσιν ἐσφραγισμένα ἀσφαλῶς, καὶ ἔσωθεν ἀσφαλῶς ὑπογραφαὶ διὰ κινναβάρεως ἰδιόχειροί σου, ὡς ἔθιμον τοῖς βασιλεῦσιν ὑπογράφειν· καὶ ὡμολόγησας πάνυ καλῶς, καὶ εὐσεβῶς περὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν, καὶ ὀρθοδόξου πίστεως· ἀλλὰ καὶ ἔγραψας· ὅτι ὁ λύων,

Sancti Patris noſtri

GREGORII DIALOGI PAPÆ ROMANI

De ſacris Imaginibus ad Leonem Iſaurum Imperatorem.

LITTERAS veſtræ à Deo cuſtoditæ maieſtatis ac fraternitatis per Auguſtalem Spatharocandidatum miſſas accepimus, imperante te Indictione quartadecimâ, ipſius etiam 14. & 15. & 1. & 2 & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. Indictionum acceptas epiſtolas tuas, in ſancta Eccleſia repoſitas in limine Confeſſionis ſancti & glorioſi ac Principis Apoſtolorum Petri diligenter ſeruamus, vbi & Chriſti amantium prędeceſſorum tuorum qui piè imperarunt, ſunt litteræ. Et in decem ſyllabis rectè ac piè, vtque Imperatorem Chriſtianorum decet, obſeruaturum te ac cuſtoditurum in perpetuum omnes ſanctorum Patrum noſtrorum & doctorum admonitiones promiſiſti. In primis autem ac præcipuè quod litteræ tuæ, & non alienæ, ſigillis Imperatorijs obſignatæ diligenter eſſent, & accuratè intus ſubſcriptiones per cinnabarin propriâ manu tuâ, vt mos eſt Imperatoribus ſubſcribere, rectèque admodum ac religioſe confeſſionem inculpatæ & orthodoxæ Fidei noſtræ edidiſti, ſed & ſcripſiſti, eum qui *ſolnit

*reſcindit & deſtruit

ac diſſoluit terminos patrũ, execrandum eſſe. Cumq; iſthæc accepiſſemus, gratiarum actionis hymnos Deo obtulimus, quod à Deo tibi planè donatum eſſet imperiũ. Et cũ rectè curreres, quis aurib. tuis inſonuit, & cor per-
ᵃPſ. 77. 57. uertit velut arcum prauum, & in ea ᵃ quæ à tergo ſunt reſpexiſti? Decem annos Dei benignitate rectè ambulaſti, neque ſacrarum imaginum mentionẽ feciſti: nunc autem eas dicis idolorum locum implere, atque illos qui eas venerantur, idolatras eſſe; teque ad eas euertendas penitusq; delendas conuertiſti: neque iudicium Dei reformidaſti, cùm ſcandala in hominum corda non fidelium modò, ſed & infidelium ingruerent. Atqui denuntiat tibi
ᵇLuc. 17. 2. Chriſtus, ᵇ vt ne vnum de puſillis ſcandalizes, & ob exiguum ſcandalum in ignẽ æternũ immiſſum iri: at tu mundum totum ſcandalizaſti, vt qui mortẽ nolis ſubire atque infelicem rationem reddere? Scripſiſti autem non eſſe manufacta veneranda: nec vllam effigiem ad
ᶜExod. 20. ſimilitudinem effictam, ſicut dixit Deus, ᶜ neque in cœlo neq; in terra, &c. demonſtra mihi quis tradiderit veneranda & adoranda eſſe manufacta, tum ego Dei eſſe mandatũ fatebor. Quare verò tamquam Imperator & caput Chriſtianorum ſapientes nõ percontatus es, qui experientiâ pollent, & ab ipſis edoceri potuiſſes propter quæ manufacta Deus hæc dixerit, priuſquàm confunderes & cómiſceres humiles populos atq; conturbares? Verùmtamen tu ſanctos patres noſtros ac doctores reiecisti ac repudiaſti, & foras amádaſti, quibus manu propriâ ſcriptisq; tuis te pariturũ, eosq; ſequuturũ promiſiſti. Scriptura noſtra lux & ſalus noſtra ſancti ac Deo pleni patres & doctores noſtri ſunt; & hoc ſex in Chriſto Synodi nobis tradiderunt & tu eorũ teſtimonia non accipis. Neceſſe habemus craſſa tibi & indocta ſcribere, vt indoctus es & craſſus, ſed te verã tamen virtutẽ ac veritatẽ Dei in ſe continent. Per Deum te obteſtamur, vt arrogantiá deponas & ſuperbiã, quâ circumfluis, multaq; cum humilitate ſincerè nobis aures accommodes. Flectat animũ tuum Deus ad veritatem ſermonũ ſuorũ efficacitate. Propter Idololatras enim, qui terram promiſſionis occupabant, verba faciebat, qui aurea & argentea ligneaque & omnem creaturam adorabant, & volantes aues omnes, ac dicebant: Iſti ſunt dij noſtri, & alius Deus non eſt. Propter hæc manufacta diaboli noxia & execranda dicebat Deus, ne ea adoraremus. Nam quia ſunt manufacta quædam ad miniſterium & gloriam Dei, cùm peculiarem populum ſuum Hebræorum ſanctificatum introducere vellet, prout antè Deus Abraham, Iſaac, & Iacob promiſerat ſe terram illis promiſſionis daturum, & poſſeſſores ac hæredes
ᵈ Iſraelitas poſſeſſionum idololatrarũ ᵈ illos redditurũ, ac gentes illas conciſurum penitusque deleturum, quia terram & aërem iniquitate ſua, quam perpetrauerant, contaminarant, prædicebat Deus ac præmuniebat populum ſuũ, ne in eorum adorationes prolaberentur. In populo Iſraëlitico viros duos ſelegit Deus, ac benedixit eos & ſanctificauit vt opera
2. manufacta fabricarentur, verum ad gloriam
ᵉExod. 31. & miniſterium Dei in monumentum genera-
ᶠ Ooliab tionũ ipſorum; ᵉ Bezeleel inquã ᶠ & Eliab ex

καὶ καταλύων τὰ ὅρια πατέρων, ἐπικατάρατος. καὶ ταῦτα δεξάμενοι, εὐχαριστηρίους ὕμνους ἀνεπέμπομεν πρὸς τὸν θεὸν, ὅτι πάντως καὶ τὸ βασίλειον ἐκ θεοῦ σοι δεδώρηται. καὶ καλῶς σου τρέχοντος τίς διεκώλυσέ σου τὰ ὦτα, καὶ τὴν καρδίαν διέστρεψεν, ὡς τόξον στρεβλὸν, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέβλεψας; τοὺς δέκα ἐνιαυτοὺς χάριτι θεοῦ καλῶς περιεπάτησας, καὶ εἰς μνείαν τὰς ἁγίας εἰκόνας οὐκ ἤγαγες· νῦν δὲ λέγεις· ὅτι εἰδώλων τόπον ἀναπληροῦσι· καὶ, ὅτι οἱ προσκυνοῦντες αὐτὰς, εἰδωλολάτραι· καὶ ἐπέστρεψας ἀφανίσαι αὐτὰς, καὶ τελείως ἀφανεῖς γενέσθαι· καὶ οὐκ
B ἐφοβήθης τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ, τὰ σκάνδαλα ἐλθεῖν εἰς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπίστων. παραγγέλλει δέ σοι ὁ Χριστὸς, μὴ σκανδαλίζειν ἕνα τῶν μικρῶν, καὶ διὰ τὸ μικροῦ σκανδάλου εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον ἀπέρχεσθαι· καὶ ὅλον τὸν κόσμον ἐσκανδάλισας, ὡς μὴ βουλόμενος θάνατον ὑποστῆναι, καὶ κακὴν ἀπολογίαν δοῦναι; καὶ ἔγραψας, ὅτι οὐ δεῖ προσκυνεῖν χειροποίητα, καὶ πᾶν εἶδος καθ' ὁμοίωμα, καθὼς εἶπεν ὁ θεὸς, μή τι ἐν οὐρανῷ, μή τι ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅτι πληροφόρησόν με, τίς ἡμῖν παρέδωκε σέβεσθαι, καὶ προσκυνεῖν χειροποίητα· κἀγὼ ὁμολογῶ, ὅτι θεοῦ νομοθεσία ἐστί. καὶ διὰ τί, ὡς βασιλεὺς, καὶ κεφαλὴ τῶν Χριστια-
C νῶν, οὐκ ἠρώτησας γνωστικοὺς ἔχοντας πεῖραν, καὶ παρ' αὐτῶν πληροφορηθῆναι εἶχες, δι' ἃ ἔλεγεν ὁ θεὸς χειροποίητα· πρὶν ἢ συμφύραι, καὶ συγχύσαι, καὶ συνταράξαι τοὺς ταπεινοὺς λαούς; ὅμως σὺ ἀπώσω, καὶ ἠρνήσω, καὶ ἐξέβαλες ἔξω τοὺς ἁγίους ἡμῶν πατέρας, καὶ διδασκάλους· οἷς ἰδιοχείρως, καὶ ἐγγράφως ὡμολόγησας πείθεσθαι, καὶ ἀκολουθεῖν. ἡ γραφὴ ἡμῶν, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ σωτηρία ἡμῶν, οἱ ἅγιοι, καὶ θεοφόροι πατέρες, καὶ διδάσκαλοι ἡμῶν τυγχάνουσι, καὶ αἱ ἐν Χριστῷ ἓξ σύνοδοι παρέδωκαν ἡμῖν, καὶ οὐ παραδέχῃ αὐτῶν τὰς μαρτυρίας. ἀνάγκην ἔχομεν, γράψαι σοι παχέα, καὶ ἀπαίδευτα, ὥσπερ εἶ ἀπαίδευτος, καὶ παχύς· ἀλλ' ὄντως δύναμιν, καὶ ἀλήθειαν θεοῦ ἔχουσι. παρακαλοῦμέν σε διὰ τὸν θεὸν ἀπορρίψασθαι τὴν ὑψη-
D λοφροσύνην, καὶ ὑπερηφανίαν τὴν περικειμένην σοι, καὶ μετὰ πολλῆς ταπεινώσεως χαρίσασθαι ἡμῖν γνησίως τὴν ἀκρόασίν σου· καὶ πείσει σε ὁ θεὸς εἰς τὴν ἀλήθειαν, δι' ὧν ἐλάλησε. διὰ γὰρ τοὺς εἰδωλολάτρας διελέγετο τοὺς ἐγκαθεζομένους εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· οἵτινες προσεκύνουν ζῶα χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ξύλινα, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν προσεκύνουν, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ ὄρνεα· καὶ ἔλεγον· οὗτοί εἰσιν οἱ θεοὶ ἡμῶν, καὶ ἄλλος θεὸς οὐκ ἔστι. διὰ ταῦτα τὰ χειροποίητα τοῦ διαβόλου, τὰ ἐπιβλαβῆ, καὶ ἐπικατάρατα, ἔλεγεν ὁ θεὸς, μὴ προσκυνεῖσθαι· ἐπειδὴ γὰρ εἰσὶ χειροποίητα εἰς ὑπηρεσίαν, καὶ εἰς δόξαν θεοῦ, ὡς βουλόμενος, τὸν οἰκειακὸν αὐτοῦ λαὸν τὸν ἡγιασμένον τῶν Ἑβραίων εἰσαγαγεῖν, καθὼς προεπηγγείλατο ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, δοῦναι
E αὐτοῖς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ποιῆσαι τοὺς Ἰσραηλίτας κτήτορας, καὶ κληρονόμους τῶν κτημάτων τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ συντρίψαι, καὶ τελείως ἐξαλεῖψαι τὰ γένεα ἐκεῖνα, ὅτι ἐμίαναν τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα ἐκ τῆς παρανομίας, ἣν ἔπραξαν, προέλεγεν ὁ θεὸς, καὶ προησφαλίζετο τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐμπέσωσιν εἰς τὰ προσκυνήματα αὐτῶν. εἰς τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν δύο ἄνδρας ἐξελέξατο ὁ θεὸς, καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἡγίασεν, ἵνα ἔργα χειροποίητα ἐργάζωνται, ἀλλ' εἰς δόξαν, καὶ ὑπηρεσίαν θεοῦ, εἰς μνημόσυνον τῶν γενεῶν αὐτῶν, τὸν Βεζελεὴλ λέγω, καὶ τὸν Ἐλιάβ

τῆς πρώτης φυλῆς τοῦ Δάν. λέγει ὁ θεὸς τῷ Μωϋσῇ· λάξευσον πλάκας δύο λιθίνας, καὶ φέρε μοι· καὶ λαξεύσας ἤνεγκε· καὶ ἔγραψεν ὁ θεὸς τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ τοὺς δέκα, καὶ ζωοποιοὺς, καὶ ἀθανάτους λόγους. οὕτω λέγει ὁ θεός· ποίησον Χερουβὶμ, καὶ Σεραφὶμ, καὶ ποίησον τράπεζαν, καὶ περιχρύσωσον ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν· καὶ ποίησον κιβωτὸν ἀπὸ ξύλων ἀσήπτων, καὶ ἔμβαλλε τὰ μαρτύριά σου εἰς τὴν κιβωτὸν, εἰς μνημόσυνον τῶν γενεῶν ὑμῶν· τουτέστι, τὰς πλάκας, τὴν στάμνον, τὴν ῥάβδον, τὸ μάννα. ἆρα εἰσὶ ταῦτα καὶ εἴδη, καὶ ὁμοιώματα χειροποίητα, καὶ οὐχί; ἀλλὰ εἰς δόξαν, καὶ ὑπηρεσίαν θεοῦ. ὁ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ μέγας, φόβῳ συνεχόμενος, θέλων ἰδεῖν εἶδος, καὶ ὁμοίωμα, μή πως πλανηθῇ, παρεκάλει τὸν θεὸν, λέγων· κύριε, δεῖξόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ὡς ἴδω σε· καὶ ὁ θεὸς ἀπεκρίνατο· ἐὰν ἴδῃς με, ἀποθνήσκεις· ἀλλὰ διάβηθι διὰ τῆς ὀπῆς τῆς πέτρας, καὶ ὄψει τὰ ὀπίσθιά μου. ἔδειξεν αὐτῷ ὁ θεὸς ἐν ὁράματι τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενεῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἔδειξεν ἡμῖν ἑαυτὸν φανερὸν, καὶ τὰ ὀπίσθια, καὶ τὰ ἔμπροσθεν, ὁλοτελῶς. ἐπεὶ διεῖδεν ὁ θεὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τέλος ἀπολλύμενον, σπλαγχνισθεὶς εἰς τὸ ἴδιον πλάσμα, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρὸ αἰώνων γεγεννημένον· καὶ κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν εἰσῆλθεν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ἐκλάμψας τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐν τῇ μήτρᾳ αὐτῆς, καὶ τὸ φῶς αὐτὸ ἀντὶ σπέρματος σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, καὶ ἐβάπτισε καὶ ἡμᾶς. ἤρξατο δοῦναι ἡμῖν ἐνέχυρα γνωρισμάτων, ἵνα μὴ πλανώμεθα. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς τὸ ὑπερῷον τῆς ἁγίας, καὶ ἐνδόξου Σιὼν, εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον παρέβαλεν ἡμῖν τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἐπότισεν ἡμᾶς τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα. ἐκεῖ καὶ τοὺς πόδας ἡμῶν ἔνιψε, καὶ συνεπίομεν, καὶ συνεφάγομεν αὐτῷ· καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν αὐτόν· καὶ γνώριμος ἡμῶν ἐγένετο· καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν ἡ ἀλήθεια· καὶ ἡ πλάνη, καὶ ἡ ἀχλὺς ἡ περικειμένη ἡμῖν ἔφυγε, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτοῦ. ἤρξαντο ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου οἱ ἄνθρωποι πετόμενοι, ὡς ἀετοὶ, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παραγίνεσθαι· καθὼς εἶπεν ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. ὁ Χριστὸς δέ ἐστι τὸ πτῶμα, ἀετοὶ ὑψηλοπέται οἱ θεοσεβεῖς, καὶ φιλόχριστοι ἄνθρωποι· ἰδόντες τὸν κύριον, καθὼς εἶδον, ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν· ἰδόντες Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν· ἰδόντες τὸν πρωτομάρτυρα Στέφανον, καθὼς εἶδον, αὐτὸν ἱστορήσαντες ἐζωγράφησαν· καὶ καθ᾽ ἕνος, ἰδόντες τὰ πρόσωπα τῶν μαρτύρων τῶν ἐκχυσάντων τὸ αἷμα ὑπὲρ Χριστοῦ ἐζωγράφησαν. καὶ θεωρήσαντες λοιπὸν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ οἱ ἄνθρωποι, ἀφέντες τὰς προσκυνήσεις τοῦ διαβόλου, ταύτας προσεκύνησαν, οὐ λατρευτικῶς, ἀλλὰ σχετικῶς. ποῖον σοι φαίνεται, βασιλεῦ, δίκαιον, ταύτας τὰς εἰκόνας προσκυνεῖσθαι, ἢ τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου; ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, Αὔγαρος ὁ τότε κρατῶν, καὶ βασιλεύων εἰς τὴν πόλιν Ἐδεσσηνῶν, ἀκούσας τὰς θαυματουργίας τοῦ Χριστοῦ, ἔγραψε τῷ Χριστῷ ἐπιστολὴν, καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέστειλεν ἰδιοχείρως ἀντίγραφον, καὶ τὸ ἅγιον, καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ πρόσωπον. καὶ εἰς ἐκείνην τὴν ἀχειροποίητον πέμψον, καὶ ἴδε· πλήθη λαῶν τῆς ἀνατολῆς ἐκεῖ συναθροιζόν-

ται, ἢ

A prima tribu Dan. Dixit Moyſi [a] Deus: Præcide tabulas duas lapideas, & affer mihi: cumque præcidiſſet aduexit, & digito ſuo decem & viuifica & immortalia verba ſcripſit Deus. Deinde, fac [b] Cherubim & Seraphim, inquit Deus, & [c] fac menſam, ac deaurato intus & foris, & arcam fac de lignis imputribilibus, & impone teſtimonia tua in arca in memoriale generationum veſtrarum: hoc eſt tabulas, vrnã, virgam, manna. Suntne hæc figuræ ac ſimulachra manufacta, an nõ? veruntamẽ ad gloriã & miniſterium Dei. Moyſes ille magnus timore correptus cùm figurã vellet & ſimulachrum intueri, ne fortè erraret, orabat Deũ dicẽs: B Oſtende mihi teipſum manifeſto, vt videa te. Et reſpondit [d] Deus: Si videris me, morieris; ſed aſcende per foramen petræ, & videbis poſteriora mea. Oſtẽdit ei De' in viſione myſteriũ à ſæculis abſcõditum & à generationibus. Verùm noſtrarũ generationum ætate in nouiſſimis temporibus manifeſtum ſeipſum & poſteriora ſimul & anteriora perfectè nobis oſtẽdit. Cũ verò genus hominum in perpetuũ perire vidiſſet Deus figmẽti ſui miſertus, Filium ſuum ante ſæcula genitũ miſit, & de cœlis deſcendens in ventrem virginis Mariæ ingreſſus eſt, cùm in eius vtero verum lumen eluxiſſet, & ſeminis loco lumẽ C factum eſt caro. & in Iordane fluuio baptizatus eſt, & nos quoque baptizauit. Indiciorum nobis pignora dare cœpit ne fallamur; & Hieroſolymam ingreſſus, in cænaculo ſanctæ & glorioſæ Sion in myſtica cæna ſacrum nobis corpus ſuum obtulit, & pretioſo nos ſanguine ſuo potauit. Illic & pedes noſtros lauit, & cum ipſo bibimus & comedimus. & ipſum manus noſtræ contrectauerunt, & familiaris noſter eſt factus. & manifeſtata nobis eſt veritas, & error, & caligo, quâ circumfuſi eramus, aufugit. & è medio ſublata eſt, atque in omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. Cœperunt ab vniuerſo terrarum orbe homines velut aqui- D læ aduolantes Hieroſolymam venire, prout in Euangelijs dixit Dominus: [e] Vbi fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ. Chriſtus autem cadauer, aquilæ in ſublime volantes religioſi ſunt homines & Chriſti amantes. Qui Dominum cùm vidiſſent, prout viderant, ſpectandum ipſum proponentes depinxerunt: cùm Iacobum fratrem Domini vidiſſent, prout viderant ſpectandum ipſum proponentes depinxerunt: cùm Stephanum protomartyrem vidiſſent, prout viderat ſpectandum ipſum proponẽtes depinxerunt; & vt vno verbo dicam, cùm facies marty- E rum, qui ſanguinem pro Chriſto fuderant, vidiſſent, depinxerunt, & his conſpectis deinceps in toto terrarum orbe homines diaboli adorationibus derelictis, has exhibuerunt non latria, ſed habitudine. 3. Num tibi iuſtum videtur Imperator, has imagines venerari, an erroris diabolici? Cùm Hieroſolymis ageret Chriſtus, Augarus, qui tum temporis dominabatur & Rex erat vrbis Edeſſenorum, cùm Chriſti miracula inaudiſſet, epiſtolam ſcripſit ad Chriſtum; qui manu ſuâ reſponſum, & ſacram glorioſamque faciem ſuam ad eum miſit. Itaq; ad illam non manufactam imaginem mitte, ac vide:

[a] Exod. 34.
[b] Exo. 25.
[c] Exo. 25.
[d] Exod. 33.
[e] Matt. 24.

congregantur illic Orientis turbę populorum & orant: & aliæ multæ ſunt tales manufactæ quas Chriſti amantes peregrinantium cœtus conſeruant, qui ad ſpectacula eiuſmodi confluunt, quę quotidie veneraris & circumſpicis. Cur tandem Patrem Domini Ieſu Chriſti non oculis ſubijcimus ac pingimus? quoniã quis ſit nõ nouimus, Deiq; natura ſpectanda proponi non poteſt ac pingi. * Quòd ſi eũ intuiti eſſemus ac nouiſſemus prout Filiũ eius, illũ quoq; ſpectandũ proponere potuiſſemus ac pingere, vt & illius imaginem idolum appellares. Obteſtamur te tanquam fratres in Chriſto, ingredere rurſum ad veritatẽ vnde exiuiſti; exeute ſpiritus elatos, & pertinaciam tolle, atq; ad omnes ſcribe quoquouerſum, eosq; quibus offendiculo fuiſti, erige, quosq; excæcaſti: tametſi prę nimia tua ſtupiditate illud pro nihilo habes. Nouit caritas Chriſti: quando templũ ſancti principis Apoſtolorum Petri ingredimur, & Sancti pictam imaginẽ contemplamur, compunctione percellimur, & inſtar imbris pluente cœlo lacrymæ noſtrę funduntur. Chriſtus viſum cęcis reſtituit: tu eos qui rectè videbãt, excæcaſti, & obſtaculo illis fuiſti. tametſi pro nihilo iſtud habes, & imperitos reddidiſti, rectumq; hominũ curſum interrupiſti, ac precib' ipſos priuaſti, & vigiliarũ loco atq; aſſiduitatis & ſtudij erga Deũ in ſomnum & dormitationem & incuriam humiles populos deuoluiſti * ac præcipites egiſti. Et dicis nos lapides & parietes ac tabellas adorare. Non ita eſt, vt dicis, Imperator, ſed vt memoria noſtra excitetur, & vt ſtolida & imperita craſſaq; mens noſtra erigatur, & in altum proueha tur per eos, quorũ hęc nomina, & quorum appellationes, & quorum hæ ſunt imagines, & non tamquam deos, vt tu inquis; abſit; nõ enim ſpem in illis habemus. Ac ſi quidem imago ſit Domini, dicimus: Domine Ieſu Chriſte Fili Dei ſuccurre & ſalua nos. ſin autẽ ſanctæ Matris eius, dicimus: Sancta Dei genitrix Domini mater intercede apud Filium tuũ verum Deum noſtrum, vt ſaluas faciat animas noſtras. ſin verò martyris: Sancte Stephane, qui pro Chriſto ſanguinẽ tuum fudiſti, qui vt protomartyr loquendi confidentiam habes, intercede pro nobis. Et de quouis martyre, qui paſſus eſt martyriũ, ita dicimus tales per illos preces offerimus: nec ita eſt vti dicis Imperator, quaſi deos martyres appellemus. Auerte cogitationes tuas malas, te obteſtor; & libera animam tuam à ſcandalis & execrationibus, quibus ab vniuerſo mundo inceſſeris, quandoquidem vel à puerulis paruis illuderis. Obito ſcholas eorum qui elementis imbuuntur, & dic: Ego ſum euerſor & perſequutor imaginum. Et confeſtim tabellas ſuas in caput tuum proijcient; quodque à ſapientibus minimè doceri potuiſti, ab inſipiẽtibus edocebere. Sic ad nos ſcripſiſti:[a] Ozias Rex Iudæorũ poſt annos octingentos ſerpentem æneum è templo eiecit; ego verò poſt annos octingentos idola ex Eccleſijs eieci. Verè & Ozias * frater erat tuus. & eâdem erat quâ tu pertinaciâ præditus, illiusque temporis ſacerdotibus vim afferebat, vt tu facis. Illum ſiquidem ſerpentem ſanctificatus Dauid vnà cum arca ſancta in templum inuexit. Quid enim illud erat niſi conſecratum à Deo æramentum, propter eos qui tum ægri erant & à ſerpentibus læſi? vt

* Poſtea viſum venit, vt pingatur in Eccleſia Deus Pater & Spiritus ſanctus, non quod ſub aſpectum cadant, ſed viſi apparuiſſe in diuinis ſcripturis leguntur ſub forma: ſenioris, & ſub imagine columbæ. quod enim deſcribitur idem & pingitur, cum ſit eadem ratio vtriuſque, ſtyli nempe & penicilli.

* & capite truncaſti

4

[a] 4. Reg. 18.

* Exiſtimo locum hunc deprauatum eſſe in textu Græco: nam mendax reperitur, ſi quidem non Ozias ſed Ezechias fuit qui ſerpentem æneum fregit; nec potuerunt dici à Gregorio in Ezechiam, quæ hoc

A ται; καὶ προσεύχονται· καὶ ἄλλαι πολλαὶ χειροποίητοι τοιαῦταί εἰσιν, ἅσπερ διακατέχουσι τὰ φιλόχριστα συστρατεύματα τῶν θεαμάτων, ἅπερ καθ' ἡμέραν προσκυνεῖς, καὶ περιφρονεῖς. διὰ τί τὸν πατέρα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐχ ἱστοροῦμεν, καὶ ζωγραφοῦμεν; ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν, τίς ἐστι, καὶ θεοῦ φύσιν ἀδύνατον ἱστορῆσαι, καὶ ζωγραφῆσαι· καὶ εἰ ἐθεασάμεθα, καὶ ἐγνωρίσαμεν, καθὼς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἂν εἴχομεν ἱστορῆσαι, καὶ ζωγραφῆσαι· καὶ ἵνα κἀκείνου τὸν χαρακτῆρα εἴδωλον ἀποκαλῇς. μαρτυρόμεθά σοι, ὡς ἀδελφοὶ ἐν Χριστῷ, εἴσελθε πάλιν εἰς τὴν ἀλήθειαν, ὅθεν ἐξῆλθες· ἀπόρριψον τὴν ὑψηλοφροσύνην· καὶ τὸ
B πεῖσμά σου κατάργησον· καὶ γράψον πανταχοῦ, καὶ διανάστησον οὓς ἐσκανδάλισας, καὶ ἀπετύφλωσας, κἂν εἰς οὐδὲν αὐτὸ ἔχῃς, διὰ τὴν πολλήν σου ἀναισθησίαν· οἶδεν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, ὅτι εἰσέλθωμεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου κορυφαίου Πέτρου, καὶ θεωρήσωμεν τὴν ζωγραφίαν τοῦ ἁγίου, εἰς κατάνυξιν ἐρχόμεθα, καὶ ὥσπερ ὑετὸς ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος βροχῆς, οὕτω τὰ δάκρυα ἡμῶν καταχέονται. ὁ Χριστὸς τοὺς τυφλοὺς ἀνέβλεψε· σὺ τοὺς καλῶς βλέποντας ἀπετύφλωσας, καὶ ἐνεπόδισας, κἂν εἰς οὐδὲν αὐτὸ ἔχῃς, καὶ ἀπαιδεύτους ἐποίησας, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τῶν ἀνθρώπων ἐνέκοψας, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτοὺς ἀπεστέρη-
C σας, καὶ ἀντὶ ἀγρυπνιῶν, καὶ προσεδρείας, καὶ σπουδῆς τῆς πρὸς θεὸν, εἰς ὕπνους, καὶ νυσταγμοὺς, καὶ ἀμελείας τοὺς ταπεινοὺς λαοὺς κατέρραξας, καὶ ἀπεκεφάλισας, καὶ λέγεις· ὅτι πέτρας, καὶ τοίχους, καὶ σανίδια προσκυνοῦμεν. οὐχ ὡς λέγεις, ἐστὶ, βασιλεῦ, ἀλλ' εἰς ὑπόμνησιν ἡμῶν, καὶ εἰς διέγερσιν, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν τὸν σκαιὸν, καὶ ἀπαίδευτον, καὶ παχὺν ἄνω ἀναφέροντα, δι' ὧν τὰ ὀνόματα, καὶ δι' ὧν ἡ ἐπίκλησις, καὶ δι' ὧν οἱ χαρακτῆρες, καὶ οὐχ ὡς θεοὺς, ὡς λέγεις σύ, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ἔχομεν τὰς ἐλπίδας εἰς αὐτά· καὶ εἰ μὲν ἐστὶν εἰκὼν τοῦ κυρίου, λέγομεν· κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ θεοῦ, βοήθησον, καὶ σῶσον ἡμᾶς· εἰ δὲ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς, λέγομεν· ἁγία θεοτόκε μῆτερ τοῦ κυρίου, πρέσβευσον εἰς
D τὸν υἱόν σου τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν, εἰς τὸ σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν· εἰ δὲ μάρτυρος· ἅγιε Στέφανε, ὁ ἐκχύσας τὸ αἷμά σου ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔχων παῤῥησίαν, ὡς πρωτόμαρτυς, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ ἐπὶ παντὸς μάρτυρος μαρτυρήσαντος οὕτω λέγομεν. τοιαύτας εὐχὰς ἀποπέμπομεν δι' αὐτῶν· καὶ οὐκ ἔστιν, ὡς λέγεις, βασιλεῦ, θεοὺς τοὺς μάρτυρας ὀνομάζοντες. ἀπόστρεψον τὰς ἐννοίας σου τὰς κακάς· μαρτύρομαί σοι· καὶ ῥῦσαι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ τῶν σκανδάλων, καὶ ἀπὸ κατάρων, ὧν λαμβάνεις ἀπὸ ὅλου τοῦ κόσμου. ὅτι καὶ τὰ μικρὰ παιδία καταπαίζουσί σου. γύρωσον εἰς τὰς διατριβὰς τῶν στοιχείων, καὶ εἰπὲ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ καταλύτης, καὶ διώκτης τῶν εἰκόνων. καὶ
E εὐθὺς τὰς πινακίδας αὐτῶν εἰς τὴν κεφαλήν σου ῥίψουσι· καὶ ὅπερ οὐκ ἐπαιδεύθης ὑπὸ τῶν φρονίμων, παιδευθήσῃ ὑπὸ τῶν ἀφρόνων. ἔγραψας, ὅτι Ὀζίας ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων μετὰ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγε τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐκ τοῦ ναοῦ, κἀγὼ μετὰ ὀκτακοσίους ἐνιαυτοὺς ἐξήγαγον τὰ εἴδωλα ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν. ἀληθῶς καὶ Ὀζίας ἀδελφός σου ἦν, καὶ τὸ σὸν πεῖσμα εἶχε, καὶ τοὺς τότε ἱερεῖς ἐτυράννησεν, ὥσπερ σύ· ἐκεῖνον γὰρ τὸν ὄφιν ὁ ἡγιασμένος Δαβὶδ εἰσήγαγεν εἰς τὸν ναὸν μετὰ τῆς ἁγίας κιβωτοῦ. τί γὰρ ἦν ἐκεῖνο, εἰ μὴ χάλκωμα ἡγιασμένον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, διὰ τοὺς τότε ἀῤῥωστοῦντας, καὶ δακνομένους ὑπὸ τῶν ὄφεων; ἵνα

Digitized by Google

XXXI. Hactenùs Gregorij poſterior epiſtola nunc primùm in lucem edita. In qua, ſicut in priori dũ Gregorius meminit de eius profectione ad baptizandos Principes recèns ad fidem conuerſos, putamus intelligendum de Saxonum princip.bus, viris primariis per S. Bonifacium ad fidem cõuerſis; verùm non vt aoimo diſpoſuerat, proficiſci ab Vrbe contigit, Deo aliter diſponẽte, quod de ſe quoq; Paulos excuſat [a], quòd promiſſum nõ impleuerit. Sed antequam reliqua proſequamur, hic Græcorum corrigendus error de his quæ ad Gregorij cognomentum ſpectant, cùm à Græcis antiquis ſcriptoribus paſſim Dialogus nuncupatus inueoiatur, ex quibus etiam id reperimus ad Latinos pariter deriuatum: & aliquando occaſio fuit, vt & nos cum illis in errorem traduceremur. Cæterùm vbi legi Gennadium Scholarium virum doctiſſimum, ſenſi in vno omnium Græcorum errorem, quòd ſcilicèt Græci primum Gregorium cum ſecundo confundant, dum vtrique, quaſi vni Gregorio, Dialogi cognomentum adſcribunt. Nam ipſe Geonadius in expoſitione pro Concilio [b] Florentino hæc habet: *Gregorius Magnus Dialogus impietatem eorum, qui imagines oppugnant, anathemati ſubiecit.* hæc cùm non niſi de Gregorio ſecundo intelligi poſſint: ſatis perſpectum habetur, hoc loco ab ipſo Gregorium ſecũdum cognominatum eſſe Dialogum. Verùm cùm idem auctor eodem libro ſæpè ſuperiùs Gregorium ſeniorem eius nominis primum nominet etiam cognomento Dialogum, cùm & dialogorum eius [c] nonnulla citat: manifeſtum eſt, ipſum ſicut & alios id profitentes, delectum habẽdum penitùs ignoraſſe, quo primum Gregorium à ſecundo diſtingueret: re verâ tamen per Gregorium Dialogum, Gregorium Magnum qui dialogos ſcripſit, ſignificare voluiſſe videtur.

[a] 2. Cor. 1.

[b] Gennad. c. 5. Sect. 16.

[c] Gennad. c. 3. Sect. 5. 6.

XXXII. LEGATI PONTIFICIS IN EXILIVM MISSI.

Cæterum ipſe Gregorius Papa non ſolùm litteras dedit, quas legiſti ad Imperatorem, ſed & legatos miſit, per quos, ſi licuiſſet, eius animum demulceret. Verùm ferus barbarus contra ius Gentium eoſdem legatos detruſos in carcerẽ damnauit exilio, vbi & eos mori coëgit. Teſtantur hæc litteræ Nicolai Romani Pontificis, ad Michaelem Imp. quibus exprobrans Orientalium Imperatorum aduerſus Romanam Eccleſiam perpetrata flagitia, poſt alia ſubdit: *Sub Papa Gregorio factum eſt, qui poſt ſextam Synodum fuit, quando pro zelo Dei, & ſanctarum imaginum reuerentia religioſi viri ac Dei famuli directi, in exilium miſſi ſunt, & bona confeſſione huiuſmodi finierunt vitam.* hæc ipſe.

Iam vero quæ molitus ſit aduerſus ipſum Gregorium Leo Imp. vbi litteras ipſius accepit, in medium adducamus.

XXXIII. PRIMA CONIVRATIO IN GREGORIVM PAPAM.

His tamquam ſtimulis cruentatus Imperator animo illud decreuit, vt omnino ſanctum Pontificem neci traderet; omnemq; ad hoc perpetrãdum adhibens fraudem, dolis omnia miſcens, nec ſemel tantum, ſed iterum atq; iterum pertentauit, prout ex iis quæ Anaſtaſius tradit, poteris intelligere, qui ait: *Poſt aliquod tempus Baſilius Dux, Iordanus Chartularius, & Ioannes ſubdiaconus cognomento Lurion inierunt conſilium, vt Pontificem interficerent, quorum aſſenſum Mauritius Spatharius Imperialis qui Romanum Ducatum tenebat, regiâ miſſus vrbe, Imperatore mandante, hoc probauit, ſed tempus inuenire non potuerunt. Qui Dei iudicio diſſolutus contractus eſt, & ſic Româ receſſit.* hæc breuiter Anaſtaſius. Fuit iſta prima coniuratio per miniſtros regios prouocata, quibuſcum etiam alter Iudas ſubdiaconus conſpirarat. ſecũdam autem cõiurationem hoc modo ſe habuiſſe, idem Anaſtaſius tradit.

XXXIV. SECVNDA CONIVRATIO IN GREGOR. PAPAM.

Poſtmodum Paulus Patricius & Exarchus miſſus in Italiam eſt. Qui denuò, iidem qui ſupra coniurati, *vt ſcelus perficerent, meditabantur, quorum conſilium Romanis patefactum eſt. Qui moti cuncti Iordanem interfecerunt, & Ioannem Lurionem ſubdiaconum; Baſilius verò monachus factus, in loco in quem retruſus vitam finiuit.* hactenus ſecunda cõiuratio, quæ detecta, Romanorum armis fuit extincta. egregium ſanè ſpecimen amoris & obſeruantiæ erga communem omnium patrem, peculiarem verò ſuum ipſorum parentem Romani tunc edidêre, cùm pro ſalute Põtificis aduerſus regios magiſtratus, ipſius Imperatoris auctoritate pollentes inſurrexêre, committentes eo facto ſe, ſua, ſuoſq; diſcrimini. Quòd verò audiſti Baſilium Ducem detruſum in monaſterium illic vitam finiiſſe; ſcias hunc Ducum illorum, qui ab Imperatoribus Romam mitti ſolerent ad curandã Vrbem, & ad eam ſpectantes ciuitates, fuiſſe nouiſſimum, deſiiſſeq; penitùs Duces Vrbis, curamque omnium in omnibus recidiſſe in ſummum Pontificem. Sed poſt duas recenſitas aduerſus Gregorium Papam cõiurationes, audi adhuc tertium machinamentum, quod Anaſtaſius mox ſubdit his verbis:

XXXV. TERTIA CONSPIRATIO IN ROM. PON.

Paulus verò Exarchus Imperatoris iuſſione eumdem Pontificem conabatur interficere, eò quòd cenſum in prouincia ponere præpediebat, & cogitaret ipſe Imperator ſuis opibus Eccleſias denudare, atq; alium Pontificem in eius ordinare locum. Vides detegi mentem ſacrilegi Imperatoris, inhiantis, vt vidimus, ad Eccleſiæ ſacra vaſa diripienda, eo prætextu, quòd eſſent ſacris imaginibus ornata, eademq; (vt feceras Conſtantinopoli) quaſi nefaria inde auferret, & in fiſcalem arcam inferret. Subdit verò Anaſtaſius: *Poſt hunc Spatharius cum iuſſionibus miſſus eſt alter, vt Pontifex à ſua ſede amoueretur. Denuò & Paulus Patricius Exarchus ad perficiendum tale ſcelus, quos ſeducere potuit, ex Rauenna cum ſuo Comite, atque ex caſtris aliquos miſit. Sed motu Romanis, atq; vndiq; Longobardis pro defenſione Põtificis in Salario ponte Spoletini, atq; hinc inde Duces Lõgobardorum, circumdantes Romanorum fines hoc præpediebant.* Vidiſti miraculum: Longobardi qui infeſtare Romanam Vrbem nunquam deſiere, tempore præſertim Gregorij Magni Romani Pontificis (vt viſum eſt ſuperius) iidem omnes modo aduerſus Exarchum pro Pontifice diuino inſurgunt impulſu.

XXXVI. VANI REDDITI CONATVS IMP. IN ROM. PONTIF.

At quid poſt hæc Imperator? toties ne perficeret quod tentabat à Deo repulſus: venenum latens in ſtomacho, quod pararat in perniciem fidelium omnium, tamdẽ palàm foras euomuit, rugitumq; emittens ſuum, quid ageret, quidve tentaret, effecit penitùs manifeſtũ; cùm videlicèt edictum aduerſus ſacras imagines, quod promulgarat in Oriente, miſit in Occidentem. de quo Anaſtaſium audi: *Iuſſionibus itaq; poſtmodum miſſis, decreuerat Imperator, vt in nulla Eccleſia imago cuiuslibet ſancti, aut martyris, aut Angeli, haberetur (maledicta enim omnia aſſerebat) acſi acquieſceret Pontifex gratiam Imperatoris haberet; & ſi hoc fieri præpediret, à ſuo gradu diſcederet.* Quidnam his auditis Gregorius? Vbi pro religione certamen eſſe cognouit, alacriori animo deſcẽdit in prœlium, ipſiq; fortiùs toto conatu reſtitit. omnes vbique excitans Chriſtianos pro legitimi ad mortem vſq; certare: ſcriptiſq; Apoſtolicis litteris, quibus profanum & ſacrilegum damnaret edictum, eas longè lateq; patentes vbiq; vulgauit. quibus veluti claſſico cælitus audito, omnes exci-

tati fideles aduerſus impium Legiſlatorem protinùs inſurrexêre tanto animo, vt fuerint ab ipſo Pontifice cohibendi, ne torrentis inſtar influerent in Orientem ad exturbandum tyrannicum Imperatorem. nam audi Anaſtaſium.

XXXVII. ITALI ASSISTVNT IMPERATORI.

Deſpiciens ergò vir pius profanam Principis iuſſionem; iam contra Imperatorem quaſi contra hoſtem ſe armauit, renuens hæreſim eius; & ſcribens vbique cauere Chriſtianos, quia orta fuiſſet impietatem. Igitur permoti Pentapolenſium & Veneticarum exercitus, iuſſioni Imperatoris reſtiterunt: & numquam ſe eius Pontificis condeſcendere necem dicebant; ſed quòd pro eius magis defenſione viriliter decertarent. Iſta ingenti, præſtantiq; animo Veneti, licèt terrâ mariq; eſſent proximi Imperatori, à quo deleri timere potuiſſent, ſi adhuc viribus haud adeò fortes, pro Pontifice certamen inire aduerſus ipſum aliquo modo præſumerent. Sed vbi pro religione ſcirent eſſe certamen, cuncta ei poſthabenda, meritò cenſuerunt. Sic enim creuit e Reſpublicæ, cum religionem cæteris omnibus prætulêre; cecidêre verò cum in eis religio contempta elanguit.

RELIGIO REIPVB. INCREMENTVM.

Vnanimes igitur omnes Italiæ populi, tam barbari, quàm Aborigines, licèt mutuo ſemper inter ſe bella gerere indefeſſo ſtudio conſueuerint: vno omnes religionis vinculo colligati aduerſus Imperatorem accincti ſunt armis, deteſtati in primis Exarchum, per quem tale impium Imperator in Italia promulgari curaſſet edictum, quem & anathemati ipſe Pontifex ſubieciſſet: nam Anaſtaſius de eo:

Ita vt anathemati Paulum Exarchum, qui illud edictũ direxerat, eiuſque conſentaneos ſubmitteret, ſperãtes eius ordinationem: ubiq; omnes in Italia mori eligerent. Atque ſic de Pontificis, deque ſua immunitate cuncti ſtuduerunt. Cognitâ ergò Imperatoris nequitiâ omnis Italia conſilium iniit, vt ſibi eligerent Imperatorem, & ducerent Conſtantinopolim. Sed compeſcuit tale conſilium Pontifex, ſperans conuerſionem Principis.

XXXIIX. Ita tum quidem Pontifex, quo oſtenderet quàm longè abeſſet, vt tyrannicè rem ageret, ſed potiùs paternè cuncta præſtaret; & nihil magis antiquius eſſe ſibi, quàm vt Occidentale Imperium conſeruaret integrum Imperatori, ipſumq; ad fidem Catholicam reuocatum (vt erat antea) omnium efficeret liberum poſſeſſorem. Verum ſicut huic nihil magis in optatis erat quàm ipſius conſulere ſaluti, ita & Imperatori nihil magis in animo fuit, quàm ipſum Gregorium neci tradere. nã quid iam quarto per ſuos aduerſus eum molitus ſit, per eumdem Anaſtaſium ſic accipe.

EXARCHVS ITERVM CONTRA PONTIFICEM AGIT.

Ipſis interea diebus Exhilaratus Neapolis Dux, deceptus diabolicâ inſtigatione cum ſuo filio Adriano Campaniæ partes tenuit, ſeducens populum, vt obediret Imperatori, & occideret Pontificem. Tunc Romani omnes eum inſequuti comprehenderunt, & cum ſuo filio occiderunt: poſt hæc & Petrum Ducem, dicentes turbati, quòd contra Pontificem quoq; ſcripſiſſet. Igitur diſſenſione factâ in partibus Rauennæ, alij conſentientes prauitati Imperatoris, alij cum Pontifice & eius fidelibus tenentes, inter eos contentione motâ, Paulum Patricium Exarchum occiderunt. Langobardi verò Æmiliæ caſtra, ... , Moncella, Venafrum cum ſuis oppidis, Buxo, pro . . . Pentapolis quoq; cum Auximana ciuitate ſe tradiderunt.* hæc tanta parturiit noua hæreſis damna Imperatori, vt cum ipſo iam penitùs totius Occidentalis Imperij dominio ſpoliaret, cùm ille in hoc vnum omnes ſuos conatus & ſtudia collocaſſet, vt Gregorium de medio auferret: aduerſus quem hæc rurſus iam ſexto loco ponenda ſunt tentata machinamenta, quæ idem Anaſtaſius ita narrat:

* Locus corruptus.

XXXIX. SEXTA CONSPIRATIO IN GREG. PAP.

Poſt aliquod verò tempus Eutychium patricium eunuchum, qui dudum Exarchus fuerat, Neapolim Imperator miſit, vt illud quod Exarchus Paulus, Spatharij quoque, & cæteri malorum conſiliatores facere nequiuerunt, ille perficeret. Sed nec ſic, iubente Deo, latuit miſerabilis dolus, ſed claruit cunctis peſſimum conſilium, quo Chriſti violare conabatur Eccleſias, & perdere cunctos & diripere omnia loca. Cúmq; mitteret hominem proprium Romam cum ſcriptis ſuis, in quibus continebatur, vt Pontifex occideretur cum optimatibus Romanis, agnitâ crudeliſſimâ inſaniâ, protinùs ipſum Patricium miſſum occidere voluerunt, niſi defenſio Pontificis nimia præpediſſet. Verùm eumdem anathematizauerunt Eutychium Exarchum, ſeſeq; magni cũ paruis conſtringentes ſacramento, numquam Pontificem Chriſtianæ fidei zelotem & Eccleſiarum defenſorem permittere necari, aut amoueri, ſed mori eſſent pro ſalute illius omnes parati. At quid tandem ſatellites ſacrilegi Imperatoris? Quod ferro perficere non valerent, auro tentant, vt ex iis intelliges, quæ iſtis ſubiicit Anaſtaſius, vbi ait:

XL. TENTATI MVNERIBVS LONGOBARDI AD-VERSVS PONTIF.

Munera tunc hinc inde Ducibus Longobardorum ſunt miſſa, & Regi pollicens plurima. vt à iuuamine deſiſterent Pontificis, per ſuos Legatos Patricius ille ſuadebat. Qui ex ſcriptis deteſtandam viri doloſitatem deſpicientes: vna ſe, quaſi fratres, catenâ fidei conſtrinxerunt Romani atq; Longobardi deſiderantes cuncti mortem pro defenſione Pontificis ſuſtinere glorioſam, numquam illum paſſuri perferre moleſtiam, pro fide vera & Chriſtianorum certantes ſalute. Sed quibus aduerſus Imperatorem Gregorius Papa ſe potiſſimum defendere armis curarit, idem auctor modo iſta ſubiiciens indicat.

His ita ſe habentibus, elegit magis præſidium pater ille, pauperibus diſtribuere largiſſima manu quæ reperiebat, incumbens orationibus, ieiunijs, litanijs, Deum quotidie deprecabatur; ſpeq; iſta manebat ſemper fultus plus quam ab hominibus. Gratias tamen voluntati populi referens pro mente propoſita, blando omnes ſermone, vt bonis in Deum proficerent actibus, & fide perſiſterent, rogabat; & ne deſiſterent ab amore & fide Romani Imperij admonebat. ſic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat. hucuſq; Anaſtaſius. reliqua autem quæ ſubiicit, ſpectare indicans ad vndecimam Indictionem, poſt ſequentem annum ea contigiſſe aſſerere opus eſt. ſicque ea quæ hactenùs ſunt enarrata, non hoc anno tantùm, ſed & ſequenti eſſe peracta noſcuntur.

XLI. Sic igitur vides ex his quæ dicta ſunt, longè diſſimilia à Græcis Latinos de Gregorij Papæ conatu ac fide ipſius ſcripſiſſe erga Leonem Imperatorem: quem cum fruſtra videret Pontifex ſe laborare, vt ab hæreſi reuocaret ad Catholicam fidem, in deteriora illo iugiter prolabente, tunc contigit quod ait Zonaras, ipſum cum Francis iniſſe fœdus, de quo hæc habes in Appendice [a] ad Gregorium ex auctore ſui temporis res ſcribente: *Eo etenim* (inquit) *tẽporibus à Romana ſede S. Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius claues venerandi ſepulchri cum vinculis S. Petri & muneribus magnis & infinitis, legatione (quod antea nullis auditũ aut viſis temporibus fuit) memorato Principi* Carolo ſcilicet Martello *deſtinauit. Eo pacto patrata, vt ad partes Imperatoris* recederet*, veniret ſcil. ſi opus eſſet in Italiã, *& Romanum Conſulatũ præfato Principi Carolo ſanciret. Ipſe itaq; Princeps mirifico, & magnifico honore ipſam legationẽ recepit, munera pretioſa contulit, atq; cũ magnis præmijs, cum ſuis ſodalibus miſſis Grimonem Abbatem Corbeienſis monaſterij, & Sigebertum reclauſum baſilicæ S. Dionyſij martyris Romam ad limina ſancti Petri & ſancti Pauli deſtinauit.* hæc ibi. Quibus declaratur ſancitum inter eos fœdus, vt ſi opus eſſet, in Italiam Carolus ſe conferret, ſuſciperetque pro Romana

[a] Appen. ad Greg. Turo. c.109.

GREGORIVS CVM CAROLO MARTELLO FOEDVS INIT.

* accederet

Digitized by Google

mana Eccleſia defenſionem aduerſus impugnantem eam Imperatorem, accepturus Conſulatum in Vrbe.

XLII. Profuerunt iſta ſaluti totius Italiæ: ſiquidem cùm ſancita hæc cum Carolo innotuiſſent Orienti, abſtinuit Imperator inſerre in Italiã arma; magni quippe nominis ob ingentes præclaraſque victorias Carolus vbiq; terrarum erat, vtpote quòd Sarracenos in Aquitaniam irrumpentes ſuperaſſet, atq; eorum extincto Rege, ingenti ſtrage eoſdem affeciſſet, vt ſuperiori anno dictum eſſe meminimus. Scitum ſanè, prudenſq; Gregorij Papæ conſilium, Francorum expetere aduerſus perſecutorem Eccleſiæ vires: haud enim ſatis fiduciæ eſſe ſciret in Longobardis ſæpe repertis in Romanam Eccleſiam infidelib. ſed nec ſatis virium erat in Venetis, vt tantæ molis Orientalis Imperij ſe armis obijcerent. In Francis verò erga Romanã Eccleſiam firma fides, atq; conſtantia ſæpè cognita, vt Carolum ita ſibi conciliaret, Pontifici ſuaſerũt. Nec irritum fuit votum, & ſpes inanis: ſiquidem vbi tantùm innotuit, Carolum ſtudioſum eſſe Romani Pontificis, mox fuit ab eius perſecutione ceſſatum. Sed quid interea in Vrbe viſum?

XLIII. Dum nefarius Orientalis Romani Imperij moderator ſe Catholicæ Eccleſiæ aduerſarium publicis profitetur edictis, & Romanam ſibi Eccleſiam ſubijcere ſtudio indefeſſo laborat: Deus ex Orbis finibus, ex Britannia, inquam, Regem in Vrbem mittit, qui non ſolum Catholicæ fidei profeſſione, ſed mundi contemptu, verum ſe fidei Chriſtianæ exhibuit confeſſorem. in hunc annum quidem accidit, quod Beda narrat his [a] verbis: *Abeunte autem Romam Ceaduallà, ſucceſſit in regnum Hius de ſtirpe regia, qui cùm triginta & ſeptem annis Imperium tenuiſſet gentis illius, & ipſe relicto regno, ac iunioribus commendato, ad limina beatorum Apoſtolorum, Gregorio Pontificatũ tenente, profectus eſt, cupiens in vicinia locorum ſanctorũ ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius à ſanctis recipi mereretur in cælis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles ignobileſq́; laici & clerici, viri ac fœminæ certatim facere conſueuerunt.* hæc Beda.

[a] Bed. lib. 5. c. 7. in fin.

PEREGRINATIO FREQVENS AD LIMINA APOSTOLORVM.

Sed & ad hæc eadem tempora Gregorij Papæ pariter referenda putamus, quæ de Bauariæ Duce habet Paulus Diaconus verbis iſtis: [b] *His (inquit) diebus, Theudo Boioariorum gentis dux, orationis gratiâ Romam ad beatorum Apoſtolorũ veſtigia venit.* hæc ipſe, qui & paulò ſuperiùs ait, huius filiã nomine Guntrudam acceptam in vxorem à Luithprando Rege Longobardorum. Vide miraculum: cùm Imperator ſuos ſatellites Romam ſæpè mittit, qui Pontificem neci tradant: mittit Deus Reges & Duces, qui Romam pietatis ergò venientes poſt Apoſtolos Domnum Apoſtolicum venerentur.

[b] Paul. Diacon. lib. 6. c. 13 vet. edi. & non. 44.

XLIV. Eodem anno contigiſſe ad Deum tranſitum Tobiæ Epiſcopi Rhofenſis, viri doctrinâ inſignis, idem qui ſuprà auctor eſt Beda, dum ait: [c] *Anno poſt quem*, vigeſimum quintum ſcilicet, *proximo Tobias Rhofenſis Eccleſiæ Præſul defunctus eſt. Erat enim diſcipulus beatæ memoriæ magiſtrorum Theodori Archiepiſcopi, & Abbatis Hadriani, vnde* (vt dictum eſt) *cum eruditione litterarum vel Eccleſiaſticarum vel generalium, ita Græcam quoque cum Latina didicit linguam: vt tam notas & familiares ſibi eas quam natiuitatis ſuæ loquelam haberet. ſepultus verò eſt in porticu ſancti Pauli Apoſtoli, quam intra Eccleſiam ſancti Andreæ ſibi ipſi locum fecerat ſepulchri.* hæc Beda, cuius ſententiâ liquet Anglos non fidem Catholicam tantùm, ſed & bonas litteras à Romana eſſe Eccleſia conſequutos. Scribebat his diebus ipſe Beda hiſtoriam Eccleſiaſticam Anglicanam, quam abſoluit anno Redemptoris ſeptingenteſimo trigeſimo primo. Porrò hoc tempore cùm ſederet Gregorius Pontifex, ad explendos vndique numeros diligentis hiſtorici, miſſus eſt Romam Nothelmus presbyter, qui peteret à Gregorio Papa epiſtolas illas ex Archiuo Eccleſiæ Romanæ, quæ ad res Anglicanas ſpectare noſcerentur: quas acceptas in Angliam ad Bedam detulit. teſtatur id ipſe in epiſtola nuncupatoria ad Regem Anglorum Ceolulphum, vbi ait: *Nothelmus poſtea Romam veniens, nonnullas ibi beati Gregorij Papæ, & aliorum Pontificum epiſtolas, perſcrutato eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcrinio, permiſſu eius qui nunc ipſi Eccleſiæ præeſt Gregorij Pontificis inuenit, reuerſuſq́; nobis noſtræ hiſtoriæ inſerendas cum conſilio præfati Albini reuerendiſſimi patris attulit.* hæc ipſe.

[c] Bed. lib. 5. cap. 24.

OBITVS TOBIÆ EPISC. RHOFENSIS.

EPISTOLÆ PONTIFICVM QVÆSITÆ A BEDA.

Ad huius verò anni finem, iam cœptâ decimâ Indictione, ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus Romam mittit Denualem presbyterum, cui litteras dedit, quibus de nonnullis ſibi dubijs ipſum Gregorium Romanum Pontificem conſulendum putauit. His acceptis ſanctus Pontifex ad eum reſcribens, ad cuncta reſpondit. Extant ipſæ Gregorij litteræ, ſed malè poſitæ ſub Gregorio tertio, ſiquidem ex indictione in ea poſita, hoc anno eſſe ſcriptæ reperiuntur, decimo Kalendas Decembris, decimâ Indictione, vt in fine ipſarum habetur. quæ ſic ſe habent [d]: XLV.

S. [illegible] SEDEM.

[d] In ep. Greg. [illegible] epiſt. 4.

Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.

Deſiderabile mihi à te miſſus Denual religioſus presbyter, attulit nuncium, cum te ſoſpitem narrauit, & in miniſterio pro quo miſſus es, fauente Deo, proficere nunciauit. Detulit etiam à te miſſas litteras, vbi indicaſti, quòd ager Dominicus, qui incultus iacebat, & ſpinarum aculeis ex infidelitate rignerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, ſemen verbi ſuſcepit, & fertilem meſſem protulit fidelitatis. In ijſdem litteris quædam ſubnexuiſti capitula, ſciſcitando qualiter teneat, vel doceat ſancta Apoſtolica Romana Eccleſia. Bene noſcis fratri quia beatus Apoſtolus Petrus, & Epiſcopatus principium extitit, & conſulentis tibi de ſtatu Eccleſiæ, non ex nobis quaſi ex nobis, ſed eius gratiâ [e] *qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas, qualiter tenere debeas Apoſtolici vigoris doctrinam, dicimus. Igitur in primis leg batur, in quota progenie propinquorum matrimonium copuletur. Dicimus quòd oporteat quidem, quamdiu ſe agnoſcunt affinitate propinqui, ad huius copulæ non accedere ſocietatem. Sed quia temperantia magis, & præſertim inter barbaram gentem plus placet, quàm diſtrictio cenſuræ: concedendum eſt, vt poſt quartam generationem iungantur.*

[e] S. p. 10.

Nam quod poſuiſti, quòd ſi mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis? Bonum eſſet, ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum eſt, ille qui ſe non poterit continere nubat magis. non tamen ſubſidij opem ſubtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, & non deteſtabilis culpa excludit. hæc Gregorij ſi accipias, vt dicat de impedimento perenni, quod neſciebatur vbi contraxit. Sed pergit.

Presbyter verò, vel quilibet ſacerdos à populo accuſatus, ſi certi non fuerint teſtes, qui criminis illati approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentia ſua puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia, ſicq́; maneat in proprio gradu. XLVI.

Nam de homine qui à Pontifice confirmatus fuerit, denuò illi talis reiteratio prohibenda eſt.

In Miſſarum ſolemnijs obſeruandum eſt, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctis ſuis tribuit diſcipulis:

[a] Marc. 26. Luc. 22. — A *Accepit namque calicem, dicens: [a] Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine: hoc facite quotieſcunque ſumitis. Vnde congruum non eſt, duos vel tres calices in altario ponere cum Miſſarum ſolemnia celebrantur.*

De immolatitiis autem eſcis conſuluiſti, ſi à fidelibus ſuperductum fuerit viuifica crucis ſignum, edi liceret an non: illud ſufficit reſpondere, quod beatus Apoſtolus dicit: [b] 1. Cor. 8. Rom. 14. *[b] Si quis dixerit, quia hoc immolatitium eſt, nolite edere propter eum qui indicauit, & propter conſcientiam.*

Addidiſti adhuc, quòd ſi pater vel mater filium vel filiam intra ſepta monaſterii in infantia annis ſub regulari tradiderint diſciplina: vtrùm liceat eis poſtquam pubertatis impleuerit annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omninò deuitamus, quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.

XLVII. *Enimuerò quoſdam abſque interrogatione Symboli ab adulteris & indignis presbyteris faſſus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem Eccleſiæ: Quia quiſquis in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minimè licet. Non enim in nomine baptizantis, ſed in nomine Trinitatis huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apoſtolus ait:* [c] Epheſ. 4. *[c] Vnum Deus, vna Fides, vnum Baptiſma. Doctrinam verò ſpiritualem talibus ſtudioſius, vt impertias, demandamus.*

De paruulis verò qui à parentibus ſubtracti ſunt, & an baptizati ſunt, an non, ignorant: hos vt baptizare debeas, ſecundùm Patrum traditionem (ſi non fuerit qui teſtificetur) ratio poſcit.

Leproſis autem, ſi fideles Chriſtiani fuerint, Dominici corporis & ſanguinis participatio tribuatur. Cum ſanis autem conuiuia celebrare negentur.

Adiecisti etiam, quòd ſi peſtifer morbus aut mortalitas in Eccleſia vel monaſteriis irrepſerit: quos nondum tetigit, à loco fugiant euitantes periculum. Valde fatuum hoc videtur: non enim valet quiſquam Dei effugere manus.

XLVIII. *In fine epiſtolæ continebat, quòd ſunt quidam presbyteri, ſeu Epiſcopi multis vitiis irretiti, quorũ vita in ſeipſis ſacerdotium maculat. Et ſi ſibi liceret cum eis edere aut loqui, niſi coerciti fuerint. Dicimus, vt hos ex Apoſtolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam Eccleſiaſticæ diſciplinæ reducas. Et ſi quidem obedierint, ſaluabunt animas ſuas, & ipſe mercedem lucratus es. Verumtamen collocutionem & menſam communem cum eis agere non recuſes. Plerumque contigit quos correctio diſciplinæ tardes facit ad percipiendam veritatis normam, conuiuiorum ſedulitas & admonitio blanda ad viam perducat iuſtitiæ. Id ipſum autem & in illis proceribus qui tibi adiutorium præſtant, obſeruare debebis.*

Hæc frater cariſſime ex Apoſtolicæ ſedis vigore ſcripſiſſe ſufficiant. De reliquo implorantes miſericordiam Dei, vt qui te illis in regionibus * *vice noſtrâ, ex Apoſtolica auctoritate peragere fecit, & opacam ſiluam lumine veritatis per os tuum micare prædeſtinauit, optulationis ſuæ miſericordiſſimum tribuat incrementum. quatenùs de fructu operis & ipſe valeas præmia percipere, & veniam peccatorum inuenire: Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data decimo Kalendas Decembris imperante domino piiſſimo Auguſto Leone à Deo coronato magno Imperatore, anno* * *decimo Imperii eius. Sed & Conſtantino magno Imperatore regni eius anno ſeptimo Indictione decimâ.* hactenus Gregorius ad Bonifacium. — * vices noſtras — * vndecimo — E

Cui magis laborandum fuit in correctione prauorum morum virorum Eccleſiaſticorum, quàm in conuerſione Gentilium, vt eius litteræ eodem argumento datæ ad Danielem ſuũ olim in Anglia Epiſcopum docent, quę numquam hactenùs cuſæ hic redduntur, ſic enim ſe habent [d].

[d] Eod. quo ſupraſcrip. Cod epiſt. 11.

XLIX. — Epiſt. Bonifacii ad Danielem.

A *Domino dilectiſſimo Danieli Epiſcopo Bonifacius ſeruus ſeruorum* DEI *optabilem in* CHRISTO *caritatis ſalutem.*

Conſuetudo apud homines eſſe dignoſcitur, cum alicui triſte & oneroſum quid acciderit, anxiæ mentis ſolatium, vel conſilium ab illis quærere, de quorum maximè amicitia, vel ſapientia, & fœdere confidit. Eodem modo & ego de paternitatis veſtræ probabili ſapientia, & amicitia confidens, vobis feſſæ mentis anguſtias expono, & veſtræ pietatis conſilium & ſolatium quæro. Sunt enim nobis, iuxta dictum Apoſtoli [e]*, non ſolum foris pugnæ, ſed intus timor maximè ſemper per falſos ſacerdotes, & hypocritas, qui & Deo aduerſantur, & ſibi perduntur, & populum per plurima ſcandala, & varios errores ſeducunt, dicentes* B *populis iuxta dictum Prophetæ:* [f] *Pax, pax, & non eſt pax. Et ſemen verbi, quod de ſinu Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſumptum, & nobis commendatũ, ſeminare aliquantulum ſtudemus, illi cum lolio ſuperſeminare, & ſuffocare nituntur, vel in herbam peſtiferi generis conuertere. Et quod plantamus non irrigant, offerentes populis, & docentes nouas ſectas, & diuerſi generis errores, quidam abſtinentes à cibis, quos Deus ad percipiendum creauit; quidam melle & lacte propriè paſcentes ſe, panem, & ceteros abiiciunt cibos: quidam autẽ affirmant quòd plurimum nocet populo, homicidas, vel adulteros in ipſis ſceleribus perſeuerantes fieri tamen poſſe ſacerdotes. Populi autem,* iuxta dictum Apoſtoli [g]*, ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed coacernabunt ſibi magiſtros ſecundùm ſua deſideria, &* C *reliqua.*

[e] 2. Cor. 7.

[f] Iere. 8.

[g] 1. Tim. 4.

L. *Nos quidem patrocinatus auxilium in palatio Francorum quærentes, à talium corporali communione abſtinere, & ſegregare nos, iuxta præceptum canonum, non poſſumus, niſi hoc tantùm, quòd ſacra miſſarum ſolemnia in ſacris myſteriis corporis, & ſanguinis Domini cum eis non communicamus; ſed &* * *concilium &* * *conſeſſum illorum deuitamus. Nam talibus & cum paganis, & cum permixta & plebeia multitudine noſtri labores, & pugnæ forasticæ videntur eſſe; intimæ verò quando quis de gremio matris Eccleſiæ presbyter vel diaconus, clericus, vel monachus diſcedit à fide & veritate, cùm demum præſumit cum paganis in contumelias filiorum Eccleſiæ edere, obſtaculum horrendum Euangelio gloriæ Chriſti.*

* conſiliũ * conſenſum.

LI. D *De his namque omnibus, vt ſine detrimento animæ curſum miniſterii noſtri implere poſſimus in primis paternitatis veſtræ apud Deum interceſſionem quærimus, & intimis per Dominum obſecramus precibus, vti pro nobis intercedere dignemini, vt pius Laborantium Dominus conſolator inter tales turbines diuerſarum cauſarum animas noſtras illæſas, & ſanas à peccatis cuſtodire dignetur. De ſupradicta autem dictorum ſacerdotum communione ſalubre conſilium veſtrum audire & exaudire inhianter deſidero. Sine patrocinio Principis Francorum, nec populum Eccleſiæ regere, nec presbyteros, vel clericos, monachos, vel ancillas Dei defendere poſſum, nec ipſos paganorum ritus, & ſacrilegia Idolorum in Germania ſine illius mandato & timore prohibere valeo. Cùm autem ad illum de iſtis cauſis auxilium quærens peruenero, à talium communione abſtinere* E *canonicè nullatenùs corporaliter poſſum, niſi tantùm à conſeſſu illorum. Nam ego de illa communione culpam timeo, quia recolo me ordinationis meæ tempore, iuxta præceptum Gregorii Papæ, iuraſſe in corpore S. Petri, talium communionem me declinaturum, ſi eos ad viam canonicã conuertere nequiuerim. Timeo magis damnum de prædicatione, quam populis impendere debeo, ſi ad Principem Francorum non venero. De iſtis quid paternitas veſtra triſti & dubitanti filio decernere & iudicare, & mandare ad conſilium voluerit, indicare dignemini. Mihi enim maxima ex parte ab illis ſegregatus eſſe videor, etſi ab illorum voluntatis conſilio & conſenſu. & Eccleſiaſtico miniſterio, vbi canonici non ſunt, abſtinuero.*

Præterea

Digitized by Google

LII. *Præterea Paternitatis veſtræ clementiam de vno ſolatio peregrinationis meæ intimis precibus diligenter rogare velim, ſi præſumam, id eſt, vt librum prophetarum, quem veneranda memoria Vuinbertus Abbas & Magiſter quondam meus de hac vita ad Dominũ migrans dereliquit, vbi ſex corpora in vno corpore claris & abſolutis litteris ſcripta reperiuntur, mihi tranſmittatis. Et ſi hoc Deus cordi veſtro facere inſpirauerit, maius ſolatium vitæ meæ ſenectutis, & maius vobis præmium mercedis tranſmittere non poteſtis: quia librum prophetarũ talem in hac terra, qualem deſidero, acquirere non poſſum, & caligantibus oculis minutas litteras ac connexas clarè diſcernere non poſſu, & propterea de illo libro prædicto rogo, quia tam clarè diſcretis, & abſolutis litteris ſcriptus eſt. Interea per Forterenum presbyterum litteras, & parua munuſcula propter indicium puræ caritatis tranſmitto vobis, id eſt, caſulam non holoſericam, ſed caprinâ lanugine mixtam & villoſam ad tergendos pedes dilectionis veſtræ.*

LIII. *Nuper quoque, reuelante presbytero, qui à veſtra præſentia ad Germaniam venit, corporalem cæcitatem vobis contigiſſe cognoui; ſed vt vos id meliùs ſcitis, quis, vel per quem dixit:* [a] *Quem diligit Deus corripit &c.* & Paulus Apoſtolus, [b] *Quando infirmor, tũc potens ſum. Et:* [c] *Virtus in infirmitate perficitur.* Et Pſalmographus: [d] *Multæ tribulationes iuſtorum.* & reliqua. *Habes, pater mi, ſicut Antonius à Didymo fertur dixiſſe, oculos ſcilicèt, quibus videri Deus, & Angeli, & ſuperna Hieruſalẽ glorioſaq; eius dona ſpeculari poſſint. Et propter hoc de ſapientia tua, & patientia tua confidens, credo quia hoc Deus ad profectum virtutum, & ad augmentum meritorum tibi dedit, & vt eò magis ſpiritalibus oculis ea conſpicias, & deſideres, quæ præcepit & diligit Deus; & eò minùs reſpicias, vel concupiſcas, quæ non amat, ſed interdixit Deus. Quid enim, frater, iſto periculoſo tempore corporales oculi? niſi (vt ita dicã) maxima ex parte veraciter feneſtræ peccatorum, per quas aut ad peccata & ad peccantes aſpicimus, aut, quod peius eſt, ad nos ipſos flagitia conſiderantes, & concupiſcentes contrahimus? Valere ſanctitatem veſtram, & pro me orare in Chriſto diligenter opto.* hactenùs Bonifacius ad Danielem Epiſcopum, quem in rebus Eccleſiaſticis & in ſcientia Scripturarum æquè ac Aldelmum ſufficienter inſtructum; teſtatur Beda [e]; quod & ex redditis ab ipſo ad eumdem Bonifacium litteris poſſumus intelligere. reddemus hic eas nondum cuſas tanti viri memoriæ conſeruandæ gratia. ſic enim ſe habent [f]:

De cæcitate Danielis Epiſcopi.

[a] Prou. 3.
[b] 2. Cor. 12.
[c] 2. Cor. 12.
[d] Pſal. 33.
[e] Bed. lib. 5. cap. 19.
[f] Eod. quo ſupra ſcrip. Cod. epiſt. 12.

LIV. *Domino reuerendiſſimo, & meritò ab omnibus Orthodoxis amplectendo multiplici ſcientiâ variarumq; virtutum gratiâ inſigniter decorato Bonifacio Archiepiſcopo, Daniel Dei plebis famulus ſinceriſſimam in Domino cunctà cælorum culmina præminenti ſalutem.*

Danielis epiſc. epiſtola ad Bonifacium.

Lectis litteris à tua fraternitate tranſmiſſis, multùm mærere commoti ſumus; quia hoc amantibus intolerabile viſum fuerit, ſi his, à quibus amantur, aliquid incommodi contigerit. Quamdam tamen conſolationem, ſæpiùs reuoluentes, inuenimus in eo, quia hoſtis callidi inextricabilis aſtutia nequaquã ritum religionis noſtræ tantâ violentiâ, & tam varijs bellorum, ſeu errorum oppoſitionib. per ſublimes ſacerdotum, vel cæterorum quorumcumque reproborum perſonas expugnare tentaret, niſi & in illis maioris meriti excellentiam agnoſceret. Vnde vos operam dare primitùs oportet, vt inceptio glorioſa quæ eſt (vt arbitror) Apoſtolicis coæquanda certaminibus; nullatenus propter illorum deſeratis inſidias, qui dolis inſtructi ſalutiferæ ſolent reſiſtere doctrinæ; ſed tantò libentiùs illatæ difficultates ferendæ ſunt, quantò certiùs comperimus ſanctorum eſſe ac martyrum in mundo preſſuras, in cælo autem copioſiſſimam Domino promittente mercedem quem & hic auxiliatorem (ſi tantùm in tribulationibus tolerantia non tædet) & illic cum iuſtis gauiſuri remuneratorem habere mereamur.

LV. *Quapropter cùm caritas excellentiæ tuæ conſilium ſibi à noſtra paruitate petere dignata ſit: hoc exiſtimamus profuturum, quatenùs iniuncta patientia perferre ſtudeat, quòd abſque Dei prouidentia prouenire non neſcit. Quàntùm ergò feraſtica pugna pernicies ſaua ſit; ipſa quoq; atrociùs inteſtina formidanda ferocitas noceat, quod vtiq; non minor, cùm Chriſtus Ieſus* [g] *olim fratrem à fratre in mortem eſſe tradendum teſtatus eſt, & filium à patre, & parentes à nepotibus propter nomen ſuum necandos ſcilicèt. Impugnantes per eſcarum ſuperſtitioſiſſimam obſeruationem, Dei opus deſtruis quærentes. quæ proponuntur in ipſo vſu hominum, pars detrimento peribunt. Aut ſi turpe lucrum ſectantes, adulationis gratiâ vel per ipſorum laudes, veſtras verò vituperationes falsò ſecuritatem populis pronũtiant, & ſecundùm* Eſaiæ [h] *vaticinantis præſagium. dicentes malum bonum & bonum malum. & reliqua. Vel ſi ſegetem veſtræ venerabilitati commiſſam ſterile lolium interſerendo ſuffocare conentur (quæ vtique ante meſſis maturitatem à quoquam, Domino monente, compeſcitur euelli, de quo inferius dicemus) licèt inquam hactenùs inaudita proferant dogmata, ad decipienda minus intelligentium corda; quæ vos in diuinis voluminibus optimè eruditos neg; horum introducta latent, neque etiam ea quæ eis opportunè opponi poſſit, ignorat.*

[g] Matt. 10.
[h] Iſai. 5.

Sed ne te diutius morer, ducendo per ſingula, dicam breuiter. Quamquam vniuerſa nefandæ factionis argumenta ad expugnandos, & affligendos vos exerceant: tamen ſecundum præcedentium ſanctorum exempla quod corrigendo curari nequit, ſaltem iuſtè modo portate.

LV. *De ſacerdotio autem homicidarum, & adulterorum, qui abſque vlla reſipiſcentia in peccatis ſuis perdurare præſumunt: ſatis tibi ſanctiſſimi canones ac decreta Pontificum perſuadent. Si igitur homicidis iungitur agentibus pœnitentiam, circa exitum vitæ perfectio, id eſt, communionis Chriſti gratia conceditur: incorrectis qua ratione cura regiminis Chriſtianæ conuerſationis coniungitur? Adulter verò, quem nec ferò ſua impudentia pœnitet, quâ conſequentiâ ſibi ſacerdotale officium vſurpabit? quando ſecundùm ſtatuta Innocentij Papæ, cæterorumque, qui viduam, aut ſecundam duxit vxorem, non modo à miniſterio Eccleſiaſticæ dignitatis, verùm etiam à clericatu* [*] *coercetur, cùm & hæc propter carnis fragilitatem indulgenter conceſſa ſint; adulteria verò ab omnibus periti ſſimis probibentur. A communione autem falſorum fratrum, ſiue ſacerdotum, quale conſilium eſt tam idoneum; vt te in rebus corporalibus ſeparatum disiungat, niſi* [i] *forte de hoc mundo exire incipias? quandoquidem iſti vbique, & ſemper ſubintroire nituntur, à quibus ſe periculis implicatum* Paulus [k] Apoſtolus *aſſerebat, & cæteri religionis Chriſtianæ conditores id ipſum aut ſe paſſos, aut poſteris patiendum fore fatentur. Dicis enim te ab illis in ſacris oblationum libaminibus remotiſſimum eſſe, ne ſanctum canibus dare videremini: de hoc quid ſentiret ſanctus Auguſtinus inter cetera ſubter inſinuabimus. Inſuper ſi non ſponte, non conſenſu, neque ex voluntate, ſed ſolâ neceſſitate cogente, nonnumquam te inter ipſos habitare neceſſe: Hieronymus ait in Euangelio: Voluntas quæ. ritur, quæ ſi etiam affectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Quòd ſi his coniungeris, verbi gratiâ, in perceptione ciborum, vel in cohabitatione loci: nonne ille qui non venit vocare iuſtos ſed peccatores, ibat ad conuiuia peccatorum, vt occaſionem haberet docendi? Aut in eo quòd mixtim adire Regem interdum debetis, & pro pace Eccleſiaſtica pariter deprecari, quia ipſi vt omnes paſtores, plerumque pro ouibus interuenire ſe fingunt. Primùm quidem implendum eſſe, quod ſcriptum eſſe ſcimus:* [l] *Subditi eſtote omni humanæ ordinationi, & reliqua. Deinde conſiderandum eſt, quia propoſita eſt ſimilitudo tritici, &*

[*] arcetur
[i] 1. Cor. 5.
[k] 2. Cor. 11.
[l] 1. Pet. 2.

A *zizaniorum de permiſtione malorum, atque bonorum, & munda & immunda animalia (vt ait Auguſtinus) introiiſſe in arcam leguntur: neque enim quacumque libuit intrauêre immunda animalia, arca compage confractâ, ſed ea integra per vnum atque idem oſtium, quod artifex fecerat. Non enim, inquit, per has ſimilitudines & pronuntiationes conſilium deſidiæ datum eſt bonis, qui negligant quod prohibere debeant, ſed patientiæ, quâ perferant ſaluâ doctrinâ veritatis, qui emendari non valent. Item dicit: Cùm ergò inueniamus in Eccleſia malos, quos Eccleſiaſticâ diſciplinâ corrigere & coërcere non poſſumus: tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio, quâ exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, vt peccatis eorum non coinquinemur, at ita poſt nos trahere conemur mundos, ſanctoſq; diſcipulos ab vnitatis compage,* B *quaſi à malorum conſortio ſegregatos; veniant in mentem illa de ſcripturis ſimilitudines, quibus demonſtratum eſt, malos in Eccleſia permixtos bonis vſque ad finem ſæculi temporiſq; inde ij futuros, & nihil bonis vnitate ac participatione ſacramentorum, qui eorum factis non conſenſerint, obfuturos. Cùm verò ab iis, per quos Eccleſia regitur, pace ſaluâ, poteſtas diſciplinæ aduerſus reprobos aut nefarios eſt exercenda: tunc rurſum ne ſocordiâ, ſegnitiâq; dormiamus, alijs aculeis præceptorum, quæ ad ſeueritatē coërtionis pertinent, excitandi ſumus. Ita eſt etiam ratio diſſimulandi, & tolerandi malos in Eccleſia, & eſt rurſus ratio caſtigandi, & corripiendi, non admittendi, vel à communione remouendi; vt nec patientiâ torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæuiamus.* C

LVII. *Dicam quoque quod ex operibus antiquorum excerpſi doctorum, & vtiliter in tam pernicioſa barbaria ad memoriam debet reduci. Si fortè in prædicta condeſcenſione à quolibet calumniaris de aliquo: ſimulandi ſiue etiam fingendi genera legimus, quòd ſimulatio vtilis aſſumenda ſit in tempore. Vnde & [a] Cephas ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos, & reliqua: & Vas electionis [b] totondit caput, & Timotheum [c] circumcidit: ipſe quoque Dei filius [d] finxit ſe longiùs ire, & neſcire, vt eſt in Euangelio: [e] Quis me tetigit? Et: [f] Vbi poſuiſtis eum? Sed & Pſalmiſta immutauit vultum ſuum [g] coram Achis. & [h] Ioſeph ludens fratribus locutus eſt: Necnon [i] & Iſraël hedinis pellibus membra contexit, hoc fecit, vt putaretur eſſe qui non erat. Et ſi diligenter, & fideliter attenditur, non eſt mendaciū,* D *ſed myſterium. Per hedinas quippe pelles peccata, per eum verò, qui eis ſe operuit, ille ſignificatur, qui aliena peccata portat. Hæc tuæ charitati, non quaſi priſcæ auctoritatis ignaræ, vel noſtræ ruſticitatis admonitione indigenti; ſed ne quid tuis rogatibus derogaſſem trepidantes ſcripſimus, pro eo quòd te cum maioribus contraxiſſe negotium comperimus,* vtpote cum Romano Pontifice, *amore tamen atque obedientiâ ampliùs incitati, quàm arte, vel audaciâ freti, tantùm reuelando, non etiam imperando præfati diximus, ne fortè in aliquo his, qui vltra modum excellentiores ſunt, aduerſari videremur.*

[a] Gal. 2.
[b] Act. 18.
[c] Act. 16.
[d] Luc. 24.
[e] Luc. 8.
[f] Ioan. 11.
[g] 1. Reg. 21.
[h] Gen. 42.
[i] Gen. 27.

Exhortatoria profectò tuæ ſuggeſtionis monita, de inſtanti corporis moleſtia perferenda ſatis libenter ſuſcepimus, & in quantum vires ſufficiunt, ipſo Domino auxiliante, E *qui pro ſua miſericordia monet nos, ſuis ſalutaribus obtemperabimus dictis.*

LVIII. *Hoc quoq; cognoſcat veſtra beneuola dilectio, quia licèt terrarum ſpatioſo ſequeſtremur interuallo, ac maris immenſitate nimiâ, & cœli inæquali climate dirimamur: pari tamen tribulationum deprimimur faſce. Eadē eſt enim operatio ſatanæ hic vt ibi, propter quod diligentiſſimè deprecor vos, vt nos orationum mutuâ viciſſitudine iugiter muniatis, reminiſcentes ſermonis quem dixit: [k] Si conſenſerint ex vobis duo aut tres, & reliqua. Vale, Vale centupliciter, cariſſime mihi, & aliâ manu, &c.* hactenus Danielis epiſtola. atque de his ſatis.

[k] Matt. 19.

IESV CHRISTI
Annus 727.
GREGOR. PAP. II. Annus 14. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 12.

I. Rebellio inutilis aduerſus Imperatorem.

SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimus ſeptimus Indictione decimâ, quotum Romæ (vt vidimus) tum Conſtantinopoli, ob promulgatam hæreſim acerrimè pugnatum eſt. Verùm Deus Romanis, omnibuſque Italis præſtò fuit, ipſumque Gregorium Romanum Pontificem potenti gratiâ ab inſidiantibus eius vitæ ſaluauit. Nec ſic quidem Conſtantinopoli res ceſſêre dexterè, ſed mouentes aduerſus Imperatorem arma deleti ſunt: de quibus iſta Theophanes hoc anno duodecimo eiuſdem Leonis Imperatoris. *In his zelo diuino moti tumultuabantur contra eum, magnâ congreſſione nauales exercitus concitati, tam Helladici, quàm ij qui Cycladum fuerant inſularum. Agallianus autem Turmarcha Helladicorum erat militiæ dux ſimul & Stephanus: qui & regiæ proximantes vrbi, quartodecimo Kalendas Maias decima Indictionis, ſuperantur congreſſi cum Byzantijs, ibi confecto igne nauibus concrematis, & alij quidem horum demerguntur; inter quos & Agallianus armatus ſeipſum præcipitauit. Porrò ſuperſtitibus ad Imperatorem confluentibus, Coſmas & Stephanus* C *capite puniuntur.*

II. Nicæa diuinitus defenſa.

Creſcit itaq; malitia impij Leonis, & conſentanei eius contra pietatem extendendæ perſecutionem. Per æſtiuum verò ſolſtitium huius decimæ Indictionis poſt nequam de contribulibus acceptam victoriam, contra Bithynenſium Nicæam prælium inſtruunt Sarracenorum Amira duo, Amer ſcilicèt in millibus quindecim expeditorum præcurrens, & inſperatè circumdans ciuitatem; & Mubauias ſubſequens in alijs octoginta quinque millibus. Qui poſt multam obſidionem, & particularem murorum euerſionem hanc quidem non obtinuerunt, bene acceptis ſanctorum precibus Patrum ad Deum directis, & ſanctificatione faciente venerabilis templi, vbi in celendis ſuis characteribus eriguntur, & vſq; nunc ab his qui eis ſimiles ſunt ho- D *norantur.* hæc Theophanes, alludens ad trecentos illos decem & octo ſanctos Patres, qui Nicæno magno Concilio interfuerunt, quos ciuitas illa celebri cultu proſequi conſueuit.

III. Pœnas dat impius iconoclaſta.

Cùm interea Iconoclaſtæ Conſtantinopoli non deſinerent impiè agere, quidnam vni ex illis acciderit ex Theophane item ſic accipe: *Præterea Conſtantinus quidam Strator Artabaſdi videns imaginem Dei genitricis ſtantem, apprehenſum lapidem aduerſus eā proiecit & contriuit, & cùm cecidiſſet calcauit. Et vidit in ſomnis ſtantem ſibi Dominam noſtram, & dicentem: Noſti quàm fortem cauſam in me operatus fueris? Verùm contra caput tuum hoc feciſti. Poſtea verò dum Sarraceni aduerſus murum congreſſionem facerent, & ageretur bellū,* E *currens ad murum vt fortis miles, infelix ille eijcitur è lapide tranſmiſſo ex Mangone* machina ita dicta, *& contritum eſt caput eius & facies, dignam impietatis ſuæ retributionem percipiens. Prædâ multâ ex exuuijs Sarraceni collectâ reuerſi ſunt, oſtendente Deo in hoc impio, quòd non propter pietatem, quam diffamabat, de contribulibus triumphauerat, ſed propter diuinum & ineffabile quoddam iudicium; retundens ac remouens, huiuſmodi Arabicam fortitudinem à ſanctorum Patrum ciuitate interceſſionib. illorum, propter diligentiſſimos characteres ipſorum, qui honorantur in ea in redargutionem ac inexpugnabile iudicium tyranni, & piè agentium certitudinem. Non enim ſolùm circa venerabilium effectiuam imaginum orationem errabat impius; ſed & circa caſtiſſima Dei genitricis*

inter-

Digitized by Google

interceſſiones, omniumq́ Sanctorum, quorum & reliquias ſceleſtiſſimus ac magiſtri eius Arabes abominantur. ita ipſe oſtendens omnes Iconoclaſtas fuiſſe pariter hagiomachos. Subdit vero Theophanes.

IV. *Ex hoc igitur tempore impudenter beato Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano derogabat Imperator ſcilicèt, accuſans omnes anteceſſores ſuos Principes & Pontifices atque populos Chriſtianos, quaſi idololatræ fuerint ſuper adorationem ſanctarum ac venerabilium imaginum, non capiens idiota infidelitate captus de affectuali oratione ſermones.* Porrò Germanus, cur non ſtatim eiectus fuerit, cauſa illa interceſſiſſe videtur, quod vtebatur eo miniſtro ad reuocandos Italos ad obedientiam Imperatoris. Germanus enim litteris ſcriptis reprehendebat eos, quòd ita penitus ab Imperatore reſilijſſent. Extat enim in Græco codice Orientalium canonum eiuſdem S. Germani epiſtolæ fragmentum, quo inuehitur in eos, qui ab Imperio deſciuiſſent. Magnam eſſe ſciebat emeritiſſimi ſenis æſtimationem etiam apud Latinos: toleratus eſt igitur tamdiu ſanctus Patriarcha, quamdiu ſpes fuit, vt aliquid proficeret ad continendos in fide Imperatoris ſubditos Occidentales. Mos iſte ſemper fuit impiorum Principum, non ad ſuum finem, ad Deum ſcilicet, res ſacras colere, ſacraſque perſonas; ſed ob ſua commoda, cogentes præpoſtero ordine diuina humanis, & ſpiritualia temporalibus inſeruire, ſicque de religione nundinationem turpiter exercentes.

GERMANVS REDARGVIT REBELLANTES IMPERATORI.

V. Qui autem reſtiterint in hoc pro Catholica fide certamine Imperatori in Oriente, duo potiſſimùm reperti ſunt, ipſe Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Ioannes Damaſcenus in Syria monachus; vterque enim ſcriptis ſuis pro facultate ſtuduêre confodere monſtrum hoc. De Germano præter illa quæ dicta ſunt, fidem faciunt paucæ ex multis quæ reperiuntur ſcriptæ ab eo epiſtolæ, recitatæ in quarta Actione Nicæni poſterioris Concilij, quibus oſtenditur conatum eſſe ſtantes firmare, labantes roborare, lapſos verò in ſtatum priſtinum reſtituere: epiſtolam enim in primis dogmaticam ſcripſit ad Epiſcopos, quo omnes aduerſus hæreſim in officio contineret, quam qui eo erant errore aſperſi occultare conabantur: vt inter alios Theophilus Metropolitanus Nacoliæ: per hunc enim diſſeminaſſe Imperatorem hæreſim, querela fuit Orthodoxorum in Nicæno Concilio, ab eoque nouitatis huius ſumpſiſſe initium tradunt; quem conuictum erroris pœnitentiam ſimulaſſe, oſtendunt Germani litteræ ad Conſtantinum Epiſcopum Nacoliæ datæ, quæ ſic ſe habent[a]:

S. GERMANVS LABORAT PRO FIDE CATHOLICA.

THEOPHILVS EPISCOPVS NACOLIÆ IN ERRORUM DVCTVS.

[a] Extat in Nicæn. Concil. 2. Act. 4.

VI. *Ioannes amantiſſimus Synnadon Metropolites nobis ſcripſit, quomodo tua caritas litteras noſtras illi non tradiderit. Qua de cauſa non mediocrem propter te dolorem concepimus, quòd videris mihi amorem Dei & caritatem & honorem, quæ membra Chriſti mutuò ſibi debent, poſtpoſuiſſe. Quam ob cauſam per litteras iſtas præſentes caritati tuæ nunciamus, vt Theophilo[*] Conſtantino Metropolitæ confeſtim litteras tradas, omnemq́ honorem illi debitum tribuas, illiq́ ſecundùm ſacerdotalem ordinationem ſubijciaris: quemadmodum quoque ſermones noſtros tua caritas ſuſcepit, profeſſaq́ eſt eos ſequuturum, neque propria ſententia adhæſurum. Noniſti enim quæ loquuti fuerimus, cùm me inuocaſti, ne Epiſcopatu tuo priuareris. Promittebas te correcturum ea & confirmaturum, de quibus fides tua vacillare dicebatur: neque etiam quicquam ampliùs contumeliæ aduerſus Dominum aut Sanctorum eius imagines dicturum aut facturum: ſed tantummodò è ſcriptura probaturum, nihil diuini honoris in creaturis conſiſtere, ſed integre tamen venerationem illis exhibere. Quam ſanè rem & nos docuimus ſic habere, quamque ſtabiliter tenemus & confitemur. Scripta autem ad Theophilum Metropolitam eandem continet, & nos illi exemplar item tranſmiſimus.*

[*] Nacoliæ.

VII. *Ne igitur populo innocenti offendiculum tribuatur, in memoriam redigas diuinum iudicium, quo ait:* [b] *Quicumque ſcandalizauerit vnum ex minimis iſtis, ſatius vt ſummergatur, illi fuerit. Hoc ergò caritas tua cognoſcat: & epiſtolam noſtram Metropolitæ reddito. Atq́ per ſanctam conſubſtantialem & venerandam Trinitatem hoc iubeo, vt niſi facias, numquam ſacrum officium ampliùs adminiſtrare poſſis. Nam ſi admonitionibus nihil profecerimus, certè ſententia auſteritate (quantum poterimus) te deterrere cupimus, ne Dei ſubdaris iudicio.* hæc ad Conſtantinum Epiſcopum Germanus, qui diſceptationem habuerat iam antè cum eodem Theophilo iam in errorem lapſo: quam quidem diſputationem, & eius conuerſionem recitat idem S. Germanus in epiſtola ab ipſo ſcripta ad eumdem Ioannem Synnadon Metropolitanum, quam tibi vt reddamus à nobis neceſſitas exigit argumenti. ſic enim ſe habet.

[b] Matt. 18. Marc. 9. Luc. 17.

VIII. *Epiſtolam ſanctitatis tuæ Taraſius glorioſus Patricius nobis tradidit, in qua de Theophilo Epiſcopo Nacoliæ ſcriptum fuit. Significamus autem hoc: priuſquàm à ſanctitate tua accepiſſemus litteras, nos ipſum Theophilum conueniſſe, perſcrutatoſq́, quænam illius mens, quæuè ſententia in cauſa illa, de qua audieramus, eſſet. Hanc autem nobis apologiam obiecit (oportet autem, vt tuæ ſanctitati omnia pro mediocritate mei ingenij ſcribam) dicebat ſe inſtructum ſacra ſcriptura dicente: Nullam facies ſimilitudinem ad adorandam illam, neque in cælo deſuper neque ſuper terram. Deinde dixit: Non oportet manufacta adorare, hoc eſt, quæ manu hominum elaborata ſunt.* intelligis Lector, ab Imperatore non domeſticos tantùm, ſed & Epiſcopos in tranſuerſum actos. Magna planè fuit iſta tentatio, quùm progrederetur impietas regio diademate inſignita. Numquam hactenùs acciderat in Eccleſia Dei, vt cùm multi fuerint Imperatores hæretici, ex iis aliquis extiterit hæreſiarcha, vt modò accidit: augebatur verò inde periculum, cùm vix aliqua alia hæreſis eſſet inueniri, quæ maiorē ſibi vendicaret ex diuina ſcriptura auctoritatem, cùm ſexcenta fermè ſit numerare loca, in quibus de non adorandis manufactis, expreſſum ſit diuinum mandatum.

GERMANI EPIST. AD IOANNEM ARCHIEPISCOPVM SYNNADOS.

IX. Sed quæ ſubijcit Germanus attende: *Cùm verò* (inquit) *ſanctos Chriſti martyres veras Chriſti margaritas omni honore dignos arbitramur, & interceſſiones eorum poſtulemus: non potui illi non reſpondere. Chriſtianorum itaque fidem, cultum, & adorationem in vnum & ſolum Deum conſiſtere dixi (quemadmodū ſcriptum eſt) tum ab ijs qui in cælo ſunt ſanctis & intelligibilibus incorporeis poteſtatibus, tum ab ijs qui in terra ſunt, quotquot veritatis viam nouerunt. Quemadmodum in omnibus Eccleſijs ſancta laudatur & glorificatur Trinitas in vnica dominatione & deitate. Quemadmodū & nos vnū Deum confitemur (neque aliquis eſt præter eum, qui ex poteſtate illum dominatur per ſæcula, qui ex non exiſtentibus cuncta produxit, tam quæ viſibilia ſunt, quàm quæ inuiſibilia) hoc eſt, Patrem, Filium, & ſanctū Spiritum, ſanctam conſubſtantialem viuificantem Trinitatem, in qua credentes, confitentes baptizati ſumus. Quemadmodū traditi Dei Verbum exiſtens incarnatū, vnus ex ſancta & incomprehenſibili Trinitate Dominum noſter Ieſus Chriſtus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

THEOPHILI LAPSI ET GERMANI CONGRESSVS.

X. *Hic ſanè creaturas non adoramus, Abſit: neque cultum diuinæ dominationi debitū in conſeruos deducimus, Abſit:*

Neq;

A *Neq; Principes aut Regem ſuper terram adorantes, aqualem illis cum Deo adorationem præſtare videmur. Nam & propheta* [a] *Nathan apparet, in terra cum eſſet, Dauid adoraſſe, quamquam hominem & Regem; neque tamen ob id reprehenſus eſt, quod hominem iuxta Deum adorauit. Neque imaginum ex cera & colore effigiationem in errorem perfectionis diuini cultus ſuſcipimus. Non enim inuiſibilis Dei imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formam expreſſam; quin etiam ipſorum ſanctorum Angelorum præſtantes ordines neque intelligere neque inueſtigare omnino poſſumus: ſed quando vnigenitus filius, qui in ſinu patris exiſtens, ſuam creaturam ex mortis addictione reuocando, Patris & ſancti Spiritus beneplacito homo fieri dignatus eſt, non aliter ac nos carnem & ſanguinem aſſumens, & vt inquit magnus Apoſtolus:* [b] *Per omnia nobis ſimilis factus, excepto peccato.* B *Igitur humanitatis illius characterem & iuxta carnem indiſcretæ hominis formæ imaginem figurantes, ipſius incomprehenſibilem deitatem atq; inuiſibilem (vnde ea quæ noſtræ fidei præcipua ſunt naſcuntur) oſtendere nequimus. Non enim iuxta phantaſiam & vmbratice noſtram naturam ſibi vniuit, vt quidam ex veteribus hæreticis errantes tradiderunt: verùm re ipſa, vereq; homo perfectus per omnia, excepto (quod nobis ab hoſte inſitum eſt) peccato, factus eſt.*

[a] 3. Reg. 1.

De cultu sanctorum ratio redditur.

[b] Heb. 4.

XI. *Hanc ob cauſam in fide certi ſancta illius carnis characterem in imaginibus delineantes ſalutamus, & cultu & honore omni quo decet dignamur, nec ob aliud niſi in recordationem diuinitatis eius omniſicæ & expreſſæ humanitatis. Eadem ratione & intemeratæ eius iuxta carnem* C *Matris ſanctæ Deiparæ Virginis ſimilitudinem referimus, hoc modo oſtendentes, quod mulier iuxta naturam exiſtens, & à noſtra maſſa haudquaquam aliena, Deum inuiſibilem & omnia manu ſua continentem vltra omnium, & hominum & Angelorum exiſtimationem in ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Etenim ob id eam & verè & propriè veri Dei Matrem veneramur & magnificamus, & quauis viſibili & inuiſibili creatura ſuperiorem reputamus.*

Cultus Deiparæ.

Ad hæc ſanctos martyres Chriſti, Apoſtolos, prophetas, conſeruos noſtros, & veros Dei miniſtros, bonis operibus & diuina prædicatione veritatis, item perpeſſione pro ipſo Deo afflictionum glorioſos, amicos Dei veros, quibus etiam ipſe magnam loquendi confidentiam dedit, admiramur, D *& beatos prædicamus, nec non ad recordationem fortitudinis eorum & rectam pro Chriſto ſeruitutem, ſimilitudines eorum depingimus: non quòd de diuina natura participent, per hoc demonſtrare volentes, neque debitum tantummodò diuinæ poteſtati & gloriæ honorem illis tribuentes: verùm deſiderium noſtrum & amorem, quo erga eos affecti ſumus, ita declarantes. Nam quæ per auditionem tamquam vera credimus, hæc etiam per pingibilem imitationem ad ſtabiliorem noſtram inſtructionem collocamus. Quando & ipſi ſancti Dei in vnum & ſolum Deum cultum adorationis, & glorificationem ac procreationem conſeruantes, pro Chriſto ſanguinem ſuum effuderunt, & veræ confeſſionis coronam acceperunt.*

Martyrum cultus.

XII. *Hæc imaginum apparatus ratio eſt, non quòd nos adorationem in ſpiritu & veritate incomprehenſibili & inueſtigabili deitati decentem in manufactas imagines, aut in* E *opera hominum arte facta, aut in ea quæ ſubſunt Deo, ſiue viſibilia ſint, ſiue inuiſibilia, transferre ſtudeamus; verùm vt dilectionem noſtram, quam iuſtè in ſanctos Dei ſeruos habemus, per iſtum modum exhibeamus. Et per honorationem illorum, in eum qui per illos glorificatus eſt, quiq; illos glorificauit in confeſſionem potentiæ ſuæ Chriſtum glorificationem & cultum referimus: itaq; nos imitatores fortitudinis eorum & dilectionis erga Deum per bonorum operum contra paſſiones reſiſtentiam fiamus.*

Hunc autem eſſe imaginum in Eccleſia Dei vſum vnuſquiſque per hanc inſtructionem cognoſcat, neque aliunde A *nos ſpem ſalutis ſiue in hoc mundo, ſiue in futuro ſæculo expectare, niſi ab vnigenito filio Dei, qui ſimul cum Patre & Spiritu ſancto diuina dona largitur: non enim aliud nomen, per quod ſaluari queamus ab hominibus, datum eſt. At ſi Domini & Saluatoris noſtri, item intemeratæ matris eius veræ Deiparæ, necnon ſanctorum imagines ſalutamus; confeſſam etiam fidem & diſpoſitionem mentis erga illos habemus: ſed vnum Deum ſine principio, ſine fine, qui omnia in manu ſua habet, factorem noſtrum & omnis creaturæ, & verè Saluatorem habentem poteſtatem in cælo & in terra, pro genere humano hominem factum agnoſcimus. Ancillam autem & matrem illius exiſtentem, verè pro genere noſtro intercedentem potentiſſimè, ita vt Dominus quidem noſter ſalutem diſpenſet, illa verò materno affectu pro nobis poſcat, agnoſcimus.* B *Sanctos deniq; omnes tamquam conſeruos noſtros & eiuſdem nobiſcum naturæ participes, gratiſſimos Dei miniſtros (vt dictum eſt) & hac gratia à Deo donatos, vt beneficia à Deo data nobis miniſtrent, curationes inquam morborum & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum inuocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis & glorificationibus poſſibile eſt (memoria enim eorum cum encomio celebratur, vt ait Scriptura* [c]*) agnoſcimus.*

[c] Prou. 10.

XIII. *Hæc igitur omnia Theophilo Nacoliæ Epiſcopo propoſuimus: quæ ſanè & ſuſcepit, & vt diuina, confeſſus eſt ſe ſeruaturum: neque quicquam ampliùs dicturum aut facturum, quod aliis poſſit eſſe offendiculo, aut tumultum excitaro. Hæc igitur cognoſcens veſtra ſancta congregatio,* C *illum ampliùs, niſi in eumdem errorem labatur, vexare non pergat, ſed tam ipſum cum litteris noſtris tranſmiſſum, & ſatisfactionem illius condeſcendentiæ accipiens, contenta eſto. Pro potentiſſimis noſtris dominis & Imperatoribus, vt quàm diutiſſimè viuant & victores declarentur, precatur: Oret etiam, vt Chriſtianorum populo pax Dei contingat quæ omnem mentem exuperat.* hactenùs S. Germanus ad Ioannem Synnados Archiepiſcopum de Theophilo ad pietatem reſtituto. Verùm non ſtetiſſe in propoſito, ſed in errorem eſſe relapſum, quæ ſunt dicta teſtantur, confeſſioneque Patrum ſeptimæ Synodi conſtat, adeò per hominem eſſe propagatum errorem, vt idem auctor ſit nominatus tantæ blaſphemiæ. nam de eo D Taraſius in ſanctæ Synodi actione quarta hæc dixiſſe reperitur: *Venerandi fratres (quemadmodum prædixi) inductio peregrina iſtius nouitatis à prædicto Epiſcopo Nacoliæ initium cepit.* ſi ratio tantum habeatur Epiſcoporum; verùm ipſe Imperator primus auctor ab omnibus declaratur, vt quæ ſunt dicta ſuperiùs docent.

Theophili episc. conuerſio.

Pro hæretico imperatore orare mandat S. Germanus.

XIV. Cæterùm idem S. Germanus de prima origine agens erroris huius, à Iudæis primùm, inde à Saracenis manaſſe docet, illapſumque eo modo quo dictum eſt in Chriſtianos. Etenim de his prolixam ſcribens epiſtolam ad Thomam Epiſcopum Claudiopolis idem S. Germanus de his fuſiùs agit. Recitata eſt dicta epiſtola in poſteriori Nicæno Concilio, E ex qua hic pauca deſcribēda putamus, vt quæ eius ferè exordio ait: *Ve fraterna approbatione mentem noſtram aperiamus, breuibus quæ de ea re nobis cognita ſunt, dicemus. Illud in primis ſubiicientes, oportere nos omnem vanam nouitatem* * *obſeruare, & maximè cùm in fidem in Chriſto populo diſcordiæ tumultus & ſcandali argumentum ſuboritur. Deinde in Eccleſiis conſuetudo longi temporis tenenda eſt.* Quod autem ad conſuetudinem ſpectat, in principio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe vſum ſacrarum imaginum pluribus docet, eamque firmatum non ſubſequenti vſu tantum, ſed etiam ſententiis ſanctiſſimorum Patrum, quos citat. Quod autem ad contradicentes & hoc improbantes pertinet, iſta ſubiicit.

* conſiderate.

Digitized by Google

XV. *Hoc igitur cognoſcere oportet, non ſolùm nunc, verùm ſæpiùs iaq; maximè Iudæos nobis opprobrio vertiſſe, cùm tamen idololatriæ ſerui & miniſtri verè ſemper extiterint, non ſanè aliam ob cauſam, quàm vt fidem noſtram inuiolatam contaminent. cùm autem in manufacta inuehuntur, eaq; auferre ſtudent, non hoc agunt, vt diuina natura, omnibus viſibilibus & ſenſibilibus ſuperior cognoſcatur; ſed omne ſtudium, cultumq; eorum huc vertitur, quo diuinam naturam humilient. Sed hos ſatius fuerit relinquere. Quid enim aliud quàm canes ſunt latrantes contra ouile Chriſti? Sarracenis autem (quandoquidem & ipſi ea de re aliquid dicere velle videntur) ſufficiat, quod in eremo lapidi inanimato ſacrificia faciant, acclamentq; hac voce, Chobat, quod à patribus acceptum per puerilia myſteria & feſta peragunt. Christianis verò, quibus per vniuerſum orbem terrarum ſub vnum Euangelij iugũ videlicèt* (vt propheta inquit) *ſeruientibus Deo character propriiſſimus eſt fides & confeſſio in vnum Deum,* &c. hæc plurib. docens, longè abeſſe tradit, vt Chriſtiani colant idola, vtpote quòd nemo ſit in Eccleſia, qui intuitus ſanctorum imagines, alicui earum dicat, gloria tibi Deus, & Deum putet, licèt tamen ante eas lumina ponat, vel ſuffitum admoueat, vt moris erat. additque ex eiuſmodi cultu ſanctorum frequentia ſcaturire ſolere miracula inuocantibus eos ſanctos, quorum ſunt imagines venerationi expoſitę, meminitque de ſanctiſſimæ Dei genitricis picta imagine in Sozopoli exiſtente. ex cuius manu vnguenti ſcaturigines emanant.

XVI. Apponit & inter alia eiuſmodi conteſtationem, dicens: *Scandalizare aliquem, intolerabile & horrendũ iudicium affert illis qui intendunt. Nunc autem & tota ciuitates, & hominum congregationes non parùm hac de re tumultuantur. caueamus omni ſtudio, ne huius rei auctores ſimus. Ante omnia verò prouidendum eſt, ne à ſententia permuteris, ne ex hoc inimici noſtri, & hoſtes Crucis Chriſti ſupercilium eleuent contra fidem noſtram, dicantq;: Hucuſq; Chriſtiani errauerunt: niſi enim inſtitutum ſuum idololatriam cognouiſſent, non ſanè nunc manufacta abijcerent. Quod ipſum quantum contumeliæ, ſubuerſionisq; fidei in Chriſtum conciliet, quiſquis agnoſcere poteſt. Nam qui ſemel errarint, eos in viam reducere difficile eſt, vt qui à veritate alienantur. Quid autem dicere oportet, cùm videamus Reges noſtros & Imperatores ex propria erga Deum affectione pro ſua ſtatua ſalutiferam Crucem, gloriationem ſeculi erexiſſe?* &c. Hæc in ſancta Synodo vbi lecta adeò probata ſunt, vt ſecundùm ea quæ audiuiſſent, ſubiecerit poſt veram de his confeſſionem anathematiſmos in hæc verba:

XVII. ANATHEMATISMI EX SCRIPTIS S. GERMANI IN ICONOCLASTAS.

Credentes vnum Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines veneramur. Qui ſic non credunt, anathema: qui aliter ſentiunt, longè ab Eccleſia abijciantur. Nos veteri Eccleſiæ legiſlationi inſiſtamus. Nos Patrum ſtatuta conſeruamus. Nos qui addunt aut auferunt aliquid de Eccleſia, anathematizauimus. Nos venerandas imagines ſalutamus. Nos qui ſic nolunt, anathemati ſubijcimus. Chriſtianorum accuſatoribus, videlicèt Iconoclaſtis, anathema. Qui ex ſcriptura ſancta contra idola dicta in ſanctas imagines detorquent, anathema. Qui ſacras imagines idola vocant, anathema. Qui dicunt Chriſtianos tamquam deos imagines amplecti, anathema. Qui communionem habent cum ijs, qui ſacras imagines reijciunt aut contemnunt, anathema. Qui dicunt præter Chriſtum aliquem nos à cultu idolorum liberaſſe, anathema. Qui dicere audent, ſanctam Catholicam Eccleſiam idola vmquam accepiſſe, anathema. hæc tunc ibi dicta, hic autem recitata, quòd ijſdem ſcriptis ſancti Germani litteris à Patribus appoſita fuerint. Sic igitur (vt vidiſti) primus coryphæus, qui contra Iconoclaſtas in Oriente vexillum confeſſionis erexerit, ſcriptis hæreſim impugnando, Germanus fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Poſt ipſum verò ſanctus Ioannes Damaſcenus nobilibus parentibus natus Damaſci, doctiſſimus ipſe quidem, cùm & Romanam fidem ab incunabulis ab Italo homine, Coſma nomine, ceu lac purum ebibiſſet. Hic vbi tempus vidit opportunum, intrepidè proſilijt in arenam, tribus editis orationibus pro ſacrarum imaginum cultu, quo funiculo triplici in cultu veræ religionis Catholici tenerentur; eodemq;, veluti facto flagello, impij manu Domini flagellarentur. Iſte q[…] id[…]m vbi accepit ab Imperatore promulgatam eſſe blaſphemiam: ad confodiendum monſtrum arma parauit illa, quæ tum miniſtrabat occaſio, cùm videlicèt pro defenſione ſanctarum imaginum cultus, in condemnationem recèns emergentis erroris cœpit epiſtolas ſcribere ad diuerſos, per quos eædem in alios ſpargerentur, ſicque fieret, vt vbi contigiſſet ſparſum eſſe venenum; citò adeſſet quo curarentur antidotum. Erat enim celebre nomen Ioannis, cum generis (vt ſuperiùs dictum eſt) nobilitate, tum quòd ipſe fermè ſolus inter Chriſtianos, ſicut & pater eius, ob virtutum eminentiam, quæ ſolet ſemper libera etiam hoſtibus dominari, apud Sarracenos venerationem, & Principem Sarracenorum primum vendicauerat ſibi locum, vt olim Daniel apud Regem Aſſyriorum, vel Ioſeph apud Regem Ægyptiorum. Non extant ipſæ quidem datæ hoc tempore à Ioanne ad diuerſos epiſtolæ, ſed tantùm mentio de illis habetur apud Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum. Sed quales illæ eſſent, ex aliis eius lucubrationibus eodem argumento conſcriptis quiſque poterit facilè aſſequi, nempe fuiſſe aculeatas, ad feriendos aduerſarios bene diſpoſitas, & loricatas ad defenſionem paratas. Satis namque illæ viſæ ſunt hoc exordio pugnæ, tamquam in velitatione ad armandum fideles; poſtea verò cùm fortius atque vehementius ingruit prælium, validiora parauit arma, illa nimirum, quæ hactenùs in ſacro armamentario ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ integra aſſeruantur: tres illæ videlicèt orationes de imaginibus inſcriptæ, quæ pro imaginibus promulgatæ leguntur. quando autem illæ ab eo fuerint elucubratæ, eiuſdem ſancti teſtificatione, ſuo loco dicturi ſumus.

XVIII. IOANNES DAMASCENVS FORTIS PROPVGNATOR CATHOLICÆ FIDEI.

XIX. Ita quidem nobilis athleta Ioannes; quem ſi quis hac ex parte Dauidi comparauerit aduerſus leonem inſurgenti, puto quidem ſcopum veritatis attinget. Quòd ille ad Saul, neceſſitate cogente, iſta de ſe magnificè prædicaret: [a] *Quando veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis: perſequebar eos & percutiebam, eruebamq; de ore eorum: & illi conſurgebant aduerſus me, & apprehendebam mentum eorum & ſuffocabam: interficiebamq; eos. Nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus.* iſtud quidem & ipſe Ioannes videtur explêſſe, cum in Leonem Iſauricum inſilientem in ouile Catholicum inſurrexit, tenenſque rabidum mentum, abſtraxit ex ore prædam, dum ab eo ſeductos reuocauit ad vitam & reduxit ad caulas; tunc & ipſe Leo extinctus penitùs videri potuit & ſuffocatus: tum potentiâ veritatis victa impietas atque proſtrata fuit. Ita Deus eligit infirma mundi vt confundat fortia. Siquidem non Imperatorem obijcit aduerſus Imperatorem exercitibus repugnantem, ſed ſtylo certantem; quo vno potentiſſi[…]o telo ipſum ita perterruit, vt quòd viribus diffideret, ad fraudem parandam, quâ eum è medio tolleret, improbus

[a] 1. Reg. 17.

IOANNES IN LEONEM VIRILITER PVGNAT.

ſe conuerterit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, inferiùs ſuo loco dicturi ſumus. modò autem quæ ſunt hic breuiter enarrata, pariter ſincerâ fide teſtata, omniq; ex parte firmata poſterius relinquamus.

XX. IOANNES DAMASCENVS CONSILIARIVS REGIS.

Ioannes Patriarcha Hieroſolymorum in vita eius, quam ſcriptam poſteris tradidit, habet in primis iſta de Ioanne poſt parentis obitum à principe Sarracenorum in aulam importunè vocato. *At verò Sarracenorum princeps Ioannem accerſens, eum primarij conſiliarij dignitate ornauit. recuſabat autem ille, vt cuius cupiditas aliò tenderet. Verùm ita tandem coactus eſt, vt tam repugnare non poſſet. Itaque in maiore quàm eius pater, dignitatis gradu conſtitutus eſt. Tum autem Leo Iſauricus Romanū Imperium gubernabat, qui aduerſus venerandas imagines, ac rectè de religione ſentientem Eccleſiæ cœtum erat tamquam leo rapiens rugiens: nam & illas belluina inſania igne comburebat, & earum adoratores rapiebat ac delebat: tyrannicęq; impietatis dentibus miſerum in modum laniabat. Quæ poſtquam ad Ioannis aures peruenerunt, Eliæ Zelum atque cognominis ſui Baptiſtæ reprehendendi libertatem imitatur, eum videlicèt etiam ante vnctionem inuiſibiliter vngente ſpiritu, ac verbum Dei veluti ſpiritus gladium incidendi facultate præditum, ad ferinæ illius mentis dogma, tamquam caput amputandum obijcit.*

IOANNES DAMASCENVS PVGNAT PRO VERITATE.

Ad Orthodoxos itaq; quibus notus erat, pro venerandarum imaginum honore libellos epiſtolares mittebat, quibus illud eruditiſſime demonſtrabat, diuinarum imaginum adorationem neceſſariam eſſe; ipſoſq; hortabatur, vt alijs eadem commemorarent, ſuaſq; epiſtolas omnibus oſtenderent: atque omni oratione ac ſtudio nouus ille veritatis pugil ad hoc incumbebat, vt epiſtolæ ſuæ, velut per orbem quemdam è piorum manibus ad piorum manus tranſirent, ſicq; rectâ doctrinâ confirmarentur. Ac Pauli inſtar omnem correctionem adhibebat, vt ſi non pedibus, at certè per epiſtolas terram vniuerſam veritatis prædicatione in orbem complecteretur. hæc de Ioanne Ioannes. Quæ autem hæc ſint ſubſequuta, & quas Leo Imperator in eum ſit molitus inſidias, ſuo loco dicturi ſumus.

IESV CHRISTI
Annus 728.

GREGOR. PAP. II. Annus 15. LEONIS ISVAR. IM. Annus 13.

I. LEO IMP. PRODITIONE AGIT VT DEPONAT S. GERMANVM.

ANNVS Redemptoris ſeptingenteſimus vigeſimus octauus Indictione vndecimâ notatus adeſt, quo ingraueſcente magis perſecutione Leonis Imperatoris aduerſus Orthodoxos: cùm ipſe præ ceteris ſibi aduerſantem fuerit expertus S. Germanum Epiſcopum Conſtantinopolitanum: quomodo eum throno pelleret, animo agitare cœpit. Mireris Leonem affectare manſuetudinem, non inſilire in ipſum impetu & deuorare (vt cupiebat) ſed fraudibus agere, aliquamque venari ſi poſſet & captare occaſionem, vt iuſto aliquo ſimulato prætextu, eum à ſede deijceret. At ſcelus operandum idoneum miniſtrum inuenit nouum Iudam, eius diſcipulum Anaſtaſium, quem ad proditionem faciendam redemit promiſſione Epiſcopatus eiuſdem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ.

II. Non præterierunt hæc Germanum, vt qui diuino reuelante ſpiritu, non præſentia tantum cognita habuit, ſed futura prædixit, quæ multos poſt annos eidem infeliciſſimo ventura eſſent. prout Theophanes docet, qui & illud narrat; *contigiſſe nimirum, vt idem Anaſtaſius cùm aliquando ſuum ſequens Epiſcopum ad Imperatorem ingredientem, percalcarit pedibus magno animi faſtu oram ſtolæ ſancti Pontificis: ad eum ille conuerſus propheticum hoc prænuntiarit oraculum, dicens: Non effugiet tempus à te ingrediendi Duppin.* locus hic publicus erat regiæ ciuitatis populorum frequentiori cœtu reliquis præſtans.

GERMANI VATICINIVM DE ANASTASIO PRODITORE.

Quod vaticinium tunc cognitum, & in memoriam reuocatum fuit, cùm impleri contigit. Cùm videlicèt Anaſtaſius, pulſo Germano, Epiſcopus factus eſſet, diuque ſediſſet, ex eo quòd tyrannum coronaſſet Arthabaſdum Conſtantini Copronymi cognatum, ab eodem Copronymo, poſt tyrannum extinctum regnante, fuit iſte magiſtri proditor Anaſtaſius aſino impoſitus verſo vultu, ſummâque infamiâ & ludibrio totius populi per Duppin publicè circumductus. Tam nobilem pompam eius Epiſcopatus, ante quindecim fermè annos, propheticè cognitam eidem prænuntiauit ſanctus Germanus; qui imitatus Chriſtum Redemptorem, tolerauit perfidum proditorem. Porrò deiectionem S. Germani è throno poſt annum ſequentem contigiſſe ſuo loco dicturi ſumus.

III. LEO IN IOAN. DAMASCENVM TENDIT INSIDIAS.

Qui igitur S. Germano (vt vidimus) Leo Iſauricus tetendit inſidias ad perdendum eum, idem cùm ſciſſet ſe ſcriptis Ioannis Damaſceni fuiſſe haud mediocriter læſum; vt in eum vlciſceretur, ad fraudes pariter ſe conuertit, in quibus concinnandis ipſi fuit diutiùs laborandum, quòd non haberet præſentem hominem, nec ſuæ poteſtati ſubiectum, immò apud Sarracenos, & quidem inter proceres eorum & principes collocatum, nempe (vt anno ſuperiori dictum eſt) à principe Sarracenorum in primum locum Conſiliarium adſcitum. Quódnam autem fraudulentus homo machinamentum in eumdem excogitarit: accipe à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano, res ab eo geſtas ſic proſequuto:

Vbi ab Imperatore compertum eſt (Ioannem ſcilicèt ſcriptis ſuis magnoperè eſſe conatum, vt exortam hæreſim profligaret) accerſitis nonnullis, qui eadem cum ipſo de religione ſentiebant (ſiquidem indigniſſimè ferebat impietatem ſuam Ioannis epiſtolis traduci, aperteq; peruulgari) negotium ipſis dedit, vt impoſitâ ſibi pietatis laruâ, omni ſtudio atque conatu id agerent, vt per colloquij ſpeciem, epiſtolam quamdam Ioannis manu ſcriptam nanciſcerentur. Quamobrem vitij propagatores nullum (vt dici ſolet) funem mouere, fraudemq; tegere, atque id quod ipſis imperatum fuerat inueſtigare deſtiterunt, quoad inuentam epiſtolam Imperatori tradidiſſent. Ille autem accitis quibuſdam notarijs ſuis, epiſtolarum Ioannis exemplar ad imitandum ipſis propoſuit, in hoc nimirum, vt & ſcripturæ notas & ipſius ſententias ac verba exprimerent. Cùm igitur multos qui ad eam rem ipſi operam nauarent, inueniſſet: tum denique iuſſit, vt epiſtolam tamquam ex Ioannis perſona ad ipſum impium Imperatorem ſcriptam exararent, cuius hæc ſententia eſſet:

IV. EPISTOLA FICTA NOMINE IOANNIS.

Salue Imperator. Maieſtati tuæ hoc nomine gratulor, quòd eamdem nobiſcum fidem tenes, tuæq; Imperatoriæ præcellentiæ cultum ac venerationem quam debeo, tribuo. Eaq; de cauſa illud tibi ſignifico, vrbem hanc noſtram negligenter omninò cuſtodiri, atque Agarenorum præſidium quod hic eſt, exiguum & infirmum eſſe. Quare per Deum te obteſtor, vt huius ciuitatis commiſeratione affictaris, atque ingenti & ſtrenuâ manu præter omnem expectationem miſsâ, quæ aliò ſeſe proficiſci ſimulet, vrbem ſine vllo labore obtinebis. Ad id enim ipſe quoque non mediocrem opem tibi afferam: quandoquidem & vrbs & regio vniuerſa in mea penè poteſtate eſt.

Hac

Digitized by Google

Hac epiſtola conſcripta, ex eadem animi peruerſitate impius ille alteram ad Sarracenorũ principem epiſtolam confinxit hoc exemplo.

V.
LEONIS IMP. EPIST. AD REGEM SARRACENORVM.

Nihil pace beatius atque amicitia fortunatius eſſe cenſeo: ac propterea pacis fœdera ſeruare, laudabile ac Deo gratum eſt. Proinde nihil antiquius duco quàm amicitiæ fœdus, quod tecum ſanxi, firmum atq; inuiolatũ conſeruare: quamquàm ad illud clam infringendum, ac verſutè violandum, à Chriſtiano quodam, qui ſub tua ditione atque imperio eſt, crebris ipſius litteris incitor; quibus illud certò confirmat, ſe mihi ad vrbem tuam in meam poteſtatem redigendam, ingentem opem allaturum eſſe, ſi ingentem exercitum eò miſero. Vnde etiam vnam ex ipſis ad me miſſis epiſtolis ad te miſi, vt ijs quæ ad te ſcribo, fidem concilie͂m, atq; intelligas quàm in tuendis amicitijs vera ac ſincera fidei ſim: ſimul etiam eius qui ad me hæc ſcribere auſus eſt, improbitatem ac fraudem perſpectam habeas.

REX SARRACENORVM IN IOANNEM COMMOTVS.

Ambas has itaque litteras ille, vt nomine Leo, ita & ſerpentina verſutia præditus per quemdam ex ſuis ad Barbarum miſit. Ille autem his acceptis, Ioannem accerſit, ac fraudulentam ipſam epiſtolam illi oſtendit. Quâ perlectâ Ioannes, litterarum quidem formas ſuis ſimiles eſſe confeſſus eſt, ſe autem ea quæ in ipſis continerentur, prorſus ignorare, nec vmquam ſibi huiuſmodi quicquam in mentem veniſſe. Nec verò cùm epiſtolam eam legiſſet, eum fugit, quonam dolo, quibusve inſidijs hæc aduerſum ſe comparata eſſent. Verùm ille Chriſti inimicus Princeps ad ea quæ à Ioanne dicebantur, perinde erat ac aſinus lyram audiens (velut eſt in prouerbio) atque à bonis quidem & cum veritate coniunctis verbis obmutuit, atque non ita obticuit, quin iniquum facinus imperaret. Nam nulla mora interpoſita, dexteram Ioannis amputari iubet. Cumq; ille ab eo precibus peteret, vt purgandi ſui causâ, atque vt impij Imperatoris furorem in ſe exponeret, breue quoddam temporis ſpatium ſibi concederetur; à Barbaro tamen, vt cui furor mentem omninò ademiſſet, id impetrare non potuit.

VI.
IOANNI PRÆCIDITVR DEXTERA.

Itaque dextera ea, quæ ſcriptis ſuis virtutem Orthodoxis in Deo fecerat, exciſa eſt: dextera, inquam, ea exciſa eſt, quæ homines Domini odio percitos refutabat: atque pro atramento, quo, cùm imaginum adorationem litteris mandaret, priùs tingi ſolebat, ſuo cruore perfunditur. Deinde exciſa hæc manus à Domino (vt ſic loquar) in foro ſuſpenſa eſt. Cùm autem aduesperaſſet, ac Ioannes Tyranni indignationem ſedatam atque compreſſam eſſe coniiceret, legationem ad eum miſit, ſupplex rogans & obſecrans, atque huiuſmodi verbis vtens: Dolor mihi ingraueſcit, meq; intolerandum quemdam in modum excruciat, neque acerbitatis aculeo leuari poſſum quamdiu præciſa mihi manus in aere pendet. Hanc igitur, quæſo, te, donari mihi iubeas, vt ea humo condita, doloris acrimonia relaxetur. His precibus ſtatim ceſſit tyrannus; redditaq; eſt viro iuſto manus.

IOANNIS PRECES AD DEI GENITRICEM.

Quâ acceptâ, ille ad oratorium, quod domi habebat, ingreditur, pronoq; omninò corpore ante diuinam imaginem in qua Dei genitricis effigiem gerebat, prouolutus, exciſamq; manum priſtinæ, na commiſſuræ admouens, intimo pectore ingemiſcit, ac cum lacrymis exclamans, illam ad miſericordiam propenſiſſimam hunc in modum obſecrare cœpit: Domina & caſtiſſima Mater, quæ Deum meum peperiſti, diuinarum imaginum causâ dextera mihi manus amputata eſt: Neque enim te fugit, quid Leonem in furorem coniecerit. Quare quàm celerrimè accurre, & manui meæ medicinam adhibe. Dextera Excelſi quæ ex te incarnata eſt, per tuam interceſſionem virtutes multas efficit. Tuo itaque rogatu meam quoque dexteram obſecro ſanet, vt tuas quemadmodum conceſſeris, Filijq; ex te incarnati laudes modulo contentu, ô Dei genitrix, litteris conſignet, atque Orthodoxo cultus adiumento ſit. Poteſt enim quicquid lubet, vt Dei Mater.

VII.
MANVS IOANNIS DIVINITVS RESTITVTA.

Hæc Ioannes lacrymis dicens obdormiuit, atq; in ſomnis Dei genitricis imaginem videt, placidis & lætis oculis ipſum intuentem, ac dicentem: Ecce ſanitati eſt reſtituta manus tua. Iam ergo ſine vlla cunctatione, quemadmodum nunc polliceris, eam [a] ſcribæ velociter ſcribentis calamum effice. Experrectus igitur ille qui ſanus fuerat, cùm exciſam manum contemplaretur, eamq; ſanatam conſpexiſſet, [b] ſpiritu exultauit in Deo ſalutari ſuo atque ipſius matre: quoniam fecit ipſi magna qui potens eſt, pedibusq; ſtans, manum in altum extulit, carmenq; quod tempori maximè conueniret, cecinit; totaq; nocte vnà cum vniuerſa familia lætabatur; ad grati animi ſignificationem canticum nouum Deo cantaui ac dicens: [c] Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine: Dextera tua manum meam amputatam ſanauit, ac per eam hoſtes, qui venerandam tuã ac genitricis tuæ imaginem honore minimè proſequuntur, conſcindet, atq; in multitudine gloriæ tuæ aduerſarios, imaginum fractores per manum meam confringet. Erat itaq; illi nox ea, dies & non nox, ac lumen & non tenebræ (licet autem hoc loco prophetæ vocem cum aliqua immutatione vſurpare) erat illic nox purè epulantium, & [d] ſonus exultationis in iuſti viri tabernaculo.

[a] Pſal. 44.
[b] Luc. 1.
[c] Exod. 15.
[d] Pſal. 41.

VIII.

Hæc porrò non occultè in ſilentio peragebantur, verùm admirandus ille ſonus atque continua illa iubilatio ad vicinos & eos qui in vrbem habitabant, ſeſe diffundebat. Ex quo factum eſt, vt confeſtim quidam ex Chriſti inimicis Sarracenis Principem ſuum adirent: Ioannis dexteram minimè abſciſſam eſſe affirmantes, verùm alium quempiam, ſeruo puta, aut alioqui ipſi miniſtranti, qui beneuolentiâ erga eum ductus, ſe ipſum domini loco huic ſupplicio expoſuiſſet: eos autem quibus huiuſmodi ſectio imperata fuiſſet, pecuniâ corruptos pœnam in alium tranſtuliſſe: En enim Ioannes (inquiebant) domi deſidens canit, ac perinde oblectatur, ac ſi nuptiale feſtum celebraret, epithalamiumq; alicui tamen ederet; imò & huiuſmodi lætitiam ipſius exultatio ſuperat. Hoc nuncio allato ſtatim Ioannes accerſitur. Ac cùm veniſſet, exectam dexteram extendere iubetur. Quâ demonſtratâ, certo Dei matris conſilio ac prouidentiâ linea quædam in ea elucebat, veriſſimam exciſionem eſſe oſtendens. Tum igitur ex eo Barbarus quæſiuit, quiſnam medicus ipſum in ſanitatem aſſeruiſſet, ac quænam medicamenta impoſuiſſet? Ille clarâ & ingenti voce miraculum prædicat. Dominus meus (inquit) omnipotens medicus, cuius vis ac potentia orationem pari pede comitatur, in ſanitatem me vindicauit.

MIRACVLVM DIVVLGATVR.

IX.
REX SARRACENORVM PROPENSIOR ERGA IOANNEM.

Ad hæc Barbarus: Quantum coniecturâ aſſequor, ô homo, id quod paſſus es, innocens paſſus es. Ac velim illud nobis ignoſcas quòd præcipiti & inconſideratâ ſententia ſupplicium tibi intulimus. Tu verò priſtinum munus miniſtrabis, principemq; inter conſiliarios noſtros locum obtinebis. Neque enim poſt hac niſi de tuo conſilio ac ſententia quicquam facturi ſumus. Ille autem humi proſtratus adorans, pronuſq; iacens eum perdiu rogauit, vt id ſibi remitteret, aliamq; viam multò iucundiorem & optabiliorem ingredi permitteret, eius qui ait: [e] ego ſum via, veſtigijs inhærere. At Barbarus poteſtatem minimè faciebat, erantq; cernere tamquam gladiatores quoſdam, Barbarum & virum iuſtum inter ſe pugnantes. Ille autem multis mundi vinculis Ioannem coercere contendebat; hic contrà magnam vim ac ſtudium adhibebat, vt ea rumperet, atque Angelicis pennis in ſublime volaret. Quin illud quoque fortaſſe nec immeritò dixerit quiſpiam, quòd improbi ſpiritus à ſiniſtro latere animum Barbaro addebant, atque ad alliciendum Ioannis animum eum acuebant. atq; luculento tandem cum præconio vincit gladiator meus, omnesq; aduerſarij illecebras tamquam paruulorum ſagittas ducit, victorq; diſceſſit illuſtri vittâ caput redimitus, domumq; læte atque hilari vultu ingreditur qui prius mœſtus ac triſtis exceſſerat.

[e] Ioan. 14.

X.

Cumq; duæ ipſi dominicæ ſententiæ propoſitæ eſſent:

IOANNES DAMASCENVS MONACHISMVM AMPLECTITVR.

altera qua hoc ſtatuerat, vt facultates ſuas venderet, ac pauperibus diſtribueret; altera vt domos & agros aliaq́, omnia Domini causâ relinqueret: ita ſe comparauit, vt nec in priori temporis aliquid ſibi terendum putaret, ne fortè ea res ſibi moram afferret; nec item in ſecunda, niſi facultates ſuas temerè relinqueret, inter eos qui ſanguine ipſi coniuncti erant, lites atq; conflictationes orirentur, aliję nimirum aliud quoddam hereditatis capeſſendæ ius proferentibus. Verùm inter vtrumque graditur, atq; confeſtim bonis in pauperes, captiuos ſeruos ſuos, quos etiam libertate donauerat, & cognatis diſtributis, atque diuinis templis conſecratis, quemadmodũ ex matris vtero nudus exiuerat, ſic etiam neceſſarijs indumentis exceptis nudus è mundo exceſſit. Ac Hieroſolymam profectus, cum in his venerandis locis orationis munere (vt par erat) perfunctus fuiſſet, tamquam ceruus diuinâ ſiti flagrans, in ſolitudinem contendit, atque ad diuini Sabæ Lauram ſe confert, comitem & ſocium non itineris duntaxat, ſed inſtituti etiam Coſmam habens, qui eamdem cum ipſo educationem ac diſciplinam habuerat. Quæ autem hæc ſit ſequuta optimè inſtituta vita monaſtica, idem auctor latè proſequitur: ſed hæc nobis modo ſatis ad inſtitutum. Quomodo autem poſtea alios libros elaborauerit aduerſus Iconoclaſtas, ſuo loco dicturi ſumus.

XI. Quod ad res Occidentales pertinet, hoc anno, Indictione videlicet vndecimâ, Longobardi Sutrium munitionem ab Eccleſia abſtulerunt, de quo iſta apud Bibliothecarium: *Eo tempore per vndecimam Indictionem dolo à Longobardis peruaſum eſt Sutrienſe caſtellum, quod per quadraginta dies ab eiſdem Longobardis poſſeſſum eſt. Sed Pontificis continuis ſcriptis & commonitionibus ad Regem miſſis (quamuis multis datis muneribus) quamuis ſuis omnibus nudatum opibus, donationem beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo anteſatus emittens Longobardorum Rex reſtituit atq; donauit.* hæc Anaſtaſius.

IESV CHRISTI
Annus 729.

GREGOR. PAP. II. Annus 16. LEONIS ISAVR. IM. Annus 14.

I. REX LONGOBARDORVM CONVENIT CVM EXARCHO.

SEPTINGENTESIMVS vndetrigeſimus voluitur annus duodecimâ Indictione, quo Imperator icto fœdere cum Luithprando Rege Longobardorum res Italiæ in tutum collocare viſus eſt, alliciens ad id eumdem Regem ſpe potiundi monarchia totius gentis Longobardorum, Ducibus omnibus ademptis, Exarcho ad id præſtandum opitulante. Ex quo etiam fœdere clades imminebat vrbi, quæ ab Imperatore defecerat; & Gregorij Papæ exitium, in quem toties vidimus Imperatorem ſuos immiſiſſe magiſtratus: ſed diuinum auxilium affuit, vt machinamenta iſta omnia citò diſſoluerentur. Quomodo autem id acciderit, ab Anaſtaſio audiamus, qui primum in his quæ ad tempus ſpectant, hæc accidiſſe ait hoc anno duodecimâ Indictione. *Eodem*, inquit, *tempore ſæpe dicti Eutychius Patricius, & Luithprandus Rex inierunt conſilium nefandum, vt congregato exercitu Rex ſubijceret Duces Spoletinum & Beneuentanum. Exarchus Romam, & quæ pridem de Pontificis perſona iuſſus fuerat, impleret*, nempe vt eum occideret. *Qui Rex Spoletum veniens, ſuſceptis ab vtriſq; Ducibus ſacramentis atq; obſidibus, cũ tota ſua cohorte in Neronis campo conuenit.* (erat locus ille prope baſilicam Vaticanam olim dictus Prata Neronis.) *Ad quem egreſſus Pontifex, eiq; præſentatus, ſtuduit (vt potuit) Regis mollire animum commonitione piâ. Ita vt ipſe Rex ſe proſterneret eius pedib. & promitteret nulli inferre læſionem. Atq; ſic ad tantam cõpunctionem ipſe pijs monitis flexus eſt, vt quæ fuerat indutus arma exueret, & ante corpus Apoſtoli poneret, mantum,* * *armilauſiam, baltheum, ſpatam, atq; enſem deauratum, necnon coronam aureã & crucem argenteam. Poſt orationem factam obſecrauit Pontificem, vt memoratum Exarchũ ad pacis concordiam ſuſcipere dignaretur. quod & factum eſt. & ſic receſſit, Rege declinante à malis, quib. inierat conſilium cum Exarcho.* iſta quidem Gregorius vbique mirandus, nimirum quòd accenſos hoſtis animos ira reſtinxerit, quòd & furentẽ armis Regẽ Crucis potentiâ exuerit, deq; illius opimis ſpolijs trophæa ad Petri Apoſtoli confeſſionẽ erexerit. Quanta vis Petri, non tam cùm exerit gladiũ de vagina, quàm cùm gladio ſpiritus (quod eſt verbum Dei) præcorda penetrat aduerſantium?

* *armillam*

GREGORII PAPÆ EGREGIA FACTA.

Sed & mirandus non minus in eo Gregorius etiam fuit, dum eumdem Exarchum, quem ſæpiùs vidimus conſpiraſſe in necem ſuam, amicè ſuſceperit, immò & auxiliaribus copijs præſtò fuerit. nam audi quæ his ſubijcit Anaſtaſius.

II. * *Maraniteuſi.* GREGORIVS PRÆSTO EST EXARCHO.

Igitur Exarcho Romæ morante, venit in partibus Tuſciæ in Caſtro Maturanenſi quidam ſeductor Tiberius nomine, cui cognomen erat Petaſius, ſibiq; regnum Romani Imperij vſurpare conabatur, leniores quoſque decipiens, ita vt Maturanenſes, Lunenſes, atque Blerani et ſacramenta præſtitiſſent. Exarchus verò hæc audiens, turbatus eſt; quem ſanctiſſimus Papa confortans, & cum eo proceres mittens atque exercitum profectus eſt. Qui veniens in Maturanenſe caſtellum ibidem Petaſius interemptus eſt; cuius abſciſſum caput Conſtantinopolim ad Principem miſſum eſt: nec ſic plenam Romanis gratiam largitus eſt Imperator. nam poſt hæc claruit Imperatoris malitia pro qua perſequebatur Pontificem.* Quænam autem iſta fuerit, ſequenti anno (vt ratio temporis poſtulat) dicturi ſumus.

PETASIVS TYRANNVS EXTINCTVS.

Hoc tempore, nempe triennio antequam ſucceſſor huius itidem Gregorius, tertius eius nominis dictus ſederet contigerunt iuſtæ querelæ Donati Gradenſis Patriarchæ aduerſus Serenum Foroiulienſem Antiſtitem, cuius rei causâ reperiuntur à Gregorio Pontifice ſcriptæ epiſtolæ hic recitandæ [a].

[a] *Extant in ſcripto Chro. Andreæ Dandulo.*

III. DISSENSIO INTER GRADENSEM AC AQVILEIENSEM EPISCOPOS.

Præerat hoc tempore Serenus Epiſcopus Eccleſiæ Foroiulienſi, cui & Gregorius Papa pallium miſit, rogante Rege Luithprando (meminit huius [b] Paulus Diaconus, Calliſtúque prædeceſſorem fuiſſe tradit.) De hoc autem cum accuſatio veniſſet ad Gregorium Papam, quòd inuaderet res Gradenſis Eccleſiæ: hæc ad eum ipſe Gregorius ſcripſit.

[b] *Paul. Dia. lib. 6. cap. 13. Ver. edit. & nou. 45.*

Grego im ſeruus ſeruorum Dei dilecto fratri Sereno [c].

[c] *Ex ſcrip. Cod. rerum Vene. And. Dand.*

Tanto munere quiſque ditatur; quantum in ſublimitate poſitus de ſe, ex mandato Domini Redemptoris, humiliter ſentit: Etenim paſtoralis dignitas ſingulariter ex humilitate ornatur. Spernẽdos quippe Apoſtolica lectio arguit elatos: [d] *Quid habes quod non accepiſti? Et ſi accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honoris, precibus eximij filij noſtri Regis flexi,* * *plurimùm Eccleſia pro rectitudine fidei, per quam te, tuamque Eccleſiam amplecti cognouimus, prouocati, pallium tibi direximus, interdicentes & inter cætera prohibentes, ne vmquam aliena iura inuaderes, aut temeritatis auſu vſurpares turi dictionem cuiuſpiam: ſed his eſſes contentus, quæ vſque hactenùs poſſediſti. Nunc verò (vt cognouimus) Gradenſis Patriarchæ niteris inuadere iura: atque ex ijs quæ poſſidet omne vſque vſurpare. Ne ergò in quoquam exiſtas temerator, ex auctoritate Apoſtolica præcipimus,*

[d] *1. Cor. 4.*

* Locus deprauatus.

nec vllo

ne vllo modo terminos ab eo poſſeſſos accedas, ſed de his habeto quæ modò vſque poſſediſti: nec ampliùs quàm in finibus gentis Longobardorum exiſtentibus greſſum tendere præſumas, vt non iniuſtè ſuſcepiſſe te gratiam collatam pallij ex præſumptione oſtendas: & de Apoſtolici vigore conſilij, ſi inobediens fueris comprobatus, vltione dignus iudicaberis.* hucuſque Gregorij epiſtola ad Serenum. Idem verò ad Gradenſem Patriarcham, & alios Epiſcopos ſub eodem conſtitutos, atque Duci, aliiſque iſta tunc ſcripſit.

* excedas

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Donato Patriarchæ, & Epiſcopis, atque Marcello Duci, & plebi Venetiæ & Iſtriæ[a].

[a] Ex eod. Cod.

IV. GREGOR. PAP. EPIST. AD PATRIARCHAM GRADENSEM.

Quamquam ex miniſterio, quod ex miſeratione diuina gerimus, quicquid prouidè deliberatum peragere abſque obſtaculo conueniat: verùm ne fruſtra iudicium egiſſe videremur, illa cupimus proſequi, quæ non ad læſionem cuiuſquam, ſed potiùs ad immunitatem reſpiciant: illa ſatagere, vnde non ex poteſtate conceſſa, ſupplicia, ſed præmia ſperentur. Conuenit enim vt cum alterius votis paremus, alterius iura non fraudentur. Quia igitur miſſa relatione ad nos à Deo ſaluata communitas veſtra petijt contra Foroiulienſem Antiſtitem agentes, quod cupiebat inuadere ditionem Gradenſis Patriarchæ. Sed vt numquam excedere terminum vel iura inuadere aliena, ſed ea quæ hactenus poſſedit, ſe eſſe contentum: cui vt Eccleſiam in præſenti non attentet ex auctoritate Apoſtolica interdiximus: eique conſenſum ad hanc eſſe conditionem dilectiſſimi ſciatis: cui denique ne præſumat excedere præcipimus. Ne ergò iniuria quadam aut diſſidio locum gens eorum inſidiando (vt aſſolet) inuadat, peruigiles cauete, potiùs ſolliciti de veſtra poſt diuinum præſidium cogitare ſalute: quia illud non occaſione agitur, ſed vbi poſſunt, Deo eis non reſiſtente, virtuti obtemperare nituntur, optantes de reliquo in amore Domini noſtri IESV CHRISTI pollere, & ab omni immunitate aduerſitate manere. Bene valete.* hæc Gregorius oppreſſorum defenſor. ex quibus etiam intelligis adhoc ſuperſtitem fuiſſe Serenum, cùm malè in annum Domini ſeptingenteſimum vigeſimum ſextum eius obitum alij referant. Producta autem hæc rurſum ſunt in iudicium poſt triennium cùm ſederet Gregorius tertius. Quomodo verò controuerſia definita fuerit per eumdem Gregorium ſecundum, eiuſque ſucceſſorem Gregorium tertium, Leo nonus Romanus Pontifex docet in epiſtola data omnibus Epiſcopis Venetiæ & Iſtriæ prouinciæ, cùm adhuc eadem altercatio recrudeſceret. quæ epiſtola, vt quæ hoc tempore facta ſunt ſciamus, hic deſcribenda eſt. ſic enim ſe habet[b].

*

DE DIVISIONE DIOECESIS FOROIVLIENSIS ET GRADENSIS.

[b] Leon. epiſt. 2.

V.

Nouerit veſtra cariſſima nobis in Chriſto fraternitas, hac in præſenti Indictione ſexta, cariſſimum confratrem noſtrum Dominicum Gradenſem, immò nouæ Aquileiæ Patriarcham ad Synodum noſtram Romæ habitam veniſſe, & querimoniam de ſua & Foroiulienſi Eccleſia, quam credimus vos non ignorare, lacrymabiliter coràm feciſſe. Cum tandem relectis priuilegijs à ſancta Romana & Apoſtolica Sede ſibi conceſſis, inde in ſancta Synodo hoc definitum fuit, vt noua Aquileia totius Venetiæ & Iſtriæ caput & metropolis perpetuò haberetur, ſecundùm quod euidentiſſima prædeceſſorum noſtrorum aſtruebant priuilegia. Foroiulienſis verò Antiſtes tantummodò finibus Longobardorum eſſet contentus, iuxta priuilegium Gregorij ſecundi, & retractationem tertij, &c. vendicabat enim ſibi illa tamquam debita Foroiulienſis Epiſcopus, eò quòd idem & veteris Aquileiæ eſſet Patriarcha: ita enim (vt aliàs dictum eſt) idem Foroiulienſis Epiſcopus æquè Patriarcha dicebatur Aquileienſis & Foroiulienſis. ſic igitur ſubiectos voluerunt ambo Gregorij Epiſcopo Foroiulienſi A totum eſſe Longobardos, eos intelligens, qui ſub Ducis Foroiulienſis ditione erant. Sed de bonis inuaſis Eccleſiæ Gradenſis ab Epiſcopo Foroiulienſi hæc accipe à Gregorio huius ſucceſſore, ex epiſtola ſcripta ad Callixtum Sereni ſucceſſorem his verbis:

VI.

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei Callixto, &c. Iam triennium euolutum prædeceſſoris noſtri tempore. & infrà. *Cognouimus enim quòd audita te deuictus, auſu illicito peruaſeris poſſeſſiones, quæ Centenaria, &* Maſiones nuncupantur, pertinentes monaſterio ſanctæ Dei genitricis ſito in inſula Barbiana, quod priſco & longo tempore ſanctæ iure poſſidet Gradenſis Eccleſia, & eius hactenus fuerat ditionis. Quod (quia aliena nulli licet inuadere præcipuè Sacerdotibus) quia contra Deum eſt præcipimus beati Petri Apoſtolorum Principis auctoritate, cui à Domino & Saluatore noſtro ligandi & ſoluendi in cælo terraque poteſtas conceſſa eſt, vt ea quæ peruadere contra legem auſus es, in præſenti cum omnibus eis pertinentibus Gradenſi Patriarchæ reſtituere debeas, cuius ditioni pertinere videntur. Sciat enim ſi extiteris temerator, & reddere diſtuleris aliena, Apoſtolicæ ſententiæ canonicæ te ſubiacere correctioni atque pœnitentiæ, dum iuſtâ fueris condemnatus ſententiâ.* hucuſque quæ reperiuntur ex dictis eiuſdem Gregorij litteris.

* Manſiones.

DE REBVS INVASIS AB EPISCOPO FOROIVLIENSI.

VII.

Porrò etſi idem Patriarcha Aquileienſis diceretur pariter & Foroiulienſis, eò quòd apud eam ciuitatem habitationem delegiſſet: tamen conſtat C Foroiulium peculiarem ſuum habuiſſe Epiſcopum, aduerſum quem turbas idem Callixtus excitauit, quas à Paulo[c] Diacono ſcriptas ſic accipe: *Grauis (inquit) ſanè per id tempus inter Pemmonem Ducem Foroiulij, & Callixtum Patriarcham diſcordia exorta fuit. Cauſa autem huius diſcordiæ iſta fuit. Aduenient anteriore tempore Fidentius Epiſcopus de Caſtro Iulienſi, cum voluntate ſuperiorum Ducum intra Foroiulani caſtri muros habitauit, ibique ſui Epiſcopatus ſedem ſtatuit. Quo vitâ decedente, Amator eius loco ordinatus eſt. Vſque ad eumdem diem ſuperiores Patriarchæ, quia in Aquileia propter Romanorum incurſionem habitare minimè poterant, ſedem non in Foroiulij, ſed in Cormones habebant. Quod Callixto, qui erat nobilitate conſpicuus, ſatis diſplicuit, vt in eius diœceſi cum Duce & Longobardis habitaret* D *Epiſcopus, & ipſe tantùm vulgò ſociatus vitam duceret. Quid plura? contra eumdem Amatorem Epiſcopum egit, eumque de Foroiulij expulit, atque in illius domo ſibi habitationem ſtatuit. Hac de cauſa Pemmo Dux contra eumdem Patriarcham cum multis Longobardis conſilium iniit: apprehenſumque eum ad caſtellum Pontium, quod ſupra mare ſitum eſt, duxit; indeque eum in mare præcipitare voluit. Sed tamen Deo prohibente, minimè fecit: intra carcerem tamen eum detentum pane tribulationis ſuſtentauit. Quod Rex Luitbprandus audiens in magnam iram exarſit, Ducatumque Pemmoni auferens, Ratchis eius filium in eius loco ordinauit.* hæc Paulus. atque de his ſatis.

[c] Paul. Diac. lib. 6. c. 54. Vet. edit. & nou. 52.

VIII.

E Hoc eodem anno præceſſiſſe ſigno cæleſtia diminentis clade Sarracenorum in Gallias, teſtatur Beda qui vidit, atque deſcripſit his verbis:[d] *Anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimo nono, apparuerunt cometæ duo circa ſolem, multum intuentibus terrorem incutientes. Vnus quippe ſolem præcedebat manè orientem, alter veſpere ſequebatur ſolem occidentem, quaſi Orienti ſimul & Occidenti diræ cladis præſagi: vel certè vnus diei, alter noctis præcurrebat exortum, vt vtroque tempore mala mortalibus imminere ſignaret. Portabant autem facem ignis contra Aquilonem, quaſi ad accendendum acclinem, apparebantque menſe Ianuario, & duabus fermè ſeptimanis permanebant. Quo tempore grauiſſima Sarracenorum lues Gallias miſerâ clade vaſta-*

[d] Bed. hiſt. Angl. lib. 5. cap. 24.

SIGNA DE SARACENIS GALLIAS INVADENTIBVS.

bat. & ipſi non multò pòſt in eadem prouincia dignas ſuæ perfidiæ pœnas luebant. bocuſque Beda.

Qui enim ante annos quatuor à Carolo Martello in Aquitania fuerant dirâ cæde Sarraceni confecti (vt ſuo loco ſuperiùs dictum eſt) reparantes vires, nouos cogentes exercitus, maiori impetu, ſicut vehemeotiore furore inuaſêre primùm Galliam Narbonenſem, inde in reliquas Galliarum prouincias proceſſuri: potiti ſunt eâ, munitionibus expugnatis. Quas ſtrages io miſeros Chriſtianos, in ſacra templa direptiones, incendia, & ſacrilegia, in ſacerdotes cædes, in ſacratas Deo virgioes ſtupra oefariè perpetrarint, nemo puto mortalium ſeriptione, locutionéve dignè ſatis expreſſerit, qoæ vt viſum eſt Bedæ, duabus hiſce lingois ignis è cœlo clamantibus prænootiari meruerunt.

IESV CHRISTI
Annus 730.

GREGOR. PAP. II. Annus 17. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 15.

I. SEQVITVR annus ſeptingeotesimos trigeſimus Redemptoris, decimatertiâ Indictione, quo Leo Imperator, quò minus veritate polleret, eò magis violentiâ ſibi ageodum putauit, vt quam

LEO IMP. DECERNIT STRAVM PERSECVTIONEM ADVERSVS IMAGINES.

promulgauerat hæreſim ſtabiliret. Quòd eoim conciliato Luithprando Rege Longobardorum, res Italiæ io tutum collocatæ eſſe videri poſſent, initâ præſertim concordiâ inter Exarchum atque Romanum Pontificem, liberiùs poſſe agere in Oriente ſibi viſus, primùm omnium ſanctiſſimum Patriarcham Germanum Orthodoxorum anteſignaoum aggreditur, quem ad res Italiæ ſedandas vſque in bane diem ſedere (vt diximus) paſſus eſt. factus enim vt ſibi videbatur, voti compos, eum magoâ de throno depoſitum ignominiâ io exilium miſit; in locumq; eius impium hæreticũ Iconoclaſtam Anaſtaſium Syncellum tyrannicè ſubrogauit, nullo adhibito, vel in depoſitione illius, vel in promotione iſtius, conſilio ſacerdotum, vel cleri, ex præſcripta canonum auctoritate, omoia ſibi pro arbitrio vendicante hęretico Imperatore. De his dicturi primùm omoiũ, quæ de abdicatione ipſius Theopbanes ſcribat, audiamus.

II. *Septimo Idus Ianuarÿ, tertiadecima Indictionis, tertiâ ferià Impius Leo Silentium,* concionaturos ad populum, *contra ſanctas ac venerabiles celebrauit iconas in tribunali decem & nouem cubitorum, aduocato quoque*

S. GERMANVS PATRIARCHA E THRONO DEPONITVR.

Germano ſanctiſſimo Patriarchâ, ratus poſſe illi perſuadere, quòd ſubſcriberet contra ſanctas iconas. Sed fortis Chriſti ſeruus nullatenus acquieſcens deteſtabili cacodoxiæ ipſius, cum verbum veritatis rectè dixiſſet, abrenuntiauit ſummum ſacerdocium, tradens pallium, & poſt multos didaſcalicos ſermones dicens: Si ego ſum Ionas, mitte me in mare. Abſque vniuerſali quippe Synodo innouare fidem impoſſibile eſt mihi ſecundùm Apoſtolicam doctrinam & Paternam traditionem, ô Imperator: & abiens ad locum qui dicitur Platanium, in paretali domo ſua quieti operam dedit, ſummo ſacerdotio functus annis quatuordecim, menſibus quinque & diebus ſeptem. hæc de abdicatione potiùs qoàm depoſitione Germani Theophanes. Verùm Ioannes Damaſcenus, qui iſto viuebat & ſeribebat tempore, nequaquam ita placidè, ſed eum ignominia factam ab Imperatore abrogationem ſatis teſtatur, ipſumque in exilium eſſe miſſum. nam audi: [a] *Et nunc* (inquit) *beatus Germanus alapis percuſſus, & in exilium miſſus eſt, & complures alÿ Patres, quorum nomina nos ignoramus. Nonne id latronum eſt?* &c. ſic igitur de Germano maiorem fidem præſtandam Ioanni Damaſceoo quam Theophani quiſqois iure definierit: cùm præſertim ex Actis ſancti Stephani martyris fulciaotur, quæ paulò pòſt reddituri ſumus; & ea hiſtoria de S. Euphemiæ reliquiarum tranſlatione.

[a] *Ioan. Damaſc. de imag. orat. 2.*

III. Sed quæ de ſubrogatiooe ſucceſſoris, ſtudio Imperatoris tyrannicè facta idem ſcribat Theophanes, aodiamus. ſubdit hæc ipſe.

Porrò vndecimo Kalendas Februarÿ creant falſi nominis Anaſtaſium diſcipulum & Syncellum eiuſdem beati Germani, conſentientem Leonis impietati propter amorem principatus mundani, hunc ipſum Conſtantinopoleos prouehentes. * *Sanè Gregorius ſanctiſſimus Præſul Romanus (quemadmodum prædixi) Anaſtaſium vnà cum libellis abiecit, Leonem per epiſtolas tamquam iniquè agentẽ redarguens, & Romam cum tota Italia ab illius Imperio recedere faciens: Inſaniens ergo Tyrannus contra venerabiles imagines perſecutionem tetendit, porrò multi clerici & monachi, & religioſi laici pro recto periclitati ſunt verbo.* bucuſq; Theopbanes res huius anni. ſed de iiſdem ita ſuperiùs. *Gregorius Leonem per epiſtolas, quæ multis ſunt notæ, redarguit. Sed & Ioannes hunc cum Orientis Epiſcopis anathematibus ſubdit.* hæc ipſe, iotelligens Ioaonem Damaſcenum, quem presbyterum cognomeoto Chryſooiam nuncupatum fuiſſe tradit.

* aliquid deeſt.

ANASTASIVS IMPIVS EPISCOP. CONST.

Sed quæ his conſentientia babeat Anaſtaſius Bibliothecarios in Gregorio poſt recitata: quæ ſuperiori ſuot aono relata, videamus.

IV. *Poſt hæc (ioquit) claruit Imperatoris malitia, pro qua perſequebatur Pontificem: ita vt compelle. et omnes Conſtantinopoli babitantes, tam virtute, quàm blandimentis, vt deponerent vbicumq; habebantur imagines tam Saluatoris, quàm eius ſanctæ Genitricis, vel omnium Sanctorum, eaſq; in medio ciuitatis (quod dicere crudele eſt) igne cremarent, & omnes dealbarent depictas Eccleſias. Et quia plerique in eiuſdem ciuitatis populo tale ſcelus fieri præpediebant: aliquanti capite truncati, alÿ parte corporis abſciſſi pœnam pertulerunt. Pro qua cauſa etiam Germanum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Antiſtitem, eò quòd ei cõſenſum præbere noluiſſet, Pontificatu priuauit idem Imperator, ſibiq; complicem Anaſtaſium presbyterum in eius loco conſtituit. Qui miſſâ Synodicâ ad Gregorium ſcilicèt Romanum Pontificem; dum tali errori cum conſentientem reperiret vir ſanctus, non cenſuit vt fratrem & conſacerdotem ſolite; ſed reſcriptis commonitorÿs, niſi ad Catholicam ſe converteret fidem, etiam extorrem à ſacerdotali officio eſſe mandauit. Imperatori quoque mandauit, ſalutaria ſuadens; & vt à tali execrabili miſeria declinaret, ſcriptis commonuit.* hæc Anaſtaſius. Quòd verò non obtemperaſſet omoinò, tunc demum factum eſt, vt idem Pontifex tamdem eumdem Imperatorem, vtpote penitùs impœnitentem hęreticum cognitum & declaratum, fuerit anathemate exceratus; tumque Romanos, tum Italos ab eius obedientia receedere penitùs fecerit, qui antea id ſponte (vt vidimus) ſimul facere ſæpè tentaſſent.

QVID GREGORIVS PONTIFEX IN LEONEM IMP.

V. Retinuerat hactenùs habenas rebellaotis populi ſæpè Gregorius, ne aduerſus Imperatorem penitùs rebellarent, quamdiu ſpes aliqua eſſe potuit, vt ſæpè monitus promulgatum deimpietate reuocaret edictum, non curans ſe ob eam cauſam ſæpiùs eſſe vitæ io diſcrimen adductũ. Vbi autem eumdem neq; verbis ſcriptiſve à cœptis potuit reuocare, neq; beneficijs continere quin io deterius laberetur: tempus iam aduenisse ratus, vt ſecuris

HÆRETICI PRINCIPIS QVANDO REGNO PRIVANDI.

adiadi-

Digitized by Google

ad radicem admoneretur arboris infelicis, Apoſtolicâ auctoritate, Succidite eam, [a] clamat. Quo tonitru excitati fideles occidentales, mox deſciſcunt penitùs à Leonis Imperio, Apoſtolico Pontifici inhærentes. Sic dignum poſteris idem Gregorius reliquit exemplum, ne in Eccleſia Chriſti regnare ſinerentur hæretici Principes, ſi ſæpè moniti in errore perſiſtere obſtinato animo inueniirentur. Tunc enim accidit quod & Græci hiſtorici omnes affirmant, & idem Theophanes ait anno decimoquarto Leonis Imperatoris, ipſum Leonem ab eodem Gregorio priuatum eſſe tributorũ Italiæ exactione. Teſtantur id Cedrenus & alij. Zonaras hæc Romæ (quod par eſt credere) facta eſſe Synodicè tradit, atq; in eodem Concilio ipſum Imperatorem anathematis affectum pœnâ. Cuius rei cauſâ factum, vt vehementiùs à Leone in Oriente Eccleſia vexaretur.

[a] *Dan. 4.*

VI. Sed res geſtas in eo tumultu Conſtantinopoli pleniùs videamus, quas Theophanes ieiunè adeò, paucis vix deguſtatis præteriiſſe videtur. In Actis verò S. Stephani iunioris Martyris tunc ſcriptis fuſiùs hæc digna memoriâ enarrantur, in depoſitione S. Germani & ſubrogatione Anaſtaſii accidiſſe: *Imperator milites gladijs accinctos mittit, qui ſanctum virum cõtumelioſè habitum, à plagis malè mulctatum throno exturbarent. Ipſe itaq; ſtatim ad monaſticum & quietum vitæ genus ſe contulit. At contra Eccleſiam inuaſit ille perſecutor & contumelioſus, eamque miſerum in modum peruaſtans, ac magno mœrore implens non modò ob egregij paſtoris ereptionem, ſed etiam ob eius, quem in ipſius locum ſubrogauit, immanitatem. Confeſtim enim ſceleſtum Patriarcham, hoc eſt, eiuſdem (vt dici ſolet) figlinæ hominem ſuffecit, nimirùm ſeruum Anaſtaſium, qui in omnibus rebus ipſi aſſentiens, ac turpiſſimum obſequium perſoluens, atq; omnia ea quæ ab ipſo gerebantur, ſeruilem in modum laudans, huic quoq; pernicioſo dogmati patronum ſe adiungebat.* hæc ibi: reliqua ſuo ſunt loco dicenda. Sic igitur Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ propugnaculum deſiit, cùm ex ea ſubductus eſt S. Germanus Orientalis Eccleſiæ lucerna ardẽs & lucens, vepote qui non ſolùm ſanctis operibus & fidei Catholicæ defenſione vniuerſum illuſtrauit Orientem; ſed & ſcriptis ipſam Eccleſiam Catholicam luce perfuderit. vtinam extarent omnia, atque ea præſertim, quæ exul ócio maiori conſcripſit. Porrò eiuſdem Germani Patriarchæ, præter Theoriam rerum Eccleſiaſticarum, & homilias, aliaq; nonnulla, quæ edita ſunt in Bibliotheca SS. Patrum, extat in Bibliotheca Vaticana liber, qui inſcribitur:

N. 435. Πρὸς μαρῖνον ὕπατον, ἐ αὐληχαφία λόγ☉ περὶ ὅρων ζωῆς. *Ad Marinũ Conſulem & notarium oratio de vitæ definitionibus.*

439. Item in Collectaneis quibuſdam Græcis canonum & legum, eſt eius veluti conſtitutio quædam, in qua perſtringit Italos, tamquam Imperatori ſuo nõ obtemperantes.

577. Annotationes quędam in Dionyſium Areopagitam pręter illas, quarũ ſuperius meminimus epiſtolarũ, quæ in Synodo generali VII. Act. 4. citantur.

Epiſtola ad Ioan. Epiſcopũ Synnadorum.

Epiſtola ad Conſtantinum Epiſcopum Nacoliæ.

Epiſtola ad Thomam Epiſcopum Claudiopolitem.

Ioannes Cypariſſiotus libro 8. [b] citat Germani ἔκθεσιν τῆς πίστεως, id eſt, expoſitionem fidei.

[b] *Lib. 3. Iuris Græc.*

Photius in Bibliotheca c. 23. Germani Patriarchæ * αἰσθητικόν. Sed non dubium quin in aliis Bibliothecis alia plura ſanctiſſimi viri lateant ſcripturũ monumenta, quæ aliquando Deo volente, prodentur in lucem. Sunt præterea Conſtitutiones ſynodales S. Germani.

VII. Celebratur in Menologio Baſilii Imp. (ita nominatur quod eius iuſſu collectum eſt) die duodecimâ Maij, memoria S. Germani, vbi & aſſeritur nonagenarius ex hac vita migraſſe. Cuius tempore Conſtantinopoli claruit ſanctitate Stephanus Abbas, quẽ ex monaſteriis Palæſtinæ idem S. Germanus vocauit Conſtantinopolim ad regendos monachos diſciplinâ ſolutos, cuius anniuerſaria dies agitur in eodem Menologio Baſilii Imp. decimatertiâ menſis Ianuarij.

Accidit etiam iiſdem diebus (quod non prætereundum eſt) vt Gothorum populus, qui incoleret regionem trans Euxinum Pontum, defuncto ſuo ipſorum Epiſcopo, eligerent Ioannem quemdam ſanctis moribus imbutum, & conſecrandum mitterent Conſtantinopolim ad Germanum Patriarcham: qui ne pollueretur hæreticorum contagio, miſſus ab eo eſt in Iberiam trans Pontum Euxinũ ab Epiſcopis regionis illius conſecrandus. eſt autem eius memoria celebris in Menologio die vigeſimaſextâ Iunij.

VIII. Sed iam ad Ioannem Damaſcenum ſe conuertat oratio, quẽ his ipſis diebus ſcribere aggreſſum eſſe ſermones illos de imaginibus, eius teſtificatione conſtat, dum ait: *Et nunc beatus Germanus alapis percuſſus & in exilium miſſus eſt.* horum cum meminit Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus, ait: *Ampliſſimos libros de diuinarum ac venerãdarum imaginum adoratione contexuit: Quò enim diuinæ imaginis pulchritudinem in ſe ipſo inde ab initio præſtantiùs impreſſerat, eò quoq; ſublimius de venerandarum imaginum honore conſcripſit. Ad huiuſmodi porrò labores hortatorem & ſtimulatorem Coſmã habebat, de quo ſupra.* & inferiùs: *Ipſum autem eò etiam diuinus Zelus impulit, vt propter leges diuinas pugnans, è Damaſco prius*, per epiſtolas ſcilicet, vt dictũ eſt, *ac poſtea è Palæſtina*, vbi degebat in monaſterio, *eos qui diuinas imagines in vrbe Conſtantinopolitana euertebant, contumeliiſque afficiebant, impeteret*, hæc Ioannes. Factum ſiquidem eſt, vt lectione Ioannis librorum quiſque ſufficiens eſſet, qui poſſet aduerſus Iconomachos inire certamen.

IX. Sed aliqua ex his hic intexamus, quibus potiſſimùm aduerſus Apoſtatam Imperatorem inuehitur; atq; primùm cùm in illis ſcribendis ſui rationem inſtituti affert his verbis in exordio primæ orationis: *Ob id (inquit) magis ſum incitatus* ad ſcribẽdum ſcilicèt. *Nam ad ſubiectos populos decipiendos multùm valet Regis auctoritas. Pauci enim, nimirum illi qui terrarum Reges cæleſtis Regis imperio gubernari, & leges debere Regibus imperare ſciunt, iniqua eorum iuſſa negligunt & aſpernantur.* & inferiùs in eumdem: *Domini exercitus ſancti ſunt. Spoliet ſe ipſum exercitu ſuo terrenus Imperator, & tunc ſpoliet Regem ac dominum ſuum. Deponat purpuram, & tunc eorum qui aduerſus Tyrannum optimè atque egregiè ſeſe geſſerunt, pietatem amputet.* in fine autem eiuſdem primæ orationis: *Cùm igitur antehac ſacerdotes Regeſq; fuerint Chriſtianæ Reipublicæ diuinitùs dati pietate, doctrinâ, & vitæ ſanctitate præſtantes, pluriniaq; Concilia à ſanctis & diuino ſpiritu afflatis Patribus celebrata: cur nemo eorum imaginum vſum cenſuit improbandum? Nouam fidem doceri non patiemur.* [c] *Ex Sion enim veniet lex* (vt per Prophetã inquit Spiritus S.) *& verbum Domini ex Hieruſalem. Non permittemus vt aliud aliàs ſenſiſſe & tẽporib. mutatus fuiſſ:*

Ioannis Damaſc. ſententia aduerſus reges qui ſunt ſacerdotum vindicantes.

[c] *Iſai. 2.*

videantur; nec fidem noſtram y qui ab ea ſunt alieni, riſum & ludum putent. Regio non cedimus imperio Patrum conantis auertere conſuetudinem: Neq; enim piorum eſt Regum Eccleſiaſtica inſtituta conuellere. Non paternam pietatem, ſed latronum ſauitiam arguunt, qui pecuniâ imperantur, non autem verbis perſuadentur. & paulò pòſt: *Hinde rebus ſtatuere atq; decernere non ad Reges pertinet,* (a Matt. 18.) *ſed ad Concilia. Nam vbi* [a] *duo vel tres* (inquit Dominus) *congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio ipſorum: ligandi & ſoluendi poteſtatem non Regibus, ſed Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus & Paſtoribus & Doctoribus Chriſtus dedit,* &c.

X. Et in ſecunda oratione: *Audite* (inquit) *populi, tribus, linguæ, viri, mulieres, pueri, ſenes, adoleſcentes, infantes, gens Chriſtianorum ſancta: Si quis euangelizauerit vobis præter id quod Eccleſia Catholica à ſanctis Apoſtolis, à Patribus, atq; Concilijs acceptum ad hunc vſq; diem ſeruauit, eum ne audieritis, neve ſerpentis conſilium acceperitis, quemadmodum fecit Eua, ex qua mortem eſt aſſecuta. Licèt Angelus, licèt Rex euãgelizet vobis præter id quod accepiſtis: aures occludite. Vereor enim illuc vſque progredi, quò progreſſus eſt Paulus, anathema, inquiens, ſit.* id ea de cauſa, quòd ſciret eſſe Epiſcoporum non monachorum, inferre anathema. & inferiùs: *Conſidera* (b 1. Cor. 12.) *enim quid ſanctus Apoſtolus dicat:* [b] *Et quoſdam quidem in Eccleſia poſuit, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, tum Paſtores atq; Doctores. Ad Eccleſia conſtitutionem non adhibuit Reges.* (c Hebr. 13.) Et rurſum: [c] *Obedite* (inquit) *Prepoſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationẽ* (NON ESSE REGVM SANCIRE LEGES ECCLESIÆ.) *pro animabus veſtris reddituri.* Item rurſum: *Memento*te (inquit) *Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Verbum non ſunt loquuti vobis Reges, ſed Apoſtoli, & Prophetæ, Paſtoresq; atq; Doctores.* & paulò pòſt: *Regnum eſt ciuilis adminiſtratio: Eccleſiaſtica verò conſtitutio Paſtorum atq; Doctorum. Impetus iſte latronũ eſt, fratres: Saul ſcidit pallium Samuelis: & quid ei contigit? Abſcidit regnum eius Deus,* &c.

XI. Ac rurſum de iiſdem inferiùs hæc exprobrans in Iconomachos: *Manichæi* (inquit) *Euangelium ſecundùm Thomam conſcripſerunt: Et vos ſecundum Leonẽ Euangelium ſcribite. Non ſuſcipio Regem ſibi per tyrannidem ſacerdotium vendicantem: Nouit Valentem Regẽ, qui cùm Chriſtianus nominaretur, Orthodoxam fidem perſequebatur; Zenonem item & Anaſtaſium, & Heraclium &* (IMAGINES EX TRADITIONE.) *Conſtantinum illum, qui in Sicilia fuit, & Bardaniſcũ qui & Philippicus appellatus eſt. Non Regijs regulis, ſed patrijs inſtitutis tam ſcriptis quàm non ſcriptis Eccleſiam cenſeo conſtitui & gubernari oportere. Quemadmodum enim in orbem vniuerſum monumentis litterarum promulgatum eſt Euangelium; ſic in vniuerſo terrarum orbe ſine ſcriptis eſt conſtitutum, vt Chriſtus Deus carnem indutus, & ſancti homines imaginibus exprimerẽtur, ſicut etiam vt Crux adoraretur,* &c. habet eadem in commentario de fide Orthodoxa. (d Io. Damaſ. de fid. Orth. li. 4. c. 17.) [d] At de Ioãne hactenùs ſatis modò quæ erudiat Nouatores, præſertim verò Politicos.

IESV CHRISTI
Annus 731.

GREGORII PAP. III. Annus 1. LEONIS ISAV. IMP. Annus 16.

I. (GREGORII PAPÆ II. OBITVS.) QVi ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimus primus Indictione decimaquartâ, fuit obitu ſancti Gregorij Papæ lugubris: Qui contigit (inquit Anaſtaſius) tertio Idus Februarij Indictione decimaquartâ, cum ſediſſet annos ſexdecim, mẽſes octo & dies viginti. De quo præter illa quæ dicta ſunt ſuperiùs certis annis in texta, hæc de eodem idem Anaſtaſius habet: *Hic quadrageſimali tempore, vt in quinta feria ieiunium atq; Miſſarum celebritas fieret, in Eccleſiis in quibus non agebãtur, inſtituit. Oratoriũ in patriarchio in nomine beati Petri Apoſtoli, diuerſis ornatum metallis à nouo refecit, & circumquaq; altaris parietes deargẽtauit, ac diſtinxit duodecim Apoſtolos, penſantes libras centum octoginta.* & in fine: *Hic fecit calicem aureum præcipuum,* * *diuerſum,* (* diuerſis) *ornatum lapidibus pretioſis, penſantem libras triginta: ſimiliter & patenam auream penſantẽ libras viginti octo & ſemis. Hic diuiſit omni clero, monaſterijs, diaconijs, & manſionarijs ſolidorum duo millia centum ſexaginta, & ad luminaria B. Petri Apoſtoli ſolidos mille. Hic fecit ordinationes quinque, quatuor per menſem Septembrem, & vnam menſe Iunij, creauitq; presbyteros XXXV. diaconos IV. Epiſcopos per diuerſa loca CL. Qui & ſepultus eſt ad beatũ Petrum Apoſtolum tertio Idus Februarij Indictione XIV. Leone & Conſtantino Imperatoribus: & ceſſauit Epiſcopatus eius dies quinque.* hactenùs Anaſtaſius. Apud quem additum inuenimus in aliquibus exemplaribus menſem vnum, quod repugnat iis quæ dicũtur ab eodem Anaſtaſio in eius ſucceſſore Gregorio tertio. Porrò Gregorius ipſe defunctus receptus eſt inter Sanctos, anniuerſariæque memoriæ cultu in Eccleſia perſeuerat. Cuius ſi ſcripta extarent, resq; ab eo geſtæ diligentiùs ſcriptis mandatæ eſſent, Gregorio Magno haud minorẽ exiſtimares. Præter epiſtolas ſcripſiſſe fertur Reſponſionum librũ vnum ad Leonem Imper. & alium ad Epiſcopum Cõſtantinopolitanum, & alia. Eo igitur defuncto, hoc eodem anno die XVJ. eiuſdem menſis in locum ipſius Gregorij ſubrogatus eſt alius Gregorius eius nominis tertius, de quo hæc idem Anaſtaſius.

Gregorius tertius natione Syrus ex patre Ioanne vir mitiſſimus & valdè ſapiens, in diuinis Scripturis ſufficienter (II. GREGOR. PAP. III. ELECTIO.) *inſtructus, Græcâ, Latináq; linguâ eruditus, Pſalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum ſenſibus ſubtiliſſimâ exercitatione limatus, linguâ quoque in lectione politus, exhortator omnium bonorum operum, plebi ſtrenuiſſimè ſalutaria prædicans, Fidei Catholicæ & Apoſtolicæ immutilatè conſeruator, perenniter ſuæ mentis corda fidelium corroborans, Orthodoxæ Fidei æmulator ac defenſor fortiſſimus, paupertatis amator, & erga inopes prouiſor, non ſolũ mentis pietate, ſed ſtudij ſui labore ſolicitus, captiuorum etiam redemptor, orphanorum quoq; & viduarum largitor, neceſſaria tribuens, amator religioſitatis in Chriſtiana norma, & religioſè volentibus viuere, & Dei timorẽ habentibus in ſuis præcordiis director exiſtens, Deo fauente peruenit ad ordinem presbyteratus. Quem viri Romani, ſeu omnis populus à magno ad paruũ diuinâ inſpiratione permoti, ſubitò cùm eius deceſſor de hoc ſæculo migraſſet, dum in obſequio ſui anteceſſoris eſſet intentus, vi abſtollentes in Pontificatus ordinem elegerunt.* hæc de eius vita ante Pontificatum, & ipſius electione Anaſtaſius.

III. (AD HÆRESIM TOLLENDAM PONTIFEX SE CONVERTIT.) Exigebat quidem temporis vehemens perturbatio, vt qui videretur optimus, idem quam citiſſimè eligeretur, ne capite deficeret Romanus populus, qui (vt vidimus) ab Imperatore hæretico penitùs ſe ſubtraxerat, atq; omninò defecerat, cuius adhuc in Italia vigeret potentia in Exarcho. Sic igitur Gregorius eleuatus in thronum Apoſtolicum, nihil antiquius habuit, quã obortam hæreſim extirpare: cuius rei gratiâ ſecurim ad radices admouens, primum omnium, Imperatorem Leonem eius auctorem petit litteris Apoſtolicis, ad eumq; legatum miſit. Sed vtinam ſicut arcus fortiſſimus fuit, ita emiſſa ſagitta plumbea non fuiſſet. Quidnã acciderit, ex eodem Anaſtaſio res geſtas eiuſdem Gregorij proſequente audiamus.

Fuit autem (inquit) Gregorius Papa tertius *temporibus*

Digitized by Google

poribus Leonis & Conſtantini Imperatorum, eâ perſecutione graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad depoſitionem & deſtructionem ſacrarum imaginum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, omniumq́; ſanctorū Martyrum & Confeſſorum. Pro quibus idē ſanctiſſimus vir, vt ab hoc reſipiſcerent ac ſe remouerēt errore, commonitoria ſcripta, vigore Apoſtolicæ Sedis inſtituta (quemadmodū & ſanctæ memoriæ deceſſor ipſius direxerat) miſit per Gregorium presbyterum, qui humano ductus timore, nō eadem ſcripta Imperatori porrexit. Siquidem Leonis rugientis & ſæuientis crudelitas ipſa oculis viſa perterruit. Maiora enim præſens vidit, quā quę fama perceperat; adeò vt timore correptus defecerit penitùs animo, tutius ratus non dare litteras, quas acerrimas eſſe ſciebat, quàm deficiēdo in diſcrimen adducere Sedis Apoſtolicæ maieſtatem. Sed quid in eum Gregorius Papa ſtatuerit, Anaſtaſium audi de Greg. ipſo presbytero iſta ſubdentē.

GREGOR. PAP. LEGATIONEM MITTIT AD LEONEM IMP.

IV. *Reuertens ſecum illas litteras in ciuitatem Romanam reducens, ipſi ſanctiſſimo Pontifici patefecit, confeſſus, ſe facinus reum culpa. Quem magnâ comminatione Pontifex ipſe voluit ab ordine ſacerdotali priuare.* Congregatis enim Epiſcopis qui in Vrbe eſſent, vel in proximis Eccleſiis, Concilium ab ipſo Pontifice eſt congregatum, vbi inter alias cauſa eiuſdem Gregorij, vtpote grauis, in medium allata eſt; prǽloquutusq́ue ipſe Gregorius Papa facinus deteſtatus, ſentētiam depoſitionis laturus cū eſſet in eum, ne id faceret, Epiſcoporum preces interceſſerunt, cùm idem Gregorius presbyter reus, emendaturum ſe quod peccaſſet, ſponte, libereq́; promitteret, imitaturū ſe Petrum pollicitus, qui etſi timore perculſus ab animi propoſito excidiſſet, poſtea repetita ſæpiùs confeſſione, mortem tandem libēti animo ſuſcepiſſet. ait enim de ipſo Anaſtaſius: *Cui nempe Pontifici reſiſtente Concilio, & obſecrante tam Concilio quàm optimatibus vt non deponeretur, ſed magis idem presbyter pœnitentiæ ſubmitteretur; illi impoſitâ dignâ pœnitentiâ, iterum ſecūda cum iiſdem ſcriptis litteris apud Regiam direxit vrbem.* ſed quòd hæc ſecunda legatio cōtigiſſe appareat āno ſequēti, ſuo loco de ipſa acturi ſum[a].

CONCIL. ROMANVM IN CAVSA GREGORII PRESBYTERI.

V. Qui ſic comparatus erat Leo, vt nec audire vellet à Romano Pontifice veritatem: eos qui ipſam propè etiam nolenti auribus ingerebāt, procul in exilium eiicere cōſueuit. Inter alios autem fuit vir ſanctiſſimus qui ſucceſſerat S. Germano in Cyziceno Epiſcopatu Æmilianus, cuius natalem diem celebrant Gręci in Menologio iſtis verbis: *Commemoratio S. Æmiliani Epiſcopi Cyzici. Hic propter ſanctarū imaginum cultum multas ærumnas perpeſſus, in exiliū ab impio Imperatore Leone miſſus, acceptâ cōfeſſionis coronâ, dormiuit in Domino.* hęc illi die octauâ menſis Auguſti. Tunc etiam Baſilius & Procopius Decapolita idem ſubeuntes certamen, eamdem pœnam perpeſſi, eâdem ſunt facti digni coronâ: quorum natalis dies à Græcis agitur vigeſimâ ſeptimâ Februarij. Tunc & Theophilus ſanctus monachus æquè coronam promeruit, de quo iidem his agunt verbis, die ſecundâ menſis Octobris, quo eius diē natalem colere cōſueuerunt: *Natalis ſancti patris noſtri Theophili, qui fuit monachus religioſus & timens Deū ſub Leone Iſaurico, cuius impietatem & execrabile auſū in venerabiles Sanctorum imagines euertendas, eius hæreſim in faciē exprobrans redarguit, ipſum impiū, nefariū & Antichriſti præcurſorem & Chriſti proditorem appellās, aliaq́; ſimilia obiiciens. Quibus ille ad irā incitatus, primò verberari eum iuſſit, & in carcerē coniici. vnde poſtmodum eductus ſanctas imagines abnegare cogitur, quod omnino renuens facere in exilium miſſus eſt, & illic præſentē vitā reliquit.* Hæc impius, ſed nō pro cōcepta rabie in Catholicos agens, inuidens illis coronā martyrij, ſciēs eoſdem colendos fore in Eccleſia Martyres, & eorū reliquias venerationi quoq; exponēdas, quas impius perdere laboraret. Tunc & Niceta Patricius idem certamen ſubiens in album ſanctorum Confeſſorum relatus eſt decimatertiâ mēſis Octobris.

ÆMILIANVS EPISC. CYZICI CONFESSOR ET ALII.

VI. Abſtinuit tamen idem Iſauricus ab infligendo ſupplicio Ioanni Epiſcopo Polyboti, qui claritudine miraculorum adeò celebris erat in Oriente, vt & ipſe ſicut olim magnus ille Gregorius, cognomento dictus fuerit Thaumaturgus. Hic enim cū ad redarguendum Imperatorem ſe Conſtantinopolim contuliſſet, vehementerq́; reprehendiſſet, nulla vim paſſus, ad ſuam redire Eccleſiā permiſſus eſt; vbi ſuum curans gregem illæſum ab hæreſi cuſtodiens quieuit in pace, quintâ die mēſis Decembris, quâ Græci in Menologio anniuerſariam eius commemorationē agūt. Inter horum claſſem adnumeratur Gregorius Decapolis in Iſauria ciuitatis ciuis, qui Orientem & Occidētem peragrans in confeſſione Catholicę Fidei, diem clauſit extremū. Simeon præterea ſanctitate nitens tunc vixit, quē Leo detruſit in carcerem, vbi eum idem qui ſupra Gregorius Cōſtantinopoli inuiſit. habet hæc Menologiū vigeſimâ die menſis Nouemb. ſed de aliis agendū inferiùs erit. Iā res Germanicas inuiſamus.

VII. Hoc eodem anno cùm audiuiſſet S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus defunctum eſſe Gregorium II. à quo acceperat Apoſtolatū, & in eius locum fuiſſe ſubrogatum Gregorium III. ad ipſum Romā Legatos miſit; per quos etiam de nonnullis Sedem Apoſtolicam conſuluit. id enim conſtat teſtificatione auctoris, qui ex Wilibaldo Epiſcopo S. Bonifacii res geſtas proſequutus ait: [a] *Cumq́; multa hominum millia tam per ſe quam per ſuos conterraneos ad Chriſti religionem traducta baptiſmatis vnda diluiſſet, defuncto beatæ memoriæ Gregorio II. Sedis Apoſtolicæ Pontifice, tertioq́; Gregorio eamdem ſedem obtinente, Romā Legatos miſit, qui cū nouo Pontifice prioris amicitiæ fœdera renouarent, & priſtinam humanitatē atq; beneuolentiam eius erga ipſum expeterent. Ab ipſa verò Bonifacio omnem obedientiam Romanæ Sedi debitā pollicerentur: deniq; plurimorum Germanorum ad fidem Chriſti adductorum conuerſionem indicarent. Legati cum Romā veniſſent, & Pontifici ea retuliſſent: ille primùm Deo gratias egit: deniq; nō ſolum omnia amicitiæ & beneuolentiæ officia à Bonifacio expetita pollicitus eſt, ſed ea etiam quæ non petiit, largitus eſt, nempe Archiepiſcopi pallium, & litteras quibus ad eius quæſtiones * multimarias reſpondit.* Quod autem ipſæ Pontificis litterę ſequenti potiùs anno datę eſſe ex ipſarum contextu intelliguntur: dicere opus eſt, eoſdem Legatos tardiùs profectos in ſequentem vſq; annum fuiſſe Romæ detentos. Porrò Gregorij Papæ litterarum hoc eſt exemplum.

[a] Vit. S. Bon. lib. 1 c. 25. apud Sur. to. 3. die 5. Iun.

LEGATIO A BONIFACIO AD ROM. PONTIF.

* multifarias

VIII. *Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaq; in vmbra mortis morantibus Gentibus in errore conſtitutis ab hac Apoſtolica Sede directo, Gregor. ſeruus ſeruorū Dei.*

EPIST. GREGORII PAPÆ AD BONIFACIVM.

Magna nos habuit gratulatio, lectis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris, cuius in eis relectâ ſerie, fuiſſe repertū, Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiâ, plurimos te a gentilitate & errore ad veræ fidei agnitionē conuertiſſe. Quod quia diuinâ inſtitutione docemur in parabolis, cui[b] quinque talēta credita fuerāt, alia quinque fuiſſe lucratū. in talis cōmercij lucro cū tota plaudimus Eccleſia. Hinc iure tibi ſacri pallij direximus munus, quod beati Petri Apoſt. auctoritate ſuſcipiēs induaris, atq; inter Archiepiſcopos vnus, Deo auctore, præcipimus, vt cēſearis. Qualiter autē eo vtaris ex mādato Apoſtolico informatum agnoſce. Itaq; dū Miſſarū ſolēnia geris, vel Epiſc. te cōtigerit cōſecrare, illo tātū modo tēpore eo vtare.

[b] Matt. 25.

Quia

IX. *Quia verò turbas Domini gratiâ, in iiſdem partibus ad rectam fidem aſſeruiſti conuerſas, ideoq; nequire te occurrere omnibus quæ ſalutis ſunt impendere vel intimare, cùm iam longè lateq; gratiâ Chriſti eius fides in illis propagetur: præcipimus vt iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ Sedis debeas ordinare Epiſcopos, piâ tamen contemplatione, vt non vileſcat gratia Epiſcopatus.*

Presbyterum namque, quem præterito aſſeruiſti anno ad nos veniſſe, noſtroq; iudicio fuiſſe à ſuis nefarijs abſolutum actionibus: credas, quòd neque nobis confeſſionem aliquam fecit, nec à nobis, vt ſuos expleat libitus, abſolutus eſt. Sed ſi eum errori deditum repereris: hunc Apoſtolicæ Sedis vigore, vt iuxta ſanctorum canonum cenſuram corrigas & emendes præcipimus, vel ſi quos forſan tales inueneris. Ille enim veniens: Presbyter ſum, ait, & commendatitias ad filium noſtrum Carolum litteras expetijt. Nullam illi aliam conceſſimus licentiam. Quem vitari, ſi praue conuerſatur, cum reliquis volumus.

X. *Eoſdemq; quos à paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti: ſi ita habetur, vt denuò baptizes in nomine ſanctæ Trinitatis mandamus.* Si extaret quæ hanc Gregorij præceſſit, epiſtola Bonifacii, quâ de his conſuluit ipſum, ſufficiens ſatis eſſe iſta reſponſio appareret, quæ abſq; illa imperfecta videtur, ſicut & ea quæ paulò pòſt ſubiicitur de baptizatis à presbytero Ioui ſacrificante, vt rebaptizarentur; intelligereturque de his loqui Pontifex, qui nō fuiſſent baptizati in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis. Quòd autem iſta noſtra interpretatio non ſit diuinatio, ſed neceſſaria demōſtratio, teſtis adducitur huius ſucceſſor Zacharias Papa, qui ad eumdem Bonifacium ſcribens de iis qui abſq; certa expreſſione nominis Trinitatis baptizati eſſent ab hæreticis: vt baptizarentur, reſcribit, exemplo, vt ait, Gregorij noſtri prædeceſſoris, idem ad ipſum Bonifacium de his hac epiſtolâ reſcribentis; planè ſignificans, reſpondiſſe Gregorium ad Bonifacium, iterandum eſſe illorū tantùm baptiſma qui abſq; expreſſo nomine ſanctiſſimę Trinitatis baptizati fuiſſent. Porrò ipſa epiſtola Zachariæ inferiùs ſuo loco deſcribetur, quæ incipit: *Sacris liminibus*, intexta eadem in vita eiuſdem S. Bonifacij libro ſecundo. Sed & idem ipſe Gregorius ſuorum verborum certior accedat interpres, qui in alia epiſtola poſt hanc ad eumdem Bonifacium ſcripta, quæ incipit: *Doctoris Gentium*, expreſsè tradit, non eſſe iterādum illorum baptiſma, qui gentilium miniſterio baptizati, ſi in nomine ſanctæ Trinitatis id factum eſſet, ſed hos vt Chriſtianos eſſe recipiēdo per manus impoſitionē & chriſmatis vnctionem. ſed proſequamur reliqua.

XI. *Inter cætera agreſtem caballum aliquantos comedere adiunxiſti, pleroſq; & domeſticum: hoc nequaquā fieri deinceps ſanctiſſime frater, ſinas, ſed quibus potueris, Chriſto iuuāte, per omnia cōpeſce, & dignā eis impone pœnitentiā. Immundū enim eſt atq; execrabile.* Sic ferinos mores cōponere, & ad humaniorē cultum Greg. Papa reducere, quouis prętextu & occaſione curauit. ſed pergit.

Pro obeuntibus quoq; conſuluiſti, ſi liceat oblationē offerri: Sancta ſic tenet Eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atq; presbyter eorū faciat memoriam; & quámuis omnes peccatis ſubiaceamus, congruit tamen, vt ſacerdos non niſi pro mortuis Catholicis memoriam faciat & intercedat. Non enim pro impijs quámuis Chriſtiani fuerint, tale quid agere licebit. Eos etiā qui ſe dubitant fuiſſe baptizatos, vel qui à presbytero Ioui mactāte & immolatitias carnes veſcente baptizati ſunt, vt rebaptizētur præcipimus. vtpote quòd qui idololatriæ inhæſiſſent, nullā habuiſſe intentionem in illis explere ſalutis remediū videri potuiſſent. pergit ipſe.

Progeniem ſuam vnumquemq; vſq; ad ſeptimam generationem obſeruare decreuimus. Et ſi volueris, deuitandum doce, ne cui vxor obierit, ampliùs quàm duabus debeat copulari. id eius relinquit arbitrio, quòd bigamiam, trigamiam, &c. concedere, ſit ex * Eccleſiæ indulgentia.

* Hieron. ep. 9. & 10. & contra Iouin. lib. 1.

XII. *De his verò qui patrem, vel matrem, vel fratrem, aut ſororem occiderint: dicimus vt toto vitæ tempore corpus Dominicum non ſuſcipiant, niſi in ſuo exitu pro viatico: abſtineant etiam ſe à carnis comeſſatione & potu vini donec aduixerint: ieiunent ſecundâ, quartâ, & ſextâ feriâ, vt ſic deflentes poſſint diluere commiſſum ſcelus.*

Hoc quoq; inter alia crimina agi in partibus illis dixiſti, quòd quidam ex fidelibus ad immolandum paganis ſua venundent mancipia. Quæ vt magnopere corrigere debeas, frater, commonemus, ne ſinas fieri vlterà. Scelus enim eſt impietas. Eis ergò qui hæc perpetrauerunt, ſimilem homicidæ indices pœnitentiam.

At quoties Epiſcopum conſecraueris, duo vel tres conueniant tecum Epiſcopi, vt Deo ſit gratum quod geritur, & eis cōuenientibus, ipſiſq; præſentibus conſecres. Hæc te, frater cariſſime, diligenter obſeruare volumus, & ſtudio pietatis cœptum negotiū ſalutis exequi, vt de lucro apportato valeas à Domino Deo noſtro mercedem percipere in æterna beatitudine. Priuilegium verò iuxta quod petiſti faciētes, his iunctum direximus, optantes te Domini Dei noſtri præſidio de conuerſione errantium pleniſſimum apportare lucrum. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. hucuſque reddita ad Bonifacium per Legatos epiſtola Gregorij Papæ. pergit verò auctor.

*Redeuntes igitur nuntij & præſulis Apoſtolici tum ſcripta tum munera optata reportantes, ingenti ſanctum Bonifacium gaudio afficiunt. Itaque ſicut par erat, Deo laudes grateſq; agens mox duas Eccleſias conſtruxit: alteram quidem * Friſſariæ in honorem ſancti Petri Apoſtolorum principis; alteram verò Amanburgi in honorem Michaelis Archangeli. duo quoq; monaſteriola duabus adiunxit Eccleſiis, non minima illic adunata Deo ſeruientium congregatione: vbi etiam hactenùs laudes & cultus diuini officia peraguntur.* hucuſque de Bonifacij rebus geſtis, reliqua de ipſo inferiùs ſuo loco.

* Frictlariæ

XIII. Vidiſti puto, Lector, & conſideraſti vnde prodierit Germanis in tenebris conſiſtentibus gentilitii erroris, lumen Euangelij. Vnde prouenerit inuiæ ſiluæ cultus. Vnde euerſæ domui acceſſerit reſtitutor. Vnde infidelitatis diuturno morbo languentibus venerit medicus & medicina. Vnde adhuc inſanientibus in idolis, aduenerit de vero Deo certa ſcientia. Vnde feris barbaris inhæſerit humanitas, & politicæ vitæ cultus, vt cœperint eſſe homines, qui penè beſtiæ videbantur. Vnde leges legum exortibus, & rudibus diſciplina. Non aliundè quidem quàm ab Eccleſia Romana, à qua Bonifacius prædicare Euangelium miſſus eſt. Eluxit Germanis à Romana Eccleſia Euāgelii lumē, Dei cultus, inſtauratio diſciplinæ, medicus, medicina animorum morbis, ſcientia ac ſapiētia ſtultis, humanitas rudibus, feris atq; indomitis lex. Quis neget iſta Nouator? Quod omnes fatentur, negare puto nec audebunt inſani. Pudeat ingratos in Romanā Eccleſiā inſanire: de illis loquor, qui per deuia hæreſeos à Fide Catholica aberrātes deſierunt etiam eſſe quòd nati ſunt homines participes rationis: cū alioqui ſciamus in cōpluribus eius prouinciis vigere Fidem Catholicam, quò ſi ſancto ſemine caruiſſent, diriora vtiq; ſupplicia quàm Sodoma & Gomorrha ab irato Domino ſubijſſent. ſed in Angliam tranſeamus.

XIV. Hoc eodem anno ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticę gētis Anglorum Beda finē imponit. breui cōpendio

deſcri-

deſcribens ſtatum, quo eamdem relinquit Eccleſiam Anglicanam: quinam Reges prouincijs & Epiſcopi Eccleſiæ præeſſent, recenſens, ita demũ perorat: *Et arridente pace & ſerenitate temporum, plures in gente Nordanhumbrorum tã nobiles, quàm priuati, ſe ſuoſq; liberos, depoſitis armis ſatagunt magis acceptâ tonſurâ monaſterialibus adſcribere votis, quàm bellicis exercere ſtudijs. Quæ res quem ſit habitura finem, poſterior ætas videbit. Hic eſt in præſentiarum vniuerſus ſtatus Britanniæ, anno aduentus Anglorum in Britanniã circiter* CCLXXXV. *Dominicæ autem incarnationis* DCCXXXI. *in cuius regno perpetuò exultet terra, & congratulante in fide eius Britannia lætẽtur inſulæ multæ, & confiteãtur memoriæ ſanctitatis eius.* hucuſq; Bedę hiſtoria. Cui mox ipſe adiecit appendicem de rebus ſuis, his verbis: *Hæc de hiſtoria Eccleſiaſtica Britannorum, & maximè gentis Anglorum, prout ex libris antiquorũ, vel ex traditione maiorũ, vel ex mea ipſe cognitione ſcire potui, Domino adiuuante, digeſſi Beda Dei famulus & presbyter monaſterij beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Vuirimundam & Ingiruum. Qui natus in territorio eiuſdem monaſterij, cùm eſſem annorum ſeptem, curâ propinquorũ datus ſum educandus reuerendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumq; ex eo tempus vitæ in eiuſdem monaſterij habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atq; inter obſeruantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere, dulce habui.*

XV. *Decimonono autem vitæ meæ anno diaconatũ, trigeſimo gradum presbyteratus, vtrumq; per miniſteriũ Epiſcopi Ioannis, iubẽte Ceolfrido Abbate ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus, vſq; ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in Scripturam ſanctã, meæ, meorumq; neceſſitati ex opuſculis venerabilium Patrum breuiter annotare, ſiue etiam ad formam ſenſus & interpretationis eorum ſuperadijcere curaui.* deeſt apud Bedam catalogus ſcriptorum eius, qui ponitur ad finẽ epitomes, ante antiquum auctorem anonymum, qui poſt eũ res Anglorum eſt proſecutus. ſicq; ſe habet.

BEDÆ SCRIPTA DIVERSA. *In principium Geneſis vſq; ad natiuitatem Iſaac, & electionem Iſraelis, & Iſmaelis reprobationem libros tres.*

De tabernaculo & vaſis eius ac veſtibus ſacerdotum libros tres.

Item in primam partem Samuelis, id eſt, vſq; ad mortem Saul libros quatuor.

De ædificatione templi allegoricæ expoſitionis, ſicut & cætera, libros duos.

Item in Regum librum triginta quæſtionum.

In Prouerbia Salomonis libros tres.

In Cantica Canticorum libros ſex.

In Iſaiam, Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Eſdram & Nehemiam libros tres.

In Canticum Abacuch librum vnum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Moyſi, Ioſue, Iudicum.

In libros Regum & verba dierum.

In librum beati Patris Iob.

In parabolas, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum.

In Iſaiam Prophetam.

In Eſdram quoq; & Nehemiam.

In Euangelium Marci libros quatuor.

In Euangelium Lucæ libros ſex.

Homiliarum Euangelij libros duos.

In Apoſtolum quæcumq; in opuſculis S. Auguſtini expoſita inueni, cuncta per ordinem tranſcribere curaui.

In Actus Apoſtolorum libros duos.

In Epiſtolas ſeptem Canonicas libros ſingulos.

In Apocalypſim S. Ioannis libros tres.

In capitula lectionum in totum nouum Teſtamentum, excepto Euangelio.

Item librum Epiſtolarum ad diuerſos, videlicet: De ſex ætatibus ſæculi vna eſt. De manſionibus filiorum Iſrael vna. De eo quod ait Iſaias: Et claudentur ibi in carcere, & poſt dies multos viſitabuntur vna. De ratione Biſſexti vna. De Æquinoctio iuxta Anatolium vna. [a] Apud Bed. in præmiſſ. ad lib. de rat. tẽp. to. 2.

Item de hiſtorijs Sanctorum, librum vitæ & paſſionis S. Felicis Confeſſoris, & de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librũ vitæ & paſſionis S. Anaſtaſij male de Græco tranſlatum, & peius à quodam imperito emendatum, prout ad ſenſum, correxi.

Vitam ſancti Patris, monachi ſimul & Antiſtitis Cudberti, & priùs heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi.

Hiſtoriam Abbatum monaſterij huius, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Vuerthberti in libellis duobus.

Hiſtoriam quoq; Eccleſiaſticam gentis noſtræ in quinque libros.

Martyrologium de natalitijs ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes quos inuenire potui, non ſolùm quâ die, verùm etiã quo genere certaminis, vel ſub quo iudice mundum vicerint diligenter annotare ſtudui.

Librum hymnorum diuerſo metro ſiue rythmo.

Librum Epigrammatum heroico metro, ſiue elegiaco.

De natura rerum, & de temporibus libros ſingulos.

Item de temporibus librum vnum maiorem.

Librũ etiã de orthographia, alphabeti ordine diſtinctũ.

Item librum de arte metrica, & huic adiunctum aliũ.

De ſchematibus & tropis libellum, hoc eſt, de figuris, modiſq; locutionum, quibus Scriptura ſancta contexta eſt. hactenus Indiculus lucubrationum Bedæ: edidêre alii alios locupletiores. Quod autem ad hunc pertinet, illud animaduertendum, non omnia ibi recenſita ſcripta, ab ipſo Beda eſſe tum poſita, ſed ab aliis poſtea, quæ in illis deſiderari videbantur, ad integrum numerum operum eius adiecta, quæ ab ipſo Beda poſt præſentem annum ſcripta eſſe noſcuntur, prout exemplo eorum, quæ paulo poſt dicturi ſumus, perſpicuè demonſtrabitur. Scriptis igitur ſuis recenſitis, has mox idem Beda ſubiicit ad Chriſtum preces.

Te deprecor, bone Ieſu, vt cui propitius donaſti verba tuæ ſapientiæ vel ſcientiæ dulciter haurire: dones etiam benignus aliquando ad te omnis ſapientiæ fontem peruenire, & apparere ſemper ante faciem tuam, qui viuis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. hactenùs Appẽdix ad hiſtoriam Eccleſiaſticam gentis Anglorum, quam obtulit Ceoluulpho Nordanhumbrorum Regi, ſcribens ad eum nuncupatoriam epiſtolam, quâ ſui inſtituti affert rationem, quos habuerit in ſcribendo viros inſignes adiutores. Simulque lectorem eiuſmodi piâ valde admonitione interpellat, ſic dicens: *Omnes ad quos hæc hiſtoria peruenire poterit noſtræ nationis, legentes, ſiue audientes, ſuppliciter deprecor, vt pro meis infirmitatibus mentis & corporis apud ſupernam clementiam ſæpius interuenire meminerint, & in ſuis quique prouincijs hanc mihi ſuæ remunerationis vicem rependant, vt qui de ſingulis prouincijs, ſiue locis ſublimioribus, quæ memoratu digna, atque incolis grata crediderim, diligenter adnotare curaui, apud omnes fructum piæ interceſſionis inueniam. Vale.* Hæc autem nouiſſima eius verba à nobis hîc ſunt idcircò deſcripta, quo iiſdem verbis eius ad ſuadendum fortioribus, pauperrimus ego precum ſtipem abſque rubore à pio Lectore mendicem. XVI.

Quòd verò Sigebertus hoc eodem anno Bedam defunctum affirmet, ex ipſius ſcriptis redarguitur, XVII. Da nana

dun.

ÆTATE DIVERSÆ SENTENTIÆ.

dum vltimo capite libri quinti Beda meminerit de A
conſecratione Tacuini Epiſcopi facta decimâ die menſis Iunij, cùm omnium feratur ſententiâ, obiiſſe Bedam, vt dicetur, menſe Maij. Si igitur mortuus eſt menſe Maij, quomodo ſcripſiſſe potuit res geſtas menſis Iunij? Longè grauiùs errat Marianus Scotus, qui Bedæ tranſitum ponit anno Domini ſeptingenteſimo vigeſimo nono: illi verò longè longiùs à ſcopo veritatis aberrant, qui mortuũ ponunt anno Redemptoris ſeptingenteſimo. Trithemius affirmat exceſſiſſe ex hac vita anno triceſimo tertio, rurſus alij triceſimo quarto ſupra ſeptingenteſimum, vt inconſtans omnium reperiatur eſſe ſententia, ſicut & aſſerentium eiuſdem Bedæ annos ætatis: aliis dicentibus annos vixiſſe ſexaginta, cui numero vnum addunt alii; alii verò plures: ſiquidem Trithemius tribuit ætati ipſius annos ſeptuaginta duos. B

XVIII. BEDÆ ÆTAS.

Maneat igitur in primis, quod ipſe ait, quinquaginta nouem annorum ætate fuiſſe hoc anno Redemptoris ſeptingenteſimo trigeſimo primo, nimirum hoc anno abſoluiſſe quinquageſimum nonum, inchoaſſe verò ſexageſimum: ſicque ipſum natum anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo; traditum monaſterio anno ſeptuageſimo octauo poſt ſexcẽteſimum, ordinatum diaconum ſexcenteſimo nonageſimo, presbyterum, vbi primum attigit triceſimum annum, qui fuit Redemptoris ſeptingenteſimus, vel ſeptingẽteſimus primus inchoatus. Quæ omnia ex alia etiam deducũtur ratione: cum enim ipſe dicat, ſe accepiſſe ſacrũ diaconatûs ordinem atque presbyteratum à Ioanne, qui fuit Auguſtaldenſis Eccleſiæ Epiſcopus, eiuſdemque Bedæ [a] auctoritate conſtet, ipſum ſedere cœpiſſe anno Redemptoris ſexcenteſimo octogeſimo octauo (vtpote quod ipſe tradat eum ſediſſe annis triginta tribus, deceſſiſſe verò anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo) planè conſtat ante dictum annum Epiſcopatûs eius minimè potuiſſe diaconum ordinari, Epiſcopo illo nondum creato. Rurſum verò apparet, cum nec poſt dictũ annum Redemptoris potuiſſe ordinatum eſſe C
presbyterum, eoque ipſum conſtet fuiſſe presbyterum viuente Sergio Papâ, vt liquet ex eius litteris, ſuo loco tomo ſuperiori recitatis, quibus eum presbyterum nominat: ſiquidem ipſum Sergium, certum eſt, ex hac vita migrâſſe eodẽ anno ſeptingenteſimo primo, vt ſuo loco ſuperiùs eſt demonſtratum. D

[a] Bed. lib. 5. c. 6. in fin.

XIX. His igitur terminis, ſic Bedæ ætatis & ordinationum præſcripta tempora remanent conſignata, vt nec quid his addi poſſit vel minui. Ad quem autem annum Redemptoris vita peruenerit: ex eius ſcriptis certò certiùs elici poſſe videtur, vt alterum de duobus ſit affirmandum, vel ſcriptum librum, Bedæ abſque controuerſia ipſi tributum eius non eſſe, vel ex eo fateri ipſum ſaltem peruenìſſe ad annum ætatis centeſimum quintum. Etenim in ea E
epiſtola inter alias eius lucubrationes ſuperiùs numeratas, cuius eſt titulus, *De æquinoctio iuxta Anatolium*, ad fratrem Wicrhedam presbyterum ſcripta, quæ incipit: *Libenter accepi litteras tuæ benignitatis*, &c. habet iſta prope finem, poſt prolixam ea de re diſputationem: *Vt te exemplis ad inueniendam inſtruam feriam, qua decimaquarta occurrat luna (vt puta) anno præſenti Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto: ſume epactas huius anni*, &c. docens eo anno lunam decimamquartam fuiſſe quinto Idus Aprilis, Dominicum verò diem Paſchatis decimo octauo Kalendas Maij. Cùm igitur dicto

DE LONGA ÆTATE BEDÆ ASSERTIO.

anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto ea Beda ſcribere ſe teſtetur; vtique affirmare neceſſe, vt dictum eſt, perueniſſe ſaltem ad annos ætatis centum quinque. Nec eſt quod quis dicere poſſit errorem in numerum irrepſiſſe: ſiquidem idem deſignatus annus ad amuſſim concordat cum tabulis Aſtronomicis in circulo decemnouali decimotertio, in quo dictis diebus æquè ponitur luna decimaquarta, & dies Paſchæ.

Sic igitur eius epiſtolæ auctoritate, quam Bedæ adſcribunt omnes, apparet, longè diuturniorem vixiſſe ætatem, quam tradant alij. Certè quidem ſe multum vixiſſe, diem obiturus teſtatus eſt exactam ætate longæuâ, vt proximè dicturi ſumus. Quòd ſi hæc de longa Bedæ ætate non placent, vt noua & hactenùs inaudita; tunc incumbit labor his qui negant, non eſſe Bedæ citatam nuper epiſtolam, falſoque recenſeri inter ipſius ſcripta mõſtrare; & nos veriora promenti haud inuiti acquieſcimus, parati ſemper ſequi firmiora tradentem.

XX. Cæterùm de tranſitu eius ad Dominum ex hac vita extat epiſtola vnius cuiuſpiam ex diſcipulis eius, qui interfuit, germana quidem ac ſinceriſſima, quæ extat ad finem operum eius, quam hic tibi deſcribendam vt annalibus dignam putauimus: ex qua multa colliges notatu digniſſima. ſic enim ſe habet, carens titulo:

DE TRANSITV BEDÆ EPISTOLA.

Munuſculum quod miſiſti, multum libenter accepi; multumq; gratanter litteras tuæ deuotionis legi, in quibus (quod maximè deſiderabam) Miſſas videlicet & orationes ſacroſanctas pro Deo dilecto patre ac magiſtro Beda, à vobis inſigniter celebrari reperi. Vnde delectat magis pro eius caritate, quam fretus ingenio, paucis ſermonibus dicere, quo ordine migrarit è ſæculo; cùm hoc etiam te deſideraſſe & popoſciſſe intellexi.

*Grauatus eſt quidem infirmitate, & maximè crebérrimi anhelitus, ſed tamen penè ſine aliquo dolore, ante diem Reſurrectionis Dominicæ, id eſt, ferè duabus hebdomadibus. Et ſic poſtea lætus & gaudens, gratias agens Deo omnipotenti omni die ac nocte, immò horis omnibus vſque ad diem Aſcenſionis Dominicæ, id eſt, VII. * Idus Maij vitam ducebat, & nobis diſcipulis ſuis quotidie lectiones dabat; quicquid autem reliquum diei fuit, in pſalmorum cantu, prout potuit, ſe occupabat; totã verò noctem lætus in orationibus & gratiarum actione ducere ſtudebat, niſi tantùm modicus ſomnus impediret; itemque euigilans, ſtatim conſueta ſcripturarum modulamina ruminabat, extenſiſque manibus Deo gratias agere non eſt oblitus. Verè fateor, quia neminem alium vnquam oculis meis vidi, nec auribus audiui, tam diligentes gratias Deo viuo referre. ô verè beatus vir!*

*

XXI. *Canebat autem ſententiam S. Pauli dicentis: [b] Horrẽdum eſt incidere in manus Dei viuentis: & multa alia de ſacra Scriptura, in quibus nos à ſomno animæ exſurgere, præcogitando horam vltimam, admonebat. Et in noſtra quoq; lingua (vt erat doctus in noſtris carminibus) dicens erat de terribili exitu animarum à corpore. Cantabat etiã antiphonas ad noſtram conſolationem & ſuam, quarum vna eſt; O Rex gloriæ, Domine virtutum: cùm veniſſet ad illud verbum Ne relinquas nos orphanos: prorupit in lacrymas & multum flebat, & poſt horam cœpit repetere quæ inchoauerat, & ſic per totum diem faciebat. Et nos quidem audientes, luximus cum ipſo & fleuimus. Alterâ vice legimus, alterâ vice plorauimus: immo cum fletu legimus. In tali lætitia quadrageſimales dies vſque ad diem præfatum deduximus.*

Et ille multum gauiſus eſt, & Deo gratias referebat, quia ſic meruiſſet infirmari. Et ſæpè dicebat: Flagellat [c] Deus omnem filium quem recipit. & ſententiã [d] Ambroſii:

[b] Hebr. 10.
[c] Hebr. 2.
[d] Apud Paulin. in Vit. S. Amb.

Non

Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. In iſtis autem diebus, duo opuſcula memoriâ digna exceptis lectionibus, quas quotidie accepimus ab eo, & cantu Pſalmorum, facere ſtuduit, id eſt, à capite Euangelij ſancti Ioannis, vſque ad eum locum in quo dicitur. Sed hæc quid inter tantos? in noſtram linguam ad vtilitatem Eccleſiæ Dei conuertit. Et in libris Iſidori exceptiones quaſdam, dicens: Nolo vt pueri mei mendatium legant, & in hoc poſt obitum meum ſine fructu laborent.

XXII. *Cum veniſſet autem tertia feria ante Aſcenſionem Domini, cœpit vehementius ægrotare in anhelitu, & modicus tumor in pedibus eius apparuit. Totum autem illum diem docebat, & hilariter dictabat, & nonnunquam inter alia dixit: Diſcite cum feſtinatione, quia neſcio quàm diu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me Factor meus. Vnde nobis videbatur, ne fortè exitum ſuum bene ſciret. Et ſic noctem in gratiarum actione peruigil duxit. Et mane illuceſcente, id eſt, quartâ feriâ, præcepit diligenter ſcribi quæ cœperamus: & hoc fecimus vſque ad horam tertiam. A tertia verò hora ambulauimus cum reliquiis ſanctorum, vt conſuetudo illius diei poſcebat. & vnus ex nobis erat cum illo, qui dixit ei: Adhuc capitulum vnum de libro quem dictaſti, deeſt, & videtur mihi difficile tibi eſſe, plus te interrogare. At ille inquit: facile eſt. Accipe calamum tuum & tempera, feſtinanterq́; ſcribe. & ille fecit ita.*

At nonâ horâ dixit mihi: Quædam pretioſa in mea capſella habeo, id eſt, piper, oraria, & incenſa. Sed curre velociter, & adduc presbyteros monaſterij noſtri ad me; vt & ego munuſcula, qualia mihi Deus donauit, illis diſtribuam. Quod cum tremore feci: & præſentibus illis locutus eſt ad eos, vnumquemque monens & obſecrans Miſſas & orationes pro ſe diligenter facere. Quod illi libenter ſe facturos reſponderunt. Lugebant autem & flebant, maximè à verbo quod dixerat: quia æſtimauit, quod faciem eius non multò ampliùs in hoc ſæculo viſuri eſſent. Gaudebant autẽ de eo quod dixit: Tẽpus eſt, ſi ſic Factori meo videtur, vt ad eum modo abſolutus ex carne veniam, qui me quando non eram, ex nihilo formauit. Multum tempus vixi; beneque mihi pius iudex vitam meam prouidit. Tempus abſolutionis meæ propè eſt. Etenim anima mea deſiderat Regem meum Chriſtum in decore ſuo videre. Sic & alia multa vtilitatis causâ ad noſtram ædificationem locutus, diem vltimum in lætitia vſque ad veſperum duxit.

XXIII. *Et præfatus puer, nomine Vuilberch adhuc dixit: Magiſter dilecte, reſtat adhuc vna non deſcripta. At ille: Bene, inquit, conſummatum eſt, veritatem dixiſti. Accipe caput meum in manus tuas, quia multum me delectat ſedere ex aduerſo loco ſancto meo, in quo orare ſolebam, vt & ego ſedens, Patrem meum inuocare poſſim. Et ſic in pauimento ſuæ caſulæ decantans, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, & cætera: vltimum ex corpore exhalauit ſpiritum. Atque ſine dubio credendum eſt, quia pro eo, quod hic ſemper deuotiſſimus in Dei laudibus laborauerat, ad gaudia deſideriorum cæleſtium anima eius ab Angelis portaretur. Omnes autem qui audierunt, & viderunt obitum Bedani patris noſtri: nunquam ſe vidiſſe alium in tam magna deuotione atque tranquillitate vitam finiſſe teſtabantur. Quia, vt audiſti, quouſque anima eius in corpore fuit, Gloria Patri, & alia quædam ad gloriam Dei cecinit, & manibus expanſis Deo gratias agere non ceſſabat. Scire autem debes, quia adhuc multa narrari & ſcribi poſſent de eo, ſed nunc breuitatem ſermonis ineruditio linguæ meæ facit. Attamen cogito, Deo adiuuante, ex tempore pleniùs de eo ſcribere, quæ oculis vidi, & auribus audiui.* hactenus de tranſitu Bedæ diſcipulus eius.

XXIV. Ex hac quidem epiſtola, niſi in numeri nota mẽdum euidens contraxiſſet, compertum haberi poſſet, quoto Redemptoris anno ex hac vita migrarit, cùm in ea, ipſum in die Aſcenſionis ſeptimo Idus Maij, finem viuendi feciſſe tradatur. Verum ii ad Aſtronomicarum tabularum iſta referantur demonſtrationem, cùm nihil ſit ex eis quod veri, certique elici poſſit, mendoſam neceſſe eſt aſſerere lectionem: ſiquidem toto iſto centenario nonniſi bis, nimirum anno ſeptingenteſimo vigeſimo incidit dies Aſcenſionis in ſeptimum Idus Maias, quando Aureus numerus fuit 18. & litteræ Dominicales G.F quo anno certum eſt adhuc fuiſſe in humanis Bedam: & rurſum anno Redemptoris ſeptingenteſimo nonageſimo nono, quando aureus numerus fuit 2. & littera Dominicalis F. quo incidit Aſcenſionis feſta dies in ſeptimum Idus eiuſdem menſis, ad quod tempus perueniſſe haud dicendum puto, cùm eum tunc excedere oportuiſſet annos ætatis centenos atque tricenos. Sic igitur ea numeri nota deprauata obſcurat magis quam elucidat tempus Bedæ ex hac vita ad Deum tranſitus. Vt autem ſancto viro demum perſoluamus extrema, hic reddemus epitaphium etſi pium, haud tamen ob eius nimiam ſimplicitatem tanto viro dignum exiſtimatum. Sic enim ſe habet:

Bedæ ſepulchri epitaphium.

Presbyter hic Beda requieſcit, carne ſepultus
Dona Chriſte animam in cœlis gaudere per æuum,
Daq́; illum Sophiæ debriari fonte, cui iam
Suſpirauit ouans intento ſemper amore.

Qui hos primus reperitur reddidiſſe verſus, vetus aſſectator Bedæ in hiſtoria Anglicana ita mox iure expoſtulat: *Poteritne, inquit, vlla excuſatione hic pudor extenuari; vt nec in eo monaſterio, vbi illo viuente, totius litteraturæ exultabat gymnaſium, potuerit inueniri homo, qui memoriam eius formaret, niſi exili & miſerabili ſtylo?* ſed illud deterius quod finxit ſibi fabula epitaphium Bedæ, de quo hæc in vita eius, quæ à Petro deſcribitur in Sanctorum catalogo: *Alius diſcipulus eius, cùm, ipſo defuncto, titulum ſepulchro facere diſpoſuiſſet vnico carmine leonino ſic incipiens.* Hac ſunt in foſſa, *& vellet finire,* Bedæ ſancti, *vel,* presbyteri oſſa; *nec metrum ſtare poſſet, & nullum aliud vocabulum tidem occurreret; attædiatus tandem iuit dormitum. Et ecce mane in tumulo manibus Angelicis reperit ſcriptum:*

Hac ſunt in foſſa Bedæ venerabilis oſſa.

XXV. Hæc auctor dum cauſam affert, cur Beda non, vt alij, Sanctus dictus ſit, ſed venerabilis, ad quod aſtruendum iſta quoque adducit: *Cum ex nimia ſenectute oculis caligaſſet, & diſcipulo duce ad lapidum congeriem perueniſſet; diſcipulus ei ſuadere cœpit, quod magnus illic eſſet populus congregatus, qui ſummâ affectione & ſilentio eius prædicationem expectabant. Cumq́; ſanctus feruenti ſpiritu elegantiſſimum ſermonem feciſſet & concluſiſſet, per omnia ſæcula ſæculorum: Lapides reſponderunt Amen, Venerabilis Beda.* hæc ibi de indito ipſi cognomento Venerabilis. De quibus cùm nihil Bedæ aſſectator diſcipulus dicat, poſt ipſum iſta excogitata eſſe videri poſſunt, quæ nec à Trithemio eſſe recepta noſcuntur.

De nomine venerabilis fabula.

XXVI. Porrò iſta quidem vel ex eo ſaltem erroris redarguuntur, quod eiuſmodi titulus, *Venerabilis*, communis alioqui presbyteris omnibus, incognitus maioribus fuiſſe videtur, qui eumdem Bedam non iſto ſed alio titulo nominarunt: ſiquidem Hilduinus in Areopagiticis, auctor eiuſdem ſæculi, ipſum, Sanctum Bedam presbyterum nominat, ſicut & Marianus Scotus, cum de ipſo ait: *Sanctus Beda presbyter Anglicus, computator, his temporibus clarus habetur.* Albinus Flaccus & ipſe Anglus atque eiuſdem temporis ſcriptor, cùm eum citat, Bedam ſacerdotem & doctorem eximium appellat in libris de diuinis officiis, & Amalarius qui & ipſe eodem ſæculo vixit, citans ſæpè Bedam, nunquam eo titulo, *Vene-*

A *rabilis*, ornat, ſed potiùs honoris cauſâ, interdum, dominum Bedam appellat. Vſuardus qui & eodem vixit tempore, ſimpliciter abſque illo, *Venerabilis*, titulo nominat Bedam; adeò vt appareat inanis ea quæ aſſeritur eius tituli cauſâ. Porrò vitam Bedæ à Cuthberto Abbate ſcriptam fuiſſe, Molanus reſtatur, ſed caremus eâ, maximo detrimento veritatis. Tanto doctore iure ſemper gloriata eſt ſancta Eccleſia Anglicana: quem cùm reiiciant filij deſertores, qui, loco ipſius Pſeudoapoſtolos* errantes, & in errorem mittentes, abeuntes retrò poſt ſatanam ſunt ſecuri: in futuro ſæculo, ante iudicium magni Dei, tanto inſtante accuſatore, ſententiam damnationis accipient.

[* *Iud. epiſt.*]

XXVII. B Sunt de eodem Beda pleraque illuſtrium virorum elogia atque laudationes. Sanè quidem Cuthbertus eiuſdem monaſterij Abbas, qui & vitam eius ſcripſiſſe traditur, in epiſtola quam ſcripſit ad Lullum, indicat, æquum eſſe, vt vniuerſa Anglorũ gens ſolemnibus ritibus in omnibus prouinciis Deo bonorum omnium largitori gratias ageret, quòd tam mirabilem virum adeò doctrinâ & ſanctitate celebrem ipſis conceſſerit. Laudauit enim & laudatiſſimus vir S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, eiuſque duas epiſtolas, in quibus meminit ſcriptorum eius, hactenùs nondum editas reddendas putauimus, quarum prior ad eundem Cuthbertum Abbatem ſcripta ſic ſe habet [b]:

[b *Ex eod. Cod. ep. 15.*]

C *Dilectiſſimo ac reuerendiſſimo fratri* *Cuthb. rto Abbati, & vniuerſis fratribus ſanctæ Congregationis eius, Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei in Chriſto fraternæ caritatis ſalutem.*

[* vberto]

Fraternitatis veſtræ pietatem intimis obſecramus precibus, vt nos inter feras & ignaras gentes Germaniæ laborantes & grana Euangelica plantantes veſtris ſacroſanctis orationibus adiuuemur, & precibus ſanctitatis veſtræ in nobis ſæuus Babylonicæ ardor reſtinguatur flamma, & ſparſa ſulcis ad fructum multiplicata ſurgant ſemina: quia iuxta dictum Apoſtoli [c]*, neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed Deus qui incrementum dat; & detur* [d] *nobis ſermo in apertione oris, & ſermo Domini currat & clarificetur.*

[c 1. *Cor.* 3.]
[d *Epheſ.* 6.]

XXVIII. D *Interea rogamus, vt aliqua de opuſculis ſagaciſſimi inueſtigatoris ſcripturarum Bedæ monachi, quem nuper in domo Dei apud vos vice candelæ Eccleſiæ, ſcientiâ ſcripturarum fulſiſſe audiuimus, conſcripta nobis tranſmittere dignemini: & ſi vobis laborioſum non ſit, vt donum* * *vnum nobis grande ſolatium peregrinationis noſtræ tranſmittatis. Ad indicium quoque intimæ caritatis, lectiſternia caprina vobis, (ſicut hic vocant) direximus: quæ petimus, licèt digna non ſint, vt pro memoria ſuſcipiatis. Alma Trinitas & vna Diuinitas fraternitatem veſtram, & hic ſanctis virtutibus proficientem ac valentem, augeat & cuſtodiat, & in futura beatitudine inter ſplendida Angelorum agmina gaudentes remunerando glorificet.* hæc ſanctus Bonifacius. cuius verba de Beda ſi interpretari quis velit, quod ait, eum fulſiſſe in Eccleſia, iam ipſum

[DE BEDÆ SCRIPTIS.]
[* partem vnam]

E eſſe defunctum, & non magis eo tempore elucere in Eccleſia cœpiſſe ſuorum editione librorum, detrahere neceſſe eſt aſſertæ de eiuſdem ætate longæuâ ſententiæ: nam ante Bonifacium ipſum eſſe defunctum affirmare oporteret. Sit liberum quam quis velit ſequi ſententiam. Non deſunt qui tradant eum vocatum Romam litteris Gregorij ſecundi Romani Pontificis; Romæque diu verſatum, addant alij. Iam verò reddamus eiuſdem Bonifacij epiſtolam ad Ecgbertum Archiepiſcopum, de quo habetur in Epitome apud eundem Bedam, quòd ſucceſſit Wilfrido in Epiſcopatu Eboracenſi, anno Domini ſeptingenteſimo trigeſimo ſecun-

A do; inde verò anno ſeptingenteſimo trigeſimo quinto, accepto ab Apoſtolica Sede pallio, primus poſt Paulinum, in Archiepiſcopum confirmatus eſt. Occaſione igitur, quòd in ea Bonifacius pariter meminit ſcriptorum Bedæ, cùm alia plura contineat quæ delectent, hic tibi eandem reddendam putauimus. ſic enim ſe habet:

XXIX. *Caritatis lacertis amplectendo amico, immò ſpiritualis germanitate copulando fratri, ſummi Pontificatus infulâ prædito Ecgberto Archiepiſcopo, Bonifacius exiguus Epiſcopus Legatus Germanicus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, florentem in* CHRISTO *immarceſcibilis caritatis ſalutem.*

[*Ead. Cod. epiſt.* 44]
[BONIFACII EPIST. AD ECGBERTVM.]

B *Dona, ac libellos dulciſſimæ beatitudinis veſtræ à vobis directa gratanti animo gaudentes ſuſcepimus. Suſpenſis ad æthera palmis ſupernum Regem obſecrauimus, vt vobis in ſuperna Angelorum curia florentia mercedis præmia reſtituat. Modò autem ſanctitatis veſtræ clementiam intimis poſtulamus precibus, vt pro nobis laborantibus & periclitantibus pietas veſtra exorare dignetur. Quia grandis neceſſitas nobis imminet iuſtorũ adiuuamina expetere, quia ſcriptum eſt* [e]*: Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Enarrare autem omnia mala, quæ nos extrinſecus & intrinſecus patimur, epiſtolaris breuitas prohibet. Modò autem ſubianter deſiderantes flagitamus à vobis ad gaudinus, vt memores noſtri eo modo, quo & ante mecum feciſtis, aliquam particulam, vel ſcintillam de candelâ Eccleſiæ, quam illuxit Spiritus ſanctus in regionibus prouin-*

[e *Iacob.* 5.]

C *cia veſtra, nobis deſtinare curetis; id eſt, vt de tractatibus, quos ſpiritualis presbyter & inueſtigator ſanctarum ſcripturarum Beda referando compoſuit, partem qualemcunque dignemini mittere. Maximè autem (ſi fieri poſſit) quod nobis prædicantibus habile, & manuale, & vtile eſſe videtur ſuper Lectionarium anniuerſarium, & Prouerbia Salomonis, quia commentarios ſuper illa eum condidiſſe audiuimus.*

[DE BEDÆ SCRIPTIS.]

XXX. *Intereà nos magna cogit neceſſitas, veſtri conſilij iudicium inquirere. Nam dum inuenio presbyterum iam ante multa tempora lapſum in fornicationem, qui & poſt pœnitentiam in officium gradus ſui à Francis iterum reſtitutus eſt, & nunc habitans in latiſſimo pago fidelium, ſed errãtium populorum ſine alijs ſacerdotibus ſolus miniſtrat*

[DE LAPSO MALE RESTITVTO PRESBYTERO.]

D *baptiſmum, & ſolemnia Miſſarum celebrans. Modò autem ſi talem ſecundum iuſtiſſimos canones abſtulero: morientur ſine ſacro regenerationis fonte infantes propter caritatem ſacerdotum. Si meliorem ad reſtaurandum prioris lapſum non habuero: iudicate ergo inter me, & inter populum erroneum, verùm melius ſit, vel ſaltem minus malum, vt talis miniſterium ſancti altaris impleat, aut pagana moriatur multitudo populi, quia caſtiorem miniſtrum acquirere nequiuerit. Vel ſi inter multitudinem ſacerdotum inuenero in eodem peccamine lapſum, & iterum poſt pœnitentiam priori gradui reſtitutum, de quo omnis multitudo ſacerdotum, & populorum bonæ opinionis confidentiam habuêre. & ſi ille modò degradatus fuerit, ſecretum peccatum reuelatum fuerit, & ſcandalizabatur*

E *multitudo plebium, & per ſcandalum* * *multa peribunt animæ, & deteſtatio erit maxima ſacerdotum, & diffidentia miniſtrorum Eccleſiæ, vt omnes perfidos, nulli credentes, deſpectos habeant: Quamobrem audaciter præſumpſimus patientes, & conſentientes illum in miniſterio diuino perſiſtere, exiſtimantes leuius eſſe* * *dubium vnius hominis periculum, & audaciam, quam ruinam, & perditionem animarum penè totius populi. De iſtis autem vniuerſis quid mihi ſuſtinendum ſit, neceſſitate cogente, ſcandala vitandi, quidue refutandum, ſanctum conſilium veſtrum per ſcripta videre & audire omninò deſidero: Præterea vice oſculi, duas vini cupellas celſitudini veſtræ per hunc portatorem litterarum tranſmiſimus, petentes vt caritatis inter vos participes nos, interea lætum diem cum fratribus veſt. is*

[* plurimæ]
[* damnum]

faciatis

facatis. Obſecramus igitur, vt de iſtis petitionibus ſatiatis, vt mercedis veſtræ præmia in cœlorum culmine clareſcant. hucuſq; Bonifacij epiſtola à nobis recitata occaſione ſcriptorum Bedæ, ne vetuſtiora iſtiuſmodi pereant monumenta, cùm non deſint ex recentioribus, qui de Beda plura ſcripſerunt, quos tu conſulas.

XXXI. Quod ad res Francorum pertinet, hoc anno (vt veteres [a] ipſorum Annales habent) Sarraceni, qui infeſto agmine Galliam Narbonenſem, vt vidimus, occuparant, à Carolo Martello vincuntur, ab occupatisq; munitionibus expelluntur, penitùsque fugantur, reliquis omnibus cæſis: quæ hoc anno cœpta in ſequentem ſunt propagata, vt ex iiſdem Francorum Annalibus conſtat. Fauit Deus inuicto Principi, dum zelo Chriſtianæ religionis offenſæ vindex exurgens in gentem perfidam, quæque ardua ac difficilia eius auxilio ſuperauit. Dolendum quòd tantæ res, prolixâ vix hiſtoriâ complectendæ, ſummatim tantùm indice temporis conſignatæ, intextæ Annalibus inueniantur. Ex quibus & illud proditur, Sarracenos illos, qui fugâ lapſi naues conſcenderunt, vt redirent iiſdem quibus venerunt nauibus in Hiſpaniam, vi tempeſtatis fuiſſe fluctibus merſos. Eſt etiam mentio de eorum immenſo naufragio in epitaphio ſculpto in ſepulchro S. Cæſarij Epiſcopi Arelatenſis denuò reſtituto. Etenim inuadentibus Sarracenis ciuitatem Arelatenſem, ab ipſis etiam Sanctorum monumenta fuere contrita, penitúsq; deleta; ipſis verò cæſis atque fugatis, partâ pace cum ſecuritate fidelibus, quæ impij fuerant demoliti, pij continuò reſtaurare cœperunt, & inter alia eorum patroni ſepulchrum S. Cæſarij, quod & huiuſmodi verſibus ornauêre:

[a] Fran. Annal. à Pithœo editi hoc anno.

SARRACENI EXPELLVNTVR A GALLIA NARBONENSI.

Cernitur hic Pario renouatum marmore tegmen
Patri Cæſario, Pontificiq; ſacro:
Quod ſcelerata cohors rabie deſtruxit acerba;
Hanc virtute Dei ſorbuit vnda maris.
Præſul & in ſtagno Arelatis ſede locata
Gemminus id Paulus ſtrenuè compſit opus.
Cui Chriſtus tribuat cœleſtis præmia vitæ,
Cœtibus Angelicis conſocietur ouans.
Et nobis, venerande Pater, miſerere precando,
Diluat vt noſtra crimina cuncta Deus.

hactenùs ſepulchralis inſcriptio Sarracenorum naufragij index.

XXXII. Contigit eodem anno obitus S. Eucherij Epiſcopi Aurelianenſis, quem ab exilij tempore ſex annos ſuperuixiſſe, qui res ab eo geſtas eodem tempore ſcriptis mandauit, affirmat: ſicque ad hunc vſque annum perueniſſe cùm ipſe teſtetur, colligitur pariter ex antiquis Francorum Annalibus à Pithœo editis, in quibus ponitur bellum à Carolo in Aquitania geſtum, cùm Eucherius exulauit, anno ſeptingenteſimo vigeſimoquinto, à quo tempore ſi ſex annos numeres, quibus Eucherius ſuperuixit, vtique hoc anno eſſe defunctum, affirmare neceſſe habes. Scimus tamen Molanum virum doctiſſimum ante annos quatuor (neſcimus quâ initâ ratione) eum mortuum tradere. An autem audiendi ſint, qui adhuc annos decem ſuperuixiſſe, atq; Carolo Martello ſuperſtitem fuiſſe tradunt, inferiùs ſuo loco dicturi ſumus.

S. EVCHERIVS MORITVR.

IESV CHRISTI
Annus 732.
GREGORII PAP. III. Annus 2. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 17.

I. SEPTINGENTESIMVS trigeſimuſſecundus adeſt annus Indictione decimaquintâ ſignatus, quo Leo Imperator eâ quâ cœperat impietate perſeuerans, reditus patrimonij Romanæ Eccleſiæ, quod in Sicilia poſſidebat, in Fiſcum inferri præcepit, quod Theophanes tradit. Sed de connubio filiæ Chagani, ſiue Chaiani Regis Cazarorum cum filio ſuo Conſtantino hoc anno contracto primùm agit his verbis: *Anno decimoſexto Imperij ſui Leo Imperator filiam Chaiani Cazarorum arbitri filio ſuo Conſtantino, cum hanc Chriſtianam feciſſet, matrimonio ſociauit, nominans eam Irenem. Quæ cum ſacras litteras didiciſſet, pietati operam dans claruit, hos impietatis redarguens.* Mirandâ planè Dei prouidentia factum, vt barbara fœmina, & peregrina atque neophyta, inuito & contradicente Imperatore, inſuper & perſequente, ſuppliciisque addicente cultores ſacrarum imaginum, eas ipſa coleret, atque colendas eſſe liberè teſtaretur: ita Deus infirma mundi eligit, vt fortia confundat, & veluti miraculo, è fonte agnam nuper egreſſam contra Leonem immittit. paulò poſt verò auctor hæc ſubdit:

MATRIMONIVM IRENES ET CONSTANTINI.

II. *Aſt Imperator contra Papam atque receſſum Romæ ac Italiæ* (quòd ſcilicèt ab ipſo imperatore receſſiſſent) *ſæuiebat. Cõſtructumq́; ſtolum,* exercitum videlicèt *magnum direxit aduerſus eum, Manem Prætorem Cyberrotiſiam caput in eo conſtituens. Tunc Impugnator Dei peramplius ſæuiens, cum Arabico ſenſu teneretur aduerſus imagines, tributa capitalia tertiæ parti Siciliæ ſeu Calabriæ ſuperimpoſuit. Ea verò quæ dicuntur patrimonia ſanctorum Principum Apoſtolorum, quæ olim Eccleſiis auri dimidium & tria conſerebant argenti talenta, publicæ rationi exolui præcepit. Conſiderare etiam ac deſcribere natos maſculos iubens, vt Pharao quondam eos qui erant ex Hebræis, quod nec ipſi magiſtri eius Arabes in Chriſtianos, qui in eis ſunt oriẽtales, feciſſe noſcuntur.* hucuſque Theophanes.

IMPERATOR AVFERT ECCL. ROMANÆ BONA.

III. Adiunt [b] alij adhuc etiam hoc eodem anno ingentem claſſem aduerſus Italos, Romanosque ab eodem Imperatore paratam in Adriatico mari naufragio perijſſe, ſicque ſpe potiundi Italiâ & rebelles puniendi, diuinâ miſericordiâ, ſpe penitùs fruſtratum eſſe, cùm tamen malum quod poſſet perpetrare non deſineret. Nam ad alia mala addidit quoque illud Imperator hoc anno, vt Gregorium presbyterum quẽ vidimus anno ſuperiori miſſum cum litteris commonitoriis ad Imperatorem, re infectâ reuerſum Romam, & iterum miſſum, fecerit in Sicilia retineri, ſcripta auferri, & in exilium amandari. habet hæc enim Anaſtaſius verbis iſtis: *Nequiter augmentata diſpoſitio eorundem Imperatorum eadem venerabilia ſcripta in Sicilienſi inſula retinere fecit, nec ad vrbem Regiam pertranſire permiſit, ſed eundem portitorem penè per annum integrum in exilium relegauit.* hæc Leo hoc anno.

[b] Cedren. hoc anno.

CLASSIS LEONIS PERIIT.

IV. Quibus delatis in vrbem, Gregorius Pontifex collegit Romæ Concilium Epiſcoporum, quo primùm omnium ad confirmandas antiquas Patrum traditiones de cultu ſacrarum imaginum, decretũ conſtituit, quod Conſtitutum appellant, quo diro anathemate ferit omnes, qui eidem aduerſarentur: additum prætereà vt iterum ex Synodo litteræ commonitoriæ ad eundem Imperatorem mitti deberent. habet hæc omnia paucis his Anaſtaſius: *Maiori fidei ardore permotus Gregorius Papa Synodale fecit decretum cum ſacerdotali conuentu coram ſacroſanctâ Cõfeſſione ſanctiſſimi corporis beati Petri Apoſtoli, reſidentibus cum eodem ſummo & venerabili Papa, cum Archiepiſcopis, Antonio Gradenſi Archiepiſcopo, & Ioanne Archiepiſcopo Rauennate, cum cæteris Epiſcopis iſtius Heſperiæ partis numero nonagintatribus, ſeu presbyteris huius Apoſtolicæ Sedis, aſtantibus diaconibus cum cuncto clero, nobilibus etiam Conſulibus & reliquis etiam Chriſtianis ple-*

CONCILIVM ROMANVM DE IMAGINIBVS.

*bus aſtantibus, quo iſta decreuit: Vt ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidelem vſum contemnens aduerſus eandem venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Genitricis eius ſemper Virginis immaculatæ atque glorioſæ Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & Sanctorum omnium depoſitor atque deſtructor, & profanator vel blaſphemus extiterit, ſit extorris à corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel totius Eccleſiæ vnitate atq; * compagine. Quod inſuper ſubſcriptione ſua ſolemniter firmauerunt, & inter cætera conſtituta probabilium prædeceſſorum, orthodoxorum Pontificum adnectenda ſanxerunt.* hactenùs de Synodo, Synodalique decreto Anaſtaſius. At non extat ipſum quidem ea de re in Synodo Conſtitutum.

* compage

V. CONSTANTINVS LEGATVS DETRVDITVR IN CARCEREM.

Quæ autem poſt Synodum abſolutam ſequuta ſunt, hæc Anaſtaſius habet: *Poſt peractum igitur hoc memoratum ſuperius Synodale Conſtitutum, iterum miſit alia ſimiliter ſcripta commonitoria pro erigendis imaginibus ad Leonem Imperatorem per Conſtantinum Defenſorem. Quæ ſimiliter, vt anteriora detenta ſunt, & portatorem eorum fortiſſima cuſtodia conſtrinxerunt ferè per integrum annum, poſtmodum auferentes ei ipſa ſcripta, comminantes ei poſt tanti temporis cuſtodiam cum iniuria remiſerunt.* hæc de rebus geſtis hoc anno per Gregorium Papam, qui cum Leone omnem fruſtrà laborem impendit: de ipſo autem & eius prædeceſſore Gregorio, hæc Hadrianus Pontifex ad Conſtantinum Imperatorem. *In magnam tribulationem vterque Gregorius Romani Pontifices per ea tempora ſanctiſſimi, conuicti ſunt. Sæpius etiam proauum veſtræ Serenitatis admonuerunt, ne fineret venerandas imagines de ſtatu ſuo deiici: verum illorum ſalutiferæ preces nequicquam,* in vanum ſcilicèt, *fuſæ ſunt, animumq; illius nequaquā commouerunt.* hæc Hadrianus.

VI. SACRÆ IMAGINES SVMPTVOSÆ ERECTÆ.

Qui ergo ſcriptis ſtabiliuit ſacrarum imaginum vſum ſummus Pontifex, etiam factis, nouas magni precij erigendo imagines, confirmauit, de quibus Anaſtaſius iſta habet: *Gregorius conceſſas ſibi columnas ſex onychinas volubiles ab Eutychio Exarcho, duxit ad Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, quas ſtatuit circa presbyterium ante Confeſſionem, tres à dextris & tres à ſiniſtris iuxta alias antiquas ſex lithoparias. Super quas poſuit trabes, & veſtiuit eas argento mundiſſimo; in quo ſunt expreſſæ ab vno latere effigies Saluatoris & Apoſtolorum, & ab alio latere Dei Genitricis & ſanctarum virginum. poſuitque ſuper eas lilia & phara argentea penſantia in vnum libras ſeptingentas.*

VII. SACRÆ RELIQVIÆ VNDIQ. QVÆSITÆ AD CVLTVM.

Quòd inſuper ab eodem Iconomacho & Hagiomacho Leone ſanctorum reliquiæ contemptui haberentur atque deſpectui; idem Pontifex ſanctorum omnium, quas potuit toto orbe Chriſtiano collectas reliquias in oratorio à ſe conſtructo honorificè collocauit. tradit hæc Anaſtaſius iſtis verbis: *Hic fecit oratorium intra eandem baſilicam iuxta arcum principalem in parte * virorum, in quo condidit in honorem Saluatoris, ſanctæque eius Genitricis reliquias ſanctorum Apoſtolorum, & omnium ſanctorum Martyrum & Confeſſorum, iuſtorumque perfectorum in toto orbe terrarum quieſcentium: quorum feſta vigiliarum à monachis trium monaſteriorum illic ſeruientium quotidie per ordinem exiſtentibus, atque natalitiorum Miſſas in eodem loco celebrare inſtituens, in Canone ita à ſacerdote dicendum præcepit:* QVÆ SOLEMNITAS HODIE IN CONSPECTV TVÆ MAIESTATIS CELEBRATVR DOMINE DEVS NOSTER IN TOTO ORBE TERRARVM. *quam inſtitutionem in eodem oratorio in tabulis lapideis conſcribere fecit.* Recitat hæc eadem Walfridus * Strabo de ipſo Gregorio papa, additque hæc de his quæ ſpectant ad Canonem:

* porta

* Vualf. Stra. de reb. eccleſ. 22.

A *Quia ſpecialiter eadem ſignata verba ad illam pertinent celebritatem, non eſt Canoni qui generaliter dicitur adnotatum.* hæc ipſe.

VIII. ORNAMENTA ORATORII.

Pergit verò de eodem oratorio iſta dicere Anaſtaſius. *In quo faciens pergulam contulit dona diuerſarum ſpecierum, id eſt, gabatas aureas numero duas, & alias ſaxicas numero quinque, cruces pendentes numero quatuor, item cruces ſimiles numero decem, amulas ſuperauratas, paria duo, pendentia fibulatoria numero quinque, coronā auream cum cruce pendentem in gemmis ſuper altare, patenam & calicem aureum paratum, aquamaniles argenteos duos; & in imagine ſancta Dei Genitricis diadema aureum in gemmis, & collarium aureum in gemmis, & cum gemmis pendentes inaures habentes hyacinthinas ſex;* B *& faciem altaris & confeſſionem cum regulis veſtiuit argento, & in tribus lateribus altaris poſuit cruces argenteas quatuor, penſantes in vnum libras triginta; caniſtra argentea duo, calicem argenteum vnum quotidianum, coronulas argenteas quinque, & calicem argenteum vnum qui pendet in apſide ipſius oratorij, & ſuper eandem apſidem cruces argenteas tres, & cætera quæ in ornamentum pergulæ, & ad veſtes altaris ordinata ſunt.*

IX. QVÆ IN S. MARIA AD PRÆSEPE.

Hic fecit in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis per circuitum ſuper columnas regulare candelabrorum ad inſtar Eccleſiæ ſancti Petri Apoſtoli, & fecit ibidē in oratorio ſancto, quod ad Præſepe dicitur, imaginem auream Dei Genitricis, amplectentem Saluatorem Dominum noſtrum, in gemmis diuerſis penſantem libras quinque. hucuſque de his Anaſtaſius. C Ita quidem ipſe ſanctiſſimus Dei ſacerdos ſcriptis factiſque aduerſus impietatem Imperatoris potentiâ in Oriente graſſantem obnititur in cultu ſanctarum imaginum, & veneratione reliquiarum Sanctorum omnium; quorum planè precibus factum eſt, vt Occidens permanſerit à ſæuiente Leone ſecurus, claſſe in mari demerſâ, & reliquo omni conatu in eos mille artibus comparato, reddito penitùs irrito: cùm interea quod nō poſſet re ipſa præſtare, vt vlciſceretur in eos, rugitu perterrere, iugiter minas inferendo, non ceſſaret.

D

IESV CHRISTI
Annus 733.

GREGORII PAP. III. Annus 3. LEONIS ISAVR. IM. Annus 18.

I.

SEPTINGENTESIMVS trigeſimuſtertius Chriſti annus primâ Indictione ſequitur, quo tum Gregorius Papa, tum & ſeorſum Italia legationem miſêre ad Leonem Imperatorem, quibus ipſum ſuaderent ab impietate deſiſtere; quâ ſublatâ de medio, fore vt omnes ſe ipſi ſubijcerent, conſuetumque vectigal, vt ſubditi, penderent. De hac autem ab Italia legatione miſſa, meminit Anaſtaſius verbis iſtis: E *Cuncta generalitas iſtius prouinciæ Italiæ ſimiliter pro erigendis imaginibus ſupplicationes ſcriptas vnanimiter ad eoſdem Principes Leonem & Conſtantinum direxêre: quæ & ipſa ſimiliter vt anteriora ablata ſunt à Sergio Patricio Extratego, qui dignitate Strategi functus fuerat ipſius inſulæ Siciliæ, ac ferè per octo menſes Legati detenti, remiſſi ſunt ſimiliter cum exprobrationibus portatores.* hæc de Italorum legatione Anaſtaſius. qui & de ipſo Gregorio Papa iſta mox ſubdit: *Et iterum faciens adhortatorias litteras pro erigendis ſuprafcriptis ſacris imaginibus,* quas in Oriente deiecerat, *& Orthodoxa Fidei firmitate direxit per Petrum Defenſorem apud Regiam vrbem tam Anaſtaſio inuaſori ſedis Conſtātinopolitanæ, quàm Principibus Leoni & Conſtantino.* Quid

autem

Digitized by Google

autem hæc conſequutum ſit, non narrat auctor; ſed nihil penitùs actum eſſe, reliqua euenta declarant, cùm certũ ſit, ipſos numquã ab impietate ceſſaſſe.

II. LEO SAEVIT IN CVLTORES SANCTARVM IMAGINVM.

Qui igitur aduerſus abſentes fruſtrà ſpirabat rabidas Leo minas & cædes, aduerſus eos qui aderant furorem conuertit, exagitauitque rectæ Fidei Confeſſores deteſtantes eius errores: reperiuntur quidem complures ſancti Epiſcopi ea de cauſa ab ipſo abrepti è ſede in exilium miſſi, & inter alios Theophylactus Epiſcopus Nicomediæ, qui Conſtantinopolim profectus pro Fide Catholica certans, ab eodem Leone ad Strobelum caſtrum miſſus eſt in exilium. agunt de eo Græci in Menologio, eius annuam commemorationem celebrãtes ſeptimâ die Martij. Vigeſimâ verò eiuſdem menſis S. Nicetæ Epiſcopi Apolloniadis, de quo: *Hic* (inquiunt) *pro defenſione ſanctarum imaginum perſecutionem paſſus, eò quòd nollet venerabilem Chriſti Domini & immaculatæ Matris ipſius, & aliorum Sanctorum imagines negare, in exilium miſſus, & varijs afflictionibus tentatus, beatam præſtans confeſſionem, ſanctam Deo tradidit animam.* Tunc & Michael Synnadorum Metropolita, de quo ſuperiùs, eiuſdẽ certaminis curſum exigens, ab Epiſcopatu ſuo pulſus eadem ex cauſa, coronam à Deo cõfeſſionis accepit, cuius Græci agunt annuum natalem diem vigeſima tertia Maij; ſed & alij plures idem ſubière certamen.

III. [a] *Vet. Chro. à Pithœo edit. hoc anno & ſequẽti.*

Eodem anno res Francorum [a] Deus per Carolum Ducem magnâ gloriâ illuſtrauit: ſiquidẽ cùm anno ſuperiori idem Princeps Narbonem detentam à Sarracenis, & eorum Regem ibi degentem obſediſſet, & alij qui erant in Hiſpania Sarraceni opem laturi ſuis ingenti numero aduerſus eum ſuperueniſſent: hos adortus Carolus ad internecionẽ vſq; deleuit. habent hęc Annales Francorum recẽns à Pithœo in lucem vendicati: quæ quidem longiori fuiſſent deſcribenda hiſtoria. Sed racemos non negligamus, qui vindemiâ tantâ caremus.

IV. [b] *Vit. S. Boniſ. libr. 2. cap 17.*

Hoc tempore (quod ad res Germanorum pertinet) accidiſſe videtur, quòd S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus, viſitans Boioariã, emergentem hæreſim Apoſtolicâ auctoritate vnà cum hæreſiarcha damnauit. Siquidem in rebus ab eo geſtis iſta narrantur: [b] *His ita confectis S. Bonifacius Boioariorum regiones, quibus per id tempus dominabatur Hugbertus Dux, inuiſit, prædicationiſq; munus apud illum ſtudioſiſſimè exercens, Ermuuolfum hæreticum peſtilentem, magno diuinæ æmulationis feruore incenſus ex canonum præſcripto damnauit, & ab Eccleſia eiecit. Ac deinde ad ſuæ diœceſis homines reuerſus, omnia circumibat, inſtaurans ea, quæ Eccleſiarum cura poſcere videbatur.* hucuſque de his ibi. quænam autem hæreſis ab eodem fuerit ſeminata, neſcitur, ipſa vnà cum auctore ſtatim euulſa.

IESV CHRISTI Annus 734.

GREGORII PAP. III. Annus 4. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 19.

I. ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimus quartus ſecundâ Indictione, quo (inquit Theophanes) *à Leone Imperatore Theodorus Manſur in exilium miſſus eſt apud climata eremi.* fuiſſe tradunt Theodorum Epiſcopum Grapſorum, Cantorem cognomento dictum, quòd ſicut Ioannes Damaſcenus & Coſmas Maiumæ Epiſcopus ſacros hymnos in Eccleſia tunc canendos luculentiſſimè ſcriberet. At ſæuiit eadem beſtia ferociſſima in alios ſanctos viros cultores ſacrarum imaginum, nempe Paulum & Theoſterictum, quorum Græci celebrant anniuerſariam natalis diem decimam ſeptimam menſis Martij: quorum priorem igne conſumptum tradunt; poſteriorem verò poſt multa mala in pace quieuiſſe. Tunc etiam Theophilum monachum multa perpeſſum tradunt, cuius & natalem diem celebrant decimâ die Octobris.

CONFESSORES PLVRES OB CVLTVM SACRARVM IMAGINVM.

II. S. IOANNIS ABBATIS CONFASSIO.

Porrò ſic comparatus erat Leo cruenta beſtia, vt licet ſanguinem ſitiret Orthodoxorum ſibi contradicentium, inuidens tamen ipſis gloriam conſummati martyrij, ab eorum nece ſæpè abſtinuerit, eos amandans longiùs in exilium. Sed audi certamen Ioannis Abbatis monaſterij Catharorum, de quo iſta quidem ijdem Græci habent in Menologio: *Hic* (inquiunt) *ſub impio Imperatore Leone pro ſanctarum imaginum defenſione cùm in exilium mitteretur conuocans multos, eoſq; admonens: Vigilate,* inquit, *patres & fratres ne à diabolo ad negandam ſanctarum imaginum venerationem ſubripiamini. Ductus autem ad Imperatorem, liberâ voce impietatem illi exprobrans, iuſſus eſt in oculos verberari, ac ferreis catenis vinctus exul mittitur ad caſtrum Pentadactylum nomine, ibiq; ligatis pedibus carcere incluſus, decem & octo menſes detentus eſt. Poſt hæc in vrbem ipſam in conſpectum Imperatoris tamquam ad triumphum duxerunt. Denique poſt multas ærumnas cum alijs pluribus relegatus in Inſulam Aphruſiam, exactis illic duobus annis cum dimidio, viſione quadam admonitus, cùm iis qui illic cum ipſo erant, obitum ſuum prædixiſſet, migrauit ad Dominum.* hæc ibi. Porrò Leo non ſemper ſe continuit ab inferenda Confeſſoribus nece, vt quæ anno ſequenti dicentur, fidem faciunt.

III. [c] *Bed. epiſt. hoc an.* [d] *Bed. hiſt. Angl. lib. 5. c. vlt.* [e] *Bed. lib. 5. cap. 9.*

Hoc eodem anno moritur in Anglia [c] Tacuinus Archiepiſcopus Dorouernenſis, vir (vt inquit [d] Beda) religione & prudentiâ inſignis, ſacris quoque litteris nobiliter inſtructus: ſucceſſerat hic Berthualdo æquè pietate & doctrinâ conſpicuo [e] ſucceſſori Theodori, poſt Tacuinum verò anno ſequenti, Nothelmus nobilis pietate ac doctrinâ pariter inſignis, ad quem ſcribens S. Bonifacius, de rebus ſibi dubijs conſuluit, nempe de cognatione ſpirituali matrimonium impediente, vt de re ſibi hactenus incomperta: nam planè accidit (quod fatetur) ipſum rei inſcium, errore lapſum eſſe: cuius rei gratiâ factum, vt nõ ſolum Nothelmum ipſum, ſed alios viros doctrinâ inſignes in Anglia exiſtentes conſuleret, ad quem adhuc eiuſdem eo argumento conſcriptæ extant epiſtolæ ijſdem temporibus datæ, quibus idem Bonifacius ſuæ mentis æſtus & anguſtias, quas in miniſterio verbi pateretur, æquè ſignificat. Scripta autem ad Nothelmum epiſtola ſic ſe habet.

IV. *Fed. Cod. epiſt. 21.*

BONIFACII EPISTOLA AD NOTHELMVM ARCHIEP. DOROVERNEN.

Domino dilecto ſummi Pontificatus infulâ prædito Nothelmo Archiepiſcopo Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto æternæ caritatis ſalutem.

Almitatis veſtræ clementiam intimo obſecro precibus, vt mei in veſtris ſacroſanctis orationibus memores eſſe dignemini, & nauem mentis meæ varijs Germanicarum gentium tempeſtatum fluctibus quaſſatam, precibus veſtris in portu firmæ petræ ſtabilire ſtudeatis, & vt communione fraternâ non aliter, quàm vt mihi veneranda memoria anteceſſor veſter Berthualdus Archiepiſcopus exeunti à patria conceſſit, vobiſcum adunatus ſim nexu ſpiritali, & glutino caritatis coniunctus; ſimiliter cum fraternis comitibus peregrinationis meæ Catholicæ Fidei vnitate, & ſpiritualis amoris dulcedine ſemper ſociatus vobis eſſe merear.

DE MATRIMONIO IN TERTIO GRADV.

Similiter & diligenter obſecro, vt illius epiſtola, quâ continentur vt dicitur, interrogationes Auguſtini Pontificis, ac prædicatoris primi Anglorum, & reſponſiones S. Gregorij Papæ, exemplar mihi dirigere curetis, in qua inter cætera capitula continetur, quòd in tertia generatione propinquitatis fidelibus liceat matrimonia copulare. & vt ſcrupuloſâ cautelâ diligenter inueſtigare ſtudeatis, ſi illa conſcriptio ſupradicti Patris noſtri ſancti Gregorij eſſe comprobetur an non: quia in ſcrinio Romanæ Eccleſiæ, vt affirmant ſcriniarij, cum cæteris exemplaribus ſupradicti Pontificis quæſita non inueniebatur.

V.
DE COGNATIONE SPIRITVALI.

Præterea de vno peccato commiſſo, veſtrum conſilium audire deſidero, quod cuidam homini in matrimonio concedendo neſciens commiſi, quod hoc modo contigit: Homo quidam (ſicut multi ſolent alter alterius filium de ſacri baptiſmatis fonte eleuãtes) adoptauit ſibi in filium, cuius matrem poſteà viduatam marito duxit vxorem; quod Romani peccatum cenſent, ita vt in talibus diuortia facere præcipiant, affirmant & regnãtibus Chriſtianis Imperatoribus, illius matrimonij ſcelus capitali ſententiâ mulctandũ, vel peregrinatione perpetuâ delendum. Vt ſi hoc in Catholicorum Patrum decretis, vel canonibus, vel etiam in ſacro eloquio pro tam magno peccato computatum eſſe inueneritis, indicare mihi curetis, vt & ego intelligendo cognoſcam cuius auctoritas ſit in illo iudicio: quia nullatenùs intelligere poſſum, quare in vno loco ſpiritualis propinquitas in coniunctione carnali copulatæ grande peccatum ſit, quando omnes in ſacro baptiſmate Chriſti, & Eccleſiæ filij & filiæ, fratres & ſorores eſſe comprobemur. Similiter rogo, vt mihi ſtudeatis indicare, in quoto anno ab Incarnatione Chriſti Prædicatores primi à ſancto Gregorio miſſi ad gentem Anglorum veniſſent. Vale. Iſta ad Nothelmum Archiepiſcopum Bonifacius, qui & de eadem quæſtione cõſuluit* Plecthelmum Epiſcopum, à Beda pariter ob doctrinam, ſanctitatemque laudatum, ſic ipſa ad eum data ſe habet epiſtola:

* Pecthelmum

VI.
Ex eod. Cod. epiſtola 17.
* Pecthelmo
BONIFACII EPISTOLA AD PECTHELMVM.

Venerando fratri à me diligendo Pethelmo Cõepiſcopo Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorũ Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.*

Paternam ſanctitatis veſtræ clementiam intimis obnixè flagitamus precibus, quia nobis opus eſt periclitantibus, vt veſtris Deo dignis orationibus adiuuemur: & quia Germanicum mare periculoſum eſt nauigantibus, precibus veſtris Deo gubernante, ad æternæ tranquillitatis littus, ſine macula, vel damno animæ perueniamus. Et dum cæcis, propriæ tenebras ignorantibus, & aſpicere nolentibus, lumẽ Euangelicæ veritatis offerre nitimur, tenebris propriis peccaminum non inuoluamur, & non in vacuum curramus, aut cucurriſſemus; ſed veſtris interceſſionibus fulti, ad æternitatis lumen immaculati & illuminati tendamus. Præterea parua munuſcula pro indicio caritatis direximus, id eſt, corporale, pallium album, ſtigmotum, variatũ & villoſum ad tergendos pedes ſeruorum Dei, quæ petimus, vt pro memoria accipere non dedignemini.

*
DE SPIRITVALI COGNATIONE.
† *Maximã habitam eſſe rationem eiuſmodi vinculi ſpiritualis à Romanis Pontificibus Iulio, Innocẽtio, Cæleſtino atque Concilijs, teſtatur Deuſdedit Papa in epiſtola ad Gordianum Epiſ. Hiſpan.*

De vna quoque re veſtrum conſilium & reſponſum deſideramus. Affirmant ſacerdotes per totam Franciam & per Gallias, nec non, & pro his maximi criminis reum eſſe hominem, qui in matrimonium acceperit illam viduam, cuius antè filium in baptiſmo adoptiuum ſuſcipiebat: quod peccati genus (ſi verum eſt) hactenus ignorabam, & nec in antiquis canonibus, nec in decretis Pontificum Patres, nec in calculo peccatorum, Apoſtolos vſquam enumeraſſe cognoui. † Quæ de re ſi aliquid vſpiam in Eccleſiaſticis ſcriptis diſputatum inueniſſetis, nobis indicare curate, & quid vobis videatur, noſſe vellemus. Soſpitatem veſtram ſanctis virtutibus proficere, & longo tempore valere te cupio in Chriſto.* hactenùs Bonifacij ad Pecthelmum epiſtola:

VII.
a Bed. l. 5. c. vlt.

Fuit iſte (vt auctor eſt [a] Beda) *primus Epiſcopus Eccleſiæ recèns erectæ, dicta Caſa candida, vir eruditione inſignis, quem habuiſſe [b] tradit ſucceſſorem Aldhelmum æquè diſertum, qui & poſt ſe eiuſmodi ſcriptorum monumenta reliquerit. Scripſit, inquit, iubente Synodo ſuæ gentis, librum egregium aduerſus errorem Britannorum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura Eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt; multoſque eorum qui occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Britones, ad Catholicam Dominici Paſchæ celebrationem huius lectione perduxit. Scripſit & de virginitate librum eximium. quem in exemplum Sedulij geminato opere & verſibus hexametris & proſâ compoſuit. Scripſit & alia nonnulla, vtpote vir vndecunque doctiſſimus: nam & ſermone nitidus. & ſcripturarum, vt dixi, tam liberalium quam Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus.* hæc Beda, qui & de eadem quoque ſpiritali cognatione voluit conſuluiſſe Duddonem Abbatem virum in Anglia doctrinâ celebrem, qui olim eiuſdem Bonifacij diſcipulus fuerat: ſicq; diſcipulum ſuum conſulere non erubuit, quòd vir eſſet humilis corde. epiſtola autem perbreuis ſic ſe habet:

b Bed. l. 5. c. 19.

Dilecto filio Duddoni Abbati Bonifacius qui & Vuinfredus, ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem [c].

c Eod. cod. ep. 28.
d Eccle. 29.

Memorem te eſſe, fili cariſſime, deſidero Sapientis cuiuſdam ſententiæ, qui dixit [d]: Serua antiquum amicum, vt antiqua amicitia, quam in pueritia iam olim cœpimus, & ſeruauimus, non in ſenectute obliuiſcaris, ſed recorderis patris tui, iam nunc decrepiti, & membris omnibus ad viam vniuerſæ terræ vergentibus; & licèt parùm doctus præceptor fuiſſem, tamen tibi omnium deuotiſſimus, vt ipſe teſtis es, eſſe ſtudui: illius deuotionis memor mei iã ſenis, Germanici maris tempeſtatibus vndique quaſſantibus fatigati recorderis, hoc eſt, vt orationibus ad Dominum fuſis, me ſublenare ſtudeas, & ſanctis ſcripturis adiuuare, maximè in ſanctorum Patrũ ſpiritalibus tractatibus, qui ſpiritales tractatus magiſtri legentium ſacrum eloquium eſſe dignoſcuntur. Rogo, vt mihi in adiutoriũ diuinæ ſciẽtiæ partem tractatus ſuper Apoſtolũ Paulum, quæ mihi deeſt, mittere digneris. habeo enim ſupra duas epiſtolas tractatus, id eſt, ad Romanos, & ad Corinthios primam. Similiter & quicquid in ſacro ſcrinio inueneris, & mihi vtile eſſe arbitreris, & me latere, vel ſcriptum non habere exiſtimes, inſinuare velis ſicut fidelis filius, licet ruſtico patri, & reſcripta beatitudinis tuæ dirigere digneris, ſi tibi placuerit, vt ſemper ambo inter nos ita faciamus. Quicquid tibi filius meus Eoba presbyter gerulus litterarum mearum verbo indicauerit de matrimonio commatrum, quarum filios ſuſcepimus in baptiſmo, in ſcripturis quære, vnde indicetur capitale peccatum eſſe apud Romanos, & ſi alicubi in ſcriptis Eccleſiaſticis de hoc peccato diſputatũ aliquid reperies, mihi manifeſtare non dubites. Vale, dilectionem beatitudinis tuæ proſperis ſucceſſibus proficere in Chriſto optamus.

*
PETIT AD SE MITTI SCRIPTA.

DE SPIRITVALI IMPEDIMENTO MATRIMONII.

IESV CHRISTI
Annus 735.

GREGORII PAP. III. Annus 5. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 20.

I.

SEPTINGENTESIMVS trigeſimus quintus Redemptoris annus tertiâ Indictione ſignatur, quo tempore, ſæuiente magis Leonis rabie aduerſus cultores ſacrarum imaginum, nihil remiſſum eſt cœptæ perſecutionis, ſed aucta ipſa magis: ſiquidem Hippatium Lydorum Epiſcopum & Andreã dirè excruciatos necauit: de his enim Græci in Menologio vigeſimâ die menſis Septembris hæc habent: *Commemoratio ſanctorum Patrum & Martyrum Hippatij Epiſcopi & Andreæ presbyteri, qui cum ſanctarum*

HIPPATII ET ANDREÆ MARTYRIVM.

imaginum cultum valide propugnatore, audiens iſta Leo, ad ſe Epheſo venire iubens detruſit in carcerem, & excarnificari præcepit; inſuper & capitis cutem extrahi, deſuperque pictas tabellas congeſtas accendi, barbamq; pice liquente conſpergi & ſic incendi. ſicq; per Conſtantinopolitanam vrbem diſtracti, ad partes Xirolophi perducti iugulati ſunt, expoſitaq; ipſorum cadauera canibus. Quo etiam tempore egregium ſpectaculum edidit Gregorius Limniota monachus propemodum centenarius, de quo iſta Græci itidem in Menologio vigeſimaquartâ menſis Auguſti. Commemoratio ſancti Patris noſtri Gregorij Limniotæ, qui à puero in mõte Olympico monaſticã vitã exercuit, & ſub Leone Imperatore ſacras imagines frangente, & venerãdas Sanctorum reliquias comburente, cùm liberè admodum veritatẽ prædicaret atq; Tyrannũ redargueret impietatis, in ſumma ſenectute (annũ enim agebat nonageſimum quintum) multiplices cruciatus perpeſſus; poſtremò abſciſſis manibus & combuſto capite, gratias agens Deo, ipſi ſpiritũ cõmendauit. hæc ibi. quod autem audis ipſum capite fuiſſe combuſtum, idem quod nuper dicti Martyres paſſi ſunt, intelligas toleraſſe ſupplicium.

GREGORII LIMNIOTÆ MARTYRIVM.

II. Paſſi ſunt grauiſſima eodem tempore Procopius & Baſilius, de quib. etiam in Menologio Baſilij Imperatoris die vigeſimaſeptimâ Februarij hæc habentur: *Hi ſub Leonis Iſauri Iconomachi fuerunt Imperio, mundum & quæ in mundo ſunt relinquentes, ſunt monachi & benè priùs exercitati, hæreſi poſtmodum in ſanctas imagines excitata, ſtudioſè reſtiterunt Iconomachis. Vnde comprehenſi, multaq; paſſi tormenta non ceſſerunt, ſed ad mortem vſque veritatem prædicabant: quamobrem immaniter laniati ſunt, & detruſi in carcerem, vbi manſerunt vſque ad Imperatoris obitum, & liberati, ſanctè fine quieuerunt.* Subiit idem certamen Sergius Cõfeſſor, de quo pariter eſt memoria in eodem Menologio die decimatertia Maii. His acceſſit Macarius Confeſſor, qui ob eandem cauſam exul vitam finiuit, de quo in Romano Martyrologio die primâ Aprilis. Idem quoque ſtadium eucurrit Theophilus monachus, cuius natalis dies colitur ſecundâ Octobris in Menologio Baſilij Imperatoris, vbi dictum eius certamen ita deſcribitur: *Sanctus Pater noſter & Chriſti Confeſſor Theophilus monachus & Deum timens, ſub Leonis Iſauri Principatu certauit: nam conſpicatus eum ſanctas ſtudentem imagines ſubuertere, & omnes ad Iconomachorum peruertere ſectam: diuino motus Zelo, coram eo ſtetit, eumq; cum fiducia redarguit, impiũ vocans, & Antichriſti præcurſorẽ, & orthodoxa negatorẽ fidei. Cũ igitur illum in irã atq; furorẽ concitâſſet: primùm quidem crudeliter vapulauit, & miſſus in carcerem fame cruciari finitur. Carcere eductus, rurſus Sanctorum adorationem & cultum iuſſus abnegare imaginum, nec acquieſcens, in exilium mittitur: vbi multas paſſus tentationes & incommoda ferens, in omnibus Deum glorificans, & ipſius ſancto gratias agens nomini, ad Chriſtum lætus migrauit.* hæc ibi.

CERTAMINA SS. MARTYRVM.

III. Fuerunt iſtæ primitiæ Deo oblatæ. Porrò ingens creuit numerus Confeſſorũ, qui retinentes priſtinum vſum cultus ſanctarum imaginum, multa vbique ab obuiantibus Iconomachis paſſi ſunt, cum omnes liberè in eos inſurgere, Imperatoris edicto concederetur. Tunc & illuſtratus eſt glorioſo titulo confeſſionis S. Eudæmon Epiſcopus Lampſacenus, qui poſt multa certamina in exilium miſſus, ibidem moriens vitæ coronam accepit: cuius memoria à Græcis decimaquartâ Martij annis ſingulis agitur. Similiter & Niceta Epiſcopus Apolloniadis, cuius diem anniuerſarium Græci celebrant vigeſimâ Martij. Similiter & Gregorius Epiſcopus Melitenus, & ipſe ob eandẽ cõfeſſionem in ſanctos Confeſſores relatus, cuius natalis dies ſeptima Aprilis reperitur in tabulis Græcorũ adſcriptus. Sicut & Baſilius Epiſcopus Parii, cuius anniuerſaria die celebrandam memoriam habent Græci notatam in Menologio decimatertiâ menſis Aprilis. Hi & alij ex impietate & crudelitate Imperatoris immortales texuerunt ſibi coronas.

ALII MARTYRES ET CONFESSORES SVB LEONE.

IESV CHRISTI
Annus 736.

GREGORII PAP. III. Annus 6. LEONIS ISAVR. IM. Annus 21.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus trigeſimus ſextus, Indictione quartâ notatus, quo Vtilo Dux Boioariorum erga Romanam Eccleſiam, vti ſui prædeceſſores, ſtudioſiſſimus, defuncto Boioariorum Epiſcopo, Romam ad Gregorium Papam cõſecrandum Wiuilum miſit. Quod præſtitit libenti animo ſanctus Pontifex, quem cõſecrans ad eam regendam Eccleſiam miſit. hæc ex epiſtola eiuſdem Gregorij ad Bonifacium conſtant, & ex actis [a] eiuſdem Bonifacij additis ad vitam ab eius diſcipulo ſcriptis, de quibus inferiùs dicendum erit.

[a] Vit. S. Boniſ. li. 1. c. 32.

II. Quod ad res pertinet Orientis, cœpta ſemel perſecutio in ſacrarum cultores imaginum maioribus in dies incrementis propagatur, vtpote quæ non exagitauit tantùm proximos Confeſſores, ſed etiam longè poſitos, inter quos fuit egregius athleta Ioannes Epiſcopus Gothiæ, cuius natalem diem iſto elogio celebrant Græci in Menologio: *Eâdem die decimaſextâ Martij ſancti Patris noſtri Ioannis Epiſcopi Gothiæ ex Tauro Scytharum regione, temporibus Leonis Iſaurici ſanctarum imaginum oppugnatoris: quarum venerationem cùm beatus Epiſcopus defenderet ab impio illo Imperatore ærumnas & exilium paſſus pro Catholicæ fidei defenſione, ex huius vitæ moleſtijs ad cœleſtem vitam trãslatus eſt.* hæc ibi.

III. Sed ad alia transeamus. Gerebat Præfecturam Vrbanam his temporibus Philippus æqui amantiſſimus, qui ab Imperatore ipſe iuſſus eſt cædi, quod abſoluiſſet quaſdam mulierculas tamquam innoxias. Res geſta memoratu digna ita deſcribitur ab Ignatio diacono in Taraſio his verbis: *Accuſatæ fuerant cædem feciſſe Lactentium infantium paupercula quadam fœmina, per foramen domorum vel portis etiam clauſis ſubeuntes & ex improuiſo infantes interficientes. Quæ etiam trahebantur in iudicium ab ijs qui credebant fabulis, & nolebant Chriſti Dei noſtri ſequi doctrinam, quæ ſimulachris & phantaſmatibus nequaquam decipitur. Eſt enim apud Græcos in fabulis fœmina quadam, Gello nomine, quæ dicitur, cùm immaturâ morte vitam abrupiſſet, quibuſdam ſpectris acceſſiſſe ad recens natos infantes, & eos interfeciſſe. Huius fabula improbo pellecti & decepti ſpiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur etiam ad mulierculas trãsferre hoc execrandum ſcelus, & eis adſcribere in ſpiritum conuerſis cauſam eorum qui moriebantur ante tempus. O ſtuporem, ò cordis oculorum cæcitatem! Si corpus longitudine, profunditateq; & latitudine compactum ac conſtipatum, in ſpiritum diſſolutum procedit, & hoc facere conceditur? Chriſtus ergo qui eſt ipſa Veritas, dicens: [b] ſpiritus carnem & oſſa non habet, reputatus eſt phantaſma ab ijs qui hæc aſſerunt. Quin etiam Chriſtus quoque, qui veram carnem accepit & ſpiritum carnem & oſſa non habere, verè affirmauit diſcipulis: nullâ re circumſcribetur, quo minùs ſit phantaſia? Circa hæc ergo cenſens, & citra dubitationem iudicans Gregorius, fœminas abſoluit à criminibus. Qui tunc rerum potiebatur, erat* iſte Leo Iſauricus (*valde enim defendebat phantaſiam*) *cùm ſenſiſſet ſic iudicâſſe Gregorium, iuſſit eum adduci ad ſe, à quo euidenter edoctus de vero * exitu lata à ſe*

PHILIPPI PRÆFECTI IVDICIVM DE STRIGIS.

[b] Luc. 24.

* de veritate

Digitized by Google

ſententia: cum quidem cæcidit per ſummam ignominiã; latam autem ab eo ſententiam vel inuitus comprobat, vt qui à criminibus abſolutas conſeruauit mulierculas. hactenùs de Philippo Patricio Ignatius. Loogiot planè de his, quę dicuotur Strigę, ineunda hîc eſſet diſputatio; ſed quod non voo ſed plutibus à diuerſis ea res commentariis tractata ſit, habent, qoos petant qui curioſa iſta diſquirunt. Satis ſit nobis ex hiſtorica veritate de his probata iudicia antiqua narrâſſe.

IESV CHRISTI
Annus 737.

GREGORII PAP. III. LEONIS ISAVR. IM.
Annus 7. Annus 22.

I. HÆRETICI PVLLVLANT IN GERMANIA.

SEPTINGENTESIMVS trigeſimus ſeptimus adeſt annus, quintâ ooratus Indictiooe, qoo tempore cum prædicatiooe ſaocti Bonifacij Germanorum Apoſtoli Dominus incultas ſiluas ad culturam redigens fertiliſſimas reddidiſſet: adfuit ioimicus homo, vigilante licèt patrefamiliâs, qui ſuperſeminaret zizania hæreſis. Ioter alios autem, vt ex litteris Gregorij Pepæ ad Epiſcopos datis apparet, quidam Britones non ſecundùm DEVM ambulantes, æſtu inuidiæ perciti, quòd Anglorum oouellæ gentis, quæ fidem haud pridem ſuſcepiſſet, aliqui poſeotes opere, & ſermone Apoſtolico munete multas prouiucias ad Deum prædicatione conuertereot, hæreſim diſſeminare cœperunt, vt cooſtat ex litteris ipſius Gregorii Papæ inferiùs recitandis.

II. Quod igitur Bonifacius ſibi decertandum ſciret noo ſolùm aduerſus Geotiles, quorum causâ acceperat Apoſtolatum, ſed aduerſus hæreticos: viſitandi inprimis ex vſu veteri ſacra limina Apoſtolorum occaſione, adeundi pariter ipſom Romanum Pentificem, Romam pergeodi conſilium iniit, vt coràm de rebus tanti momenti ageret, qui per legatos hactenùs apud ipſum rem pertractâſſet. Id namque fuiſſe Bonifacij animi inſtitutum, ex epiſtola Gregorij Papæ ad illos Epiſcopos reddita, de qua agemus anno ſeqoeoti, ſatis poteſt intelligi. Porrò eius ad Vrbem profectionem ſequenti pariter anno cootigiſſe, ratio temporis perſuadet, quę certa ex epiſtola Gregorij ad eum reddita intelligitur.

III. Hoc anno pariter ſancto Ermino Epiſcopo ex Abbate Lobienſe defuncto, ſucceſſit in locum eius Theodulphus æquè ſanctus, [a] quorum diem natalem colit Eccleſia Belgij, nempe Ermini die vigeſimaquintâ Aprilis, Theodulphi verò vigeſimaquintâ Iunij.

[a] *Molan. in Natal. SS. Belg.*

Quo pariter [b] anno Rex Anglorum Nordanhumbrorum Ceoluulphus, ille ipſe ad qoem Beda ſcripſit hiſtoriam de rebus geſtis Anglorum, diuioo amore ſoccenſus, fide feruens relinquens regnum Eadberto capillis attonſus, monaſticam ſectatus eſt vitam. Ita quidem maiorum ſeqoutus exemplum, regnum nihili fecit, cum fide oouit ſe DEI filiom eſſe, & CHRISTI cohæredem io Regno Cœlorum. Ita meliùs ſancti per fidem vicerunt regoa.

[b] *Bed. in Epi. hoc anno.* REX ANGLORVM PROFITETVR MONACHISMVM.

IESV CHRISTI
Annus 738.

GREGORII PAP. III. LEONIS ISAVR. IM.
Annus 8. Annus 23.

I. SEPTINGENTESIMVS vigeſimus octauus annus adeſt Indictione ſextâ, qoo ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus Romam ad Apoſtolicam ſedem, ex qua Apoſtolatum acceperat, ſe cootulit, vt inde acciperet quæ aliis poſſet infundere. Qui benè exceptus à Gregorio Papa, quæ petiit impetrauit. Iure namq́ue diuinus Spiritus ſancto [c] prophetæ Apoſtolicos viros ſicut nubes oſtendit, vtpotę quæ è mari aquas hauriunt, quibus longè poſitam terram irrigent. Sic igitur Boniſacius ex mote iterum Romam venit, vt inde quę in noua deſerti cultura opus eſſe videret, ab ipſa Romana Eccleſia poſſet accipere. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ſuorum temporum ſcriptor Wilibaldus eius diſcipulus in primis narrat, à quo accepit receutior auctor his verbis[d]: *Eo tempore Romam ire decreuit, tum vt Pontificis Apoſtolici, quem ex facie nondum nouerat, conſpectu frueretur & colloquio; tũ vt Apoſtolorum & aliorum illic quieſcentium Sanctorum ſeſe precibus commendaret.* Porrò eius aduentus Romam etiam cauſam illam fuiſſe docent litteræ Gregorij ad Germanos, vt ab ipſo Gregorio doceretur de nonnullis ad curam animarum ſpectantibus. ſed pergit aoctor:

[c] *Iſai. 60.* BONIFACIVS ROMAM VENIT AD GREG. PAP.

[d] *Vit. Bonif. l. 1. cap. 27.*

II. *Itaque proficiſcens multâ ſtipatus turbâ Francorum, Boioariorum, & Britannorum, vbi Romam venit à Pontifice comiter acceptus eſt. Porrò Romani omnes tantâ cum veneratione proſequuti ſunt, vt ad ſalutarem eius hauriendam doctrinam non pauci confluerent, illumq́, apud ſe diu retinerent.* Antiquitùs namque Romanis fuit in more, vt cùm magni nominis & famæ ſanctitatis virum aliquem Romam ſcirent aduenisse, eum frequentes ambirent, colereot, & omni officio proſequerentur. Ita namque actum cum Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Petro Alexandrino & aliis pluribus, fuit locis ſuperiùs dictum eſt. ſed pergit aoctor: *Cùm autẽ Bonifacius diſcedere vellet, muneribus & reliquijs Sanctorum, quaſcunque petiit, à Pontifice liberaliter & honorificè donatus eſt.* Quaſdam etiam ab eodem epiſtolas ad Epiſcopos Abbates, & omnes Germaoiæ Printipes accepit, quarum exempla hîc deſcribemus[e]:

BONIFAC. BENIGNE HABITVS A PONTIFICE AC ROMANIS.

[e] *Cod. lib. 2. cap. 18.*

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus Epiſcopis, venerabilibus presbyteris, religioſis Abbatibus omnium prouinciarum.

Domino cooperante, & ſermonem confirmante, præſens ſanctiſſimus vir Bonifacius frater & Coepiſcopus noſter, à deceſſore noſtro ſanctæ recordationis Gregorio Præſule in Germania partes miſſus prædicare verbum Dei: poſt multum temporis, orationis causâ, Liminibus ſacris Apoſtolorum Petri & Pauli præſentandus aduenit. Qui perfectâ oratione, ad acceptum laborem, Angelo Domini præueniẽte, à nobis eſt abſolutus. Cui veſtra omnium dilectio, ſeu reuerentia & religioſitas propter Chriſti amorẽ inuamina impendere dignetur, dum & agnoſcitis, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit, dicens: [f] Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui ſuſcipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

EPISTOLA DATA OMI- FACIO RA- DAVRTI.

[f] *Matth. 10.*

Et ſi forſitan quis ex veſtris miniſtris ſeſe ipſi ſanctiſſimo viro in miniſterio exhortationis ſanctæ, Catholicæq́; fidei adiungere voluerit: nullo modo prohibeatis cariſſimi, ſed magis concurſum præbete, & ex veſtro ouili adiutores

tribuite

tribuito, qui poſſint per Dei gratiam ſuſſi. ienter Gentibus miniſtrare verbum prædicationis, vt omnipotenti Deo animas lucrifaciant; vt & veſtra communitas boni operis portionem ſortiatur, atq; illi mereantur Dominicam vocē audire:[a] *Vos qui reliquiſtis omnia & ſequuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* hactenùs epiſtola, cui ſalutatio apponi conſueta, atq; tempus datæ eſſe omittitur. poſt hanc habetur illa ſcripta ad Germaniæ Principes ſiue Optimates his verbis:

[a] Matt. 19.

IV. ALIA EPIST. GREG. PAP. DATA BONIFA. PROFICISCENTI.

Gregorius Papa vniuerſis Optimatibus & populo prouinciarum Germaniæ, Thuringis, & Heſſis, Borthuariis, Niſtreſis, Vuedriis, & Lognais, Suduodis, & Graueldis, & omnibus in Orientali plaga conſtitutis.

Quoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius Præſul nutu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præſentium portatorem reuerendiſſimum fratrem noſtrum & Coëpiſcopū ordinans ad vos vſque deſtinauit, eamq; regulam & normam Apoſtolicæ & Catholicæ fidei edocens, direxit, & poſt temporum ſpatia orationis causā ad Limina beatorū Apoſtolorū ſeſe præſentauit, & quæ ad ſalutem animarū pertinēt, à nobis popoſcit imbui. Nos, Deo fauente, vt ſacra docet ſcriptura, eū * *educantes, ad vos cariſſimi, remeandum voluimus: hortantes vos in Domino, vt dignè ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, vt Epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordinauerit per Apoſtolicam ſibi datā auctoritatē, in Eccleſia miniſterio recipiatis. & ſi quos forſan deuiātes inuenerit à rectæ fidei tramite, ſeu canonica doctrina, eosq; prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur; & quod eis impoſitū fuerit, obediēdo, propter Deū ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibi ipſi damnationem acquirit. Vos autem cariſſimi,*[b] *qui in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum, non tantùm vosmetipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros. Diuinos autem & ſortilegos, vel ſacrificia mortuorum, ſeu lucrorum, vel fontium auguria, vel philacteria & incantatores & maleficas, & obſeruationes varias, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omninò reſpuentes, atque abijcientes, tota mentis intentione ad Deum conuertimini, ipſumq; timete, adorate, honorificate, Sanctorum*[c] *memorijs communicantes, vt ait Apoſtolus.*

* edocētes

[b] Galat. 1.

[c] Rom. 12.

Si enim fides veſtra ſecundùm Domini noſtri dicta fuerit ſicut granum[d] *ſinapis, dicetis monti huic: Transfer & transferetur. Item Dominus & Saluator noſter in ſuo ſacro eloquio docet, dicens:*[e] *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et iterum:*[f] *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. Item & alibi*[g] *promittit, dicens:*[h] *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis &: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Et vos, cariſſimi, facite fructus dignos, vt in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſidereas mereamini adipiſci manſiones.* ita Gregorius, nouellas plantationes irrigans imbribus Euangelicis. Sed quas idem ad Epiſcopos prouinciarum Germaniæ & Alemanniæ dedit per eundem Bonifacium litteras, his addamus[i].

[d] Luc. 17.

[e] Matt. 17. & 21.

[f] Luc. 12.

[g] Ioan. 14.

[h] Matt. 7.

[i] Eodem lib. 2. cap. 30.

V. ALIA GREG. EPISTOLA.

Dilectiſſimis nobis Epiſcopis in prouincia Boioaria & Alemannia conſtitutis Vuigoni, Luidoni, Rodulpho, Viuilo, ſeu Adda, Gregorius Papa.

Catholica ſanctorum Patrum auctoritas iubet, vt bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani, ſeu exhortatione adoptionis filiorum, Synodalia debeant celebrari, vt cauſarum canonicarum examinatio prouenire poſſit, atque vt neceſſitas vniuſcuiuſque popoſcerit, piæ educatio agatur. Vnde ſecundùm Apoſtoli doctrinam,[k] *admoneo & hortor vos, cariſſimi, per miſericordiam Dei, vt dignè ambuletis ea vocatione quâ vocati eſtis, vt miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino.*

[k] Epheſ. 4.

Opportunum namque eſt, vos noſtrum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum præſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, cum digno ac debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium Eccleſiaſticum cum fide Catholica ſecundùm morem & normā S. Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, cui, miſericordiā Dei præueniēte, præeſſe videmur; ſicut Apoſtolicā auctoritate a nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientium Britonum, vel falſorum ſacerdotum & hæreticorum aut vndecumq; ſint, renuentes ac prohibentes abijciatis; & vt populum vobis a Deo commiſſum pijs admonitionibus edoceatis, & à ſacrificijs mortuorum omnino abſtineatis; & iuxta quod fueritis a prædicto noſtro cōſacerdote edocti, ita Catholicam & Apoſtolicam doctrinam tenentes, Domino Deo Saluatori noſtro placeatis; cui quo vobis loco ad celebranda Concilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicunque iudicauerit, pro nomine Chriſti parati eſſe inueniamini: quatenus cognoſcamus per eius mandatum de veſtro conuentu, vt in die aduentus Chriſti Ieſu cum fructu boni operis ante eius tribunal aſſiſtere mereamini, dicentes:[l] *Ecce nos & pueri, quos dediſti nobis Domine: Non perdidimus ex eis quemquam. Vt & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem:*[m] *Venite benedicti Patris mei: percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* hactenus Gregorij Papæ litteræ. pergit auctor: *Hiſce litteris Pontificis inſtructus Bonifacius Roma diſceſſit, Ticinumq; veniens apud Regem Longobardorum aliquandiu moratus eſt.* nouerat eum antè, receperatq; hoſpitio Luithprandus; potuit illic retinuiſſe Bonifaciū cultus magni Doctoris Auguſtini, cuius ſanctiſſimum corpus haud pridem è Sardinia illuc translatum diximus. Quæ autem geſſit vbi ſe contulit in Germaniam, dicemus anno ſequenti, quo ea contigiſſe, ex aliis ad eum à Gregorio Papa redditis litteris poſſumus intelligere.

DE CELEBRANDO CONCILIO.

[l] Iſai. 8.

[m] Mat. 25.

VI.

Eodem planè tempore contigit, ipſum S. Bonifacium has ad ſuos dare litteras, de ſua peregrinatione eos certiores reddens[n].

[n] Eodē qui ſup. Cod. ep. 30.

Dilectiſſimis filijs Geppan, & Eoban, Tacuino, Vuyz, & omnibus fratribus, & ſororibus noſtris, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei in Chriſto puræ charitatis ſalutem.

Notum ſit charitati veſtræ, & gratias agite Deo, quia cum proſperitate venientes ad limina beati Petri principis Apoſtolorum, gradanter nos cum gaudio Apoſtolicus Pontifex ſuſcepit, & de legatione noſtra læta reſponſa reddidit, & conſilium, & præceptum dedit, vt iterum ad vos reuertamur, & in cœpto labore perſiſtamus. Nunc autem hic expectantes ſacerdotum Concilium, vel Synodi conſultum, adhuc ignoramus quando hoc fieri faciat Apoſtolicus Pontifex; ſed eo finito, Deo volente, & vitâ comite ad veſtram præſentiam feſtinabimus. Hoc autē ſcientes, nos cum fraterna caritate & fidei vnitate expectate, alter[o] *alterius onera portantes; ſic adimplebitis legem Chriſti, & gaudium noſtrum renouabitis. Valete in Chriſto, & orate pro nobis.* Ex his apparet, dici poſſe, Bonifacium redeuntem non mox ſe in partes interiores Germaniæ infodiſſe, ſed Auguſtæ conſediſſe, vbi iuſſam à Pontifice Synodum expectaret.

DE SYNODO CELEBRANDA.

[o] Gal. 6.

VII.

Iam verò laborantes Hiſpanias & ſub Sarracenorum armis gementes inueſamus. Factum eſt, vt cùm antiquæ nobilitatis Hiſpani memores, vtcumq; regni titulum propagare ad poſteros conati impiorū Arabum ſeruitutis impatientes, inſtar Machabæorum moorana petiiſſent, & (vt vidimus) Pelagium regulum ſibi conſtituiſſent; atq; vbi ipſe Dei virtute miranda operatus eſſet, poſt annos decem & octo quibus regnauit, decedē: filio regnū reliquiſſet, &

REGNVM ALFONSI CATHOLICVM.

ipſe

ipſe anno ſecundo regni extinctus eſſet: gener Pelagii, nomine * Adelfonſus, regni ſuſceperit habenas hoc anno ſeptingenteſimo trigeſimo octauo, vt per Eræ notam Tudenſis coumerat, vbi ait: *Erá ſeptingenteſimá ſeptuageſimá ſextâ Adelfonſus Catholicus ab vniuerſo populo Catholico in Regem eligitur.* pergit dicere de eius genere ex Reccaredo Gothorũ Rege prouenieote his verbis: *Fuit namq; Petrus ex Reccaredi ſereniſſimi Gothorum Principis progenie ortus, qui debitum carnis exoluens filios ſupradictum * Adelfonſum ſcilicèt & Froilam reliquit. Sed Adelfonſo tui Pelagij filia nupſerat, vbi mortuo Fauila Pelagij filio, in Regem conſtituitur, cum Froila contra Sarracenos exercitum mouens, plures ciuitates ab eis poſſeſſas recepit.* &c.

* alij Adefonſus ſiue Alfonſus

* ſiue Adefonſus

* Vet. Chrō. Franc. anonym. edit. a Pithæo.

VIII.

Bene quidem ceſſit rebus Hiſpanicis, vt Sarraceni maximo ſuo ipſorum damno Gallias bello tentarint, vbi ad internecionem ſæpè deleti ſunt à fortiſſimo duce Carolo cognomento Martello. Qui hoc ipſo anno eoſdem Sarracenos Prouinciam regionem occupantes vincens io fugam adegit, eamque ſibi vindicans Francorum regni coronæ coniũxit: Ex victorijs ergo Francorum in Sarracenos, eorum vires oõnihil ſunt imminutę, vnde factum eſt vt Hiſpani profugi non ſolùm ſuæ ipſorum ſaluti proſpexeriot, ſed ad propagãdum regnum adiecerint quoque animum, ſub Rege Adelfooſo maximè pio, de quo iſta Tudenſis dicere pergit: *Humilis Rex fuit, & hominibus amabilis extitit: Eccleſias, nefando Mahometi nomine remoto, in nomine Chriſti conſecrare fecit: Epiſcopos vnicuique ciuitati quas capere potuit & retinere, præpoſuit ſecundum traditionem ſacrorum canonũ atque Eccleſias auro, argento, lapidibus pretioſis, & ſacræ legis libris decorare ſtuduit.* hucuſque Tudenſis.

VIRTVTES ADELFONSI REGIS.

IX.

CATHOLICVS TITVLVS VNDE REGIBVS HISP. PROVENERIT.

Quod verò ſpectat ad nobilem, inſignẽ, & egregium glorię titulũ, vt dici voluerit Rex Alphonſus cognomẽto, Catholic', ſic accipe: Qui à Reccaredo Catholico Rege ducebat originem, eius quoque gloriæ æmulus, quam ille ſibi iuſtè peperit ex propagata Catholica fide in Gothos gentiles ſuos, ob quam cauſam in Epiſcoporum Concilio REX Catholicus eſt acclamatus: iſte ſicut regni ita & tituli voluit eſſe ſucceſſor, atque dici cognomento Catholicus. Quod intermiſſum à ſucceſſoribus Ferdinandus Aragonius Hiſpaniæ Rex cũ ex omnibus titulis, Regumq; coronis nil glorioſius fulgere ſciret, quàm ex illibata cuſtodita religiooe comparatum Catholicum cognomentum: enixis precibus à Iulio eius nominis Secuodo Romano Pontifice impetrauit, vt eiuſmodi titulus hæreditarius eſſet omnium Regum Hiſpaniarum: quod Dei beoignitate etiam cum augmento dominii feliciter in poſteris perſeuerat.

X.

DE VVILICARIO EPISC. VIENNENSI.

Intereà verò cùm iam è Galliis fuiſſent Sarraceni penitùs fugati, Epiſcopi qui remanſerant, ad reſtaurandas Eccleſias ab eis exuſtas animum addixêre; & inter eos huic operam egregiam nauauit Vuilicarius Epiſcopus Viennenſis, de quo iſta apud Adonem eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum: *Vuilicarius Asyneberto venerabili Epiſcopo Viennæ ſuccedit. Qui ob cladem Sarracenorum, cum eſſet domus præclariſſima Martyris iuxta Rhodanum ab eis incenſa, oſſa beati Ferreoli cum capite Iuliani Martyris intra vrbem tranſtulit, ibiq; accelerato opere, non magno pretio Eccleſiam conſtruxit; vbi & eorundem Martyrum reliquias reuerenter compoſuit. Idem Vuilicarius, quum furioſo & inſano ſtatu conſilio Franci res ſacras Eccleſiarum ad vſus ſuos retorquerent, videns Viennenſem Eccleſiam ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopatu, in monaſterium ſanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus vitam venerabilem duxit. Vaſtata & diſſipata Viennenſis & Lugdunenſis prouincia, aliquot*

A *annis ſine Epiſcopis vtraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilegè & barbarè res ſacras Eccleſiarum obtinentibus.* hæc Ado. Portò Anaſtaſius Bibliothecarius tradit ipſum Gregorium tertium Romanum Pontificem ad hunc Wilicarium Epiſcopum Viennenſem miſiſſe pallium, ex quo putauit ipſe, tum in Archiepiſcopatum Vieonenſem Eccleſiam erectam fuiſſe. Sed loogè anteà ab ipſo fermè initio coaleſcentis in Gallia Chriſti Eccleſiæ fieri contigit, vt Eccleſia Viennenſis ſedes eſſet Archiepiſcopalis.

B

IESV CHRISTI
Annus 739.

GREGORII PAP. III. Annus 9. LEONIS ISAV. IMP. Annus 24.

I.

ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingeoteſimus trigeſimus oonus, Indictione ſeptimâ, qoo ſancti Bonifacij Germanorum Apoſtoli culturâ Eccleſia Boioariorum floreſcit, aucta tribus ſedibus Epiſcopalibus. De his enim hæc habet recentior auctor ex eius diſcipulo & ſcriptore fideliſſimo Wilibaldo [b]: *Inde recedens, Ticino ſcilicèt, ab Vtilone Duce inuitatus, Boioariorum terras viſitauit, manſitq; apud illos diebus multis verbum Dei prædicans, veraq; fidei* C *ſacramenta illic renouans. Inter quæ etiam quoſdam Eccleſiarũ deuaſtatores & populi euerſores profligauit, è quibus alij Epiſcopos ſe mentiebantur; alij miniſterium presbyterij ſibi vſurpabãt: atq; alij alia innumera improba fingentes, magna ex parte populum ſeduxerant. Sed cùm tantam ſacerdotum fallaciam atque malitiam aliter arceri non poſſe cerneret, Boioariæ prouinciam, Vtilone Duce conſentiente, in quatuor parœcias diſtribuit, eiſque tres eximiâ virtute viros præfecit, cùm eos prius Epiſcopos ordinaſſet.*

[b] Apud. Surium die 5. Iunij. lib. 1. cap. 31. to. tom. 3.

BOIOARIA PROVINCIA AVGETVR TRIBVS EPISCOPATIBVS.

Ex ijs primus fuit Iohannes, quem voluit Salisburgenſis oppidi cathedram obtinere alter; Erimbertus qui Friſiagenſis Eccleſiæ præfectus eſt. Tertius Gunibaldus Ratisbonæ quæ eſt Boioariæ Metropolis, Antiſtes inſtitutus eſt. Vuinibus ve- D *rò à Præſule Apoſtolico iam ordinatus Pataui enſi Eccleſiæ Epiſcopus datus eſt, ſed eius parœcia, quæ quarta erat, iam à ſancto Bonifacio inſtar aliarum diuiſa eſt. His ergo Epiſcopis ita inſtitutis, correctiſq; ijs quæ in Boioaria geſſiſſet, Romano Pontifici per litteras indicauit. Ille verò eius facta approbans, hunc in modum ei reſpondit:*

II.

GREG. PAP. PROBAT RES GESTAS A BONIFACIO.

Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coëpiſcopo Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.

Doctoris gentium egregij & beati Pauli Apoſtoli vox eſt dicentis: [c] *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Agnoſcentes itaq; ex ſyllabis fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas ſuâ pietate Deus noſter de poteſtate paganorum liberauit, & ad centum millia animas in ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ tuo conamine & Caroli Principis Francorum aggregare dignatus eſt: ſed & in Bo-* E *ioariorũ prouincia quæ à te acta ſunt, agnoſcentes: datori omnium bonorum Domino Deo noſtro extenſis ad cœlũ manibus gratias retulimus: quia ianuam miſericordiæ & pietatis in illis partibus Heſperijs ad cognoſcendam viam ſalutis aperuit, & miſit Angelum ſuum qui præparauit viam tuam ante te.* Vidiſti lector (quod te non prætereat) quàm inſigniter teſtificatione tanti Pontificis, Apoſtolico prȩconio laudatus adeò reperiatur Carolus cogoomeoto Martellus, vt poſt Deum Bonifacio primum, inde ipſi accepta feratur conuerſio centum millium paganorum: ſed & cùm nec minima quidem querela in eum ab aliquo Romanorum Põtificum reperiatur illata: planè maiori indigent diſcuſſione illa quæ feruntur de anima ipſius ad infe-

[c] Rom. 8.

CAROLVS MARTELLVS LAVDATVS.

ros condemnata, quæ à nobis inferiùs quàm exactiſſimè diſquirentur. ſed pergit Gregorius.

III. *Igitur quia indicâſti perrexiſſe te ad Gentem Boioariorum, & inueniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viuentes, dum Epiſcopos non habebant in prouincia niſi vnum nomine* * *Viuilum, quem nos paulo ante ordinauimus, & quia cum aſſenſu Vtilonis Ducis eorumdem Boioariorum, ſeu Optimatum prouinciæ illius, tres alios ordinaſſe Epiſcopos, & in quatuor partes illam diuiſiſti, id eſt, in quatuor parochias, vt vnuſquiſq; Epiſcopus ſuam habeat parochiam: benè & ſatis prudenter peregiſti, frater: quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice impleſti, & ſicut tibi præcepimus, ita egiſti. Itaque non deſinas, frater reuerendiſſime, docere eos ſanctam Catholicam & Apoſtolicæ in Romana Sede traditionem, vt illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia peruenire.*

* Vuilinum

Presbyteros autem quos ibidem reperiſti, ſi incogniti fuerint viri illi, à quibus ſint ordinati, & dubium eſt eos Epiſcopos fuiſſe, qui eos ordinauerunt: ſi bonæ actionis & Catholici viri ſunt ipſi presbyteri, & in miniſterio Chriſti, omnique lege ſanctâ educati: ab Epiſcopo ſuo benedictionem presbyteratus ſuſcipiant, & conſecrentur, & ſic miniſterio ſacro fungantur.

Illi verò qui baptizati ſunt per diuerſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, ſi tamen in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manuum impoſitionem & ſacri chriſmatis confirmari: Nam Vuiuilus Epiſcopus à nobis ordinatus eſt. Hic ſi aliquid excedit extra canonicam regulam, doce, & corrige eum iuxta Romanæ Eccleſiæ traditionem, quam à nobis accepiſti.

IV. *De Concilio verò, vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare noſtrâ vice, præcipimus fraternitati tuæ Apoſtolicâ auctoritate, te ibidem præſentari, & in quantum tibi Dominus vires dederit, prædicare verbum ſalutis non ceſſes, vt religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam frater pro incepti laboris vtilitate in vno morari loco, ſed confirmatis cordibus fratrum & omnium Fidelium, qui rareſcunt in illis Heſperiæ partibus, vt tibi Dominus aperuerit viam ſalutis, prædicare non deſiſtas; & vbi locum inueneris, ſecundum canonicam regulam Epiſcopos ordina noſtrâ vice, & Apoſtolicam atque canonicam traditionem eos tenere edoce. ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi preparabis: quoniam omnipotenti Deo noſtro facies plebem perfectam. Non pigeat dilectiſſime frater, itinera carpere aſpera & diuerſa, vt Chriſtiana fides longè lateq; tuo conamine extendatur; ſcriptum namque eſt:*[a] *Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam. Operare igitur, frater, opus bonum, quod cœpiſti, vt in die Chriſti Ieſu merearis dicere:*[b] *Ecce ego & pueri mei quos dediſti, non perdidi ex eis quemquam: & iterum: Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum, vt ſubſequenter merearis audire vocem Domini dicentis:*[c] *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Dat. quarto Kalendas Nouembris imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, Imperij eius anno viceſimo* * *tertio. Sed & Conſtantini Imperatoris eius filij anno viceſimo, Indictione octaua* inchoata à menſe Septembris. Meminit & huius epiſtolæ Marianus Scotus in Chronico.

a Matth. 7.
b Matt. 25.
c Ibidem.
* quarto

V. Audiſti lector Boioariorum gentem cultura Bonifacij redditam eſſe paradiſum DEI quatuor fluentis irriguum, in quo flumen vnum, ſicut in illo à DEO formato, diuiſum fuit in quatuor capita, vniuerſam irrigans regionem, cùm vna ſedes Epiſcopalis, in quatuor diuino conſilio partita fuit.

Ipſe verò Gregorius Papa hoc eodem anno in maximas eſt coniectus anguſtias, occaſione Luithprandi Longobardorum Regis, vrbem ipſam infeſto exercitu obſidentis. Quomodo autem iſta ſe habuerint, Anaſtaſius ita narrat in Zacharia Pontifice eius ſucceſſore: *Inuenit Zacharias Papa totam Italiam valde turbatam, ſimul & Ducatum Romanum, perſequente Luithprando Longobardorum Rege, occaſione Transamundi Ducis Spoletani, qui in hanc Vrbem Romanam, eodem Rege perſequente, confugium fecerat. Et dum à prædeceſſore eius beatæ memoriæ Gregorio Papa, atque à Stephano Patricio Romano & Duce, vel ab omni exercitu Romano prædictus Transamundus redditus non fuiſſet, obſidione factâ, pro eo ab eodem rege ablatæ ſunt à Ducatu Romano ciuitates quatuor, Ameria,* * *Hortas, Polimartium & Bleda. & ſic enim Rex ad palatium ſuum eſt reuerſus, menſe Auguſti, Indictione ſeptimâ. Transamundus verò, habito conſilio cum Romanis, collecto generali exercitu Romani Ducatus, ingreſſus eſt per duas partes in fines Ducatus Spoletani. Hi continuò timore ducti, præ multitudine Romani exercitûs eidem Transamundo ſeſe ſubdiderunt,* * *Marſicani, Furconenſes atque Valuenſes, ſeu Pennenſes: deinde ingreſſi ſunt per* * *Rauenſe territorium, & venerunt in Reatinam ciuitatem, quo Reatini continuò & ipſi ſubdiderunt ſe, & inde progreſſus eſt Spoletum menſe Decembris, prædictâ Indictione.* hæc ipſe.

* Hortas

Sed corrigendum quod ait, prædictâ Indictione: nam menſe Septembris expletâ ſeptimâ, inchoatur octaua, vt dicendum fuerit potius, eodem anno, quàm eadem Indictione.

VI. Verùm multa prætermiſſa ab Anaſtaſio inueniuntur, & inter alia deprædatio baſilicæ ſancti Petri, quæ in Vaticanis collibus extra Vrbis mœnia poſita erat, cui Gothi hoſtes anteà pepercerant, quantumlibet fuerint Ariani. Extat de his epiſtola eiuſdem Gregorij Pontificis ad Carolum Francorum Principem, quem & alijs antè datis litteris interpellarat, vt auxilium ferret Romanæ Eccleſiæ contra Longobardos: ipſam igitur ex duobus petitam exemplaribus ſic tibi reddimus.

Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo Gregorius Papa.

Greg. Pap. epiſtola ad Carolum Martellum.

Ob nimium dolorem cordis & lachrymas, iteratâ vice tuæ excellentiæ neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes te eſſe amatorem filium beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtrum; & quod pro eius reuerentia noſtris obedias mandatis ad defendendam Dei Eccleſiam & peculiarem populum, * *qui iam perſecutionem & oppreſſionem gentis Longobardorum ſuſtinere non poſſumus. Omnia enim luminaria ad honorem ipſius Principis Apoſtolorum, & quæ à veſtris parentibus vel à nobis oblata ſunt, ipſi abſtulerunt. Et quoniam ad te poſt Deum confugium fecimus; proptereà ipſi Longobardi in opprobrium habent & opprimunt: Vnde & Eccleſia ſancti Petri denudata eſt, & in nimiam deſolationem redacta: tamen omnes noſtros dolores ſubtilius in ore poſuimus præſentis portatoris tuo fideli, quos in auribus tuæ excellentiæ ſuggerere debeat.*

* quia

VII. *Tu autem, fili, habeas cum ipſo Principe Apoſtolorum hic & in futura vita coram omnipotente DEO noſtro, ſicut pro ſua Eccleſia, & noſtra defenſione diſpoſueris & decertaueris ſub omni velocitate; vt cognoſcant omnes gentes tuam fidem & puritatem atque amorem,* * *quem habes erga Principem Apoſtolorum beatum Petrum & nos, eiuſque peculiarem populum zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam vitam acquirere.* hucuſque epiſtola Gregorij Papæ ad Carolum cognomento Martellum; reliqua autem anno ſequenti. Luit, luit quidem Luithprandus maximo ſuo damno, quod

* quæ

facrile-

Digitized by Google

ſacrilegas manus in ipſam baſilicam ſancti Petri omnibus antehac Barbaris etiam hoſtibus & hæreticis reuerendam inijcere auſus eſt; mulctatus amiſſione regni in filio, omniq́ue gente Longobardorum; qui quàmuis aliàs ſemper grauibus fuerint delictis obnoxij, tolerati tamen à Deo, & regnare hactenùs permiſſi ſunt in Italia: cùm verò attingere auſi ſunt ipſam ſacroſanctam Petri baſilicam, à regno penitùs in perpetuum excidere, poſitique ſunt in exemplum iræ diuinæ cæteris principibus, quanto periculo inconceſſa tententur.

IESV CHRISTI
Annus 740.

GREGORII PAP. III. Annus 10. LEONIS ISAVR. IMP. Annus 25.

I. CONCILIVM A S. BONIF. CELEBRATVM.

REDEMPTORIS annus ſeptingenteſimus quadrageſimus Indictione inchoatur octauâ, quo ſanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus, vbi accepiſſet litteras à Gregorio Papa datas anno ſuperiori, quarto Kalendas Nouembris de Concilio congregando; de quo & monuerat idem Pontifex Epiſcopos Boioariç & Alemanniæ ante annũ, litteris eidem Bonifacio ſedenti in Germaniam datis: obſeruantiſſimus cuſtos Pontificiorum mandatorum, vigilantiſſimo ſtudio, ex more implere ſtuduit, quod ſciret magnâ induſtriâ imperatum.

II. Quod ad locum ſpectat, Auguſtæne, an alibi prope Danubium fuerit celebratum (vterque enim locus litteris Pontificis nominatus reperitur) haud ſatis exploratum habetur; cùm alioqui Auguſtæ celebratum eſſe, ſunt qui aſſerant. Cæterùm re verâ habitum fuiſſe dictum Conciliũ documentis plurimis perſpectum habetur; præſertim verò ex eiuſdem Bonifacij epiſtola data ad Cuthbertum Archiepiſcopum in Anglia. nam id ex multis quæ in ea continentur argumentis, poſſumus intelligere, vtporè quòd contineat ea quæ per eos in Synodo tractanda Pontifex monuiſſet, & inter alia de cogenda annis ſingulis Synodo; quodq́ue prima hæc ab eis Synodus celebrata videatur. Occaſio enim eius ſcribendæ epiſtolæ Bonifacio illa extitit, quòd cùm Cuthbertus reditum Bonifacij ex Vrbe accepiſſet; caritatis ergo veteris amicitiæ cultor, viſitationis causâ ad eum diaconum ſuum miſit cum muneribus, dediq́ue litteras. Quibus grato animo Bonifacius acceptis, reddidit ad eum ſuas Apoſtolico planè homine & martyrij candidato digniſſimas, quibus & de rebus recens geſtis reddidit certiorem, nimirum de ſua legatione Apoſtolica Romæ confirmata, de Concilio congregato eiuſdem Pontificis iuſſione; immò nec illud prætermittendum putauit, quod magno cum dolore toto itinere conſpexerat, nempe ex Anglia deductas fœminas ſub pio peregrinationis prætextu Romam ad ſancta limina Apoſtolorum, quæ ſatanæ laqueis irretitæ ſuam in via proſtituiſſent publicè pudicitiam. Cùm igitur plures in vnum conſentiant coniecturæ, quòd ea epiſtola Bonifacius non de alia aliqua quàm de iſta, de qua ſermo eſt, Synodo agat; illam hic tibi integram reddendam putauimus. De qua illud primùm accipe, Cuthbertum Archiepiſcopum, ad quem ſcribit, hoc ipſo anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo (vt apud Bedam in epitome legitur) poſt Nothelmum, de quo ſuperiùs dictum eſt, fuiſſe conſecratum Epiſcopum Doroueruenſis Eccleſiæ, prædeceſſore iam anno ſuperiori defuncto. Hincq́ue eſt quod Bonifacius hac epiſtola plura ingerit de miniſterio paſtorali, quo nouum Antiſtitem moneat, vt in diœceſi ſua quæ corrigenda ſunt, corrigat; quod & mirabili dexteritate concinnat, dum ſeipſum deplorans, quid ſit illis timendum, & nauiter operandum, inſinuat. ſic enim ſe habet:

III. Epiſt. 48. ead. Cod. EPISTOLA BONIFACII AD CVTHBERTVM.

Spiritalis affinitatis neceſſitudine copulando fratri Archipontificatûs infulâ ſublimato Coepiſcopo Cuthberto Bonifacius Legatus Germanicus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ optabilem in CHRISTO *ſalutem intimè.*

Scriptum eſt in libro [a] *Salomonis: Beatus homo qui inuenit amicum, cum quo poſſit loqui, quaſi cum ſemetipſo. Cum muneribus munificentiæ veſtræ dulciſſimas litteras veſtras fraterna charitate interlitas, Deo & vobis gratias agentes, filio veſtro diacono Cyndberto offerente, ſuſcepimus; viua vocis quoque melliflua colloquia veſtra de fraternis conſilijs per illum nobis charitas veſtra mandauit quæ conſiliorum ſpiritualia colloquia optamus, vt Deo volente, quamdiu in hac mortali vita viuamus, inter nos iugiter inſinuentur, illo * operante, à quo ſola ſancta deſideria, recta cõſilia, & iuſta ſunt opera: vos meliùs, & pleniùs, quibus Deus multa donauit & prudentiùs noſſe, & meliùs & pleniùs poſſe ſcimus; nos quaſi in pannis fideles; veſtri & deuoti ſtudemus inſtrui aureo cæleſtis amoris vinculo, quod rumpi non poteſt, inuicem catenati. Nam labor noſtri miniſterij vnius & eiuſdem cauſæ eſſe dignoſcitur, & æqualis ſpeculatio in curis Eccleſiarum ſiue populorum nobis credita eſt, ſiue in docendo, ſiue in hortando, & monendo, ſiue in defendendo canonicos gradus, vel plebeios. Idcirco humillimè, vt ille inſinuauit, ſimilia faciamus.*

a Eccleſ. 25.

* præſtante

IV. DE SYNODO CELEBRATA.

Maior enim nobis ſolicitudo Eccleſiarum, & cura populorum propter pallia credita & recepta, quàm cæteris Epiſcopis, qui propria tantùm procurant parochias, incumbit. Propterea, cariſſime, non quia veſtra prudentia opus ſit ruſticacitatis noſtræ ſtatuta audire, vel legere; ſed propter bonam, humilem, & ſanctam voluntatem veſtram putamus vos libentiùs ſcire velle, quàm neſcire, quæ hic ſacerdotes nobiſcum ſeruanda decreuêre, vobis emendanda & corrigenda deſtinamus.

Decreuimus autem in noſtro Synodali conuentu, & cõfeſſi ſumus Fidem Catholicam, & vnitatem, & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ fine tenùs vitæ noſtræ velle ſeruare, ſancto Petro & † vicario eius velle ſubijci. Synodum per omnes annos congregare. Metropolitanos pallia ab illa ſede quærere, & per omnia præcepta ſancti Petri canonicè ſequi deſiderare, vt inter oues ſibi commẽdatas numeremur: Et iſti confeſſioni vniuerſi conſenſimus, & ſubſcripſimus, & ad corpus ſancti Petri Principis Apoſtolorũ direximus; quod gratulãdo clerus Roman⁹ & Pontifex ſuſcepit.

† Sic vſurpatur impropriè vox iſta Vicarius, & ſic loquendi illius tempore, quod loco Petri Chriſti vicẽ Papa gerat in terris.

V. CANONES CONCILII PER S. BONIFACIVM HABITI.

Statuimus, vt per annos ſingulos canonum decreta & Eccleſiæ iura, & norma regularis vitæ in Synodo legantur, & recuperentur.

*Decreuimus, vt metropolitanus, qui ſit pallio ſublimatus, hortetur cæteros, & admoneat, vt inueſtiget quis ſit inter eos curioſus de ſalute populi, quis * rò negligens ſeruus Dei. Venationes. & ſiluaticas vagationes cum canibus, & ne accipitres & falcones habeant prohibuimus. Statuimus, vt per annos ſingulos vnuſquiſque presbyter Epiſcopo ſuo in Quadrageſima rationem miniſterij ſui reddat, ſiue de Fide Catholica, ſiue de Baptiſmo, ſiue de ordine miniſterij ſui. Statuimus, vt ſingulis annis vnuſquiſque Epiſcopus Parochiam ſuam ſolicitè circumeat populum confirmare, & plebes docere, & inueſtigare, & prohibere paganas obſeruationes, * diuinos, vel ſortilegos auguria, philacteria, incantationes, vel omnes ſpurcitias Gentilium. Interdiximus ſeruis* DEI*, vt pompato habitu, vel ſago vel armis non vtantur. Statuimus, quod proprium ſit Metropolitani,*

* vero

* diuinationes, vel ſortilegia

iuxta

iuxta canonum ſtatuta ſubiectorum ſibi Epiſcoporum inueſtigare mores & ſolicitudinem circa populos, qualis ſit, & moneat, vt Epiſcopi à Synodo venientes in propria parochiâ cum presbyteris, & Abbatibus conuentum habentes præcepta Synodi * obſeruare inſinuando præcipiant, & vnuſquiſque Epiſcopus, ſi quid in ſua diœceſi corrigere, vel emendare nequiuerit, itidem in Synodo coram Archiepiſcopis, & palam omnibus ad corrigendum inſinuet, eodem modo, quo Romana Eccleſia nos ordinatos cum ſacramento conſtrinxit, vt ſi ſacerdotes, vel plebes à lege Dei deuiaſſe * viderim, & corrigere non * potuerim, fidelitèr ſemper Sedi Apoſtolicæ & Vicario ſancti Petri ad emendandum * indicauerim: ſic enim, niſi fallor, omnes Epiſcopi * debeant Metropolitano, & ipſi Romano Pontifici, ſi quid de corrigendis populis apud eos impoſſibile eſt, notum facere, & ſic alieni fient à ſanguine animarum perditarum.

* ſeruare
* viderem
* poſſem
* indicatē
* debent

VI. De cætero, frater cariſſime, quia nobis æqualis labor, & maius periculum imminet, quàm cæteris ſacerdotibus, quia canones antiqui præcipiunt, vt omnes ſciant Metropolitanum ſolicitudinem totius prouinciæ gerere. Et (vt verbi gratiâ dicam ſicut timeo) nauim gubernandam inter fluctus feri maris ſemel ſuſcepimus, quam nec cautè regere, nec ſine peccato dimittere valemus: quia, vt quidam ſapientium dicit: Si periculoſum eſt nauem inter fluctus cautè non regere; quantò periculoſius eſt, eam vndis tumeſcentibus fluctuantem in tempeſtate relinquere? Et idcirco Eccleſia, quæ velut nauis magna per mare mundi huius enauigat, diuerſiſque tempeſtatum fluctibus in hac vita tunditur: non eſt tamen relinquenda, ſed regenda. Cuius rei in exemplo priores Patres habemus Clementem, & Cornelium, & cæteros ſanctos plures in vrbe Roma; Cyprianum in Carthagine, Athanaſium in Alexandria, qui ſub paganis Imperatoribus nauem Chriſti, immò cariſſimam ſponſam eius Eccleſiam ſcilicèt docendo, defendendo, laborando, & patiendo, vſque ad ſanguinis effuſionem gubernabant.

DE PASTORALI SOLICITVDINE.

VII. Poſſum enim de * meipſo pro certo, iuxta vocē Cantici Cāticorū dicere: [a] Filij matris meæ pugnauerūt contra me. Poſuerunt cuſtodem in vineis, vineā meam non cuſtodiui: Vinea enim, ſecundùm Eſaiam [b] Prophetam Domini Sabaoth, domus Iſraël eſt. * Hæc videlicèt Eccleſia Catholica eſſe comprobatur, cuius Synodum congregandam iuſſu Pontificis Romani, & rogatu Principum Francorum & Gallorum ſub ſpe reſtauranda legis Chriſti ſuſcepi, circumfodi, * confinium ſtercoris apportaui, ſed non cuſtodiui. Cùm [c] autem expectarem vt faceret vuas, fecit labruſcas. Et iuxta alium Prophetam: Mentitur [d] opus oliuæ, & campi non faciunt eſcas. Sed proh dolor, officium laboris mei rerum collatione ſimillimum eſſe videtur cani latranti, & videnti fures, & latrones frangere & ſuffodere, & vaſtare domum domini ſui, & quia defenſionis auxiliatores non habeat, ſubmurmurans ingemiſcat & lugeat.

* memetipſo.
[a] Cant. 1.
[b] Iſai. 5.
* nunc
* cophinū
[c] Iſai. 5.
[d] Habac. 2.

VIII. Nunc autem quod mihi in tali periculo poſito iuſtum & cautum eſſe videtur, ſalubre conſilium veſtrum quærens, & ſcire deſiderans, inſinuo libertatem prædicandi: Dico, vt in [e] Actibus Apoſtolorum Paulus Apoſtolus ſacerdotibus intimauit, dicens: Conteſtor vos hodiernâ die, quia mundus ſum ab omnium ſanguine. Non enim ſubterfugi quo minùs annuntiarem vobis omne conſilium Dei. Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſibi ſanguine ſuo: Regnum, inquit, Dei, inter vos ambulans prædicaui, vt me alienum ab omnium perditione ſeruarem. Nam [f] Apoſtolus Epiſcopum, [g] Propheta ſpeculatorem, [h] Saluator mundi paſtorem Eccleſiæ ſacerdotem appellat, & omnes tacentem peccata populi doctorem ſanguinis animarum perditarum reum ſub ſilentio eſſe comprobant. Propter hoc horribilis & maxima neceſſitas cogit, vt iuxta dictum Apoſtoli nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc eſt (niſi me

[e] Act. 20.
[f] Ibid.
[g] Ezech. 3.
[h] Ioan. 21.
PRO ALIENA SALVTE SOLICITI SACERDOTES.

A falſa opinio) ita iuſtè viuendum doctores, ne dicta ſua repugnantibus factis euacuet, & ne cùm ſit de proprio tutus, alieno damnetur peccato: quia ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, vt non ſolùm benè viuendo alios exemplo inſtituat, ſed etiam fiducialiter prædicando ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat; & quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes oſtendat: quia iuxta verbum Domini ad [i] Ezechielem, cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiam ſi ſanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente * perierint condemnabitur. Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato?

[i] Ezech. 3.
* pereunt

IX. Taciturnitatem quidem ſacerdotis Dominus ad [k] Ezechielem loquens terribiliter prohibet, & ſpeculatorem ſacerdotem appellat; vt ſicut ſpeculatoris eſt de loco editiori B plus omnibus contemplari, ita ſacerdos debet eſſe meritorum ſublimitate celſior, & maiorem ſcientiæ habere gratiā, quâ poſſit cæteros inſtruere. Audiens, inquit diuinus ſermo ſermonem annuntiabis eis ex me. Iudicat: vt hoc dicat ſacerdos, quod ex diuina dilectione didicerit, quod illi Deus inſpirauerit, nō quod humano ſenſu inuenerit: Annuntiabis, inquit, ex me, non ex te. Mea verba loquens: non eſt, quod ex his, tanquā de tuis inſteris. Ex me, inquit, eis annuntiabis. ſi me dicente ad impiū, impiè morte morieris, non fueris loquutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua; ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem verò eius de manu tua requiram. Ac ſi apertè dicat, ſi ei peccata ſua non annuntiaueris, & ſi eum non argueris, vt conuertatur, & viuat, C & te, qui non increpaſti, & ipſam qui te tacente peccauit, flammis perennibus tradam.

[k] Ezech. 3.
SACERDOTES LIBERE ARGVANT DELINQVENTES.

X. Nō ſimus ergo tā ſaxei, vel tā ferrei pectoris, vt nos iſta verba Domini nō terreāt: Nō ſimus tā alienati à fide, vt iſtis verbis Domini non credamus, ſed excitemus & exhortemur fratres noſtros venerandos verbis ſancti Petri Apoſtoli: [l] Sobrij eſtote, & excitamini, quia aduerſarius veſter diabolus, tamquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eamdem paſſionem, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Et Epiſcopos Synodi noſtræ ſubiectionis adiuratione ſancti Pauli Apoſtoli admoneamus [m] Timotheo dicentis: Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius & regnum eius: prædica verbum, inſta opportunè, D inopportunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Eſt enim iam prædictum ab Apoſtolis tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, &c. Clamemus in fortitudine, iuxta dictum [n] Prophetæ, qui annūtiamus pacem in terris hominibus bonæ voluntatis. Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus nec verecundia prædicare verbum vitæ impedit.

[l] 1. Pet. 5.
EPISCOPI ADMONENDI.
[m] 2. Tim. 4.
[n] Iſai. 58.

XI. Contendamus, auxiliante Domino, vt non ſimus inter illos falſos paſtores ouium, quos Propheta accuſat, dicēs: [o] Hæc dicit Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges paſcuntur à paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis. Quod in E firmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis: quod fractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum non reduxiſtis: quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri. Væ, quod Propheta dicit, pro maledicto poſuit; per paſtores Epiſcopos ſignificanis: greges Domini, id eſt, fideles populos ad paſcendum; ſed ſemetipſos paſcunt, qui non populi ſalutem, ſed ſuas voluntates attendunt, licèt lanas ouium Chriſti oblationibus quotidianis, ac decimis fidelium ſuſcipiunt, & curam gregis Domini deponunt. Non ſanant ſpirituali conſilio infirmum peccatis; non ſolidāt ſacerdotali ope diuerſis tribulationibus fractum; non reuocant erroneum ad viam ſalutis,

[o] Ezech. 34.
DE MALIS EPISCOPIS.

Digitized by Google

A *non requirunt ſolicitudone paſtorali venia iam deſperationi perditum: ne caſſlictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more deſæuiunt, defendunt; nec diuites peccantes vel potentes non ſolùm non arguunt, ſed etiam venerantur, & ideò minaciter ſuperbiam talium ſermo diuinus contundit, dicens: Væ paſtoribus Iſraël. & iterum: Propterea paſtores audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, vt vltra non paſcant gregem, nec paſcant ampliùs ſemetipſos. Quid eſt aliud, quàm paſtores, qui ſemetipſos, ſed greges non paſcunt, de ſublimitate honoris inter reprobos, & inter maledictos proyciam? At hæc omnia quis non intremiſcat, niſi qui futura non credit? nam omnia quæ Deus voluit obſeruari, tam* B *apertè poſuit, & ſui nominis auctoritate firmauit, vt ea facilius (quod dictu quoque nefas eſt) contemnamus, quàm nos non intelligere tam aperta & diuina mentientes fingamus. Quando audimus: Hæc dicit* * *Deus: quis futurum eſſe non credat, quod dicit Deus, niſi qui Deo non credit? Et horum. & his ſimilium conſideratione perterritus ſum, & timor & tremor venerunt ſuper me, & penè contexerunt me tenebræ peccatorum meorum, & ſemel ſuſceptum gubernaculum Eccleſiæ ſi licuiſſet, placuiſſet mihi omninò dimittere, ſi valerem, vel exempla Patrum, vel ſcripturas ſacras conſentaneas inuenire.*

* Dominus

XII. *Ideircò frater cariſſime, quia hæc omnia ita ſe habent, & veritas fatigari poteſt, vinci autem & falli non poteſt,* C *fatigata mens noſtra confugiat ad illum, qui per Salomonem dicit:* [a] *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. & alibi:* [b] *Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam confugit iuſtus & ſaluabitur. Stemus in iuſtitia, & præparemus animas noſtras ad tentationem, vt ſuſtineamus ſuſtentationem Dei, & dicamus ei: Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie. Confidamus in eũ, qui nobis onus impoſuit, quod per nos portare non poſſumus, portemus per illum, qui eſt omnipotens, qui dicit:* [c] *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Stemus in prælio in die Domini, quia dies tribulationis, & anguſtiæ venerunt ſuper nos. Moriamur, ſi Deus voluerit, pro ſanctis legibus Patrum noſtrorum, vt hæ-* D *reditatem cum illis æternam conſequi mereamur. Non ſimus canes muti, non ſimus taciti ſpeculatores, non ſimus mercenarij lupum fugientes, ſed paſtores ſoliciti vigilantes ſuper gregem Chriſti, prædicantes maiori & minori, diuiti & pauperi omne conſilium Dei, omnibus gradibus, vel ætatibus, in quantum Deus donauerit poſſe, opportunè, importunè, eo modo quo ſanctus Gregorius in libro Paſtorali conſcripſit.*

[a] Prou. 3.
[b] Prou. 18.
[c] Matt. 11.

DE FORMINIS PEREGRINANTIBVS. *Præterea non taceo caritati veſtræ, quia omnibus ſeruis* DEI, *qui hic vel in Scriptura, vel in timore* DEI *probatiſſimi eſſe videntur, diſplicet, quod bonum & honeſtas pudicitiæ* * *noſtræ Eccleſiæ illuditur, & aliquod leuamentum turpitudinis eſſet, ſi prohiberet Synodus, &* E *Principes veſtri mulieribus frequentiam, quam ad Romanam ciuitatem veniendo, & redeundo faciunt; quia ex magna parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpaucæ enim ſunt ciuitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in qua non ſit adultera, vel meretrix generis Anglorum, quod ſcandalum eſt & turpitudo totius Eccleſiæ veſtræ.*

* veſtræ

XIII. DE VSVRPATORIBVS RERVM ECCLESIARVM. *Illud autem quòd laicus homo, vel imperator, vel Rex, aut aliquis Præfectorum vel Comitum ſæculari poteſtate fultus ſibi per violentiam rapiat monaſterium de poteſtate Epiſcopi, vel Abbatis,* vel Abbatiſſæ, &c* incipiat ipſe vice Abbatis *regere, & habere ſub ſe monachos, & pecuniam poſſidere, quæ fuit Chriſti ſanguine comparata: talem hominem antiqui Patres nominabant raptorem & ſacrilegum, & homicidam pauperum, & lupum diaboli intrantem in ouile Chriſti, & maximo anathematis vinculo damnandum ante tribunal Chriſti. De talibus memorare ſancti* [d] *Pauli Apoſtoli ad Timotheum dicentis: Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſuperbè ſapere neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in* DEO *qui præſtat omnia. Talibus ſi correptionem Eccleſiæ non recipiunt, quia vt Ethnici, & publicani ſunt, nec viui nec mortui communicat Eccleſia Dei: Talibus, quia, & hic & ibi* * *reperiuntur, cum tuba* DEI *clangamus, ne tacentes damnemur.*

* deſunt in alio textu.
[d] 1. Timo. 6.
* r pellantur

XIV. DE VESTIVM ORNATV VANO. *Superuacuam his & Deo odibilem veſtimentorum ſuperſtitionem omni intentione prohibere ſtude, quia illa ornamenta veſtium (vt illis videtur, quod ab alijs turpitudo dicitur) latiſſimis clauis, vermium imaginibus clauata,* B *aduentum Antichriſti ab illo tranſmiſſa præcurrunt. Illius calliditate* * *per miniſtros ſuos introducere intra clauſtra monaſteriorum fornicationem, & luxuriam,* &c. hucuſque epiſtola, cui finis deeſſe videtur.

* calliditatem

Iam verò quid eodem anno in Anglia acciderit memoriâ dignum, iiſdem Annalibus intexamus: Rex Occidentalium Saxonum ſanctorum Regum ſuorum prædeceſſorum inſignis pietatis æmulus, nolens illis ſe degenerem demonſtrare, perpetuo pietatis monumento erga Romanam Eccleſiam fidem ſuam voluit reliquiſſe teſtatam. Nuntium ſiquidẽ remiſêre regno anteceſſores Reges, de quibus ſuis locis ſuperiùs dictum eſt, Ceadualla & Huu & peregrinãtes Romam ad Limina Apoſtolorum, C illic monaſticam vitam amplexi, ſancto fine in Domino quieuêre. Iſte verò antequàm regno ſe abdicaret, voluit illud Eccleſiæ Romanæ vectigal iure perpetuo conſtituere, vt domus ſingulæ, ſingulos denarios annuatim ſancto Petro penderent; ſic deuincere populum ſuum ſtudens, vt annui cenſus penſitatione cognoſceret ſe ſubditum ſancto Petro, cuius & fidem firmam illibatamque iugiter conſeruaret; quem & ſcientes omnes Dominũ eſſe ſuum, propenſiori ſtudio colerent, & in opportunitatibus inuocarent. Ina nomen fuit huic Regi maximè pio, cuius vxor Regina nomine Edilburga, licèt in ſexu fragili, haud imparem fortitudine ſuo viro ſe exhi-D buit, dum & ipſa de contemptu mundi peregregium ſpecimen dedit. Monaſticam ſiquidem vitam amplexa, perpetuo ſe ergaſtulo mancipauit, cùm monaſterium monialium ſanctarum ingreſſa, ibidem ex Regina ſe in ancillam conuertit, atque tantùm ſibi ipſi imperare delegit, probè ſciens, verè eſſe illum Regem, qui Chriſti amore alijs ſubditum ſe conſtituit, & verè imperare, qui ſuis paſſionibus dominatur.

EDILBVRGA REGINA EFFICITVR MONIALIS.

XV. ANGLIA TRIBVTARIA S. PETRO. Omittimus de his loquentes ſingulos hiſtoricos recenſere ſatis, putãtes afferre in mediũ auctorẽ illum, qui ſimilis ſcribæ docto, profert de theſauro ſuo noua & vetera; Virgilium dico, qui res Anglo-E rum ſumma cum laude proſequutus, de eodẽ Rege nunquam ſatis laudato hæc quæ ſequuntur habet, totidem verbis reddita: *Officia autem eiuſdem Regis pietatis plena infinita produntur, & illud in primis, quòd regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit autem idem, eius exemplo (vt opinor) ductus, Offa Merciorum Rex, qui non multum poſt tempus regnauit. Fuit is annus ſalutis circiter ſeptingenteſimus quadrageſimus. Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſt hæc Ethelunolphus, ſeu Athulphus Rex, qui vt proximo libro demonſtrabitur, totius ferè inſulæ imperium obtinuit.* hæc ipſe. qui & de ſuo tempore, nempè præſenti ſæculo iſta ſubiicit: *Omnis Anglia hoc tempore iſtud vectigal, pietatis & religionis causa Romano Pontifici pendit domeſticatim collatum, & nummi illi argentei vocantur à vulgo, Denarij diui Petri,*

quos

Digitized by Google

quos Pontificius Quæſtor, quem non inſcienter, Collectorem nuncupant, exigit. Nos hanc olim quæſturam aliquot per annos geſſimus, eiusq́; muneris obeundi causâ primùm in Angliam venimus. hæc ipſe, ſcribens ad Henricum octauum tunc Regem, anno Redemptoris milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, cùm Londini eſſet. Sed mirandum illud accidit: vbi ceſſauit pendi vectigal iſtud vtcumque malè redemptum, hæreſum alluuione Anglicana Eccleſia abſorbetur. At de rebus Angliæ ſatis.

XVI.

Iam inuiſamus Orientalem Eccleſiam, quam ſub duro iugo perſecutoris Imperatoris reliquimus laborantem, cùm vbique terrarum eius Imperio ſubditarum Orthodoxis omnibus nonniſi luctus eſſet & dolor; aliis dirâ morte mulctatis, proſcriptis aliis, B diuerſi generis cruciatibus aliis afflictatis, aliis mancipatis carceribus, fame frigoreq́ue conſumptis, ludibriis popularibus expoſitis aliis, per publica loca tractis, membriſque diſtractis, aliiſque pœnis affectis, præter multitudinem haud mediocrem illorum qui è ciuitatibus, relictis bonis omnibus, ſpontè migrantes in ſolitudines, voluntario exilio facti extorres, abdita montium petiêre, & receſſus quæſiêre ſiluarum, antra ferarum ſua domicilia facientes. Dum inter hæc Imperator, quaſi (vt ſibi viſus) de idololatria profligata triumphans, lætus incederet atque ſuperbus, vtpote quòd de proſtrata impietate, & puro cultu reddito Deitatis, ipſum Deum ſibi fecerit debitorem. Qui (ſicut in Pſalmo [a] eſt) de C cœlo auditum fecit iudicium: terra tremuit & quieuit: iuxta illud [b]: Nam reſpiciens iratus terram fecit eam tremere: haud enim diutiùs tolerans mala prænuntiis iræ ſuæ perterrefecit Imperatorem: Etenim irato numine totus contremuit Oriens, ciuitates complures æquatæ ſolo fuêre, & quæ erant in vrbe ſtatuę Imperatorum collapſæ, contritæ ſunt, quaſi ipſæ ſtare non poſſent, vbi ſacræ imagines eſſent ab impio Leone proſtratæ; qui nec ipſe quidem amplius potuit eſſe ſuperſtes: nam paucos poſt menſes à terræmotu (vt dicetur) ex hac vita ſublatus eſt. At quomodo hæc ſe habuerint, à Theophane petamus: in quo primùm emendes, quod habet id accidiſſe vigeſimo tertio Leonis Imp. anno; corrigesq́; D ex iis quæ ipſemet ſubdit, id factum menſe Octobri, nonâ Indictione, inchoatâ iam ipſa menſe Septembri, præſentem per Indictionis notam ſignificàs annum vigeſimum quintum, iuxta initam ſuperiùs rationem eiuſdem Imperatoris, inchoatum ab octauo Kalend. Aprilis: *eodem* (inquit) *anno, terræmotus factus eſt magnus atque terribilis Conſtantinopoli, ſeptimo Kalendas Nouembris, Indictionis nona, feriâ quartâ, horâ octauâ. Et corruerunt Eccleſia & monaſteria, populusq́; multus extinctus eſt. Cecidit autem & ſimulachrum, quod ſtabat ſuper Attali porta magni Conſtantini vnà cum ipſo Attalo, & titulus Arcadij, qui ſupra Xerophili columna ſtabat, & ſimulachrũ maioris Theodoſij, quod ſuper auream portam videbatur, necnon & terrenis vrbis* E *muri & ciuitates & villæ in Thracia, & Nicomedia in Bithynia & Pranetus & Nicæa, in qua ſalua tantùm remanſit Eccleſia. Fugit autem mare & terminos ſuos in quibuſdam locis, & perdurauit terræmotus menſibus duodecim.* hucuſque Theophanes. qui & ſubdit, tantam cladem Leonem in ſuum lucrum conuertiſſe, tributo ſuperimpoſito, vt ad muros inſtaurandos ciuitatis per ſingulos * aureos nummus argenteus ſolueretur: quod & propagatum in poſteros tradunt.

[a] *Pſal. 75.*

[b] *Pſal. 103.*

TERRAMOTVS CONSTANTINOPOLIM VEXAT.

TERRAMOTVS MAXIMVS CONSTANTINOP.

XVII.

Remanſit terræmotus huius memoria in Græcorum Menologio Baſilij Imperatoris iuſſu collecto, perpetuo elogio cõſignata verbis iſtis: *Vigeſimoquinto Leonis Iſauri Principatûs anno, Indictione nonâ, vigeſimaſextâ Octobris die, in S. Demetrij commemoratione, factus eſt ingens & terribilis terræmotus Conſtantinopoli, & omnes domus & Eccleſiæ ciciderunt; multique ruinis oppreſſi ſunt mortui. Vnde tam terribilis terræmotus memoriam recolentes, ſupplicamus; & ad magnum & ſacrum immaculatiſſima Domina noſtra Dei Genitricis ſemperq́; Virginis Mariæ templum, quod eſt in Blachernis, ſupplicantes, & eam intensè precantes, & ex ipſa ſine viri ſemine vel corruptione propter nos natum peccatores Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum orantes, vt nos à ſua iuſta liberet ira contra nos excitata.* hactenùs in Menologio memoria terræmotus annis ſingulis recoli ſolemniter conſueta.

XVIII.

LONGOBARDI INFESTANT ROMAM ET CAMPANIAM.

Quod ad res ſpectat Occidentales, Roma ipſa motu bellico exagitatur, parante aduerſus eam exercitum Luithprando Rege Longobardorum, eò quòd (vt anno ſuperiori dictum eſt) Romanorum auxilio Tranſamundus Dux Spoletanus ab ipſo expulſus, in Ducatũ fuerat reſtitutus; ipſe verò Tranſamundus haud ſtans promiſſis æquè Romanis apparuiſſet infidelis, ſibiq; vendicaſſet Galleſium caſtrum. His preſſus anguſtiis Gregorius Pontifex, ad petendum auxilium à Carolo Martello Duce Francorum legationem ornauit honorificam ſatis, miſitque eidem ſacra munera. De his enim hæc apud Anaſtaſium leguntur his verbis: *Huius temporibus concuſſa eſt prouincia Romanæ ditioni ſubiecta, à nefandis Longobardis ſimul & Rege eorum Luithprando. Veniensq́; Romam in campo Neronis tendit tentoria, deprædatâque Campaniâ multos nobiles de Romanis more Longobardorum totondit ac veſtiuit.*

XIX.

DE LEGATIONE GREG. PAP. AD CAROLVM MARTELLVM.

*Pro quo vir Dei Gregorius Papa vndique dolore conſtrictus ſacras claues ex Confeſſione beati Petri Apoſtoli accipiens, direxit nauali itinere ad partes Franciæ Carolo ſagaciſſimo viro, qui tunc regnum regebat Francorum, per miſſos ſuos, id eſt, Anaſtaſium ſanctiſſimum virum Epiſcopum, necnon & Sergium presbyterum, ad poſtulandum à præfato excellentiſſimo Carolo, vt eos à tanta oppreſſione Longobardorum liberaret. Eodem tempore neceſſitate compulſus plurimam partem murorum huius ciuitatis Romanæ reſtaurauit: alimoniam quoque artificum & pretium ad emendam calcem de proprio tribuit. Huius denique temporibus * Galleſium caſtrum, pro quo quotidie expugnabatur Ducatus Romanus à Ducatu Spoletano, pecuniis nõ paruis Tranſamundo Duce eorum redemit vt ceſſarent bella & † quæſtiones, potuit cauſam finire, atque in compage ſanctæ Reipublicæ atque corpore Chriſti dicti exercitus Romani annecti præcepit.* hactenùs Anaſtaſius. Sunt qui confundant hanc legationem cum illa ad eundem Carolum à Gregorio ſecundo miſſa. Sed planè diuerſa iſta ab illa fuiſſe conuincitur: ſiquidẽ illa non aduerſus Longobardos, ſed aduerſus hæreticum Imperatorem miſſa fuit, quod etiam Græci auctores affirmant; iſtam verò ad reprimendum Longobardorum furorem eſſe directam apparet. prætereà tunc ab eodem Carolo reciprocam fuiſſe miſſam legationem conſtat; modo verò nequaquàm, eò quòd morte, quę ſequenti anno contigit, fuerit ille ne id faceret impeditus. Sanè quidem auctor ſui temporis res geſtas ſcribens, qui appendicem addidit ad Gregorium Turonenſem, bis tradit miſſam eſſe legationem ad eundem Carolum à Gregorio Papa cum iiſdem ſacris muneribus clauium, vt planè de his dubitatio eſſe non poſſit.

* Gallienſiũ

† *Locus corruptus.*

Cæterùm hæc quæ ad Anaſtaſio ſunt enarrata, certiorem & magis integram vendicant ſibi fidem ex epiſtola Gregorij ipſius Rom. Pontificis, quam hoc anno (vt ex ea apparet) ſcripſit ad Carolũ Martellum: eam itaq; deſcribendam hîc tibi operæpretium duximus, vt ex ea res geſtæ exploratę reddantur.

tur. Contulimus eam cum duobus exemplaribus, quò mendis abſoluta reddatur. ſic enim ſe habet [a]:

[a] Recitant eadē etiam Centur. tom. 8. cap. 10.

A

Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo Gregorius Papa.

XX. EPISTOLA POSTERIOR GRE. PA. AD CAROLVM MARTELLVM.

Nimiâ fluctuamur tribulatione, & lachrymæ die noctuq́; ab oculis noſtris non deficiunt, quando conſpicimus quotidie & vndiq; Eccleſiā ſanctā Dei à ſuis, in quibus ſpes erat vindicandi, deſtitui filijs. Propterea coarctati dolore, in gemitu & luctu conſiſtimus, dū cernimus, id quod modicum remanſerat præterito anno pro ſubſidio & alimento pauperū Chriſti, ſeu luminariū concinnatione in partibus Rauennatium, nūc gladio & igne cuncta conſumi à Luithprando & Hilprando Regibus Longobardorum. Sed in iſtis B *partibus Romanis mittentes plures exercitus, ſimilia nobis fecerunt, & faciunt: & omnes ſcalas S. Petri deſtruxerunt, & peculia quæ remanſerāt, abſtulerunt: Et nulla nobis abs te, excellentiſſime fili, refugium facientibus peruenit hactenùs conſolatio. Sed, vt cōſpicimus, dum indultum à vobis eiſdem Regibus eſt motiones faciendi, quod eorum falſa ſuggeſtio pluſquā noſtra veritas apud vos recepta eſt; & timemus, ne tibi reſpiciat ad peccatum. Quando nūc vbi reſident ipſi Reges, ad exprobrationem noſtram ita proferunt verba, dicentes: Adueniat Carolus, apud quem refugium, & exercitus Francorum; & ſi valent, adiuuent vos, & eruant de manu noſtra.*

O quam inſanabilis dolor pro his exprobrationibus in noſtro retinetur pectore, dum tales ac tanti filij ſuam ſpiri- C *tualem matrem, ſanctam Dei Eccleſiam, eiusq; populū peculiarem non conantur defendere: Potens eſt, cariſſime fili, ipſe Princeps Apoſtolorum, ab à Deo ſibi conceſſam poteſtatem, ſuam defendere domum & populum peculiarem, atq; de inimicis dare vindictam, ſed filiorum fidelium mentes probat.*

XXI. QVID REGES CONTRA DVCES.

Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus & ſuaſionibus eorundem Regum. Omnia enim tibi falsò ſuggerunt, ſcribentes circumuentiones; quod quaſi aliquam culpam commiſſam habeant eis eorum Duces, id eſt, Spoletinus & Beneuentanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem Duces perſequuntur crimine, niſi pro eo quod noluerunt præterito anno de ſuis partibus ſuper nos irruere, & (ſicut illi fecerunt) res SS. Apoſtolorum deſtruere, & peculiarem populum deprædare, D *ita dicentes ipſi Duces: * Quia contra Eccleſiam ſanctam Dei, eiusq; populum peculiarem nō exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipſa Eccleſia fidem accepimus: ideoq; mucro eorum deſæuit cōtra eos. Nam ipſi prædicti Duces parati fuerunt, & ſunt ſecundùm antiquam cōſuetudinem eis obedire: ſed illi retinentes irā pro eo, quod ſuperiùs diximus, per exquiſitam occaſionem volentes illos & nos deſtruere & inuadere; ideoque vtroſque perſequentes, & veſtræ bonitati ſuggerunt falſa, vt & Duces illos nobiliſſimos degradent, & ſuos ibidem prauos ordinēt Duces; & multò ampliùs quotidie & ex omni parte Dei Eccleſiam expugnent, & res beati Petri Principis Apoſtolorum diſſipent, atq; populum peculiarem captiuent.*

* qui

E

XXII. LEGATVM PETIT MITTI AD EXPLORANDVM.

Tamen vt rei veritas vobis penitùs declaretur, Chriſtianiſſime fili, iubeas poſt ipſorum Regum ad propria reuerſionem tuum fideliſſimum miſſum, qui non præmijs corrumpatur, huc dirigere, vt proprijs oculis perſecutionem noſtram, & Dei Eccleſiæ humiliationem, & eius rerum deſolationem, & peregrinorum lachrymas conſpiciatur, & tuæ deuotioni omnia pandantur.

*Sed hortamur tuam bonitatem coram Domino & eius terribili iudicio, Chriſtianiſſime fili, vt propter Deum & animæ tuæ ſalutem, ſubuenias Eccleſiæ S. Petri, & eius peculiari populo, eoſdemq; Reges ſub nimia celeritate refutes. Non deſpicias deprecationem meam, neq; claudas aures à poſtulatione mea; * ſic non tibi Princeps Apoſtolorum claudas cæleſtia regna.*

* ſi

A *Coniuro te per Deum viuum & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claues Cōfeſſionis beati Petri, quas vobis ad Regnum direximus, vt non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori Principis Apoſtolorum, ſed velociùs ſub nimia feſtinatione ſentiamus poſt Deum tuam conſolationem ad noſtram defenſionem; vt in omnibus Gentibus declaretur veſtra fides, & bonum nomen; quatenùs & nos cum Propheta [b] mereamur dicere: Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.*

[b] Pſal. 19.

*Harum autem litterarum portator * Anthardus veſter fidelis, quod oculis ſuis vidit, (& nos ei iniunximus) omnia tuæ benignæ excellentiæ viuâ voce narrabit. Et petimus bonitatem tuam coram Deo teſte & iudice, vt nimis feſti-* B *nanter lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuntia, vt læto affecti animo, die noctuq; pro te, tuiſq; fidelibus coram ſacris ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Confeſſionibus, Domino fundamus preces.*

* Authard

hucuſque Gregorij ad Carolum epiſtola.

XXIII.

Vidiſti Lector, immenſos animi æſtus ſancti Pontificis, mentis anguſtias, cordiſq; dolorem ipſius æquè intellexiſti. Sed occinas ipſi tu illud Propheticum: [c] *Dicite iuſto quoniā bene.* & illud: [d] *Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo.* Eâdem quippe viâ, quâ humanâ calliditate iniqui humiliare atq; deprimere Sedem Apoſtolicam putant, ſe ipſos vero in immenſum attollere & exaltare: eâdem ipſam eleuant & extollunt, ſeipſos verò penitùs perdunt, & ad nihilum redigunt. O C mirabilis Deus in conſilijs ſuper filios hominum, dum [e] reprobat conſilia Principum!

[c] Iſai. 3.
[d] Ierem. 31.
[e] Pſal. 32.

Meminiſſe debes hic opportunè, quòd (vt ſuperiùs dictum eſt) nefandus Imperator Leo Iſauricus ob confractionem ſacrarum imaginum Principum omnium Occidentalium in ſe odia conuertit vſq; adeò, vt in eum arma mouere omnes æq; parati eſſent, iamq; mouerent: cùm ille in odiū Romani Pontificis, cui motus iſtos omnes tribuit, aſtutâ malitiâ pacis fœdere conciliauit ſibi Regē Longobardorum in Italia potentiſſimum, concitamq; eum in Romanum Pontificem, eo prætextu quòd foueret Duces Longobardorum ipſi infeſtos, Spoletinum atq; Beneuētanum; in ſpem erigens, vt ſuo D auxilio illos eijciens, ſolus abſq; ſocijs in Italia Longobardorum eſſet potiturus imperio. Suaſit citò ita cæca prudentia carnis, & regni dilatandi inſana cupiditas ad malum impulit. Cùm miſer ille, nullâ habitâ ratione ſacrorum, omni penitùs diuini iudicij abiecto timore, diuinis legibus penitùs proculcatis, in Romanam Eccleſiam immittit exercitum, qui primùm omnium in ſacroſanctam ſancti Petri baſilicam extra muros Vrbis poſitam impetum faciat.

XXIV.

Sed toto iſto molimine atq; conatu nihil aliud præſtitit ipſi huiuſcemodi abſq; Deo initū & contra Deum adhibitū prauum conſilium, niſi (quod E declararunt euenta) vt adimeret ſuis poſteris ipſe regnum auitum in perpetuum; Romanam verò Eccleſiam plurium prouinciarum poſſeſſione locupletaret, augeret gloriâ, potentiâ dilataret, atque cumularet honore. Vt planè ſecundùm illud Dauidicum: *Mentita eſt iniquitas ſibi.* præter ſpem & contra ſpem malè conceptam cuncta ſucceſſerint, licèt ipſa principia viſa ſint eius arridere conſilio, & fauere nequitiæ, ita permittente Deo, vt ita ex vberi lachrymarum ſemente ſancti Pontificis & cum ipſo laborantis Eccleſiæ, locupletiſſima meſſis gaudiorum excreſceret, quam Apoſtolicâ falce lætantes meterent ſucceſſores: Nam ex ſententia Domini, in hoc eſt verbum verum: [f] *Quia alius eſt qui ſeminat, alius eſt qui metit.*

[f] Ioan. 4.

Quod

XXV. CVR CAROLVS NON SVBVENIT ECCLESIÆ.

Quod autem ad Carolum ſpectat, cur aduerſus Luithprandum non citò ſurrexerit: ea certior ratio aſſerti poſſe videtur, quòd eundem Regem in prælijs aduerſus Sarracenos magno diſcrimine, dubiâque valdè aleâ ſæpè commotis fideliſſimum habuerit adiutorem, cuius ope etiam eoſdem magnâ gloriâ ſuperarit. Ne videretur igitur malum pro bono, animo ingrato rependere, ab inferendis copiis in eum abſtinuit, cui par erat, niſi aduerſus Romanam Eccleſiam militâſſet, etiam (vt ille fecerat) ſuo exercitu præſtò eſſe. Sed quoniam eiuſmodi ratio apud Deum minimè probaretur, cùm

RELIGIONI OMNIA POSTHABENDA.

religioni ſint iura omnia poſthabenda: inde fortaſsè accidit, quod vindice numine, cito & miſerando interitu fuerit ex hac vita ſublatus, vt dicetur anno ſequenti. De auxilio autem aduerſus Sarracenos à Luithprando Carolo præſtito, teſtis eſt ipſa ſepulchralis inſcriptio eiuſdem Regis, ſuo loco inferiùs recitanda.

IESV CHRISTI Annus 741.

GREGORII PAP. III. Annus II. CONSTANTINI COPRON. IM. Annus I.

I. REDEMPTORIS anno ſeptingéteſimo quadrageſimo primo, Indictione nonâ die decimo octauo Iunij moritur Leo Imperator: moxq; in locum eius, qui cũ patre regnabat ſolus Imperij habenas moderandas ſuſcepit. Habentur hæc firma aſſertione Theophanis vbi ait: *Regnauit Leo ab octauo Kalendas Aprilis quintæ decimæ Indictionis vſque ad quartumdecimum Kalendas Iulij nonæ Indictionis, cum regnâſſet annis viginti quatuor, menſibus duobus, diebus viginti. Similiter & Conſtantinus filius eius, Imperij & impietatis eius ſucceſſor ab eodem decimoquarto Kalendas Iulij Indictionis nonæ regnare cœpit*, &c. Sed de Imperij eius initio corrige ſecundùm ea, quæ ſuo loco ſuperiùs dicta ſunt. ſubdit verò Theophanes:

CONSTANTINVS COPRONYMVS IMPERAT SOLVS.

Taliter ergo (vt prædiximus) mortuus eſt Leo tum animæ sũ corporis morte, nimirum detruſus ad inferos, *& imperat eius filius. Et quidem quæcumque ſub Leone impio Chriſtianis euenerant, ſiue circa orthodoxam Fidem ſiue ſuper ciuilibus diſpoſitionibus, ſiue ſuper turpis lucri quæſtu & auaritia per Siciliam, Calabriam & Cretam adinuenta pariter & adimpoſita, ſiue in Italia defectione propter eius cacodoxiam, ſiue in fame & peſtilentia, gentiumq; preſſuris, vt particularia taceam, in præcedentibus oſtenduntur capitulis.* hæc de Leone.

II. QVALIS CONSTANTINVS COPRONYMVS.

De filio autem iſta: *Hic enim perniciosiſſimus & ferus, tyrannicè nec legitimè abuſus Imperio, primò quidẽ à Deo, & intemeratâ Matre ipſius, & ab omnibus Sãctis abſcedit, magicis maleficijs, & luxuriis, cruentiſq; ſacrificijs, & caballinis ſtercoribus atq; lotio delectatus, mollitiebus, ac dæmonum inuocationibus gaudens, atque omnibus animas corrumpentibus adinuentionibus à tenera ætate conuiuens.* Heu quale monſtrum in ſuum damnum peperit Oriens! Vt planè perſpicuum redditum fuerit, nonniſi ob flagitia in præteritum perpetrata, tale Conſtantinopolim malũ eſſe perpeſſam. Reuoca in memoriam iuſtorum exilia, & alia dira ſub Monothelitis illata fidelibus, quæ ſunt dicta ſuperiori tomo.[a] *Altiſſimus enim eſt patiens redditor*, nec iraſcitur per ſingulos dies, quibus homines peccant; ſed miſericordiâ magnâ ſic puniẽs non ſolùm peccata in tribulatione dimittit, ſed gloriâ quoque coronat, dum videlicèt, eo modo Martyrum coronis Eccleſiam Orientalem illuſtrat, vt in camino ignis

[a] Eccleſ. 5.

A ſcoriâ ſelectâ aurum purum exiſtat, quo & conficeretur corona Martyribus. Quis non videt, atque ipſis manibus tangat, hoc fuiſſe conſilium Domini, cùm nefandiſſimos homines non ſolùm regnare permiſerit, ſed tum Patrem, tum filium ad annos plurimos propagare vitam ſinerit, inſuper & à eo coniurationibus tentatis ſæpiùs liberos abſque obice ſummâ ſecuritate reddiderit? Nam audi quos nexus idem Conſtantinus euaſit hoc ipſius Imperij exordio, ab Imperio iam factus extortis, & quomodo ſtatim exactus ab Imperio, in ipſum fuit denuò reſtitutus.

III. Sed de eo primùm dicendum hîc eſt, hoc primo B anno eius Imperij ab eo fuiſſe promulgatum edictum contra venerandas imagines. Theophanes enim id teſtatur, & Cedrenus, atque alij idem affirmant; ſed repreſſus eſt, ne quod cœperat malum, modò perficeret, aduerſarium Deus excitans contra eũ, ſi fortè his monitus malis à cœpto deſiſteret. Sed audi Theophanem.

ARTABASDI MOLITIO.

Fuit gener Leonis Imperatoris maritus Annæ eius filiæ Artabaſdus Curopalata, olim Prætor Armeniæ, qui præſtò fuit ipſi Leoni ad inuadendum Imperium. Hunc, vbi Imperium aſſumpſit, ſuſpectum habere cœpit Conſtantinus, ob idq; primum moliturus eſt necem filiorum ipſius. Hoc namq; anno quinto Kalendas Iulij profectus aduerſus Arabes Imperator, petiit ab Artabaſdo vt filios ſuos ad ſe mitteret, quos vt nepotes ex ſorore filios videre cuperet. C *Intelligens autem paratam fraudẽ Artabaſdus minimè mittere voluit; cumq; ſe ſciret ob id malè habendum ab Imperatore, præuenit ipſe inſequi eum, & ex Imperatoris amicis quos habere potuit, interfecit, cùm ipſe Conſtantinus fugâ lapſus, equo ſtrato reperto, fugit Amorium ad Lacinum ductorem Thracenſium copiarum, quem pollicitationibus induxit, vt ſibi aduerſus Artabaſdum præſidio eſſet.*

IV. ARTABASDVS IMPERIVM ARRIPIT.

Interea verò Artabaſdus Conſtantinopolim ad Theodorum Patricium, cui cura commiſſa erat Vrbis, abſente Imperatore, miſit Athanaſium Silentiarium, vt eum in ſuas partes pertraheret: quod ille præſtitit, & populo mentiens iam eſſe mortuum Conſtantinum, effecit vt Artabaſdus Imperator acclamaretur: ſic igitur populus liberum ſe D *credens ab Imperio Conſtantini, in eum omnia iacere opprobria & maledicta cœperunt; contra verò acclamare Artabaſdo vt homini orthodoxo: cùm & Epiſcopus ciuitatis Anaſtaſius licèt hactenus ſe exhibuiſſet hæreticum, inſeruiens tempori, cùm inſpiceret imperare Catholicum, vnà cum alijs deteſtari cœpit Conſtantinum Imperatorem, tanquàm Dei inimicum, & in omnibus impium, & vnà cum populo laudibus tollere Artabaſdum Orthodoxum & Catholicæ fidei propugnatorem. Sic itaque Artabaſdus acceptus ab omnibus Conſtantinopolim eſt ingreſſus, vbi filios Conſtantini captos, cæſos, & tonſos carceri mancipauit. Quo autem ſibi noui Principis gratiam demereret Anaſtaſius Patriarcha, grande pandit Conſtantini ſecretum. Nam tenens* (inquit Theophanes) *honoranda & viuifica ligna* E *ſanctiſſimæ Crucis, iurauit populo, dicens: Per eum qui in ipſis affixus eſt, ſic dixit mihi Conſtantinus aſſeuerans: Ne exiſtimes filium Dei eſſe quem genuit Maria, qui & dicitur Chriſtus, ſed purum hominem. Maria autem eum peperit, ſicut me peperit Maria mater mea.* quibus adeò horrendis blaſphemiis populus valde commotus; probra & blaſphemias in eum iacere non ceſſauit.

V. VNDE PRODIIT HÆRESIS ICONOCLASTARVM.

Vidiſti, Lector, quæ in imo profundæ foueæ Impietatis turpitudo lateret; aſpexiſti, detegẽte ſecretum Anaſtaſio, quem geſtaret fœtum in vtero hęreſis Iconoclaſtarum: vt non mireris odiſſe Chriſti Domini noſtri, eiuſque ſanctiſſimæ Matris imagines, qui nec ipſum Deum eſſe credebat nec eam Virginem:

dicendus planè non Chriſtianus, ſed Sarracenus. Et quis hæc docuit adoleſcentem natum annos viginti tantùm & vnum, niſi parens maximè impius? ſiquidem ad patrem referre debet quicquid deriuatum in filium reperitur, ſecundùm illud diuinorũ Prouerbiorum:[a] *Filius ſapiens doctrina Patris.* ſed vulpis illa alto ſilentio tenebat occultum, quod inuenculus facilior ad loquendum aperuit Anaſtaſio, per quem Deus iſta voluit omni populo palàm fieri, quæ ob immenſitatem perfidiæ minimè credita eſſent, ſi ab alio aliquo eadẽ annũtiata, vel alio modo quã tanto iuramento pręmiſſo promulgata fuiſſẽt. Ex his igitur (ſi oon deſipis omninò Lector) probè ſatis intelligere potes, vnde fluxerit doctrina iſta per Leonem Imperatorem in Eccleſiam primùm illata, & per filium propagata, quæ à Chriſti diuinitatis, & Mariæ integritatis negationis fonte ſcaturiit: vt planè conſenſeris non aliunde qoàm ex inferni profundo erumpere potuiſſe. Quæ autem hæc ſequuta ſint, ſuo loco anno ſequenti dicturi ſumus.

[a] Prou. 3.

VI. PERSECVTIO CHRISTIANORVM A SARRACENIS ILLATA.

Hoc eodem anno (vt idem tradit Theophanes) *Euelid Rex Arabum in Oriente interfecit Chriſtianos captiuos in omni ciuitate. Inter quos Eutychius filius Mariani Patricij martyr verus oſtenſus eſt in Charris Meſopotamiæ. Vbi & reliquiæ ipſius ſanitates per Dei gratiam operantur, & multi alij per ſanguinem conſummati ſunt.* hæc perbreuiter Theophanes. quæ pluribus fuiſſent ſcribenda voluminibus, ſi quæ in ſingulis ciuitatibus vaſtiſſimi Sarracenorum Imperij tunc de Chriſtianis occiſis acciderunt glorioſæ confeſſiones, à diligenti hiſtorico ſcriptis mandatæ fuiſſent. ſed ad ad res Occidentales oratio conuertatur.

VII. GREG. PAP. III. OBITVS.

Hoc pariter anno, quarto Kalendas Decembris moritur Gregorius Papa cùm ſediſſet annos decem, menſes nouem, dies duodecim, vt Anaſtaſius tradit, qui de his, quæ hoc anno eius obitum præceſſerunt, hæc habet in eius ſucceſſore Ponifice Zacharia: *Dum idem Transamundus Spoletanus Dux noluit implere, quæ prædicto Pontifici & Patricio ſimul & Romanis promiſerat pro recolligendis,* recuperandis ſcilicèt, *quatuor ciuitatibus quæ pro eo perierant, & alia quæ ſpoponderat capitula, & prænominatus Rex Luithprandus ad motionem contra Ducatum Romanum ſe præpararet: in his prædictus Papa diuinâ vocatione ex hac luce ſubtractus eſt.* hæc de tempore obitus Gregorij Anaſtaſius. *De eodem autem Gregorio tertio* (inquit Walfridus[b]) *retuli inauditum quiddam & nouum refertur, quod omnes pſalmos memoriter tenuerit: Vbi intelligi datur paucos priorum ita pſalteriũ didiciſſe.* hæc ipſe. quibus deploret quiſque huius temporis litterariæ facultatis inopiam. Sed quæ idem Gregorius in reſtituendis & exornandis Eccleſiis tempore ſui Pontificatûs pręſtiterit, ab eodem Anaſtaſio audiamus: præter illa autem quæ ſuperiùs ſuo loco ſunt dicta, hæc adiicit.

[b] Vualfrid. cap. 25.

VIII. *Hic* (inquit) *renouauit tectum ſancti Chryſogoni martyris, & cameram, ſiue picturas parietum, ciborium etiam de argento, ſeu arcus quinque penſantes libras ducentas viginti, vbi obtulit coronas aureas quatuor, phara canthara duo, patenam argenteam vnam, calicem argenteum vnum, etiam veſtes altaris, necnon & vela ſerica alba ornata blatto circumquaque pendentia. Conſtruxit quoque monaſterium circa eumdem titulum ſanctorum Martyrum Stephani, Laurentij, atque Chryſogoni, conſtituens ibi Abbatem & monachorum congregationem ad perſoluendas Deo laudes, in eodem titulo diurnis atque nocturnis temporibus ordinatas ad inſtar officiorum beati Petri Apoſtoli, ſegregatum videlicèt monaſterium à iure poteſtatis presbyteri dicti tituli. In quo monaſterio pro ſuſtentatione idem ſanctiſſimus vir prædia & dona, atque familiam ibidem largitus eſt. Et diuerſi alij fideles & amatores Domini noſtri* IESV CHRISTI *in eodem monaſterio ſanctorum Stephani & Laurentij atque Chryſogeni prædia & dona deuotiſſimè contulerunt.*

IX. *Simili etiam modo renouauit monaſterium ſanctorum Ioannis Euangeliſtæ, & Ioannis Baptiſtæ & ſancti Pancratij ſecus Eccleſiam Saluatoris antiquitùs conſtructum, quod ab omni ordine monaſtico exſtiterat nimiâ incuriâ deſtitutum. In quo prædia & dona contulit; & quæ inuenerat de ipſo monaſterio alienata, reddito pretio, eidem loco reſtituit. Vbi & congregationem monachorum & Abbatem conſtituit ad perſoluenda quotidiè ſacra officia laudis diuinæ in baſilica Saluatoris Domini noſtri* IESV CHRISTI, *quæ Conſtantiniana nuncupatur, iuxta Lateranas, diurnis nocturniſque temporibus ad inſtar officiorum Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli. Item imaginem ſanctæ Dei Genitricis deaurauit & veſtiuit de argento puriſſimo, penſante libras quinquaginta. Item fecit patenã aureã magnã cum diuerſis lapidibus penſantẽ libras vigintiſex, & calicem ſimiliter in gemmis penſantem libras vigintinouem. Similiter & Euangelia aurea in gemmis penſantia libras quindecim.*

Fecit autem & tectum nouiter, ſimul & cameram ſancti Andreæ Apoſtoli ad ſanctum Petrum Apoſtolum, quam depinxit. Et fecit in eadem baſilica imaginem auream in gemmis beati Andreæ Apoſtoli penſantem libras ſeptem, & intra Confeſſionem veſtiuit argento, quod deaurauit auro mundiſſimo.

X. *Hic etiam baſilicam ſancti Calliſti Pontificis & Martyris penè è fundamentis dirutam nouis fabricis cum tecto conſtruxit ac totam depinxit. Vbi contulit patenam argenteam, & calicem, & veſtes altaris. Item tectum baſilicæ ſanctorũ Proceſſi & Martiniani à nouo conſtruxit, ſuppoſitâ pilâ fabricis fortiſſimis poſt eorumdem Sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum ſanctæ baſilicæ. Item in Eccleſia beati Geneſij martyris tectum à nouo reſtaurauit, vbi & altare erexit in nomine Saluatoris Domini noſtri, in quo contulit patenam argenteam & calicem ſeu coronam argenteam cum delphinis ſex, necnon & coronulam auream cum Cruce pendentem ſuper altare.*

Item in baſilica ſanctæ DEI *Genitricis, quæ ad Martyres dicitur, tectum vetuſtâ incuriâ demolitum purgari fecit ad purum. & cum calce abundantiſſima, ſeu chartis plumbeis nouiter reſtaurauit: & quæcumque per circuitum eiuſdem tecti fuerant diſſipata, nouo nitore conſtruxit atq; depinxit.*

XI. *Item diaconiam ſanctorum Sergij & Bacchi, ſitam apud beatum Petrum Apoſtolum, in qua pridem paruum oratorium erat, à fundamentis ampliore fabricâ dilatauit. Et cõcedens omnia quæ in vſu diaconiæ exiſtũt, ſtatuit perpetuo tẽpore pro ſuſtẽtatione pauperũ in diaconia miniſteriũ deſeruire. Item in cœmeterio beatæ Petronillæ ſtationem annuã dari inſtituit, vbi obtulit coronam, calicem & patenam argenteam, ſeu diuerſa ad ornatum Eccleſiæ pertinentia. Item accubitus, qui ſunt ad beatum Petrum Apoſtolum in ruinis poſiti, à fundamentis nouiter inſtaurauit atque depinxit.*

*Item baſilicæ ſancti Marci ſitæ foras muros huius ciuitatis Romanæ viâ Appiâ tectum dirutum à nouo refecit. Item in Eccleſia beati Apoſtoli mutauit trabes, atq; totum eiuſdem baſilicæ tectum ab ... altaris vſq; ad *. regias reſarciuit & inſtaurauit.*

Mutauit etiam trabes in Eccleſia ſanctæ Mariæ Dei Genitricis ad Præſepe numero ſex. Fecit verò Eccleſiam ſanctorum Petri & Marcellini iuxta Lateranas, etiam & cœmeteria B. Martyrũ Ianuarij, Vrbani, Tiburtij, Valeriani Maximi: & tectum in ruinis poſitũ à nouo perfecit. & inferiùs: *Hic fecit veſtes ad altare in Eccleſia Saluatoris*

Dei

Digitized by Google

Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, atque Andreæ, & cæteris diuerſis Eccleſiis.

XII. Nam & Centumcellenſis ciuitatis muros dirutos penè à fundamentis fortiſſimè conſtrui fecit. Et hoc conſtituit, vt ferè ſine interuallo & à presbyteris hebdomadariis Miſſarum ſolemnia, & à monachis diuina officia, ſecundum Conſtitutum, quod à collegio ſacerdotum coram ſacro corpore beati Petri Apoſtoli factum eſt, in * ſolemniis Chriſti Domini noſtri, ſanctæq; eius Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, vel omnium ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum in oratorio nomini eorum dedicato: atque vt intra Eccleſiam beati Petri, ſub arcu principali ſimiliter & vigiliæ celebrarentur. Iiſdemq; inſtitutis diſpoſuit, vt in cœmeteriis circumquaq; poſitis Romæ in diebus natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per Oblationarium deportentur ad celebrãdas Miſſas, per eum quem præuiderit Pontifex pro tempore ſacerdotem. Rurſus autem quod ad eius ſcripta pertinet, ſcripſit ad Leonem Imperatorem, & eius filium libros tres pro cultu ſanctarum imaginum: reliquit & epiſtolarum librum vnum, ſed his caremus. Ad poſtremum verò Anaſtaſius his claudit periodum rerum ab eo geſtarum. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros viginti quatuor, diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca numero octoginta. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Petri Apoſtoli, quarto Kalendas Decembris, Indictione decimâ. ceſſauit Epiſcopatus dies octo. hactenùs Anaſtaſius. reliqua verò ab eodẽ auctore de ipſo Gregorio ſcripta, ſuis ſunt locis pro ratione temporis collocata.

XIII. Quòd igitur Longobardi eſſent in armis, in ipſoque procinctu ad cladem Vrbis parati, factum eſt vt quàmprimum, Gregorio Papâ defuncto, crearetur à clero ſucceſſor. Sic igitur vix eidem perſolutis extremis, octauo die ab eius obitu Zacharias Pontifex ſummo omnium conſenſu creatur die quintâ menſis Decembris; quantùm autem ſederit, inferiùs in obitu eius dicturi ſumus. de eo autem habet iſta Anaſtaſius: Zacharias natione Græcus ex patre Polychronio, vir mitiſſimus atq; ſuauis, omniq; bonitate ornatus, amator cleri & totius Populi Romani, tardus ad iraſcendũ, velox ad miſerendum, nulli malum pro malo reddens, neq; vindictã ſibi meritum tribuens, ſed pius & miſericors. A tẽpore ordinationis ſuæ omnia omnibus factus, etiam iis qui antea ſui fuerant perſecutores, bona pro malis reddidit, eoſq; honoribus promouens & prouehens, ſimul & facultate ditauit. Inuenit totam Italiã valde turbatam, ſimul & Ducatum Romanum, perſequente Luithprando Longobardorum Rege. & inferiùs: Diuino nutu præmominatus ſanctiſſimus Zacharias ad Pontificatum eſt eleuatus; cui omnipotens Dominus tantam contulit gratiam, vt etiã pro ſalute Populi Romani ſuam ponere animam non dubitaret. Miſsâ igitur legatione ad iam dictum Regem Longobardorum Luithprandum, ſalutaria illi prædicauit. Cuius ſancti viri admonitionibus inclinatus præmominatas quatuor, quas à Duce Romano abſtulerat ciuitates, reddere promiſit. Dumq; commotione factâ ad comprehendendũ Trãſamundum Ducem Spoletanum exhortatione ſancti viri exercitus Romanus coniungeret ſe in adiutorium prædicti Regis, egreſſi ſunt, & ipſe Tranſamundus ſuam deceptionem conſpiceret, quâ ſcilicèt Romanos, vt dictum eſt, decepiſſet, egreſſus à Spoletana ciuitate ſeſe prædicto tradidit Regi. hæc hactenùs. quæ autem idem Anaſtaſius iſtis ſubdit, ſequenti potiùs anno contigiſſe noſcuntur.

XIV. CAROLI MARTELLI OBITVS. Quo pariter anno vndecimo Kalendas Nouembris Carolus cognomento Martellus moritur, cùm iam pacem multis ſudoribus partam ſtabilem poſteris reliquiſſet. De anno affirmãt omnes tam veteres quàm recentiores chronographi; de die teſta-

A tur auctor anonymus, qui ſui temporis res ſcribens, ad Gregorium Turonenſem addidit Appendicem, ſicut pariter apud [a] Aimoinum expreſſum habetur: quem & in baſilica ſancti Dionyſij apud Pariſios eſſe ſepultũ, ęquè omnes aſſentiuntur. De quo ea quę ad religionis cultum ſpectant ab aliis prætermiſſa, quæ nec certo quo geſta ſunt anno, potuerunt haberi comperta, hic reddemus, quæ Lupus in rebus geſtis ſancti Maximini Epiſcopi Treuerenſis ſcribens ad Valdonem anno Chriſti octingenteſimo trigeſimo narrat his verbis:

XV. Cùm (inquit) Carolus Princeps cognomento Martellus longâ febrium vexaretur moleſtiâ, & cibi potuſque faſtidio vitæ periculum incurriſſet, ei beatus Maximinus
B capienti ſomnum apparuit, vtq; ſe ad ſuam abeuntẽ ſequeretur Memoriam demonſtrauit, expergefactuſq; Carolus, ſatellitem qui ſibi fortè aſſiſtebat percontatur, ſi videret beatum Maximinum qui ſecum paulò antè contuliſſet ſermonem: illo verò negãte: Modò (inquit) foras egreditur, atque imperauit, vt ſe continuò ſequeret, apud eius tumulum ſalutis compos futurus. Ita illũ in lectica deportatum, & in ſoporem reſolutum ſanctus Maximinus iterum alloquitur, ſeq; pro illo Domini poſtulâſſe clementiam oſtendit: illum verò ne ſe vltrò dedat vitiis, admonet. Mox igitur vt euigilauit Carolus, exurrexit, & promotis promptius in ſacrariũ ſeceſſit, ſibiq; offerendos cibos popoſcit, qui triginta diebus proximis ſumendorum alimentorum ſibi poſſibilitate ſublatâ, vix vitam ſolius aquæ hauſtu retinuerit. Eſcis itaque
C ſumptis amiſſas redire vires perſenſit. Huiuſque non immemor beneficij, cœnobium S. Maximini prædiis auxit. quorum vnum * Patrioſala, aliud Vitmaris Eccleſia, tertium Communiacus vocatur; ſancto autem Petro Andaclanam obtulit villam. hucuſque Lupus.

Sic igitur ex his vides hunc, quem multi ferunt expoliâſſe bonis Eccleſias, eas locupletâſſe, more prædeceſſorum ſuorum.

XVI. QVÆ LEGANTVR DE CAROLI ANIMA DAMNATA AD INFEROS. Sed iam quæ ſcripta leguntur de Caroli anima ęternis pœnis inferis mancipata, hic reddenda erũt, & eorum veritas diſquirenda: præter illa autem quę de his leguntur in vita S. Eucherij [b] Aurelianenſis Epiſcopi [c], & in vita ſancti Rigoberti Archiepiſcopi Rhemenſis, hæc accipe ex ſcriptis capitulis (vt præſefert titulus) ab Epiſcopis prouinciarum Rhemenſis, & Rhotomagenſis, ad Ludouicum Regem miſſis, apud Gratianum verò deſcripta, vbi agit de
D bonis Eccleſię non auferendis, his verbis [d]: Quia verò Carolus Princeps Pipini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab iis ſeparauit atq; diuiſit, pro hoc ſolo maximè eſt æternaliter perditus. Nam ſanctus Eucherius Aurelianus Epiſcopus, qui in monaſterio ſancti Trudonis requieſcit, in oratione poſitus, ad alternum ſæculum raptus. & inter cætera quæ ſibi Domino oſtendente cõſpexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore reſponſum eſt. Quia ſanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumcunq; res abſtulit ac diuiſit,
E ante illud iudicium animâ & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cum peccatis ſuis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore & amore Domini ad ſanctorum loca luminaribus diuini cultus, & alimoniis ſeruorum Chriſti, ac pauperum, pro animarum ſuarum redemptiõe tradiderunt.

Qui in ſe reuerſus ſanctum Bonifacium & Fuldradum Abbatem monaſterij ſancti Dionyſij, & ſummum Capellanum Regis Pipini ad ſe vocauit: eiſq; talia dicens, ſignum dedit, vt ad ſepulchrum illius irent, & ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat, vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, vbi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulchrumque ipſius aperientes, viſus eſt ſubitò exiſſe draco, & totum illud ſe-

[a] Aimoin. l. 4. c. 57.
[b] Extat apud Sur. to. 1. die 20. Febr.
[c] Eodem to. die 4. Ianu.
[d] Apud Gratian. 16. q. 1. poſt ca. 10. ex Concil. Rothom.

Digitized by Google

pulchrum interius inuentum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui ad noſtram vſque ætatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viuâ voce veraciter ſunt teſtati, quæ audierunt atque viderunt.

XVII. *Quod cognoſcens filius eius Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto Bonifacio Legatus Apoſtolicæ Sedis Gregorius nomine. Nam & Synodum ipſam habemus, & quantumcunque de rebus Eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, Eccleſiæ reddere procurauit. Et quoniam res Eccleſiis, à quibus ablatæ erãt, reſtituere propter concertationem, quam cum Vuaifaro Aquitanorum Principe habebat, non præualuit: precarias fieri ab Epiſcopis exinde petijt, & nonas ac decimas ad reſtaurationes terrarum, & de vnaquaque caſata duodecim denarios ad Eccleſiam vnde res erant beneficiatæ (ſicut in libro capitulorum Regum habetur) dari conſtituit, vſquedum piæ res ad Eccleſiam reuenirent. Vnde & dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine conſtitutus edictum fecit, vt nec ipſe, nec filij eius ſucceſſores huiuſmodi res agere attentarent: quod manu ſuâ firmauit, cuius plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro capitulorum eius, quicunque librum illum habet, legere voluerit, inuenire valebit.*

Hanc etiam relationem & in ſcripturis habemus, & quidam noſtrûm etiam viuâ voce dominum Ludouicum Imperatorem patrem veſtrum referre audiuimus. hucuſque ibi. Cæterùm cùm in vita Eucherij eadem legantur, ſuperadditum eſſe caput illud, haud leuis ſuſpicio eſt: ſi quis conſideret, mox antę eiuſmodi narrationem dici, contendiſſe precibus Sanctum, vt ex hac vita ſolueretur: ſed non cohærẽt quæ ſubſequuntur de Caroli dãnatione, ſed bene quæ poſt illa habentur de eius ex hac vita migratione.

XVIII. Quod ad crimen pertinet, quàm ſæpiſſimè accidiſſe, vt bonorum Eccleſiarum inuaſores, raptores, & vſurpatores diuinitùs immiſſa vindicta perculerit, innumera declarant exempla, omni fide conſtantia, quę ſuperiùs diuerſis in locis pro temporũ ratione ſunt ſparſa, vt nemo de his dubitare aliquãdo poſſit. Si enim profanarum etiam rerum raptoribus vindictam pro ſontibus aſtitiſſe ſæpè legimus: quomodo non magis aduerſus ſacrilegos, expilantes Deo ſemel oblata, ſupplicium, diuinitùs irrogari dixerimus? Vt planè impius penitùs conuincatur, qui eiuſmodi ſacrilegijs obnoxios, niſi pœnitẽtes ſatisfaciant, pœnas poſſe euadere ſempiternas exiſtimet, conteſtante Apoſtolo [a] atque dicente, quòd neque fures, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Verùm hiſtoriam iſtam de viſione facta S. Eucherio (quod aſſeritur) non poſſe ſubſiſtere, ex ijs quę dicta ſunt in obitu eiuſdem ſancti, qui cõtigit ante decennium quàm Carolus moreretur, ſiue annos quatuordecim (vt Molanus ponit) ſatis intelligi poteſt, cùm adeò repugnent tempora, vt S. Eucherius viderit animam Caroli apud inferos cruciari; qui poſt eiuſdem Eucherij obitum decem ſaltem annos reperiatur fuiſſe ſuperſtes. vnde intelligas quantum abſit, quod aſſeritur, vt Eucherius eo tempore Pipini Regis per viſum ſcire ac referre potuerit.

[a] 1. Cor. 6.

IMPROBATVR HISTORIA DE DAMNATIONE ANIMÆ CAROLI.

XIX. Sed & quod de ipſius Caroli pietate reperitur eiuſdem Ludouici Imperatoris, ad quem talia fuiſſe ſcripta dicuntur, elogium, eadem mendacij certè redarguit. Ipſe enim Ludouicus Imperator in epiſtola ad Hilduinum [b] Abbatem, hæc habet: *Proauus noſter Carolus Princeps Francorum inclytus per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris, adeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem principatûs, eidemq; decurſo mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depoſitum corpus ſcilicèt proprium in magni die iudicij ſuſcitandum, & animã Domino præſentandam fideliter commendauit, ac per hoc maximè deuotionem ac fiduciam cordis erga peculiarem patronum patienter oſtendit.* hęc Ludouicus. qui ſi tam certam de damnatione Caroli ſciret teſtificationem factam eſſe Pipino: quo modo non potiùs ſilentio præteriiſſet memoriam ſepulturæ Caroli apud ſanctum Dionyſium, tanto miraculo infamatam, quã illam tanto præconio celebraret?

[b] Habetur in Areopagiticis ante vitam Dionyſij.... & etiam apud Sur. tom. 5. die 9. Octobr.

XX. Accedit & his, quod rectè intelligenti omnem penitùs dubitationem poſſit auferre. Idem enim ipſe S. Bonifacius, qui aſſeritur inſpector fuiſſe ſepulchri, & teſtis oraculi de damnatione ipſius ad inferos, ſcribens epiſtolam ad Ethelbaldum Merciorum Regem in Anglia, hominem ſceleſtiſſimum, vt eum reuocet ad pœnitentiam, inter alia plura ingerit exempla Regum, qui ob ipſorum immenſa ſcelera malè pereuntes, vnà cum corpore perdiderunt & animam, damnati in cruciatus perpetuos apud inferos; vbi de Carolo ipſo agit, ponit nonniſi iſta: *Carolus quoque Princeps Francorum multorum monaſteriorum euerſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in vſus proprios commutator, longâ torſione & verendâ morte conſumptus eſt.* hæc tantùm ipſe de Carolo, & nihil præterea ampliùs de eius ex inſpectione ſepulchri à ſe viſa, vt dicũt, & certa habita ad pœnas inferni damnatione; ſicut de alijs dixerat ibi Regibus. Cùm tamen cogeret argumentum ea non ſolùm ſilentio non præterire, ſed magni id fuiſſet ipſi pretij tedimendum, vt diceret, ingereret, atque etiam inculcaret tam horrendum ſpectaculum quod vidiſſet, ſi re verâ dicere potuiſſet, cùm ad ipſum perterrendum quæreret vndiq; rationes. Imò & ſi impœnitẽs mortuus eſſet, vtiq; & hoc dicere non tacuiſſet, ſicut de alijs ibi dixerat. Verùm etſi dirâ ob immenſos dolores morte conſumptus ſit, haud tamen abſque exomologeſi ex hac vita receſſiſſe, quæ ex Ludouico Imperatore ſunt recitata, demonſtrant.

XXI. Vindex Deus, ſed non iudicans bis in idipſum, ſic inuaſores iurium Eccleſiarũ Principes Chriſtianos pœnitentes interdum miſerando cruciatu ante interitum vult affligi, tum vt poſteris ſint in exemplum non minuendi, vel violandi Eccleſiaſticam immunitatem, vtque non leue eſſe delictum quod peccaſſent, ex portentoſis & penè inſolitis ab vltore numine illatis pœnis poſſet intelligi; tum etiam vt cùm ijdem catholicè vixerint, & alia complura bona fecerint, maximè verò quòd propagantibus fidem fuerint adiutores (vt à Carolo, de quo agitur, factum vidimus) quòd peccaſſent in Eccleſiæ iura, hîc luerent potiùs quàm damnarentur perpetuis cruciatibus in inferno: à quibus eundem fuiſſe immunem putamus ex ijs, quæ de eo ſuperiùs pluribus in locis ſunt dicta; nempe (quod eſt hic in memoriam reuocandum) laudatam pietatem Caroli duorum Romanorum Pontificum aſſertione, Gregorij ſecundi, atque Gregorij eius ſucceſſoris, eiuſdẽ nominis tertij, cuius illud maximum eſt de eodem Carolo Martello præconium, quòd tum Dei, tum eiuſdem Caroli opitulatione S. Bonifacius centum millia paganorum Germanorum ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam conuertiſſet: vt planè de ipſo (occulta licèt & nobis incognita ſint diuina iudicia) ſalutem cùm pijs Regibus conſequutum, exiſtimare liceat; & ſi peccator extiterit (vt ſolent Reges ſæpè delinquere) per exomologeſim illam factam, quâ ſuam animam Domino per ſanctum Dionyſium præſentandam adeò ſolicito ſtudio cõmendauit, bene de eius ſit ſalute ſperandum. Sed nec illud tacendum, quod idem Carolus laudatus etiam inuenitur ab ipſo ſancto Bonifacio Germanorum

LAVDATVS CAROLVS A ROMANIS PONT.

norum Apoſtolo, cùm rogauit eius filium Carolomannum, vt bene cœpta à parente circa cultum Chriſtianæ religionis proſequeretur, rogans eum inſiſtere paternis veſtigijs, vt dicetur inferiùs, cùm de eius cum Carolomanno congreſſu agetur. At hîc de his ſatis.

XXII. Mortuo Carolo, duo filij Carolomannus maior natu, atque Pipinus ſucceſſerunt hæredes: principatum verò ſuum Carolomannus adminiſtrabat, nempe prouinciam Auſtraſiæ (quæ & Alemannia appellatur) atque Thuringiæ: qui ſimulac partem ſuæ hæreditatis accepit, nihil antiquius habuit, quàm ijs conſulere quæ ad religionem conſeruandam & propagandam ſpectare viderentur. quamobrem ſanctum Bonifacium ad ſe mox accerſendum curauit, vt cuncta ſecundùm canonem rectè diſponerentur. De his ipſe Bonifacius teſtis eſt in epiſtola ad Zachariam data, quam hic tibi reddemus[a]. Cùm enim Bonifacius ex verbis Carolomanni cognouiſſet illud ipſi eſſe in propoſito, vt Synodum cogeret Epiſcoporum, quo rebus Eccleſiaſticis vbique collapſis conſuleretur: antequam quicquam aggrederetur, ſtatuit de his conſulere recèns creatum Romanum Pontificem Zachariam: quamobrem has ad eum primas omnium litteras dedit:

[a] In Vit. S. Boniſac. l. 2. c. 1.

Domino cariſſimo, ſummi Pontificatus infulâ prædito viro Apoſtolico Zachariæ, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei.

BONIFACII PRIMA EPIST. AD ZACHARIAM PAPAM.

Confitemur, domine Pater, quia per nuntios referentes, quòd veneranda memoriæ Apoſtolatûs veſtri præceſſor Gregorius ergaſtulo corporeo abſolutus ad Dominum migrauit, quòd maiorem lætitiam non audiuimus, & expanſis ad æthera palmis, Deo gratias egimus, quòd clementem Paternitatem veſtram altiſſimus arbiter canonica iura regere, & Apoſtolicæ Sedis gubernacula tenere conceſſit. Ergo non aliter quàm vt ante veſtigia veſtra geniculantes intimis flagitamus precibus, vt ſicut præceſſorum veſtrorum, pro auctoritate ſancti Petri, ſerui ſubditi, & ſubditi diſcipuli ſumus, ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi ſub iure canonico fieri mereamur, optantes Catholicam fidem, & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruare, & quantoſcunque audientes, vel diſcipulos in iſta legatione mihi donauerit Deus, ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis inuitare & inclinare non ceſſo.*

XXIII. *Neceſſe quoque habemus indicare Paternitati veſtræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum perculſis vel correctis, tres ordinauimus Epiſcopos, & prouinciam in tres parochias diſcreuimus, & illa tria oppida ſiue vrbes, in quibus & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari, & ſtabiliri precantes deſideramus. Vnam eſſe ſedem Epiſcopatus decreuimus in caſtello quod dicitur Vuirtzburg, & alteram in oppido quod nominatur Buriburg: tertiam in loco qui dicitur Erphesfurt, qui fuit olim vrbs paganorum. Hæc tria loca propriâ auctoritate Apoſtolatûs veſtri roborari, & confirmari diligenter poſtulamus, vt ſi Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum ſancti Petri, iuſſionibus Apoſtolicis fundata & ſtabilita ſint tres in Germania ſedes Epiſcopales; & vt præſentes vel futuræ generationes non præſumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Apoſtolicæ Sedis.*

XXIV. *Notum ſimiliter ſit Paternitati veſtræ, quòd Carolomannus Dux Francorum me accerſitum ad ſe rogauit, vt in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, faciam Synodum congregari; & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minus quàm per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata, & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter emendare voluerit, conſilium & præceptum veſtræ auctoritatis habere debeo. Franci enim (vt ſeniores dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ canonica iura alicubi fundabant vel renouabant. Modò autem maxima ex parte ciuitates & Epiſcopales ſedes traditæ ſunt Laicis cupidis ad poſſidendum, vel clericis ſcortatoribus, vel publicanis ſæculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium, Duce rogante ſupradicto, renouare & corrigere debeo: præceptum & iudicium Apoſtolicæ Sedis cum* canonicis Eccleſiaſticis praſtò habere cupio. Si inuenero inter illos diaconos quos nominant, qui à pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulterijs, & in omnibus ſemper ſpurcitijs vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad diaconatum, & modò in diaconatu concubinas quatuor vel quinque, vel plures noctu in lecto habentes, Euangelium tamen legere, & diaconos ſe nominare nec erubeſcunt, nec metuunt: & ſic in talibus inceſtis ad ordinem presbyteratûs venientes, in iiſdem peccatis perdurant, & peccatis peccata adijcientes, dicunt ſe pro populo poſſe intercedere, & ſacras oblationes offerre: nouiſſimè (quod peius eſt) ſub talibus teſtimonijs per gradus ſingulos aſcendentes, ordinantur & nominantur Epiſcopi: Si, inquam, tales inuenero inter illos, rogo vt habeam præceptum conſcriptum auctoritatis veſtræ, quid de talibus definiatis, & per reſponſum Apoſtolicum conuincantur & arguantur peccatores. Inueniuntur etiam quidam inter eos Epiſcopi, qui licèt ſe fornicarios & adulteros dicant non eſſe, ſunt tamen ebrioſi vel venatores, & pugnant in exercitu armati, & effundunt propriâ manu ſanguinem hominum, ſiue paganorum, ſiue Chriſtianorum. Et quia ſeruus & Legatus Apoſtolicæ Sedis eſſe dignoſcor, vnum ſit verbum & meum hic & veſtrum ibi, ſi contingat vt ad iudicium auctoritatis veſtræ pariter miſſos dirigamus.*

* canonib.

XXV. *Præterea de vna re neceſſe habeo & conſilium quærere, & licentiam petere, eò quòd veneranda memoria præceſſor veſter, ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit, vt presbyterum ante obitum meum, Deo volente, in Eccleſiaſtico miniſterio hæredem & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc mihi, ſi Dei voluntas eſt, placet, & modò dubito, & neſcio ſi fieri poſſit: quia poſtea frater illius auunculum Ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus, qualiter iſta diſcordia pacificari, vel finiri valeat. Sed obſecro, vt auctoritatis veſtræ licentia ſit, cum conſilio ſeruorum Dei de iſta electione facere, quod nobis in commune pro Eccleſiæ vtilitate, vel fructu ſpiritnali, & defenſione religionis optimum eſſe videatur; vt conſenſum veſtrum habeam de hoc facere, quod optimum mihi inſpirare dignetur Deus: quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi contrarius Princeps fuerit.*

XXVI. *Præterea quærere & interrogare Paternitatis veſtræ conſilium debeo de quadam confuſione, quæ nuper ad nos veniens, mentem noſtram conturbauit, & ſacerdotibus Eccleſiarũ verecundiam incutiebat: Nam laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens dicebat, ſibi ab Apoſtolicæ Sedis Pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam eſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ipſa, illo viuente, diſceſſit ab eo, & iſte vir qui nunc eam accipere deſiderat, affirmat ſibi licentiam datam, & in tertia generatione propinqua eſſe dignoſcitur. Hæc etiam votum caſtitatis Deo vouens, velata fuit, & iterum abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ſibi ab Apoſtolica Sede affirmat eſſe conceſſum, quod non exiſtimamus verum: quia Synodus & Eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt, in tranſmarina Saxonia, Lundonenſis Synodus, quæ in primis à diſcipulis S. Gregorij, id eſt, Auguſtino, Laurentio, Iuſto, Mellito Archiepiſcopo conſtituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimonium maximũ*

ſcelus &

ſcelus & horribile ſlagitium ex auctoritate ſacra ſcriptura indicabant.

XXVII. *Quapropter Paternitas veſtra huius rei veritatem nobis indicare non dedignetur, vt Eccleſia ſacerdotibus vel populo Chriſtiano inde ſcandala & ſchiſmata non oriantur: quia carnales homines & idiota Alemanni, vel Boioarij, vel Franci ſi iuxta Romanã Vrbẽ aliquid fieri viderint ex his peccatis, qua nos prohibemus, licitũ eſſe putant, & nobis improperiũ deputant, ſibi verò ſcandalum vita accipiunt.*

Sicut affirmant ſe vidiſſe annis prateritis in Romana Vrbe, & iuxta Eccleſiam S. Petri, die vel nocte, quando Kalenda Ianuarij intrant, paganorum conſuetudine, choros ducere per plateas, & acclamationes, & cantiones ſacrilegas facere, & nullum de domo ſua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo praſtare velle. Dicunt quoque ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu philacteria, & ligaturas in brachijs, & cruribus ligatas habere, & publicè ad vendendum venales alijs offerre. Qua omnia, eò quòd ibi à carnalibus & inſipientibus videntur, hic improperium & impedimentum pradicationis & doctrina efficiunt. De talibus ait Apoſtolus [a]*: Dies obſeruatis & tempora: timeo, ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Et S. Auguſtinus dixit* [b]*: Qui diuinationibus & auſpicijs, vel philacterijs, vel quibuſlibet augurijs crediderit: etſi ieiunet & oret; etſi iugiter ad Eccleſiam currat; etſi largas eleemoſynas faciat; etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciauerit; nihil ei proderit, quamdiu ſacrilegia illa non reliquerit. Nam ſi iſtas paganias ibi Paternitas veſtra in Romana Vrbe prohibuerit, & ſibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina Eccleſiaſtica acquiret. Epiſcopi quoque & presbyteri generis Francorum, qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu Epiſcopatûs vel presbyterij fornicationum nati filij arguunt, redeuntes ab Apoſtolica Sede, dicunt ſibi Romanum Pontificem licentiam dediſſe, miniſterium Epiſcopale in Eccleſia vſurpare. Contra quos contendimus, quia Apoſtolicam Sedem contra decreta canonum nequaquam audiuimus iudicaſſe.*

[a] *Gal. 4.*

[b] *Augu. ſer. de tem. 241.*

XXVIII. *Hac omnia, domine cariſſime, propterea vobis nota fecimus, vt veſtra auctoritatis reſponſum talibus dare poſſimus, vt per cautelam veſtra doctrina oues Eccleſia non ſeducantur, ſed lupi rapaces conuicti & ſuperati pereant. Interea munuſcula pauca vobis direximus, non quia digna ſint paternitate veſtrâ, ſed pro indicio caritatis, obedientia & deuotionis, id eſt, villoſam vnam, argenti & auri tantillum. Dexterâ Domini protegente, incolumem valere, & in Chriſto proficere beatitudinem veſtram in longitudine dierum optamus.* hactenùs epiſtola, cui hi ſubiiciuntur verſus:

Te Deus Altithronus ſancta conſeruet in ade
Sedis Apoſtolica Rectorem, tempore longo †
Melliflua gratum populis doctrina per orbem;
Perficiatq; Deo dignum pia gratia Chriſti.
Splendida percipiat florens ſua gaudia mater,
Atque domus Domini letetur prole * *fæcunda.*

† *Vnus videtur deeſſe verſus*

* fecunda

Dedit autem has litteras Bonifacius Dencardo presbytero fideliſſimo nuntio, vt apparet ex redditis à Zacharia ad ipſum Bonifacium litteris, quę anno ſequenti, quo ſunt datæ, ponentur. Porrò proficiſcentem Dencardum his commendatitijs litteris communiuit [c]:

[c] *Eod. quo ſup. Cod. epiſt. 32.*

BONIFACIVS MITTIT LEGATVM ROMAM.

Cariſſimo filio Regiberto Prafecto Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei in Domino aternam ſalutem.

Dignitatis tua clementiam obſecramus precibus, vt hũc miſſum litterarum mearum Romam pergentem propter reſponſa Eccleſiaſtica, & orationum causâ, per veſtros fines conſeruatum tranſire permittatis, vt eum adiuuare in propriis neceſſitatibus dignemini, ſicut prioribus miſſis noſtris feciſſe mihi reuertentes referebant. Agito ergo de hac petitione, vt merces veſtra coram Deo creſcat, & multiplicetur. Vale in Chriſto.

IESV CHRISTI
Annus 742.

ZACHARIÆ PAP. Annus 1. CONSTANTINI COPRON. IMP. Annus 2.

I. CHRISTI Redemptoris annus ſeptingenteſimus quadrageſimus ſecũdus decimâ inſcribitur Indictione, quo flagrat Oriens bello ciuili, dum Conſtantinus in Armenia imperaret, Artabaſdus verò Conſtantinopoli: qui aduerſus eũ progreſſus poſteriores retulit, rediitque Conſtantinopolim, magnâ acceptâ clade ſuorum.

ARTABASDVS ET NICETA FILIVS VINCVNTVR A CONSTANTINO.

Quòd enim antequàm proficiſceretur ad bellum, filium ſuum Nicephorum coronauit Imperatorem per Anaſtaſium Pſeudoepiſcopum Conſtãtinopolitanum: huius rei gratiâ diuinam indignationem incurrit, vt nec filij nec patris ab eodem pariter coronati Imperium ſtaret: *Plantationes ſiquidem adulterina* (quod Sapiens ait [d]) *non dabunt altas radices, nec ſtabile fundamentum collocabunt.* Par enim erat, ſi eum vendicandæ è manibus Imperatoris hæretici Chriſtianæ religionis zelus incenderet, incipere à domo Dei, & ante omnia nefarium Patriarcham è throno depellere, & Epiſcoporum iudicio ſubiicere iudicandum; orthodoxum verò Præſulem ſubrogare. Sed quia magis apud eum valuit ius regnandi, quàm vera religio: meruit excidere ab Imperio atque vita.

[d] *Sap. 4.*

Ante hæc autem qui ab eodem Artabaſdo miſſus fuit Niceta filius iunior aduerſus Conſtantinum Imperatorem, æquè malè pugnauit hoc pariter anno menſe Auguſti decimæ Indictionis, vt teſtatur Theophanes de his pluribus agens.

II. Quo pariter anno (idem inquit auctor) pluuiæ defectus & terræmotus per loca facti ſunt adeò vehementes, vt montes vnirentur ad inuicem per eremum Sabæ, & caſtella in terram immergerentur abſorpta. Sed & eodem anno Eccleſia Antiochena, accepto quo caruerat diu Præſule, reſpirare aliquantulum cœpit: nam de his Theophanes: *Anno* (inquit) *ſecundo Imperij Conſtantini mortuus eſt Eulid Arabum princeps. Sic ſanctiſſima Eccleſia Antiochena per annos quadraginta viduata manens, prohibentibus Arabibus Patriarcham fieri in eadem, habens quendam amantiſſimum monachum Syrum, nomine Stephanum, agreſtem quidẽ, ſed religioſum: iubet nunc Princeps in Oriente poſitus Chriſtianis, ſi vellent, permitti ſibi Patriarcham habere, ipſum eligerent Stephanum. Qui diuinitùs id fieri arbitrantes, conſecrant eum in Sede Theopoleos. Ex tunc vſque nunc diſcurrit ſine prohibitione fieri huiuſmodi:* vt ſcilicèt libera ſit electio eius ſedis Antiſtitis. Porrò Eulid ſubrogatum fuiſſe Gizid Principem Sarracenorum, idem auctor affirmat. Fauſtum & illud hoc anno accidit, vt Coſmas Patriarcha Alexãdrinus vnà cum ſuis abnegata hæreſi Monothelitarum, ad Eccleſiam Catholicam ſe cõtulerit, quod idem Theophanes tradit.

SEDES ANTIOCHENA CONSEQVITVR ELECTIONEM EPISCOPI.

III. Damaſcenus autem Epiſcopus Petrus zelo fidei æſtuans ab eius ciuitatis Principe Sarraceno linguâ abſciſſus eſt, eò quòd inuectus eſſet in ſuperſtitionem ipſorum cultus; ſcribit enim hæc paucis Theophanes iſtis verbis: *Hali autem* (id erat nominis Principi) *ſanctiſſimum Metropolitam Damaſci*, nomine Petrum, *linguâ mutilari pracepit, tanquam arguentem palam Arabum ac Manichaorum cognationem & exulem penes felicem Arabiam Eudamonem fecit, vbi moritur, martyrio pro Chriſti nomine percepto, cùm expreſſiori voce diuinas Miſſas celebraſſet, ſicut huius rei narratores a-*

PETRVS EPISCOPVS DAMASCENVS MARTYR.

tores atunt, qui ſe proprijs auditibus ſuper hoc ſatuſfactos eſſe teſtantur.

IV. PETRVS MAVIMENVS MARTYR. Huius æmulator homonymus Petrus apud Mauimenam iiſdem temporibus oſtenſus eſt pro Chriſto Martyr vltroneus. Languore ſiquidem detentus primores Arabum aduocauit, vtpote aſſuetos ſibi, cum Chartularius eſſet, & publica tributa facta ratione conferret, & ait illis: Mercedem quidem pro mei viſitatione a Deo recipiatis; licet infideles amici ſitis, teſtamenti mei teſtes vos volo, quod eſt tale: OMNIS QVI NON CREDIT IN PATREM ET FILIVM ET SPIRITVM SANCTVM CONSVBSTANTIALEM ET DIVINAM IN VNITATE TRINITATEM MORTVVS EST ANIMA ET ÆTERNO DIGNVS TORMENTO. TALIS EST MAHAMMAT PSEVDOPROPHETA VESTER ET ANTICHRISTI PRÆCVRSOR. Diſcedite ergo (ſi mihi creditis teſtanti vobis cælum & terram) ab illius fabulatione: Conſulo enim vobis ne cruciemini cum illo. Cùm hæc & plura cum eis de Deo ratiocinatus diſſereret: audientes illi ſtupore ſeu vesaniâ detenti longanimiter niſi ſunt ferre, ex languore hunc præter ſenſum eſſe putantes. Cùm autem ex infirmitate conualuiſſet, maiori cœpit voce clamare: Anathema Mahammath & fabuloſum ſcriptum eius, & cuncti qui obediunt & credunt ei. Tunc per gladium animaduerſionem perpeſſus, Martyr oſtenſus eſt. Hunc declamationibus ſermonum honorauit ſanctus Pater noſter Ioannes qui cognominatus eſt Chryſoroas propter auream & fulgidam Spiritus ſancti gratiam, quæ in ipſo tam verbo quam in vita actu eſſloruit. Quem videlicèt Conſtantinus impius Imperator annuè, propter eminentem orthodoxiam eius, anathemati ſubmittebat, & pro Manſur (quod eius auitum nomen eſt) idque, redemptus, interpretatur, ſenſu Iudaico Manſeron, nouum Eccleſiæ magiſtrum, mutato nomine, vocitabat. hucuſque Theophanes, quem loqui de ſancto Ioanne Damaſceno egregio Theologo, viro ſanctiſſimo, non dubium eſt. Sed ad res Occidentales iam ſe transferat oratio.

V. Hoc anno Zacharias Papa cum accepiſſet quas recitauimus litteras à ſancto Bonifacio Epiſcopo Germanorum, ad ipſum primâ die menſis Aprilis epiſtolã reddidit, in qua neceſſe eſt corrigas, quod in fine data ponitur dictâ die vndecimâ Indictione: vt reſtituendum ſit, decimâ: idq; ex iis quæ ibidem ponuntur, datum videlicèt anno vigeſimoquarto Conſtantini Imperatoris, ex quo ſcilicet cum patre imperare cœpit: ſecundo autem ex quo ſolus poſt obitum patris adminiſtrare cœpit Imperium; quod anno ſuperiori factum eſſe, quæ dicta ſunt docent. Sic igitur ex eiuſdem contextu epiſtolę, & ex iis quę dicta ſunt ex Theophane & aliis de annis Conſtantini, Indictio mendoſa corrigitur. epiſtola autem ſic ſe habet:

ZACHARIÆ PAP. EPIST. AD BONIFACIVM.

Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Epiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

Susceptis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris per Denehardum religioſum presbyterum tuum: quia ſoſpitem te (vt ſemper cupimus) eſſe cognouimus, omnipotenti ac miſericordioſiſſimo Deo noſtro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis proſperare dignatur. Magnam enim in cordibus noſtris infundis lætitiam, quoties nobis ſanctitatis tuæ ſcripta mittuntur, quando reperimus quæ ad ſalutem reſpiciunt animarum, dum quotidie in gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ per tuam prædicationem noui populi adduntur; vbi & tres Epiſcopos per loca ſingula, ſecundùm ſeriem ſyllabarum tuarũ, te ordinaſſe cognouimus; qui eidem populo, quem ibi Dominus Deus noſter per tuã ſanctitatẽ aggregare dignatus eſt, præeſſe debeãt, & petiſti vt per auctoritatẽ noſtræ Sedis, Epiſcopales ibidẽ ſedes firmentur.

VI. *Sed tua ſancta fraternitas pertractet maturè, & ſubtili conſideratione diſcernat, ſi expedit, aut ſi loca, vel populorum turba, talis eſſe probantur, vt Epiſcopos habere mereantur. Meminiſſe enim debet, cariſſime, quod in ſacris canonibus præcipimur obſeruare, vt minimè per villulas vel modicas ciuitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi. Sed nos tuis ſinceriſſimis atque nobis dilectis ſyllabis prouocati, quæ popoſciſti abſque mora concedimus. & ſtatuimus per Apoſtolicam auctoritatem, Epiſcopales eſſe illic ſedes, & per ſucceſſionem Epiſcopos teneri, qui populis præſint, atque verbum prædicationis ſubiectis inſinuent; vnam quidem in caſtello Vuirtzburg, & alteram in oppido quod nominatur Buriburg, tertiam verò in loco qui dicitur Erphesfort; ita vt nulli poſt hæc liceat ea quæ à nobis ſancita ſunt, violare, & auctoritate beati Petri Apoſtoli firma eſſe decernimus.*

VII. *De eo autem, quod nobis intimaſti, quia te Carolomanus filius noſter rogauit, vt in parte Francorum in ſua ditione conſtituta Synodum celebrares, eò quòd omnis Eccleſiaſtica regula, ſeu diſciplina ab eadem prouincia funditùs abolita ſit: nimis mœrendum eſt, quòd per ſpatia tanta tẽporum ibidem Synodus ſacerdotum minimè celebraretur: vnde nec quid ſit ſacerdotium ab eis, qui ſe ſacerdotes eſſe exiſtimant, cognoſcitur. Sed dum iuuante Deo, quæ à præfato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas in memorato Concilio conſederit cum eodem excellentiſſimo viro, ſi quos repereris Epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel ſtatuta Patrũ exceſſiſſe, id eſt, in adulterio, vel ſi plures vxores habuerũt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum, ſiue paganorum effuderunt; vel etiam aliis capitalibus vitiis, quibus canones obuiâſſe reperit tua ſanctitas: nullâ ratione Apoſtolicâ auctoritate permittas ſacerdotio fungi: quia tales à ſuo tantum ore falſo nominantur ſacerdotes, & deteriores ſæcularibus eſſe noſcuntur, qui ſe neque à fornicationibus, neque à nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab humani ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias. At quid inde ſentiunt, dicente Domino: Sacerdotes mei ſemel nubant? & Apoſtolus[a]: Vnius vxoris virum, &c. & hoc ante ſuſceptum ſacerdotium vti licitum eſt; nam à die ſuſcepti ſacerdotii etiam ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt. Quomodo ſe ſacerdotio fungi confidebant, qui talibus ſceleribus inuoluti monſtrantur, vt neque ſæculares fideles his facinoribus inuolutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt diuina myſteria contingere: aut quomodo ad adorandum pro peccatis populi accedere præſumunt, dum ſacri canones neque purum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundas copulari nuptias permittunt? Iſti verò è contrariò, non ſolum poſt ſuſceptum ſacerdotium ſe abſtinere nolunt ab vna vxore, immò luxuriæ dediti, peiora ſæcularibus ſcelera committunt, vt plures vxores habere præſumant, quibus neque vnam conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare.* [a] 1. Tim. 3.

VIII. *Sed & iſta paruipendentes, atque Dominum ad iracundiam prouocantes, maiora committunt facinora, dum propriis manibus Chriſtianos atque paganos necant; & fit vt qui in remiſſionem peccatorum debuerunt lauacrum regenerationis impendere, & Chriſti ſacramenta donare aliis, ne in æternum perirent; eorundem ſacrilegis manibus extinguantur. Quis enim ſapiens hos exiſtimet ſacerdotes, qui neque à fornicationibus abſtinent, neque ab effuſione humani ſanguinis manus ſeruant innoxias? Quis eorum ſacrificiis Dominum eſſe credit placatum? dicente Prophetâ[b]: Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. Iſtos ergo, vt præmiſi, nec ſacerdotio fungi patiaris, neque diuina contingere myſteria. Quicquid verò aliud eos contra Eccleſiaſticam regulam exceſſiſſe repereris: canones, ſiue inſtituta Patrum præ manibus habeto, & ſicut in eis edoctus fueris, diſcerne.* [b] Pſal. 5.

IX. *Quod autem tibi ſucceſſorem conſtituere petiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur Epiſcopus: hoc nullâ ratione concedi patimur, quia contra omnem Eccleſiaſticam regu-*

lam eſſe

Digitized by Google

lam eſſe monſtratur: ſed volumus vt tibi miniſtret, & ſit in Euangelio Chriſti adiutor, dicente Apoſtolo[a]*: Si quis benè miniſtrauerit, gradum ſibi bonum acquiret. Nimis enim reprehenſibile ac deteſtabile eſſe manifeſtum eſt, vt te viuente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc admonemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare ſtudeas, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poßit eſſe placabilis, & populum quem ad ſuam gratiam per tuæ ſanctitatis induſtriam vocare voluit, irreprehenſibiliter regere, atque ad viam vitæ perducere valeat. Nam quomodo hæc quæ popoſciſti, ſi etiam voluerimus, concedere poſſumus, dum nos fragiles homines ſub conditione mortis conſtituti ignoremus quid ſuperuentura pariat dies, & quis è nobis prior de præſenti ſæculo migret? Si autem eumdem diuina voluerit clementia poſt ſui tranſitus diem ſupereſſe, ſi eum aptum agnoueris, & in tua voluntate fueris definitum, eâ horâ quâ te de præſenti ſæculo migraturum cognoueris, præſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus, quod nulli alij concedi patimur.*

[a] 1. Tim. 3.

LICENTIA DESIGNANDI SVCCESSOREM.

X. *De illo verò qui viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ſacrum velamen habere monſtrata eſt, & à beatæ memoriæ prædeceſſore ſibi licentiam eſſe conceſſam diuulgauit, vt in pernicioſum matrimonium aſſumere debuiſſet: Abſit hoc vt deceſſor noſter iſta præciperet. Nec enim ab Apoſtolica Sede illa permittuntur, quæ contraria eſſe Patrum, ſiue canonum inſtitutis probantur. Admonere & increpare eos, frater cariſſime, ne ceſſes, quatenus à tam ſceleſto recedant matrimonio, ne in æternũ pereant: reminiſcantur ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſpõte ſe contradãt diabolicæ poteſtati, ſed magis omnipotenti Deo & Chriſto filio eius, Spirituiq; ſancto, in cuius nomine ab illius antiqui hoſtis erepti ſunt poteſtate. Labora igitur, ſanctiſſime frater, in eis qui ſcriptum cognoſcis*[b]*: Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ, ſaluauit animã eius à morte, & ſuorum operiet multitudinem peccatorũ. Nos quoq; ei pro hoc cõmonitoria ſcripta direximus.*

QVÆ AB APOSTOLICA SEDE NON CONCEDANTVR.

[b] Iacob. 5.

XI. *De Kalendis verò Ianuarij, vel cæteris augurijs, philacterijs, & incantationibus, vel alijs diuerſis obſeruationibus, quæ Gentili more obſeruari dixiſti apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in Vrbe Roma: hæc & nobis & omnibus Chriſtianis deteſtabilia & pernicioſa eſſe iudicamus, dicente Domino*[c]*: Non augurabimini. & iterum ſcriptura dicit*[d]*: Non ſint auguria in Iſraël, nec obſeruatio in domo Iacob. Igitur à nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis augurijs & obſeruationibus attendamus, quia omnia hæc abſciſſa eſſe à Patribus edocti ſumus. Sed quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant, à die quâ nos iuſsit diuina clementia (quamquàm immeriti exiſtamus) Apoſtoli vicem gerere: illicò omnia hæc amputauimus: pari etenim modo volumus tuam ſanctitatem populis tibi ſubiectis prædicare. Nam & ſanctæ recordationis prædeceſſoris ac nutritoris noſtri domni Gregorij conſtitutione omnia hæc piè atq; fideliter amputata ſunt, & alia quamplura, quæ diabolo ſuggerente, pullulabant in* CHRISTI *ouili.*

[c] Leuit. 19.
[d] Num. 23.

OMNIS VETITA SVPERSTITIO.

XII. Audiſti, Lector, quàm differat, res quæ geruntur in Vrbe, longè poſitum audire quempiam, vel propè ſpectare. Nam præter illud vulgatum, quod dicitur de fama, Vires acquirit eundo, vt interdum accidat vt leuis rumuſculus creſcat in immenſum; etiam quæ non ſint, tanquam quæ ſint firmâ aſſertione ferantur. hæc magis inualuêre iſtis ipſis noſtris temporibus, quibus perditiſſimi Nouatores, vt populum ab ipſis ſemel deceptum & per apoſtaſiam ab Apoſtolica Sede in tranſuerſum actum, in impietatis officio valeant continere; oſtentant populo litteras, quas ſe ab Vrbe accepiſſe fingunt; vel à ſuis confictas accipiunt, refertas illas quidem nefandis criminibus, quæ ab Eccleſiaſticis viris aſſerunt perpetrata, eademque ac ſi vera certaque exaggerant amplificantque vt illud quod conantur deceptæ plebeculæ perſuadeant, non ſedere Romæ Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, ſed Antichriſtum: ita ex moribus, quos vanè credunt, aut fingunt, vel fictos percipiunt de fide iudicant ſtultè admodum, quaſi morum prauitas corrumpere fidem valeat, quam nunquam neque praui mores, neque infidelitas aliena valeat labefactare, dicente Apoſtolo[e]: *Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit: eſt autem* DEVS *verax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* quibus ſermonibus? equidem illis[f]: *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Et[g]: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* & alijs id genus factis à Chriſto Domino Petro promiſſionibus, quas nunquam aliena ſcelera obruent vel extinguent, licèt vera eſſent, quæ de Romano Pontifice fingunt. Porrò deceptis miſeris illud ad ſalutem conſequendam, ſi eam cupiant, ſuadendum, vt præſentes adeſſe velint, & oculis intueri num vera ſint, quæ ſæpiùs prædicata, vehementiùs inculcata à ſuis ipſorum concionatoribus audiêre.

CALVMNIOSA MVLTA DE HIS QVÆ IN VRBE FIVNT A NOVATORIBVS FINGI.

[e] Rom. 3.
[f] Luc. 22.
[g] Matt. 16.

XIII. Hoc non dico, vt aſſeram omnes Romæ degentes eſſe ſanctos. Quæ cùm theatrum ſit orbis, iure comparari poſſit ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congreganti; atque arcæ Noë, quæ domus ſalutis facta immundis non caruit animalibus: & ſit quod dicit Apoſtolus[h]: *In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea; ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.* Hæc idcircò dixerim, ne ex eo quod vides aliquos Romæ delinquere, fidem putes pariter labefactatam: alioqui non erit inueniri fidem alicubi ſuper terram. Cæterùm ſi propè perſpexeris, & oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit, vt excuſes, ſi quod corrigitur, iterum perpetretur: vt vidimus de ſuperſtitionibus toties Apoſtolicâ falce Romæ ſuccisis, iterum pullulantibus, cum noua gens ſemper, quotidiano concurſu, frequenti cœtu ex omni orbe ſeſe infundat in Vrbem, vt quæ mundaueris hodie, cras aſperſa ſordibus neceſſe ſit reperire. Sed ſecundùm Apoſtolum[i]: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinata ſunt eorum & mens & conſcientia.* At hæc obiter occaſione S. Bonifacij querelarum, & Zachariæ ad eum ſcribentis excuſationis. Iam verò quæ ſunt reliqua eiuſdem Pontificis epiſtolæ videamus eodem argumento conſcripta.

[h] 2. Tim. 2.
[i] Tim. 1.

XIV. *De ſacerdotibus verò falſis, qui falſa opinantur, qui etiam adulteri & fornicatores eſſe probantur, & ſibi ab Apoſtolica Sede indultum eſſe teſtãtur: hoc nullâ ratione credat ſancta fraternitas tua, ſed ſimiliter in eis canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his, quibus ſuperiùs à nobis edoctus monſtraris. Non enim aliud te agere volumus, præter quod ſacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac Apoſtolica Sede inſtructum eſſe cognoſceris. Tua quoque ſanctitatis petitionem impleuimus, mittentes tribus Epiſcopis tuis ſingulas confirmationis epiſtolas, quas per ſanctitatis tuæ manus eis largiri volumus. Et Carolomanno filio noſtro alia ſcripta direximus, vt adminicula, quibus indiges, implere feſtinet. Iam frater cariſſime, de omnibus ſuperiùs comprehenſis capitulis, vt Dominus donauit, reſpondimus, ad amputanda omnia diabolicæ fraudis ſcãdala. Tua verò ſancta fraternitas, ſi quid de cætero inuenerit, vt ſacri docent canones, ſtudeat emendare in plebibus tibi à Deo commiſsis. Non enim aliud nobis conuenit prædicare, præter quod à ſanctis Patribus ſumus edocti. Si verò noui*

aliquid

aliquid inimici aſtutiâ agente acciderit, quod tua ſancta fraternitas minime per canonũ inſtituta diſcernere poſsit, hoc nobis non pigeat inſinuare, quatenus Deo iuuante, quæq; ad emendationem nouæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpondere curemus.

Cognoſcat ergo tua ſancta fraternitas ita dilectionem tuam haberi in noſtris præcordijs, vt te præſentialiter quotidie videre deſideremus, & ita in noſtro conſortio habere, vt miniſtrum Dei & diſpenſatorem Eccleſiarum Chriſti. Confortare itaque in Domino, frater cariſsime, & eſto robuſtus, & labora in opere ad quod te diuina voluit clementia vocare. Magna etenim te ſpes remunerationis expectat, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Et nos licet peccatores exiſtamus, tamen Dei noſtri immenſam clementiam non ceſſamus exorare, vt qui cœpit in vobis perficiat opus bonum vſque in finem: & beatus Petrus Apoſtolorum Princeps cooperetur tibi in omnibus bonis, qui ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat ſanctiſsime frater. Data Kalendis Aprilis, imperante domino piiſsimo Auguſto Cõſtantino anno vigeſimoquarto (additum habet Rom. editio) *Imperij eius anno ſecũdo, Indictione* * *vndecimâ.* [* decimâ]

XV. Quo pariter anno & die data reperitur eiuſdem Pontificis epiſtola communis tribus, non ſingulæ ſingulis vt promiſerat, de confirmatione trium ſedium illarum, quæ à Bonifacio recèns in Germania inſtitutæ ſunt, quarum (vt vidimus) ſuperiùs mentio facta eſt. deſcribemus eam, quo ritum & formulam addiſcamus, quâ ſolerent Romani Põtifices nouas inſtitutas ſedes confirmare. ſic enim ſe habet ſcribens ad Epiſcopum, qui vnì ex illis præfectus fuit ſacerdos. [*Zach. epi. 2. tom. 2. epiſt. Decre. Rom. Pont.*]

Dilectiſsimo nobis Vuitta ſanctæ Eccleſiæ * *Vuirtzburgenſis Zacharias Papa.* [*Barbaranæ Epiſcopo]

DE CONFIRMATIONE TRIUM SEDIUM INSTITUTARUM EPIST. ZACHAR. PAP.

Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ad dilatandam Chriſtianitatis legem, & Orthodoxæ Fidei tramitem, ad docendum, iuxta quod prædicat ſancta hæc Romana, cui Deo auctore præſidemus, Eccleſia, innotuit nobis ſanctiſsimus ac reuerendiſsimus frater & Coepiſcopus noſter Bonifacius, nuper decreuiſſe & ordinaſſe in Germaniæ partibus Epiſcopales ſedes, vbi præeſt veſtra dilectio, & prouinciam in tres diuiſiſſe parochias: quo cognito, cum magna exultatione, extenſis ad ſidera palmis, illuminatori & [a] *datori omniũ bonorũ Domino Deo & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto gratias egimus, qui facit vtraq; vnum.* [a Epheſ. 2.]

XVI. *Flagitauit autem à nobis pro ſuis ſyllabis iam dictus ſanctiſsimus vir, per Apoſtolicam auctoritatem veſtras cõfirmari ſedes. Pro quo & nos ardenti animo & diuino iuuamine, ac auctoritate beati Petri Apoſtolorum Principis, cui data eſt à Deo & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto* [b] *ligandi ſoluendiq; poteſtas peccata hominum in cœlo & in terra, confirmamus, atq; ſolidas permanere veſtras Epiſcopales ſedes ſancimus, intercedente ipſius Principis Apoſtolorum auctoritate, à præſente in futuras omnes generationes, vt nullus audeat contra eamdem veſtram venire ordinationem, quæ dignante Domino, ex noſtra præceptione in vobis facta eſt. Et hoc interdicentes, vt nullus audeat, iuxta ſanctorum canonum traditionem ex alio Epiſcopatu ibidem tranſlatare aut ordinare Epiſcopum poſt veſtram de hoc ſæculo euocationem, niſi is, qui Apoſtolicæ noſtræ Sedis in illis partibus præſentauerit vicem.* [b Matt. 16.]

XVII. *Sed nec vnus alterius parochias inuadere, nec Eccleſias ſubtrahere præſumatis. Nam (quod non credimus) ſi quis ille fuerit qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentauerit: ſciat ſe æterno Dei iudicio anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis verò Apoſtolica ſeruauerit præcepta, & normam rectæ & Orthodoxæ fidei fuerit aſſecutus: benedictionis gratiam conſequatur. De cætero petimus diuinam clementiam, vt confirmet & corroboret hoc, quod operatus eſt Dominus in vobis. Et caritas Dei, gratia, & pax vera ſit cum ſpiritu veſtro. Sanctiſſimi & dilectiſsimi nobis toto conamine elaborate pro fide Chriſti, & ad miniſterium eius perficiendum decertate, vt cum egregio Apoſtolo mereamini dicere:* [c] *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diem iuſtus Iudex. Salutates vos in Domino, valere optamus. Bene valete. Data Kalend. Aprilis, imperante Domino Conſtantino magno Imperatore anno vigeſimo quarto,* ex quo cum patre cœpit imperare, *Imperij eius ſolius anno ſecundo Indictione decima.* alicubi perperàm ponitur vndecimâ. Sed & putamus quod loco, Data, Accepta, ſit reſtituendum: ſiquidem non patitur ratio temporis, vt Kalendis Aprilis epiſtola data ſit, & Synodus celebrata vndecimâ Kalendas Maij. [c 2. Tim. 4.]

Miſſis his in Germaniã litteris, ſimul ab eodem Pontifice datæ ſunt aliæ ad Carolomannum, ſed ijs caremus.

XVIII. Extat prætereà alia epiſtola nondum cuſa, per eumdem Deneardum Bonifacij Legatum redeũtem ad ipſum reddita, ſcripta verò ab aliquo ex clero Romano, qui ab ipſo primùm acceperat, quæ carens titulo, ſic ſe habet. [*Eod. Cod. eſ. ſ.*]

EPISTOLA AD BONIFACIUM DATA.

Venerabilibus ſanctiſsimæ Paternitatis veſtræ ſyllabis ſuſceptis per præſentem gerulum Deneardum venerabilem virum miſsis, cum omni, vt decuit, veneratione atque caritatis affectu, ſuſcepiſſe inſinuo, ſimul & benedictionẽ, quam miſiſtis mihi, quæ apud paruitatem meam ſuper aurum & argentum accepta eſt, eò quòd mei memorem eſſe in ſanctis ſuis orationibus, almitatis veſtræ coronam, cognoui; quam concedere mihi diuina patiatur Maieſtas, incolumem quamdiu me ſuperna voluerit clementia ſupereſſe, vt veſtris ſacris interuentionibus iuuatus exercitatior inueniar, Deo propitio, aduerſus antiqui hoſtis inſidias repugnare.

XIX. *Intereà inſinuatis mihi quòd vobis de illis epiſtolis ſancti Gregorij mitteremus; ſed nunc minimè potuimus ſanctis Paternitatis veſtræ præceptis parere, eò quòd nimis attritum, atque in podagrico humore, & dolore fatigatum, memoratus miſſus veſter presbyter per tempus cognouit, ita vt in eo me dolore afflictum relinqueret, quod & ore vobis proprio intimabit. Sed ſi vita comes fuerit, & veſtra mihi oratio non defuerit, qua iuſſiſtis dum ſaluti fuero plenius reſtitutus, ſanctiſsimæ Paternitatis veſtræ obtemperabo iuſsionibus, vt dum aliâ vice hunc veſtrum miſſum direxeritis, quæ præcepiſtis impleta eſſe reperiãtur, vt abſque tarditate, quæ deſideratis expleantur. Tranſmiſimus enim per prædictum veſtrum presbyterum aliquantum* * *cotzumbri, quod incenſum Domino offeratis temporibus matutinis, & veſpertinis, ſiue dum Miſſarum celebratis ſolemnia miri odoris, atque fragrantiæ. Sed peto vt abſque iniuria ſuſcipiatis quod purâ caritate dirigitur. Salutans veſtram ſanctiſsimam Paternitatem in Domino, & vt pro nobis orare iubeatis depoſco: ſed & omnem Eccleſiam quæ vobiſcum eſt per vos ſaluto, & vt ipſi pro me exorẽt: Multum* [d] *enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Nam & ego, licet peccator exiſtam, tamen veſtri memoriam ante ſacras Confeſsiones Apoſtolorum faciens, orationi incumbo. His præmiſsis optamus ſanctitatem Paternitatis veſtræ in Domino bene valere, atq; in opere, quo aſſumptus es, multò amplius fructum boni operis pullulare concedat, & ad incrementum perducere patiatur diuina Maieſtas. Trinitas indiuiſa ſanctitatem veſtram conſeruet orantem pro nobis.* hactenùs redditæ ad Bonifacium litteræ. [d Iacob. 5.]

XX. Acceptis autem ijs Bonifacius litteris Zachariæ Pontificis, ſolicitus iuſſa ipſius implere, continuò ſe contulit ad Carolomannum, celebrandæ Synodi causâ. Habent hæc eiuſdem Bonifacij vitæ Acta verbis iſtis: [*Vit. Boniſac. lib. 1 c. 33.*]

Eidem tempeſtate cùm Carolus Dux inclytus vita ſua

DE COGENDA SYNODO AGITVR.

curſum exegiſſet, & filij eius Carolomannus & Pipinus ei ceu patri ſucceſſiſſent in Imperio: cùm ad nurum Carolomãni, qui erat maior natu, omnia paterni regni iura diſponerentur: ſanctus Bonifacius ad eum acceſſit, & Apoſtolici Præſulis ſcripta offerens, modis omnibus petijt, vt Chriſtianæ religionis cultum, quem pater eius animo promptiſſimo inchoaſſet & exercuiſſet, ipſe quoque pro Dei amore & regni ſui ſtabilimento, atq; pro omnium ſibi ſubiectorum ſalute, eadem beneuolentia proſequeretur.

Quibus ille verbis haud aliter atq; diuino oraculo permotus & compúctus, omnes ſuæ ditionis homines tum clericos tum laicos, qui à Chriſtiana religione deflexiſſent, tam regiâ quã canonicâ auctoritate ad viam iuſtitiæ reuocare ſtuduit; iuſſitq; vt coactâ Synodo, omnia ad canonũ præſcriptum corrigerẽtur. Cuius quidem Synodi decreta, quod non modò ſæcularibus, ſed etiam Eccleſiaſticis rectoribus pluriũ vtilitatis & ædificationis adferre poſſe videantur, ſicut ea in antiquis codicibus & in iam cuſis ſcripta reperimus, hîc inſerere viſum eſt.

XXI. *In nomine[a] Domini noſtri Ieſu Chriſti ego Carolomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini ſeptingẽteſimo quadrageſimo ſecundo, vndecimo Kalend. May, cum conſilio ſeruorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt cũ presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti cõgregaui, id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardũ, Reginfridum, * Vuittanum & Vuiliboldum, Dadanum, & Adanum, cum presbyteris eorum, vt mihi conſilium dediſſent, quomodo lex Dei & Chriſtiana religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit; & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ peruenire poſſit, qui per falſos ſacerdotes hucuſq; deceptus eſt. Itaq; per conſilium ſacerdotum religioſorum & Optimatum meorũ ordinauimus per ciuitates Epiſcopos, & cõſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt miſſus,* Legatus ſcilicèt *ſancti Petri. Statuimus quoque per annos ſingulos Synodum congregari, vt nobis præſentibus, canonum decreta & Eccleſiæ iura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur.* De his autem quæ in Synodo ſtatuta eſſent capita iſta ſubnectit.

[a] *Extant apud Sur. to. 3 die 5. Iun. ibid. lib. 1. c. 34.*

* *Vuertãnũ* * *Vuitbaldum* *Edanum*

XXII. CONCILIVM GERMANIÆ SVB CAROLOMANNO.

Fraudatas pecunias Eccleſiarum, Eccleſiis reſtituimus & reddidimus.

Falſos presbyteros, & adulteros vel fornicatores diaconos vel clericos de pecunijs Eccleſiæ abſtulimus & degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus.

*Seruos Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitũ & in hoſtem pergere, omninò prohibuimus: niſi illos ſolummodo, qui propter diuinum * miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda,* nempe reliquias Sanctorum, *ad hoc electi ſunt, id eſt, vnum vel duos Epiſcopos cum Capellanis presbyteris Princeps ſecum habeat, & vnuſquiſq; Præfectus vnum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiã poſſit.*

* *myſteriũ*

Necnon & illas venationes & ſiluaticas vagationes cum canibus omnibus ſeruis Dei interdiximus, & vt accipitres & falcones non habeant.

XXIII. *Decreuimus quoq; vt iuxta ſanctorum canones vnuſquiſq; presbyter in parochia habitans, ſubiectus ſit illi Epiſcopo, in cuius parochia habitat: & ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem miniſterij ſui ſiue de baptiſmo, ſiue de fide Catholica, ſiue de precibus & ordine Miſſarum, Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocumq; iure canonico Epiſcopus circumeat ad confirmandos populos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper nouum chriſma accipiat ab Epiſcopo. Et vt Epiſcopus ſit teſtis caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.*

Statuimus quoq; vt ſecundùm canonicam cautelam omnes vndecumq; venientes ignoti Epiſcopi, vel presbyteri, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admittantur.

XXIV. *Decreuimus quoq; vt ſecundùm canones vnuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem gerat, adiuuante * Graphione, qui defenſor Eccleſiæ eius eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed vt omnes ſpurcitias gentilitatis abijciat, ſiue ſacrificia mortuorum, ſeu ſortilegos, vel diuinos, ſiue philacteria & auguria, ſiue incantationes & hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta Eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum, Deum & ſanctos ſuos ad iracundiam prouocantes.* ex ſcripto Codice iſta ſubijciuntur: *Siue illos ſacrilegos ignes, quos Methres vocant, ſiue omnes quæcumq; ſunt paganorum obſeruationes, diligenter prohibeant, ſtatuimus.* Porrò per Graphionem intelligi magiſtratum Priocipis, quem nos cõſueuimus dicere Fiſcalem iudicem, gloſſarium appoſitum ad finem Capitularium Francorum ſignificat. Grauionem verò hodie dicunt Baronem, quem nos Comitem appellamus.

* *Grauione*

XXV. *Statuimus ſimiliter, vt poſt hanc Synodum, quæ fuit vndecimo Kalendas May, quiſquis ſeruorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat, in pane & aqua. Et ſi ordinatus presbyter fuerit, duos annos in carcere permaneat antea flagellatus.* Ex ſcripto Codice additur: *Et ſcorticatus videatur, & pòſt Epiſcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vnum annum pœnitentiam ibi agat.*

Quę autem his ſubijciuntur, pertinent ad Concilium Leptinenſe, de quo ſuo loco dicturi ſumus. Auctor enim cuncta quæ in tribus Synodalibus conuentibus geſta eſſe noſcuntur, ſub vno congeſſit. Subijciuntur autem in ſcripto Codice iſta. *Similiter & nonna velata eadem pœnitentiâ contineantur, & radantur omnes capilli capitis eius.*

Decreuimus quoq;, vt presbyteri & diaconi non ſagis, laicorum more, ſed caſulis vtantur ritu ſeruorum Dei, & nullus in domo ſua mulierem habitare permittat: & monachi, & ancillæ Dei monaſteriales, iuxta regulam ſancti Benedicti ordinatè viuere, vitam & propriam gubernare ſtudeant. hactenùs ibi.

XXVI. Quod rurſum ad præſens Concilium ſpectat, cuncta in eo decreta ſunt miſſa Romam ab ipſo Pontifice comprobanda. Pontifex verò cognitis omnibus, colligi Synodum voluit, in qua quæ per Bonifacium atque collegas Epiſcopos facta ſunt, comprobauit; de ijſque litteras ad ipſos reddidit, quas ſuo loco ponemus. Benedictus Leuita in ea quam affixit libro quinto præfatiooem, de huius Synodi confirmatione hæc habet: *His ita peractis, eſt in frõte primi libelli poſita Zachariæ Papæ epiſtola, omnibus Epiſcopis, & reliquis Eccleſiaſtici ordinis gradibus Deum timentibus per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis directa, ſicut & in ea continetur. Quã ſequuntur duo Synodales conuẽtus, quos ſancta Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius, memoratæ Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus vice ſupradicti Papæ Zachariæ vna cum Carolomanno Francorum Principe canonicè tenuit: vt agnoſcant omnes hæc prædictorum Principum capitula maximè Apoſtolicâ auctoritate fore firmata.* hæc Benedictus de duabus Synodis à Zacharia Pontifice confirmatis ſubijciens epiſtolam Zachariæ de confirmatione ipſarum, quæ ſic ſe habet, data poſt acceptas à Bonifacio de rebus in Synodo geſtis litteras, quæ non extant[b]:

[b] *Capit. Franc. lib. 5. in princ. & Zach. ep. 7. & in Bonifacio l. 2. c. 6.*

Zacharias Papa vniuerſis Epiſcopis, presbyteris, diaco-

nibus,

A *nibus, Abbatibus, cunctis etiam Ducibus, Comitibus, o- mnibusq́; Deum timentibus per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis.*

XXVII. ZACHARIÆ PAPÆ EPIST. DE CONFIRMATIONE SYNODI.

Referente nobis reuerendiſſimo atque ſanctiſſimo fratre noſtro Bonifacio Epiſcopo, quòd dum Synodus aggregata eſſet in prouincia veſtra iuxta noſtram commonitionem, mediantibus filijs noſtris Pipino & Carolomanno Principibus veſtris, peragente etiam vice noſtrâ Metropolitano Bonifacio, Dominus illuminaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris ad prædicationem eius, vt omnibus cõmonitionibus eius obediretis, & falſos, & ſchiſmaticos, & homicidas, & fornicarios à vobis expelleretis ſacerdotes: omnipotẽti Deo gratias egimus, & pro vobis inceſſanter ſumus orantes, vt qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat vſque ad finem. B *Obſecro enim vos coram Deo, vt eius commonitionibus firmiter obediatis. Ipſum enim vice noſtrâ in partibus illis ad prædicandum conſtitutum habemus, vt vos, Deo propitio, ad viam perducat rectitudinis, & à cunctis facinoribus ſalui eſſe poſſitis.*

XXVIII. *Habuiſtis enim, peccatis facientibus, nunc vſque falſos & erroneos ſacerdotes: vnde & cuncta pagana gentes vobis pugnantibus præualebant, quia non erat differentia inter laicos & ſacerdotes, quibus pugnare licitum non eſt: qualis enim victoria datur, vbi ſacerdotes vnâ horâ Dominicã pertractant myſteria, & Chriſtianis Domini cum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione; & poſt, Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerãt, aut paganos, quibus Chriſtũ prædicare, proprijs ſacrilegiſq; manibus necant, præcipuè dicente eis Domino:* C [a] *Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal euanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Dum hæc ita ſint, & tales in vobis fuerint ſacerdotes: quomodo victores contra veſtros inimicos eſſe poteritis? Nam ſi mundos & caſtos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis ſacerdotes, vt ſacri præcipiũt canones, & noſtrâ vice prædicat præfatus Bonifacius frater noſter, & ei in omnibus obedientes extiteritis: nulla gens ante conſpectum veſtrum ſtabit, ſed corruent ante faciem veſtram omnes paganæ gentes, & eritis victores, inſuper & bene agentes vitam poſſidebitis æternam.*

[a] Matt. 5.

XXIX. *Vos autem cariſſimi fratres, qui eſtis veri ſacerdotes, & ſub regulari diſciplina conſtituti, ſic voſmetipſos exhibete, vt decet miniſtros Dei, & diſpenſatores miniſteriorum* D *Dei, vt non vituperetur miniſterium veſtrum: ne fiat in vobis (ſicut* [b] *ſcriptum eſt:) Erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Nam ſi hoc fuerit; qualis vobis erit ab hominibus laus? Aut qualis a Deo expectatur retributio? Quamobrem ſic vos corrigite, vt veri ſacerdotes: & tales ad ſacerdotium pronehite, vt & vobis & illis teſtimonium maneat bonũ ab his qui foris ſunt: quatenùs ab hominibus vobis acquiratis laudem, & à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini, eò quòd per vos ad Chriſti perducti ſunt rectam fidem populi multi, innoxios habentes ſacerdotes. Ad Synodum quoque omni anno conuenite, ad pertractãdum de vnitate Eccleſiæ, vt ſi quid aduerſi acciderit, radicitùs amputetur, & Dei Eccleſia maneat* E *inconcuſſa. Bene valete.* hactenùs epiſtola Zachariæ Papæ poſt Synodum data ex Scripto Vaticano exemplari.

[b] Iſai. 24.

XXX. ZACHARIAS PAPA CONVENIT LVITHPRANDVM.

Dum hæc agerentur in Germania, Zacharias Pontifex cõueniens Longobardorũ Regẽ Luithprandum, ciuitates patrimonij ſancti Petri diuino auxilio abſque armis ab eodem Rege recuperat; vt accideriт tunc planè quaſi miraculum à Deo, cum poſt tot turbas, tot deprædationes & cædes, inermis Chriſti Vicarius armatos conueniens hoſtes, eoſdem diuinâ potentiâ ſuperarit, & ad reddenda ablata compulerit, & ad captiuos liberos dimittẽdos adegerit; vt planè apparuerit, longè præſtare arma ſpiritalia, Deo potentia, quam carnalia; atque A gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei) hoſtium corda potentiùs penetrare quã ferreum. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ſinceram ab Anaſtaſio ſcriptam hiſtoriam accipe, ſermone licèt rudi contextam. pergens enim inchoatam narrationem de quatuor ciuitatibus ab Eccleſia Romana ſublatis, de quibus ſuo loco ſuperiùs dictum eſt, ita ſubijcit *Dumq́; idem Rex Luithprandus protraheret dilationem ad reddendum iuxta ſuam promiſſionem iam fatas quatuor ciuitates: prænominatus Pontifex Zacharias, vt verus paſtor populi ſibi à Deo crediti, ſpem ponens in Deo, egreſſus ex Romana ciuitate cum ſacerdotibus & clero, perrexit fiducialiter & audacter ad ambulandum in locum Interamnenſium, vbi in finibus Spoletanis ipſe Rex reſide-* B *bat. Qui dum in Ortanam conueniſſet ciuitatem, ipſeq́; Rex eius cognouiſſet aduentum: miſit Grimoaldum miſſum,* id eſt, Legatum ſuum, *qui ei obuius factus, vſque ad Narnienſem perduxit ciuitatem. Ad cuius ſancti viri occurſum iam nominatus Rex miſit Duces ac Satrapas ſuos, magnumq́; exercitum, & à Narnienſium ciuitate, octauo ferè milliario, eodem Rege eum ſuſcipiente.*

Die, quæ eſt ſexta feria, perrexerunt ad baſilicam beati Valentini Epiſcopi & martyris, ſitam in prædicta Interamnenſium vrbe Ducatus Spoletani. Ante cuius fores baſilicæ idem Rex cum reliquis Optimatibus & exercitu ſuo ſanctum virum ſuſcepit, factâq́; oratione, atq́; ſalutationem ſibimet perſoluentes, dum diuinis ab eo fuiſſet cõmonitus colloquijs, impenſâq́; caritate, ab eadem Eccleſia C *egreſſus, in eius obſequium Rex dimidium ferè milliarium perrexit. & ſic in ſuis tentorijs vterque eadem ſextâ feriâ ſunt morati.* XXXI.

CONGRESSVS ZACHARIÆ CVM LVITHPRANDO.

Sabbato verò iterum conuenientes, Zacharias Papa diuinâ perfuſus gratiâ, Deo placitis admonitionibus eũ eſt allocutus, prædicans, eum ab hoſtili motione & ſanguinis effuſione quieſcere, & ea quæ pacis ſunt, ſemper ſectari. Cuius pijs eloquijs flexus, & de conſtantia ſancti viri & admonitione admiratus, omnia quæcumq́; ab eo Papa petijt, gratiâ Spiritûs ſancti obtinuit, & prædictas quatuor ciuitates, quas ipſe ante biennium per obſeſſionem factam pro prædicto Tranſamundo Duce Spoletano, hoc eſt occaſione ipſius, *abſtulerat, eidem ſancto viro cũ habitatoribus earum redonauit. Quas & per donationem firma-* D *uit in oratorio Saluatoris, ſito intra Eccleſiam beati Petri nomine ædificatam. Nam & Sabinenſe patrimoniũ, quod per annos ferè triginta fuerat ablatũ, atq́; Narnienſe & Auximanum, atq́; Anconitanum, necnõ & Polimarenſe, & Vallem, quæ vocatur, magna, ſitam in territorio Sutrino per donationis titulum ipſi beato Petro Apoſtolorum Principi reconceſſit, & pacem cum Ducatu Romano ipſe Rex per viginti firmauit annos. Sed & captiuos omnes quos tenebat ex diuerſis prouincijs Romanorũ, miſſis litteris ſuis tam in Tuſciam ſuam, quàm trãs Padum etiam vnà cum Rauennatibus captiuis, Leonem, Sergium, Victorem, & Agnellum* * *Conſules prædicto beatiſſimo redonauit Pontifici.* *Cõſulatos

E *In prædicta baſilica beati Valentini per eiuſdem Regis petitionem in locum* * *Conſentini Antiſtitis, qui tranſierat, alium ordinauit Epiſcopum. In cuius conſecratione dum ipſe adeſſet cum ſuis iudicibus, compũctione inſpirationis diuinæ tãtâ orationis dulcedine illa ab eo ſunt prolata, vt cum ſanctum virum conſpicerent fundere preces, plures ex eiſdem Longobardis ad lachrymas ſint permoti. Eodem verò die Dominico poſt peracta Miſſarũ ſolemnia, ad prandium eumdem Regem, ad Apoſtolicam benedictionem ſuſcipiẽdam, ipſe beatiſſimus Pontifex inuitauit, vbi cum tanta ſuauitate eſum ſumpſit, & hilaritate cordis, vt diceret ipſe Rex, tantũ ſe numquã meminiſſe* * *comediſſe.* XXXII.

*Conſtantini

*à ſe numquam meminiſſe comeſum.

XXXIII. *Alio verò die, quæ fuit ſecunda feria, Vale faciẽs ei Rex ipſe, miſit in eius obſequium Aldeprandum ducem Cluſinum nepotem ſuum, ſeu Tacipertum Caſtaldum. & Ra-*

*ningum Caſtaldum Tuſcanenſem, atq; Grimoaldum, qui eidem ſancto viro vſque ad prædictas ciuitates obſequium facerent, eaſdemq; ciuitates cum ſuis habitatoribus traderent. Quod & factum eſt: In primis Amerinam ciuitatem, deinde Ortanam tradiderunt. Dumq; in Polimartio caſtro conueniſſent, eumq; recepiſſet Pontifex, & fuiſſet itineris longitudine per circuitum finium Reipublicæ eũdem vſq; ad Bleranam ciuitatem, per partes Sutrinæ ciuitatis, per fines Longobardorum Tuſciæ, qui de propinquo erant, id eſt, per caſtrum * Literuum. ipſe miſſus à Rege Grimoaldus eundem beatiſſimum Pontificem perduxit vſq; ad Bleranam ciuitatẽ. quam & ipſi ſancto viro prænominati, Raningus Caſtaldus, & Grimoaldus tradiderunt. Et ſic regreſſus eſt, Deo propitio, cum victoriæ palma in Vrbem Romam. Qui etiam omnem populum aggregãs, ab Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis quæ vocatur ad Martyres egreſſi ſunt omnes generaliter properantes ad beatum Principem Apoſtolorum Petrum. Quos & alloquutus eſt, admonens Deo omnipotenti reddere gratiarum actiones. Quibus expletis decimâ Indictione &c.* pergit dicere quæ ſequenti Indictione vndecimâ ab eodem Põtifice geſta ſint cum eodem Luithprando Rege Longobardorum, quæ nos anno ſequenti, ordine temporum dicturi ſumus.

ZACHARIAS ROMAM REDIT.
* Viterbium

IESV CHRISTI
Annus 743.

ZACHARIÆ PAP. Annus 2. CONSTANTINI COPRON. IMP. An. 3.

I. SEPTINGENTESIMVS quadrageſimus tertius annus, qui ſequens eſt, vndecimâ Indictione ſignatur, quo menſe Martio ad Liptinas congregatum eſt Concilium, cui vnà cum pluribus Epiſcopis interfuit Carolomannus Francorum Princeps. Quod enim ad tempus ſpectat, id ſignificant litteræ Zachariæ Papæ hoc ipſo anno ad Bonifacium redditæ, quas ſubijciemus inferiùs, cùm iam Bonifacius ipſe (vt ex iiſdem conſtat) menſe Auguſti hoc eodem anno de omnibus rebus geſtis ſcripſiſſet litteras ad ipſum Zachariam Romanũ Pontificem. hæc eſt enim illa Synodus, de qua Benedictus Leuita iſta habet in libri quinti Capitularium Regum Francorum exordio iſtis verbis.

SYNODVS LIPTINENSIS IN GERMANIA.

Item altera Synodus à ſupraſcriptis Epiſcopis ac Principe auctoritate Apoſtolica Kalendas Martias ad Liptinas habita. ex qua hæc in Capitularia infert.

Modò in hoc Synodali conuentu, qui congregatus eſt Kalendas Martias in loco qui dicitur Liptina, omnes venerabiles ſacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, priorũ Synodi decreta conſentientes firmauerunt; ſeq; ea implere velle & obſeruare promiſerunt. Et omnis Eccleſiaſtici ordinis clerus, Epiſcopi, presbyteri, & diaconi cum reliquis clericis ſuſcipientes antiquorum Patrum canones, promiſerunt ſe velle Eccleſiaſtica iura, moribus & doctrinis & miniſterio recuperare. Abbates verò & monachi receperunt regulam ſancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores namq; & adulteros clericos, qui ſancta loca vel monaſteria ante tenentes coinquinauerunt, præcepimus inde tollere, & ad pœnitentiam redire. Et poſt hanc definitionem ſi in crimen fornicationis vel adulterij ceciderint, priorũ Synodi iudicium ſuſtineant, ſimiliter monachi & nonnæ, moniales videlicèt. his hæc addidit Carolomannus.

II. *Statuimus quoque cum conſilio ſeruorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella, & perſecutiones cæterarum gentium quæ in circuitu noſtro ſunt, vt ſub precario & cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adiutoriũ exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus ea conditione, vt annis ſingulis de vnaquaq; caſata ſolidus, id eſt, duodecim denarij ad Eccleſiam vel monaſterium reddãtur, eo modo, vt ſi moriatur ille cui pecunia commendata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit. Et iterum ſi neceſſitas cogat, aut Princeps iubeat, precarium renouetur, & reſcribatur nouum; & omninò obſeruetur, vt Eccleſiæ vel monaſteria penuriam & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita ſit; ſed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ & domui Dei reddatur integra poſſeſſio.*

Similiter præcipimus, vt iuxta decreta canonum adulteria, & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur & emendentur Epiſcoporum iudicio. Et vt mancipia Chriſtiana paganis non tradantur. Decreuimus quoque (quod pater meus antè præcipiebat) vt qui paganas obſeruationes in aliqua re fecerit, mulctetur & damnetur quindecim ſolidis. hucuſque ex Synodalibus decretis Benedictus Leuita.

III. Quod verò ad reliqua Synodalia acta pertinet, liquet ex rebus geſtis ſancti Bonifacij, damnatos ab eodem Bonifacio fuiſſe duos impoſtores hæreticos, Adalbertum, & Clementem: quod teſtatur Zacharias Papa in litteris hoc eodẽ anno ad ipſum Bonifacium redditis. De damnatione autem Epiſcopi Moguntini, & ſubrogatione eiuſdem Bonifacij nequaquã in hoc Cõcilio actum eſt, ſed poſteà, vt ſuo loco dicemus. Decretũ prætereà hic fuit, vt pro tribus Metropolitanis Epiſcopis Treuerẽſi, & duobus alijs pallia peterentur ab ipſo Romano Pontifice, quorum gratiâ ipſi Francorum Principes litteras ad ipſum ſcripſêre, ſicut & Bonifacius ipſe. Non extant ipſæ quidem, ſed ex illis quas Zacharias Papa ad Bonifacium reſcripſit, eadem omnia comperta habentur. Duæ enim hac de re epiſtolæ ad Bonifacium hoc anno à Zacharia Pontifice ſcriptæ reperiuntur, datæ nimirum anno tertio Artabaſdi & Nicephori eius filij Imperatorum, qui imperare cœperunt ipſo fermè exordio Imperij Conſtantini Copronymi, nempe primo ipſius anno. litteræ autem à Zacharia ad Bonifacium redditæ ſic ſe habent [a].

[a] *Zach. epi. 9 tom. 2. epi. decret. Rom. Pont. & ſcri. Cod.*

IV. *Legimus in libro Actuum Apoſtolorum [b], ſanctum Spiritum Apoſtolis præcepiſſe: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus in quod aſſumpſerim eos, id eſt, vt per prædicationem Chriſtianæ religionis, & eiuſdem Spiritûs ſancti gratiam mundum illuminarent vniuerſum, quorũ illuminatio prædicationis atque doctrina Chriſti præſidio manſit, & manet Catholica Dei Eccleſia præfulgens, horum & beati Apoſtolorum Principis Petri illuminata doctrinis. Et eorum ſequi pedem, ex inſpiratione diuina, tuã ſanctiſſimam fraternitatem in partibus illis eſſe credimus deſtinatam, vt etiam inſtar eorum idem Spiritus ſanctus in eodem te aſſumpſerit opere ad illuminationem gentium illarum. Vnde nimis exultamus in Deo, & eius omnipotentiæ immenſas referimus laudes.*

ZACHARIÆ EPISTOLA AD BONIFACIUM.
[b] *Act. 13.*

Dum verò & ſeries ſyllabarum tuarum nobis panderetur per ſingula: multò ampliùs lætati ſumus in Domino, qui tibi ſuam gratiam ita largiri dignatus eſt; vt ſic dura gentis corda lenires, quatenùs libenti animo inclinarẽtur ad obediendum fidei, & diuinis obtemperarent præceptis. Indicaſti enim nobis, quo modo & qualiter tetigiſſet Deus corda excellentiſſimorum filiorum noſtrorum Pipini & Carolomanni, vt tibi in prædicatione ſocij & adiutores eſſe niterentur ex inſpiratione diuina, quorum merces copioſa manet in cœlis: quoniam benedictus homo per quem benedicitur Deus.

CAROLOMANNI ET PIPINI LAVS GLORIOSA.

V. *De Epiſcopis verò Metropolitanis, id eſt, Grimone, quem iam nos compertum habemus, Abel ſiue Arberto; quos per vnamquamque Metropolim per prouinciam conſtituiſti, hos per tuum teſtimonium confirmamus,*

DE PALLIIS AD EPISCOPOS METR. MISSIS.

& pallia

& pallia dirigimus ad eorum firmiſſimam ſtabilitatem, & Eccleſiæ Dei augmentum, vt in meliori proficiant ſtatu. Qualiter enim mos pallij ſit, vel quomodo fidem ſuam exponere debeant hi, quibus pallio vti licentia conceditur, eis direximus, informantes eos, vt ſciant quòd ſit pallij vſus, & ſubiectis viam prædicare ſalutis, & Eccleſiaſtica diſciplina in Eccleſiis eorum in vtilitate ſeruetur, & maneat inconcuſſa, & ſacerdotiũ quid in eis fuerit, non pollutum vt antea fuit, ſed mundum & acceptum Deo eſſe poſſit, quantum humana conditio valet; ita vt nullus reperiri poſſit ſacris deuiare canonibus, & ſacrificium mundum eorum ab eis immoletur, ita vt Dominus in eorum placetur muneribus, & populus Dei puritatis mentibus ex omni ſqualore ſincerum exhibere valeant Chriſtianæ religionis officium.

VI. DE DVOBVS PSEVDOPROPHETIS.

Retuliſti etiam nobis, cariſſime frater, quòd duos pſeudoprophetas (ſed magis pſeudochriſtianos appellare debemus) *ex quibus vnum quidem & nouum Simonem, iuxta tenorem tuarum ſyllabarũ reperimus, qui etiam ſibi & vendicabat ſacerdotium, & à luxuria ſe minimè continebat, ſeducens populum, & inania prædicans, non ſolum ſuam animam iuri diaboli tradens, ſed populorum turbã in infernum demergens, & ſeducens populum per falſitates, ita vt ab Eccleſia Dei ſubtraheret, & à Chriſtiana lege diſcordaret: Et cruces ſtatuẽs in campis & oratoriola, illic populum ſeducebat, relinquens Eccleſias publicas, concurrens ad illa ſigna quæ ab eo falsè fiebant, & ſanctitatis nomine ſe vocari cenſuit, & in ſuo nomine Eccleſias conſecrauit, affirmans etiam ſe Angelorum nomina ſcire, quorum in tuis ſyllabis conſcripta direxiſti: Quæ nomina nos non Angelorum, ſed magis dæmonum affirmamus.*

VII. ERRORES NOVORVM HÆRETICORVM.

Alium verò ita luxuriæ deditum, vt concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearit, & tamen ſacerdotiũ ſibimet vendicabat, affirmans hoc iuſtum eſſe iuxta traditionem veteris teſtamenti, vt defuncti fratris ſuperſtes frater ducat vxorem. Et quia Chriſtus reſurgens ab inferis, nullum ibi reliquiſſet, ſed omnes inde abſtraxiſſet. Quæ omnia hæc deteſtabilia & ſceleſta iudicamus. Bene enim tua fraterna ſanctitas iuxta Eccleſiaſticam regulam eos damnauit, & in cuſtodiam miſit, & optimè vocauit Antichriſti miniſtros & præcurſores. De cætero decerta, cariſſime, & viriliter age, & peruigil mane in miniſterio Chriſti, vt amplius Chriſti grex augeatur, & tibi præmium æternæ retributionis maneat copioſum, & cum ſanctis & electis Dei (vt credim) inueniaris particeps & Apoſtolorũ conſors. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data decimo Kalendas Iulij imperante domino Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, & Nicephoro magno Imperatore anno tertio Indictione * vndecimâ.*

* decimâ

VIII. QVERELÆ BONIFACII DE ZACHARIA PAPA.

Sed quid accidit? Neſcio quo falſo nuntio Bonifacius de Zacharia Pontifice accepit pro tribus pallijs ipſi perſolutam pecuniam eſſe, ipſo id exigente Põtifice & Romanę Eccleſiæ clericis. Quod quidem indigniſſimo animo tulit, putans verum eſſe: cuius rei gratiâ ipſe ad eũdem Zachariam ſtatim litteras dedit, quibus ſignificauit, non pro tribus, ſed pro vno tantùm, ipſoque Rhemenſi Archiepiſcopo ſe petere pallium. Sed & magnoperè redarguit Zachariam ſimoniacæ labis, quòd pro pallijs conferendis pecuniam acciperet. Ita planè diabolus operabatur, vt ſi quo modo diſſeminaret diſſenſiones inter Bonifacium atque Romanum Pontificem, quo interciperet prædicationis fructus. his acceptis litteris Zacharias ad eundem Bonifacium, nihil ſibi conſcius admirabundus iſta reſcripſit*.

* Zacha. ep. 8. tom. 2. epi. decre. Rom. Pont.

IX.

Suſcipientes fraternitatis tuæ litteras per præſentium gerulum, & relegentes quæ in eis continebantur, in extaſi
A *quadam incidimus & admiratione magna, eò quòd nimis reperta ſunt diſſonare ab eis ſyllabis, quæ à tua directa ſunt fraternitate per elapſum Auguſtum menſem, vbi nobis indicaſti, quod Concilium, adiuuante Deo & Carolomanno præbente conſenſum & conteſtante factum eſt: & qualiter falſos ſacerdotes, qui diuinum non erant digni attrectare myſterium, à ſacro munere ſuſpendiſti: & quia tres Archiepiſcopos per ſingulas Metropoles ordinaſſes, referaſti, id eſt, Grymonem in ciuitate quæ dicitur Rhemorum . . . . . . tertium denique Artbertum in ciuitate quæ dicitur Sennis, qui & apud nos fuit, & tua pariter & Carolomanni & Pipini detulit ſcripta, per quæ ſuggeſſiſti, vt tria pallia iiſdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus: quod & largiti ſumus pro adunatione*
8 *& reformatione Eccleſiarum Chriſti. Nunc autem de aliud tuas ſuſcipientes ſyllabas, valdè ſumus (vt diximus) admirati, eò quòd antea nobis vnà cum memoratis Principibus Galliarum pro tribus pallijs ſuggeſſiſti, & poſtea pro ſolo Grimone. Sed volumus, vt nobis tua indicet fraternitas, cur nobis ita direxiſti anteà pro trib*, & poſtmodũ p vno, vt & nos certi redditi, ex hoc nulla in nobis ſit ambiguitas.*

ZACHARIAS PVRGAT SE AB ILLATIS CALVMNIIS.

X.

Reperimus etiam in memoratis litteris tuis, quæ nimis noſtros animos conturbant, quod talia a te de nobis referantur, quaſi nos corruptores ſimus canonum, & Patrum ſcindere traditiones quæramus, ac per hoc (quod abſit) cũ noſtris clericis in ſimoniacam hæreſim incidamus, accipientes, & compellentes, vt hi, quibus pallia tribuimus, nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed
C *cariſſime frater, hortamur caritatem tuã, vt nobis deinceps tale aliquid minimè tua fraternitas ſcribat: quia faſtidioſum à nobis & iniurioſum ſuſcipitur, dum illud nobis ingeritur, quod nos omninò deteſtamur. Abſit enim à nobis & à noſtris clericis, vt donum quod per Spiritus ſancti gratiam ſuſcepimus, pretio venundemus, dum & illa tria pallia, quæ à te ſuggerente, vt prædiximus, ſumus flagitati, nullum ab eis quiſquam commodum expetijt; inſuper & chartas, quæ ſecundùm morem à noſtro ſcrinio pro tua confirmatione atq; doctrina tribuuntur, de noſtro conceſſimus, nihil ab eis auferentes. Abſit, vt ſic quippiam a tua fraternitate criminis nobis ſimoniaci obijciatur. Anathematizamus namque omnes, quicunq; auſi fuerint donum Spiritus ſancti pretio venundare.*

PRO PALLIIS NIHIL ACCIPIENDVM.

XI.

D *Suggeſſiſti etiam nobis per alia tua ſcripta, quod in Baioaria vnum reperiſſes falſum ſacerdotem, qui & affirmabat quod à nobis fuiſſet Epiſcopus ordinatus: & tua hoc fraternitas optimè egit, dum ei non credidit: quia falſus homo omnia falſa ſuggeſſit, & falſum reperiens, ſacerdotio ſuſpende. Sic etenim auctoritate beati Petri Apoſtolorũ Principis tibi præcipimus, vt quemcunq; repereris a ſacris canonibus deuiare, nullâ ratione patiaris ſacrum miniſterium attrectare. Et quia, ſi deberes in Baioaria prouincia ius habere prædicationis, ſciſcitaſti, an non, quam à deceſſore noſtro habuiſti conceſſam: Nos denique auxiliante Deo ea quæ tibi largitus eſt deceſſor & prædeceſſor noſter, non minuimus, ſed augemus; & non ſolum Baioariam, ſed & omnem Galliarum prouinciam, donec te diuina iuſſe-*
E *rit ſupereſſe Maieſtas, noſtrâ vice per prædicationem tibi iniunctam, quæ repereris contra Chriſtianam religionem vel canonum inſtituta, ſpiritualiter ſtudeas norma rectitudinis reformare. Dominus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime & ſanctiſſime frater. Dat. Nonas Nouembris, Imperante piiſſimo Aug. Artabaſdo à Deo coronato magno Imperatore anno tertio, Patriciatùs eius anno tertio: ſed & Nicephoro magno Imperatore eius filio anno tertio, Indictione * vndecimâ.* hactenùs Zacharias.

* decimâ

XII. ZACHARIAS PAPA RECVPERAT QVATVOR CIVITATES.

Hac eâdem vndecimâ Indictione, contigit eũdem Zachariam Papam ad liberandos Rauennates proficiſci ad Luithprandum Regem Longobardorum, eumq; ſibi in omnibus obſequentem reddere. Quod enim bello ciuili flagraret Imperiũ

Orientis, Luithprandus, qui viuente Leone Iſaurico, cum ipſo fœdus aduerſus Romanos inierat, eo mortuo, Exarchatum Rauennæ tentauit, vt eum ſibi ſubijceret: quod & feciſſet, niſi Zacharias quantociſſimè occurriſſet. Ex his vide, quam iniuſtæ ſint querelę Orientalium de Romano Pontifice, quòd exuerit Occidentali Imperio Orientales Imperatores. Quomodo autem iſta ſe habuerint ab Anaſtaſio ſic accipe: *Indictione vndecimâ, dum nimium opprimeret prædictus Rex prouinciam Rauennatium, ſuiſſetq; præparatus ad motionem faciendam & obſidendam Rauennatium vrbem: cognoſcens motionem eiuſdem Regis Eutychius excellentiſſimus Patricius & Exarchus, vnà cum Ioanne Archiepiſcopo Eccleſiæ Rauennatis atque vniuerſo populo prædictæ ciuitatis, ac ciuitatum Pentapolis & Æmiliæ, factâ in ſcriptis obſecratione, miſerunt ſanctiſſimo domino Papæ, petentes vt pro eorum occurreret liberatione.*

XIII. *Qui miſſis legatione & muneribus ad obſecrandum Regem per Benedictum Epiſcopum & Vicedominum, atq; Ambroſium primicerium Notariorum, petijt vt à motione ceſſaret, & Ceſenatenſe Rauennatibus redderet caſtrũ. Qui non conſenſit. Cuius cùm duram perſeuerantiam cõſpiceret dictus ſanctiſſimus vir, tropheo fidei munitus, relictâ Romana Vrbe iam dicto Stephano Patricio & Duci ad gubernandum, non ſicut mercenarius, ſed ſicut verè paſtor ad oues quæ perierant redimendas concurrit. Cui obuiam occurrit prænominatus excellentiſſimus Exarchus vſque ad baſilicam beati Chriſtophori, poſitam in loco qui vocatur ad Aquilam, quinquageſimo ferè milliario à Rauennatium vrbe. Egreſsi autem de Rauennatenſe ciuitate viri & mulieres diuerſi ſexus & ætatis, agentes gratias omnipotẽti Deo, profuſis lachrymis eumdem ſanctiſſimum Pontificem ſuſceperunt, clamantes & dicentes: Venit, venit Pater noſter, qui ſuas reliquit oues, & ad nos perditos liberandos occurrit.*

ZACHARIAS VENIT RAVENNAM.

XIV. *Ex eadem quoque Rauennatium vrbe Zacharias miſit ad prænominatum Regem, Stephanum presbyterum, & Ambroſium primicerium, annuncians ei ſuum aduẽtum. Qui virum ſinibus Lõgobardorum ingreſsi ciuitatem, quæ vocatur Imola, & cognoſcentes quòd * proditio meditabatur prædicto ſancto viro, ne illuc ambularet, per epiſtolam ſcriptam per noctis ſilentium eidem nuntiauerũt. Quo cognito iam nominatus Pontifex, luceſcente die ſabbato, non mortis timore perterritus, ſed Chriſti fretus auxilio, audacter egreſſus Rauennatium vrbe, & fines Longobardorum ingreſſus, ſequipes factus eſt ſuis miſsis. Quos quidem præcedentes ante eum dictus Rex dolore perculſus ſuſcipere noluit. Ipſe verò ſummus Pontifex vigeſima octaua die menſis Iunij ad Padum conuenit: vbi & ad ſuſcipiendum eum ipſe Rex ſuos miſit Optimates, cum quibus Ticinum conueniens, vbi ipſe reſidebat Rex, foras muros ciuitatis pertranſiens ad orationes Nona, pro vigiliarum beati Apoſtolorum Principis Petri celebrandis Miſſarum ſolemniis, in baſilicam eius, quæ vocatur Ad cælum aureum, perrexit: & poſt, expletâ illatione, eamdem vrbem ingreſſus moratus eſt.*

* præpeditio

ZACHARIAS LABORAT PRO RAVENNATIBVS.

XV. *Alio quoque die, pro ipſius Principis Apoſtolorum natali celebrando à prænominato Rege inuitatus, Miſſarum ſolemnia celebrauit, ibiq; mutuò inuicem ſalutantes, pariter ſuſceperunt cibum, & ſic in prænominatam ciuitatem regreſsi ſunt. Quem ſanctum virum ſequenti die Rex per Optimates ſuos ad ſuum palatium properare inuitauit. Et ab eodem Rege honorificè nimis ſuſceptus, ſalutaribus monitis eum allocutus eſt, obſecrans, ne ampliùs Rauennatium prouinciam per factam motionem opprimeret, ſed magis ablatas ciuitates redonaret cum finibus, ſimul & caſtrum Ceſenatenſe. Qui prædictus Rex poſt multam duritiã inclinatus eſt fines Rauennatium vrbis dilatare, ſicut antea detinebat, & duas partes territorij Ceſenatenſis ad partem Reipublicæ reſtituit; tertiam vero eius caſtri partem, inito conſtituto, vt vſque ad Kalendas Iulias cùm eius miſsi à Regia vrbe*, Conſtantinopoli videlicet, *reuerſi ſunt, idem caſtrum, & tertiam partem quam pro pignoris cauſa detinebat, * parti Reipublicæ reſtitueret.*

* parti

XVI. *Poſt hæc idem Rex egreſſus de loco in locum, vſque ad Padum eidem ſancto viro * comitatus, deduxit illum. In quo loco, Vale faciens, condignâ ordinatione ad repedandum abſoluit, dans in obſequium eius Duces & primates ſuos, ſed & alios viros, qui ſæpe dicta Rauennatium territoria, & Ceſenam redderent. Quod ita factum eſt. Deus enim mirabiliter Rauennatium & Pentapolenſium populos ab oppreſſione & calamitate, quâ detinebantur, liberauit, & ſaturati ſunt frumento & vino.*

* comitatu

Regreſſus autem in Vrbem Romanam cum omnibus qui ſecum erant, gratias agentes Deo, denuò natale beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli celebrauit cum omni populo Rauennatium & Romano, Deum orantes, vt ab inſidiatore, & perſecutore illo Luithprando Rege eos liberaret. Cuius preces Deus non deſpiciens, diuina clementia eumdem Regem ante conſtitutum de hac luce ſubtraxit, & omnium quieuit perſecutio. Factumq; eſt gaudium non ſolum Romanis & Rauennatibus, ſed etiam & genti Longobardorum. hæc Anaſtaſius. Verùm Luithprandi Regis obitus non hoc anno, ſed ſequenti potius contigit.

ITERVM NATALEM DIEM APOSTOLORVM CELEBRAT.

XVII. Hoc eodem anno vbi à bellis ceſſatum eſt, indicta eſt Synodus à Zacharia Pontifice: quæ & celebrata eſt Romæ hoc eodem anno, inchoata iam à menſe Septembri Indictione duodecimâ, cùm & Luithprandus ingrederetur annum ſui regni trigeſimum ſecundum, vt eiuſdem Synodi Acta in fine ita declarant: *Factum eſt hoc Concilium anno * ſecundo Artabaſdi Imperatoris, necnon Luithprandi Regis anno trigeſimoſecundo Indictione duodecimâ.* ſed quod ad annum Artabaſdi ſecundum, tertium, reſtituendum eſt, ex epiſtolis eiuſdem Zachariæ hoc anno datis. Huic autem Synodo congregatæ Zacharias Papa obtulit quæ ſequuntur à ſe anteà conſcripta capitula his verbis:

ROMANA SYNODVS.

* tertio

XVIII. *Zacharias * ſanctiſſimus ac beatiſſimus Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ, cum omnibus Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus, Domino volente & auxiliante, ita decreuit qualiter ſingula capitula nunc ſubter declarantur.*

* Ex Bibliotheca Vaticana, & alijs.

Cap. 1. *Primum cap. Vt Epiſcopi cum mulieribus omninò non habitent, ne antiqui hoſtis fraude decipiantur, vt iuxta [a] Apoſtolicam vocem non vituperetur miniſterium noſtrum; quia ſcriptum eſt: [b] Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Cauere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, vt mũdas valeamus ad Deum leuare manus. ſcriptum eſt enim: [c] Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum, dicit Dominus.*

[a] 2. Cor. 6.
[b] 1. Cor. 3.
[c] Leuit. 11.

Cap. 2. *Vt presbyteri vel diaconi ſubintroductas mulieres nullo modo ſecum audeant * habitare, niſi forſitan matrem ſuam, aut proximitatem * generis ſibi habentes, quæ ſuſpiciones effugiant, ſicut in Synodo Nicæna continetur. Si quis vero præſumpſerit præter ſtatuta agere, ſacerdotij ſui priuetur honore.*

* habere
* al. generationis

Cap. 3. *Vt Epiſcopus, presbyter, & diaconus ſæculari indumento minime vtantur, niſi vt condecet tunicâ ſacerdotali; ſed nec dum ambulauerit in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumat ambulare, præter ſi in itinere longo ambulauerit. Quia ſicut mulier orans in Eccleſia non velato capite, deturpat caput ſuum, iuxta [d] Apoſtoli vocem; ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſuum ſacerdotium. Nam ſi temere præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione priuetur, donec quæ ſtatuta ſunt adimplere maturet.*

21. q. 4. Epiſcopi cap. 3.

[d] 1. Cor. 11.

XIX. Cap. 4. Diſt. 93.

Vt iuxta ſanctorum Patrum & canonum ſtatuta, omnes Epiſcopi qui huius Apoſtolicæ Sedis ordinationi ſubiacebunt, qui propinqui ſunt, annuè Id. menſis Maij ſanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Liminibus præſententur, omni occaſione ſepoſitâ: Qui verò de longinquo, iuxta chirographum ſuum impleant. Nam qui huius conſtitutionis contemptor extiterit, præter ſi ægritudine validâ fuerit detentus, ſciat ſe canonibus ſubiacere.

Cap. 5. Viden. Concil. Gregorii II. * perpetrauerit.

Vt presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritualem commatrem nullus ſibi præſumat nefario coniugio copulare. Nam qui huiuſmodi opus * penetrauerit, ſciat ſe anathematis vinculo eſſe obligatum, & Dei iudicio condemnatum, atque à ſacro corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienum. Statuentes Apoſtolicâ cenſurâ, vt quicumque ſacerdotum eos communicare præſumpſerit, eorum conſortio condemnatus ſacerdotij ſui honore priuetur. Si autem ſic qui coniuncti ſunt admoniti declinauerint, & ab alterutrũ fuerint diuiſi, pœnitentiæ ſubmittantur, vt ſacerdos loci prouiderit.

XX. Cap. 6.

Vt conſobrinam, neptem, nouercam, fratris vxorem, vel etiam de propria cognatione nullus præſumat in coniugio copulare, quia ſcriptum eſt in lege Domini: [a] Turpitudinẽ vxoris patris, vxoris fratris, atq; ſororis tuæ non reuelabis: turpitudo enim tua eſt. Et ſi ab Hebraico populo ante Incarnationem vnigeniti filij ſui hæc ſeruanda mandauit: quantò amplius nos, qui Chriſtianæ religionis documenta tenemus, ab illicitis connubijs * obſeruare debemus, ne demerſi in voragine, ignis æterni concrememur incendio? Si quis verò in hoc nefario coniugio conuenerit, & in eo permanſerit, ſciat ſe auctoritate Apoſtolicâ anathematis * vinculo eſſe innodatum. Et nullus ſacerdos illi tribuat communionem, vt in ſuperiori capitulo continetur. Et ſi inclinatus diuiſuſq; fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ ſubdatur, vt ſacerdos loci conſiderauerit.

[a] Leuit. 18. Vide Synod. Eugen. 2. Leon. 4. cap. 38. Iuo par. 9. c. 21. * abſtinere. * al. vinculis.

Cap. 7. Concil. Greg. 2.

Si quis temerario auſu præſumpſerit virginem aut viduam furari in vxorem, præter ſi deſponſatam habuerit, anathema ſit.

Ibid. Cap. 8.

Vt nullus clericus aut monachus comam laxare præſumat. Si quis clericus aut monachus comã laxare præſumpſerit, anathema ſit.

Cap. 9. 26. q. 7. Si quis Kalendas. Vidend. Synod. 6. ca. 26. Veron. par. 14. cap. 10.

Vt nullus Kalendas Ianuarias, & broma colere præſumpſerit, aut menſas cum dapibus in domibus præparare, aut per vicos & plateas cantationes & choros ducere, quod maxima iniquitas eſt coram Deo, anathema ſit.

Si quis Chriſtianus filiam ſuam Iudæo in coniugio copulare præſumpſerit, niſi perfectè crediderit Chriſto & baptizatus fuerit; vel ſeruum aut ancillam eidem Iudæo Chriſtianus venundare præſumpſerit, & ſi vidua Chriſtiana Iudæum duxerit virum, vel conſentientibus ei, anathema ſit.

XXI. Cap. 11. Initium eſt canonis 44. Concil. Carth. 3.

In multis Concilijs hoc ſtatutum eſt, etiam & nunc cõfirmatum à veſtra prudentia, ſanctiſſimi fratres, vt primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis horum ſacerdotũ debeant fieri ordinationes. Aliqui enim ex noſtris per incuriam, ignorãtes annorum ſeriem illicitã fecerunt ordinationem. Sed dum noſtris inſonuiſſet auribus, canonicam ſuſceperunt diſciplinam, pro quo omnibus Apoſtolicâ auctoritate interdico. * At qui norunt canonum ſeriẽ obſeruent, & qui neſciũt meditentur, ne dum fuerint lapſi, canonicæ ſuccumbant ſententiæ. Sed & hoc interdicimus, vt nullus Epiſcoporum audeat, iuxta ſanctorum canonũ inſtituta quemlibet clericũ bigamum, aut qui viduam duxerit vxorem, ad ſacros ordines promouere, aut alterius ciuitatis clericum ſine dimiſſorijs ſui Epiſcopi ſuſcipere, vel ordinare, neque eum vſurpet, niſi Epiſcopus eius preci- A bus exoratus concedere voluerit, quia hoc ſancti Patres ſtatuerunt. Si quis verò præſumpſerit, canonicas damnationes ſentiat.

* & qui

XXII. Cap. 12.

De presbyteris, diaconibus, ſeu clericis qui inter ſe cauſas habuerint, nullo modo præſumant publicis actoribus interpellationem facere, niſi ſuo Epiſcopo. Et ſi forſitan * Epiſcopus contra eum habuerit, ad vicinum Epiſcopum confugium faciat, iuxta canonum ſtatuta: & ſi minime conuenerit vt decidatur inter eos intentio, apud Apoſtolicam veniat ſedem. Si quis præter ſtatuta agere præſumpſerit, gradus ſui honore priuetur, & ab Eccleſia pellatur * domuſq; cauſa ſuſceperit finem.

* Epiſcopũ contrariũ. * dum vſq;

Veron p. 14. Cap. 13. De conſ. diſt. 1. cap. nullus

B Vt nullus Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ad celebrandum Miſſarum ſolemnia præſumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei aſſiſtere, quoniam & Apoſtolus prohibet viros velato capite orare in Eccleſia: & ſi temerè præſumpſerit communione priuetur.

Cap. 14. * dicta

Vt Epiſcopus aut presbyter, dum ingreſſus fuerit ad Miſſarum ſolemnia celebranda, nullo modo audeat * datâ oratione recedere, vt ab alio Epiſcopo aut presbytero ſuppleantur Miſſarum ſolemnia: ſed qui initium ponit, ſuppleat vſque ad finem. Quia ſcriptum eſt: [b] Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Si quis verò præſumpſerit præter quod poſuimus agere, à ſacro corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus.

[b] Matt. 20.

XXIII.

C Scripſimus de gradibus cognationum, vel quomodo debeant quilibet amodò, & deinceps legitimo coniugio copulari: Et quia diuina clementia nos congregauit in vnum, vt ea quæ neceſſaria ſunt pro ſalute animarum, capitula vobis ea, quæ ſæpius ſcripta ſunt, enarrare ſtudui, ad memoriam vobis quippe reducens, quòd beatæ memoriæ præceſſor noſter Gregorius, huius Apoſtolicæ Sedis iunior PP. propter aliquas illicitas coniunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, ſeu Longobardorum prouinciam, vel in alijs locis, aggregato ſacerdotali collegio promulgatâ ſententiâ, anathematis vinculo obligauit. Sed dũ cerno adhuc populos in eodẽ errore perſiſtere (quod ingemiſcens dico) quoniam Chriſtianorum animæ dum diabolicâ fraude decipiuntur, timeo, ne nos qui rectores animarum vocamur, ſi earum ſalutem prouidere neglexi-

D mus, à iuſto iudice pro illis torqueamur. Sed neque hoc ſilendum eſt, quod in Germaniæ partibus ita diu vulgatum eſt, quod quidem in Archiuo noſtræ ſanctæ Eccleſiæ ſcriptum minime reperimus, ipſis tamen aſſerentibus hominibus de Germaniæ partibus didicimus, quòd beatæ recordationis S. Gregorius Papa, dum eos ad religionem Chriſtianitatis diuinâ gratiâ illuſtraret, licentiam illis dediſſet in quarta ſe copulare generatione, † quod quidem Chriſtianis licitum non eſt, dum vſque ſe cognouerint, ſed dum rudes erant & inuitandi ad fidem, quamquam minimè ſcriptum, vt dictum eſt, reperimus, credere non ambigimus: Deo autem largiente, qui [c] illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, præteritis annis litteras mi-

Iuo p. 9. ca. 20.

† Hæc deſunt in originali, ſunt in collectione Iuonis, ideoq; notatum ad marginem. [c] Ioan. 1.

E ſerunt Archiepiſcopi & Reges prouinciæ illius, petentes Apoſtolica præcepta, qualiter liceat eis coniugia copulare, & quomodo debeant obſeruare. Quibus quantum Dominus dare dignatus eſt, admonitionis præcepta direximus. ſed neque hoc ſilendum eſt perueniſſe ad nos (quod cum grandi triſtitia animi dico) per diuerſa loca huius Italiæ, & Longobardorum partes, ſacerdotes cum ſanctimonialibus feminis, id eſt, monachis habitare. Quod nefarium eſt dicere vel audire contra canones * eſſe ſancita.

* & decreta

XXIV.

Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hoſtis ſtimuli non deſunt: vnde omnino cauendũ & vitandum eſt, fratres mei, ne fallant, & impleatur in eis prophetæ dictum [d]: Sacerdotes eius contaminãt ſancta, &

[d] Sophon. 3.

reprobant legem. Quod & alius propheta increpat dicens: [a] Malach. 1. *[a] Vos ſacerdotes qui ſallitis nomẽ meum, & dixiſtis in qua re feſellimus nomen tuum? Quibus** * al. reſponſum eſt *reſpondendum eſt: offerentes ad altare meum panem pollutum. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus omnipotens. & ſacrificiũ nõ accipiam de manibus veſtris. Pro quo timeo, dilecti mei, ne nobis in capite poſitis, ſi neglexerimus, illud contingat quod Dominus per Prophetam dicit [b]: Ideò paſtores audite verbum Domini. Ecce lac deuoratis, & lanis eorum cooperitis vos, & quod craſſum eſt iugulaſtis, & oues meas diſperſiſtis. Quod infirmũ erat non confirmaſtis, in eo quod male habebat non curaſtis, & contritum non alligaſtis, & quod errabat non conuertiſtis, & quod perierat non requiſiſtis, & diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non ſint paſtores: & factæ ſunt in deuorationẽ omnibus beſtijs agri, nec erat qui requireret, neque qui reuocaret. Propterea oportet nos ſollicitos eſſe, vt de credito miniſterio cùm venerit Dominus, qui talentum nobis ad tempus credidit, duplum illi apportemus lucrum, vt & ipſe in bonis ſuis nos reſpiciat: quia ſcriptum eſt [c]: Beatus ſeruus ille quem cùm venerit Dominus inuenerit ſic facientem.* Hucuſque Zachariæ Papæ capitula ſiue decreta, vel dixeris canones, quos congregatæ ad hoc Synodo cognoſcendos obtulit: de qua Synodo iſta leguntur, ſed mendoſiſſimè in omnibus quæ vidimus exemplaribus.

[b] Ezech. 34. [c] Matt. 24.

XXV. *Præſidente ſanctiſſimo ac ter beatiſſimo Zacharia Papa in baſilica beati Apoſtolorum Principis Petri ante Confeſſionem, pro ſupra memoratis capitulis declarandis vnà cum Epiſcopis ſanctiſſimis, quorum nomina ſubter adnectimus, ad hæc capitula pertractanda, conſidentibus, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimis Epiſcopis, Ioanne Segnenſi, Sabatio Alatrenſi, * Haudentio Peruſino, Artadio Cluſino, Mauritio Hortano, Ioanne Fallaritano, Thoma Florentino, Gaudioſo Bladero, Petro Eſino, * Hirtioſo Sutrino, Andrea Piſaurenſi, Marco * Lucerino, Lando Conſelino, Pelagio Coſentino, Anſredo Tarentino, Munualdo . . . Niceta Gabinate, Vitaliano Auximẽſi * Theophanio Silua cãdida, Martino Verulano, * Venatio Præneſtino, Agnello Ariminẽſi, * Armato Fanẽſi, Ioãne Polimartiẽſi, Benedicto Numẽtano, Ioanne Nepeſino, Griſo Trebiano, Anderamo Biſuntiano, Cæſareo Beneuentano, Ambroſio Auagnino, Theodoro Capuano, Amautio * Nicæno, Theodoro Oſtiæ, Gregorio Orbenetano, Groſſo Senenſi, * Iſſo Sabinenſi, Tiburtino Albano, Gratioſo Villeterno Ancouitano, Gregorio Portuenſi, Tudertino . . . . & venerabilibus presbyteris, Ioanne Archipresbytero, Gregorio, Stephano, alio Stephano Dominico, Theodoro, Anaſtaſio, Andrea, Petro Iordano, Leone, itẽ Leone, Gregorio, Euſtachio, Anaſtaſio, Georgio, Ioanne, Sergio, Theophanio, Procopio, Gaudentio, Epiphanio. Aſtantibus quoque Theophylacto, Arcidio, Gemmulo, Theodoro, Stephano, & Paulo diaconibus, vel cuncto clero Eccleſiæ ſanctæ.*

* Gaudẽtio * al. Gratioſo * al. Lucerina * Epiphanio * Valentio * Amato * Nucerino * Touffo

Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit:

XXVI. *Sanctorum probabilium Patrum exempla nos prouocant, quæ ad firmitatem Orthodoxæ Fidei & ſtatus ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, ſeu Chriſtianæ religionis decreuerunt documenta proſequi, & vt verè ſpeculatores animarum à Deo conſtituti * curam Dominici gregis habere, vt iam & à torpentibus & illicitis cauſis, iuxta egregij Apoſtoli [d] vocem, monendo, arguendo, & increpando, ſubiectorum animas, à fauce deceptoris, & antiqui hoſtis humani generis ſeruatas, valeamus reuelatâ facie [e] gloriam Dei ſpeculari ac dicere: Ecce nos & pueri quos dediſti nobis, non perdidimus ex eis quemquam: ita vt & nos vnuſquiſque mereamur audire deſiderabilem Domini vocem dicentis: [f] Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles presbyteri & diaconi omnes reſpõderunt: Spiritus ſancti gratiâ diffuſâ, cor Apoſtolatûs veſtri ſuccenſum eſt, vt noſtrarum ſimul & ſubiectorum animarum diuino ardore & zelo conſtantiæ prouideat; * quæ quantùm aſſidua magiſtra & domina noſtra Apoſtolica Sedis præſentamur, * tãtò amplius docemur nobis à Deo creditis eſſe plebibus quæ neceſſaria ſunt ad regendam plebem Dei educatis. Animarum lucra ſectemur, & quia à pia cõſideratione bene promiſſum eſt, quæ à veſtro ſancto Apoſtolatu decreta ſunt capitula cum præmiſſis, nobis lectione pãdantur, vt antidoto ſalutari morbus à grege Domini * compellatur, ne deinceps quiſque Romanus aut Longobardus vel cuiuſcumque gentis qui * in te baptizati ſunt attentare præſumat, ve nõ * antè iniquitatis pondere oppreſſus cum diabolo & angelis eius pereat. Placeat potiùs vt illicita vitentur, & funditùs euellantur.* ſicque recitata ſunt ſuperiùs ſcripta capitula atque probata: in fine autem iſta legũtur: *Factum eſt hoc Concilium anno * ſecundo Artabaſdi Imperatoris, nec non & Luithprandi Regis anno trigeſimo ſecundo, Indictione duodecimâ.* FELICITER.

* al. coram dominicũ gregem [d] 2. Tim. 4. [e] Heb. 2. [f] Matt. 25. Ex Concil. Greg. II.

* quia quaſio * tanto * expellatur * inter baptizatos * tantæ

XXVII. CONSTANTINVS EXPVGNAT CONSTANTINOPOLIM.

Sed iam ad res Oriẽtales veniamus, hoc ipſo anno qui tertius numeratur Cõſtantini Imperatoris, menſe Septembris, quo duodecima Indictio incipit, idem Conſtantinus valido exercitu comparato Conſtantinopolim obſidet, cùm ciues magnopetè laborarent annonâ; qui autem miſſi ſunt frumentatum Anaſtaſius à ſecretis & Artabaſdus Comes domeſticorum, à claſſe Conſtantini comprehenſi, ab eodem iuſſi ſunt excæcari. Poſt hæc egreſſus exercitus Artabaſdi Imperatoris, cõferens manus cum militibus Cõſtantini, ſuperatus eſt atque fugatus. creſcente penuriâ coactus eſt ipſe obſeſſis ciuibus vrbis aperire portas, ijs qui imbelles erant egredientibus vt quiſque ſuæ vitę cõſuleret. egreſſi ſunt plures indumẽto muliebri & monaſtico induti habitu, quòd ijs pateret egreſſus.

CONSTANTINVS POTITVR VRBE CONSTANTINOP.

Quarto verò nonas Nouembris, vrgens Conſtantinus vrbem, poſt meridiem in eam ingreſſus eſt, & fugiens Artabaſdus cum filijs duobus captus eſt, moxque ambo priuati oculis. Bagranus Patricius qui opem tulerat Artabaſdo fuit capite amputatus, & honeſto loco ſepultus, poſt triginta annos ab eius vxore effodi oſſa præcepit, & proijci cum biothanatis, ijs ſcilicèt, qui violentâ abrepti morte eſſent, habet iſta omnia plurib. narrata Theophanes, qui & de eius immanitate iſta ſubiungit:

XXVIII. CRVDELITAS CONSTANTINI IMP.

Multos autẽ & alios ex primoribus, qui auxiliati fuerant Artabaſdo, peremit: innumerabiles oculis, & alios manibus, ſeu pedibus ablatos debilitauit. Præcepit autem externis militibus qui ſecum ingreſſi ſunt, introire domos, rapere familiares ciuium res.

Multa quoq; & alia, quin & innumera mala vrbi mõſtrauit. Cumq; Hippodromium celebraret, equeſtres ludos ſcilicèt, *introduxit Artabaſdum vnà cum filijs eius & amicis ligatum per Dippium, ſimul cum Anaſtaſio falſi nominis Patriarcha verberato publicè, & in aſino verſo vultu pendente: quos omnes per Dippium in Circum oſtẽtauit.* ita accidit, ſicut ipſi prędixerat (vt ſuperiùs dictum eſt) ſanctus Germanus Conſtãtinopolitanus Epiſcopus. hæc eadem narrat Zonaras, alijq; Græcorum hiſtoricorum qui pariter teſtantur ab eodẽ Imperatore ipſum Anaſtaſiũ adeò inſigniter ignominiâ affectum, in thronum rurſum reſtitutum, quod non eſſet facilè reperire aliũ, qui eum æquaret impietate.

XXIX. QVID CONSEQVATVR ZACHARIAS PAPA A CONSTANTINO IMP.

Quod autem idem Conſtantinus accepiſſet res benè geſtas à Zacharia Romano Pontifice pro Rauennæ Exarchatu, quem liberâſſet (vt dictum eſt) à Luithprando Reg. Longobardorum, quo eum demereret magis, contineretque in officio, quæ erant iuris Imperij prædia quædam donauit Romanæ Eccleſiæ. hac ſaltem ex parte ei placere deſiderans,

A ſiderans, qui ob hęreſin omnino ſciret ſe illi diſplicere. Scribit iſta Anaſtaſius verbis iſtis; *Hic beatiſſimus vir*, Zacharias videlicèt, *iuxta ritum Eccleſiaſticum* vbi creatus eſt Pontifex; *fidei ſuæ ſponſionis Orthodoxæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ miſit Synodicam, ſimulq́; aliam ſuggeſtionem dirigens Conſtantino Principi. Et pergentibus Apoſtolicæ Sedis Reſponſalibus ad regiã vrbem, inuenêre intra palatium regiæ poteſtatis inuaſorẽ quendam & rebellem* (Artabaſdum nomine) & poſt alia de reſtitutione Cõſtantini locutus, hæc ſubdit:

XXX. *Poſt hæc verò* vbi ſcilicèt Conſtantinus Conſtantinopolitanâ vrbe potitus eſſet, *requirens Miſſum*, Apocryſarium ſcilicèt *Apoſtolicæ Sedis, quẽ ibidem perturbationis temporibus cõtigerat aduenisse, eumq́; repertum ad Sedem Apoſtolicam abſoluit, & iuxta quod beatiſſimus Pontifex poſtulauerat donationem in ſcriptis de* B *duabus maſſis, quæ Nymphas & Normias appellantur, iuris exiſtentibus Reipublicæ, eidem ſanctiſſimo Papæ, ſanctæq́; Romanæ Eccleſiæ iure perpetuo direxit poſſidendas.*

CONSTANTINVS ABSTINET A PERSECVTIONE. hæc Anaſtaſius de rebus geſtis cum Copronymo, qui quòd eſſet hæreticus, venenum, vt ſerpens, in cauda continebat, ſuo tempore euomendum; intentus enim ad ſtabiliendum Imperium interea, nulli fidei cauſâ negocium faceſſebat. Cæterùm Zachariam Pontificem ſæpiùs interpellaſſe Conſtantinum Imperatorem, vt eum ab hæreſi reuocaret, teſtatur Hadrianus Papa [a] in epiſtola ad Conſtantinum & Irenem.

[a] In Concil. Nicæn. 2. act. 2.

IESV CHRISTI
Annus 744.
ZACHARIÆ PAP. Annus 3. CONSTANTINI COPRON. IMP. Annus 4.

I. CHRISTI Redemptoris anno ſeptingẽteſimo quadrageſimo quarto, Indictione duodecimâ, Conſtantinus Copronymus Imperator iam in Imperium reſtitutus, fine impoſito bello ciuili, vt ſedem Imperij, è qua diuulſus fuerat, ſibi magis ſtabiliret, operam dedit, cõcilians ſibi populum, quẽ nimiâ ſæuitiâ admodum exterruerat.

THEOPHYLACTVS EPISC. ANTIOCH. *Quo pariter anno* (inquit Theophanes) *defuncto Stephano Epiſcopo Antiocheno, vbi ſediſſet annos duos, permiſit Prin. eps Sarracenorum conſecrari Theophylactum* D *Edeſſenum in locum eius, virum magnæ virtutis, diuinis chariſmatibus fulgentem.* hæc de his quæ ſpectant ad res Orientalis Eccleſiæ. Res autem Germanorum ſic ſe habent.

CORRIGENDVS BONIFACIVS PER RO. PONTIF. Hoc itẽ anno Virgilius atq; Sidonius viri religioſi, qui & ipſi Dei nutu, ꝓpagãdi Euãgelij cauſâ venerãt in Baioariã (ex Hibernia verò Virgilius, Sidonius vnde, neſcimus) Bonifacio noti, cuius & ſubditi erãt diſciplinę, cùm obortâ aliquãdo occaſiõe, opus eſſet contradicere eidem Bonifacio, veritate cogente, dum ipſi videretur, eſſe rebaptizandos, quos miniſter formâ ſolitâ, ſed vitiatâ Latinitate baptizaſſet: modeſtiæ conſulentes, maluerunt eum monendum eſſe per Romanum Pontificem, quã vrgere publicâ diſputatione coram Eccleſia: Qua- E obrem de his ſcripſêre ad Zachariam Papam. Qui acceptis litteris, ad Bonifacium iſta conſcripſit [b].

[b] Zachar. ep. 4. tom. 2. ep. Rom. Põtif. & in Vita S. Bonif. lib. 2. cap. 3.

II. *Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.*

Virgilius & Sidonius viri religioſi apud Baioariorum prouinciã degentes, ſuis apud nos litteris vſi ſunt, per quas intimauerunt, quòd tua reuerenda fraternitas eis iniungeret, Chriſtianos denuò baptizare. Quod audiẽtes, nimis ſumus conturbati, & in admirationem quamdã incidimus, ſi habetur, vt dictum eſt. Retulerũt quippe, quòd fuerit in eadem prouincia ſacerdos, qui Latinã linguam penitùs ignorabat, & dum baptizaret, neſciens Latini eloquij, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patria & Filia & Spiritua ſancta. Et per hoc tua reuerenda fraternitas conſiderauit rebaptizare.

DE NON ITERANDO BAPTISMO EX FALSA LATINITATE. *Sed ſanctiſſime frater, ſi ille qui baptizauit, non errorem introducens ac hæreſim, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, vt ſuprà fati ſumus, baptizans dixiſſet: non poſſumus conſentire, vt denuò baptizentur: quia (quod bene tua cõpertum habet ſancta fraternitas) quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari debeat, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debeat. Nam, ſanctiſſime frater, ſi ita eſt, vt nobis relatum eſt, non ampliùs a te illis prædicentur huiuſmodi, ſed* B *vt Patres ſancti docent & prædicant, tua ſanctitas ſtudeat conſeruare. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data Kalẽdis Iulij, imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato magno Imperatore anno vigeſimo ſexto, Imperij eius anno quarto, Indictione duodecimâ.*

His acceptis litteris Bonifacius, vt pacis filius, tamquam diuino oraculo, Apoſtolicę Sedis ſentẽtiæ acquieuit; ita vt de eadem cõtrouerſia nullum ampliùs reperiatur factum verbũ: Sed quomodo poſt hæc inter eoſdẽ viros ſanctiſſimos, qui excellentiâ meritorum videbantur eſſe columnæ, niſus eſt diabulus in damnum nouellæ coaleſcentis Ec- C cleſiæ concitare diſcordias; & quomodo eædẽ Dei benignitate fuerunt citò conuulſæ, ſuo loco dicemus. Inter hæc autem cum idem Bonifacius proditione domeſtici ſerui apud Pipinum Regem calumnijs ſe oppreſſum ſciuiſſet: ad eumdem Regem has litteras dedit.

III BONIFACII EPIST. AD PIPINVM REGEM. *Domino excellentiſſimo Pipino Regi Francorum Bonifacius Epiſc. in Domino ſalutem.*

Celſitudini veſtræ clementiæ magnas gratias agimus, & Dominum Ieſum Chriſtum precantes, vt vobis in Regno cælorum æternam mercedem retribuat, eò quòd petitiones noſtras clemẽter exaudire dignati eſtis, & ſenectutem meam, atque infirmitatem conſolari. Nunc autem, glorioſe fili, cognoſcas, quia per miſericordiam Dei credo, quod poſſum in veſtro ſeruitio iterum eſſe. Propterea petimus vos, vt nobis indicetis, ſi ad Placitum iſtum debeamus venire, vt veſtram voluntatem perficiamus. Quidã ſeruus D *Eccleſiæ noſtræ & ipſe mendaciſſimus, qui nos arte fugiebat, Anſfridus nomine, veniens ad nos cum indiculo veſtro, rogans vt ei iuſtitiam faceremus: miſimus illum ad vos cum ipſis litteris cum Miſſo noſtro, vt cognoſcatis quã mentitus eſt vobis, petentes vt nos pro mercede veſtra defendatis contra tales falſarios, & eorum mendacijs non credatis. Valete in Domino ſemper.* hactenùs litterę Bonifacij ad Pipinum, qui ſolicitè curans res, quæ ad Francorum Eccleſias ſpectant, hoc eodem anno litteras dedit, atque legationem miſit per Eobanũ presbyterum ad Zachariam Romanum Pontificẽ, vt ipſum de multis quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectarent, conſuleret, idq́; etiam nomine E- E piſcoporum & aliorum eiuſdem regni Francorum Chriſtianæ legis cultorum Principum.

Non defuit ſanctiſſimus Pontifex eiſdẽ in omnibus ſatisfacere, Quamobrem reſcripſit ad Pipinũ, atq; Epiſcopos, Abbates, & alias Francorum ſubliniores poteſtates epiſtolam, vigintiſeptem capita reſponſionum continẽtem, quam nnmquã hactenùs editam, ob ſcribentis & ad quẽ ſcripſit inſignes perſonas, hic cudendam curauimus, ſic ſe habet [c].

[c] Ex Bibl. Vatic. ſcrip. Cod. Cõcil.

Domino excellentiſſimo atq; Chriſtianiſſimo Pipino Maiori domus, ſeu dilectiſſimis nobis vniuerſis Epiſcopis Eccleſiarum, & religioſis Abbatibus, atque cunctis Deum timentibus Principibus in regione Francorum conſtitutis,

Zacha-

Zacharias Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ in Domino ſalutem.

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ AD PIPINUM REGEM ET EPISCOPOS.

Gratia vobis & pax à Deo Patre omnipotente, & Domino Ieſu Chriſto, vnico Filio eius, & à Spiritu ſancto miniſtretur. Gaudio magno gaudemus in Domino, addiſcentes per relationẽ ſublimiſſimi atq; à Deo ſeruati prædilecti filij noſtri Pipini, veſtram omnium bonam conuerſationem: & quòd vt in bonis & Deo placitis diſpoſitionibus vnanimes, atque cooperatores eſtis: ita & Eccleſiæ Dei venerabilia loca per vniuerſam veſtram prouinciam ſita, atque eorum præſules, ſacerdotes & religioſos Abbates, vt condecet, in ſancto habitu & conuerſatione ſacerdotali conſeruetis, vacantes orationibus, inſiſtentes precibus ad implorandam diuinam potentiam, & cælitùs victoriam tribuendam aduerſus paganas & infideles gentes propugnatoribus veſtris.

V. Etenim vobis in vera confeſſione, & ſimplici cordo ad
[a] Exod. 17. Deum accedentibus, ſicut Moyſes [a] ille amicus Dei orando
[b] 1. Reg. 14. pugnabat, & Ionathas [b] cum populo Iſrael bella Domini prælliando vincebat: ita & vos agere oportet, chariſſimi mihi, vt ſitis adiutores populo veſtro orando, & bonis actibus inhærẽdo, declinantes à curis, & negocijs ſæcularibus. Scri-
[c] Pſal. 45. ptum eſt enim: Vacate [c] & videte quoniam ſuauis eſt Do-
[d] Pſal. 33. minus. Et iterum: [d] Accedite ad eum, & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcant. Principes & ſæculares homines, atq; bellatores conuenit curã habere & ſolicitudinem contra inimicorum aſtutiam, & prouinciæ defenſionem. Præſulib. verò, ſacerdotibus, atq; Dei ſeruis pertinet ſalutaribus conſilijs atq; orationibus vacare, vt vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtãte, prouincia ſalua perſiſtat, fiatq; vobis in ſalutem, laudem, & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe præſulatus veſter apparebit in ſanctitate, & principatus dilecti filij noſtri Pipini approbabitur per ſubiectorum poteſtatem, & bonum diſpoſitum.

Itaque vt flagitauit à nobis cum veſtro conſultu ſuperiùs effatus filius noſter Pipinus, vt de omnibus capitulis quibus innotuit, reſponſum demus: in quantum Domino dante valemus: de vnoquoq; capitulo inferiùs conſcriptũ, iuxta quod à ſanctis Patribus traditum habemus, & ſacrorum canonum ſanxit auctoritas: etiam nos quod, Deo inſpirante, Apoſtolicâ auctoritate decernere potuimus, mandauimus in reſponſis.

VI. Primum capitulum. Quomodo honorari debeat Metropolitanus Epiſcopus coram Epiſcopis, & parochialibus presbyteris, in Canone ſanctorum Apoſtolorum, capitulo xxxv. ſcriptum eſt: Epiſcopos gentium ſingularum ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil ampliùs præter eius conſcientiam gerant: cùm illis ſolis ſingula quæ parochiæ propria, & villis quæ ſub ea ſunt, competant. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid. Sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto. Item in canone Concilij Antiocheni, capitulo ix. continetur ita: Per ſingulas regiones Epiſcopos conuenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum totius prouinciæ ſolicitudinem gerere: propter quod ad Metropolim omnes vndique, qui negocia videntur habere, concurrent: vnde placuit eum & honore præcellere, & nihil præter eum cæteros Epiſcopos agere, ſecundùm antiquam à Patribus regulam conſtitutam, niſi ea tantùm quæ ad ſuã diœceſim pertinent, poſſeſſionesq; ſubiectas. Vnuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, vt regat iuxta reuerẽtiam ſingulis competentem: & prouidentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub ea eſt poteſtate. Item vt presbyteros & diaconos ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Ampliùs autem nihil agere præter Antiſtitem Metropolitanum tentet: nec Metropolitanus aliquid gerat ſine cæterorum ſacerdotum conſilio, item ex libro Decretorum beati Leonis Papæ capitulo xxxij. continetur. Igitur ſecundùm ſanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos & totius mundi reuerentiâ conſecratos, Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tua cura prætenditur, ius tradita ſibi antiquitùs dignitatis intemeratũ habere decernimus, ita vt à regulis præſtitutis nullâ aut negligentiâ aut præſumptione diſcedãt, aut in habitu, aut inceſſu ſanctitatis. Nam & nos ab Apoſtolica auctoritate ſubiungimus, vt Epiſcopus iuxta dignitatem ſuam indumentis vtatur. Simili modo & presbyteri Cardinales, & qui in monaſtica vita velle habeant viuendi, plebi quidem ſibi ſubiecta, præclariori veſte induti, debitum prædicationis perſoluant: & in ſecreto propoſitum ſeruent ſui cordis, vt qui videt in abſcondito Deus reddat illis in palam. Scriptum quippe eſt: [e] Quæ dicitis in [e] Pſal. 4.
cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Non enim nos honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum.

VII. Monachi verò laneo indumento, iuxta normam & regulam monaſticæ diſciplinæ, atque traditionem ſanctorũ probabilium Patrum, ſine intermiſſione vtãtur. Sic enim abrenuntiantes ea quæ ſæculi ſunt, totâ ſe Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent abſtinere: vt quãtum corpore ſuo ſuſtinuerint laborem, tantum remunerationis præmium à Deo percipere mereantur. Apoſtolis [f] [f] Matth. 10.
quippe diuinum datum eſt mandatum, duas tunicas non habendi. Tunicas dixit itaque, laneas, non lineas. Qui ergò obedierit Dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam. Item ex canone Antiocheni Cõcilij capitulo decimo, de his qui vocantur Chorepiſcopi, decretum eſt: Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſint: tamen ſanctæ Synodo placuit, vt modum proprium cognoſcant, & gubernent ſubiectas ſibi Eccleſias, earumq; moderamine curâq; contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos, atque exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum verò, nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione addictus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus quo vtebatur honore priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.

Secundo capitulo de Epiſcopis, presbyteris, & diaconis damnatis, quòd priſtinum officium vſurpare non debeant, ex libro canonum ſanctorum Apoſtolorum capitulo xxix. dictum eſt: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus iuſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitùs abſcindatur.

VIII. Tertium capitulum, de presbyteris ſuperuenientibus, ex Concilio Carthaginenſi, capite vndecimo: Si quis presbyter contra Epiſcopũ ſuũ inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit. Si quis presbyter à Præpoſito ſuo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbiâ (quod abſit) inflatus ſecernendo ſe ab Epiſcopi ſui communione ſubduxerit, ac ſeparatim cum aliquibus faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam iuſtam aduerſus Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.

Quartum capitulum. De presbyteris agrorum, quã obedientiã debeant exhibere Epiſcopis, & presbyteris Cardinalibus, ex Concilio Neocæſarienſi capitulo xiij. ita continetur: Presbyteri ruris in Eccleſia, ciuitatis Epiſcopo præſente, vel presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò abſentes fuerint, & ad dandam orationẽ vocentur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe, vt quod miniſtrauerint, propter ſtudium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

Quintum capitulum, de monachis, id eſt, ancillis Dei

de qui-

de quibus flagitatum, ſi liceat eis * *ad Miſſarum ſolem-*
nia, aut Sabbato ſancto publicè lectiones legere, & ad Miſ-
ſas pſallere, aut Alleluia, vel reſponſorium. De his in De-
cretorum libro beati Gelaſij Papæ capitulo xxxij. *deſtina-*
tum eſt, quod nefas ſit, fœminas ſacris altaribus miniſtra-
re, vel aliquid ex his quæ virorum ſunt officijs deputata
præſumere. Nihilominus impatienter audiuimus, tantum
ſacrarum rerum ſubiiſſe deſpectum, vt fœminæ ſacris alta-
ribus miniſtrare firmentur, cunctáq; quæ nõ niſi virorum
famulatui deputata, ſexum cui non competit, exhibere:
niſi quòd omnium delictorum, quæ ſigillatim perſtrinxi-
mus, noxiorum reatus omnis & crimen eos reſpicit ſacer-
dotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè
publicando prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant.

IX. Sextum capitulũ, *de viduis, ſi poſſint in proprijs ha-*
bitaculis ſuis ſaluare animas. Item ex eodem libro capitulo
xxi. ita continetur: Vt viduæ non velentur à pontifici-
bus; & ſi profeſſam continentiam propoſito mutato cal-
cauerint, ipſæ pro ſe rationem Deo pro ſuis ſint actionibus
reddituræ. Nam de viduis ſine vlla benedictione velandis,
ſuperiùs diximus latiùs differendum: quæ ſi propriâ vo-
luntate profeſſam coniugij caſtitatem mirabili mente cal-
cauerint, periculi eius intererit, quali Deum debeat ſatiſ-
factione placare. Sicut enim, ſi ſe forſitan continere non
. Cor. 7. *poterat, ſecundùm* ª *Apoſtolum nullatenus nubere veta-*
batur: ſic habita ſecũdùm deliberationem, promiſſam Deo
pudicitiæ fidem debuit cuſtodire. Nos autem nullum tali-
bus laqueum debemus inijcere, ſed ſolum adhortationes
præmij ſempiterni, pœnaſque proponere diuini iudicij, vt
noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem
Deo reddat intentio.

Septimum capitulum *de laico pellente ſuam coniu-*
gem: ex canone ſanctorum Apoſtolorum capite xlviij. Si
quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio
dimiſſam duxerit, communione priuetur.

X. Octauum capitulum, *de presbyteris, & diaconis,*
qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum
collectas faciunt, ex canone Antiocheni Concilij capite v.
promulgatum eſt: Si quis presbyter, aut diaconus Epiſco-
pum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſtrauerit,
& ſeorſum colligens altare conſtituiſſet, & commonenti
Epiſcopo nõ acquieuerit, nec conſentire vel obedire volue-
rit ſemel & iterum vocanti: hic damnetur omni modo,
nec vltra remedium conſequatur, quia ſuam recipere non
poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam turbare & ſolicitare
perſiſtit, tamquam ſeditioſus per poteſtates exteras oppri-
matur.

Nonum capitulum *de clericis, & monachis nõ ma-*
nentibus in ſuo propoſito, quod interrogatum eſt, in cano-
ne Chalcedonẽſi capite ſeptimo decretum eſt: Qui ſemel in
clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expetiuerũt:
ſtatuimus neq; ad militiã, nec dignitatem aliquam veni-
re mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes pœnitẽ-
tiam, quò minùs redirent ad id quod propter Deum pri-
mitùs elegerint, anathematizari.

XI. Decimum caput, *de clericis qui ſunt in ptochijs, mo-*
naſterijs, atq; martyrijs, ex canone Chalcedonenſis Conci-
lij capite nono ita decretum eſt. Clerici qui præficiuntur
ptochijs, vel ordinantur in monaſterijs, & baſilicis Marty-
rum, ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt,
ſecundùm ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate per-
maneant: nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo deſiliant.
Qui verò audent euertere huiuſmodi formam quocumq;
modo, nec proprio ſubijciuntur Epiſcopo, ſiquidem clerici
ſunt, canonum correptionibus ſubiacebunt: ſi verò laici
vel monachi fuerint, communione priuentur.

Vndecimum caput: *Qui clerici etiam ab vxoribus*
abſtinere debeant, ex Concilio Africano capite xxxvij. ita
continetur. Præterea cùm de quorundam clericorũ quã-
uis erga proprias vxores incontinentia referretur, placuit,
A *Epiſcopos & presbyteros, ſeu diaconos, ſecundum propria*
ſtatuta etiam ab vxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab
Eccleſiaſtico officio remoueantur. Cæteros autem clericos
ad id non cogi, ſed ſecundùm vniuſcuiuſque Eccleſiæ con-
ſuetudinem obſeruari debere.

Duodecimum caput, *de his qui vxores aut viros di-*
mittunt, vt ſic maneant, ex Concilio ſuprascripto Africa-
no, capite lxix. ita continetur: Placuit vt ſecundùm Euã-
gelicam & Apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab v-
xore, neq; dimiſſa à marito alteri coniungantur: ſed ita
maneant, aut ſibi inuicem reconcilientur. Quod ſi contẽ-
pſerint, ad pœnitentiam redigantur.

Decimumtertium caput: *Inquiſitum eſt quod mo-* XII.
nachus ſi clericus factus fuerit, quid agere debeat. Ex de-
B *creto beati Innocentij Papæ capite xvij. continetur: De mo-*
nachis qui diu morantur in monaſterijs, & poſtea ad cle-
ricatus ordinem peruenerint; non debere eos à proprio pro-
poſito deuiare. Aut enim ſicut in monaſterio fuit, & quod
diu ſeruauit, in meliori gradu poſitus amittere non debet:
aut ſi corruptus poſtea baptizatus, & in monaſterio ſedens
ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino
habere non poteſt, qui nec benedici cum ſponſa poteſt iam
anteà corruptus. Quæ forma ſeruatur in clericis, maximè
cùm vetus regula hoc habeat, vt quiſque corruptus bapti-
zatus clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe vxorem omnino
non ducere.

Decimumquartum caput: *Quod presbyteri, aut di-*
aconi ſi in aliquo crimine prolapſi fuerint, non poſſint per
C *manus impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi. In*
decreto beati Leonis Papæ, capite decimo ſexto decretum
eſt ita: Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, vt qui in
presbyterali honore aut diaconij gradu fuerint conſecra-
ti, hi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem re-
medium accipiant pœnitendi. Quod ſine dubio ex Apoſto-
lica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: Sa-
cerdos ſi peccauerit, quis orabit pro illo? Vnde huiuſmodi
lapſis ad promerendam miſericordiam Dei ſecreta eſt ex-
petenda ſeceſſio, vbi illis ſatisfactio fuerit digna, & etiam
fructuoſa.

Decimumquintum caput, *pro eo quod interrogatũ* XIII.
eſt de laicis, qui Eccleſias in ſuis proprietatibus conſtruunt,
quis ipſas debeat regere, aut gubernare: A ſanctis Patribus
D *ita ſtatutum eſt, & in præceptis Apoſtolicis ſic continetur,*
iuxta petitoris imploratum, vt ſi in quolibet fundo cuiuſ-
cumque iuris oratorium ſiue baſilica fuerit conſtructa, pro
eius deuotione in honorem cuiuſcumque ſancti, in cuius E-
piſcopi parochia fuerit fundatum oratoriũ, percepta pri-
mitùs donatione legitima, id eſt, præſtãte tot, geſtiſq; mu-
nicipalibus allegata, prædictum oratorium per Miſſas pu-
blicas ſolemniter conſecrabis: ita vt in eodem loco nec fu-
turis temporibus, baptiſteria conſtruantur, nec presbyter
conſtituatur Cardinalis. Sed & ſi Miſſas ibi facere malue-
rit, ab Epiſcopo nouerit presbyterum poſtulandum, quate-
nus nihil a quolibet alio ſacerdote vllatenus reſiſtatur, niſi
ab Epiſcopo fuerit ordinatum.

Decimumſextum caput: *De clericis qui proprias*
E *Eccleſias relinquũt, quid de eis agi debeat, ex Canone ſan-*
ctorum Apoſtolorum capite xv. ita cõtinetur. Si quis pref-
byter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum re-
linquens propriam parochiam pergat ad alienã, & omni-
nò declinans præter Epiſcopi ſui conſciẽtiam in aliena pa-
rochia commoretur, hunc vlteriùs miniſtrare nõ patimur,
præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo redire contempſerit in ſua
inquietudine perſeuerans, ſed tamquã laicus ibi cõmunicet.

Decimum ſeptimum caput: *Item pro Epiſcopis, qui* XIV.
alterius clericos ſuſceperint, vt excommunicentur, in eode
Concilio capite xvi. continetur: Epiſcopus verò, apud quẽ
memoratus eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſatio-
nem pro nihilo reputans tamquã clericus forte ſuſceperit.
velut magiſter inquietudinis, communione priuetur.

Decimum octauum: *Qui clerici vxores ſortiri debeant, in 4. & 7. capitibus canonum ſanctorũ Apoſtolorum decretũ eſt. Innuptis autem qui ad clerũ prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant, ſed lectores cantoreſq; tantummodo.*

Decimum nonum caput: *Vt nullus presbyter, aut diaconus ſine commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis, in eodem Canone ſanctorum Apoſtolorum continetur: Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, ſeu diaconorum ſine commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis: & cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs: & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: ſin minùs, neque neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia à ſurreptione multa proueniunt.*

Vigeſimum caput: *de virginibus velatis, ſi deuiauerint, quid de illis agẽdum ſit, in libro Decretorum beati Innocentij Papæ, capite decimonono adſertum eſt: Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt, & à ſacerdote velantur, ſi poſtea vel publicè nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, nõ eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is cui ſe adiũxerat, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur: quæcumq; viuente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendi pœnitentiam licentia concedatur, niſi vnus ex his fuerit defunctus: quantò magis de illa tenẽda eſt, quæ ante immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſteà humanas ad nuptias tranſmigrauit?*

XV. Vigeſimum primum caput. *Idẽ de non velatis virginibus, ſi deuiauerint, in eodem libro, vigeſimo capite continetur: Hæ verò quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulauerunt permanere, licèt velatæ nõ fuerint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquãto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſione eiuſmodi tenebãtur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nullâ ratione diſſolui: quantò magis iſta pollicatio, quam cum Deo pepigit, ſolui ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere damnationem, quæ primam fidem irritã fecerunt: quantò potiùs virgines, quæ prioris promiſſionis fidẽ frangere conatæ ſunt? Hæc ita q; fratres cariſſimi, ſi plena vigilãtia fuerint ab omnib. Dei ſacerdotib. obſeruata, ceſſabit ambitio, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritualis feruore flagrabit, pax prædicata labijs cum voluntate animi cõcordabit: implebitur edictum Apoſtoli*[a], *vt vnanimes vnum ſentientes permaneamus in Chriſto: nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes: non hominibus, ſed Deo noſtro Saluatori placentes.*

[a] Philip. 2.

XVI. Vigeſimum ſecundum caput, *de his quæ duob. fratrib. nupſerunt, vel qui duas ſorores vxores acceperint, in Concilio Neocæſarienſi, capite vndecimo, continetur: Mulier ſi duob. fratrib. nupſerit, abijciatur vſq; ad mortẽ. Verumtamen in exitu propter miſericordiã, ſi promiſerit, quod facta incolumis huius coniunctionis vincula diſſoluat, fructu pœnitentiæ in vita permanente**. *Nos autẽ gratiâ diuinâ ſuffragante, iuxta prædeceſſorũ, & anteceſſorũ Pontificum decreta multo ampliùs confirmantes dicimus, vt dum vſque ſeſe generatio cognouerit, iuxta ritũ & normam Chriſtianitatis & religionis Romanorũ nõ copulentur coniugijs. Sed nec ſpiritualẽ, id eſt, cõmatrẽ, aut filiã, quod abſit, quis ducat temerariè auſu vxorẽ. Eſt namq; nefas, & pernicioſum peccatũ corã Deo, & Angelis eius. In tantũ enim graue eſt, vt nullus ſanctorum Patrum, neq; ſanctarum Synodorum aſſertiones, vel etiam in Imperialib. legibus quiſpiam iudicatum ſit, ſed terribile iudicium Dei metuentes ſiluerunt ſententiam dare.*

Vigeſimum tertium caput, *de his qui homicidium ſponte perpetrauerunt, in xxi. capitulo Anquirani Concilij continetur: Qui voluntariè homicidium fecerunt, pœnitẽtiæ iugiter ſe ſubmittant, perfectionem vitæ verò circa exitum conſequantur.*

Vigeſimũ quartum caput, *de his qui homicidium nõ ſpontè perpetrauerunt, in eodem canone, vigeſimo quinto capite cõtinetur: De homicidijs non ſpõtè commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptem annorum pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit: ſecunda verò, quinquennij tempus explere.*

XVII. Vigeſimumquintum caput, *de his qui adulteras habent vxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur, in Concilio Anquirano capite decimonono continetur: Si cuius vxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium cõmiſerit, ſeptem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem conſequi ſecundùm priſtinos gradus.*

Vigeſimum ſextum caput, *de monachis, & virginibus propoſitum non ſeruãtibus, in libro Decretorũ beati Siricij Papæ, cap. vi. continetur: Præterea monachorum quoſdam, atq; monachatum abiecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciuiam, vt prius clãculo, vel ſub monaſteriorum prætextu illicitá ac ſacrilegá ſe contagione miſcuerint: poſteà verò ad abruptam conſcientiæ deſperationem perducti, de illicitis complexionibus liberè filios procrearent. Quod publicè leges, & Eccleſiaſtica iura condemnant. Has igitur impudicas deteſtabileſq; perſonas monaſteriorum cœtu, electorumq; conuentibus eliminandas eſſe, quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continuá lamentatione deflentes, purificato poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem, ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubuenire.*

Vigeſimum ſeptimum caput, *de his quæ non coactè ſed propria voluntate virginitatis propoſitum ſuſceperunt, quod delinquant cum nupſerint, etſi nondũ fuerint conſecratæ, in libro Decretorum beati Leonis Papæ, capite vigeſimo octauo continetur: Puellæ, quæ non coactè parentum imperio, ſed ſpõtaneo iudicio virginitatis propoſitum atq; habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, præuaricantur, etiã ſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit: cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.*

XVIII. *Hæc itaq;, cariſſimi nobis & dilectiſſimi, quæ ſuperiùs annexa ſunt, in quantum miſerante Deo valuimus, inter cætera cap. deflorantes, tam ſanctorum Apoſtolorum, quam etiam beatorum Patrũ ſanctiones, ſeu etiam probabilium & beatiſſimorum Pontificum decreta, vt vniuſcuiuſq; capituli ſentẽtia continet, in breui eloquio perſtringentes, ad veſtri præſulatus notitiam, & prædicationem, atq; populi vobis à Deo crediti ædificationem mandauimus miniſtranda atq; perſoluenda: hortantes veſtrã omnium prudentiſſimam ſanctitatem, & procerum dilectionem, vt omnimodá ratione non declinantes à dextris aut ſiniſtris, ſed viam regiam incedẽtes, fortiſſimè obſeruetis Apoſtolica mandata. Cæterum hæc, amantiſſimi nobis, dedimus vobis in mandatis, vt nec nos coram Deo de taciturnitate induamur, nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem, ſicut ſcriptum eſt in Dominico præcepto:*[b] *Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatũ non haberent. Itaque nihil excuſationis adhibentes, omnium rationabilium animarũ ſalutem procuretis, ita currentes in agone, vt non vituperetur miniſterium veſtrum, ſed magis de palma victoriæ brauium accipiatis, iuxta egregij Apoſtoli dictum:*[c] *Habẽtes bonis actibus inhærendo repoſitam coronam iuſtitiæ in ſiderea manſione, quam vobis reddat in illum diem iuſtus iudex, Dominus Deus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit in vnitate cum Deo Patre omnipotente, & Spiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.* hactenùs epiſtola Zachariæ Romani Pontificis ad Pipinum & Francorum Epiſcopos miſſa.

[b] Ioan. 15.

[c] 2. Tim. 4.

Vt autem quæ in ea ſcripta eſſent obſeruarentur, Bonifacio mandauit, cui & litteras dedit, vt Concilium cogeret, deq; his omnib. canonicè cuſtodiendis inter Epiſcopos ageret. Extat ipſa Za-

chariæ

chariæ ad Bonifacium de his hoc anno data epiſtola, quæ ſic ſe habet: A

XIX.

Reuerendiſſimo Bonifacio Coëpiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei [a].

[a] Habetur in Actis S. Boniſ. lib. 2. cap. 7.

Egregius nos admonet Apoſtolus Paulus in eo quod ait: [b] *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Hinc eſt ergo quod per ſpiritualis caritatis vinculum, etſi corpore abſentes, ſpiritu tamen ſemper fraternitati tuæ ſumus præſentes, & in noſtris orationib. memoriã tui agere non deſiſtimus, petẽtes immenſam Domini noſtri pietatẽ, vt ad peragendum ſuũ te cõfirmet miniſteriũ, quatenùs in die aduentus eius illã placabilẽ merearis vocẽ proferre:* [c] *Ecce ego & pueri mei quos dediſti mihi, non perdidi ex* [d] *eis quemquã: vt continuò cũ ceteris Sanctis illa ſuperna vocationis dicta audias:* [e] *Venite benedicti Patris mei percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* B

[b] 1. Cor. 11.
[c] Iſai. 8.
[d] Ioan. 18.
[e] Matt. 25.

Agnoſcas igitur, cariſſime, flagitaſſe à nobis Pipinum excellentiſſimum Maiorem, domus gentis Francorũ per ſuũ hominẽ nomine Audobanum religioſum presbyterum aliquanta capitula de ſacerdotali ordine, & quæ ad ſalutem animarũ pertinẽt; ſimul etiam pro illicita copula, qualiter ſe debeant cuſtodire iuxta ritum Chriſtianæ religionis, & ſtatuta ſanctorum Patrum, inquiſiſſe. Et quamquam de hoc iã experta ſit tua ſancta fraternitas, quæ à nobis ſunt decreta; illius tamen votis aures accommodantes, in breui elogio ſcripta Apoſtolica documenta direximus. Quæ vt in ſacerdotali collegio pandantur, tuam ſanctitatem ibi euocare dedimus in mandatis.

XX. DE COGENDO CONCILIO IN CAVSA PSEVDO APOSTOLORVM.

Cumq; pro hac re aggregatũ fuerit Concilium, in medium deducantur illi ſacrilegi & contumaces, Aldebertus, & Godalſacius, & Clemens, vt eorum denuo ſubtili indagatione cribretur cauſa. Quos ſi deuiantes à rectitudinis tramite vſquequaq; repereritis, & conuicti fuerint nolle ad viã rectam conuerti, vt bonũ atq; placitũ nobis videtur, cum Principe prouinciæ diſponite ſecundum canonum ſacrorũ ſtatuta. Si autẽ in ſuperbia perſtiterint contumaciter, proclamantes ſe reos non eſſe, tunc cum probatiſſimis & ſanctiſſimis ſacerdotib. trib. vel duob. ad nos dirigite viros, vt profundã inquiſitione corã Sede Apoſtolica eorum inquiratur cauſa, & iuxta quod meruerint, finẽ ſuſcipiãt. Age itaq; frater dilectiſſime, in miniſterio tibi commiſſo, vt ab omnipotenti Deo præmium recipiens, æternam vitam cõſequi merearis. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. hactenus Zachariæ epiſtola, quæ licèt ſine anno & Indictione data habeatur in Actis S. Bonifacij Moguntini Epiſcopi, in Romana tamẽ editione data habetur anno vigeſimo octauo eiuſdem Conſtantini, ex quo cũ patre regnare cœpit, & anno ſexto ex quo poſt patrẽ ſolus imperauit. Verũ tamen errorẽ in numerũ oportet irrepſiſſe, ſiquidẽ non ſibi cohærent: nam vigeſimus octauus Imperij annus, idem octauus erit & non ſextus, ex quo ſolus regnare cœpit, cùm tamen vterq; numerus reperiatur eſſe mendoſus, vt quæ dicentur anno ſequenti, ſignificant, cum cauſa Aldeberti primùm per Bonifaciũ in Concilio cognita oſtẽditur, & poſteà in alio Cõcilio Romano eſt diſcuſſa, miſſis iã Actis Romã ex Germania, nõ autẽ perſonis, quòd perdifficilis eſſet eorum Romam deductio. Quæ autem de his per Zachariam in Romano Concilio geſta ſint, ſuo loco dicturi ſumus.

XXI. TEMPVS OBITVS LVITHPRANDI REGIS.

Hoc anno cõtigit obitus Luithprandi Regis Lõgobardorum: qui enim (vt vidimus) regnare cœpit anno Redẽptoris ſeptingenteſimo duodecimo, & tenuit regnũ (vt Paulus docet) annos triginta vnũ, & menſes inſuper ſeptẽ, ad præſentem annum peruenit. Certè quidẽ ſub Indictione duodecima fuiſſe ſuperſtitem teſtantur Acta Synodi Romanæ ſub Zacharia, de qua diximus anno ſuperiori. Sed & cùm ex publicis monumẽtis numeretur annus ſecundus Rachiſij Regis ſucceſſoris eius anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto, iſtud ipſum confirmat. De eius obitu, & tempore regni eius Paulus Diaconus hæc habet in fine ſuæ hiſtoriæ rerũ Longobardorũ. *Luithprandus poſtquam triginta & vno anno, ſeptemq; menſib. principatũ obtinuit; iam ætate maturus huius vitæ curſum expleuit. Corpus eius in baſilica beati Hadriani Martyris, vbi & eius requieſcit genitor, ſepultum eſt. Fuit autem vir multæ ſapientiæ, conſilio ſagax, pius admodũ & pacis amator, bello potens, delinquentib. clemens, caſtus, pudicus, orator peruigil, eleemoſynis largus, litterarũ quidem ignarus, ſed philoſophis æquandus, nutritor gentis, legum augmentator. Hic initio regni ſui Baioariorum plurima caſtra cepit, plus ſemper orationibus quàm armis fidens, maximã ſemper curã Frãcorum, Auarumq; pacem cuſtodiens.* hucuſq; Paulus. B

QVALIS LVITHPRANDVS.

XXII. LVITHPRANDI NON OMNIA LAVDE DIGNA.

Verùm plurima de eodẽ Rege prætermiſiſſe ſatis euidenter ſcriptis Anaſtaſij conuincitur, ſed haud rerum ignoratione, cùm his temporibus vixerit, ſed, vt apparet, ne tanto viro nota inureret, ſi quæ in S. Petri baſilica perpetraſſet, fideli ſtylo proſecutus eſſet. Cùm tamen non negandũ ſit, multa fuiſſe eiuſdem Principis laude digniſſima, licèt interdum furor in malũ præcipitẽ egerit: vt planè de illo dicẽdum ſit, quod de Theodoſio S. Ambroſius, ad ipſum ſcribens, dixit: [f] *Quod habeas fidei ſtudium, non poſſum negare, quod Dei timorem, non diffiteor, ſed habes naturæ impetum, quem ſi quis lenire velit, citò vertes in miſericordiam: ſi quis ſtimulet, in maius exſuſcitas, & vt eum reuocare vix poſſis.* ita quidem comparatus Luithprandus, ad veniam facilis ſi orator accederet. Quænã aũt pietatis monumenta reliquerit, præter illa quæ dicta ſunt de impẽſo opere in trãſferendo ex Sardinia ſancti Auguſtini venerãdum corpus, hæc idem Paulus Diaconus habet: C

[f] Ambroſ. ep. 28.

XXIII. SACRA ÆDIFICIA A LVITHPRANDO ERECTA.

Hic glorioſiſſimus Rex multas in Chriſti honore per ſingula loca vbi degere ſolebat, baſilicas conſtruxit. Hic monaſterium beati Petri, quod foras muros Ticinenſis ciuitatis ſitum eſt, & Cœlum aureum appellatur, inſtituit. In ſumma quoque Bardonis Alpe monaſterium quod Bercetũ dicitur, ædificauit. In Olonna nihilominus ſuo proprio ſtrenuoque opere in honorem S. Anaſtaſii Martyris Chriſto domicilium ſtatuit, in quo & monaſterium fecit. pari etiã modo multa per loca ſingula diuina templa inſtituit. Intra ſuum quoque palatium oraculum Domini Saluatoris ædificauit: & quod nulli alij Reges habuerant, ſacerdotes & clericos inſtituit, qui ei quotidie diuina officia decantarẽt. hæc de pijs monumentis. D

Porrò quod ſepulchro eius in Baſilica Petri Apoſtoli poſito inſcriptũ fuit epitaphiũ ſic ſe habet.

EPITAPHIVM LVITHPRANDI.

Flauus hoc tumulo Luithprandus conditur, olim
Longobardorum Rex inclytus, acer in armis
Et bello victor. Sutriumq; Bononia firmant
Hoc, & Ariminum, necnon inuicta Spoleti
Mœnia: namq; ſibi hæc ſubiecit fortior armis.
Roma * *ſuas vires iampridem milite multo*
Obſeſſa expauit. Deinceps tremuere feroces
Vſque Saraceni, quos diſpulit impiger, ipſos
Cum premerent Gallos, Carolo poſcente iuuari. E
Vngarus à ſolo hoc aduectus, Francus & omnes
Viſuri grata degebant pace per omnes.
Rege ſub hoc fulſit (quod mirũ eſt) ſancta, frequẽſq;
Religio, vt recolunt Alpes. Eccleſiæ quarum
Hunc habuit, vincente ipſo, & prægrandia templa
Quæ viuens ſtruxit: quibus & famoſus in orbe
Semper & æternus luſtrabit ſæcula cuncta.
Præcipue Petro cœleſti hac ſede locata
Clauigero ſtatuit. Cœlo quam prouidus aureo
Auguſtinus vbi huc aliunde abductus, eodem
Ab rege, & cuius doctrina Eccleſia fulget.

* eius.

hactenùs epitaphium. His vero iugamus quæ idẽ qui ſuprà Paulus Diaconus narrat de viris ſanctis, qui tunc temporis floruerunt, eidem Regi notis [a]:

[a] *Paul. Diac. lib. 6. c. vlt.*

XXIV. DE BAODOLINO DEI SERVO.

Huius (inquit) *Regis temporib. fuit in loco, cui Forum nomen eſt, iuxta fluuium Tanarum vir miræ ſanctitatis, Baodolinus nomine, qui multis miraculis, Chriſti gratiâ ſuffragante, effulſit, qui ſæpè futura prædixit. Denique cùm Rex Luithprandus in* * *vrbem ſiluam venatum iſſet, vnus ex eius comitib. ceruum ſagittâ percutere niſus, eius Regis nepotem, hoc eſt, ſororis eius filium Anfulſum nomine nolens ſauciauit. Quod rex cernens (valde enim eum puerum amabat) cum lacrymis eius incommodum lamentari cœpit, ſtatimque vnum è ſuis equitem miſit, qui ad virũ Dei Baodolinum curreret, vt pro vita eiuſdem pueri Chriſtum ſupplicaret. Qui cum ad ſeruum Dei pergeret, puer defunctus eſt. Cui Chriſti famulus ad ſe peruenienti ita dixit: Scio quam ob cauſam veneris, ſed illud quod poſtulas iam fieri nõ poteſt, quia puer ille defunctus eſt. Quod cum is qui miſſus fuerat, Regi quod à ſeruo Dei audierat, enuntiaſſet, Rex licèt doluerit, quod effectũ ſupplicationis ſuæ habere non potuit: tamen quia vir Domini Baodolinus ſpiritum prophetiæ habuerit, apertè cognouit.*

* *vnam*

XXV. THEODELAPIVS DEI SERVVS.

Huic quoque non diſſimilis apud Veronenſem ciuitatem Theodelapius nomine fuit, qui inter miranda quæ patrabat, præſago etiam ſpiritu, multa quæ erant ventura prædixit. hæc ipſe qui pergit dicere de Petro Epiſcopo Ticinenſi, de quo nos ſuo loco.

RACHIS REX LONGOBARDORVM.

Succeſſit Luithprãdo Hildebrãdus eius nepos, qui ſeptem tantùm mẽſes regnauit, & quidem dominio aſpero: ob id genti ſuæ minimè gratus, à Lõgobardis ipſis ſimul conſpirantibus eſt redactus in ordinem, in locumque ipſius ſubrogatus Rachis dux Foroiulienſis, quem ob virtutem bellicam, humanitati ac pietati coniunctam, dignum exſtimarũt, qui fortiſſimæ Longobardorum genti præeſſet. Quantùm verò hic maiores ſuos religione præceſſerit, quæ inferiùs ſuo loco dicturi ſumus, ſignificabunt. Cùm autem Zacharias Pontifex accepiſſet Rachim, ſiue Rachiſim, regno auctum, legationẽ ad eum miſit pro ſtabiliẽda cum ipſo pace; de quo ita Anaſtaſius: *Ad quem miſit legationẽ ipſe beatiſſimus Pontifex: & continuò ob reuerentiam Principis Apoſtolorum, & eius precib. Rex inclinatus, viginti annorum ſpatio initâ pace, vniuerſus Italiæ quieuit populus.* hæc Anaſtaſius.

XXVI. Sed inuiſemus Hiſpanias, nobilibus his temporibus factis Alfonſi, ſiue Adefonſi, vel Adelfonſi, aut Ildefonſi (ita diuersè à diuerſis ſcriptũ eius nomen reperi) Catholici Regis egregiè illuſtratas, ſed ingẽti ſcriptorum inopiâ obſcuratas, cùm vix ſummatim eſſe complexi reperiantur ex multis pauca ſcriptores ipſi. Omnium quidem qui res eiuſdem Regis ſunt proſequuti, vna eademque aſſertio eſt, ipſum Catholicum Regem plurimas ciuitates è Sarracenorum manibus vendicâſſe, Gallæciamque ab eiſdem barbaris liberâſſe; ſed & quod Catholici Regis eſt, Catholicam propagâſſe religionem, ne tantus titulus gratis videretur aſſumptus. In omnibus enim ciuitatibus illis, quas à gente perfida abſtulit, Epiſcopos ordinari curauit, reſtituens Chriſtianæ religionis cultum. recitat Ambroſius [b] Morales vetus monumentum ex Archiuo Lucẽſis Eccleſiæ acceptum, quo aliqua ex parte quæ ſunt dicta, clareſcunt: notatum illud (vt ait) *Erâ Hiſpanicâ ſeptingenteſima octogeſima ſecundâ, die quintâ Iunij: eſt is annus Redemptoris præſens, nempe ſeptingenteſimus quadrageſimus quartus. Ordinatus enim Lucenſi Eccleſiæ per ipſum Alfonſum à Sarracenis erepta nouus Epiſcopus nomine Odoarius, cùm ad propagãdum in poſteros diuinum cultum, agros à Rege donatos Eccleſiæ colendos curaret, de donatis in perpetuũ bonis illis eidem Lucenſi Eccleſiæ eiuſmodi reliquit poſteris ſcriptum monumentum: ſed mendoſum valde.*

[b] *Ambroſ. Moral. lib. 13 c. 12.*

REX CATHOLICVS ADEFONSVS PROPAGAT CVLTVM RELIGIONIS.

XXVII. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui verè de Patris ſubſtantia agnoſceris ante omnia ſæcula, ipſe in finem ſæculorum de omnium decus, ſancta glorioſa Virgine Maria ſæculo genitus: qui formam ſeruitutis noſtræ indutus, vt nos humanum genus ab hoſte callido erueres, dignumque efficeres tuo conſortio. Cuius nunc cernitur in nomine Genitricis ſuæ fundata Eccleſia in ciuitate Lucenſi, territorio Gallæciæ, iuxta flumen Minei, vbi eſt domus orationis & piæ venerationis, vnà cum ſanctorum Apoſtolorum, Virginum, & Confeſſorum: vbi fit Deo laus perennis. Amen.* præfatur iſta, quòd ſolẽne eſſet Catholicis Gothis Epiſcopis, ſuis ſcriptis Chriſti cõfiteri diuinitatem Patri conſubſtantialem, quò procul ſe abeſſe à ſuorum parentum errorib. Arianæ impietatis oſtẽderent. iſta verò præfatus, mox ſubijcit quæ ſequũtur: *Igitur notum omnibus manet, qualiter ego Odoarius Epiſcopus fui ordinatus.* poſt hæc autem cauſam affert intermiſſę diu in ciuitatib. curę paſtoralis, ſic dicẽs:

XXVIII. *In territorio Africæ ſurrexerunt quædam gentes Iſmaëlitarum, & tulerunt ipſam terram à Chriſtianis, & violauerunt Sanctuarium Dei, & Chriſticolas Dei miſerunt in captiuitatẽ & ad iugum ſeruitutis, & Eccleſias deſtruxerũt: nos fecerunt exules à patria noſtra, & fecimus moram per loca deſerta multis temporibus. Poſtquàm Deus per ſuum beneplacitum in hanc regionem reſpicere iuſſit, & * Chriſtianos in hac patria dilatauit, ſuũ & diuæ memoriæ princ:pẽ dominum Adefonſum in ſedem ipſius ſublimauit, quia ipſe erat de ſtirpe Regis Reccaredi & Ermenegildi: Dum talia audiuimus, perducti ſumus in ſedem Lucenſem cum noſtris multis & cum cæteris populis, tam nobiles quam ignobiles, & inuenimus eam ſedem deſtructam & inhabitabilem factam. Tunc denique laborauimus ibidem, & ædificauimus domũ Dei & Eccleſiam ſanctæ Mariæ, * preſſimus loca palatij & ipſam ciuitatẽ, reſtaurauimus eam intus & foris, & plantauimus vineas & pomifera. Præterea vero fecimus de noſtra familia poſſeſſores per vndique partes, & dedimus illis boues ad laborandum & iumenta ad ſeruiendum eis. Tunc exiuimus per terras ciuitatis ad inquirendum, vt laboraſſent illas, & inuenimus in ripa Minei villas deſtructas* &c. hucuſque ex authographo Morales recitat. qui ait repertum ibidem eiuſdẽ Odoarij Epiſcopi teſtamentum, quo omnia ſuæ relinquit Eccleſiæ; & quo illud firmius eſſet, voluit illud muniri chirographo Regio ita appoſito: *Ego itaque Adefonſus Rex, cuius in tempore superni Regis auxilio hæc reſtauratio, ſeu reintegratio facta dignoſcitur, in hanc veſtram ſcripturam, quam * expreſſor era dicitis annũciaſtis: vobis domino Odoario ac cunctis ſucceſſoribus veſtris per cuncta ſæcula futuris, auctoritate regali & priuilegij dignitatis vobis cõſignamus & condonamus, vt habeat noſtrum priuilegium firmum robur per cũcta ſæcula, manu propriâ confirmans.* Porrò ſcriptũ teſtamentum habetur Erâ Hiſpanâ ſeptingenteſimâ octogeſimaquintâ, qui eſt annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus ſeptimus. At de his hactenus.

* *Chriſtianis.*

* *expreſſa Era dicta.*

IESV CHRISTI Annus 745.

ZACHARIÆ PAP. Annus 4. CONSTANTINI COPRON. IMP. Annus 5.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus quintus decimætertiæ Indictionis, quo habitũ eſt Conciliũ Epiſcoporũ in Germania à S. Bonifacio Apoſtolicæ Sedis Legato

vbi

vbi ea quæ ſucceuerát in agro, licèt ſæpè culto ſpineta, quæ iã magna ex parte duob. alijs Cõcibijs exciſa fuêre, immiſſâ rurſũ Apoſtolicâ falce, idẽ Pontifex Bonifacius vnà cũ collegis Epiſcopis auxilio Chriſtianiſſimorũ Principũ Carolománi atq; Pipini ſuccidit. Actũ eſt in eo pcipuè de duob. illis hæreticis Aldeberto atq; Clemẽte; viſumq́ue eſt de iiſdem referendum ad Romanum Pontificem. Inſuper inter alia, iiſdem adnitentib. principibus, exauctoratus eſt Epiſcopus Mogũtinus homicidij reus conuictus, inq; locum eius ab iiſdem ſubrogatus eſt Bonifacius ipſe, qui hactenùs Apoſtolatui tantùm Germaniæ generatim mancipatus, nulli fuerat adſcriptus certæ ſedi. De his enim hæc habentur in rebus ab eo geſtis [a]:

BONIFACIVS CREATVR EPISCOPVS MOGVNTINVS.

[a] *Vit. Bonif. lib. 1. ca. 37. apud Sur. tom. 3. die 5. Iunii.*

II. *Cum ita (vt diximus) Carolomanno iubente, & Bonifacio conſulente Synodus haberetur, multi illic non ſolùm clerici quilibet hæreticâ prauitate infecti extra Eccleſiæ communionem pellebantur, ſed etiam Epiſcopi capitalium criminum maculis infames deponebantur. Totius autem erroris qui tum in Germania graſſabatur, præcipui auctores duo fuêre heretici, Clemẽs & Aldebertus, de quibus poſteà, cùm epiſtolas ad Zachariam Pontificem datas protulerimus, opportuniùs dicetur. In iis enim illorum hæreſis exitialis commemoratur. Depoſitus eſt etiam tũc Geruilio Moguntinæ ſedis Antiſtes; cuius quidem depoſitionis cauſa fuit hæc.*

III. *Eâ tempeſtate Saxonibus Thuringiam vaſtãtibus, eius prouinciæ homines Carolomanni opem implorabant. Ille mox exercitum mittit, & cum eo Geroldum Moguntinũ Epiſcopum Geruilionis patrem. In ipſo autem conflictu Geroldus cũ pleriſq; alijs caſus eſt. Geruilio verò filius eius qui tum adhuc laicus in palatio verſabatur, in clerum adſciſcitur leniendi doloris cauſâ, quem ex patris morte conceperat, eidemq́; in Moguntino Pontificatu ſubrogatur. Non diu poſt Carolomannus rurſus colligit militem, proficiſcitur contra Saxones, Geruilionem ſecum ducit. Exercitu vtroq; vltra citraq; ripam fluminis Viſurgis* (auctor vocat Vuiſaraham) *conſidente, Geruilio iubet puerum ſuum ire ad hoſtium caſtra, diligenter illic inquirere nomẽ eius, qui patrẽ ipſius interfecerat. Abit puer, diſcit ex quodam, nõ longè abeſſe eum quem quæreret: rogat vt ad domini ſui colloquium properare velit. Venit ille, & aduentu eius denũtiato, paratis equis, Epiſcopus Geruilio ei procedit obuiam, & cùm in medio flumine inter ſe colloquerentur, Geruilio clãm ferens gladium, hominem confodit ita dicens: Accipe iam ferrum, quo patrem vendico carum. Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat ſpiritũ. Repentè autem eius compertâ cæde, ſublato clamore vtrinq; ad arma concurritur. Fit pugna atrox, Saxonibus victis, Carolomannus ad ſua ſe recipit, nemine tũ id, quod Geruilio fecerat, pro homicidio ei imputante. Itaque reuerſus domum, perrexit ſolito more Epiſcopi munia obire.*

IV. *At ſanctus Præſul Bonifacius inter cætera hoc etiam in Synodo pronuntiauit: Neminem qui hominis cæde pollutus ſit ſacerdotio fungi poſſe. Tum etiam obiecit ei, ſuis ſe conſpexiſſe oculis illum cum auibus & canibus ludentem: quod Epiſcopo fas non eſſet. Geruilio his auditis, ſentiens ſe nullo pacto contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, vel canonicæ auctoritatis, quæ per ſanctum Bonifaciũ in præſentes omnes proferebatur, calcitrare poſſe: omnium de ſe calculis ſubſcripſit, & exauctoratus eſt. Eo autem depoſito, ſanctus Bonifacius à Carolomanno & Pipino fratre eius Moguntinæ ſedi præficitur. Et vt eius dignitas eſſet eminentior, ſtatuerũt iidem Principes Eccleſiam Moguntinã, quæ tũ alteri ſubiecta erat, in totius Germaniæ Metropolim præbere: miſſaq; mox legatione, à Romano Põtifice id impetrarunt.* hactenus de rebus in eadem Synodo geſtis, quam hoc anno factam eſſe, litteræ Zachariæ ad Bonifacium redditæ ſatis ſignificant.

V. Pertinet ad hoc Concilium, quod ſanctus Bonifacius zelo caritatis exæſtuans, cùm ſciret Regem Merciorum in Anglia* Athelbaldum nomine vitam ſceleſtiſſimam ducere, vt eum ad meliorẽ frugem conuerteret, nomine non ſuo tantùm, ſed & Epiſcoporũ, qui Synodo interfuerũt, epiſtolã ſcripſit commonitionibus paternis plenã, quam factâ collatione diuerſorũ exẽplariũ hic tibi reddimus.[b]

*Athelbaldo

[b] *Ead. Cod. ep. 23.*

BONIFACII EPISTOLA AD ATHELBALDVM REGEM.

Domino cariſſimo & in Chriſti amore cæteris Regibus præferendo inclyta Anglorũ Imperij ſceptra gubernanti Athelbaldo Regi Bonifacius Archiepiſcopus Legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ, & Vuera, & Burgard, & Vuicberth, & Abel, & Vuibald Coëpiſcopi perennem in Chriſto caritatis ſalutem.

Confitemur coram Domino, & ſanctis Angelis, quia quandocunq; proſperitatẽ veſtram, & fidem in Domino, & opera bona coram Deo, & hominibus, per nuntios fideles audiuimus: quòd intus gaudentes & pro vobis orantes læti gratias agimus Domino; poſtulantes & obſecrantes Saluatorem mundi, vt vos ſoſpites, & in fide ſtabiles, & in operibus coram Deo rectos in principatu Chriſtiani populi longo tempore cuſtodiat. Quando autem aliqua dilectionis veſtræ iniuria de ſtatu regni veſtri, vel euẽtu bellorum facta, aut, quod maius eſt, de ſalute animæ periculoſum damnum perpetratũ per auditum ad nos vſq; peruenerit, mæror & triſtitia nos cruciat: quia gaudio veſtro in Domini voluntate congaudemus, & aduerſitate cõtriſtamur.

VI. *Audiuimus enim quòd eleemoſynarũ plurima facias, & in hoc congratulamur, quia qui eleemoſynas minimis fratrib. indigentib. tribuunt, iuxta veritatẽ Euangelicã,* [c] *in die Iudicij clementẽ ſententiã à Domino audituri ſunt, dicente: Quamdiu feciſtis vni ex minimis fratrib. meis, mihi feciſtis: Venite benedicti, & quæ ſequũtur. Audiuimus nãque quod furta, & iniquitates, periuria, & rapinas fortiter prohibeas, & defenſor viduarũ & pauperum eſſe dignoſceris, & pacem ſtabilitam in regno tuo habeas, & in hoc quoq; laudantes Dominum, gauiſi ſumus, quia ipſa Veritas, & pax noſtra Chriſtus dicebat:* [d] *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

[c] *Matt. 15.*

[d] *Matth. 5.*

VII. *Sed interim vna mala exiſtimationis fama de vita pietatis veſtræ ad auditũ noſtrum peruenit, quâ auditâ, contriſtati ſumus, & illam optamus non fuiſſe veram. Multis enim narrantibus compertum eſt nobis, quòd numquam legitimam in matrimonium vxorem duxiſſes, quod à Domino Deo ab ipſo mundi primordio conſtitutum eſt, & per Apoſtolũ Paulũ Dei preceptũ & interminatum, illo dicente:* [e] *Propter fornicationẽ autem vnuſquiſq; vxorẽ habeat, & vnaquæq; virũ ſuum. Nam ſi hoc cauſa caſtitatis & abſtinentiæ facere voluiſti, vt ab vxoris coniunctione pro timore & amore Dei abſtinuiſſes; & hoc verũ, & impletũ pro Deo comprobaueris: & in hoc gaudemus, quia nõ eſt reprehenſibile, ſed magis laudabile. Si autẽ (quod abſit) vt multi dicũt, nec legitimã accepiſti vxorẽ, nec caſtitatis abſtinentiã pro Deo ſeruaſti; ſed libidine dominãte, in ſcelere luxuriæ & adulterij, famã gloriæ tuæ coram Deo & hominib. confuderis, in hoc valdè contriſtamur: quia, & in conſpectu Dei flagitium, & coram hominib. fama veſtra confuſio eſſe dignoſcitur: & adhuc quod peius eſt, qui nobis narrant, adijciũt, quod hoc ſcelus ignominia maxima cũ ſanctimonialib. & ſacratis Deo virginib. per monaſteria commiſſum ſit. nam hoc peccatum duplex eſſe, nõ dubiũ eſt. Vt verbi gratiâ dicamus, cuius vindictæ reus ſit puer apud dominũ ſuũ, qui vxorẽ domini ſui adulterio violauit; quanto magis ille, qui ſponſam Chriſti creatoris cœli & terræ putredine ſuæ libidinis commaculauit? dicente beato Paulo Apoſtolo:* [f] *An neſcitis, quia corpora veſtra templa ſunt Spiritus ſancti? Et alibi:* [g] *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem tẽplum Dei violauerit, diſperdet illũ Deus. Templũ enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et iterũ ido-*

[e] *1. Cor. 7.*

[f] *1. Cor. 6.*

[g] *1. Cor. 3.*

idolatricæ ſeruituti adulteros, & fornicatores, in ſermone, & numero peccatorū iungit, dicens [a] An neſcitis, quia iniqui regnū Dei nō poſſidebūt? Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſſidebūt. Apud Græcos enim & Romanos, quaſi blaſphemiam* Domino irrogaſſet, qui in hoc reus ſit; vt propriè de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, ſi reus inuentus fuerit, vt cum velata & conſecrata Deo Nonna concubuiſſet, ab omni gradu ſacerdotij Domini prohibeatur.

[a] 1. Cor. 6.
* Deo

VIII. Propter hoc, fili cariſſime, ſolicitè conſiderandum eſt, quanti ponderis hoc peccatū eſſe iudicetur ante oculos æterni Iudicis, quod facientē inter idololatriæ ſeruos cōſtituit, & diuino miniſterio altaris abijcit, licèt antè peractā pœnitentiā reconciliatus ſit Deo. Corpora enim per votum propriæ ſponſionis, & per verba ſacerdotis Deo conſecrata templa Dei eſſe per ſanctam ſcripturam dicuntur, & ideo violatores illorū, iuxta Apoſtolū, filij perditionis eſſe dignoſcuntur. Princeps autem Apoſtolorum [b] Petrus, luxurioſos libidine prohibens, dixit: Sufficit enim præteritum tēpus, & reliqua. Tum, [c] Pretium ſcorti vix vnius eſt panis. Mulier autem viri pretioſam animam capit. & alibi: [d] Nō grandis eſt culpa, cum quis furatur: furatur enim vt eſurientem impleat animam, deprehenſus quoque reddet ſeptuplum. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam: Longum eſt enim enumerare quāti ſpirituales medici huius peccati venenum, vt horrendū vituperabant, & vt terribile prohibebant, quia penè omnib. peccatis grauior & deterior eſt talis fornicatio, & veraciter dici poteſt laqueus mortis, & puteus inferni, & vorago perditionis.

[b] 1. Pet. 4.
[c] Prou. 6.
[d] Ibid.

IX. Propterea obſecramus, & cōteſtamur, fili cariſſime, clementiam tuam, per Chriſtum filium Dei, & per aduentū eius, & regnum ipſius, vt ſi hoc verum ſit, quòd in iſto ſcelere verſaris, & vitam tuam pœnitendo corrigas, & purificando emendes, & memoreris, quia indecens eſſe cōprobatur, vt imaginem Dei quæ in te creata eſt, per luxuriā, in imaginem & ſimilitudinem maligni diaboli conuertas. Vt tu quem non propria merita, ſed larga pietas Dei, Regē ac Principem multorum conſtituit, teipſum per luxuriam ſeruum à maligno ſpiritu conſtituas. quia iuxta Apoſtoli dictum: [e] Quodcumq; peccatum fecerit homo huius ſeruus eſt, non ſolùm à Chriſtianis, ſed etiam ab ipſis paganis in opprobrium & verecundiam deputatur. Quia ipſi pagani verū Deum ignorantes, naturaliter quæ legis ſunt, & quod ab initio Deus conſtituit, cuſtodiūt in hac re, quia proprijs vxoribus, fœdera ſeruantes, fornicatores, & adulteros puniunt. Nam in antiqua Saxonia, ſi virgo paternam domū cum adulterio maculauerit, vel ſi mulier maritata, fracto fœdere matrimonij, adulterium perpetrauerit: aliquando cogunt eam propriâ manu per laqueum ſuſpenſam vitam finire; & ſuper buſtum illius incenſa & concremata corruptorem eius ſuſpendunt: aliquando cōgregato exercitu fœmineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cadentes, & veſtimenta eius abſcindentes iuxta cingulum, & cultellis ſuis totum corpus eius ſecantes, & pungentes minutis vulnerib. cruentatam, & laceratam de villa ad villam mittūt, & occurrunt ſemper nouæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ, vſquequò eā aut mortuam, aut vix viuam derelinquant, vt cæteræ timorē adulterandi, & luxuriandi habeant: Et apud Perſas, quod fœdiſſimum & deterrimum genus hominum, tam magno zelo matrimonium amore mutuo obſeruant, vt mulier viro proprio mortuo viuere recuſet: & laudabilis mulier inter illos eſſe iudicatur, quæ propriâ manu ſibi mortem intulit, vt in vna ſtrue pariter ardeat cum viro ſuo. Cùm ergo Gentiles, qui Deum neſciunt, & legem non habent, iuxta dictum [f] Apoſtoli naturaliter, ea quæ legis ſunt faciūt, & oſtendunt ſcriptum opus legis in cordib. ſuis: qui error, fili cariſſime, cum tu Chriſtianus, & veri Dei cultor eſſe cognominaris, ſi in iuuentute adoleſcentiæ tuæ putredine luxuriæ inquinatus, & fœtore adulterij inuolutus, & voragine libidinis quaſi puteo inferni demerſus fueris?

[e] Ioan. 21.
SAXONES SEVERI VLTORES LÆSÆ PVDICITIÆ.
[f] Rom. 2.

X. Iam tempus eſt, vt memor Domini tui à diaboli laqueis reſipiſcas, & à fœtore luxuriæ ſordidatam animam laues: iam tempus eſt, vt pro timore Creatoris tui tale piaculum iterare, & maculare te vltrà non præſumas; tempus eſt, vt multitudini pereuntis populi parcas, quæ ſequendo exempla peccantis Principis cadebat in puteum mortis: * quia quantoſcumque vel per bona exempla ad vitam cæleſtis patriæ trahimus, vel per mala exēpla ad perditionem ſequentes præimus: de tantis procul dubiò ab æterno Iudice vel pœnas, vel præmia accepturi ſumus. Si enim gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus connubijs, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomitanæ gentis, fœdam vitā viuit: de tali commixtione meretricum exiſtimandum eſt degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouiſſimè nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam, ſicut alijs gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Burgundiorum populis contigit. quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt; donec Iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantiam legis Dei, & per Sarracenos venire & ſæuire permiſit. Et notandum, quòd in illo ſcelere aliud immane flagitium ſubter iacet, id eſt, homicidium; quia dum illæ meretrices, ſiue monaſteriales, ſiue ſæculares malè conceptas ſoboles in peccatis genuerint, eas ſæpè ex parte maxima occidunt, non implentes Chriſti Eccleſias filijs adoptionis, ſed tumulos corporibus, & inferos miſeris animabus ſatiantes.

* qui

XI. Præterea nuntiatum eſt nobis, quòd multa priuilegia Eccleſiarum & monaſteriorum fregiſſes, & abſtuliſſes inde quaſdam facultates. Et hoc, ſi verum eſt, peccatum grāde eſſe dignoſcitur, teſtante ſacra ſcriptura, quæ ait: [g] Qui abſtulerit aliquid patri, vel matri, & dicit hoc non eſt peccatum, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit; mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergo qui Chriſti pecunias, & Eccleſiæ fraudabit, vel rapiet: homicida ante conſpectum iuſti Iudicis eſſe deputabitur; de quo quidam ſapientum dicebat: [h] Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Et quoque dicitur, quod Præfecti, & Comites tui maiorem violentiam & ſeruitutem monachis & ſacerdotibus irrogant, quàm cæteri ante Chriſtiani Reges feciſſent. Igitur poſtquam Apoſtolicus Pontifex ſanctus Gregorius ab Apoſtolica Sede miſit prædicatores Catholicæ fidei, gentes Anglorum intemerata & inuiolata permanſere vſque tempora Ceolredi Regis Merciorum, & Hoſredi Regis Deirorum & Berniciorum: hi duo Reges hæc duo peccata maxima in prouincijs Anglorum diabolico inſtinctu ſuis exemplis ſceleratis contra præcepta Euangelica & Apoſtolica Saluatoris noſtri publicè facienda monſtrauere; & in iſtis peccatis commorantes, id eſt, in ſuperſtitione, & adulterio Nonnarum, & fractura monaſteriorum, iuſto iudicio Dei damnati de culmine regali huius vitæ abiecti, & immaturâ & terribili morte præuenti à luce perpetua extranei, in profundum inferni, & tartarum abyſſi demerſi ſunt. Nam Ceolredum prædeceſſorem venerandæ celſitudinis tuæ, ſtupratorem ſanctimonialium, & Eccleſiaſticorum priuilegiorum fractorē (vt teſtati ſunt qui præſentes fuerunt) apud Comites ſuos ſplendidè epulantem malignus ſpiritus arripuit, qui eum ad fiduciā damnandæ legis Dei ſuadendo pellexit, potantem ſubitò in inſaniam

[g] Prou. 20.
[h] Ibid.

mentis

mentis conuertit, vt ſine pœnitentia, & confeſſione, & vi-
* atico, *furibundus & amens cum diabolo ſermocinãs, &
Dei ſacerdotes abominans, de hac luce ſine dubio ad tor-
menta inferni migrauit. Oſredum quoq; ſpiritu luxuriæ
fornicantem, & per monaſteria Nonnarum ſacras virgi-
nes ſtuprantem, & furentem agitauit, vſquequò ipſe re-
gnum Anglorum, & iuuenilem vitam, & ipſam luxurio-
ſam animam contemptibili & deſpectâ morte perdidit.

Carolus quoque Princeps Francorum multorum mo-
naſteriorum euerſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in
vſus proprios commutator, longâ torſione & verendâ mor-
te conſumptus eſt.

XII. Quapropter, fili cariſſime, caue tibi foueam, in quam
vidiſti coram te alios cecidiſſe, caue tibi iacula antiqui ho-
ſtis, per quæ propinquos proprios coram te vulneratos cade-
re vidiſti. Attende tibi à laqueo inſidiatoris, in quo notos
& commilitones tuos videbas ſtrangulatos, & præſentem
vitam & futuram perdere. Noli talium ad præuaricatio-
nem exempla ſequi. Tales enim iuxta prophetiam ſanctæ
a Sap. 5. ſcripturæ ſunt,ª qui anguſtiauêre iuſtos, & qui abſtulêrè
labores eorum, in die iudicij dicturi ſunt: Errauimus à via
veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol nõ ortus
eſt nobis, & viam Dei ignorauimus, & quid nobis profuit
ſuperbia, aut quid diuitiarum iactatio contulit nobis?
Tranſiêre omnia illa tamquam vmbra, & tamquã nun-
tius præcurrens, & tamquam nauis, quæ pertranſit, cuius
non eſt veſtigium inuenire, aut tamquam auis tranſuolãs
in aëre: Et poſt pauca: Sic & nos nati continuo deſiuimus
eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſten-
dere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Ta-
lia dixêre in inferno hi qui peccauerunt, quia ſpes impij
tamquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tamquam
ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tãquam fu-
mus, qui à vento diffuſus eſt, & tamquam memoria hoſpi-
b Eccle. 18. tis vnius diei prætereuntis. Et alias: ᵇ Numerus dierum vi-
tæ hominis ſi multum, centum anni, quaſi paruula gutta
de magno mari deputatus eſt. hæc omnia ſecundùm aucto-
ritatem ſcripturæ rerum collatione ſimillima ſunt. Sic &
Iacobus frater Domini & Apoſtolus de impio diuite diſ-
c Iac. 1. putans dixit: ᶜ Sicut flos fœni tranſibit. Exortus enim eſt
ſol cum ardore, & areſecit fœnum, & flos eius decidit, &
decor vultus eius deperijt. Ita & diues in itineribus ſuis
marceſcet. & ipſa Veritas in Euangelio proponens dixit:
d Matt. 16. ᵈ Quid enim prodeſt homini ſi lucretur vniuerſum mun-
dum, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?

XIII. Quapropter, fili cariſſime, paternis & ſubnixis pre-
cibus deprecamur, vt non deſpicias conſilium patrum tuo-
rum, qui pro Dei amore tuam appellare celſitudinem ſa-
tagunt. Nihil bono Regi ſalubrius, quam ſi commiſſa cùm
arguantur, libenter emendentur; quia per Salomonem
e Prou. 13. dicitur: ᵉ Qui diligit diſciplinam, diligit ſapientiam. Ideo,
fili cariſſime, oſtendentes conſilium iuſtum, conteſtamur
& obſecramus per viuentem Deum, & eius filium Ieſum
Chriſtum, & per Spiritum ſanctum, vt recorderis, quam
fugitiua ſit vita præſens, & quam breuis & momentanea
delectatio ſpurcæ carnis, & quã ignominioſum ſit, vt bre-
uis vitæ homo mala exempla in perpetuum poſteris relin-
quat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere,
præteritos errores iuuentutis corrigere, vt hic coram homi-
nibus laudem habeas, & in futuro æterna gloria gaudeas.
Valere celſitudinem tuam, & in bonis moribus proficere
optamus. hucuſque epiſtola Bonifacij.

XIV. Extat & per breuitas ad eumdem Regem epiſtola
eiuſdem viri Apoſtolici Bonifacij, cùm ad eũdem
munuſcula miſit, aues ſcilicèt ad venationẽ aptas,
f 1. Cor. 9. ita factus (vt aitᶠ Apoſtolus) omnia omnibus: Et ve-
g Gen. 32. Iacob cum ᵍ Eſau fecerat, quo eius animam lucrari
poſſet, demerendam eam muneribus procurauit.
h Eod. Cod. ep. 18. epiſtola autem hic ſe habet ʰ:

Domino reuerendiſſimo & dilectiſſimo Athelbaldo Re-
A gi Merciorum Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei intimæ ca-
ritatis ſalutem.

Obſecramus celſitudinis tuæ clementiã, vt iſtũ miſſum BONIFACIVS MVNERA AMITTIT AD REGEM ATHALBALDVM.
meũ, nomine Cedam, præſentatorem harum litterarũ in
neceſſitate noſtra, & itineris ſui. & in quoque illi neceſſi-
tas contigerit, ſolatium præbendo adiuuare digneminis, &
mercedem pro eo & à Deo habeas de miſſis noſtris, qui præ-
terito anno ad vos venêre, quia eis in omnibus adiutorium
vt referebant, præſtitiſtis. Interea pro ſigno veri amoris &
deuotæ amicitiæ direximus tibi accipitrem vnum, & duos
falcones, duo ſcuta, & duas lanceas: quæ rogamus licèt in-
digna ſint munuſcula, caritate benedictionis ſuſcipere di-
B gneris. Finem loquendi omnes pariter audiamus: ⁱ Deum i Eccleſ. 12.
time, & mãdata eius obſerua. Petimus quoq;, vt ſi per al-
terum nontium verba noſtra ad præſentiam tuam ſcripta
peruenerint, auditum tuum accommodare digneris, & ſo-
licitè audire cures. Vale in Chriſto. de epiſtola illa intel-
ligit ad ipſum ſcripta nuper recitata.

Quid inſuper? Miſſurus ad dictum Regem Bo- XV.
nifacius eam epiſtolam, voluit primùm ipſam cog-
noſci per amicum fidelem Hecbertum Archi-
diaconum, ad quem etia eiuſmodi litteras dedit ᵏ. k Eod. Cod. ep. 14.

Dilectiſſimo ac reuerendiſſimo fratri Hecberto Archi-
diacono Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei Legatus Germa-
nicus Sedis Apoſtolicæ ſinceram in Chriſto ſpiritualis ger-
manitatis ſalutem.

C Caritatis tuæ muneribus, & libris ſuſceptis, erigens ad BONIFACII EPIST. AD HECBERTVM.
ſupera palmas, magnas omnipotenti Deo gratias egi, qui
mihi longè peregrinanti talem inuenire conceſſit amicũ,
qui me & in rebus terrenis adiutoriũ, & in ſpirituali ra-
tione communionis diuinum ſolatium tranſmiſit. Nunc
autem intimis præcordiorum precibus almitatis tuæ cle-
mentiam obſecro, vt veſtræ fraternitatis Synodo vnà cum
ſeruis Dei mecum laborantibus adunatus eſſe merear, &
ſis mihi conſiliarius, & adiutor in inquirendis & inueſti-
gandis regulis Eccleſiaſticis iudiciorum Dei; & vt me non
ludinagã ſermonum voce, ſed ſerie rogantem ac dicentem
eſſe ſcias, & non arrogantem & ſuperbum, aut proprio iu-
dicio plus iuſto placêrem æſtimes. Nam Catholica & Apo-
ſtolica Romana Eccleſia, quando indignum ac vilem præ-
D dicatorem ad prædicandum Germanicis erroneis, vel paruis
egentibus direxit, præcepit mihi, vt ex auctoritate Roma-
ni Pontificis, ſi alicubi viderem, inter Chriſtianos pergens,
populos erroneos, vel Eccleſiaſticas regulas malá conſuetu-
dine deprauatas, vel homines per inuium à Catholica fide
abductos, ad viam ſalutis inuitare, & reuocare totis viri-
bus niterer.

Hoc præceptum ſeruare cupiens, admonitoriã, vel pre- XVI. DE LITTERIS SCRIPTIS AD REGEM ATHELBALDVM.
catoriam epiſtolam ad Athelbaldum Regem Merciorũ cum
conſilio & conſenſu Epiſcoporum, qui vnà nobiſcum ſunt,
tranſmiſi: quam præſentare fraternitatis tuæ obtutib. iuſ-
ſi, vt ſi quæ in ea prauè poſita ſint, emendes, & quæ iuſta
ſunt, ſale ſapientiæ tuæ condias, & auctoritate confirmes.
Et ſi radicem aliquam flagitiorum, de quib. in illa epiſtola
E contra Regem Merciorum diſputatum eſt, in gẽte tua ger-
minare velle videas: ſicut prouidus & ſapiens colonus cum
falce Dominicæ auctoritatis* in tempus præcidas, & radi- * intentus
cem euellas, ne cum floruerint, fiat ex vinea ˡ Sodomorum l Deut. 32.
vitis eorum, & propago eorum ex Gomorrha; & ſit furor
draconum vinum eorum, & furor aſpidum inſanabile.
Inauditum enim malum eſt præ cæteris ſæculis. Et, vt hic
ſerui Dei gnari ſcripturarum dicunt, in triplo, vel in qua-
druplo Sodomitanam luxuriã vincunt, vt gens Chriſtia-
na contra morem vniuerſæ terræ, immò contra præceptum
Dei, deſpiciat legitima matrimonia, & adhæreat inceſtis,
luxurioſis, adulteris, & nefanda ſtupra conſecratarum &
velatarum fœminarum ſequatur.

Præterea, vt mihi de opuſculis * Bedan lectoris aliquos XVII.
tractatus conſcribere & dirigere digneris, quem nuper (vt * Beda
audiuimus) diuina gratia ſpirituali intellectu ditauit, &

in noſtra provincia fulgeracom eſt, vt & candela, quam vobis Dominus largitus eſt, nos quoq. fruamur. Interea ad iudiciū caritatis fraternitatis tuæ direxi exēplaria epiſtolarum ſancti Gregorij, quas de ſcrinio Romanæ Eccleſiæ excepi, quæ non rebar ad Britāniam veniſſe, & plura iterum ſi mandaueris, mittam, quia multa inde excepi; dedi & corporale palla, & villoſam vnā ad tergendos pedes, cum laueris, ſeruorum Dei. Valere beatitudinem tuam, & ſacris virtutib. proficere in Chriſto optamus. hactenus ad Hecbertum Archidiaconum Bonifacius, qui & tunc eidem nuntio dedit pariter litteras ad Hereſtidum presbyterum, virum egregiâ animi conſtātiâ præditum, ab eo ad hoc delectum, vt ſcriptam ad Regem dictam epiſtolam illi ſuis manibus porrigat, & legat, & interpretetur. ſic enim ſe habet [a]:

[a] Eod. Cod. ep. 16.

XVIII.

Dilectiſsimo ac reuerendiſsimo fratri Hereſfrido presbytero Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei, optabilē in Chriſto caritatis ſalutem.

Almitatis tuæ clementiam intimis obſecro precibus, vt in tuis ſacroſanctis orationib. mei memor eſſe digneris; & iam à ſic narrantibus, & à te venientib. iam feciſſe fraternitatem tuam, & facturā eſſe non dubito, vt ſancti Iacobi Apoſtoli ſententia in nobis impleatur, qua dixit: [b] *Orate pro inuicē, vt ſaluemini: Multū enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Præterea nos octo Epiſcopi qui ad vnam Synodū cōuenimus, quorū nomina ſubter annotauimus, in cōmune te, frater cariſsime, deprecamur, vt verba admonitionis noſtræ Athelbaldo Regi Merciorum interpretando, & recitando annuncies, eo ordine, & eo modo, quo ad te ſcripta tranſmittimus, ſolicitè enumerādo, & prædicando illi ir decares. Audiuimus enim quia pro timore Dei perſonam hominis non timeas, & quod ſupradictus Rex aliquantulum, quibuſdam tēporibus, audire dignetur tua monita. Et notū ſit caritati tuæ, quia hæc verba admonitionis noſtræ ad illū Regem propter nihil aliud direximus, niſi propter puram caritatis amicitiā & quòd de eadē Anglorum gente nati & nutriti, hic per præceptum Apoſtolicæ Sedis peregrinamur; bonis & laudibus gentis noſtræ lætamur & gaudemus; peccatis autem eius & vituperationibus tribulamur & contriſtamur.*

[b] Iacob. 5.

DE SYNODO A BONIFACIO CELEBRATA.

XIX.

DE EPISTOLA SCRIPTA AD ATHELBALDVM REGEM MERCIORVM.

Opprobriū nāq. gentis noſtræ patimur, ſiue à Chriſtianis, ſiue à paganis, quòd gens Anglorum ſpreto more cæterarum gentiū, & deſpecto Apoſtolico præcepto, immò Dei conſtitutione, legitimas vxores dedignetur habere, & hinnientium equorum conſuetudine, vel rudentiū aſinorum more, luxuriando, & adulterando omnia turpiter fœdet & confundat. Igitur ſi hoc ſcelus maximū verū ſit, frater cariſsime, rogemus omnes communiter ſupradictum Regem, vt ſemetipſum cum populo corrigat, ne tota gens cum Principe hic & in futurum pereat, ſed vt vitam propriam emendando & corrigendo, exemplis ſuis item gentem propriam ad viam ſalutis dirigat: & vnde peccatum ante contraxit, inde mercedē mereatur æternam. Præterea partem thymiamatis, & ſabanum pro benedictione, & ſigno puræ caritatis tibi direximus. Sanū in operib. florentem, & probatis morib. proficiētem fraternam dilectionem tuam atque [*] *beneuolentem ſancta Trinitas æternaliter cuſtodiat.* hactenus Bonifacius.

[*] beneo-lentem

XX.

Quæ autē iſta ſecuta ſint, ignoratur: Ceterùm ad meliorē frugem redditū ipſum Regem litteris Bonifacij fuiſſe nullus prodit; cùm tamen illud certū ſit, poſt bienniū ipſum infelici exitu diem clauſiſſe extremū, de eo enim ita in Epitome hiſtoriæ Anglicanæ anno Redēptoris ſeptingenteſimo quinquageſimo ſeptimo: *Edilbaldus, qui & Athelbaldus, Rex Merciorū à ſuis tutoribus, defenſorib. militib. ſcilicet, nocte morte fraudulenta miſerabiliter præreptus occubuit.* & de eodē ſuperiùs hoc ipſo Redēptoris anno ſeptingēteſimo quadrageſimo quinto: *Edilbaldus Rex Merciorū per impiā fraudē vaſtabat gētē Nordanhumbrorū, &c.*

XXI.

His igitur ex Germanica Synodo per S. Bonifaciū miſſis litteris ad Regem Merciorū iā recitatis: reliqua, quæ eadem conſequuta ſunt Synodum, enarremus. Vt quæ ibi aduerſus hæreticos ſunt decreta, tenaciori vinculo firmarētur, nēpe vt dānati Aldebertus & Clemens ab Apoſtolica quoq; Sede ſententiam damnationis acciperent: idem ſanctus Bonifacius legauit Romā ad Zachariā Pontificem Denehardum presbyterū, quē aliàs (vt vidimus) ântè aliâ occaſione in Vrbem miſerat, cui & litteras dedit vnà cum Actis ad eandem cauſam ſpectantibus, quib. Zacharias acceptis, Cōciliū collegit Epiſcoporū, in quo eoſdem hæreticos condemnauit. Extant eius Synodi Acta in vita Bonifacij, atq; in antiquitus ſcriptis codicib. fideliſſimè recenſita, quæ ſic ſe habent [c]:

[c] Vit. Bonifacii lib. 2. c. 4. apud Sur. tom. 3. die 5. Iunii.

XXII.

* anno quinto

CONCILIVM ROM. CONTRA ADELBERTVM ET CLEMENTEM.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, imperāte domino piiſsimo Auguſto Conſtantino Imperatore anno vigeſimo [*] *ſexto Imperij eius, menſe Octobris die vigeſimaquintâ, Indictione decimaquartâ,* cœptâ hoc anno menſe Septembris, *præſidēte ſanctiſsimo domino Zachariâ Papâ, in Patriarchio Lateranēſi, in baſilica quæ appellatur Theodori, conſidentibus etiam cum eo ſanctis Epiſcopis.*

Epiphanio è Silua candida.
Benedicto Nomento.
Venantio Præneſte.
Gregorio Portuenſi.
Niceta Gabijs.
Theodoro Oſtienſi.
Gratioſo Velitris, ſeu venerabilibus presbyteris.
Ioanne Archipresbytero tit. S. Suſannæ.
Gregorio presbytero tit. S. Clementis.
Stephano presbytero tit. S. Marci.
Stephano presbytero tit. S. Euſebij.
Dominico presbytero tit. S. Priſcæ.
Theodoro presbytero tit. S. Laurentij.
Anaſtaſio presbytero tit. S. Mariæ.
Gregorio presbytero tit. SS. Ioannis & Pauli.
Sergio presbytero tit. S. Pudentianæ.
Iordane presbytero tit. S. Sabinæ.
Theophanio presbytero tit. SS. Coronatorum.
Leone presbytero tit. S. Anaſtaſiæ.
Gregorio presbytero tit. S. Balbinæ.
Stephano presbytero tit. S. Chryſogoni.
Euſtathio presbytero tit. . . . .
Leone presbytero tit. S. Damaſi.
Procopio presbytero tit. S. Cyriaci.

XXIII.

Propoſitis in medio ſacroſanctis Euangelijs, aſtantib. quoq. diaconibus, cunctoq. clero, Gregorius Regionarius & Nomenclator dixit: Denehardus religioſus presbyter Legatus ſanctiſsimi Archiepiſcopi prouinciæ Germaniæ, directus ad veſtrum ſanctum Apoſtolatum, pro velo eſt, & petit ingredi. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur.

Cumq. ingreſſus fuiſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Ante hos dies litteras reuerēdiſsimi fratris noſtri Bonifacij Archiepiſcopi nobis detuliſti, per quas nobis ea quæ opportuna viſa fuerāt, indicauit. Quid ergo denuò noſtrū ſecretarij te ingredi poſtulaſti? Denehardus religioſus presbyter dixit: Domine mi, dū iuxta veſtri Apoſtolatus præceptū dominus meus Bonifacius Epiſcopus famulus pietatis veſtræ in prouincia Francorū Synodū aggregaret, & reperiſſet illic falſos ſacerdotes, hæreticos & ſchiſmaticos, id eſt, Aldebertū & Clementē, ſacerdotio priuās vnà cū principib. Francorū, retrudi fecit in cuſtodiā. Illi autē non in pœnitētia degūt, vt iudicatū eſt, ſed è contrario adhuc populū ſeducunt. Pro quo & hāc epiſtolā præfati domini mei, quā manibus gero, veſtro ſancto Apoſtolatui miſſus offero, vt eā corā ſancto Concilio legi faciatis. Dictū eſt: Suſcipiatur epiſtola, & corā noſtra præſentia relegatur. Et accipiens Theoph. inde Notarius Regionarius & Sacellarius relegit in his ſermonib.

XXIV. *Excellentiſſimo Patri atq; Apoſtolico Pontifici Zachariæ Papæ Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.*

Poſtquam me ante annos propè triginta ſub familiaritate & ſeruitio Apoſtolicæ Sedis, annuente & iubente veneranda memoria Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore voto conſtrinxi, quicquid mihi lætitia vel triſtitia accideret, Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare, vt in lætis ſimul laudaremus Dominum, & in triſtibus eius conſilio roborarer. Ita & nunc mihi liceat indicare, precor. ſicut ſcriptum eſt: [a] *Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Notum enim ſit Paternitati veſtræ, quia poſtquam indigno mihi mandaſtis in prouincia Francorum, ſicut & ipſi rogarunt, ſacerdotali Concilio & Synodali conuentui præeſſe, multas iniurias & perſecutiones paſſus ſum à falſis ſacerdotibus & adulteris presbyteris, ſeu diaconibus, & fornicarijs clericis: maximus tamen mihi labor eſt contra duos hæreticos peſſimos & blaſphemos contra Deum & Catholicam fidem. Vnus qui dicitur Aldebertus, natione Gallus eſt, alter qui dicitur Clemens, genere Scotus eſt, ſpecie quidem erroris diuerſi, ſed pondere peccatorum compares.*

a Deut. 32.

XXV. *Contra iſtos obſecro auctoritatem veſtram, vt me defendere & adiuuare, & populum Francorum & Gallorum per ſcripta veſtra corrigere ſtudeatis, ne hæreticorum fabulas, & vana prodigia & ſigna præcurſoris Antichriſti ſectentur; ſed ad canonica iura, & ad viam veræ doctrinæ conuertantur, & vt per verbum veſtrum iſti duo hæretici mittantur in carcerem, nullusq; cum eis communionem habeat, ne forte fermento doctrinæ illorum fermentatus aliquis pereat, ſed ſegregati viuant, & iuxta dictum Apoſtoli* [b]*, tradatur ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.* [c] *Et ſi Eccleſiam non audierint, ſint vobis iuxta Euangelicum præceptum, ſicut Ethnici & publicani. Propter iſtos enim perſecutiones & inimicitias & maledictiones multorum patior, & Eccleſia Chriſti impedimentum doctrinæ rectæ ſuſtinet. Dicunt enim de Aldeberto, quòd eis ſanctiſſimum Apoſtolum abſtulerim, patronum & oratorem, virtutumq; factorem, & ſignorum oſtenſorem abſtraxerim.*

b 1. Cor. 5.
c Matt. 18.

XXVI. SCELERA ALDEBERTI. *Sed pietas veſtra audiens vitam eius, iudicet ex fructu, vtrum veſtimentis ouium indutus intus lupus rapax fuerit, an non. In prima enim igitur ætate hypocrita fuit, dicens quòd ſibi Angelus Domini in ſpecie hominis, de extremis finibus mundi mira, ſed tamen incertæ ſanctitatis reliquias attulerit: & exinde potuerit omnia quæcunq; popoſcerit à Deo impetrare. Hac ergo ſimulatione (ſicut beatus Apoſtolus prædixit* [d]*) penetrauit multorum domos, & captiuas duxit poſt ſe mulierculas oneratas peccatis, quæ ducebantur varijs deſiderijs, & multitudinem ruſticorum dicentium, quòd ipſe eſſet vir Apoſtolicæ ſanctitatis. prætereà conduxit Epiſcopos indoctos, qui ſe contra præcepta canonum abſolutè ordinauerunt: vnde in tantam ſuperbiam elatus eſt, vt ſe æquipararet Apoſtolis Chriſti; & dedignatus in alicuius Apoſtolorum vel Martyrum honore Eccleſiam conſecrare, in proprio honore dedicaret oratoria, vel (vt verius dicam) ſordidaret.*

d 2. Tim. 3.

XXVII. INGENS SVPERBIA ALDEBERTI. *Ad hæc etiam improperans, cur voluiſſent homines viſitare Limina ſanctorum Apoſtolorum: fecit eis cruciculas & oratoriola in campis, & ad fontes, vel vbicunq; ſibi videbatur, & iuſſit ibi publicas orationes celebrari, in tantum vt multitudines populorum, ſpretis cæteris Epiſcopis, & dimiſſis antiquis Eccleſijs, in talibus locis conuentus ageret, dicentes: Merita ſancti Adelberti adiuuabunt nos. Vngulas quoq; ſuas atq; pilos dedit ad honorificandum & portandum cum reliquijs ſancti Petri Apoſtolorum Principis. Tantum itaq; flagitijs muniatus, præſumpſit quoddam, quod maximum ſcelus & blaſphemia contra Dominum eſſe videtur: Venienti enim populo & proſtrato ante pedes eius, & cupienti confiteri peccata ſua, dixit: Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra, ideoq; non eſt opus confiteri ea: ſecuri ergo & abſoluti de peccatis veſtris præteritis, reuertimini ad domos veſtras cum pace. hæc igitur & his ſimilia, quæ ſanctum Euangelium hypocritas facturos eſſe teſtatur, idem Aldebertus ſuo habitu & inceſſu, moribusq; ſolet operari.* Vidiſti Lector, perſeuerantem iugiter in Eccleſia veterem vſum confitendi occulta peccata ſacerdotibus, cui aſſuetus populus præſtare perſeuerans ad Aldeberti pedes (quem putabant virum Apoſtolicum) peccata vt propalaret quiſque ſua, proſterneretur. pergit verò de Clemente altero pſeudopropheta dicere.

XXVIII. DE CLEMENTE PSEVDOPROPHETA. *Alter autem hæreticus qui dicitur Clemens, contra Catholicam contendit Eccleſiam, abnegans ſcilicet & refutans canones ſacros, & tractatus, & expoſitiones ſanctorum Patrum, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorij; Synodalia etiam iura ſpernens, affirmat ſe poſt duos filios in adulterio natos eſſe poſſe legis Chriſtianæ Epiſcopum. prætereà iudaiſmum introducens, iuſtum eſſe dicebat Chriſtiano, vt ſi voluerit, viduam fratris defuncti accipiat vxorem. Ipſe etiam contra fidem ſanctorum Patrum contendit dicens, quòd Chriſtus Filius Dei deſcendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit inde liberaſſet, credulos videlicet & incredulos, necnon cultores idolorum. Multa quoq; alia horribilia, & contraria fidei Catholicæ de prædeſtinatione Dei affirmat. Quapropter precor, vt litteras veſtras de hoc hæretico mandare curetis Duci Carolomanno, vt mittatur in cuſtodiam, ne ſemina ſatanæ latius ſeminentur, vna ouis morbida totum gregem polluat. Valere ſanctitatem veſtram, & proſperis profectibus gaudere in longitudine dierum optamus.* hactenùs epiſtola Bonifacij ad Zachariam. pergunt Synodalia Acta.

XXIX. *Cumq; lecta eſſet epiſtola, Zacharias Papa dixit: Audiſtis, chariſſimi fratres, quid in epiſtola lectum ſit ex ſacrilegis illis, qui ſe ad ſuam condemnationem Apoſtolos nominare præſumpſerunt? Sancti Epiſcopi & venerabiles presbyteri reſponderunt: Audiuimus certè per omnia, non Apoſtolos, ſed miniſtros ſatanæ & præcurſores Antichriſti. Quis enim aliquando Apoſtolorum, vel quilibet Sanctorum ex capillis ſuis aut vnguibus pro ſanctitate populis tribuit, vt ipſe pernicioſus agere conatus eſt Aldebertus? Sed hoc ſcelus à ſancto veſtro Apoſtolatu reſecandum eſt, tam de illo, quam etiam de tranſgreſſore Clemente, qui ſacros canones ſpreuit, atq; expoſitiones ſanctorum Patrum, Ambroſij, Auguſtini, cæterorumq; reſpuit: Ambo itaq; iuſtam dignamq; tranſgreſſionibus ſuis ſuſcipiant ſententiam. Zacharias ſanctus Papa dixit: Quia iam tardior hora eſt, venturo ſecretario de conſcripta vita & oratione, quam ſibi exponit Aldebertus, vel cæteris eius geſtis, cùm nobis lecta fuerint, communi conſenſu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractabimus.* hactenùs primum ſecretarium, ſiue ſeſſio Romani Concilij. Sequens autem non in ſequentem vel alium aliquem diem dilatum eſt, ſed die eodem iterum conuentum, vt habent Synodalia Acta verbis iſtis:

XXX. SECVNDA SESSIO. *Cumq; in eodem die ſanctus Zacharias Papa cæteriq; Epiſcopi, necnon presbyteri ſupradicti, alijq; clerici conueniſſent in prænominatam baſilicam. Gregorius Notarius Regionarius & Nomenclator dixit: Iuxta ſancti veſtri Apoſtolatus præceptum, quod in præterito ſecretario iuſſiſtis, Deneardus religioſiſſimus presbyter adeſt pro velo. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur. Cumq; ingreſſus eſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Actus illi nefandiſſimi Aldeberti, ſiue cætera eius ſcripta, quæ præterito ſecretario in manibus gerebas, coram præſenti Concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius Notarius Regionarius & Sacellarius legit vitam illius, cuius initium eſt:*

XXXI. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Incipit vita ſancti & beati Aldeberti Epiſcopi ex electione Dei nati. De ſimplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei coronatus: Quia dum in vtero matris ſuæ eſſet, ibidem gratia Dei cœpit in eo retineri. Et antequam perueniſſet beatiſ-*

ſima natiuitas eius, vidit genitrix eius per viſionem quaſi egredientem vitulum de dextero latere ſuo. Qui nimirum vitulus deſignabat illam gratiam, quam accepit ab Angelo, antequam exiret de vulua. Cumq́; hic libellus vſque ad finē lectus fuiſſet; Zacharias ſanctus Papa dixit: Quid ad hanc blaſphemiam reſpondetis, ſanctiſſimi fratres? Epiphanius Epiſcopus Eccleſiæ ſanctæ Siluæ candidæ dixit: Domne Apoſtolice, ex diuina profectò inſpiratione motum eſt cor veſtri ſancti Apoſtolatus, vt prædictum Bonifacium ſanctiſſimum Epiſcopum & Francorum Principes cōmoneretis, in partibus illis poſt longa tempora Concilium congregare ſacerdotum, ne hæc ſchiſmata & blaſphemiæ ſancto veſtro Apoſtolatui celarentur.

XXXII. Zacharias ſanctus Papa dixit: Si quid adhuc habet Deneardus religioſus presbyter nobis porrigere ad legendum, porrigat. Deneardus presbyter reſpondit: Ecce, domine, epiſtola, quā vtebatur Aldebertus, & quam diuulgabat eſſe Ieſu, ſibiq́; de cœlo veniſſe. Et accipiens Theophanius Notarius legit, cuius initium erat: In nomine Domini. Incipit epiſtola Domini noſtri Ieſu Chriſti Filij Dei, quæ in Hieroſolymam cecidit, & per Michaëlem Archangelum inuenta eſt in porta Ephraim, & per manus ſacerdotis nomine Icora ipſa epiſtola fuit exemplata: & tranſmiſit ipſe eandem epiſtolam ad Germaniæ ciuitatem alio ſacerdoti Thalaſſio, & ipſe Thalaſſius tranſmiſit illam ad Arabiæ ciuitatem alio ſacerdoti Leoban, & ipſe Leoban tranſmiſit epiſtolam iſtam ad Vetphaniam ciuitatem, & recepit eam Moerius Sacerdos Dei, & tranſmiſit in montem ſanctum Archangeli Michaelis, & per manus Angeli Dei peruenit ad Romanam ciuitatem ad ſepulchrum ſancti Petri, vbi claues regni cœlorum conſtitutæ ſunt. Et duodecim papati qui ſunt in Romana ciuitate, triduanas fecerunt vigilias in ieiunijs & orationibus. & cætera vſque ad finem perlecta.

XXXIII. Tertia sessio.

Zacharias ſanctus Papa dixit: Pro certo, cariſſimi fratres, & prædictus Aldebertus in inſaniam conuerſus eſt, & omnes qui hac vtūtur commentatā epiſtolā, paruulorum more abſque ſenſu ſunt, & muliebri errore inſaniunt. Sed ne leuiores amplius decipiat, indiſcuſſam & abſque ſententia cauſam hanc relinquere non poſſumus. Sancti Epiſcopi & venerabiles presbyteri reſponderunt. Ex diuina illuſtratione cognoſcimus, cor ſancti veſtri Apoſtolatus illuminatū, & quæ à vobis dicta ſunt, ex adminiſtratione Spiritus ſancti emanarunt. Et idcircò vt à vobis præmiſſum fuerit, in vtroſque ſententia promulgetur. Zacharias Papa dixit: Non vt à nobis ſolis præmiſſum fuerit, ſed pariter cum ſanctitate veſtra, vt Domino placuerit, in futuro ſecretario eſt pertractandum. hucuſq; ſecundum ſecretarium. Tertiū eadē die habitum legitur, vt planè mirū ſit, eodē die iam tertio eſſe conuentū, treſq; habitas ſeſſiones. Sic enim eadem pergunt Acta:

XXXIV. Cum autem tertiā vice in eodem die ſanctus Zacharias Papa, cæteriq́; Epiſcopi, necnon presbyteri ſupradicti, ſed & alij clerici conueniſſent in prænominatam baſilicam, Gregorius Notarius Regionarius & Nomenclator dixit, ſecundùm quod à veſtro ſancto Apoſtolatu præceptum eſt in præterito ſecretario, vt Deneardus religioſus presbyter hic ſe veſtris præſentaret obtutibus, præſto eſt præ foribus. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur. Cumq́; ingreſſus fuiſſet, Zacharias Papa dixit: Habes adhuc ex ſacrilegorum illorum cōſcripto aliquid, quod coram Concilio proferre debeas ad legendum? Deneardus religioſus presbyter reſpondit: Etiam, domine mi, orationem, quam ſibi Aldebertus componere uiſus eſt: & ecce in manibus eam gero, iubete eam ſuſcipi. Moxq́; ſuſcepta eſt, & lecta oratio, cuius initium tale erat:

XXXV. Domine Deus omnipotens, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & α & ω, qui ſedes ſuper ſeptimum thronum, & ſuper Cherubim & Seraphim, pietas magna, & dulcedinis ſatis eſt apud te, pater ſanctorū Angelorum, qui feciſti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt: te inuoco, & clamo, & inuito ſuper me miſerrimo, qui tu dignus fuiſti dicere: [a] Quodcunque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis. A te peto, ad te clamo, & Domino Chriſto confido animam meam. Cumq́; per ordinem legeretur, peruenit ad locum, vbi ait: Precor vos, & coniuro vos, & ſupplico me ad vos, Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simihel. Dum verò hæc oratio ſacrilega vſque ad finem perlecta fuiſſet, Zacharias ſanctus Papa dixit: Quid ad hæc ſancti fratres reſpondetis?

[a] Ioan. 12.

XXXVI. Quæ Angelorum nomina Eccleſia recipiat.

Sancti Epiſcopi, & venerabiles presbyteri reſponderūt: Quid aliud agendum eſt, niſi vt omnia quæ coram nobis lecta ſunt, igne concrementur; auctores verò eorū anathematis vinculo percellantur? Octo enim nomina Angelorū, quæ in ſua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, ſed magis dæmonum nomina ſunt, quos ad præſtandum ſibi auxilium inuocauit. Nos autem, vt à veſtro ſancto Apoſtolatu edocemur, & diuina tradit auctoritas, non plus quam trium Angelorū nomina agnoſcimus, id eſt, Michaël Gabriel Raphaël. hęc Patres. quibus perſpicuò intelligis librū quartū Eſdræ nomine vulgatum, in quo frequens eſt mentio Angeli Vriel, ab Eccleſia Romana proſcriptum penituſq; eſſe reiectum. habentur eadem de tribus tantummodò Angelorum nominibus in Capitularibus [b] Caroli Magni, pergunt Acta.

[b] Capitu. li. 1. cap. 16.

XXXVII. Zacharias ſanctus Papa dixit: Optimè prouiſum eſt à veſtra ſanctitate, vt conſcripta illius omnia igne concrementur. Sed opportunum eſt, vt ad reprobationem in ſcrinio noſtro conſeruentur ad perpetuam confuſionem. Nunc verò quia omnia peracta ſunt, de vtrorumque ſententia, quorum ſuperius mentio facta eſt, pertractandum eſt. Vniuerſum Concilium dixit: Aldebertus, cuius nobis actus & nefaria commenta lecta ſunt, & qui ſe Apoſtolum cenſuit nominari: & capillos & vngulas ſuas populis pro ſanctitate tribuit, quiq́; ſub obtentu Angelorum dæmones in ſuum auxilium inuocat: ſit ab omni officio ſacerdotali alienus, agens pœnitentiam pro commiſſis, & ampliùs iam populum minimè ſeducat. Sin autem in his erroribus perſeuerauerit, & populum ampliùs ſeduxerit: ſit anathema, & æterno Dei iudicio condemnetur, omniſq́; pariter, qui ei conſenſerit, & eius doctrinam ſequutus fuerit, aut adiunctus fuerit. Similiter & Clemens, qui per ſuam ſtultitiam ſanctorum Patrum ſtatuta, omniaq́; Synodalia acta reſpuit, inferens etiam Chriſtianis Iudaiſmum, dum prædicat fratrē fratris defuncti accipere poſſe vxorem; inſuper & Dominum Ieſum Chriſtum deſcendentem ad inferos omnes pios & impios exinde prædicat abſtraxiſſe: ab omni ſacerdotali officio nudatus ſit, & anathematis vinculo obligatus, pariterq́; Dei iudicio cōdemnatus, & omnis qui eius ſacrilegis conſenſerit prædicationibus. hactenùs Acta Concilij quibus tum Zachariæ, tum aliorum Epiſcoporum & presbyterorum ſuperiùs nominatorum appoſita eſt ſubſcriptio. Vides, Lector, eadē ſententia in Clementem prolata ob id quod ſacrorum Conciliorum, & Eccleſię doctorum doctrinā reſpueret, perſtringi, damnariq; pariter Nouatores eadem cum Clemente per fide ſentientes?

Sententia in Aldebertum & Clementem lata.

XXXVIII. Ad hæc ſpectant, quæ in Capitularibus Caroli habentur his verbis: [c] Pſeudographa & dubiæ narrationes, vel quæ omninò contra Catholicam fidem ſunt, vt epiſtola peſſima & falſiſſima, quam tranſacto anno, dicebant aliqui errantes & in errorem mittētes, quod de cœlo cecidiſſet: nec credantur, nec legātur, ſed comburantur, ne in errorē pro tali ſcripto populus mittatur: ſed ſoli canonici libri, & Catholici tractatus, & Sanctorū auctoritates & dicta legātur & tradantur. Reſpicit hoc etiā quod in iiſdem habetur de Scotis, qui mentiebantur ſe eſſe Epiſcopos [d]: Vel quod in eos [e] qui falſa nomi-

[c] Capitu. li. 1. cap. 78.
[d] lib. 7. add. 3. cap. 87.
[e] lib. 6. c. 41.

na Marty-

Digitized by Google

na Martyrum, & incertas Sanctorum memorias venerantur, ſtatutum eſt.

XXXIX. Quod rurſus ad idem Concilium ſpectat, deſiderari videntur ea Synodi Acta, quibus confirmata ſunt quæ in Synodo à Bonifacio hoc anno in Germania collecta ſtatuta fuerunt, niſi per ſe ea ſeorſum à Zacharia dixerimus cõfirmata, qui de iiſdem omnibus poſt hanc Synodum litteras dedit ad eundem Bonifacium verbis iſtis *:

* Cod. lib. 2. cap. 7.

ZACHARIÆ PAPÆ EPIST. AD BONIFACIUM.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coëpiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

Cum nobis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ ſyllaba delata fuiſſent, atque per ſingula legi feciſſemus, reperimus in earumdem litterarum ſerie, quòd peccatis noſtris facientibus, dum Dominici tritici ſemina quæreres elaborare ad augendam ſegetem ſpiritualem; ſubitò inimici superſeminauerũt zizania, vt ſanctitatem tuam in bono opere impedirent. Sed tua ſancta fraternitas inceſſanter orationi inſtet pariter cum fratribus qui tecum laborant, vt ſpirituali ſarculo eradicare poſſis zizania. Hoc opus ſi tibi ſemper erit in voluntate, Deus ſine dubio adiuuat, vt beatus Gregorius Papa: Bonum opus (inquit) nobis ſit in voluntate, nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Vnde, cariſſime frater, confortare in Domino, & ipſe erit adiutor tuus.

XL. *De incurſione autem Gentium, quæ in tuis plebibus facta eſt, mœrendum nobis eſt: ſed hæc aduerſitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana ciuitas ex accidentibus facinoribus ſæpius eſt depopulata, & tamen omnipotens Dominus dignatus eſt eam conſolari. Sic etiam credimus, quia & vos conſolabitur, ſi fideliter ad eum clamaueritis, & ieiuniũ, ſupplicationesq́ue litaniarum in populis commiſſis agendas prædicaueritis. Nos quoque (licèt peccatores exiſtamus) precibus noſtris & conſacerdotum noſtrorum, in quantum poſſumus, adiuuamus.*

De Synodo autem cõgregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pipino & Carolomanno excellentiſſimis filiis noſtris, iuxta ſyllabarum noſtrarum commonitionem, peragente noſtram vicem tuâ ſanctitate, qualiter egiſſes agnouimus, & omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, qui eorum corda confirmauit, vt in hoc pio opere adiutores exiſterent, & quia omnia optimè & canonicè peregiſti, tam de falſis Epiſcopis & fornicariis & ſchiſmaticis, quàm etiam de reliquis nomine ſacerdotibus contra canonum inſtituta agentibus, vel contra Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, de quibus ſecundum tuam relationem reſpondemus.

XLI. *Deo eo verò quod ſuggeſſiſti, quia elegerunt vnam ciuitatem,* nempe Moguntiam *omnes Francorum Principes, pertingentem vſque ad paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, vbi anteà prædicaſti, quatenùs ibi ſedem Metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, & inde cæteros Epiſcopos ad viam inſtrueres rectitudinis, & poſtmodum tui ſucceſſores perpetuo iure poſſideant: hoc quia decreuerunt, nos læti ſuſcepimus, eò quòd ex Dei nutu factũ eſt. Quòd verò falſi ſacerdotes & ſchiſmatici hoc impedire conati ſunt, eorum vanum agonem Dominus diſſipabit, & illa faciet ſtabilita, quæ ſanctorũ Patrum ſtatutis videntur concordare. Et quia ipſi Principes Francorum tibi etiam in hoc adiutores extiterunt: retribuat illis omnipotens Deus adiutorii huius præmium, & innumera largiatur bona.*

De illo etiam falſo Epiſcopo, quem dixiſti, quòd adulterati clerici & homicidæ filius in adulterio natus, & abſq; diſciplina nutritus eſſet, & quòd ſui ſimiles ſacerdotes conſecrauit: hoc meminit tua reuerenda fraternitas, quod etiam tibi ſæpè ſcripſimus, vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator ſacrũ miniſterium debeat tractare: ſed neque ex pœnitentia quis, aut talis, qualem ſacri canones prohibent, eſſe ſacerdotem.

XLII. *De baptizatis verò ab illis, ſeu Eccleſiis conſecratis, requirat tua fraternitas, ſi aut Eccleſias in nomine ſanctæ Trinitatis cõſecrauerunt, aut paruulos ſimiliter baptizauerunt: & tunc conſecratio Eccleſiarum, & paruulorum baptiſma ſit ritè confirmatum.*

Hoc etiam pariter retuliſti, quòd illi qui ante proiecti ſunt ſacerdotes, ſe à nobis abſolutos eſſe, apud Francorum prouinciã diuulgarent. Quod tua ſancta fraternitas nullo modo credat: quia impoſſibile eſt, vt ſi hoc feciſſemus, non tuæ caritati per noſtras iudicaſſemus litteras. Impoſſibile ergo nullo modo credas: quia non aliud prædicamus, & aliud agimus, aut aliud dirigimus, vt illi garriunt; ſed auxiliante Deo, illud firmiſſimè hortamur vt teneas, vt ſanctorum Patrum inſtitutis & conſultis ſacrorum canonum omni modo parere ſtudeas.

Quod obſecraſti, vt Francorum Principibus ſcriberemus: ſcias a nobis eſſe geſtum. Per ſingula enim eis ſcripſimus, vt petiſti, vt tibi amici ſint, & adiutores in Dominico opere exiſtant.

XLIII. *De cenſu verò expetendo, quod impetrare à Francis ad reparandas Eccleſias vel monaſteria plus non potuiſti, quã vt vertente anno, ab vnoquoq; coniugio ſeruorum duodecim denarii reddantur: ex hoc gratias ago Deo, quia hoc potuiſti impetrare. Dum enim Dominus donauerit quietem, augentur & luminaria ſanctorum, pro eo quòd nunc tribulatio accidit a Sarracenis, Saxonibus, vel Friſonibus, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti.*

*De his etiam qui poſtquam depoſiti ſunt pro capitalibus peccatis de gradu ſacerdotali, reperiuntur nec clerici eſſe velle nec monachi ſub pœnitentia, ſed * pergentes ad pallatiũ Regis Frãcorum, rogant vt eis loca tribuat Eccleſiarum vel monaſteriorum, vt diſpergant Sanctorum loca: de his, inquam, quid fieri debeat, Francorum Principibus commonitoria direximus ſcripta.*

* peragrantes

XLIV. *In alia quippe tua epiſtola reperimus contineri omnia quæ contra te egerunt falſi & ſchiſmatici Epiſcopi, id eſt, Aldebertus & Clemens; in qua omnia Acta eorum, ac impiiſſimũ errorẽ ſingulatim indicaſti. Nos autem congregatis conſacerdotibus noſtris, eorumdem prauorum ſceleratiſſima Acta in eorum præſentia legi fecimus. Et cùm nobis coram Cõcilio lecta fuiſſent; pro ſtudio omnes eadem ſchiſmatica dogmata, & ſceleratiſſimam vitã, quam ſibi Aldebertus conſcribi fecit, vnà voce decreuerunt, vt igne cremarentur. Sed nos hoc non fieri rectum iudicantes, pro eorum perpetua damnatione in ſcrinio ſanctæ Eccleſiæ reſeruari mandauimus. Ad hæc etiam dignam ſententiam cõtra eorum errorem ſcribi fecimus; cuius exemplar epiſtolæ ad tuam direximus ſanctitatẽ, vt lecta in prouincia Francorũ, omnis ſchiſmaticus audiens taliter a ſancta & Apoſtolica Eccleſia iudicatũ, à ſenſibus ſuis prauitate reſipiſcat.*

XLV. *In tertia verò epiſtola tua intimaſti nobis de alio ſeductore Geumhobo, qui anteà falſo Epiſcopi honore fungebatur, & quia ſine conſultu ad nos properat. Hic dum aduenerit, vt Domino placuerit, fiet. Tua autẽ reuerẽtia, vt auxiliante Domino cœpit, vice noſtrâ, petimus, perficere ſtudeat. Volumus namq; omni anno, tempore apto, in prouincia Francorum Concilium te celebrare, vt frequentiâ ſacerdotũ per inſtituta ſacrorũ canonũ correctâ, illic nulla aduerſitas valeat pullulare, ſed magis Eccleſia ſanctæ vnitas & diſciplina Apoſtolica vbiq; in illis partibus dilatata exiſtat, vt non amplius populi per falſos ſacerdotes deprauati demergantur in interitum. Dum verò Concilium congregaueris, ſic tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis, vt nullus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Pro eadem quippe cauſa, & pro omnibus vtilitatibus ſanctæ Eccleſiæ Francorum Principibus direximus litteras, vt altàs præfati ſumus. De ciuitate autem illa quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, per noſtra auctoritatis præceptum nomini tuo Metropolim confirmauimus. & tuæ*

ſanctitati direximus eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime Pater. Data prid. Kalend. Nouembris, imperante domino Auguſto Conſtantino, anno vigeſimoſeptimo Imperij eius, Indictione decimaquartâ.

Deſiderantur litteræ, quas ſe ad Francorũ Principes ſcribere teſtatur.

XLVI. Conſtat pariter cum iiſdem Pontificis litteris redditam eſſe eidem Bonifacio epiſtolam eius qui à ſecretis, ſiue ab epiſtolis erat ipſi Romano Pontifici Zachariæ, quam quod numquam hactenùs cuſam ſciamus, hic tibi ſcribendam curauimus. ſic ſe habet [a]:

[a] *Eod. qui ſup. Cod. ep. 4.*

SECRETARII BONIFACIO.

Summus & Deo amabilibus apicibus acceptis, cum magno & omni quo condecet honore & veneratione relegi. Et quia poſt tot tempora merui ex veſtris ſyllabis viſitari, omnipotenti Deo noſtro gratias egi, qui me indignum famulum ſuum etiam de veſtra lætificauit incolumitate. Igitur omnia, quæ nobis per nunc directas litteras præcepiſtis, vt Dominus vires donare dignatus eſt, adimpleuimus; ſed & ea, quæ Domino Apoſtolico ſuggeſſiſti, per nos ſunt ſuſcepta, & annunciata, atque relecta, & nos ea pertractantes omnia ſcripta quæ vobis ab eo directa ſunt, à nobis eſſe dictata iuxta veſtram voluntatem cognoſcite: ſed & quod non ſperabatis fieri, ſuggeſſimus, & facta eſt Synodus ſacerdotum præſidente Domno Apoſtolico, & relecta eſt ſacrilega illius Aldeberti nefandiſſimi vita, & omnia opuſcula eius coram Synodo: pariter epiſtola ſanctiſſimæ paternitatis veſtræ, vbi de illo, & de Clementis dementia ſuggeſſiſtis: & ſic poſt geſta peracta, ſententia anathematis in eos promulgata eſt, vel in omnes, qui eorum nefandam ſecuti fuerint ſectam: Cuius inſtar, hoc eſt exemplar, vobis, *à Domno Apoſtolico directa eſt. Et hæc coram præſentia præſentis fratris noſtri Deneardi venerabilis presbyteri acta ſunt, & ipſe vobis ore proprio poterit enarrare, quòd omnia iſta per nos acta ſunt. Nam pro certo cognoſcite, ſanctiſſime pater, quia in omnibus me paratum offero veſtris obtemperantem præceptis: tantummodò peto, vt pro nobis orare iubeatis. Scio enim quia veſtris orationibus adiutus erutus ſum à tentationibus inimici, & miſertus Dominus ſuo famulo medelam tribuit, & diuerſis infirmitatibus circumdatus, quamquàm indignus, illud Apoſtoli ſequor conſolationis dictum, quo ait:* [b] *Cùm infirmor, tum potens ſum. Et:* [c] *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me per veſtras ſanctas preces virtus Chriſti.*

DE SYNODO ROMANA IN CAVSA ALDEBERTI.

[b] 2. Cor. 12.
[c] Ibid.

XLVII. *Venerandas namq; ſorores noſtras, & Dei ancillas, quæ apud Limina ſanctorum Patrum Apoſtolorum properauere, quas etiam nobis veſtra ſancta Paternitas commendare iuſſit, in quantum Dominus vires donare dignatus fuerit, curam earum habemus propter veſtram ſanctam præceptionem. Benedictionem etenim, quam nobis direxiſtis ſuſcepimus, id eſt, poculum argenteum, & ſindonem vnã: quæ in duplici ſuſcepimus benedictione, eò quòd à tanto patre meruimus viſitari. Et licet retribuere nõ valeamus, tamen ad inuicem caritatis cum magna reuerentia direximus cinnamomum vnc. iiij. coſtum vnc. iiij. piper lib. ij. cotzumbrem lib. j. quæ peto vt abſq; iniuria ſuſcipere iubeatis, & vt pro nobis orare dignemini omninò depoſco. Incolumem ſanctiſſimam paternitatem veſtram diuina conſeruet maieſtas orantem pro nobis Deum, meritis Apoſtolorum decorande pater.* hactenùs epiſtola.

Cæterùm ſimul cum his miſſa ſunt anni huius Synodi Acta in Germaniam, eadem quoque recepta. Nam eadem legibus ſuis Carolus probata reddidit, dum legẽ ſtatuit aduerſus huiuſmodi pſeudoprophetas, [d] quam ſuperiùs recitauimus.

[d] *Capitul. li. 1. cap. 78.*

XLVIII. Finem huncacceperunt res geſtæ præſentis anni, quo pſeudoapoſtoli vnà cum ſuis ipſorum erroribus delati ad Apoſtolicam Sedem, damnationis ſententiam acceperunt: ſicque cuncta machinaméta diaboli ſunt diſſoluta, quibus nouam coaleſcentem Eccleſiam ille perfidus hoſtis humani generis perturbare conatus eſt, eiuſmodi ſubdolis operarijs; ſed Bonifacio ad primarium dominum vineæ ex aduerſo clamante: [e] *Capito nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Et: [f] *Increpa feras arundinis.* laqueo illæ anathematis præfocatæ ceſſarunt.

[e] *Cantic. 2.*
[f] *Pſal. 67.*

IESV CHRISTI
Annus 746.

ZACHARIÆ PAP. Annus 5. CONST. COPRO. IMP. Annus 6.

I. REDEMPTORIS Annus ſequitur ſeptingenteſimus quadrageſimus ſextus Indictionis decimæquartæ, quo bello ciuili inter ſe mutuò confligentes Sarraceni in Syria, Maruias ſibi ſubijcit Emeſam, Damaſcum, Heliopolim, & Hieroſolymã. Quo etiam tempore poſt tenebras terræmotus prodigioſi facti ſunt in Syria Palæſtina, & peſtis ingens in Calabria & Sicilia incipiens, inuaſit demũ Conſtantinopolim. De his enim iſta Theophanes: *A quarta* (inquit) *Auguſti vſque ad Octobris Kalendas tenebræ factæ ſunt caliginoſæ.* & paulò pòſt: *Anno ſexto Imperij Conſtantini, factus eſt terræmotus magnus in Palæſtina, & circa Iordanem & totam Syriam, menſe Ianuario, horâ quartâ, & multa millia, quin & innumerabilia hominũ mortua ſunt: Eccleſiæq; & monaſteria corruerunt, & maximè penes eremum ſanctæ ciuitatis.*

TERRÆMOTVS IN PALÆSTINA.

II. Eodem anno peſtilens morbus è Sicilia & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depaſcens, ad Monobaſiam & Helladem, atq; interiacentes inſulas venit per totam quartamdecimam Indictionem, flagellans impium Conſtantinum, & cohibens ab inſania, quam aduerſus ſanctas Eccleſias, & ſanctas ac venerabiles imagines intentabat. Verum ille, vt Pharao quondam, incorrectus permãſit. Sanè peſtilentia hæc, bubonis dicta, diſcurrens, decimaquartâ Indictione, ad regiam peruenit vrbem. Cœperunt autem fieri ſubitò tam in hominũ veſtimentis, quam in ſacris Eccleſiarum indumentis, & in velis cruciculæ plurimæ veluti ex oleo deſignatæ. Facta eſt ergo hinc triſtitia & defectio animi multa propter dubium eiuſmodi ſignum. *Venit nihilominus & diuinitus indignatio, diſſipans inceſſanter nõ ſolũ vrbis ciues, ſed & in omnibus ſuburbanis eius degẽtes. Facta verò ſunt & phantaſia in multis hominũ qui in* * *exthaſi facti exiſtimabant ſe cũ peregrinis quibuſdã (vt putabãt) & trucibus facieb' comitari: & eos qui in itinere obuij fiebant, ſe quaſi amicos ſalutare ac colloqui fingebãt. Notatis verò ijs quæ dicebãtur ab eis hæc poſteà referebant. Contẽplabantur antẽ eoſdem domos ingredi, & alios quidem ex domo deferre, alios autem vulnerare. Contigit autem eorum quæ dicta ſunt ab eis, plurima, vt viderunt, fieri.* Ita quidem ſignificans Deus non ob aëris iſta fieri intemperiem, ſed immiſſiones eſſe per angelos malos, vt aliàs factum vidimus ſuperioribus temporibus.

PESTIS DIRA GRASSATVR CONSTANTINOPOLI.

* extaſi

III. Quæ igitur cœpit hoc anno peſtilentia & ſequẽti graſſata eſt, tertio quoq; anno maioribus perſeuerauit incrementis. nam pergit Theophanes: *Præterea vernali tempore primæ Indictionis magis extẽſa eſt, æſtiuo autem prorſus incẽdit, ita vt integræ quoq; domus penitùs clauderentur, nec eſſent qui non haberent mortuos ſepelire. Ex neceſſitate itaq; multa excogitatum eſt, quòd ſuper animalia tabulæ ſternerentur, & ita ſuper has impoſiti mortui deferrentur, pari modo & alij in plauſtris ſu-*

PESTIS GRASSATVR.

prapoſiti

præpoſiti mortui deferrentur. Cùm autem repleta fuiſſent vniuerſa tam ſcilicet vrbana quàm ſuburbana monumenta, & ciſternæ quoque ſine aqua, & lacus, & plurimæ vineæ, necnon & interiores horti, qui intra veteres muros erant ad huiuſmodi capeſſendam ſepulturam effoſſi ſunt. & ita vix omnia hæc ad tantam neceſſitatem ſufficere valuerũt; omni autem domo calamitate repleta propter depoſitionem quæ impiè facta eſt ab Imperatoribus ſacrarum imaginum: huculque de his Theophanes: iungens ſimul tres annos, quibus eadem peſtilentia Conſtantinopolim in primis depaſta eſt.

IV. Sed quæ breuiter de his habet Theodorus Studita in oratione de S. Platone, hic ſunt breuiter recitanda, vtpote ab auctore digniſſimo ſcripta, qui & ſuæ ætatis res eſt proſequutus. dum enim agit de auis ſuis Sergio & Euphemia hac peſte defunctis, ex quibus ipſe Theodorus genitus eſſet, hanc ſubijcit de his narrationẽ: *Quoniam* (inquit) *illis temporibus cœleſtis ira inflicta eſt (res enim me admonet, vt de hac dicã; quippe quæ publicã intulerit calamitatem, nõ in paucis aliquibus regionibus ac ciuitatibus verſans, ſed velut Ægyptiacum quoddam flagellum ex alia in aliam ciuitatem tranſiens) ac vel maximè in regia vrbe Byzantio malum illud fuit: Hi verò quos diximus ſemper memorabiles è vita exceſſerunt. Non alienum autem fortaſsè fuerit vtilitatis causâ mortis etiam ipſius genus conſcribere. Narratio enim hæc talis eſt, quæ illorum animos terrere poſsit, qui prudenter eam intellexerint. Repentè in ſingulorum veſtibus ſalutaris Crucis ſignum cæruleo colore velut à manu aliqua pulcherrimè pingente, ſed Dei potiùs digito, & ſuperna manu expreſſum cernebatur. Quicumque ergo talis deprehenſus fuerat, diuulgabatur, ac ſtatim mors illi afferebatur.*

V. *Eodem die aliquis mortuum efferebat, & ipſe mortuus efferebatur. Duo ſimul in feretro, quatuor in iumento portabantur: onera corporum miſerabilium ſemper recens tumulata. Lamentationes vbique & voces miſerabiles vndiq; reſonantes. Qui mortuorum cadauera efferebant, tam multis oneribus ſufficere non poterant: itaq; decrant qui tot mortuos ſepelirent. Claudebantur domus, vrbis regiones inanes fiebant, ſepulchra ipſa implebantur, cùm intra duos menſes vrbs celeberrima, & multis millibus hominum habitata; iam deſerta & talis ferè ſit facta, vt ſi à nullis habitaretur. Hæc illius impij Conſtantini temporibus acciderunt, a quo imago Chriſti contumelioſè ſpreta, & à nefario illo homine, ac populi corruptore ſimulacbra errorũ nominata: immò verò Chriſtus ipſe noſter Deus ab eo deſpectus fuit: ſiquidem honor imaginis ad eum refertur cuius eſt ipſa imago, vt diuinus Baſilius quodam loco ait. Hæc Dei virga (vt aliquis diceret) prima fuit iuſtiſſima, quâ peccantes homines inſtruerentur, noſq; à ſumma noſtra malitia reuocati emendaremur: ita inquam illa, quæ ad ſalutis viam his cunctis dux eſt, qui eius correctionem prudenter & æquo animo accipiunt.* huculque Theodorus ſublimè philoſophatus. Sed de rebus Orientalibus hactenus.

PESTIS SAEVIT OB OFFENSAS SACRAS IMAGINES.

Hoc anno, quo abſoluitur ſecundus, atq; tertius incipit numerari Rachilis Regis Longobardorum annus, ipſe Rex conuentum coëgit omnium Principum Longobardorum, vt publicis initis comitijs vnà ſimul de legibus agerent Longobardorum, vel emẽdandis vel addendis: quas ex ſententia omniũ benè diſpoſitas, hoc itidem anno ſecundo Regni eius, Indictione decimaquartâ, hac præfatione præpoſitâ promulgauit:

VI. *Quoniam glorioſiſſimus & præcelſus Rothàris huius Longobardorum gentis Princeps, ſibi Deo inſpirante, leges inſeruit, atque innouauit, vt omnes intentiones & diſſenſiones malorum regali ſtudio reſecaret: equidem ſtatuit, vt cuncti ſucceſſores eius, quæ ſibi Deo inſpirante, aſpera & dura cognoſcerent, illa ad mollitiem & pietatis adducerent gratiam. Deinde ſucceſſor eius Grimoald præcellentiſſimus Rex, dum ſtudioſè ac vigilanter ſingulorum conſideraret neceſſitates, quæ illi meliùs complacuere ad cultum ſalutis augendo, minuendoq; adduxit. Poſt hunc verò glorioſiſſimus & Orthodoxæ Fidei cultor, atque huius gentis gubernator, & noſter per Dei omnipotentiam nutritor Luitprãdus eximius ac præcelſus ac ſapientiſſimus Princeps, perſiſtens in Dei operibus, & quotidianis vigilijs * omnipotẽtiâ & ſobrietate ornatus, ſicuti à Deo promeruit, per ipſius inſpirationem omnia dicentem, reliquit, & in edicti pagina cum ſuis Longobardis iudicibus confirmauit. Idcircò per Redemptoris noſtri prouidentiam ego diuino auxilio fretus Rachis præcellentiſſimus & eximius Princeps anno Regni mei ſecundo, die Kalendarum Martiarũ, Indictione quartadecimâ, dum tum gentis noſtræ, id eſt, Longobardorum iudicibus, tam de Auſtria, quàm de Tuſcia, vel Neuſtriæ finibus, vniuerſa quæ à deceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt, ſolicitè conſideraſſem, quædam ibi iuſta, & quædam peragenda cognouimus,* &c. ſatis hæc ad inſtitutum, & rerum geſtarum temporis ordinem.

LEGISLATORES REGES LONGOBARDORVM.

* omni obſtinentia

IESV CHRISTI
Annus 747.

ZACHARIÆ PAP: Annus 6. CONST. COPRO. IMP. Annus 7.

I. SEPTINGENTESIMVS quadrageſimus ſeptimus, Indictione decimaquintâ incipit annus, quo Carolomannus nuntio remiſſo ſæculo, monaſticam vitam amplexus; Caſſinenſe cœnobium in agro Aquinate poſitum adijſſe antiquorũ omnium aſſertione narratur. Quod ad tẽpus ſpectat, id vetus Francorum Chronicon à Pithœo in lucem vẽdicatum teſtatur his verbis: *Septingenteſimo quadrageſimo ſeptimo anno Carolomannus, relictâ quam tenebat poteſtate, Romam vadit, ibiq; mutato habitu, in Caſſinum ad ſanctum Benedictum ſecedit, & monachus efficitur.* hæc ibi, & alij idipſum hoc anno; [a] Ado autem Viennenſis, Regino, & alij plures ſuperiori id anno factum affirmant.

CAROLOMANNVS MONASTICAM VITAM AMPLECTITVR.

II. Cæterùm neq; hoc, neq; ſuperiori anno id accidiſſe, Zachariæ Papæ epiſtolæ ad Bonifacium Moguntinum Epiſcopum potius perſuadent. atq; primùm in epiſtola ad eum ſcripta anno ſequenti Indictione primâ, adhuc fuiſſe Carolomannum in principatus Francorum dignitate, vnà cum fratre Pipino, haud obſcurè oſtendit his verbis. [b] *Confortа etiam dilectiſſimos nobis orthodoxos Epiſcopos, ſacerdotes, atque leuitas, cæteroſq; clericos, religioſos Abbates & monachos, pariterq; glorioſiſſimos Duces,* &c. per Duces namq; & Principes, ipſum ſignificaſſe Carolomannum atq; Pipinum, aliæ plures eiuſdem Pontificis litteræ docent. Quin etiam & in epiſtola eiuſdem Pontificis data itidem ad Bonifacium Indictione quintâ, anno videlicèt Redemptoris ſeptingenteſimo quinquageſimò primo, itidem de iiſdem ſimul Principibus facta mentio reperitur his verbis: [c] *Quod de Principibus Francorum ſcripſiſti,* &c. Illud quidem certum eſt, Pipinum poſt fratris diſceſſum, neminem ſibi aliquẽ cooptaſſe in collegam, ſed ſolùm totius Francorum Regni habenas adminiſtraſſe. Hæc igitur quo ad tempus ſpectant conſideranda proponimus: rei verò geſtæ narrationem, de qua nomquam contigit dubitari, ab antiquioribus petamus. In vita S. Bonifacij iſta habentur, [d] vbi de donatione facta ab eodem Carolomanno Fuldenſi cœnobio à S. Bonifacio ædificato, narratio texitur.

[a] Sigebert. in Chron. & Lambert. hoc anno.
[b] In Vit. S. Bonifac. lib. 2. c. 8.
[c] Ibid. ca. 10.
[d] Ibid. ca. 23.

His au-

III. His auditis Carolomannus lætatus eſt, cunctiſque proceribus ſuis conuocatis, preces ſancti Epiſcopi eis expoſuit, & coram illis locum illum tradidit Epiſcopo, dicens: Quicquid eo in loco quem petis, meæ eſt ditionis, ab hodierno die in ius Domini transfero, ita vt ab Occidente & Oriente, Septentrione & Meridie ad tria millia paſſuum illi aſſignentur. hac facta traditione, miſit nuntios, qui nobiles omnes Grapheldenſis regionis conuocarent, eoſque obnixè precarentur, vt quicumque intra eos quos diximus limites iuris aliquid haberet, monaſterio à S. Bonifacio conſtruendo in Dei cultum largiretur. *Vbi innotuit nobilibus Principis petitio, mox cum omni deuotione, Deo, & S. Bonifacio, venerandoq́; Abbati * Sturmi quicquid illic iuris haberent, tradiderunt. Vt autem firma eſſet ad omnem poſteritatem ea traditio, Carolomannus, qui huius auctor erat, chartam ſuæ donationis ſcribi iuſſit, eiq́; ſuum ſigillum impreſſit.* hæc de donatione monaſterio factâ præmiſimus, vt oſtendatur, quod ſecundum illud Euangelicum: [a] *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet.* Carolomannus erga ſanctos monachos propenſior cùm eſſet, eamdem à Deo meruit gratiam cōſequi, vt & ipſe monachus efficeretur. de quo auctor iſta mox ſubdit:

* Sturmis

[a] Matt. 10.

IV. Carolomanni Caſinum profectio.

Hæc, & id genus alia faciens Carolomannus, cùm in Dei timore magis ac magis proficeret, nec tamen in habitu ſæculari eam poſſet quam vellet vitæ ſeruare integritatē, partem optimā elegit, quæ non poſſet ab illo auferri. Nam relictis omnibus huius mūdi opibus & honoribus, ad Caſſinum montem, vbi tunc arctiſſima vitæ monaſticæ diſciplina vigebat, profectus eſt, ibiq́; monachus factus eſt, Pipino fratri Regni omnia committens. Qui paternâ, fraternaq́; potitus dignitate, cum eſſet Maiordomus, vt tunc dicebatur, eādem curam & ſolicitudinem, & deuotionem, quam eius frater, tam erga diuina quam ſæcularia negotia præſtitit, per omnia ſe accommodans ad ſancti Bonifacij conſilia. hæc auctor. Sed ſancti Principis extorris mundi, cœli incolæ veſtigia aſſectemur. Quid autem acciderit vbi per Alpium iuga peruenit ad S. Galli cœnobium, audi ex Vualfrido Strabone, qui eiuſdem Sancti res geſtas conſcripſit.

V. Peruenit ad monaſ. S. Galli.

Carolomannus itaque paucorum decurſibus euolutis annorum, ob amorem regni cæleſtis, ſæcularis gloriæ pompam depoſuit. & cum cauſa quietioris vitæ Romam tenderet, in viciniam ſupradicti loci adueniens, ad idem monaſterium cauſa deuotionis accepit, audienſq́; aſſiduis ſignorum virtutibus eumdem locum pro beati viri meritis à Domino illuſtrari, dixiſſe fertur: Tenuis quidem hic locus eſt facultate, ſed pro meritis beati Galli celebri diffamatus rumore. Cumq́; vellet ibidem degentibus aliquod ſuæ largitatis conferre ſolatium, ſed retractaret, à negotijs ſe Regni diſiunctum implere non potuiſſe: quod voluit fratri reſcripſit, vt ſui amoris intuitu eidem monaſterio aliquod regiæ largitatis ſolatium dignaretur impendere. Cùm igitur ab Othmaro Abbate præſentatam Pipinus Princeps accepiſſet epiſtolam, annuens petitioni fraternæ, libellum quem Benedictus pater de cœnobitarum conuerſatione cōpoſuerat, eidem Abbati tradidit, &c. ſed cum Carolomanno hic aliquantulum remoremur.

VI. Ex quo enim mentio de miraculis facta eſt fieri ſolitis ibidem ad ſepulchrum ſancti Galli: quid his temporibus Carolomanni acciderit, accipe ab eodem auctore Vualfrido Strabone: *Temporibus igitur Carolomanni Maioriſdomus miraculum memoriâ dignum per meritum ſancti Patris effectum, huic operi inſerere iudicauimus. Vir quidam pauperculus in pago quodam ex ſumma deuotione cum vxore ſua ad cellam beati Galli cauſâ orationis properare diſpoſuit. Cuius intentione deuotionis, dum mulier pallulam, quam in loco ſancto oblatura erat contextam parauiſſet, inuoluit ea formellam ceræ, quam ſimul oblaturam ire cogitabat, & in arca ſua inter alia veſtimenta repoſuit. Contigit autem dum ire pararent, domum illorum, cum omnibus quæ intra villam erant rebus, igne cremari. Cumq́; conſumptis omnibus, flammâ ceſſante, ſopitum fuiſſet incendium, cœperunt inter fauillarum cumulos ferramentorum reliquias quæritare. Et ecce inueniunt (mirum dictu) ceram pallula inuolutam inter cinerem & carbones, nihilq́; in eis læſionis apparuit: cùm ipſam arcam, & quicquid aliud in ipſa repoſitum erat, penitus conſumpſiſſet incendium. Viſo igitur tantæ virtutis miraculo, benedixerunt Deo, & iter quod diſpoſuerunt peregerunt: & narrantes fratribus quæ geſta fuerant, obtulerunt donarium, quod huic voto conſecratum, in ſupremis non poterat perire periculis. Seruata ſunt eadem res in teſtimonium poſtfuturis vſque ad tempora Othmari Abbatis.* & inferiùs idem Vualfridus ſubijcit iſta. *Illud quoque miraculum, quod quarto anno Carolomanni * Regis in pago, cuius mentionem fecimus, contigit, libet memoriæ commendare.*

Palla et cera ab incendio illæſa ſeruata.

VI

* Principis

VII. *Pauperculus quidam iuxta Regiam poſſeſſionem, quæ Rotumuila dicitur, commanens, dum ad cellam ſancti viri Dei pergere voluiſſet, nec haberet aliquid, quod ob deuotionis indicium illuc deferre potuiſſet: diabolo ſuadenti conſentiens, atrium cuiuſdam diuitis irrupit, & alueare cum melle & apibus furtim auferens, intulit domui ſuæ; apibus deinde extinctis, ceram conſiait. Et non multò poſt inter vicinos & amicos cum hoc furtiuo munere ad Eccleſiam venerabilis Galli perrexit. Cumq́; ſinguli, quod attulerant, obtuliſſent: is qui contra fas offerre voluit de rapina donarium, ceram reperit in lapidis duriſſimi rigorem mutatam. Ingenti itaque timore perculſus, vnis eorum qui ſecum venerant, reatum ſuum confeſſus eſt. Qui deinde cum cuſtodibus Eccleſiæ quæ facta fuerant indicaret, fama huius miraculi mira celeritate cunctis innotuit.* Sed pauca hæc ex multis ad inſtitutum ſatis. iam Carolomannum de mundi totius ſuperati victoria trophæa inferentem in Vrbem, triumphantemq́; de ſæculo ſpreto ſequamur.

Oblationem furtiuam non recipit Deus.

VIII. Vbi per Flaminiam veniens obuium Soractem montem prope in agro Veientano poſitum aſpexiſſet; memoriaque ingeſſiſſet, nobilitatum illum eſſe latebris ſancti Silueſtri & aliorum ſanctorum virorum, qui ibidem vitam monaſticam excoluiſſent: eius iuga conſcendens, cùm omnia quæ illic erecta fuerant ædificia, iugi bello Longobardorum ſolo eſſe æquata conſpiceret: vt ibidem erigeretur monaſterium, atque ſancti Silueſtri memoria reſtitueretur operam dedit. hæc cum multi affirment, tamen tradunt alij ipſum monaſticam illic exercuiſſe diſciplinam. nam audi quæ apud Eginhardum in vita Caroli Magni leguntur: *Carolomannus incertum quibus de cauſis, tamen videtur quòd amore conuerſationis contemplatiuæ ſuccenſus, operoſâ temporalis Regni adminiſtratione relicta, Romam ſe contulit in otium, ibiq́; habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud Eccleſiam beati Silueſtri conſtructo monaſterio, cum fratribus ſecum ad hoc venientibus per aliquos annos optatâ quiete perfruitur. Sed cùm ex Francia multi nobilium ad vota ſoluenda Romam ſolemniter commearent, & eum velut dominum quondam ſuum præterire nollent, otium quo maximè delectabatur, crebra ſalutatione interrumpentes; locum mutare compellunt. Nam cùm huiuſcemodi frequentiam ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, in Samnium prouinciam ad monaſterium S. Benedicti, ſitum in arce Caſſina ſeceſſit, & ibi quod erat reliquum temporalis vitæ religioſè conuerſando compleuit.* hæc Eginhardus reliquis antiquior, ex quo Aimoinus iſta breuiter collegiſſe viſus eſt verbis iſtis:

In Soractem pergit Carolomannus.

Carolo-

IX. *Carolomannus Romam profectus, dimiſſâ ſæculari gloriâ, habitum mutauit, & monaſterium in honorem S. Silueſtri in monte Soracte ædificauit, vbi quodam tempore perſecutionis, quæ ſub Conſtantino Imp. facta eſt, ſanctus Silueſter latuiſſe fertur. Ibiq; aliquamdiu commoratus, meliori conſilio, hoc loco dimiſſo, ad monaſterium ſancti Benedicti in Samnia prouincia, iuxta Caſſinum Caſtrum cõſtitutum, Deo ſeruiturus venit, ibiq; monachicum habitum ſuſcepit.* hæc auctor.

Porrò res tantæ admirationis ab omnibus ſæculi huius, & aliis reperitur auctoribus ſcripta licèt in aliquibus paulò diuerſus alter ab altero. Nam Anaſtaſius Bibliothecarius, in Zacharia Pontifice iſta habet: *Huius Pontificis temporibus Carolomannus filius Caroli Francorum Principis, præſentis vitæ relinquens gloriam atq; poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum Apoſtolorum Principem deuotus cum aliquantis ſuis aduenit fidelibus; ſeſeq; Dei contulit Apoſtolo, atq; in ſpeciali habitu fore ſpondens permanſurum, clericatus iugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit Pontifice. Et poſt aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt profectus eſt monaſterium, in quo & ſuam finire vitam iure profeſſus eſt iurando.* hæc Anaſtaſius, prætериens commorationem eius in monaſterio montis Soractis.

X. At generoſus animus ille, qui calcato penitùs mundo, ſublimem Chriſtianæ philoſophiæ attingere conatus eſt verticem, non ſic induit monachum, vt vnà ſimul Principem latentem intus includeret, ſed exuit penitùs; vt nec ſignum quidem in ſe remanere paſſus ſit veteris hominis, in nouũ nouo cum habitu in omnibus trãsformatus, procul abhorrens ab eo quod reprehendit S. Baſilius in nobili quodam ſed ignauo mundi contemptore, dicens: *Senatorem perdidiſti, & monachum nõ feciſti.* nam audi quæ dicat[a] Regino de eodẽ Carolomanno: *cùm adhuc Romæ* ſeu magis prope Romam in Soracte *poſitus in monaſterio, quod ſibi ædificauerat, ab omnibus propter regiam nobilitatẽ, & quod maius eſt, propter contemptum Regni terreni & gloriam præſentis ſæculi veneraretur, & laudibus extolleretur: timens vir Deo plenus fauorẽ laudis humanæ, qui tanta pro Chriſto reliquerat, fugã magis arripere diſpoſuit, quàm vanæ gloriæ ſubiacere. Et hoc tantummodo vni fido ſocio confeſſus eſt, quo ab infantia in omnibus fidelem probauerat, & cum eo noctu, omnibus aufugiens inſcijs, & ad Caſſinum montem vſq; peruenit, nihil ſecum portans ex omnibus bonis quæ corpori erant neceſſaria, nudus Chriſtũ ſequutus eſt, & iuxta morem portam monaſterij pulſans, colloquium patris monaſterij expetijt. In cuius præſentiã cùm veniſſet, mox in terram corruit: ſe homicidam eſſe, ſe reum omnium criminum proteſtans, miſericordiam expoſcit, pœnitẽtiæ locum exquirit.* Quod autem ſe homicidam confeſſus ſit Carolomannus, certè quidem haud putamus voluiſſe mentiri (quod Chriſtiano quauis ex cauſa non licet) ſed cùm pluribus aduerſus barbaros præliis decertaſſet, multos ab eo cæſos homines contigiſſe quis dubitat? Quod igitur in iuſto bello ſine peccato vel leui ab eo factum eſſet, ille cã bene ad humilitatem ſectandam vſus occaſione, homicidam ſe eſſe profeſſus eſt. pergit vero Regino.

XI. *Pater cùm hominem peregrinum eſſe cognouiſſet; interrogat cuius patriæ, aut gentis eſſet. At ille confeſſus eſt ſe Francum eſſe, & ex Francia propter talia ſcelera migraſſe, exilium libenter ferre paratum, tantum vt patriam cæleſtem non amitteret. Spiritualis pater eius precibus annuens præcepit eum in cellam nouitiorum recipi vnà cum ſuo collega, probari ſecundum quod regula iubet, & tantò arctius, quantò barbaræ & ignotæ gentis homo erat, implens illud Apoſtolicum:* [b] *Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Itaque probatus in omni patientia, ſociatus eſt congregationi vnà cum collega. Poſt emenſum anni circulum profeſſus eſt ſtabilitatem, conuerſationem monaſterij, obedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti. Cœpit autem irreprehenſibiliter inter fratres conuerſari, omnibus virtutibus pollens.*

Accidit autem, vt iuxta quod mos eſt, ad coquinæ officium hebdomadarius deputaretur. Quod cùm libenter quidem faceret, ſed in multis ignoranter offenderet, coquus vino æſtuans ei alapam dedit, dicens: Ita te fratribus deſeruire oportet? Cui ille nihil motus, placido vultu reſpondit. Indulgeat tibi Dominus frater, & Carolomannus. Neque enim cuiquam ſuum nomen prodiderat, ne agnoſceretur. Rurſus cùm in quibuſdam cibarijs adminiſtrandis errasſet, à coquo percuſſus eſt: cui eadem quæ ſupra imprecatus eſt. Et cum tertio à coquo crudeliter cæderetur: indignatus ille comes indiuiduus ſuæ peregrinationis, quod tãtus vir à tam vili perſona tam contumelioſè afficeretur, iam ferre non valens, arripuit pilum, vnde panis in olera parcium mittendus conterebatur, & cum omni adniſu percuſſit, dicens: Nec tibi Deus parcat, ſerue nequam, nec Carolomannus indulgeat.

XII. *Fratres hoc audito valde commoti ſunt, quod homo alienigena & pro miſericordia receptus talia facere præſumpſiſſet: protinus ergo cuſtodiæ mancipatur, vt die ſequenti talis præſumptio acriùs vindicaretur. In craſtinum productus de cuſtodia, in medio conuentu ſiſtitur. Percunctatus cur manus extendere in fratrem miniſtrum auſus fuiſſet? Reſpondit: Quia, inquit, vidi ſeruum nequiorem omnibus, virum meliorem & nobiliorem omnibus, quos in terra conuerſari ſcio, non ſolùm verbis dehoneſtare, ſed etiam plagis afficere. Furore nimio exagitati, quòd eum, qui peregrinus venerat, cæteris prætuliſſet, interrogant, quis eſſet ille qui bonitate & nobilitate omnes anteiret, cur ſaltem patrem monaſterij non excepiſſet? Ille neceſſitate compulſus, celare non valens (Deus iam manifeſtari volebat) ait: Iſte eſt Carolomannus quondam* * *Rex Francorum, qui pro Chriſti amore Regnum & gloriam mundi dereliquit: qui de tanta excellentia ita ſe humiliauit, vt modò à viliſſimis perſonis nõ ſolum contumelijs afficiatur, verùm etiam verberibus affligatur. Quo audito tremefacti à ſedibus ſurgunt, pedibus eius ſe proſternunt, veniã poſtulant de contemptu, ignorantiam profitentur. Ille contra in terram prouolutus, cum lachrymis negare cœpit; hæc non eſſe vera, non ſe eſſe Carolomannum, ſed hominem peccatorem & homicidam, collegam ſuum timore correptũ propter commiſſum piaculum hæc excogitaſſe. Quid plura? cognitus ab omnibus, cum magna reuerentia eſt obſeruatus.* hactenus Regino.

At nec puto hîc mendacij arguendum eſſe eumdem Carolomannum, cùm ſe eum eſſe negauit. Etenim quòd ſciret monaſticâ profeſſione abiici veterem hominem & nouum indui, ſecundùm quod monet Apoſtolus, dicens: [c] *Expoliantes veterẽ hominem induite nouum, qui ſecundùm iuſtitiam creatus eſt & ſanctificationem veritatis.* hoc ſenſu, ſe nõ illum eſſe, iure dicere poſſe putauit.

Quod autem dicat Regino, ex hoc tẽpore cultum fuiſſe magnâ veneratione eumdem Carolomannum: ità quidem ipſe iure putauit. Verùm qui venerat Chriſti opprobria conſequuturus, haud carere voluit illis: qui enim ſemel exierat extra caſtra, crucis improperium portans, viliſſimis mancipari ſeruitiis exoptauit. Nam audi quæ Leo Oſtienſis[d] poſt narrata illa quæ Anaſtaſius tradit, ſtatim ſubiungit: *Sub prædicti Abbatis Petronacis regimine cum omni humilitate & deuotione Domino ſeruiens, aliquos tranſegit annos. Non autem otioſum erit, quanta humilitatis, quantaque obedientiæ exempla idem Princeps*

Marginal notes:
[a] Regino in Chron. anno 576.
CAROLOMANNVS OCCVLTVS PETIT CASSINVM.
[b] 1. Ioan. 4.
CAROLOMANNVS TERTIO PERCVTITVR.
AGNOSCITVR CAROLOMANNVS.
* Princeps
[c] Coloſſ. 3.
[d] Leo Oſtienſ. Chro. Caſſin. li. 1. c. 7.

ediderit in monaſterio, ad poſterorum exemplum litteris tradere.

XIV. CAROLOMANNI MONASTICA PROBATIO.

Cernens enim præfatum Abbas ita Carolomanni feruere propoſitum, voleńsque iuxta mandatum regulæ ipſius explorare patientiam, perſeuerantiamque cognoſcere, paucarum ouium quæ erant in monaſterio, curam illi tentauit adiungere, vt quotidie ad paſcendum educeret, paſcentes cuſtodiret, paſtaſque reduceret. Quam ille obedientiam, ac ſi ex ore Domini feruenter amplexus, ſatagebat quotidie quæ ſibi fuerant imperata perficere. Poſt paucos dies cùm longiuſculè paſcendas duxiſſet oues: latrunculi quidam repentè irruentes, aliquas ex eis nitebantur violenter abripere. Tum ille conſtanter occurrens: Oues (inquit) curæ meæ commiſſas auferre vos nullâ ratione permitto; de me autem quod vobis permiſerit Dominus, facere non contradico. Illi autem peruerſæ mentis homines eum penitùs expoliantes, abire cœperunt. At Carolomannus detegi pudenda non ferens, femoralia tantum ab eis violenter eripuit; cætera patienter illos auferre permiſit. Abbas verò probare volens an vera eſſet, an ſimulata iſta patientia, cœpit eum vehementer arguere, eique ſegnitiam ac ſtultitiam exprobrare: Cùm ille nihil excuſans, ad omnia ſe peccaſſe fatebatur. Iubetur ergo veſtiri, & ad opus ſolitum regredi.

Cùm verò die quadam oues à paſtu reduceret, vna ex eis ægra claudicare cœpit. Videns ergo propterea ad conſtitutam horam occurrere nullatenus poſſe, claudicantem ouiculam impoſuit humeris ſuis, ſicque cum omnibus ad monaſterium rediit. ſed dum rediret, ouicula quam geſtabat humeris, perfundit eum lotio contigit. Quod ille quondam præpotens, ille regiâ dignitate conſpicuus tantâ patientiâ pertulit, tantâ animi virtute tolerauit, vt ne eiuſmodi lanam quidem idcirco depoſuerit, neque vlla prorſus ratione murmurauerit. Id cùm Abbati nuntiatum fuiſſet: admirans tanti viri manſuetudinem, ac prorſus regiam humilitatem, diuinoque ſpiritu plenum animaduertens præcepit, vt iam illo opere omiſſo, iuxtapoſitum hortulum, vt ſciret, excoleret. hucuſque de his Leo. Quot autem annis monachus vixerit, inferiùs ſuo loco dicturi ſumus.

XV. S. BONIFACIUS CATECHISTA CAROLOMANNI.

At vnde tanta iſta manarint, & quis Catechiſta extiterit, qui docuerit Reges philoſophari, aperit Wilibaldi ſectator in rebus geſtis S. Bonifacij Epiſcopi Moguntini, cùm ait: [a] *Carolemanno longè alia mens fuit, quàm ſcilicet inſecutor eſſet monaſticæ diſciplinæ. Qui licèt antè quàm eſſet S. Bonifacij concionibus inſtitutus, de Chriſtiana religione parum ſciuerit: attamen illius adhortationibus in timore & amore Dei ita perfectus eſſe cœpit, vt humana ſimul & diuina ſapienter diſponeret, nihilque iura ſæcularia abſque diuini cultus adminiſtratione, cui monaſtica vita adiuncta eſt, proficere non ignoraret.* & inferiùs [b] de eodem his verbis: *Princeps ergo Carolomannus quem diximus, quamuis adiacentium regionum bellis infeſtaretur: non tamen iis potuit à ſacrorum locorum & ſeruorum Dei procuratione retardari; nimirum perſuaſum habens, arma ſpiritualia, quæ ſunt virtutes animi, multò eſſe potiora, validioraque armis manufactis, neque vllam habens fiduciam in multitudine exercitûs, ſi virtutes ſpirituales abeſſent, conuenienter illi propheticæ ſententiæ:* [c] *Non ſaluatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. Itaque dum omnia Chriſtianæ religionis iura (vt ex ſuperioribus poteſt animaduerti) tum in pſeudochriſtianis, tum hæreticis profligandis, ad ſancti Bonifacij conſilium peregiſſet, illius etiam votis, &c.* dignus profectò tanto magiſtro diſcipulus.

[a] Vit. Boniſ. lib. 1. c. 36. apud Sur. to. 3. die 5. Iunij.

[b] Ibid. lib. 2. cap. 13.

[c] Pſal. 32.

XVI. CAROLOMANNI LAUS EGREGIA.

Diuini Spiritus opus fuiſſe quis neget, primùm vt ipſe Carolomannus primogenitus filius cum fratre Pipino æqua iura ſeruarit, dum in præfectura Francorum vixit, ſummâque pace vinculum fraternæ caritatis abſque vlla vel leui ſaltem læſione ſaluum in omnibus cuſtodierit; atque demum totum ſe Deo dedens, quod in hoc mundo poſſidebat, ipſi reliquerit? Mirabitur autem magis quiſque Carolomannum ita philoſophantem, qui præſtantem ipſius virtutem bellicam perſpectam habeat: Bellicoſiſſimo enim patre genitus, vt catulus leonis non degenerans à parente, mox poſt obitum patris, rebellantes Principes Aquitaniæ Homaldum, Baioariæ Odilonem, graſſantes Saxones ſuperauit, & noua tentantes Alemannos prœliis victos compeſcuit. Iamque pacatis omnibus, Francorum Regno ſubditis regionibus, imperanti Spiritui tantum cedens, fratri quem ſciebat fortitudine conſilioque præſtantem, cuncta relinquens, ſe ipſo fortior factus, vincendo ſeipſum, immortalem apud Deum & homines eſt gloriam conſequutus.

IESV CHRISTI
Annus 748.

ZACHARIÆ PAP. Annus 7. CONST. COPRO. IMP. Annus 8.

I. S. BURCHARDI ADVENTUS ROMAM.

QVI ſequitur annus ſeptingenteſimus quadrageſimus octauus, primâ notatur Indictione, quo contigit S. Burchardum Epiſcopum Vuirceburgenſem ſiue Herbipolenſem Romam ad Zachariam Pontificem ſe conferre, cui ad eumdem Pontificem S. Bonifacius Moguntinus Epiſcopus litteras dedit, ex quibus id quod de eius aduentu Romam aſſeritur, redditur manifeſtum. Qui eiuſdem Burchardi res geſtas proſequutus [d] Egiluardus duplicem ponit Burchardi Romam aduentum, priorem vnà cum Bonifacio, poſteriorem vnà cum Folrado miſſo à Pipino pro Regno Francorum à ſummo Pontifice impetrando; quos omnes quidem ab hoc eſſe diuerſos, tempora diuerſa declarant; quamobrem teſtificatione litterarum Zachariæ Pontificis tertiò eum Romam veniſſe dicendum erit. Porrò auctorem quem diximus Egiluardum, in iis quæ temporum ſunt, optaſſemus accuratiorem fuiſſe, redarguendum in eo potiſſimùm dum Epiſcopatus Wirceburgenſis ab eo ponitur inſtitutus anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo primo: ſed ex litteris Zachariæ Pontificis erroris arguitur; quibus teſtificatio nulla certior eſſe poteſt.

[d] Apud Sur. die 14. Octob. tom. 5.

II. Quod autem ad S. Bonifacij res pertinet: Cùm nimis valdè ſceleratorum numerus excreuiſſet, & complures cōſperſi eſſent inter fidelem populum impij ſacerdotes; atque inter alios eſſet quidā Samſon genere Scotus, qui negabat ſanctū baptiſma eſſe neceſſarium ad ſalutem: de his omnibus idem Bonifacius cenſuit monendum eſſe Romanū Pontificem. Adiecit etiam de Virgilio (de quo ſuperiùs) Apoſtolico planè viro querelas, quas tamen non veritas ſed calumnia eidem ſuggeſſiſſet. primùm quidem quòd odia ſereret inter ipſum atque Baioariæ Ducem; deinde quòd falſo iactaret, ſe ab Apoſtolica Sede nactum vacantem Epiſcopatum: demum verò quòd diceret, nouum reperiri mundum, qui alio ſole atque alia luna illuſtraretur.

ACCUSATIONES IN VIRGILIUM.

Verùm omnia iſta in Virgilium ad Bonifacium primò, inde verò per eum ad Zachariam perlata vanū prorſus fuiſſe commentum prauorum hominum arte contextum, declararunt euenta; ſiquidem vt inania penitùs euanuerunt. Etenim cùm Pontifex, his acceptis, facultatem dederit Bonifacio, vt congregato Concilio Virgilium ab Eccleſia

pelleret,

pelleret, ſacerdotioque priuaret? & nec quicquam A huiuſmodi factum appareat, immò contrarium, cum perſeuerauerit ipſe ſanctus etiam Epiſcopatu in ſuſcepta ſemel Apoſtolica functione, atq; longè, lateq; Euangelium in gentes finitimas propagarit: quis non intelligat accuſationes illas vanas cognitas penitùs euanuiſſe, eoſdemq; Apoſtolicos viros Apoſtolico ſpiritu, animoque pari iunxiſſe dexteras ad opus quod ſuſceperant Euangelij? Cũ etiam ſi Bonifacius neglexiſſet, Zacharias Papa, qui vindex exurgens de mittendo in Vrbem Virgilio litteras ad Ducem Bauariæ dedit, immò & ſuis litteris eumdem cum collega Sidonio Romam ſe vocaturum promiſit: ſi aliquod ſcelus interceſſiſſet, nequaquam inultum reliquiſſet. Quòd ergo tot B litteris poſt hæc inter Bonifacium & Zachariam Papam intercurrentibus, nulla prorſus de his mẽtio ampliùs facta ſit; planè ea omnia vt fide vacua, atq; penitùs falſa, fuiſſe abolita intelliguntur. Cæterùm ipſum Virgilium ſolemnibus ritibus inter Sanctos relatum à Gregorio nono Rom. Pont. vetera monumenta teſtantur. Sed videamus Zachariæ litteras ad Bonifacium redditas, quibus ea omnia quæ ipſe Bonifacius ad Zachariam ſcripſerat, innoteſcunt.

INNOCENTES PROBATI VIRGILIVS ET SIDONIVS.

[a] Bonif. lib. a.c.8. to.2. ep. Rom. Pont. ep. Zach.

Reuerendiſſimo fratri Bonifacio Coëpiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei [a].

III. ZACHARIAS BONIFACIVM CONSOLATVR.

Sacris Liminibus beati Apoſtolorum principis Petri & noſtris obtutibus præſentatus præſens Burchardus dilectus C *nobis Epiſcopus, ſanctitatis tuæ attulit affatus, per quorum ſcripta agnouimus, magnum te habere certamen in prædicatione Euangelij Domini noſtri & exhortatione ſanctæ fidei, quam per beatum Petrum & vas electionis Paulum, cæteroſque Apoſtolos traditam ſuſcepimus. Quibus agnitis omnipotenti Deo immenſas agimus gratias, petentes eius ineffabilem diuinitatem, vt multò ampliùs confirmet atq; corroboret cor fraternitatis tuæ, & ſoſpitem corpore annuat permanere, vſque quo eius diuinitas te ſuperſtitem in hac iuſſerit eſſe vita, ad perficiẽdum miniſterium tibi impoſitum, & ad portandum lucrum animarum in die Chriſti Ieſu, vt illam merearis audire vocem deſiderabilẽ, quam dicturus eſt Dominus diligentibus ſe:* [b] *Venite benedicti Patris mei percipite Regnum, quod vobis paratum eſt* D *ab origine mundi.*

[b] Matt. 25.

IV. *Erãt autem inſerta in iiſdem tuis affatibus diuerſa capitula, de quibus iudicium & conſilium atque ſolatium Sedis Apoſtolicæ tibi dirigi flagitabas. Primum capitulum pro Synodo prouinciæ in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia inſula primi prædicatores ab Apoſtolica Sede miſſi Auguſtinus, Laurentius, Iuſtus, & Honorius, nouiſſimè verò tuis temporibus Theodorus Græcolatinus antè philoſophus Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad Britanniã præfatam tranſmiſſus, iudicabat & gubernabat. In illa Synodo tale decretum & iudicium demonſtratum eſſe dignoſcitur: Vt quicumque ſine inuocatione Trinitatis lotus fuiſſet, ſacramentum regenerationis non haberet. Quod omninò ve-* E *rum eſt. Quia ſi merſus in fonte baptiſmatis quis ſine inuocatione Trinitatis fuerit, perfectè non eſt baptizatus.*

V. *Quòd autem per quoſdam affirmari ſcripſiſti, vt quamuis ſceleratiſſimus quiſquis hæreticus & ſchiſmaticus, vel latro, vel fur, ſiue adulter, baptiſmũ iuxta regulam à Domino impoſitam, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* * *conſecraret, ſicque homini petenti miniſtraret, tamen Chriſti eſſe baptiſmum Euangelicis verbis conſecratum: Et contra licèt miniſter iuſtus fuerit, & Trinitatem iuxta regulam à Domino poſitam in lauacro non dixiſſet, verum baptiſma non eſſet quod dedit. Vtrumque fraternitati tuæ notum eſt quid de illis ſacrorum canonum ſeries contineat, quod & te tenere firmiter hortamur. Scriptum quippe eſt,*

* cõſignaret

A *dicente Domino:* [c] *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.* Apparet enim hoc conſuluiſſe Bonifacium, ad docendum alios, qui de his dubitarent, vt auctoritate Sedis Apoſtolicæ moniti, dubitare deſinerent, nec de his ampliùs negotium faceſſerent eidẽ Bonifacio; aduerſus quos roborans idem Pontifex Zacharias iſta mox ſubiicit: *Quod ſuſcepiſti frater à noſtro prædeceſſore ſanctæ recordationis Gregorio huius Apoſtolicæ Sedis Pontifice; in eo permane, & ab Euangelica & Apoſtolica doctrina nullo modo declines; ſic indutus loricam fidei & galeam ſalutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis reſiſte. Scriptum namq; eſt:* [d] *Ecce dedi faciem tuam potentem aduerſus faciem eorum, & conſtantiam tuam confortabo aduerſus contentiones eorum,* B *& erit fortior petra conſtantia tua.*

[c] Leuit. 11

[d] Ierem. 1.

VI. *Eos autem quos reperiſſe ſe, affata eſt fraternitas tua, pſeudoſacerdotes multò maioris numeri quàm Catholicos, qui numquam ab Epiſcopis Catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & miniſteria Eccleſiæ confundentes, qui ſine Epiſcopo proprio arbitrio viuentes, populares defenſores habentes contra Epiſcopos, vt ſceleratos mores eorum non prohibeant, ſeorſum populum conſentaneũ congregãt, & illud erroneum miniſterium non in Eccleſia Catholica, ſed per agreſtia loca & per cellas ruſticorum, vbi eorum imperita ſtultitia celari poſſit, perpetrant, nec Fidem Catholicam paganis prædicant, nec ipſi Fidem Catholicã habent, nec quærunt ab eis quos baptizare ſtudent abrenunciationem ſatanæ, ſed neq; ſignaculo Crucis Chriſti eos muniunt* C *(quæ præcedere debent baptiſmum) ſed nec aliquam credulitatem vnius diuinitatis & ſanctæ Trinitatis docent: Hos itaq; miniſtros ſatanæ & non Chriſti vbicumq; reperies, cariſſime frater, congregato prouinciali & ſacerdotali collegio, à ſacerdotio depoſitos, ſub regula monachica, & pœnitentia ſubmiſſos vitam finire decernas, vt carne afflicti quandocumq; redeãt ad viam ſalutis. Si verò non fuerint conuerſi, tuæ prædicationis merces non peribit.*

VII. *Confortare ergo in lege & Euangelio Chriſti & prædicatione Catholicæ Fidei, quia ipſa glorificabit te. Tribulatio enim corporis noſtri temporalis eſt, & finẽ habet; merces autem quæ pro hac tribulatione à Deo præparatur, ſempiterna eſt:* [e] *ideoq; circumferamus mortem Ieſu in corpo-* D *re noſtro, vt & vita Ieſu in corpore noſtro manifeſta fiat, ſicut per eius diuinam edocti ſumus doctrinam:* [f] *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum. Conforta etiam dilectiſſimos nobis Orthodoxos Epiſcopos & ſacerdotes atq; Leuitas, cæteroſq; clericos, religioſos Abbates & monachos, pariterq; religioſiſſimos Duces, cunctoſq; Optimates Francorum, vt vobis ſint adiutores contra aduerſarios Orthodoxæ Fidei, omneſque hæreticos & ſchiſmaticos; quatenus & ipſi de fructu boni operis gaudere mereantur in cæleſtibus Regnis.*

[e] 2. Cor. 4.

[f] Matt. 5.

VIII. *Scripſit quoq; inter cætera reuerenda fraternitas tua reperiſſe quemdam presbyterum genere Scotum, nomine Sampſon, errantem à via veritatis, dicentemq; ſine myſti-* E *ca inuocatione aut lauacro regenerationis poſſe fieri Catholicum Chriſtianum per Epiſcopalis manus impoſitionẽ. Hic autem qui hoc dicit, vacuus eſt Spiritu ſancto, & alienus à Chriſti gratia, conſortioque ſacerdotali abiiciendus. Quis enim niſi baptizetur iuxta præceptum Domini, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ſic per manus impoſitionem poteſt eſſe Catholicus? Hunc nequiſſimũ virum talia prædicantem, ab Eccleſia ſancta condemnatum expelle. Illos autem viros, qui ab hæreticis baptizati ſunt, & neſcitur, an In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſint baptizati, inquiſita rei veritate, ſi ab hæreticis ſacerdotibus baptizati ſunt; hos ſine dubio, iuxta prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Gregorij Papæ, & ſacrorum canonum traditum tibi mandatum baptizari permittas,*

ne in æternum pereant, ſed potiùs Euangelicâ conſecratio- A
ne ſaluentur. Tam hic, quàm ſuperiùs eadem epiſtola Zacharias Papa illud ritè rectéq; confirmat, nullum à quolibet miniſtrarum ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, ſiue gentili iterandum eſſe baptiſmũ, ſi conſtaret in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis illud eſſe collatum: ſecùs verò ſi contrà, ſecundùm antiquos canones quos citat, & Gregor. j Papæ III. prędeceſſoris epiſtolam ad eumdem Bonifacium datam, de qua dictum ſuo loco ſuperiùs. Eadem quoque ingerit idem Zacharias in epiſtola ad eumdem Bonifacium antea data, quę incipit: *Cùm nobis.* Pergit deinde:

IX. *Intuitis autem ſummis & volumen à te directum vniuerſis Epiſcopis, presbyteris, cæteriſq; religioſis de vnitate Fi-* B *dei Catholica ſcriptũ, quod valdè nobis acceptabile eſſe cognoſcas; quoniam per Spiritus S. gratiam in te diffuſam hoc operari ſtuduiſti. Inter cætera ſanctitatis tuæ ſcripta petiſti, vt ſacerdos à nobis dirigatur in partes Franciæ & Galliæ. Quod implere omittimus, quia dum Deo propitio, tua ſanctitas ſuperſtes extitit, qui Sedis Apoſtolicæ & noſtram illic præſentas vicem, alium illuc dirigere neceſſarium non eſt. Quos autem repereris, amantiſſime frater, habentes ſanæ doctrinæ ſcientiam, vitæq; puritatem, hos mittere ſtude in quibus prænideris locis ad prædicandum verbum ſalutis. Concilia verò, aggregatis Epiſcopis prouincialibus, vbi tibi rectum videtur, celebrari procura, & quos deuiantes inueneris, confunde facies eorum ignominiâ, vt ſint coram omnibus ſine honore.* C

X. *Suſcepimus & chartam de vera & Catholica Fide conſcriptam, quam cũ dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum, tua direxit reuerenda fraternitas: hanc itaq; releſentes, nimio gaudio ſumus repleti, innumerabileſq; gratias agimus Deo omnipotenti qui vnanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram reuocare dignatus eſt. Noſtrâ autem vice, cariſſime frater, omnes in oſculo pacis ſaluta.*

EPISCOPI FRANCORVM CATHOLICÆ VNITI ECCLESIÆ.

Intimatum eſt etiam à ſanctitate tua, quòd Virgilius ille (neſcimus ſi dicatur presbyter) malignatus aduerſum te, eò quòd arguebatur à te erroneus eſſe à Catholica doctrina, ſeminaret odium inter te & Otilonem Ducem Baioariorum, dicens quòd à nobis accepiſſet licentiam, vt vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinauit fraternitas, diœceſin obtineret. Quod nequaquam verum D *eſt, quia* [a] *mentita eſt iniquitas ſibi.*

[a] Pſal. 26.

XI. *De peruerſa autem doctrina, quam contra Dominum & animam ſuam locutus eſt, quòd ſcilicet* † *alius mundus, & alij homines ſub terra ſint, aliuſq; ſol & luna, ſi conuictus fuerit ita confiteri: hunc, accito Concilio ab Eccleſia pelle ſacerdotij honore priuatum. Sed & nos ſcribentes prædicto Duci, euocatorias de prænominato Virgilio mittimus litteras, vt nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inuentus, canonicis decretis condemnetur. Qui enim* [b] *ſeminant dolores, metunt eos.*

† Dubitaſſe de Antipodis non eſt hæreſis, ſed plures ſtatuiſſe mundos, diuinæ repugnat ſcripturæ, ac proinde hæreſis eſſe cõuincitur.

[b] Iob. 4.

Pro Sidonio autem & Virgilio ſupradicto presbyteris, quod ſcripſit ſanctitas tua, agnouimus. Et illis quidem (vt decebat) comminando ſcripſimus: tuæ autem fraternitati E *credulitas plus quàm ipſis admittetur. Si autem Deo placuerit, vita comitante, ad Sedem Apoſtolicam eos, miſſis litteris (vt prælatũ eſt) euocabimus. Docuiſti enim eos, & non ſuſceperũt: & factum eſt illis ſicut ſcriptum eſt in libro Sapientiæ:* [c] *Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam arena. Non ergo ad iracundiam prouocetur cor tuum, frater: ſed in patientia, vbi tales repereris, admone, obſecra, increpa, vt conuertantur ab errore ad viam veritatis. Et ſi* [d] *conuerſi fuerint, ſaluaſti animas eorum: ſi verò in malitia permanſerint, mercedem laboris tui non perdes.*

[c] Eccle. 22.

[d] Iacob. 5.

XII. *Alia deniq; ſcripta fraternitatis tuæ continebant, quod iam olim de Agrippina ciuitate ſcripſiſti, quia Franci non perſeuerarent in verbo quod promiſerunt, & nunc moratur* A *fraternitas tua in ciuitate Moguntia. Petiſti etiam vt cum noſtro conſultu, ſuperueniente tibi ſenectute, atq; imbecillitate corporis, ſi inuenire potueris idoneum virum ad ſedem Epiſcopalem, in qua præes, pro te valeas collocare. Pro qua petitione, nos adiutore Deo, conſilium damus tuæ ſanctitati, vt ſedem ſanctæ Eccleſiæ Moguntinenſis, quam pro ſalute animarum acquiſiſti, nequaquam relinquas, vt impleas illud Dominicum præceptum:* [e] *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Si verò Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit curam animarum habere: illum ordinabis pro te Epiſcopum, eritque in Euangelio tibi credito ad miniſterium Chriſti portandum in omni loco, requirens & confortans Eccleſiam Dei. Oramus itaque Dominum & Redemptorem* B *noſtrum, vt ſacris interuentionibus ſanctæ ſuæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, orantium pro nobis ſanctitatem tuam ſoſpitem conſeruare dignetur. Datum Kalendas Maij, imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino anno vigeſimo nono Imperij eius, Indictione primâ.* hactenus epiſtola Zachariæ.

[e] Matt. 10.

XIII. Quod autem ad Epiſcopos pertinet, quos ipſi communicatione coniunctos iam eſſe ſcripſiſſet: ipſe Pontifex Zacharias ad eoſdem litteras dedit. In quarum inſcriptione, quæ eſſent nomina conuenientium ad Synodum Epiſcoporum, ita declarat.

[f] *Dilectiſſimis nobis Reginfrido Rothomagenſi Epiſcopo.* C
Deodato Bellouacenſi Epiſcopo.
Dauid Spirenſi Epiſcopo.
Eliſao Nouiomenſi Epiſcopo.
Burchardo Virtzeburgenſi Epiſcopo.
Genebaudo Laudunenſi Epiſcopo.
Agilolpho Colonienſi Epiſcopo.
Ramberto Ambianenſi Epiſcopo.
Æthetio Tharuanenſi Epiſcopo.
Treuuarto Cameracenſi Epiſcopo.
Folerico Tungrenſi Epiſcopo.
Romano Meldenſi Epiſcopo.
*Ottoni * Strasburgenſi Epiſcopo, & cæteris amantiſſimis Coëpiſcopis, presbyteris etiam & diaconibus, cunctiſq; orthodoxis Eccleſiarum Dei clericis Apoſtolicam doctrinam tenentibus Zacharias diuinâ gratiâ * præditus A-* D *poſtolicæ Sedis Pontifex ſeruus ſeruorum Dei in Domino ſalutem dicit.*

[f] Vit. S. Bonif. li. 2. c. 5.

* Strasburgenſi

* præordinatus

XIV. *Gratias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino noſtro Ieſu Chriſto vnico Filio eius, & ſancto Spiritui, qui veſtrûm omnium corda inflammare dignatus eſt per diffuſam à ſe gratiam, vt in vnitate fidei, & vinculo pacis ambuletis, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper vos, dilectiſſimi mihi, & abundans gratia pacis & caritatis, vt ſitis vnum corpus ſpiritualis matris veſtræ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, in qua Deo auctore præſumus, implentes illud propheticum dictum:* [g] *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Quamuis enim pro itineris longitudine corpore ſimus abſentes; in ſpiritu tamen dilectionis ſemper ſumus vobis præſentes, habentes vos in* E *viſceribus noſtris, & aſſiduò orantes, vt Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus multò ampliùs confirmet corda veſtra in exhortatione Euangelij, in miniſterio quo fungimini, vt credita vobis plebs pijs admonitionibus, adiuuante Domino à diabolica fraude liberata perſiſtat ſalua; voſque mereamini de eorum animabus in die Chriſti apportare lucrum. Obſecro* [h] *ergo vos, vt dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, vt decet ſanctos cum multa patientia, ſupportantes inuicem in caritate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis & caritatis:* [i] *quia finis præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.*

ZACHARIÆ EPIST. AD EPISCOPOS CATHOLICÆ COMMVNIONIS.

[g] Pſal. 132.

[h] Epheſ. 4.

[i] 1. Tim. 1.

XV. *Gaudeo in vobis, cariſſimi, quoniam fides veſtra & vni-*

tas erga

Digitized by Google

tas erga nos pretioſa eſt, & manifeſta non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, dum ad ſanctorem & magiſtrum veſtrum à Deo conſtitutum beatum Petrum Apoſtolorum principem benigniſſima voluntate conuerſi eſtis & in hoc laudabilis eſt fides veſtra, quoniam idipſum ſapitis quod oportet ſapere. Habetis itaque noſtrâ vice ad confortandam dilectionem veſtram ſanctiſſimum Bonifacium fratrem noſtrum Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, & noſtram præſentantem vicem. Sit ergo conſtantia veſtra aduerſus contentionem eorum, qui aduerſa ſapiunt, & non quæ Dei ſunt: neque terreamini à facie eorum (ſicut ſcriptum eſt) [a] *qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potiùs eum timete, qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam. Fratres mei in carne enim ambulantes, nõ ſecũ dum carnem militamus.* [b] *Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed ſpiritualia ſunt ad deſtruendam omnem exaltationem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei:* [c] *Confortamini itaque in Domino & in potentia virtutis eius. Pax vobis & gratia à Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto miniſtretur. Amplectimur, & oſculamur, ac ſi præſentes, caritatem veſtram in vnitate ſpiritus in vinculo pacis & caritatis Chriſti. Deus vos incolumes cuſtodiat.* hactenus Zacharias & princeps paſtorum, paſtores confirmans fratres ſuos. At licèt careat die & Indictione epiſtola iſta, tamen hoc anno datam eſſe, ſuperior (vt vidimus) oſtendit epiſtola.

[a] Matth. 10. [b] 2. Cor. 10. [c] Epheſ. 6.

XVI. Sub hac eadem prima Indictione datæ extant litteræ nomine Zachariæ Papæ de priuilegiis conceſſis monaſterio Caſſinenſi, in quo etiam expreſſum habetur, hoc anno dedicatam ab eodem Zacharia Eccleſiam ibidem ædificatam. Cæterùm quòd idem ſicut primâ Indictione, ita & primo anno Zachariæ id factum ponatur, nullo pacto hæc ſimul conuenire poſſunt: ſiquidem primâ Indictione annus Zachariæ Pontificis numeratur ſeptimus & non primus; ſed & nimia prolixitas illa de ipſis nonnihil ſuſpicionem auget; cùm quæ eſſe ſoleret eiuſdem Zachariæ Papæ forma priuilegiorum monaſteriorum exemptionis, oſtenditur in ſcripto priuilegio Fuldenſis celeberrimi monaſterii in Germania, ab eodem Zacharia in gratiam ſancti Bonifacii Epiſcopi Moguntini conceſſo: quod ſuo loco inferiùs reddituri ſumus. Quidnam autem contineret priuilegium à Zacharia conceſſum monaſterio Caſſinenſi, docet [d] Leo Oſtienſis in fine cùm enumerat res ab eo eidem collatas, his verbis:

[d] Leo Oſtiẽ. lib. 1. c. 4.

XVII. *Sequenti item tempore ſanctiſſimus Papa Zacharias, qui Gregorio memorato ſucceſſerat, plurima huic adiutoria contulit, libros ſcilicèt aliquos ſacros, ſanctamq́; regulam, quam Pater Benedictus manu propriâ ſcripſerat: pondus etiam libræ panis & menſuram vini, quæ olim ſub Longobardorum impetu (ſicuti ſuprà iam diximus) fugientes monachi Romam ſecum detulerant: varia etiam ad miniſterium Eccleſiaſticum ornamenta: nonnulla item ad diuerſas monaſterij vtilitates pertinẽtia Apoſtolicâ liberalitate largitus eſt. Ab hoc etiam Papa ſanctiſſimo prædictus Abbas priuilegium primus accepit, vt hoc monaſterium cũ cellis omnibus ad ſe pertinentibus vbicumq́; terrarum conſtructis, ob honorem ac reuerentiam ſanctiſſimi Patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita vt nullius iuri ſubiaceat, niſi tantùm Romani Pontificis.*

XVIII. *Giſulphus* [e] *præterea iunior, nepos Luithprandi Longobardorum Regis, qui poſt Gotſcalcum Beneuenti Dux extitit, cùm per eos dies in hanc arcem Caſini (quæ tunc Mello vocabatur) aſcendiſſet, atq́; iuxta corpus ſanctiſſimi Patris Benedicti tam religioſè prædictos fratres in Dei ſeruitio verſari vidiſſet, diuino motus inſtinctu, cuncta per circuitum tam campeſtria quàm montana eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiq́; donarij in perpetuum poſteris habenda conceſſit cum caſtellis omnibus, vicis, domibus, Eccleſiis, molendinis, & aquis, ac cæteris quæ intra præſcriptos fines tunc temporis habebantur. Vxor etiam eius Ducis Scauniperga nomine templum idolorum, quod in Caſino monte antiquitùs fuerat, in beati Petri Apoſtoli honorem conuertens, iconas ibi, & cætera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria ad poſterorum memoriam deuotiſſimè contulit.* hæc Leo.

[e] Idem Leo lib. 1. c. 5.

IESV CHRISTI
Annus 749.

ZACHARIÆ PAP. Annus 8. CONST. COPRO. IMP. Annus 9.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus quadrageſimus nonus, Indictione ſecundâ, quo magnâ irâ Dei rurſus Oriens terræmotu concutitur, de quo iſta Theophanes: *Anno verò eodem terræmotus factus eſt in Syria, & ingens ac terribilis caſus, vnde ciuitatum aliæ quidem penitùs exterminatæ ſunt, aliæ verò mediocriter, aliæ autem à montanis ad ſubiecta campeſtria cum muris & habitatoribus ſuis integræ migrauerunt & ſaluæ quaſi ad milliaria ſex, vel etiam modicum quid vltrà. Denique aſſeuerarunt hi qui proprijs viſibus terram Meſopotamiæ contemplati ſunt, in longitudine diſruptam fuiſſe ad milliaria duo, & ex profundo eius aſcendiſſe aliam terram nimis albam & arenoſam, de cuius medio aſcendit animal mulinum incontaminatum loquẽs humanâ voce, & prænuntians gentis incurſionem ab eremo aduerſus Arabes quod & factum eſt.* hęc Theophanes ſui temporis hiſtoriam proſequutus. Portenta iſta & ſpectra Deus oſtendit cùm imperaret Copronymus portentoſus.

TERRÆMOTVS IN SYRIA.

II. Sed & additum in Syria malum, dum qui ad Dei iram placandam ſequeſter eſſe deberet, idem eamdem maximè concitarit Anaſtaſius Abbas monaſterij S. Euthymij omnium celeberrimi: hic enim ex tinctam hæreſim perditiſſimi Gnaphei in lucem reuocare laborat, & niſi citiùs S. Ioannes Damaſcenus occurriſſet ſui celebritate nominis, ingentem intuliſſet cladem Eccleſiæ. Audiens enim iſta Ioannes quàm citiſſimè errorem confutandum putauit, eaq; occaſione ſcripſit epiſtolam de Triſagio ad Iordanẽ Cœnobiarcham, cuius eſt exordium: *Summus meus erga te amor,* &c. & paulò inferiùs hæc de eodem Anaſtaſio: *O rem miſeram, pater, rem inquam miſeram, quonam pacto Eccleſiæ hoſtis id ſemper omni ſtudio cõtendit, vt eam perturbet; quodq́; grauius eſt, per eos qui ſe pietatis alumnos profitentur? Etenim ſummâ pietate præditum frater noſter Abbas, Sergius, ciuis, & familiaris, & amicus meus per litteras, quas probus ac ſincerus frater Abbas Iob attulit, certiorem me fecit, Abbatem Anaſtaſium, præclarum illum inquam monaſterij beati Euthymij antiſtitem, nonnulla è ſanctorum Patrum libris loca protuliſſe, quæ ſcilicèt ter ſanctum hymnum ad Filium dũtaxat referant. Quod ſi conceſſum fuerit, nihil erit quòd prohibeat, quin luſt ea, quam Gnapheus malè ac peſtiferè inuexit, omnes funditùs inficiat ac labefactet.* cuius error cò tendebat, vt cùm vnam in Chriſto naturam contra Chalcedonenſe Concilium prædicaret, hymnoque Triſagio adderet, Qui crucifixus es pro nobis, ſanctiſſimæ Trinitati æquè crucem adſcriberet. Cuius prauæ ſententiæ eùm inhæſerit Anaſtaſius, idem ipſe ſuis quoque ſcriptis teſtatus eſt, Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum eiuſdem eſſe ſententiæ: quòd magis conturbauit audientes. Cuius rei gratiâ factum eſt, vt ipſe Ioannes Damaſce-

ANASTASIVS ABBAS EXTINCTAM HÆRESIM EXCITAT.

Damaſcenus ardentiùs aduerſùs pullulantes ex ſucciſo trunco arboris infelicis eaurgentes ſurculos gladij verbo ſuccidendos occurreret; diſputationeque longiſſimâ errorem confutans, quàm citiſſimè exurgentem flammam extingueret.

III. Demum poſt longam de his habitam diſputationem, eumdem Iordanem Cœnobiarchā compellat his verbis: *Hac diuiniſſime pater, columna & firmamentum veritatis, vt ceram omnibus patribus & fratribus, atque vniuerſo Eccleſiæ cœtu recitentur, obſecramus: verbuq́, lenis & placidus rogetur illuſtris pater noſter & dominus Abbas Anaſtaſius pij monaſterij diuini Patris noſtri Euthymij antiſtes, vt huiuſmodi contentioni finem imponat, ac nobiſcum diuino afflatu correptorum Patrum veſtigijs hærens, Sanctus Deus ac pater dicat, Sanctus fortis Filius Dei incarnatus, & carne ſalutis noſtræ cauſâ crucifixus, Sanctus immortalis Spiritus ſanctus, vnus Dominus Sabaoth, miſerere nobis.*

De doctrina Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani.

Neque nos accuſet, nec per beatum Patriarcham Ioannem, vt qui certum & perſuaſum habeamus de vna duntaxat diuina perſona ter ſanctum hymnum dicendum eſſe: nam quiſquis hoc ſentit & profitetur, ſardidæ Gnaphei ſtultitiæ ſocium ſe præbet. Quis enim mentem Ioannis Patriarchæ melius me nouit? Nemo profectò; quippe qui (vt verè loquar) numquam vllam ſpiritualem doctrinam efflauit, quam mihi vt diſcipulo nō communicarit. Quid autem eſt, quamobrem viuente & loquente ſacroſancto viro, hæc minimè de ipſo dicta ſunt? Nihil ſanè hæc aliud ſunt quàm prætextus quidam atque obtentus nihil firmi habentes. Deſinant homini diuino Zelo prædito, quique rectæ doctrinæ ignem ſpirauit, obtrectare, clariſſima inquam Ioanni, qui omnem vocum inanitatem exterminauit ac de medio ſuſtulit, vt qui Theologiam cum ſanctis Patribus ſemper communem habuerit. Quin potiùs ipſius zelum amplectantur, atque vt ſacrum & luculenti nominis virum laudibus eum afficiant. hæc Damaſcenus de Ioanne Hieroſolymitano Patriarcha: qui quando, quantúmve ſederit, interruptâ, occaſione eam obtinentium barbarorum, ſerie ſanctæ ciuitatis Epiſcoporum, certum quid affirmari non poſſe videtur: ſatis autem patet hoc vix eſſe ſæculo cùm ſe eius diſcipulū fuiſſe idem Ioannes Damaſcenus affirmet. Sic igitur Ioannis Damaſceni opera antequam hæreſia vulgaretur, extinguitur. At de his ſatis.

IV. Quod ſpectat ad res in Germania geſtas, quæ in ea oſtenderit ſigna Deus, cum Regni habenas Pipinus Princeps maximè pius moderaretur, & quā hoc eodem anno victoriam de hoſtibus obtinuerit, enarremus. Vir ſanctus iſta ſcribit, & ſui temporis res geſtas ſcriptâ epiſtolâ proſequutus.[a]

[a] Extat apud Sur. in Append. ad vit. S. Suuib. die 1. Martij.

Fuit iſte Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis, qui ad Rixfridum Traiectenſem Epiſcopum de miraculis ſancti Suuiberti Epiſcopi epiſtolam ſcripſit. Et cùm alia plura quæ ad res geſtas ſui tēporis ſpectant de Friſiorum apoſtaſia, & Marcellini prędicatione narret, poſteà iſta ſubiicit, quæ ad præſentem annum ſpectant.

Contigit, vt idem egregius Princeps Pipinus anno ſequenti, anno ſcilicèt Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, Saxones & Vueſtphalos debellans, potitusque victoriâ cum triumpho cum ſuo exercitu multùm laſſo ad Coloniam Agrippinam reditum maturaret. Vueſtphali verò dolentes Chriſtianos eis dominari (licèt Deo auxiliante, triumphali gladio ipſius Pipini victi, profligati, & proſtrati ſuccubuiſſent) indignati valdè, exercitum fortem nimis feſtinanter denuò congregantes, per compendia itinerum & deuia exercitum Chriſtianorum præuenientes, poſitis inſidijs multùm hoſtiliter & callidè prope Vuerdam, Pipinum cum ſuis Chriſticolis animosè inuadere, & bellum rurſus inſtaurare & committere decreuerunt.

V. Votum nuncupat Pipinus S. Suuiberto.

Quod inclytus Princeps per ſuos exploratores percipiens; primò parùm doluit, tum propter laſſitudinem exercitus ſui, tum propter defunctos & ſauciatos: fiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatusq́, miraculorum ſanctiſſimi Suuiberti, deſcendens de caballo ſuo, proſtratus in terram flexis genibus ſanctum Suuibertum deuotâ mēte inuocans, & auxilium & patrocinium implorans vouit Deo & ipſi ſancto Suuiberto, quòd ſi is pro honore nominis Chriſtiani, à Chriſto ſibi & exercitui ſuo, ſuis meritis & precibus victoriam contra paganos impetraret, & Chriſtianū populum protegeret, vt ſanū inde reduceret: ipſum in Vuerda cum ſuis primatibus ſuppliciter peregrè viſitaret.

VI. Pipinus vincit Weſtphalos abſque armis.

Quo emiſſo votò, ſtatim lux immenſa ſuper exercitum Chriſtianorum ſplendens, non ſolum paganos exterruit, ſed & ferè excæcauit, pauorque ingens eos inuaſit. Quod cernentes pagani timore valido perculſi ſa...antes manum omnipotentis Dei Chriſtianorum ſuper eos ſæuire, cælumq́, ſuper eos ruere, conſilio celeriter inito, miſerunt duos Satrapas ad Pipinum, petentes quæ ſunt pacis, eiq́, ſe ſubdentes, ac referentes conſtanti animo quæ viderant, & eis contigerant. Pipinus verò cùm hoc audiſſet, intelligens hoc meritis ſancti Suuiberti accidiſſe, lætus in terram cum ſuis proceribus proſtratus, Deum adorans, & gratias deuotè referens, receptis à paganis pacis obſidibus, Vuerdam cum ſuo exercitu humiliter intrauit, diſcalceatusque cum ſuis inclytis primatibus & præcipuis miniſtris, ſepulchrum ſancti Suuiberti regalibus muneribus & oblationibus viſitans, benedixit Deum & S. Suuibertum, qui abſque effuſione ſanguinis humani victoriam ſibi contra perfidos præſtitiſſet: & deinceps ſanctum Suuibertum in ſuum protectorem & patronum ac ſpecialem elegit aduocatum. hactenus Ludgerus de rebus geſtis Pipini Principis iſto anno.

IESV CHRISTI
Annus 750.

ZACHARIÆ PAP. Annus 9. CONST. COPRO. IMP. Annus 10.

I. ANNVS Redemptoris ſeptingēteſimus quinquageſimus, Indictione tertiâ inſcriptus in Faſtis habetur, quo nouis tumultibus exagitatur Italia: Neſcitur enim quâ occaſione pacificus atq; religioſus Rex Longobardorum Rachis, nullâ habitâ ratione pacis vicennalis ſancitę cum Romano Pontifice Zacharia, Pentapolitanam inuadēs prouinciam, ferro & igne omnia turbans, Peruſiam vſq; perrexit, vt vallatam obſidione ciuitatem caperet. Permiſit Deus Regem iuſtitiæ atq; religionis amantiſſimum ita delinquere, vt ex pœnitentia in ſublimiorem in cælis gradum gloriæ ſublimaret. Quomodo autem acciderint iſta, ea Anaſtaſio Bibliothecario in mediū adducimus, qui ait:

Rachis inſurgit in ciuitates Romanas.

Ipſis item temporibus Rachis Longobardorum Rex ad capiendam ciuitatem Peruſinam ſicut cætera Pentapolis oppida vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens ſanctiſſimus Papa Zacharias, continuo ſpe diuinâ fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero optimatibus, quantocyus ad eamdem peruenit ciuitatem, impenſisque eidem Regi pluribus muneribus, atq́, oppidò eum deprecans, opitulante Domino, abſidionem ipſius ciuitatis amouit. Cui & ſalutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum eius ad ſpiritualem ſtudium inclinare.

II. Rachis Rex Longobardo fato.

Et poſt aliquantos dies idem Rachis Rex relinquens regalem dignitatem deuotè cum vxore & filia ad beati Principis Apoſtolorum conuenit limina. Acceptaque à præfato

Digitized by Google

RVM FIT MONACHVS.

[a] *Leo Oſtienſ. Chron. Caſſin. c. 8.*

fato ſanctiſſimo Papa oratione, clericus effectus, monachico indutus eſt habitu cum vxore & filia. hæc Anaſtaſius. Eadem & Leo Oſtienſis qui & hæc addit [a]: *Moxq; ad hoc S. Benedicti monaſterium, eodem Apoſtolico iubente perueniens, ac ſub regulari magiſterio ſe inſtituendum tradens, poſt aliquot in ſancto religionis propoſito, ac Deo placitâ conuerſatione peractos annos, Deo ſpiritum reddidit. Extat hodieq; prope monaſterium vinea quæ Rachiſis appellatur, quòd ipſam Rachis ipſe & plantâſſe & coluiſſe putetur. Eius verò vxor Theſia, & filia Rattruda, permittente & adiuuante ipſo Abbate, monaſterium puellarum, haud longè à Caſſino in loco qui Plumbariola dicitur, proprijs ſumptibus conſtruxerunt, multis ditantes opibus; vbi ſub magna cautela ac diſtrictione regulari vitam ducentes, in ſancto propoſito vitam finierunt.* hucuſque Leo.

III. Vidiſti, & admiratus es potentiam Crucis Chriſti, quæ furentes mitiget Reges, & victores ducat abſque armis ſub iugo captiuos, & faciat agri Dominici fideliſſimos eſſe colonos? hæc planè virga illa, de qua prophetice dictum: [b] *Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.* quâ Zacharias Pontifex illud renouat antiquum ſpectaculum [c] Banaiæ filij Ioiadæ, cùm Ægyptium haſtâ potentem virgâ tantummodo ſuperauit.

[b] *Pſal. 109.*

[c] *2. Reg. 23.*

AISTVLPHVS REX LONGOBARDORVM.

Succeſſit autem hoc anno Rachiſi in Longobardorum Regno Aiſtulphus eius frater, conſenſu Principum Longobardorum. Etenim cùm Leo Oſtienſis, & alij teſtentur, Rachiſim annos quinque, & ſex menſes regnaſſe, vtique in hunc vſque annum propagaſſe Regnum apparet. Porrò de Aiſtulpho dicemus inferiùs.

IV. Hic modò haud abſimile exemplum de contemptu mundi, quod de alio Rege ſcriptũ legimus iiſdem temporibus accidiſſe, ſubiiciendum putamus, quod nobilis Lucenſis Eccleſiæ monumenta conſeruant his ipſis verbis inſcriptum:

[d] *Apud Sur. die 7. Febr. tom. 1.*

DE SANCTO RICHARDO REGE.

[d] *Epitaphium S. Richardi Regis Angliæ ſculptum in ciuitate Lucæ Italiæ, vbi requieſcit.*

Soror Offonis Regis fuit mater beati Richardi. Beatus Richardus Rex Angliæ, exul patriæ, ſpretor mundi, contemptor ſui, pater ſanctorum fratrum Vuillebaldi & Vunibaldi, & beatæ Vualburgis virginis, terrenum Regnum in cæleſte mutauit. Depoſuit coronã regiam pro vita perpetua. Exuit purpuram, & vilem induit tunicam. Regium reliquit tribunal, & ſanctorum quæſiuit Limina. Dimiſit ſceptrum, & accepit baculum. Dimiſitq; filiam ſuam in Regno beatam Vualburgam, atque ſimul cum filijs peregrè profectus eſt. Et eis relictis apud ſanctum Bonifacium Martyrem glorioſum, tunc Archiepiſcopum Moguntinenſem, virum miræ ſanctitatis, eò quòd Anglicus eſſet de Regno ſuo natus, idem ſanctus exilio ſe vlteriori, [*] *Limina ſanctorum trans Alpes adijt. Et loca deinceps magis deuia petijt ſolitudinum, Deo ſoli idem ſolus liberè vacaturus. Deinde poſt longa exilia, poſt multa certamina, poſt famis, ſitis, & frigoris multimodas ærumnas, in prouincia Italiæ, ciuitate Lucæ finitur pugna, dantur præmia, cælo recipitur anima, & in beati Fregdiani baſilica iuxta corpus eius ponuntur ipſa membra. Vbi & miraculis coruſcat. cuius feſtiuitas ſeptimo Idus Februarij celebratur.* Locus autem in quo requieſcit his verſibus adornatur:

[*] Apoſtolorum.

EPITAPHIVM RICHARDI REGIS.

Hic Rex Richardus requieſcit ſceptrifer almus.
Rex fuit Anglorum: Regnum tenet ipſe polorum.
Regnum dimiſit, pro Chriſto cuncta reliquit.
Ergo Richardum nobis dedit Anglia ſanctum.
Hic genitor ſanctæ Vualburgæ virginis almæ,
Et Vuillebaldi ſancti ſimul & Vunibaldi:
Suffragium quorum det nobis Regna polorum. Amen.

Porrò de Vuillibaldo & Vuinibaldo fratrib. Anglis A diſcipulis S. Bonifacij, & poſtea in prædicatione ſocijs mentio eſt in reb. geſtis eiuſdem Bonifacij, quas idem ipſe Vuillibaldus ſcriptis eſt fideliſſimè proſequutus. Et de Vualburga, quæ & Vualtpurga dicta reperitur, eſt mentio in epiſtolis eiuſdem S. Bonifacij, de quibus ſuperiùs dictum eſt.

IESV CHRISTI
Annus 751.

ZACHARIÆ PAP.	CONST. COPRO. IMP.
Annus 10.	Annus 11.

B SEPTINGENTESIMVS quinquageſimus primus Redẽptoris annus Indictione quartâ notatus habetur, quo Francorum monarchiæ benè conſulturus Zacharias Romanus Pontifex, Francorum Regnum, quod ſub Regibus Morouingis inertibus, & nouiſſimè ſub Hilderico Stupido periclitaretur, Apoſtolicâ auctoritate in Pipinũ Caroli Martelli filium, Carolomanni germanũ, poſt obtentas aduerſus diuerſos hoſtes ſæpè victorias tranſtulit, eumq; Regem creat, ipſo Hilderico anno ſequenti detruſo in monaſterium. I.

De his acturi, in primis quod ad tempus ſpectat, ſcimus complures auctores in ſuperiorem annum iſta referre: verum vt potiùs id hoc anno C factum eſſe credamus, perſuadet vetus Chronicon Francorum à Pithæo nuper editum: itemq; cùm Aimoinus tradat id factum poſt decem annos, ex quo defuncto patre, ei ſucceſſit in Regni principatum titulo Maioris domus: præſentem planè annum deſignat. hæc de tempore. Quod verò ad rei geſtæ ſeriem pertinet, idem auctor narrat verbis iſtis:

Burchardus Vuirceburgenſis Epiſcopus, & Fulradus Capellanus miſſi ſunt à Pipino Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem, de cauſa Regum qui in illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, ſed nullam poteſtatem regiam habebant. Per quos dictus Pontifex mandauit, melius eſſe illum vocari Regem, apud quem D ſumma poteſtas conſiſteret. Dataq; auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Francorum Regem inſtitui. Hoc anno, ſecundùm Romani Pontificis ſanctionem, Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacrâ vnctione, manu ſanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi & Martyris, & more Francorum eleuatus in ſolium Regni Sueſſione ciuitate. hæc auctor. II.

LEGATIO A PIPINO AD ZACHARIAM PAPAM.

Quod autem ad miſſam legationem à Pipino ad Zachariam Pontificem per Burchardum Epiſcopum atque Fulradum pertinet, de ea mentio eſt in Burchardo ex Egiluardo monacho. Porrò citatum ſuperiùs vetus Chronicon, non vno eodemque anno hæc eſſe geſta teſtatur: ſed hoc annò contigiſſe legationem à Pipino ad Romanum Põ- E tificem miſſam, ſequenti verò Zachariam Papam de ea re Pontificium decretum miſiſſe in Gallias, & reliqua ritè peracta fuiſſe, adeò vt nomen Regis nonniſi anno ſequenti Pipinus fuerit conſequutus: quod exploratum quoque redditur ex epiſtola Zachariæ Pontificis data hoc anno ad Bonifacium Epiſcopum Moguntinum, in qua non Rex, ſed Princeps, vt anteà, idem Pipinus cum aliis appellatur, de qua modò hic nobis agendum. III.

QVANDO PIPINVS REX SIT INSTITVTVS.

Contigit enim hoc anno legari Romam ab eodem S. Bonifacio ad Zachariam Pontificem Lullum presbyterum, ob nonnullas Eccleſiaſticas conſultationes, necnon ob impetranda priuilegia

a In Vit. Boniſ. li. 2. c. 9. Eccleſiæ Moguntinæ, & Monaſterio Fuldenſi. quæ ſic ſe habent.

IV. Legatio miſſa a S. Bonifacio ad Zachariam Papam. Litteræ S. Bonifacii ad Zachariam Pap.

Reuerendiſſimo Patri & dilectiſſimo domino, cum timore & tremore venerando Apoſtolicæ Sedis inſulâ ſublimato Zachariæ, Bonifacius exiguus ſeruus veſter, licèt indignus & vltimus, tamen Legatus Germanicus deuotiſſimus, optabilem in Chriſto immarceſcibilis caritatis ſalutem.

Paterna pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, vt hunc presbyterum meum, portatorem litterarum præſentium, nomine Lul, grato animo clementer ſuſcipiatis. Habet enim ſecreta quædam mea, quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet, quædam quidem viuâ voce dicens, quædam verò per litteras oſtendens. De quibuſdam namque, neceſſitatibus meis inquirere & interrogare, mihique Paternitatis veſtræ reſponſum & conſilium ex auctoritate ſancti Petri Apoſtoli, ad ſolatium ſenectutis repræſentare debet, vt his omnibus auditis & conſideratis, ſi quæ ſint quæ vobis placeant, facta, Deo auxiliante, ſtudeam. Si quid autem (vt timendum eſt) diſpliceat: ex præcepto ſancti Apoſtolatus veſtri, vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam perſoluam.*

* iacere.

V. *Anteceſſor enim prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, vt canonicis & iuſtis Epiſcopis & presbyteris, in verbo, in facto, in conſenſu adſtipulator & adiutor fierem. Quod, cum diuinâ gratiâ implere ſtudui: falſos tamen ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum, vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, vel abſtinerem a communione ipſorum. Quod ex parte ſeruaui, & alicubi implere non potui. Spiritualiter autem impleui ſacramentum: quia in conſenſum & conſilium illorum non venit anima mea, dum veniens ad Principem Francorum, cogente Eccleſiarum neceſſitate, & tales ibi reperiſſem, quales nolui; ſed tamen in ſancta communione Corporis Chriſti illis non communicaui.*

Præcepit quoque mihi præfatus Apoſtolicus Pontifex, vt populorum quoſcumque viſitaſſem, conuerſationem & mores Apoſtolico Præſuli indicarem. Quod in Domino confido me feciſſe. De eo autem quod iam præterito tempore de Archiepiſcopis & palliis à Romana Eccleſia petendis, iuxta promiſſa Francorum ſanctitati veſtræ notum feci: indulgentiam à vobis flagito, quia quod promiſerunt, tardanter non impleuerunt, & adhuc differunt, & quid inde perficere voluerint, ignoratur.

VI. *Eſt præterea locus ſiluaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ, in quo monaſterium conſtruentes monachos conſtituimus ſub regula ſancti Patris Benedicti viuentes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne, vino, & ſeruis proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc ergo locum per viros religioſos & Deum timentes, maximeque per Carolomannum Principem Francorum iuſto labore acquiſiui, & in honorem ſancti Saluatoris dedicaui. In quo loco cum conſenſu pietatis veſtræ propoſui aliquantulum, vel paucis diebus, feſſum ſenectute corpus requieſcendo recuperare, & poſt mortem iacere. Quatuor enim populi, quibus verbum Dei prædicauimus in circuitu loci huius habitare noſcuntur, quibus cum veſtra interceſſione, quamdiu viuo vel ſapio, vtilis eſſe poſſum. Cupio quippe veſtris orationibus intercedentibus, pariterque opitulante gratiâ Dei, in familiaritate Romanæ Eccleſiæ, & veſtro ſeruitio inter Germanicas gentes, ad quas miſſus ſui, perſeuerare, ac præcepto veſtro obedire, ſicut ſcriptum eſt:* b *Iudicium patris audite filii dilecti, & ſic facite, vt ſalui ſitis. Et iterum:* c *Honora patrem tuum, & veniet tibi benedictio à Domino.* huc uſque litteræ Bonifacii ad Zachariam.

b Eccle. 3.
c Ibid.

Has accipiens ipſe, aliaque ex ore à Lullo Legato miſſo audiens, hæc ad eumdem Bonifacium reſcripſit pridie Nonas Nouembris hoc eodem anno, iam cœptâ Indictione quintâ menſe Septembris d.

d In Vit. Boniſ. li. 2. c. 10.

VII. Zachariæ ad Bonifacium Epiſtola.

Reuerendiſſimo fratri & Coëpiſcopo Bonifacio Zacharias Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui diſperſa congregat, & congregata conſeruat, augetque fidem & fiduciam ſeruis ſuis ad prædicandum Euangelium Domini noſtri Ieſu, cum eodem Patre, & Spiritu ſancto viuentis in ſæcula ſæculorum. Ipſe enim dixit: e *Qui credit in me, vita viuet & non morietur: quoniam ego ſum Via, Veritas, & Vita. Laudamus igitur & ſuperexaltamus nomen ſanctum eius latis, quod per ſancta fraternitatis tuæ litteras allatas ſuperſtitem in hac vita, & in Domino te valere cognoſcimus, petentes immenſam Dei noſtri pietatem, vt ad prædicandum Euangelii, & ſanctæ fidei ſacramentum te longæuum conſeruet, ſuâque protectione à cunctis aduerſantium inſidiis cuſtodiat.*

e Ioan. 11. & 14.

VIII. *Suggeſſit itaque fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius huius Apoſtolicæ Sedis Præſul, dum ad prædicandum te miſiſſet in Germaniæ partes, verbo pollicitationis ab eo conſtrictus fuiſſes, vt orthodoxos Epiſcopos ac presbyteros, vel quoſque reperire potuiſſes, in verbo exhortationis confirmares & communicares cum eis. Si quos verò ſeductores Epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſque a recto fidei tramite deuiantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio. Quod te, Domino auxiliante, vſque ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es. Si autem cogente aliqua neceſſitate, ad Principes gentis Francorum accedens corporaliter ab eis abſtinere non valuiſſes, tamen in eorum conſilio & conſenſu anima tua non fuerit coinquinata. Propter hoc ergo quòd cum eis conuerſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum eſt tibi detrimentum coram Deo. Te enim prædicante, ſi obedirent, ſalui eſſent: ſi autem in iniquitate ſua permanent, ipſi peribunt: tu autem iuxta prophetæ* f *dictum, ſaluaſti animam tuam.*

f Ezech.

IX. *Quod de Principibus Francorum ſcripſiſti, quia in conſtitutione Epiſcoporum, quibus pallia miſimus, promiſſionem ſuam nondum impleuerunt: illis magis quàm tibi imputandum eſt. Si enim impleuerunt verbum tuum, habebunt ex eo laudem; ſi verò aliter egerint, ipſi videant: nos autem quod diuinâ gratiâ largiente, gratis accepimus, gratis dedimus: tua autem bona voluntas mercede non priuabitur.*

Petiſti & hoc, vt monaſterium in vaſtiſſima ſolitudine, & in medio gentium, quibus prædicas, conſtitutum, atque in honorem Saluatoris noſtri dedicatum, vbi & monachos ſub regula S. Benedicti degere feciſti, nomini tuo, priuilegio Sedis Apoſtolicæ munire deberemus. Ideoque, votis tuis acquieſcentes, deſiderium tuum & petitionem implemus. Congruit enim diuini miniſterii prædicatorem, optimumque miniſtrum ad deſiderata pertingere, & inchoatum opus bonum vſque ad finem perducere.

X. *Præterea prædictus gerulus tuus Lul cum cæteris ſuis comitibus quæ iniuncta fuerant à ſanctitate tua tam verbo quàm ſcripto omnia* * *innotuerunt. De quibus reſponſum dantes, tuæ reſcribere ſtuduimus fraternitati. Continebat enim in* * *pittacio ab eis porrecto, quia nos flagitaſſes tibi* * *innoteſcere quæ recipienda, & quæ reſpuenda ſunt: in primis de volatilibus, id eſt, graculis, corniculis, & ciconiis, quæ omnino cauenda ſunt ab eſu Chriſtianorum: equi etiam ſylueſtri multò amplius vitandi. De his igitur omnib. ſanctiſſime frater, ex hac ſcriptura ſatis inſtrui potueris.*

* notificauit.
* pittacio.
* notificare

* *De igne autem Paſchali, quod inquiſiſti, ita ſtatutum eſt à ſanctis Patribus, poſtquam pretioſo ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti Eccleſia eius dedicata eſt, vt quintâ feriâ Paſchæ, quando ſacrum Chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis ex diuerſarum Eccleſiæ lampadum oleo collecto, & in ſecretiori loco Eccleſiæ conſtituta cum magna diligentia ardeant, ita vt oleum ipſum ſufficere*

poſſit

A *poſsit, atque ad tertium diem, id eſt, ad Sabbatum. Tunc pro ſacri baptiſmatis fonte ſumptus ignis lampadum renouetur. De igne verò, qui ex cryſtallis ſumitur (vt aſſeruiſti) nullam habemus traditionem.*

XI. *De iis etiam qui regio morbo vexantur inquiſiſti, ſiue homines, ſiue equi ſint; quid dicendum ſit de illis. Si ergo homines ex natiuitate aut genere huius morbi ſunt, extra ciuitatem conuerſari debent; eleemoſynam verò accipere à populo illis licet. Si autem contigerit magnum vel paruum quemquam non à natiuitate, ſed ſuperueniente ægritudine vexari, non eſt proyciendus, ſed ſi poſſibile eſt, curandus. Attamen dum ad communionem venerit ad Eccleſiam, poſt omnes accedere debet ad percipiendum ſacri muneris myſterium. Equi verò qui præfato morbo fuerint coinquinati, ſi curari non valuerint, in puteos & foueas proyciendi ſunt, ne eiuſmodi contagione cæteri coinquinentur.* B *Animalia verò quæ à furentibus & rabidis lupis & canibus fuerint lacerata: oportet ea à ceteris ſeparari, ne furentes & mordentes cætera coinquinent.*

Inquiſiuit & hoc fraternitas tua, ſi liceat ſanctimoniales fœminas (quemadmodum viri faciunt) ſibi pedes lauare, tam in cœna Domini, quàm in ceteris diebus. Hoc Dominicum præceptum eſt, [a] *quod qui per fidem impleuerit, habet ex eo laudem. etenim viri & mulieres vnum Dominum habemus qui in cœlis eſt. Pro benedictionibus autem quas Galli faciunt (vt noſti frater) multis vitiis variantur. Nam non ex Apoſtolica traditione hoc faciunt, ſed per vanam gloriam, adhibentes ſibi damnationem, quia ſcriptum eſt:* [b] *Si quis vobis euangelizauerit præter id quod euangelizatum eſt, anathema ſit. Regulam itaque Catholicæ traditionis, quam à ſancta Romana Eccleſia accepiſti, omnibus prædica.* C

[a] Ioan. 13.
[b] Gal. 1.

XII. *Inquiſiſti etiam, ſi ante trigeſimum annum liceat ſacerdotem ordinare. Bonum & congruum eſt, chariſſime frater, ſi fieri poteſt, vt prouectæ ætatis & boni teſtimonii viri, iuxta ſanctorum canonum decreta, ordinentur ſacerdotes: ſi autem minimè reperiantur, & neceſſitas expoſcit, à viginti quinque annis & ſupra leuitæ & ſacerdotes ordinentur, quemadmodum in* [c] *lege Domini continetur.*

[c] Num. 8.

Miloni autem, eiuſque ſimilibus, qui Eccleſiis Dei plurimum nocent, vt à nefario opere recedant, iuxta Apoſtolicam vocem, opportunè & importunè prædica: ſi acquieuerint admonitionibus tuis, ſaluabunt animas ſuas: ſi verò non obedierint, ipſi peribunt obuoluti peccatis ſuis: tu autem qui rectè prædicas non perdes mercedem tuam. D

Hoc ſimul inquiſiſti, poſt quantum tempus debeat lardum comedi: licet pro hoc à Patribus inſtitutum non ſit, tibi tamen petenti conſilium præbemus, quòd non oporteat illud mandi, priuſquàm deſuper fumo ſiccetur, & igne coquatur: ſi verò libet, & incoctum manducetur, poſt Paſchalem feſtiuitatem erit manducandum. quod populus ille ſubiectus eſſet morbo regio, & Elephantiæ, à porcinæ carnis eſu ad tempus ſaltem oportuit cohiberi.

Epiſcopus autem condemnatus, de quo inquiſiſti qui pugnator & fornicator extitit, atque res Eccleſiæ poſt degradationem ſibi vendicare nititur: hic omninò reſpuendus eſt. Quæ enim portio fideli cum infideli, aut quæ communio Chriſti ad Belial? E

XIII. *De ordinatione etiam presbyterorum vel diaconorum, qui cogente neceſſitate & paupertate rogantium, non legitimis temporibus ad te peruenerunt, ſi aliquam haberes offenſionem inquiſiſti: Bene autem noſti, frater, quod ſacri canones docent, aptis temporibus ſacerdotes ordinandos. Attamen in eo quod à te pro bona intentione actum eſt, à Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulamus.*

De cenſu etiam Eccleſiarum, quid agendum ſit tibi, diximus: Nullam itaque heſitationem habeas, ſolidum de caſa ſuſcipere, quia ex eo poteris eleemoſynam tribuere, & opus perficere ſanctarum Eccleſiarum, iuxta canonum inſtituta.

A *Si* * *qui vero presbyteri qui de laicis promoti fuerunt, & antea capitalibus vitiis inuoluti, ſed celantes ea ordinati ſunt, poſtmodum autem manifeſtata ſunt, hos à ſacerdotali habitu priuatos pœnitentiæ ſubmitte. Non enim odit Deus peccantem & pœnitentem, ſed peccantem & negantem.*

* ſicque

Hoc etiam inquiſiſti à nobis, ſi liceat perſecutionem paganorum fugere, an non. Pro hoc igitur ſalutare conſilium tibi damus, ſi fieri poteſt, & locum inueneris, iuſta ad prædicandum illis; ſi autem ſuſtinere non valueris eius perſecutionem: habes præceptum Dominicum [d]*, vt in aliam ingrediaris ciuitatem.*

[d] Matt. 10.

XIV. *Inquiſiſti etiam, quid faciendum ſit de excommunicato Epiſcopo, & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic* B *ergo deteſtabilis eſt coram Deo & hominibus. Et quicumque eius condemnationi non communicauerint: ipſi non condemnabuntur in die reuelationis iuſti iudicii.*

De * *Slauis quoque Chriſtianorum terram inhabitantibus, ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti frater: Hoc quidem conſilio non indiget dum res eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quoque terram quaſi propriam ſibi vendicabunt. Si verò tributum dederint, norunt dominatorem eſſe illius terræ.*

* ſclauis

Flagitaſti etiam à nobis, ſanctiſſime frater, vt in ſacri canonis prædicatione, quot cruces in locis quibuſdam facere debeamus, tuæ ſignificaremus ſanctitati. Quam petitionem libenter implentes, in rotulo, id eſt, volumine, *dato prædicto Lul presbytero tuo, quot ſigna ſanctæ Crucis fieri* C *debeant, inſiximus. In his igitur & omnibus rebus ſanctitatis tuæ vota amplectentes, diuinam clementiam deprecamur, vt ſuo te muniat & confortet auxilio, noſque annuat proſperitatis tuæ ſemper læta ſuſcipere nuntia. Data pridie Nonas Nouembris, imperante domino Auguſto Conſtantino, Imperii eius anno trigeſimo ſecundo,* à tempore quo cum patre regnauit numerando, *Indictione quinta.* hæc Zacharias ad Bonifacium. Sed & his adiecit litteras de confirmatione ſedis Moguntinæ, vt ſit perpetuò Metropolis quæ ſic ſe habent [e]:

[e] In Vit. Boniſ. li. 2. c. 11.

XV. *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo ſanctæ Eccleſiæ Moguntinæ perpetuam ſalutem.*

MOGVNTINA ECCLESIA METROPOLIS CONSTITVITVR.

Qualiter Dominus Deus noſter ſanctæ ſuæ Eccleſiæ propitiatus ſit, & laboribus ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per ſingula dicere longum eſt. Tamen vt hæc D *quæ* * *obiicimus, confirmemus: quæ ex parte te narrante perſpeximus enarremus. Igitur dum in Germaniæ prouincia ſanctitas tua ad prædicandum fuiſſet directa, à ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus & ex aliqua parte ædificatum Romam reuerſus, ab eo Epiſcopus ordinatus, & ad prædicandum denuò remiſſus es, & elaboraſti, Deo præuio, nunc vſque per annos viginti* * *quinque in eadem prædicatione ex quo Epiſcopatum accepiſti. Sed & in Francorum prouincia noſtrâ vice Concilium egiſti, & iuxta canonum inſtituta omnes flexi ſunt tibi obedire: & dum in piis operibus occupata eſſet ſanctitas tua, nunc vſque cathedralem ſedem ſibi minimè vendicauit. At vbi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluiſti, vt tibi Epiſcopalem Eccleſiam, vel ſucceſſoribus tuis* E *confirmare debeamus, iuxta eorumdem filiorum noſtrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri ſancimus, vt ſupradicta Eccleſia Moguntina perpetuis temporibus tibi & ſucceſſoribus tuis in Metropolim ſit confirmata, habens has ſub ſe ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Vuormatiam, Spiratiam &* * *Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen cognoſcere facit. Hæc à nobis definitis, per huius noſtræ confirmationis paginam in tua Eccleſia perpetuis temporibus pro ſui confirmatione hæc conſeruari mandamus. Data pridie Nonas Nouembris, imperante domino noſtro Auguſto Conſtantino anno trigeſimo ſecundo Imperii eius, Indictione quintâ.* hic verò adiecit

* obimus
* viginti octo
* Trocas

idem Zacharias litteras de exemptione Fuldenſis ab ipſo erecti monaſterij quam petierat. quæ ſic ſe habent [a]:

[a] *Vit. Boniſ. lib. 2. c. 12.*

XVI. *Zacharias Papa Bonifacio Episcopo, & per eum fratribus in monaſterio ab eo conſtructo.*

Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſiderijs: oportet vt deuotionis conditoris piæ conſtructionis oraculum in priuilegijs præſtandis minimè denegetur. Igitur quia poſtulaſti à nobis, quatenùs monaſterium Saluatoris à te conſtructum in loco, qui vocatur, Erga ripam fluminis Fulda, priuilegio Sedis Apoſtolicæ decoretur, vt ſub iuriſdictione ſancta noſtra, cui auctore Deo deſeruimus, Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmittatur. Pro qua re pijs deſiderijs fauentes, hác noſtrâ auctoritate id quod expoſcitur, effectui mancipamus. Et ideò omnem cuiuslibet Eccleſiæ ſacerdotem in præfato monaſterio ditionem vllam habere, aut auctoritatem præter Sedem Apoſtolicam prohibemus, ita vt niſi ab Abbate monaſterij fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolemnitatem ibidem quiſquam præſumat celebrare, vt profectò iuxta id quod ſubiectum Apoſtolicæ Sedi conſiſtit, inconcuſsè dotatum permaneat: locis quoque & rebus tam eis, quas moderno tempore tenet vel poſſidet, quàm quæ futuris temporibus in ius ipſius monaſterij diuina pietas voluerit augere ex donis & oblationibus, decimiſq; fidelium abſque vllius perſonæ contradictione firmitate perpetuâ perfruatur.

XVII. *Conſtituimus quoq; per huius decreti noſtri paginam, vt quicumq; cuiuslibet eccleſiæ Præſul, vel quacumq; dignitate prædita perſona hanc priuilegij noſtri chartam, quam auctoritate Principis Apoſtolorum firmamus, temerare tẽtauerit, anathema ſit, & iram Dei incurrens, à cœtu Sanctorum omnium extorris fiat: & nihilo minùs præfati monaſterij dignitas à nobis indulta, perpetualiter inuiolata permaneat Apoſtolicâ auctoritate ſubnixa. Data pridie Nonas Nouẽbris, imperante domino Auguſto Conſtantino, anno trigeſimo ſecundo Imperij eius Indictione quintâ.* hactenus priuilegium monaſterij Fuldenſis.

Redeunti autem Lullo presbytero Bonifacij Legato in Germaniam, hæ quæ ſequuntur ad eumdem S. Bonifacium redditæ ſunt litteræ, quæ licèt abſque titulo reperiantur datæ; alicuius tamen ex Romano clero, ad quem idem Sanctus ſcripſerat, eſſe noſcuntur. ſic enim ſe habent [b]:

[b] *Ex eo. Cod. epiſt. 1. Varian.*

XVIII. ROMANI PRESBYTERI EPIST. AD BONIFAC. CONSOLATORIA.

Præſens venerabilis Lullus presbyter Paternæ ſanctitatis veſtræ miſſus honorandos nobis tuos attulit affatus, quorum textus continebat, multis de neceſſitatibus, & turbinibus eſſe triſtatum, per homines non timentes Deum & falſos Epiſcopos, atque pſeudopresbyteros, & fornicatores clericos, eorumq; iniquas actiones, prauaſq; immiſſiones, iamq; inimicantium & perſequentium gentium, quorum perſecutio finem habebit interitûs ſempiterni. Etenim ſanctiſſime Pater: [c] *Omnes Sancti quanta paſſi ſunt tormenta, vt ſecuri poſſiderent vitæ æternæ palmam? Habemus conſolatorem egregium Apoſtolum Paulum, qui docet:* [d] *Oportet nos per multas tribulationes intrare in Regnum Dei. Magna tibi merces eſt, ô ſanctiſſime Pater, & corona gloriæ coram omnipotente Deo, dum omnia tolerantor ſuſtines propter diuinum mandatum, & prædicationem Euangelij Chriſti Ieſu Domini Dei & Saluatoris noſtri. Cuius, licèt peccator, potentiam deprecor, vt domino meo beato Apoſtolorum Principe intercedente, cuius & vicem agis inter feroces & indomitas gentes, vt ipſe te ſuâ pietate cuſtodiat, vt decurſum miniſterij tui in die aduentûs eius copioſum fructum afferre valeas, & à conditore omnium Deo remunerationis præmium centuplum accipias, & vitam poſſideas æternam. Etenim me ipſum ſanctis tuis orationibus commendans, vt valui, in verbo & opere prædicto tuo Miſſo adiutor apparui. Benedictionem denique à veſtra beatitudine miſſam ſicut à patre meo ſuſcepi, & omnipotenti Deo gratias egi, & veſtræ ſanctiſſimæ Paternitati. Etenim beatiſſime Pater, paruum munuſculum ſanctitati veſtræ direxi ſabanum vnum, & facitergium vnum, & modicum thymiamatis: quod pete vt abſque iniuria veſtra honoranda Paternitas ſuſcipere non dedignetur. Vale in Chriſto ſemper amantiſſime Pater.*

[c] *Apoc. 7.*
[d] *Act. 14.*

Quod ſpectat ad res Orientalis Eccleſię hoc tantùm proditur, quod hoc anno Theodorus creatur Epiſcopus Antiochenus, vt Theophanes auctor eſt, qui & eum ſediſſe annos ſex, aſſerit.

IESV CHRISTI
Annus 752.

ZACHARIÆ PAP. Annus 11. CONST. COPRO. IMP. Annus 12.

I. SEPTINGENTESIMVS quinquageſimus ſecundus ſequitur annus, Indictione quintâ, quo Pipinus in Regem Francorum inungitur Sueſſione à S. Boniſacio Epiſcopo Mogũtino, iubente id Zachariâ Romano Pontifice, qui anno ſuperiori (vt vidimus) de his gerendis legationem acceperat à Pipino. hæc enim veteres Annales his reddunt verbis [e]: *Septingenteſimo quinquageſimo ſecundo anno ab Incarnatione Domini, Zacharias Papa ex auctoritate Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate regiâ vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Itaque Hildericus Rex qui vltimus Merouingorum Francis imperauit depoſitus & in monaſterium miſſus eſt. Pipinus verò in ciuitate Sueſſionum à ſancto Boniſacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, Regni honore ſublimatus eſt.* hæc Annales. quib. ſcriptores omnes rerum Francicarum ſiue veteres ſiue recentiores abſque controuerſia adſtipulantur, licèt in annum ſuperiorem alij id factum referant, vel ante biennium alij: vt ſuperiùs dictum eſt.

[e] *Annal. Franc. à Pithœo edit.*

PIPINVS CORONATVR REX FRANCORVM.

II. Quo pariter anno Zacharias Papa vbi ſediſſet annos decem, menſes tres & dies decẽ, decimaquintâ Martij ad Deum feliciter migrat, inter Sanctos relatus & anniuerſariâ memoriâ auctus. hæc ex Anaſtaſio, apud quem nonnulla de eodem Pontifice ſcripta leguntur, quę cùm incerto eius Põtificatûs anno ferantur, hic ſimul deſcribenda putauimus, reliquis reb. ab eo pręclarè geſtis, ſuis locis & annis quibus geſtæ ſunt, collocatis. ſic enim ſe habent:

ZACHARIÆ PAPÆ OBITVS.

Hic in Lateranenſi Patriarchio ante baſilicam beatæ memoriæ Theodori Papæ à nouo refecit triclinium, quod in diuerſis marmoribus, & vitro, metallis, atq; muſiuo & picturâ ornauit: ſed & ſacris imaginibus tam oratorium beati Silueſtri, quamq; porticum decorauit: vbi etiam & omnem ſubſtantiam ſuam per manus Ambroſij primicerij Notariorum introduci mandauit. Fecit autem à fundamentis ante ſcrinium Lateranenſe porticum apud turrim, vbi & portas æreas atque cancellos inſtituit, & per figuram Saluatoris portas antè ornauit. Et per aſcendentes ſcalas in ſuperioribus ſuper eamdem turrim triclinium & cancellos æreos conſtruxit, vbi & Orbis terrarum deſcriptionem depinxit, atque diuerſis verſiculis ornauit, & omne Patriarchium penè è nouo reſtaurauit. in magna enim penuria eum locum inuenerat.

III. *Hic in Eccleſijs Apoſtolorum Principum Petri & Pauli pendentia vela inter columnas ex pallis ſericis fecit. Hic in Eccleſia prædicti Principis Apoſtolorum omnes codices domus ſuæ proprios, qui in circulo anni leguntur ad Matutinum, armariorum opere ordinauit. Hic domum cultam Laurotum nouiter ordinauit, adijciens & maſſam Fontinianam quæ cognominatur Paunaſia.*

Hic

Hic viginti auri libras pro emendo oleo annuo, vt de lucro eorum in luminarijs Apoſtolicis proficiat, inſtituit, & Conſtitutum ſub anathematis vinculo obligauit. Hic fecit veſtem ſuper altare beati Petri ex auro textam habentem natiuitatem Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ornauitq́; eam ex gemmis pretioſis, ſimul & vela ſerica aliſbina quatuor, quæ & ornauit in rotis & ornamentis varijs auro textis. Item fecit coronam de argento puriſſimo cum delphinis in proprio ſuo penſantem libras centum viginti. & inferiùs poſt multa ſuis locis ſuperiùs ſcripta hæc ſubdit:

RELIQVÆ RES GESTÆ A ZACHARIA PAPA.

IV. *Porrò eodem in tempore contigit plures Veneticorum,* Venetiæ prouinciæ ſcilicet, *hanc Romanam veniſſe in Vrbem negociatores, & mercimonij nundinas peragentes, multitudinem mancipiorum, virilis ſcilicet & fœminei generis emere viſi ſunt, quos ad paganas gentes in Africam nitebantur abducere. Quo cognito idem ſanctiſſimus Pater fieri prohibuit: hoc indicans, quod iuſtum non eſt, vt Chriſti abluti baptiſmo paganis gentib. deſeruirent, datoq́; eiſdem Veneticis pretio, quo in eorum emptionem dediſſe probati ſunt, cunctos à iugo ſeruitutis redemit, atque more liberorum degendos abſoluit.* & inferiùs.

Huius denique temporibus magnum theſaurum Dominus Deus noſter in hac Romana Vrbe per eumdem almificum Pontificem propalare dignatus eſt. In venerabili itaq; Patriarchio ſacratiſſimum beati Georgij Martyris idem ſanctiſſimus Papa in capſa reconditum reperit caput, in quo & pittacium pariter inuenit litteris exaratum Græcis ipſum eſſe ſignificans. Qui ſanctiſſimus Papa omninò ſatisfactus, illicò aggregato Romanæ Vrbis populo, cum hymnis & canticis ſpiritualib. in venerabilem diaconiam eius nominis ſitam in hac Romana ciuitate, regione ſecunda, Ad velum aureum dictam deduci fecit, vbi immenſa miracula & beneficia omnipotens Deus ad laudem ſui nominis per eumdem ſanctiſſimum Martyrem operari dignatur.

V. *Huius temporibus defunctus Theodorus maior filius* * *magnifici Cataxanti, ob veniam ſuorum delictorum prædium, quo ex hæreditate fruebatur paterna, ſitum quinto ab hac Vrbe milliario viâ Tiburtinâ, in quo & Oratorium ſanctæ Cæciliæ eſſe dignoſcitur, beato Petro reliquit. Quod ipſe beatiſſimus Papa magnis conſtructis fabricis & picturis decorauit, ampliauitq́; in eo fines ex omni parte. data enim digna recōpenſatione ijs qui in vicino eius loci poſſeſſiones tenere videbantur, nemini vim inferens, ſed magis, vt cōdecet patri, cuncta ſecus eumdem locū amicâ pactione emit prædia, & Domū cultam beato Petro eumdem locum iure perpetuo ſtatuit permanendum, quæ & Domus culta ſanctæ Cæciliæ vſq; in hodiernum diem vocatur. Conſtruxit quippe ibi & Oratorium S. Abbacyri, vbi & multas Sanctorum condidit reliquias quam videlicet Domum cultam vſui proprio, Dominica videlicèt traditioni deſcripſit.*

* magiſtri

VI. *Hic conſtituit aliam Domum cultam in decimo quarto milliario ab hac Romana Vrbe. Et patrimonium Tuſciæ conſtitutionibus obligauit vnii Eccleſiæ permanendum, vt tam loca quàm annua relicta quadam Agathonis primicerij beato Petro viderentur eſſe conceſſa. Hic maſſas quæ vocātur Antias, & Formias ſuo ſtudio iure beati Petri acquiſiuit, quas & Domos cultas ſtatuit. & de omnibus ſuperiùs annexis Domui cultæ Apoſtolicæ rationis conſtituta faciens, atq; ſacerdotale collegium aggregans, ſub anathematis interdictionibus ſtatuit, nulli cuilibet ſucceſſorum eius Pontificū, vel alia cuilibet perſonæ licere ipſas Domos cultas ab vſu Eccleſiæ quoquo modo alienare.* hæc cum dicat Anaſtaſius de Domib. cultis, nihil præterea ijs nominib. intelligendum putamus, niſi latifundium, cui ad culturam familiæ colonorum adſcriptæ eſſent, quæ ſatis eſſe poſſent, quibus & ad habitandū domus erectæ eſſēt, cultæ ob id dictæ, quòd omnibus neceſſarijs ad cultum agri refertæ eſſent: non enim vox, cultam, ad ornatum, ſed ad vtilitatem ſpectat, quod domus ipſa hominibus, iumentis, & ruſticis inſtrumentis, & alijs vtenſilibus ad agri cultum ſpectantibus bene compoſita eſſet. pergit vero Anaſtaſius.

Hic fecit veſtem ſuper altare beati Andreæ Apoſtoli ad beatum Petrum nimis optimam. Hic beatiſſimus Papa ſtatuit, crebris diebus alimentorum ſumptus, quæ & eleemoſyna vſque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio à paracellarijs pauperibus & peregrinis qui ad beatum Petrum morantur, deportari, eiq; erogari, necnon & omnibus inopibus & infirmis per vniuerſas regiones iſtius Romanæ Vrbis conſtitutis.

VII. *Huius temporibus contigit ſubitò tegumentum tituli beati Chriſti Martyris Euſebij cadere: qui ſanctiſſimus vir cum tota ſua decertans virtute, prudenterq́; elaborans ſicut antiquitùs fuit, rurſum quod ceciderat, reparauit, atq; optimè reſtaurauit. Hic præcipuus Pontifex multa loca Sanctorum in meliorem ſtatum perduxit, & veſtes optimas ſuper altaria earumdem Dei Eccleſiarum fecit.*

Hic dilexit clerum ſuum valdè, atq; presbyteria eis auxit in duplo, & amplius tribuit, omnes vtpote pater & bonus paſtor amplectens, & vtiliter fouens; & penitùs quempiam minimè tribulari permittens. Huius itaq; temporibus in magna ſecuritate & lætitia populus à Deo illi commiſſus degens vitam vixit.

Hic beatiſſimus Papa ſuo prudentiſſimo ſtudio, quos beatæ recordationis Gregorius Papa fecit, quatuor dialogorum libros de Latino in Græcum tranſtulit eloquium; & plures qui Latinam ignorant lectionem, per eorum illuminauit lectionem hiſtoricam. teſtatur idipſum Photius tomo ſecundo ſuæ Bibliothecæ.

VIII. Ad poſtremum illud non ignorandum, conceſſum fuiſſe ab eodem Zacharia Romano Pontifice Pipino Regi Francorum nominationem, quam vocant, ſiue poſtulationem Epiſcoporum pro Eccleſijs vacantibus in Regno ſuo: vt intelligas, cum legis, à Regibus Eccleſijs eſſe datos Epiſcopos, totum id factum non iure proprio (quod nullū penitùs in rebus Eccleſiaſticis Reges habent) ſed conceſſione Apoſtolicæ Sedis. vnde erubeſcant mētientes Politici Nouatores, cùm Eccleſias ſubijciunt Regibus. Extat de his [a] epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem ex parte Guinilonis Epiſcopi & Gerardi comitis, in qua iſta leguntur:

[a] Lup. ep. 81.

Præcepit itaq; Rex Francorum, vt eius vobis ſermonibus diceremus, ſe fideliter tenere, quòd Rex Regū, idemq́; Sacerdos ſacerdotum, qui ſolus potuit Eccleſiam regere quam redemit, poſtquàm humanitatem ſuam in cœlum euexit, ſemper cum ſuis futurus diuinitate poteſtatem ſuam ad eamdem gubernandam Eccleſiam in ſacerdotes diuiſit & Reges, vt quod ſancti docerent Pontifices, & ipſi implerent, & impleri facerent deuotiſſimi Reges. Quamobrem ſe cupere debitam Sanctitati veſtræ impendere reuerentiam ſicut ei, quem ſciat diuinitatis cultum integrè velle ſeruare, atq; viciſſim poſtulare, vt cum eo tale fœdus concordiæ ineat, vt vbicumq; Eccleſiaſticæ vtilitati in portione Regni diuinitùs ſibi collata veſtra auctoritatis diſpoſitione iure tanta cupit conſulere vnanimitate veſtri conſenſus continuò adiuuetur.

IX. *Et ne vos longis ambagibus diutiùs fatigemus: recèns incommodum Auguſtudunenſis Eccleſiæ, & prolixa perturbatio flexit eius pietatē, vt ſuâ largitate, veſtrâq́; promotione talem ei præficiat, qui ruinas illius & ſpiritualiter & ſæculariter ſtrenuè ſarcire ſufficit. Eſt autem quem benignitati veſtræ plurimum commendat propinquus eius Bernus, ab ætate memoriæ glorioſæ Imperatoris Ludouici tenere educatus, & claris ornatus honoribus, quem & ipſe hoc ſuo tempore multis experimentis inuenit idoneum, & opitulante gratiâ Dei tanto negocio credit aptiſſimum.*

Digitized by Google

In hoc probatiſſimorum eius conſiliariorum acquieſcit conſenſus.

*Idq́; veſtra prudentia dominus noſter nobis iuſſit ſuggerere, non eſſe nouitium, aut temerarium, quod ex palatio, honorabilioribus maximè Eccleſiis procurat Antiſtites. Nã Pipinus, à quo per maximum Carolum, & religioſiſſimum Ludouicum Imperatores duxit Rex noſter originem, expoſiti à neceſſitate huius Regni Zacharia Romano Papa in Synodo, cui Martyr Bonifacius interfuit, eius accepit conſenſum, vt acerbitati temporis induſtria ſibi probatiſſimorum decedentibus Epiſcopis mederetur; ne fortè ſimplicitate Pontificum poſſit contingere quod in hac Eduorum vrbe, cuius nos nunc cura exercet, euenit. Proinde * ſuppetere, vt honorem à Papa Romano maioribus eius & Regibus & Imperatoribus conceſſum, & à Lugdunenſis Eccleſia Metropolitanis, cui auctore Deo præſidetis, unquam hactenus infirmatum, à vobis nullâ veſtiâ iniuriâ conſequatur. Quod ſi in hac parte ſpretus non fuerit, facturum ſe, vt in Regno eius veſtrum miniſterium debitam ſemper venerationem obtineat.* hæc Lugdunenſi Archiepiſcopo ex parte Regis nuntiari iuſſa in dicta à Lupo epiſtola ſcripta. Demum de eodem Zacharia hæc Anaſtaſius:

** ſa petere*

X. *Hic fecit ordinationes tres, per menſem Martium, creauit presbyteros triginta, diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca octoginta quinque: qui ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum Idibus Martij, Indictione quintâ.* hæc Ipſe. qui & ſubdit ab obitu eius ſedem vacaſſe dies duodecim.

STEPHANUS PAP. II. Sic igitur die vigeſimaſeptimâ Martij creatus eſt ſucceſſor eius Stephanus, de quo ita idem Anaſtaſius: *Defuncto verò beatæ memoriæ Zachariâ Papâ, Stephanum quemdam presbyterum ad ordinem Pontificatus cunctus populus ſibi elegit, & intro Lateranenſe Patriarchium miſit, vbi biduo manens, tertio die poſtquàm à ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas diſponeret, ſubitò dum ſederet, alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt.* Propter breuitatẽ temporis, quo ſedit, factũ eſt vt à plurib. dimittatur in ſerie Romanorum Pontificum, cùm tamen verè Pontifex fuerit. De ſucceſſore autem pergit dicere Anaſtaſius.

XI. STEPHANI PAP. TERTII ELECTIO. *Poſt hæc verò cunctus Dei populus congregatus intra venerabilem baſilicam ſanctæ Dei Genitricis ad præſepe, vbi & omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & in ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ bono animo & conſonâ voce alium Stephanum beatiſſimum virum ſibi elegêre Pontificem. Quem omnes ſincerâ mente cum laudum præconijs in baſilicam Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportauerunt, & exinde intus venêre, & in Patriarchium iuxta morem intromiſerunt.* hæc de electione poſterioris Stephani, de quo idem Anaſtaſius iſta præmittit de eius prima ætate: *Hic natione Romanus poſt tranſitum patris ſui derelictus, in venerabili cubiculo Lateranenſi pro doctrina Apoſtolicæ traditionis ſub prædeceſſoribus beatis Pontificibus permanſit, quem ſingillatim per clericales ordines promouentes, diaconatus ordine eum ordinauerunt.* & inferiùs: *Erat hic benigniſſimus Papa amator Eccleſiarum Dei, traditionem etiam Eccleſiaſticam firmâ ſtabilitate conſeruans, pauperum Chriſti velox ſubuentor, & verbi Dei in magna conſtantia prædicator; viduas & pupillos multò meliùs viſitans, eleemoſynis* ſcilicèt quàm corporali præſentiâ, *fortiſſimus etiam ouilis ſui cum Dei virtute defenſor.* Quam autem ſtatim vt Pontifex factus eſt, pauperum curam geſſit hoc primo eius Pontificatûs anno, idem Anaſtaſius ita pergit dicere.

XII. PRIMA STUDIA PIETATIS STEPHANI PAPÆ. ** Mox verò reſtaurauit & quatuor in hac Vrbe ſita antiquitus Xenodochia, quæ diuturnis & longinquis temporibus deſtituta manebant, & in eis ordinauit omnem vtilitatem in diuerſis eorum locis intus & foris, in quibus & multa contulit dona, quæ & priuilegij pagina ſub anathematis interdicto confirmauit. Pari modo à nouo fundâſſe dignoſcitur & Xenodochium in Platana, centum pauperum Chriſti diſpoſitum illic faciens, quotidianum videlicèt victum eorum decernens tribui. Nam & forâs muros huius ciuitatis Romanæ ſecùs baſilicam beati Petri Apoſtoli duo fecit Xenodochia, in quibus & plura contulit dona: quæ & ſociauit venerabilibus diaconijs illic foris exiſtentibus perenniter permanere, id eſt, diaconia beatæ Dei Genitricis, & beati Silueſtri: quas ex priuilegijs Apoſtolicis perenniter permanenda muniuit.* hactenus de Xenodochijs hoc anno à Stephano Pontifice inſtitutis & reſtitutis.

Iacta ſunt opportunè hæc ſolida fundamenta pietatis, quibus aduerſus ingruentes fluctus bellici motus Longobardorum in Romanam Eccleſiam excitati, ipſe Pontifex diuino præſidio fultus ſeruaretur illæſus. At quinam iſti fuerint, qui hoc anno cœpti, ad quadriennium maiore ſemper impetu irruerunt, ex Anaſtaſio enarremus, qui etſi rudi ſtylo, fideliſſimè tamen rerum geſtarum hiſtoriam exarauit, atque primùm de his quæ acciderunt hoc anno, vbi idem Stephanus in Sedem Pontificiam eſt eleuatus. ait enim:

Inter hæc verò, dum magna perſecutio à Longobardorum Rege Aiſtulpho in hac Romana Vrbe vel ſubiacentibus eius ciuitatibus inſiſteret, & vehemens eiuſdem Regis ſæuitia imminerct: illicò idem beatiſſimus Papa tertio Apoſtolatûs ſui menſe, diſponens ſuum germanum, ſanctiſſimum ſcilicèt Paulum diaconum atq; Ambroſium Primicerium, pluribus cum muneribus ad eumdem Longobardorum Aiſtulphum Regem ad pacis ordinandum atq; firmandum fœdera miſit. Qui præfati viri ad eum conuenientes, impertitis muneribus quò faciliùs eadem apud eum impetrarent, in quadraginta annorum ſpatia pacis fœdus cum eo ordinantes confirmauerunt. At verò idem proteruus Longobardorum Rex, antiqui hoſtis inuaſus verſutiâ, ipſa fœdera pacis poſt penè quatuor menſes, in periurij incidens reatum, diſrupit. quòd ſecundùm initam temporis rationem dictorum ſeptem menſium poſt Stephani Papæ creationem, oportuit hæc contigiſſe hoc anno, menſe Octobris. Quæ præterea impius ſit molitus audi.

XIII. CONATUS AISTULPHI REGIS LONGOBARDORUM.

XIV. Vbi enim initam pacem diſſoluit: *multas* (inquit Anaſtaſius) *in præfatum ſanctiſſimum virum vel cunctũ populum Romanũ ingerens contumelias, varias illi minas dirigens, cupiens quippe, Deo non ſibi contrario, cunctam hanc prouinciam inuadere, & oneroſum tributum huius Romanæ Vrbis inhabitantibus adijcere nitebatur, per vnumquodq; ſcilicèt caput ſingulos auri ſolidos annuè auferre inhiabat, & ſuæ iuriſdictioni ciuitatem hanc Romanã, vel ſubiacentia ei caſtra ſubdere, indignantèr aſſerebat.*

LEGATI A STEPHANO PAP. AD AISTULPHUM. *Cernens verò idem ſanctiſſimus Papa, validam præfati Regis imminere ſæuitiam magnoperè, ad ſe accerſitis venerabilium monaſteriorum ſanctorum Vincentij & Benedicti religioſis Abbatibus, ſuâ vice eos crudeliſſimo miſit Regi, obnixè per eos poſtulans pacis fœdera, & quietem vtrarumq; partium populi obtinere confirmandam. Quos nempe ſuſcipiens, omninò contemptui habens, ſpreuit eorũ monita, & ad ſuæ animæ detrimentum, ſine effectu cauſæ, confuſos ad propria abſoluit monaſteria, obteſtans eos minimè ad ſanctiſſimum Papam declinare. Quod audiens ipſe præcipuus Pater, extemplo (iuxta vt crebrò conſueuerat) omnipotenti Domino Deo noſtro ſuam populique ſibi commiſſi commendans contulit cauſam hanc, lugubremq; eius diuinæ maieſtati inſinuauit lamentationem.*

XV. *Et dum hæc agerentur * conuenit Romam Ioannes Imperialis Silentiarius, deferens eidem ſummo Pontifici iuſſionem. ſimulq; & aliam ad nomen prædicti Regis impij detulit adhortationis annexa verba, vt Reipublicæ loca ab eo*

* coniunxit.

ALIA LEGATIO AD REGEM LONGOBARDORVM MISSA.

diabolice vſurpata ingenio, proprio reſtitueret dominio. Quem videlicet venerabilem Miſſum confeſtim ſæpè fatus ſanctiſsimus Papa cum ſuo germano prædicto Paulo diacono ad eumdem miſit nequiſsimum Aiſtulphum Rauennam. Quibus ſuſceptis, cum inani abſolutè reſponſo, adhærens, coniungens ſcilicet, *eidem Imperiali Miſſo quemdam propriæ gentis nefarium virum, diabolicis imbutum conſilijs ad regiam properandum vrbem,* Conſtantinopolim videlicet. *Reuerſiq́; Legati Romam, & præſentati eidem ſanctiſsimo Papæ, enarrauerunt nihil ſe egiſſe.* hactenus res anni huius, reliqua ſequenti, vt ratio poſtulat temporis, dicentur.

Porrò etſi Aiſtulphus adeò impius & ſacrilegus ex rebus geſtis apparuit: eius tamen cognatus Anſelmus frater vxoris eius religione inſignis eſt habitus, quippe qui hoc ipſo anno Nonantulam nobile monaſterium in agro Mutinenſi cōſtruxit in honorem Apoſtolorum, quod & ampliſſimis redditib. auxit, quo etiam Roma acceptas S. Silueſtri venerandas reliquias tranſtulit. ita Sigebertus hoc anno & alij. Ipſum autem monaſticam vitam eſſe profeſſum, & in Abbatem promotum ducentis monachis præfuiſſe Ricobaldus affirmat.

XVI. Hoc eodem anno S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus vbi accepiſſet Zachariæ Papæ Stephanum ſubſtitutum fuiſſe, has ad eum litteras dedit:

EX EPISTOLA BONIFACII EPISCOP. MOGVNTINI AD STEPHANVM PAPAM.

Domino excellentiſſimo Stephano Papæ Bonifacius exiguus Epiſcopus, diſcipulus Romanæ Eccleſiæ in Chriſto caritatis ſalutem.

Sanctitatis veſtræ clementiam intimis obnixè flagito precibus, vt familiaritatem & vnitatem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ à veſtra clementia habere merear, & in diſcipulatu pietatis veſtræ, Sedi Apoſtolicæ ſeruiendo, ſeruus veſter fidelis & deuotus permanere poſſim eo modo, quo antè ſub tribus prædeceſſoribus veſtris Apoſtolicæ Sedi ſeruiebam, Gregorijs duobus & Zacharia, qui me ſemper exhortatione & auctoritate litterarum ſuarum muniebant & adiuuabant. Quod apud vos inuenire deprecor, vt præceptum Paternitatis veſtræ eò meliùs perficere & implere poſſim: nam ſi quid in iſta legatione Romana, quâ pluſquam triginta annis functus ſum, vtilitatis Eccleſiæ præfatæ peregi, adhuc implere & augere deſidero: Si autem minùs peritè aliquid aut iniuſtè à me factum vel dictum reperitur, iudicio Romanæ Eccleſiæ promptâ voluntate & humilitate emendaturum me ſpondeo. Intereà deprecor, vt pietas domini mei non dedignetur, quia tam tardè Miſſum meum & litteras ad præſentiam veſtram direxi. Hoc idcircò contigit, quia præoccupatus fui reparatione Eccleſiarum, quas pagani incenderant, qui per titulos & cellas noſtras plus quàm triginta Eccleſias vaſtauerunt. & hæc * *cauſa fuit tarditatis meæ, & non aliqua negligentia incuria.* hactenus fragmentum quod reperimus epiſtolæ potiùs quàm integra epiſtola Bonifacij ad Stephanum Papam. Quæ autem huic appoſita alicubi reperitur appendix de controuerſia cum Colonienſi Epiſcopo, non ad hanc, ſed ad aliam ſpectat epiſtolam, vt ſuo loco dicetur, cùm agemus de prædicatione ipſius ad Friſios. Ad Friſiorum enim conuerſionem Bonifacium omne poſt hæc ſtudium impendiſſe, quæ ſuo loco dicenda erunt, oſtendent.

* occaſio

IESV CHRISTI
Annus 753.

STEPHANI PAP. III. Annus 2. CONST. COP. IMP. Annus 13.

I. SEQVITVR ordine temporis annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus tertius Indictione ſextâ, quo Roma ab Aiſtulpho Longobardorum Rege obſeſſa dirè vexatur, & ciuitates Romanæ Eccleſiæ ab eodem Rege inuaduntur, cùm ipſe Stephanus Romanus Pontifex ad hæc auertēda, ſtudio indefeſſo laboraret. Quomodo autem iſta ſe habuerunt, tibi per ſingula ſuo ordine ingeremus. Qui igitur hæc quam fideliſſimè proſecutus eſt Anaſtaſius (fideliorem namque ipſo habemus neminem) iſta deſcribit: atque primùm de legatione ab eodem Stephano Pontifice miſſa ad Conſtantinum Imperatorem, quem eſt hortatus, vt aduerſus Longobardos ad defenſionem eorum quæ ſupererant Imperij Romani, in Italiam exercitum mitteret, iſta habet:

II. LEGATOS MITTIT STEPHANVS PAP. CONSTANTINOPOLIM.

Tunc præfatus ſanctiſſimus vir Stephanus Papa, agnito maligni Regis conſilio, miſit in regiam vrbem ſuos Miſſos, & Apoſtolicos afflatus cum Imperiali præfato Miſſo, Ioanne videlicèt Silentiario deprecans Imperialem clementiā, vt iuxta quod ei ſæpiùs ſcripſerat, cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes, modis omnibus adueniret, & de iniquitatis filij morſibus Romanam hanc Vrbem, vel cunctam Italiam prouinciam liberaret. Inter hæc verò permanens in ſua pernicie præfatus atrociſſimus Longobardorum Rex, exarſit furore vehementi, & fremens vt leo, peſtiferas minas Romanis dirigere non deſinebat, aſſerens omnes vno gladio iugulari, niſi ſuæ, vt præfatum eſt, ſeſe ſubderent ditioni. Rurſumq́; antefatus ſanctiſſimus Pater congregato vniuerſo Romano cœtu, taliter eos paterno amore admonuit, inquiens: Quæſo vos, filij cariſſimi, pro noſtrorum delictorum mole Domini imploremus clementiam, & ipſe noſter erit adiutor, liberabitq́; ſuâ prouidentiſſimâ miſericordiâ a perſequentium manibus. Cuius ſalutiferis admonitionibus cunctus obediens populus, congregati vnanimiter omnes, lachrymis fuſis omnipotentem Dominum Deum noſtrum deprecati ſunt.

III. PRECES PVBLICÆ PRO SALVTE VRBIS ſVBÆ.

In vna verò dierum cum multa humilitate Stephanus procedens in Litania cum ſanctiſſima imagine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ Acheropæta, non manu facta nuncupatur, ſimulq́; & cū eā alia diuerſa ſacra miniſteria recipiens, proprio humero ipſam ſanctam imaginem cum reliquis ſacerdotibus idem ſanctiſſimus Papa geſtans, nudis pedibus tam ipſe quàm vniuerſa plebs incedentes in Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, quæ Ad præſepe nuncupatur, poſito in omnibus capitibus populorum cinere, cum maximo eiulatu pergentes, miſericordiſſimum Dominum noſtrum deprecati ſunt, alligans, connectensq́; adorandæ Cruci Domini Dei noſtri pactum ſcilicèt illud, quod nefandus Rex Longobardorum diſrupit. Quod verò id non ſemel factum ſit, ſed eadem perſecutione permanente, eædem ſint admonitiones Pontificis, preces, atque Litaniæ frequentatæ, ſic idem ſubijcit Anaſtaſius:

IV. FREQVENTES LITANIÆ.

Hic beatiſſimus Papa omnes ſuos ſacerdotes & clerum in Lateranenſi Patriarchio ſedulè aggregans, admonebat diuinam totis niſibus lectitare ſcripturam, & in lectione vacare ſpirituali, vt efficaces inuenirentur in omni reſponſo aduerſariorum Eccleſiæ Dei. Nec enim ceſſabat indeſinenter admonendo & confortando cunctum Dei populum ſobriè, pieq́; agere, atque ab omni prauitate ſeſe cuſtodire. Hic beatiſſimus vir pro ſalute prouinciæ, & omnium Chriſtianorum, omni ſabbato die, Litaniam cum omni populo, poſtpoſito neglectu, fieri ſtatuit. vno quidem Sabbato ad ſanctam Dei Genitricem Ad præſepe, alio verò ad beatum Petrum Apoſtolum, & alio ad beatum Paulum Apoſtolum. hæc ſunt quæ de frequentibus Litanijs indictis Anaſtaſius habet.

Quod verò ad legationem ab ipſo Pontifice Conſtantinopolim miſſam pertinet, eamdem inanem redditam eſſe, certum eſt; nam non aduerſus Longobardos, ſed aduerſus Catholicam fidem

bellum paratum ab Imperatore Copronymo conſtat. *Sed in primis* (inquit Theophanes) *hoc anno decimotertio Imperij Conſtantini, Anaſtaſius, qui ſceleratè throno Conſtantinopolitano præfuit mortuus eſt, corpore ſimul & animâ miſerabili paſſione, quæ dicitur Cordapſot, fatigatus, cùm ſtercus per os euomuiſſet, dignam exoluens vindictam pro audacia ſcilicèt, quam contra Deum, & contra ſuum magiſtrum ſanctum Germanum exhibuit.* hæc Theophanes.

MORITVR ANASTASIVS EPISC. CONSTANTINOP.

V. Quomodo autem eodem anno ſui Imperij decimotertio collegit concilium, ex quo aduerſus ſacrum imaginum cultum dictum eſt anathema, ſequenti anno dicturi ſumus, quo is qui eſt cœptus hoc anno decimustertius Imperatoris annus, deſinit decimoquarto Kalendas Iulij. Quando autem contigerit reditus Legatorum pariter, inferiùs dicturi ſumus.

At quid intereà Stephanus Papa? Cùm enim nulla ſpes eſſet, vt Conſtantinus Imperator iura Imperij quæ in Italia reſidua erant, à Longobardis inuaſa defenderet, egit enixius quibus potuit officijs, vt truculentum barbarum Longobardorum Regem placaret, miſſis ad eum ſæpe muneribus. ſed cùm hæc omnia inania & irrita redderentur, ad Regem Francorum, vti fecerant prædeceſſores, Legatos mittendos eſſe putauit. ſed audiamus patienter Anaſtaſium hæc omnia rudi ſtylo ſed veraci omnia proſequentem. Satius eſt enim puram in ſcutella teſtea aquam bibere, quàm impuram vaſe aureo propinatam. Vbi enim de indictis ab eo publicis precibus egit, iſta ſubijcit:

VI. TRACTAT DE PROFICISCENDO AD REGEM LONGOB. STEPHANVS.

Itaque dum idem ſanctiſſimus vir iam fatum peſtiferum Longobardorum Regem iteratis vicibus, innumerabilia tribuens munera deprecaretur pro gregibus ſibi à Deo commiſſis, & perditis ouibus, ſcilicèt pro vniuerſo exercitu Rauennæ, atque cuncto iſtius Italiæ prouinciæ populo, quos diabolicâ fraude ipſe impius deceperat Rex & poſſidebat: & dum nihil ab eo hac de re obtineret, cernens præterea & ab Imperiali potentia nullum eſſe ſubueniendi auxilium: tunc quemadmodum prædeceſſores eius beatæ memoriæ domnus Gregorius & Gregorius ſecundus & tertius, & domnus Zacharias beatiſſimi Pontifices Carolo excellentiſſimæ memoriæ Principi Francorum direxerunt, petentes ſibi ſubueniri propter oppreſſionem & inuaſionem, quas & ipſi in hac Romana prouincia à nefanda Longobardorum gente perpeſſi ſunt: ita modò & ipſe venerabilis Pater, diuinâ gratiâ inſpirante, clàm per quemdam peregrinum ſuas miſit litteras Pipino Regi Francorum nimio dolore huic prouinciæ inhærenti conſcriptas. Adhuc etiam nec ceſſauit dirigens, vt ſuos hic Romã ipſe Rex Francorum mitteret Miſſos, per quos eum ad ſe accerſiri feciſſet. quinam iſti Legati fuerint, declarat inferiùs, cùm quo ſtatu res tum eſſent, cùm ij perueniſſent in Vrbem, ita narrat:

VII. LEGATI PIPINI REGIS ROMAM VENIVNT.

Et dum valdè ab eodem Longobardorum Rege ciuitates & prouinciæ iſtæ Romanorum opprimerentur, ſubitò coniunxit, peruenit ſcilicèt, *Miſſus iam fati Regis Francorum Pipini nomine * Rodigandus Abbas, per quem miſit in reſponſis, omnem voluntatem & petitionem prædicti ſanctiſſimi Papæ adimplere. Et poſtmodum alius Miſſus familiaris eius coniunxit, ea ipſa annuntians.* ſed & quonam ſtatu res eſſent, cùm venerunt à Pipino miſſi Legati, Anaſtaſius ſubjicit, nimirum tunc eos perueniſſe, cùm Vrbs obſidione vallata eſſet, & alia ſimul oppida obſiderentur, quando & contigerit reditus Legatorum, qui fuerant miſſi Conſtantinopolim, necnon idem Ioannes Silentiarius illud in mandatis habens, vt Papa cum Rege Longobardorum ageret, præſensque ad eum accederet pro recuperandis rebus Imperij. ait igitur:

*Rodigangus.

LEGATI MISSI CONSTANTINOPOLIM REDEVNT.

A *Cumq; à Longobardis, vt præfatum eſt, antiqua Romana Vrbs & caſtra vniuerſa diſtringerentur, ita etiam vt Ciccanenſe caſtellum, quod colonorum ſanctæ Dei Eccleſiæ exiſtebat vſurparet: illicò ab regia vrbe coniunxit, ſæpè fatus Ioannes Silentiarius cum Miſſis ipſius ſanctiſſimi Pontificis deferens ſecum, & qua deportaret iniqui Regis Longobardorum Miſſus, ſimul & iuſſionem Imperialem, in qua inerat inſertum, ad Regem Longobardorum eumdem ſanctiſſimum Papam eſſe properaturum ad recipiendum Rauennenſium vrbem, & ciuitates ad eam pertinentes. Pro quo & de præſenti Stephanum Papa direxit ad eumdem blaſphemum Regem ſuum Miſſum, pro ſua, & qui ituri erant, indemnitate.*

VIII. LEGATI MISSI A PIPINO QVI PAPAM DVCERENT IN GALLIAS.

B *Ipſoq; reuerſo, extemplo & Miſſi præfati Pipini Regis Francorum coniunxêre, id eſt, Rodigangus Epiſcopus, & Anthcarius Dux, quatenus prædictum ſanctiſſimum Papam (iuxta quod petendo miſerat) ad ſuum Franciæ Regem deducerent: quem etiam paratum inuenerunt ad dictum Longobardorum Regem properandum pro colligendis vniuerſis Dominicis perditis ouibus. Tunc * conſulens idem beatiſſimus Papa omnipotentis Dei miſericordiam, egreſſus ab hac Romana Vrbe per beatum Petrum Apoſtolum decimoquarto die menſis Octobris Indictione ſeptimâ,* inchoatâ eodem anno menſe Septembris.

* COINCENS

Sequuti ſunt eum plures Romanorum, & cæterarum ciuitatum populi flentes, vlulanteſq; nequicquam eum penitùs ambulare ſinebant. Qui videlicèt ſanctiſſimus vir ſeſe in Dei virtute & protectione ſanctæ Dei Genitricis, & C *beatorum Principum Apoſtolorum confidens, conſtanter pro ſalute omnium, licèt infirmitate corporis detentus, laborioſum aggreſſus eſt iter, confortans atque commendans cunctam Dominicam plebem bono paſtori domino noſtro Apoſtolorum Principi Petro. Et aſſumens ſecum ex hac ſancta Eccleſia quoſdam ſacerdotes, proceres etiam & cæteros clericorum ordinis, necnon ex militia Optimatibus, Chriſto prævio, cœptum proſequutus eſt iter magnam illi cæli ſerenitatem Domino in ipſo itinere tribuente.*

STEPHANVS TICINVM PROFICISCITVR.

IX. Quod autem audiſti ab Anaſtaſio dictum, prævio Chriſto, profectum Stephanum Papam, alluſiſſe eum putamus ad ritum illum Romanæ Eccleſiæ, quo ſoleret peregrinantes Romanos Pontifices præcedere ſacratiſſimâ Euchariſtiâ. ſed pergit idem auctor. D *Igitur coniungente eo ferè quadrageſimum milliarium Longobardorum finium, in vna noctium ſignum in cælo magnum apparuit, quaſi globus igneus ad partem Auſtralem declinans, à Galliæ partibus ad Longobardorum partes. Itaque vnus ex ijſdem Francorum Miſſis ſcilicèt * Antharicus Dux, quantocyus præcedens Ticinum, eum præſtolatus eſt.*

* Autharius.

Cùm verò appropinquaſſet iam fatus beatiſſimus Papa ciuitati Papiæ, direxit ad eum ſæpè fatus Aiſtulphus nequiſſimus Rex Miſſos ſuos, obteſtans eum nullâ penitùs ratione audere verbum illi dicere petendi Rauennatium ciuitatem & Exarchatum ei pertinentem, vel de reliquis Reipublicæ locis, quæ ipſe vel eius prædeceſſores Longobardorum E *Reges inuaſerant. Ille verò ita ei miſit in reſponſis, quòd nullius trepidationis terrore ſileret eiuſmodi petendi cauſam. Coniungente verò Papiam in ciuitatem, & prædicto nefando Regi præſentato, plura illi tribuit munera, & nimis eum obſecratus eſt, atque lachrymis profuſis eum petijt, vt Dominicas quas abſtulerat redderet oues, & propria proprijs reſtitueret. Sed nullo modo apud eum impetrare valuit. Nam & Imperialis Miſſus & ille ſimili modo petijt, & Imperiales litteras illi tribuit, & nihil obtinere potuit.*

CONGRESSVS STEPHANI PAPÆ CVM REGE LONGOBARDORVM.

X. *Prædicti verò Francorum Miſſi imminebant fortiter apud eumdem Aiſtulphum vt præfatum ſanctiſſimum Papã in Franciam pergere relaxaret. Ad hæc conuocans iam dictum beatiſſimum virum interrogauit, ſi eius in Franciam*

AGVNT LEGATI FRANCORVM DE PROFECTIONE IN GALLIAS.

properandi eſſet voluntas. Quod videlicèt ille nequaquam ſiluit, ſed ſuam illi propalauit voluntatem. Vnde ille, vt leo, dentibus fremebat: pro quo & diuerſis vicibus ſuos ſatellites ad eum clam miſit, vt eum quoquo modo à tali intentu declinaret. Aliàs verò, præſente Rodigango ſanctiſſimo Epiſcopo, interrogauit eumdem ſanctiſſimum Papam iamfatus Longobardorum Rex, ſi velle haberet in Franciam ambulandi, & ita affatus eſt: Quod ſi tua eſt voluntas me relaxandi, mea omnino eſt ambulandi.

RECEDENS TICINO PAPA TENDIT IN GALLIAS.

Tandem abſolutus eſt ab eo. Et aſſumens ex huius ſanctæ Eccleſiæ ſacerdotibus & clero, id eſt, Georgium Epiſcopum Oſtienſem, Vuillarium Epiſcopum Numentanum, Leonem, Philippum, Georgium, & Stephanum presbyteros, Theophylactum Archidiaconum, Pardum & Gemmulum diacones, Ambroſium Primicerium, Bonifacium, ſecundum hoc eſt alium Leonem, & Chriſtophorum Regionarios ſecum, & cæteros, quintadecimâ die menſis Nouembris prædictæ ſeptimæ Indictionis à ciuitate Papia mouens, ſuum in Franciam profectus eſt iter.

XI. *Et poſt eius abſolutionem,* miſſionem ſcilicèt, *adhuc nitebatur ſuperſcriptus Longobardorum Rex à prædicto itinere eum deuiare: quod minimè ipſum ſanctiſſimum virum latuit. Vnde & cum nimia celeritate, Deo prævio ad Francorum coniunxit Clauſas* (ita nominatas anguſtias Alpium, quibus tranſitus impediretur) *quas ingreſſus cum iis qui cum eo erant, confeſtim laudes omnipotenti Deo reddidit. Et cœptum gradiens iter, ad venerabile monaſterium ſancti Chriſti Martyris Mauritij peruenit. In quo & conſtitutum erat pariter ſecum Francorum Regem conuenire. Annuente Domino, ſoſpes idem ſanctiſſimus Pontifex cum omnibus, qui cum eo erant, aduenit. In quo & aliquantis demoratus diebus, coniunxerunt in prædicto venerabili monaſterio Fulradus Abbas, & Rhotaldus Dux, directi à ſæpè fato Pipino excellentiſſimo Francorum Rege, petentes eumdem ſanctiſſimum Pontificem ad ſuum progredi Regem. Quem & cum magno honore ad eum cum omnibus qui cum eo erant deduxêre.*

MISSI IN OCCVRSVM STEPHANO PAPÆ.

XII. *Audiens verò idem Rex eiuſdem beatiſſimi Pontificis aduentum, nimis feſtinanter in eius aduenit occurſum vnà cum coniuge filiis etiam & primatibus. Pro quo & * fere centum millia, filium ſuum nomine Carolum in occurſum ipſius euangelici Papæ direxit cum aliquibus ex ſuis Optimatibus. Ipſéq; in palatio ſuo, in loco qui vocatur Ponticone ad ferè trium millium ſpacium deſcendens de equo ſuo, cum magna humilitate terræ proſtratus vnà cum coniuge & filiis & Optimatibus eumdem ſanctiſſimum Papam ſuſcepit. Cui & vice ſtratoris vſque ad aliquantum locum iuxta eius ſellarem properauit. Tunc prædictus almiſicus vir cum omnibus ſuis, extenſa voce, gloriam & inceſſabiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis & canticis ſpiritualibus vſque ad præfatum palatium pariter cum Rege omnes profecti ſunt, ſextâ Ianuarij menſis die, Apparitionis Domini & Saluatoris Ieſu Ch. iſti ſacratiſſima ſolemnitatis, ibiq; inter oratorium pariter conſidentibus, mox idem beatiſſimus Papa præfatum Chriſtianiſſimum Regem lachrymabiliter deprecatus eſt, vt per pacis fœdera cauſam beati Petri & Reipublicæ Romanorum diſponeret. Qui & petenti, iureiurando eidem beatiſſimo Papæ ſatisfecit, omnibus mandatis & admonitionibus ſeſe totis viribus obedire, & vt illi placitum fuerit, Exarchatum Rauennæ, & Reipublicæ iura, ſeu loca reddere modis omnibus.* hucuſque de primo congreſſu Stephani Papæ cum Rege Pipino Anaſtaſius. At quoniam terminos anni ſequentis ingreſſi ſumus, hîc ſiſtendum, reliqua ſuo loco anno ſequenti ex eodem auctore dicturi.

DIGNA OBSEQVIA PIPINI REGIS EXHIBITA STEPHANO PAPÆ.

*

IESV CHRISTI
Annus 754.

STEPHANI PAP. III. Annus 3. CONST. COPR. IMP. Annus 14.

I. ANNVS adeſt Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus quartus, ſeptimæ Indictionis, quo ſextâ Ianuarij cùm perueniſſet Stephanus Romanus Pontifex in Gallias, & honorificentiſſimè exceptus à Pipino Rege (vt dictum eſt anno ſuperiori) poſt mutuum congreſſum, idem Pontifex Pariſios venit, & apud ſanctum Dionyſium habitationem accepit. Habet enim iſta Anaſtaſius his verbis rem geſtam narrans: *Quia tempus imminebat hyemale, idem Pipinus Rex eumdem ſanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſios apud venerabile monaſterium beati Dionyſij ad habitandum pergere rogauit. Quo perueniente, & in eodem venerabili monaſterio cum iam præfato Chriſti amantiſſimo Pipino coniungente, Domino annuente, poſt aliquantos dies idem Chriſtianiſſimus Pipinus Rex ab eodem ſanctiſſimo Papa Chriſti gratiâ cum duobus filiis ſuis Reges vncti ſunt Francorum.* hæc cùm dicat Anaſtaſius, haud dubium eſt, aduerſantes habere Latinos omnes hiſtoricos, qui vnctionem Pipini factam iuſſione Zachariæ Pontificis per S. Bonifacium tradunt. Cæterùm habet Anaſtaſius teſtem [a] Theophanem huius temporis Græcum auctorem, qui Pipinum promotum in Regem per Stephanum Papam tradit his verbis: *Prædictus namq; Papa Stephanus vi preſſus, & crudelitate coactus Aſtulphi, ſimul etiam cohortatus eſt ab eodem Pipino ire in Franciam, & facere quæcumq; poſſet. Qui veniens Pipinum prouehit in Regem virum probatiſſimum &c.* præceſſiſſe autẽ eandem de vnctione Regum functionem Stephani Papæ ægritudinem, & ſubſequutam eſſe impertitam diuinitùs ſanitatem, & poſteà etiam ab eodem factam conſecrationem altaris, affirmant. de ægritudine autem in primis habet iſta Anaſtaſius:

STEPHANI PAPÆ ADVENTVS IN GALLIAS.

[a] *Theophan. lib. 22.*

II. *At beatiſſimus Papa præ nimio labore itineris atq; temporis inæqualitate fortiter infirmatus eſt; vt etiam omnes tam ſui quam Franci ibidem exiſtentes de ſalute deſperarent; ſed Domini Dei noſtri ineffabilis clementia, quæ non deſerit ſperantes in ſe, ſaluum cupiens Dominũ Chriſtianiſſimum, dum eum manè mortuum inuenire putabant ſubitò illo die ſanus repertus eſt.* hæc Anaſtaſius. Porrò id factum beneficio S. Dionyſij, idem Stephanus Papa docet ſuis litteris, vt paulò pòſt hæc dicturi ſumus.

STEPHANVS PAPA ÆGROTAT VSQVE AD MORTEM.

De conſecratione verò altaris, & Regum Pipini & filiorum factâ vnctione accedit (quòd maius cæteris omnibus teſtimonium exiſtimari debet) epiſtola Ludouici Imperatoris filij Caroli Magni ad Hilduinum ſcripta, quæ habetur in Areopagiticis, in qua iſta leguntur: *Sancta nihilominùs recordationis auus noſter Pipinus propter altare, quod ante ſepulchrum ſæpè fati ſæpiusq; dicendi Dionyſij per diuinam & memorabilem reuelationem, iuſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris in honorem Dei, & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, à beato & angelico viro Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt inter ſacra Miſſarum ſolemnia, vnà cum duobus filiis Carolomanno videlicèt & diuæ memoriæ domino ac genitore Carolo, iure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum vnctus, ſuper innumeris benedictionum percepit.*

Sed & de ægritudine Pontificis & curatione diuinitùs

uinitùs impertita andiamus Stephanum ipſum, qui hæc publicis ſcriptis ad illuſtrandam Dionyſij Martyris gloriam teſtata reliquit his verbis [a]:

[a] *Apud Hilduin. in Areopagit.*

Stephanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

STEPHANI PAPÆ DIPLOMA.

Sicut nemo ſe debet iactare de ſuis meritis, ſic non debet opera Dei quæ in illo per ſuos Sanctos fiunt, ſine ſuis meritis ſilentiare, ſed prædicare: quia ſic Angelus admonet Tobiam [b]. *Vnde ego pro oppreſſione ſanctæ Eccleſiæ à Rege atrociſſimo & blaſphemo nec dicendo Aiſtulpho ad optimum & S. Petri fidelem dominum Pipinum Chriſtianiſſimum Regem in Franciam veni, vbi ægrotaui vſque ad mortem, & manſi aliquod tempus apud pagum Pariſiacum in venerabili monaſterio beati Martyris Chriſti Dionyſij. Quo cùm iam me medici deſperarent, fui in oratione in Eccleſia eiuſdem beati Martyris ſubtus campanas, & vidi ante altare bonum paſtorem dominum Petrum, & magiſtrum Gentium dominum Paulum, & notâ mente illos recognoui de illorum † ſurtarijs, & ter beatum dominum Dionyſium ad dexteram domini Petri, ſubtilem & longiorem, pulchrâ facie, capillis candidis, colobio indutum candidiſſimo, purpurâ clauato, pallio toto purpureo, auro interſtellato, & ſermonicabantur inter ſe lætantes.*

[b] *Tob. 12.*

† *Surtaria idem quod ſcuta vbi ſunt picta imagines, apud S. Gregorium in epiſt. ad Secundinum.*

B

IV. *Dixitq; bonus paſtor dominus Petrus: Hic frater noſter poſtulat ſanitatem: & dixit beatus dominus Paulus: Modò ſanabitur, & appropinquans miſit manum ſuam ad pectus domini Dionyſij amicabiliter, reſpexitq; ad dominum Petrum, & dixit dominus Petrus ad dominum Dionyſium hilariter: Tua gratia ſanitas eſt eius. Et ſtatim beatus Dionyſius thuribulum incenſi & palmam in manu tenens, cum presbytero & diacono, qui in parte ſtabant, venit ad me, & dixit mihi: Pax tecum, frater: noli timere, non morieris, donec ad Sedem tuam proſperè reuertaris. Surge ſanus, & hoc altare in honorem Dei, & Apoſtolorum eius Petri & Pauli, quos vides, dedica, Miſſas gratiarum agens. Erat enim ibi inæſtimabilis claritas & ſuauitas. Moxq; ſanus gratiâ Dei factus, volebam implere, quod mihi præceptum erat. Et dicebant qui ibi aderant, quod dementabar. Quapropter retuli illis, & Regi, ſuiſq; Optimatibus quæ videram, & quomodo ſanus fuerim: & impleui quæ iuſſa ſunt mihi. Benedictus Deus.* hucuſq; ex Stephani Papæ diplomate in Arenpagiticis, in quibus & quæ ſequuntur ſcripto leguntur his verbis:

C

V. DE CONSECRATIONE ALTARIS ET REGVM FRANCORVM. *Geſta ſunt autem hæc à beato Stephano Papa, diuinâ clementiâ, adiuuantibus ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, per beatiſſimum Martyrem Dionyſium hoc anno, qui eſt ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus quartus, quinto Kalendas Auguſti, quo Chriſti roboratus virtute inter celebrationem conſecrationis præfati altaris & oblationem ſacratiſſimi ſacrificij, vnxit in Reges Francorum florentiſſimum Regem Pipinum & duos filios eius Carolum & Carolomannum, ſed & Berteradam ipſius incliti Regis Pipini coniugem indutam cycladibus regijs, gratiâ ſeptiformis Spiritus ſancti in Dei nomine conſecrauit, atque Francorum proceres Apoſtolicâ benedictione ſanctificans, auctoritate beati Petri ſibi à Domino Ieſu Chriſto vero Deo traditâ obligauit & obteſtatus eſt, vt numquam de altera ſtirpe per ſuccedentium temporum curricula ipſi vel quiq; ex eorum progenie orti, Regem ſuper ſe præſumant aliquo modo conſtituere, niſi de eorum propagine, quos & diuinâ prouidentiâ ad ſanctiſſimam Apoſtolicam Sedem tuendam eligere, & per eum, videlicèt Vicarium S. Petri, immo Domini noſtri Ieſu Chriſti in poteſtatem regiam dignata eſt ſublimare, & vnctione ſacratiſſimâ conſecrare.*

D

E

VI. *Hunc autem locum ſacratiſſimum priuilegijs magnæ auctoritatis ſublimauit, & ſuper altare quod conſecrauit, pallium Apoſtolicæ dignitatis pro benedictione S. Petri reliquit, & claues ob venerationem prærogatiuæ eius, qui in ligandi & ſoluendi pontificio, claues Regni cælorum à Domino Ieſu Chriſto accepit, hic in memoria & honore atque*

A *reuerentia Principis Apoſtolorum dimiſit. Et quia eius, cæterorumq; Apoſtolorum ſimul & ſancti ac pretioſiſſimi Dionyſij merita ſunt iuncta in cælis, eorum memoria pariter venerentur in terris.* hæc auctor eodem quo geſta ſunt anno conſcripſit. At licèt litteris Zachariæ Pontificis Pipinus in Regem antè prouectus fuerit, & S. Bonifacij vnctione initiatus, tamen non ab eo tempore, ſed ab hoc anno cœpti ſunt numerari anni ipſius Regni, vt docent vetera monumenta Francorum [c].

[c] *Lib. 2. vitæ S. Othemari cap. 5. apud Sur. tom. 6. die 16. Nouembris in Vualfrido & Iſone monacho.*

Sed quæ hæc ſequuta ſint, ab Anaſtaſio audiamus, qui eiuſmodi ſubijcit narrationem: *Pipinus vero Rex cum admonitione & gratia ipſius venerabilis Pontificis abſoluitur, dimittitur ſcilicet,* in locum, *qui Pa-* B *riſiacus appellatur pergens. Ibiq; congregans cunctos proceres regiæ poteſtatis, & eos tanti Patris admonitione imbuens, ſtatuit cum eis quæ, Chriſto fauente, vna cum beatiſſimo Papa decreuerat perficere.*

VII. SACER CANTVS RESTITVTVS PER STEPHAN. PAP. Sed antequàm vlteriùs progrediamur, non prætereat quod ait Walfridus Strabo, hoc tempore Eccleſiam Gallicanam à Stephano Papa per Romanos clericos ſacros cantus perfectiùs edoctam eſſe. ait enim: *Cantilenæ perfectiorem ſcientiam, quam penè iam tota Gallia diligit, Stephanus Papa cum ad Pipinum patrem Caroli magni (in primis in Franciam) pro iuſtitia ſancti Petri à Longobardis expetenda veniſſet, per ſuos clericos, petente eodem Pipino, inuexit, indeq; vſus eius longè lateq; conualuit.* hæc Strabo.

C CAROLOMANNVS MISSVS AD PIPINVM AB AISTVLPHO. Sed proſequamur reliqua ex eodem auctore Anaſtaſio: *Interea,* inquit, *nefandiſſimus Aiſtulphus Carolomannum fratrem benigniſſimi Pipini Regis à monaſterio beati Benedicti, in quo deuotè per euolutum temporis ſpacium monachicè degebat, diabolicis ei ſuaſionibus ſuadens, in Franciam prouinciam, ad obijciendum atq; aduerſandum cauſæ redemptionis ſanctæ Dei Eccleſiæ & Reipublicæ Romanæ, direxit. Dumq; illuc coniunxiſſet, nitebatur omninò & vehementiùs decertabat ſanctæ Dei Eccleſiæ cauſas ſubuertere, iuxta quod à præfato nec dicendo Aiſtulpho tyranno fuerat directus. Sed propitiante Domino, minimè valuit ſui germani, Chriſtianiſſimi Pipini Regis Francorum in hoc firmiſſimum cor inclinare. Potiùs autem compertâ nequiſſimi Aiſtulphi verſutiâ, totâ ſe virtute* D *idem excellentiſſimus Pipinus Francorum Rex profeſſus eſt decertare pro ſancta Dei Eccleſia, ſicut ſæpè iam fato beatiſſimo ſpoponderat Pontifici. Tunc pari conſilio idem ſanctiſſimus Papa & denominatus Francorum Rex, conſilio inito, iuxta quod præfatus Carolomannus Deo ſe deuouerat monachicam gerere vitam, in monaſterium eum illis in Francia collocauerunt. Vbi poſt aliquantos dies, diuinâ vocatione, de hac luce migrauit.* hactenus de Carolomanno Anaſtaſius.

VIII. Porrò quod ad ipſum Carolomannum ſpectat, haud ipſe ſui animi conſilio hæc præſtitit, ſed iuſſu, cui vouerat Dei nomine obedire, Abbatis monaſterij Caſſinenſis. nam audi Leonem Oſtienſem [d] res Caſſinatis monaſterij proſequentem: *Poſtmo-* E *dum verò* (inquit) *cum ab Aiſtulpho Longobardorum Rege rogaretur, vt pro quibuſdam Regni ſui negocijs ad Pipinum fratrem ſuum Francorum Regem pergeret, Abbate quoque id fieri poſtulante, ægrè conſentiens profectus tandem eſt. Vbi cùm aliquamdiu remoratus eſſet, cauſâ pro qua venerat, impediente, defunctus eſt. Cuius poſteà corpus idem Pipinus frater eius locello aureo conditum, cum alijs pleriſq; muneribus huc illud, ad ſuum ſcilicèt remiſit monaſterium.* hæc Leo.

[d] *Leo Oſtienſ. lib. 1. c. 7. in fine.*

Ad hoc autem Carolomannum ob Abbate fuiſſe compulſum, traditur etiam apud Aimoinum [e]: nam timuerat ille, ne (quod olìm factum fuit) idem monaſterium Caſſinas tanto labore reſtitutum iterū per Longobardos excideretur, id mini-

[e] *Aimon. lib. 4. c. 62.*

tante

tante impio Rege, cuius perfidiâ nec Romanus Pontifex, nec Vrbs ipſa ſecura conſiſteret. Præerat autem tunc eidem monaſterio Caſſinati Gratianus Abbas, vt idem teſtatur Leo Oſtienſis.

IX. Cæterùm etſi ille prætextus fuit proficiſcendi Carolomanni in Gallias, vt reuocaret Pipinum ab aduentu in Italiam, prout Rex perfidus ab eodem exegerat: haud tamen ex eius ſententia curâſſe negocium exiſtimamus, cò quòd cultor & ſtudioſus eſſet Romanæ Eccleſiæ, ſed vt barbari Regis furor ab inferenda clade Caſſinenſi monaſterio abſtineret, eam proficiſcēdi in Gallias cauſam adornauit, eo modo continens barbarum ne ſæuiret in ſuos. Sed ſicut foris apparuit, ita hiſtoriæ ea cuncta mādata ſunt; cùm tamen ſecreta Principum haud paſcant paſſim hominibus, ſecundùm illud Tobiæ: [a] *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt.*

[a] *Tob. 12.*

DECERNITVR EXPEDITIO IN ITALIAM.

Sed iam ad Pipinum parantem hoc anno expeditionem in Italiam redeamus. pergit enim Anaſtaſius hæc ſcribere: *Porrò Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex ac verè beati Petri fidelis anteſati ſummi Pōtifi is ſaluti feru obtemperans monitu, direxit ſuos Miſſos Aiſtulpho nequiſſimo Longobardorum Regi propter pacis fœdera, & propter præfata ſanctæ Dei Eccleſiæ & Reipublicæ reſtituenda iura. Atq; bis & tertiò iuxta ſæpè fati beatiſſimi Papæ admonitionem eum deprecatus eſt, & plura ei pollicitus eſt munera, vt tantummodò pacificè propria reſtitueret proprijs. Sed ille, peccato imminente, obedire diſtulit. Ad hæc idem eximius Francorum Rex cernens, quòd atrociſſimi Aiſtulphi, nequaquā valeret quoquo modo ſaxeum mollire cor, generalem totius eum decreuit facere motionem.* quam proſequutus eſt hoc eodem anno menſe Septembris octauâ inchoatâ Indictione. agemus de ea paulò inferiùs poſtquàm reliquas Stephani Papæ cum Pipino hoc eodem anno res geſtas dixerimus.

X. De his Ludgerus Epiſcopus Monaſterienſis in epiſtola quam ſcripſit ad Rixfridum Epiſcopum Traiectenſem hæc habet [b]: *Idem Rex inter cætera expoſuit ſanctiſſimo Pontifici feliciſſimam vitam & miracula ſancti Suuiberti*, de quò ſæpè ſuperiùs, cuius ope vt vidimus haud pridem idem Pipinus hoſtes vicerat, *petens benignè ab eo, vt catalogo ſanctorum Confeſſorum per ipſum adſcriberetur. Sanctus verò Stephanus Papa aliqualiter apud ſanctum Dionyſium ægrotans, tum propter fatigationem longi itineris, tum propter ſenium, tum propter oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ, volens ſatisfacere feliciter iuſta petitioni Chriſtianiſſimi Regis, commiſit vices ſuas ad experiendum actus, virtutes, & geſta, ac miracula ipſius S. Suuiberti ad canonizandum ipſum Sanctum vice ipſius venerabilibus Patribus & Pontificibus ſancto ſcilicèt Hildolpho Treuirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiſcopis, Fulcario Leodienſi Epiſcopo, & præcipuè Hildegero Colonienſi Archiepiſcopo, in cuius parochia S. Suuibertus migrauit ad Chriſtum. Qui venerabiles Patres propter incurſionem Saxonum, & expeditionem inclyti Regis Pipini contra præfatum Aiſtulphum perſecutorem Eccleſiæ Romanæ in Verda non conuenientes, diſtulerunt canonizationem S. Suuiberti Epiſcopi vſque ad reditum ipſorum de Italia, quia neceſſitate belli imminentis vrgente hoc facere commodè nequibant. ſicq; canonizatio eius aliquanto tempore protracta fuit.* Subdit verò auctor de eleuatione eiuſdem ſancti venerandi corporis facta per Colonienſem Archiepiſcopum; de ipſa verò canonizatione habita à Leone Papa quarto, agemus ſuo tempore.

[b] *Extat in Appendice ad Vit. ſancti Suuiber. apud Sur. die 1. Martij tom. 2.*

PIPINVS AGIT CVM STEPHANO PAPA DE CANONIZATIONE S. SVVIBERTI.

XI. Contigit eodem quoque anno fieri tranſlationem S. Germani Pariſienſis Epiſcopi, de qua iſta apud Aimoinum leguntur: [c] *Sequenti anno venerabilis Lanfredus Abbas Cœnobij S. Germani Pariſienſis glorioſum Regem Pipinum adijt, ſignificans ſibi per reuelationem oſtenſum, & commonitum ab ipſo ſancto Pontifice Germano, quatinus ſacratiſſima eius membra de Oratorio S. Symphoriani, in quo ducentis circiter, vel eò ampliùs annis iacuerant, intra maioris Eccleſiæ aulam transferri deberent. Audiens hoc glorioſiſſimus, Deiq; cultor Rex Pipinus, gaudio gauiſus eſt magno. Conuocatisq; vniuerſis Regni ſui præſulibus, eis myſterium ſibi reuelatum declarauit, qualiterq; tantum perficere negocium deberet, ſolerti ab eis indagine perquiſiuit atque tractauit. Omnibus verò id collaudantibus, die conſtitutâ glorioſiſſimus Rex præfatus, vna cum multitudine Antiſtitum ac procerum turba aſſiſtentibus filijs ſuis Regibus, Carolomanno ſcilicèt & Carolo, qui poſteà Magnus dictus eſt, tunc ſeptenni puerulo, ſacratiſſima membra reuerendiſſimi Antiſtitis Germani intra maiorem baſilicam cum digno honore tranſportauerunt. prædictus autem glorioſiſſimus Pipinus Rex pro oſtenſis in tranſpoſitione ſanctiſſimi Pontificis cælitus gaudijs miraculis, ipſa die, quamdam villam nuncupatam Palatiolum, ſitam in pago Pariſiaco, ſancto Pontifici perpetuò habendam regali præcepto contradidit.* huc uſque auctor.

[c] *Aimoin. li. 4. cap. 62.*

DE TRANSLATIONE CORPORIS S. GERMANI.

XII. Quod rurſum ad Sanctos pertinet, eodem anno ex hac vita tranſijt S. Hubertus Leodienſis Epiſcopus, cuius præclarè res geſtæ extant, [d] qui & relatus inter Sanctos, tertia Nouembris die annua memoria celebratur: Cuius venerandum corpus decimoſexto anno ab eius obitu, qui & numeratur tertius Carolomanni regnantis in Gallia cum Carolo fratre (is eſt annus Redemptoris ſeptingenteſimus ſeptuageſimus primus) eleuatum eſt.

S. HVBERTI OBITVS.

[d] *Apud Sur. die 3. Nouemb. tom. 6. & Molan. in Natal. SS. Belg. eadem die.*

Conſtans eſt de eodem ſancto viro aſſertio, eiuſque Apoſtolatu, nempe ipſius prædicatione omnem Arduennam ab idolorum fuiſſe cultu liberatam, & in Taxandria atq; Braehbanto fidem mirificè propagatam; plurimis etiam miraculis ipſum coruſcaſſe, eiuſdem vitæ Acta teſtantur. In Arduenna quoque diutiùs laborauit ſanctus Monon, qui & ibidem à ſicarijs occiſus titulum Martyrij conſecutus eſt, & euius natalis dies decima octaua menſis Octobris; de quo & iſta, dictâ die Molanus: [e] *Cæterum beato viro ob titulum Chriſtianitatis mactato Pipinus Rex regaliter decimas obtulit, quas habet inter Lettam & Vrcam.* his de Sanctis enarratis, iam Pipinum cum exercitu in Italiam aduerſus Aiſtulphum proficiſcentem proſequamur. Factum id quidem hoc anno, menſe Septembri octauâ iam inchoatâ Indictione, Anaſtaſius Bibliothecarius in Stephano Papa teſtatur, qui ea omnia ita proſequitur oratione.

MONON MARTYR.

[e] *Molan. in Natal. SS. Belg. die 18. Octob.*

XIII. *Dum iam ferè medium itineris ſpacium Francorum exercituum graderentur cunei, rurſum ipſe ſanctiſſimus vir Stephanus Papa præfatum benigniſſimum deprecatus eſt Pipinum Regem, vt denuò ſæuiſſimo Aiſtulpho, diro Longobardorum Regi, ſi quomodo potuiſſet vel ſerò tandem eius ſedare ſæuitiam, & propria proprijs ſaluberrimè ſuaderet reddere abſque humani effuſione ſanguinis. Et ita factum eſt. Atque denuò ipſe benigniſſimus Francorum Rex ſuos eidem Aiſtulpho miſit Miſſos. Sed & beatiſſimus idem Papa, & verè Papa & bonus paſtor, ne ſanguis effunderetur Chriſtianorum, admonitionis & exhortationis Apoſtolicas ei direxit litteras, per eas & fortiter per omnia diuina myſteria, & futuri examinis diem coniurans atque obteſtans, vt pacificè ſine vlla ſanguinis effuſione, propria ſanctæ Dei Eccleſiæ redderet. Sed iniquitate eius obſiſtente, nequaquam acquieſcere valuit. Potiùs è contrario minas & indignationes præfato Pontifici, & excellentiſſimo Pipino Regi, vel cunctis Francis direxit.*

XIV. *Tunc fiſus in omnipotentis Dei miſericordia anteſatus Pipinus Francorum Rex iter ſuum proſequutus eſt. præ*

mittens ante ſuum occurſum aliquot ex ſuis proceribus, & cum eis exercituales viros ad cuſtodiendas proprias Francorum Clauſas (erant Clauſæ anguſtiæ Alpium, quibus veluti oſtijs acceſſus hoſtium vetaretur) *ibique coniungentes, remoti reſidebant, proprij Regis præſtolantes aduentum. Audiens itaque proteruus Rex Aiſtulphus, paucos fuiſſe Francos illos, qui ad cuſtodiam propriarum venerant Clauſarum, fidens in ſua ferocitate, ſubitò aperiens Clauſas, ſuper eos diluculo irruit cum pluribus exercitibus. Sed iuſtus iudex Dominus Deus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus victoriam pauciſſimis illis tribuit Francis, qui & multitudinem illam Longobardorum ſuperantes trucidauére; ita vt ipſe Aiſtulphus fugâ arreptus vix ab eorum euadere potuiſſet manibus, niſi & vſque Papiam ciuitatem abſque armis fugam arripuiſſet. In quam & præ timore Francorum cum aliquantis ſe detruſit. Ipſi verò Franci introeuntes Clauſas, cunctum Foſſatum,* caſtra videlicèt *Longobardorum poſt peractam cædem abſtulerunt, ſpolia multa auferentes.*

XV. *Coniungens autem Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex ſequipes etiam & anteſatum beatiſſimum Stephanum Papa ſanctum vſque ad muros ciuitatis Papiæ vtrique peruenerunt, quam & obſidentes aliquantos dies viriliter eam Francorum exercitus conſtrinxére. Tunc iam fatus beatiſſimus & coangelicus Papa Pipinum deprecatus eſt benigniſſimum Regem, vt iam ampliùs malum non proueniret, neque ſanguis effunderetur Chriſtianorum, immiuens ſalutiferâ prædicatione, vt pacificè cauſa finirentur. At hanc Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum Rex eiuſdem beatiſſimi Patris & boni Paſtoris audiens adimpleuit admonitionem. Sicque dilectam Deo pacem ineuntes, atque in ſcripto fœdera partium affirmantes inter Romanos, Francos, & Longobardos, & obſides Longobardorum idem Francorum Rex auferens, ſpopondit ei Aiſtulphus cum vniuerſis ſuis Iudicibus ſub terribili & fortiſſimo ſacramento, atque in eodem pacti fœdere per ſcriptam paginam affirmauit, ſe illicò redditurum ciuitatem Rauennatium cum diuerſis alijs ciuitatibus.* hucuſque de his Anaſtaſius.

His igitur quam feliciſſimè geſtis, Pipinus Rex victor cum ſuis in Gallias, Stephanus autem Papa in vrbem redijt, vbi ſummo gaudio à ſuis exceptus, dignas Deo laudes pro tot tantiſque acceptis beneficijs publicè apud baſilicam S. Petri ex more perſoluit.

XVI. Quæ autem reliquæ fuerint eiuſdem Pontificis in Vrbem poſt reditum actiones, ex Areopagiticis Hilduini iſta ponuntur: *Idem namque ſanctus Pontifex reliquias ſanctiſſimi Dionyſij Romam detulit, & monaſterium in honorem ipſius ædificare in proprio ſuo cœpit, quod frater eius Paulus, illo morte præuento (quoniam ipſi in Pontificatu ſucceſſerat) nobiliter conſummauit, & connexu illuc compluribus ſanctorum Martyrum corporibus, conſecrauit. Et velut à fratre & prædeceſſore ſuo iuſſus fuerat, famulatores Domini natione Græcos inibi conſtituit, & idem monaſterium, Ad ſanctos Martyres in ſchola Græcorum appellari fecit, ad honorem & memoriam pretioſiſſimi Dionyſij, ſociorumque eius, quorum cultus & veneratio redundat in honorem & laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti habetur honor & adoratio per immortalia ſæcula ſæculorum Amen.* hactenus ibi.

Cæterùm Græcos monachos Græco Dionyſio dare Stephanus voluit, quod conſtans opinio eſſet, tum apud Græcos, tum Latinos, eum ipſum fuiſſe Dionyſium magnum illum Areopagitam, qui prædicatione Pauli ad CHRISTI fidem conuerſus eſt.

XVII. Sed ad turbas Orientales iam conuertamus orationem. Hoc anno quo decimustertius abſolui-tur, & decimusquartus inchoatur Conſtantini Imperatoris ſeptimâ Indictione, ab eodem Imperatore pſeudoſinodus celebrata eſt, quæ ſex menſium ſpacio perdurauit, in qua aduerſus cultum ſanctarum imaginum obfirmatum eſt à ſatanæ ſynagoga decretum. Id quidem Theophanes his verbis enarrat: *Eodem quoque anno Conſtantinus impius contra ſanctas ac venerabiles imagines concilium iniquum* * *triginta octo Epiſcoporum congregauit in palatio Hieria, quorum primi erant Epheſinus filius Abſimari, & Paſtillus Pergenſis, qui apud ſe quæ viſa fuerunt, dogmatizarunt, nullo præſente ex Catholicis ſedibus, Romana ſcilicèt, vel Antiochena, Alexandrina, aut Hieroſolymitana. A quarto Idus Februarij incipientes, perdurauerunt vſque ad ſextum Idus Auguſti eiuſdem ſeptimæ Indictionis.*

CONCILIABVLVM CONSTANTINOPOLITANVM.

* trecentorum triginta octo.

Qui cùm in Blachernas Dei Genitricis hoſtes conueniſſent, aſcendit Conſtantinus Imperator in ambonem, tenens Conſtantinum * *monachum, qui fuit Sylæi Epiſcopus. Et cum perorasſet, voce magnâ pronuntiauit, dicens: Conſtantino vniuerſali Patriarchæ multos annos.* pronuntians ſcilicet eum à ſe eſſe promotum poſt Anaſtaſium in Cathedram Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. pergit verò Theophanes.

* monomachum.

CONSTANTINVS PATRIARCHA HÆRETICVS.

XVIII. *Deinde* (inquit) *aſcendit Imperator cum Conſtantino ſcelerato præſule, & reliquis Epiſcopis ſuorum, & exclamauerunt ſuam diuulgantes cacodoxam fidem in conſpectu totius plebis, anathematizantes Germanum ſanctiſſimum Patriarcham, & Gregorium Cyprium, & Ioannem Chryſorroam Damaſcenum, nepotem Manſur, viros ſanctos & reuerendos magiſtros.* hucuſque Theophanes. & quidem ſummatim, paucis verbis multa perſtringens. Nos verò ab huius temporis ſcriptore, qui proſequutus eſt quam ſinceriſſimè Acta Martyrum Stephani & ſociorum rei geſtæ ſeriem memoratu dignam hîc deſcribemus, duobus quidem diſtinctam capitibus, quorum altero de Conſtantini pſeudoepiſcopi agitur electione, altero de concilio (vt audiſtis) hoc anno ab Imperatore nefariè congregato. ſed primùm omnium de perſecutione aduerſus cultores ſacrarum imaginum, quâ occaſione eam idem Imperator iterum excitarit, dicendum eſt. ait enim:

XIX. *Deinde*, poſt priorem perſecutionem ſcilicèt, *à pietatis amatoribus eximijsque monaſtici ordinis viris reprehenſus atque conuictus, implacabile aduerſus eos bellum excitat, præclarum illum habitum, tenebrarum indumentum vocans, σκοτίας ἔνδυμα, cùm ipſe dæmonib. procul dubio tenebroſiorem animam haberet, atque monachos ipſos ἀμνημονεύτους, hoc eſt, immemorandos appellans, cùm ipſe nec diuinâ vllâ, nec humanâ memoriâ dignus eſſet: ac præterea idololatras ob venerandarum imaginum adorationem omnes nuncupans, cùm ipſe aurum potiùs quàm Chriſtum adoraret, ac auaritiæ ac impietati peræque ſtuderet.*

QVID CVM AROVITVS A MONACHIS CONSTANTINVS.

Igitur ſtolidam omnem illam ſapientiæque expertem multitudinem, quæ ipſius Imperio ſubiecta erat, in concionem aduocat, ac veneranda Crucis ligna vnà cum diuinis Dominici corporis & ſanguinis myſterijs, atque omni labe puris Euangelijs, in quib. Dei filius Chriſtianis ne iurent, [a] *prorſus interdicit, palam proponit, atque ita per ea vniuerſos iureiurando aſtringit, numquam ſe diuinas imagines adoraturos; quin ea potius idola vocaturos (cum ipſe potius impietatis idolum eſſet) ac nec quidem communionem à monacho accepturos, nec ſalutantibus quicquam humanitatis viciſſim exhibituros. Verùm ſi quiſquam eorum monachum aliquem vſpiam obuiam habuiſſet tenebricoſum eum, & immemorandum, & idolorum cultorem appellaturos, ac demum (ô horrendum furorem, ô ingentem tuam, Chriſte, patientiam ac lenitatem!) lapidibus ipſum appetituros.*

[a] Matt. 5.

CONSTANTINVS QVA SANCIT IN MONACHOS.

Hæc

XX.

Hæc audiens, Lector, vides à quo alium in monachos hæreditarint vnà cum hæreſi recentiores Nouatores Iconoclaſtę, quos ſi quis certo nomine Copronymianos dixerit, vtiq; indulgentius aget: ſiquidem nos ſes comparatione Copronymi, hos duplo triploq; impios nominandos, ſiquidem (vt vidiſti) cùm imagines ſacras Conſtantinus execrabatur, tamen venerandæ Crucis adhoc cultum retinebat, per quam in medio poſitam ſuos aſtringere voluit iuramento: retinebat & cultum diuiniſſimi ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, quæ pariter Nouatorum funeſta ſecta, mancipia ſatanæ, deteſtantur, vt videas horum comparatione, eſſe Copronymum execrabilem laude dignum. Pergit auctor de electione Conſtantini pſeudopatriarchæ hæc quæ ſequuntur.

XXI. De electione Constantini Episc. Constantinop.

Quin etiam ſacri ordinis quemdam nactus, cui & nomẽ cum ipſo idem & eadem fidei ſententia erat (iam enim vt animâ, ita quoque corpore Anaſtaſius interierat) *ſi proh ſceleſtum facinus! Eccleſiæ curam, administrationemq; committit, non Patrum electione, non Synodi examinatione, non denique canonico ſuffragio atq; decreto, ſed tyrannicâ potiùs poteſtate Antiſtitem ipſum conſtituens. Etenim non ſecùs ac ſi in ſcena apertè luderent, ac non ſerio agerent, ambo in pulpitum aſcenderunt, ac deinde Imperator manibus impuris diploidem ſacram nefario homini profanè imponit, dignum Epiſcopatu eum eſſe clamans, qui graui potiùs ignominiâ & vituperatione dignus erat. O impuram & abſurdam audaciam! ô execrandum facinus! Qui enſe accinctus erat, Antiſtitem ſacrum creabat. Qui bellis ac cædibus per omne vitæ tempus operam dederat, initiatoris ſacri munere fungebatur. Qui cùm tribus mulieribus flagitioſiſſimè ſeſe contaminarat, inter ſceleratos Pontifices conſtituebat: id quod nec apud Gentilium quidem ſacerdotes vnquam perpetratum fuiſſe repertum eſt: ita vt illud Scriptura ſacra hic locum haberet:* [a] *Qualis populus, talis ſacerdos.* [a] Iſai. 24. his peractis, quomodo eorum conciliabulum ſit indictum & celebratum, ſic narrare pergit.

XXII. Concilium a Constantino indictum.

Cùm itaq; in hunc modum obſcœnum illud par coiſſet; atq; Attagas (vt vulgò dici conſueuit) Numenio ſeſe adiunxiſſet, vetus parœmia cùm duo nequiſſimi ſimul coeunt, *litteræ ad omnes vrbes ac prouincias commeabãt, quibus Epiſcopi ad Imperialem vrbem confeſtim accerſebantur. Id autem eo fiebat, vt concilium aduerſus venerandas imagines cogeretur.* Numerus autem eorum qui conuenerunt Epiſcoporum, reperitur ſcriptus in ſuæ ipſorum perfidiæ decreto, quod integrum lectum & confutatum habetur in ſeptima Actione Concilij Nicæni ſecundi, fuit trecentorum & triginta octo Epiſcoporum, ex quo intelligi poteſt quanta fuerit iſta ruina Orientalis Eccleſię, cùm tã ingẽs numerus ſit repertus lapſorum Antiſtitum, tùm nonniſi qui in Oriente ſub ditione erant Imperatoris, vocati fuerint. Delectum eſt ad celebrãdum adeò infame concilium auguſtiſſimũ templũ quod erat Conſtantinopoli Dei Genitricis in Blachernis nũcupatum, quo Imperator exiſtimationem eidem profano conuentui ex nobili ſaltẽ loco conciliaret. Sed qualiter voluerit eſſe ornatum, ab eodẽ auctore ſic accipe: [b] *Inſigne illud quod Blachernis eſt Deiparæ templum eximiâ quadam ac penè incõparabili pulchritudine, & lapillis aureis in vtroq; pariete arte ſummâ exornatum abraſit & immutauit, deletis videlicèt omnibus imaginũ formis. Etenim eximio & pereruditio artificio carnalis Chriſti natiuitas & diuina ipſius miracula, & venerandorũ myſteriorũ traditio, ac denique per ipſius Crucem in infernum deſcenſus & reſurrectio picta illic erant.*

Templum Blachernis ad synodum accommodatum.

XXIII.

Quibus omnibus horrendum in modum abraſis atq; deletis, ille perditionis filius Conſtantinus Imperator arborum ſpecies atque omnis generis auium formas eorum loco ſupplendas curauit. At tum ſanè quiſpiam non incommodè illud Dauidis dixiſſet: [b] *Venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam: poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ, hoc eſt, venerandas ac ſacras Martyrum reliquias: quas partim igni, partim mari, partim denique (ô facinus orbi vniuerſo damnum ferens!) præcipitiis tradiderunt.* [b] Pſal. 78. ſic igitur ad conuentum ſatanæ celebrandum loco ſancto ab impio Imperatore impiè diſpoſito, quæ ibi ſint geſta, ſic idem auctor enarrat:

In hoc igitur venerando templo conſceleratus tyrannus vnà cum impio illo gregis mercenario, & non minùs execrandis Epiſcopis, qui cum ipſo erant, inſident, improbum conſeſſum cogens (& quis enim hoc concilium appellarit?) ſtatuas, ô rem grauem! & idola, ſacras imagines vocat. Primum itaque illud decretum fuit, vt ſacras imagines idola quilibet nuncuparet, earum verò cultores idololatras.

Quid decretum primum in synodo.

XXIV.

Secundum verò huic non impar impietate, quo ſanciuit cõuentus ſatanę, vt omnes ſacrarum imaginum cultores anathemati traderẽtur, in primiſque patronus eorum S. Germanus olim Conſtantinopolitanus Epiſcopus, nam ſubdit: *Ac deinde illi iniquitatem ſuam iniquitate, & malum (vt dici ſolet) malo cumulantes, orthodoxum illum Germanum anathemati per ſummum furorem ſubiciunt: ea ſcilicèt facientes quæ ipſi pati merebantur: Idololatram illum, & lignorum cultorem appellantes, cùm verè ipſi dæmonum cultores & amici eſſent.*

Sed deteriora his ſceleſtiſſimi addiderunt, decernentes, & ſcriptis mandantes canonem nefandum, quo negarent non ſolùm Sanctos omnes, ſed nec ipſam Deiparam poſt obitum aliquid iuris habere ad intercedendum apud Deum pro nobis, vel aliquo modo nobis poſſe prodeſſe: nam audi tragicè declamantem auctorem: *Quonam pacto, Chriſte, lenitatem illam tuam, quæ nullis verbis explicari poteſt, non admirer? Quonam pacto benignitatis tuæ, quæ vim ſermonis omnem ſuperat, abyſſum exponere queam? adhuc porrò audaciſſima illa lingua eò proruperunt, vt ingens quoque iſtud & improbum eloqui non dubitarint, nimirum illam ipſam Dei genitricem Virginem inutilem quamdam poſt mortem & commodi omnis expertem rem eſſe, nec cuiquã omninò adiumento ac præſidio eſſe poſſe.*

XXV. Alia nefanda decreta improbæ synodi.

Ad hæc inſuper additum ab improbis ſycophãtis, vt prohibuerint Apoſtolos vel Martyres alioſq; Confeſſores vel Virgines dici Sanctos: vetuerunt enim huiuſmodi titulo ſanctitudinis nominãdos eſſe. Additum prætereà, vt idem cõciliabulum ſeptima Synodus œcumenica diceretur. Extat verò pſeudoſynodi definitio integra recitata in Actione ſeptima Nicæni poſterioris Concilij hoc inſcripta titulo: *Definitio ſancta magna & vniuerſalis Synodi.* ibique per ſingula à ſancto verè œcumenico Concilio confutatur. Sed illud conſiderandum, hos improbos quo fideles atq; Catholicos omnes errare in his omnibus ſuaderent, eodem libello perfidiæ dicere non erubuerunt, Orthodoxos omnes eſſe Neſtorianos, Arianos, Dioſcorianos, Eutychianos, atq; Seuerianos; ſe autem iudices ſex œcumenicorum Conciliorum profiteri.

Sed quod prætereà ad ipſa eiuſdem conciliabuli Acta ſpectat, accidit vt in eadem Synodo ab Orthodoxo libellus offerretur aduerſus Epiſcopum quemdam, qui vas ſacrum confregiſſet, in quo Chriſti ac Dei Genitricis imagines inciſæ erant. Sed tantùm abfuit vt illi in Epiſcopum vendi-

cariot, vt eum potius deſtructorem idolorum nomioarint, ac laudibus eclebrarint. Cooſtant hæc ex diſputatione illa poſt anoos oouem cum Stephano Martyre habita, quam hic modò ob eorumdem pſeudoſynodi cognitiooem Actorum vt reddamus, rerum geſtarum exigit argumentum. ſic enim ſe habet:

XXVI. EPISCOPI MISSI AD IMPERAT. CONVINCERE STEPHANVM.

Poſteà autē Imperator cùm hereſiarchas illos, qui eamdem cum eo doctrinam tuebantur, acciuiſſet (erant autem illi Theodoſius Epiſcopus Epheſi, Conſtantinus Nicomediæ, Nacolius Nacoliæ. Siſinnius item & Baſilius, quorum alter Paſtille, alter Tricacabi cognomentum habebat. ac præterea Calliſtus de quo verba fecimus, & Comboconon qui in ſcribarum numero tum erat: ac deniq. Maſaras, qui eadem cum Sarracenis de religione ſentiebat) ad Patriarcham, qui cùm non modò nomen idem ſed etiam eoſdem mores ac doctrinam eamdem habebat, eos mittit, hac autem de cauſa id faciebat, vt vnà cum ipſis ad Philippici monaſterium nauigaret, atq. cum diuinitùs inſpirato Stephano diſputationem iniret.

ICONOCLASTÆ EPISCOPI STEPHANVM CONVENIVNT.

At ille quæ Stephani tum doctrina tum ſanctitas eſſet minimè ignorans, quodque præ eo ne prope quidem (vt dici ſolet) iacularetur: diſputationem recuſauit, eam ipſis potius, ſi poſſent, permittens. Inter Conſtantinum enim (inquiebat) & Stephanum, quod ad dicendi vim attinet, plurimum intereſt ſiquidem mihi ſermo dumtaxat præſto eſt: illi autem cum ſermone diuini quoq. Spiritus potentia. Cæterùm etiam atq. etiam attendendum eſt; quid enim amplius vos ab eo audituri eſtis? ita quidem (vt aliàs ſæpè) diuinâ potentiâ veritatis cōfeſſio ab improbis extorta eſt aduerſus ſeipſos. Sed pergit auctor. *Illi verò aſſumpto falſi illius concilij decreto, hoc eſt, ficulneo (vt dicitur) auxilio, ad prædictum monaſterium veniunt: atque in balnei gradibus manentes, ſanctum virum accerſunt, ſuæ nempe dignitati potiùs conuenire cenſentes, vt ille ad ſe deſcenderet, quàm vt ipſi ad eum ſe conferrent. Quoniam autem tum ob eas quas ſuperiùs diximus cauſas, tum etiam quia ferreis catenis aſtrictus erat, pedibus ſuis ingredi non poterat, duobus viris innixus ad eos proficiſcitur.*

XXVII. STEPHANVS SVAM CAVSAM AGIT.

Primus itaque Theodoſius Epheſius Epiſcopus ad hunc modum eum allequitur: Quonam tandem modo, ô homo Dei, animum induxiſti, nos omnes in hæreticorum numero reponere? teque ſupra Imperatores, ſupra Patriarchas, ſupra Epiſcopos, ac cæteros Chriſtianos ſapere iudicaſti? An nos omnes id molimur, vt noſtrarum ipſimet animarum iacturam faciamus? At iuſtus vir leni ac placidâ voce: Aduerte (inquit) quid de Elia propheta ſcriptura prodiderit; nimirum quemadmodum ad Achab dixerit: [a] *Non conturbo Iſrael, inquit, ſed tu & domus patris tui. Neque enim ego ſum qui conturbo, verùm hi qui contemptâ veterum Patrum traditione, nouum quoddam dogma in Eccleſiam inuexerunt. Nam ſi quicquid antiquitate præſtat, veneratione dignum eſt (vt quidam vir ſapiens dixit)* [b] *recentia vtiq. hæc & adſcititia vehementer abſurda, atq. imbecilla ſūt, vt quæ perſpicuè adulterini Eccleſiæ Catholicæ fœtus ſint. Ac proinde non intempeſtiuè propheticum illud mihi dicere in mentem venit:* [c] *Reges terræ & Principes cū mercenarijs paſtoribus ac gregis proditoribus conuenerunt in vnum, aduerſus Chriſti adminiſtrationem inania meditati ſunt.*

[a] 3. Reg. 18.
[b] Baſi. hom. 3. de ieiunio.
[c] Pſal. 2.

XXVIII. QVÆ PASSVS STEPHANVS AB EPISCOPO NICOMEDIÆ.

Hæc cùm ad hunc modum Stephanus protuliſſet, Conſtantinus Nicomedienſis Epiſcopus, vt erat truculentiâ & impudentiâ ſingulari, ſtatim è ſubſellio ſuo exiliens, atque nihil à calcitronibus aſinis diuerſum faciens, aduerſus ſanctum virum impetum fecit, eiq. humi ſedenti calces in faciem incuſſit. Ac prætereà vnus ex ſæuis ſatellitibus imum ipſum ventrem calcibus impetens reſupinum in terram proſtrauit: ac deinde continenter eius pectus pede feriebat. At diuinus Stephanus Dominico præcepto obtemperans, ſeipſum ei ad libidinem feriēdum prompto animo præbebat. Hæc porrò Calliſto Senatori minimè æqua atque honeſta viſa ſunt; ob eamque cauſam cum profano illi Conſtantino ſilentium indixiſſet, ad Stephanum his verbis vſus eſt. Duabus tibi propoſitis cōditionibus, nempe vel vt pareas ac concilij libello ſubſcribas, vel mortem ſubeas: vt qui Patrum, ac diuinitus eruditorum Imperatorum legem repudies ac proſcribas: vtram è duabus magis velis, confeſtim elige.

Rurſum ergo ille diuinitùs afflatus Stephanus: Attento ad verba mea animo eſto, inquit, domine Patrici. Ea enim cum magno Paulo ipſe quoq. clamo: [d] *Mihi viuere Chriſtus eſt: ac pro veneranda ipſius imagine mori lucrum. Quocirca (ſemel iam dixi, & rurſus dicam) ſi hemina mihi ſanguinis eſt, ea quoq. pro Chriſto fundatur. Cæterùm facite, vt mihi concilij veſtri decretum recitetur, quo intelligam quibus tandem rationibus adducti, diruendas ac delendas diuinas imagines cenſuiſtis.*

[d] Philip. 1.

XXIX. * NACOLIÆ PSEVDOSYNODVS DICTA SEPTIMVM OECVMENICVM CONCILIVM.

Protinus ergo Conſtantinus * *Nacoliæ Epiſcopus libellum illum recitandum ſuſcepit. Cúmq. initio ſic legiſſet. Decreta ſancti & œcumenici Septimi concilij: Sanctus vir ſilentio manu ſignificato: O ſingulare mendacium, inquit infirmo enim & caduco fundamento caducum quoq. profecto & imbecillum ædificium impoſuiſtis. Quonam enim modo ſanctū exiſtimari queat, quod ſancta profanare minimè dubitauit? Quid enim? An non ſancta à vobis protrita ſunt? An non cùm in concilio veſtro ſederitis, libellus vobis à quibuſdam pijs viris oblatus eſt, qui Epiſcopum quendam eo nomine deferret, quòd lancē ſanctam, in qua Chriſti ac Dei Genitricis imagines ſculptæ erant contriuiſſet? Vos autem contritionis illius crimen imaginibus adſcribētes, ipſum quidem omni crimine ſoluiſtis; pios autem viros à cœtu proſcripſiſtis, idolorum vindices eos appellātes. Quo quid audacius flagitioſiusq. fingi poteſt? An non etiam ſacram ſupellectilem ſanctis imaginibus exornatam concerpſiſtis? An non adiectiuum hunc, Sanctus, ab omnibus iuſtis, ab omnibus Apoſtolis, à Prophetis, à Martyribus, pijſq. viris abſciſſtis? Sancitum enim à vobis eſt ò generoſi viri, vt cùm quiſquam ad horum aliquem adiret, ex eoq. quæreretur, quo abiret; reſponderet: Ad Apoſtolos, Ad Quadraginta Martyres. Siue, Vnde veniret, itidem reſponderet: ex templo Martyris Theodori, ex templo Martyris Georgij. An non hæc veſtra doctrina ſunt? Quónam ergo pacto qui ſancta proſcripſiſtis, Sanctum concilium coegiſtis? ô ſingularem abſurditatem!*

NOMEN SANCTVS AVFERTVR A SANCTIS.

XXX. CONCILIVM NON OECVMENICVM NEQ. DICENDVM SEPTIMVM.

Iam qui Oecumenicum illud Concilium vocari queat, quod nec Romanus Antiſtes, (citra cuius auctoritatem nullo modo fieri poteſt, vt res Eccleſiaſticæ ad normam redigantur) gratum habuit, nec Alexandrinus comprobauit, nec Antiochenus, nec denique Hieroſolymitanus? Vbinam eorum libelli ſunt? Aut quinam per diuerſa loca Miſſi ſunt, quibus falſum veſtrum concilium confirmaretur, vt hac ratione Oecumenicum cenſeri poſſit? Tum autem, quomodo Septimum dicatur, quod ſex priora Concilia minimè ſequitur? Quicquid enim Septimum eſt, Sextum & Quintum, & ea quæ antecedunt ſequatur neceſſe eſt, vt Septimum eſſe queat. Cùm igitur vos ſex Conciliorum ſanctiones abrogaueritis: quid eſt quamobrem concilium veſtrum Septimum appelletis?

SACRÆ IMAGINES QVOMODO RECEPTÆ IN CONCIL. OECVMENICIS.

Ad quæ cum Tricacabus dixiſſet: Et quódnam tandem ex ſex illis Concilijs decretum à nobis abrogatū eſt? Quid inquit, vir ſanctus: An non ſex omnia Concilia in ſacroſanctis templis coacta ſunt? Primum nimirum in Nicæa Metropoli, atque ampliſſimo vrbis illius templo, Secundum Conſtantinopoli in ſancto Pacis templo, Tertium in pulcherrimo illo Theologi templo, quod in Epheſina Metropoli ſitum eſt, Quartum in ſanctiſſima Metropolitana Chalcedonis æde, Quintum autem ac Sextum in Palatij æde, quam * *Oatum vulgò appellant* in Trullo. *Quid igitur? An non in omnibus hiſce templis imagines pictæ erant? Quod-*

* Ouatum

nam

nam autem ex prædictis Cōcilijs, quemadmodum veſtrum, deijciendas eas ac delendas eſſe cenſuit? Reſponde ad hoc, Epiſcope. A

ANATHEMA IN ICONOCLASTAS.

Cùm autem ipſe rem ita ſe habere dixiſſet, ſublatis ad cælum oculis ac manibus, grauiq; gemitu imo pectore emiſſo, vir ſanctus altâ voce exclamauit: Si quis Dominum Ieſum Christum in imagine quantum ad humanitatem attinet circumſcriptum non adorat: Anathema ſit, cum iiſq; partem habeat, qui dixerunt: [a] *Tolle, tolle crucifige eum.*

[a] Ioan. 19.

At illi ob præclarā hanc ipſius dicendi fiduciam ſtupore defixi; cùm beata illa lingua adhuc loqui, ac veritatis hoſtes fortiter inſectari pararet, firmiſſima verborum tela, tamquam ſagittas in manu potentis, illi metuentes, ſtatim eum quidem in cuſtodiam conijci præcipiunt: ipſi autem obtecti præ pudore vultibus, ad Aulam abierunt. Percunctāte B *igitur Imperatore, quidnam ipſi perfeciſſent; atq; Epiſcopis cladem ſuam occultare conantibus: Victi ſumus, ait Calliſtus Senator, ô Imperator, victi ſumus. Magnus enim doctrinâ vir ille: magnus in diſputando: incomparabilis ipſius virtus eſt, animus intrepidus: non modò minis ſuperior eſt, ſed ipſam quoq; mortem contemnit.* hactenus quæ ad diſputationem pertinent, occaſione Actorum pſeudocœcumenici concilij hic recitatâ, cùm tamē poſt nouem annos (vt diximus) acciderint.

VICTI RECEDVNT ADVERSARII.

XXXI. Quæ autem dictæ ſint eidem profano conuentui ſatanæ acclamationes poſt abſolutam Synodū, idem auctor ſuperius ita: *Ac deniq; quod poſtremum illorum & grauiſſimum malum eſt, ſcelerati certè & vineæ Christi exitioſi ſacerdotes, de quibus Propheta prædixit:* [b] C *Egreſſa eſt iniquitas à ſacerdotibus Babylonis, ac rurſum:* [c] *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meā, conculcauerunt partem meam: hi, inquam, inter ſanctum & profanum minimè diſtinguentes, poſtquàm è peſtilenti illo conſeſſu exurrexerunt, populum ipſumque qui poſt eum à recta doctrina aberrarat, manus in altum tollere iubentes, lætum ſtrepitum excitarunt, atque horrendum illud atque magnum furorem excedens protulerunt:* HODIE SALVS MVNDO, *quandoquidem operâ tuâ, ô Imperator, idolis liberati ſumus. O profanas linguas, quæ nefariam illam vocem emiſerunt! quibus illud Dauidis planè quadraret:* [d] *Iniquitatem in excelſo loquuti ſunt, poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. Exiſtimarunt enim robuſtæ improbitatis ac nobilis impietatis homines ſe nihil* D *magni ac præclari facturos ſi ea loquerētur quæ aures ferre poſſent, audaciæque ſuæ modum aliquem conſtituerent, ac non omnium tam qui vmquam fuerunt, vel futuri ſunt maximè impios ſeſe præberent.* hæc ipſe.

[b] Dan. 13.
[c] Hier. 12.

NEFANDA POPVLI ACCLAMATIO.

[d] Pſal. 72.

XXXII. Porrò impiæ acclamationes eiuſdem conuentus ſatanæ habentur in decreto ipſorum definitionis, ad cuius finem iſta leguntur in tres præcipuos ſanctos Patres ipſorum aduerſario conclamata: [a] *Germani, Georgij, & Manzuris ſententiam minùs rectam vos diſpuliſtis: Germano bilingui ac animo duplici adoratori lignorum, anathema. Georgio conſentienti illi & falſario paternorum dogmatum, anathema. Manzuri ignominioſo & Sarraceno, anathema. Doctori impietatis ac peruerſo interpreti diuinæ Scripturæ Manzuri, anathema.* E *Trinitas hos tres abſtulit.* ita de his perfidi, quos refellens Orthodoxus antagoniſta in Nicæno Concilio iſta de his: *Deus illos in abditum vultus ſui abſcondit, & à conturbatione hominum protexit illos, à contradictione linguarum liberauit eos: nam vt faces in Eccleſia reſplenduerunt. Germanus enim in litteris ſacris eruditus fuit, & velut Samuel à puero Deo dicatus diuinis Patribus ſemper adhæſit: quare dialogis illius, qui per totum terrarum orbem vulgati ſunt, par eſt acquieſcere: altitudo enim Dei in ore illius, & enſes ancipites in manibus illius ſcindentes eos, qui Eccleſiaſticæ traditioni aduerſantur.*

[a] Nicæ. 2. Conc. Act. 6.

DE S. GERMANO.

XXXIII. *Georgius autem, cui patria Cyprus, ciuiliter in hac vita degens, Chriſtum Deum, qui nobis ſuam diſpenſationem ſcriptam reliquit, imitatus, non fuit contentioſus, non clamoſus, non calumniator, non redditor conuiciorum: ab alijs vexatus non minabatur, qui illum ad maxillam verberabat, exhibebat huic confeſtim & alteram: qui cogebat eum ad milliarij vnius iter, adiecit duplum, iugum Dei à iuuentute portauit, optimum ratus ſecundùm Prophetam ſedere in ſolitudine.* Cuius autem fuerit iſte Epiſcopus ciuitatis, non dicitur. Eſt mentio in Menologio Baſilij Imp. die XVIII. Aprilis de Georgio Epiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, de quo inter alia iſta: *Poſtquàm diaboli conſilio fuit Iconomachorum hæreſis exorta; & omnes Epiſcopi ab Imperatore iuberentur Conſtantinopolim petere: venit & ipſe. & cùm Sanctorum cogeretur imaginum adorationem negare, nec aſſentiretur, in exilium miſſus fuit*, &c. pergit defenſor.

DE S. GEORGIO CYPRIO.

XXXIV. *Ioannes verò, qui ab illis Manzur contumelioſè nominatur, cunctis relictis cum Matthæo Apoſtolo, Chriſtum ſequutus eſt, longè maiores diuitias, quàm ſunt Arabicæ, exiſtimans contumeliam pro Chriſto: maluitq; cum populo Chriſti affligi quàm temporariam in peccato voluptatem. Ipſe igitur cruce ſuâ ſublatâ pro Chriſto, Chriſtique catis, Deum ſecutus eſt, & ex Oriente per Chriſtum tuba cecinit, non arbitratus ferendam, quam aliena offundebatur regione vaniloquentiam, & eum qui contra Dei Eccleſiam inſtructus eſt apparatum, rabioſam inſaniam. Sed hanc triumphans vbiq; exhortatoriè & conſolabiliter totam vitam duxit: in Eccleſiis enim veterem conſuetudinem diligenter conſeruandam monuit: pacificam quoq; illarum compoſitionem, & ſtatum, quem etiam Dominus diſcipulis ſuis in ſignum quo cognoſcerentur, quòd eſſent ſui diſcipuli, dedit, dicens: Pacem meam relinquo vobis, conſeruare & roborare ſtuduit. Hos igitur venerabiles & dignos fide viros in Eccleſia Catholica probatos illorum ſeditioſa ſycophantia ferre non poteſt*, &c. & plura alia in deteſtationem ipſorum.

DE S. IOANNE DAMAS.

XXXV. His igitur blaſphemiis & contumeliis in Deum & Sanctos ter miſeri homines Synodum abſoluerunt, quam (vt dictum eſt) Septimam Oecumenicam appellarūt. Perſeueráſſe autem, vt idem pſeudocōcilium ab iis diceretur, Septima Synodus: Acta veræ Septimæ Synodi dictæq; Nicænæ ſecundæ confirmant, quòd pleriq; ignorantes cùm audierunt ab Orthodoxis Septimam commendari Synodum, putantes hanc ipſam eſſe hæreticam, ſcandalum paſſi ſunt, ſed de his ſuo loco inferiùs.

Accipe modò quæ de damnatione huius Septimæ Synodi à diuerſis ponuntur, atq; in primis quę Orthodoxi Orientales habent in libello eidem ſecundæ Nicænæ oblato his verbis: [f]

[f] Conc. Nic. 2. Act. 3.

SEPTIMA PSEVDOSYNODVS DAMNATA.

Precamur veſtram ſanctitatem, vt bono animo eos recipiatis Legatos. Habebitis enim trium Apoſtolicorū Thronorum concordem ſententiam & concinentem concordiā. Qui ſanè ſex generales Synodos ante habitas vnâ voce prædicant: Aliam autem illam, quam Septimam dicunt, non modò non recipiunt, ſed vno animo & voce deteſtantur; vtpote quæ ex hæreſi contra Apoſtolicam & Patrū traditionem ſit congregata, non aliam ob cauſam, quàm vt ſacroſanctas & venerandas imagines ſubuertat. hęc Orientales in dicto Nicæno Concilio, in quo omnium Epiſcoporum ſententia eiuſmodi Synodus dicta Septima & Oecumenica condemnata eſt. Sed longè antè, his ipſis fermè diebus, à primario Catholicæ Fidei Antiſtite Stephano Papa fuit ipſa penitùs cōdemnata, anathematiq; ſubiecta.

XXXVI. Etenim omnia quæ Conſtantinus Imperator contra ſacras imagines eſt operatus, Stephanū Romanum Pontificem irrita reddidiſſe, monuiſſeque litteris Imperatorem, vt ab errore deſiſteret

STEPHANVS PAPA ET ALII

PATRIARCHÆ DAMNANT PSEVDOSYNODVM.

(quod & fecerant prædeceſſores) teſtatur Hadrianus Romanus Pontifex in epiſtola ad Conſtantinum & Irenem Auguſtos. Dolemus tam præclara Stephani Papæ monumenta & adeò neceſſaria perijſſe. Quibus tu putas fulminibus conatum eſſe ſanctum Pontificem diſiicere molem illam, turrim Babel tam ſublimè erectam ab Heg'omachis tentantibus bellum inferre cæleſtibus, pollentemque ſuperbo nomine Septimi Concilij Oecumenici pſeudoſynodum confutare, damnare, ad nihilumque deducere? Plenè declarant euenta, eam prorſus diſiectā euanuiſſe, vt nec vlla penitùs mentio de illa ſit, niſi cùm ab Orthodoxis legitur condemnata. Quin etiam & alios Patriarchas id ipſum præſtitiſſe datis litteris, docent quæ habet idem qui ſupra Stephanus Martyr verbis iſtis: *Antiſtites autem ipſi, hoc eſt, Romæ, & Antiochiæ, ac Hieroſolymorum, & Alexandriæ non modò dogma iſtud ac dogmatis auctorem grauiſſimo odio perſequuntur, ſed etiam per inuectiuas epiſtolas de ipſo triumpharūt, apoſtatam ipſum ac Dei hoſtem vocantes, vtpote aduersùs Chriſti imaginem malè ac peſtiferè conſtitutum.* hæc de Imperatore, cuius opere nefarium illud fuit concilium congregatum.

XXXVII. GRASSATVR HÆRESIS AVCTORITATE CONCILII. [a] *Ioan. Damaſc. de hæreſib. in fin.*

Vbi autem impietas ex eiuſmodi infandis legibus robur accepit, mox iis tamquam incenſis facibus armata progreſſa, quid intactū reliquit, quid non corrupit, & perdidit? ita vt antiquæ pietatis nullibi aliquod ſineret eſſe veſtigium: tunc planè accidit, quod Ioannes Damaſcenus [a] ait; *quod ſacras imagines cùm ignominioſiſſimè tractauiſſent, eaſdem in minutiſſimas partes comminuerent, in ignemq́; proijcerēt, & quæ in parietibus erāt depictæ partim aquā calidā, partim calce, vel atramento oblitterarent.* Tunc & auditū nouum ſectariis nomen: *nam* (vt idem ait) *Tymoleontes dicti ſunt, quòd datā poteſtate, cùm ſectam furore armauerant, eos qui ſacras imagines excepiſſent atque ſalutaſſent, plagis & ſupplicijs ſine modo afficiebant.* Sed quæ diſperſio Orthodoxorum poſt dictam Synodum facta ſit, dicemus anno ſequenti.

IESV CHRISTI
Annus 755.

STEPHANI PAP. III.	CONST. COPR. IMP.
Annus 4.	Annus 15.

I.

REDEMPTORIS annus ſeptingenteſimus quinquageſimus quintus ſequitur, idemque octauā Indictione notatus, quo Aiſtulphus Longobardorum Rex fœdifragus atque periurus, nullam habens rationem conuentorum pactorum cū Pipino Rege Francorum pro reſtituendis, quæ ob Eccleſia Romana violenter abſtulerat; hoc anno comparato exercitu ad Romanæ Vrbis obſidionem properat, ingenti exæſtuans aduerſus Romanum Pontificem odio, quod eius cauſa Pipinus in Italiam deſcendiſſet, bellum geſſiſſet, viciſſetque & ad ea reſtituenda Romanæ Eccleſiæ promittere coëgiſſet. Furēs itaq; animo, ſpiransq́; vindictam, ad ruinam Vrbis, & excidium ſanctæ primariæ ciuitatis aduenit. *Dixit inimicus* [b] *perſequar, comprehendam, diuidā ſpolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meū, interficiet eos manus mea.* De his acturi, res ipſas quo geſtæ ſunt ordine referemus. Simulac igitur Pipinus cum exercitu eſt regreſſus in Gallias Aiſtulphus ſolutus timore, nec glebam quidem eorum quæ abſtulerat, reddere voluit Romanæ Eccleſiæ, quam & nouis exagitare vexationibus cœpit. Iſta videns & patiens Stephanus Papa, mox legationem miſit ad eumdem Pipinum Francorum Regem, cui & has etiam litteras dedit ex Vaticana Bibliotheca depromptas, his verbis:

[b] *Exod. 15.*

II. EPIST. STEPHANI PAP. AD PIPINVM REGEM CVM AISTVLPHVS FOEDVS FREGIT. [c] *Eccleſ. 7.*

Dominis excellentiſſimis filijs Pipino Regi, & noſtro ſpirituali compatri, ſeu Carolo & Carolomanno Regibus, & vtriſque Patricijs Romanorum, Stephanus Papa.

Prouida & ſapientiſſima Salomonis prophetica ita fertur aſſertio: [c] *Nomen bonum ſuper miſericordiam. Nomen quippe bonum eſt, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde, & purā conſcientiā cuſtodire, & operibus implere. Nomen enim bonum eſt, totis viribus ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, per quam & ſalus Chriſtianorum exiſtit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exijt nomen, ſi operibus fuiſſet impletum. Redemptor namque noſter miſericors & multum miſerator Dominus, illis propitiator exiſtit, quos omninò tota mentis integritate fideles, & defenſores ſanctæ ſuæ Eccleſiæ cognouerit. Qualis remuneratio aut merces ſub cælo exiſtimanda & coæquanda eſt ad eam, quæ pro defenſione Dei Eccleſiæ & donum beati Petri eſt rependenda? Ideò namque excellentiſſimam & Deo protectam bonitatem veſtram ſuper turbas populorum & multarum gentium, idem Rex Regū & Dominus dominantium ſaluos vos inſtituit, vt per vos ſancta Dei Eccleſia exaltetur. Poterat namq; alio modo, vt illi placitum fuiſſet, ſanctam ſuam vindicare Eccleſiam, & iuſtitiam ſui Principis Apoſtolorum exigere. Sed quia mentem & conſcientiam veſtram, à Deo protecte ſpiritualis compater & dulciſſimi filij, probare voluit: ideò noſtram infelicitatem ad vos peruenire præcepit.*

III. STEPHANI PAPÆ LABORES.

*Tradidimus enim corpus & animam noſtram, in magnis laboribus viam ſpacioſam & longinquam peruenientes, valdè fiſi in veſtra fide, per Dei nutum illuc profecti ſumus, afflicti niue & frigore, æſtu, & aquarum inundatione, atque validis fluminibus; ac atrociſſimis montibus, ſeu diuerſis periculis. Etenim dum veſtris mellifluis obtutibus præſentati ſumus, omnes cauſas Principis Apoſtolorum in veſtris manibus commendauimus. Quandoquidem inſpirati à Deo, aurem petitionibus noſtris accommodare dignati eſtis: & vos beato Petro polliciti eſtis eius iuſtitiam exigere. & defenſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ procurare, & vt verè fideles Deo, purā mente pro defenſione Eccleſiæ Dei preparati ad dimicandum. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui ſuperbos humiliat, & humiles exaltat, illud * iuſtitiam beati Petri veſtra bonitati & omnibus Chriſtianis demonſtrauit: & tale præfulgidum miraculum oſtendit, quale omninò glorioſum eſt referendum. Illi enim inimici Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, qui in ſua ferocitate confidebant,* [d] *veloces pedes habentes ad effundendum ſanguinem, ſuper breuem numerum populi veſtri irruerunt: & ita per manum beati Petri omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus eſt, vt illi qui innumerabiles exiſtebant, à paucis hominibus fuiſſent interempti: & humiliati ſunt ipſi inimici beati Petri vſque ad terram, & ita timorem & tremorem in illis Dominus immiſit per interceſſiones beati Petri, vt ad nihilum deuenirent. non enim gladius hominis, ſed gladius Dei eſt qui pugnat.*

* victoriam

[d] *Pſal. 13.*

IV. * *deeſt in alio exemplari.*

*Videns namque ſuam deceptionem * iniquus Aiſtulphus Rex, cum ſuis à Deo deſtructis iudicibus per blandes ſermones, & ſuaſiones, atque ſacramenta illuſerunt prudentiam veſtram, & plus illis falſa dicentibus, quam nobis veritatem aſſerentibus credidiſtis. Magno namque dolore & triſtitia, excellentiſſimi filij, cor noſtrum repletum eſt. Cur minimè bonitas veſtra nos audire voluit? Omnia denique quæ per Dei viſionem vobis locuti ſumus, veraciter edixumus, & iam patefacta ſunt, vt facta ipſa demonſtrant. Etenim ſicut primitùs Chriſtianitati veſtræ edixumus, iniquus Aiſtulphus Rex, ingreſſo in eum perfido corde diabolo, omnia quæ per ſacramentum beato Petro per*

DE AISTVLPHI PERFIDIA.

*veſtros Miſſos reſtituenda promiſit, irrita fecit, & nec vnius palmi terræ ſpacium beato Petro reddere voluit. A die enim illo, à quo melliſluâ bonitate veſtrâ ſeparati ſumus, tantùm nos affligere & tribulare niſus eſt, quantùm non poteſt os hominis enarrare. In magna namq; deſpectione ſanctam Dei Eccleſiam, & noſtram humilitatem, & veſtros Miſſos habere viſus eſt. Quia etiam & ad propriam noſtram animam auferendam mala eius imperatio & ſummiſſio facta eſt. Quid multa dicimus? tantùm nos tribulauit, * quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides pro nobis flerent: Tamen omnia veſter conſiliarius * Vuolradus presbyter & Abbas, vnà cum ſuis ſocijs, ſi Deum præ oculis habens, vobis enarrare poſſunt. Non enim iam reddere, vt conſtituit, propria beati Petri voluit: ſed etiam ſcamaras atq; deprædationes, ſeu deuaſtationes in ciuitatibus, & locis beati Petri facere ſua imperatione non ceſſauit, nec ceſſat.*

* vt

* Fulradus

V. *Oblitus quippe eſt Domini qui fecit eum, & fidem Chriſtianam tranſgreſſus eſt. Quomodo vlteriùs credendus eſt aut ipſe, ſiue eius conſentanei, cum in tãta Dei myſteria ſacramenta præbuerunt, & noluerunt obſeruare? Verè enim omnia vobis prædiximus de eius impij Regis falſitate & mẽdacio. Et quemadmodum diximus, manifeſtata ſunt vobis, & periurium eius declaratum eſt. Pro quo peto vos, excellentiſſimi & à Deo protecti filij, & nimis obſecro, doleat vobis pro ſancta Dei Eccleſia & beati Petri cauſa; & quæ per donationem beato Petro offerenda promiſiſtis, ei poſſidẽda contradere debeatis. Mementote, & ſemper in veſtris præcordijs firmiter tenete quod promiſiſtis eidem Ianitori Regni cælorũ. Nulla iam vos ſeducat ſuaſio, aut acceptilatio. Conſiderate quàm fortis exiſtit exactor idem Princeps Apoſtolorum beatus Petrus. Videte, omnia quæ ei promiſiſtis, & per donationem offerenda polliciti eſtis, contradere feſtinate, vt non lugeatis in æternũ, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim huius mundi breuis eſt, & ſicut vmbra declinat, & ſicut veſtimentum inueteraſcit. Illam vitam æternam, quam vobis beatus Petrus pro ſua cauſa & iuſtitia promiſit, totâ mente, & integro corde quærite.*

VI. *Decertate, bonum opus, quod cœpiſtis, implere: & quæ per donationẽ manu veſtra confirmaſtis, protectori veſtro beato Petro reddere feſtinate. Quoniam ſcriptum eſt: [a] Melius non vouere, quam vouere & votum non reddere. Sciatis enim, quia ſicut chirographariam veſtram donationẽ Princeps Apoſtolorũ firmiter tenet, ita neceſſe eſt vt ipſum chirographum expleatis: ne dum iuſtus iudex ad iudicandum viuos & mortuos, & ſæculum per ignem aduenerit in futuro iudicio, idem Princeps Apoſtolorum idem chirographum demonſtrans nullam habere firmitatem, diſtrictiùs cum eo ſatiatis rationes: ſed magis explere quod promiſiſtis velociter, vt iterum vitam æternam, quam ab ipſo Principe Apoſtolorum promiſſam habetis, poſſideatis. Coniuro vos, excellentiſſimi & à Deo protecti filij, per Deum omnipotentem, qui continet omnia ſua potentia, & per ſanctam eius Matrem glorioſam ſemper Virginem Mariam Dominam noſtram, atque per Virtutes cælorum, & per beatos Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum, atque per tremendum iudicij diem, vbi omnes conſtrictè ad reddendam de noſtris factis rationem aſſiſtere habemus, vbi nulla eſt ingenioſa excuſatio: velociter & ſine vllo impedimẽto, quod beato Petro promiſiſtis per donationem veſtram, ciuitates & loca, atq; omnes obſides & captiuos beato Petro reddite, vel omnia, quæ ipſa donatio continet. Quia ideò vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, vnxit in Reges, vt per vos ſancta ſua exaltetur Eccleſia, & Princeps Apoſtolorum ſuam ſuſcipiat iuſtitiam.*

[a] Eccleſ. 4.

VII. *Magnum deſiderium eſt in noſtro corde, veſtros melliſluos vultus aſpicere, & illa veſtra iucunditatis lætitia gaudere, iuxta quod ſapientiſſimus ait Salomon: [b] Per vicos & plateas quæſiui quem dilexit anima mea. Et certè quos dileximus, per Dei iuſſionem inuenimus, & quos deſiderauimus amplexi ſumus: pro quo diffuſa eſt ſuper vos benedictio & gratia beati Petri, et Domini ſui promiſſio. Quod nullus de veſtris parentibus meruit ſuſcipere, vos ſuſcepiſtis: & Princeps Apoſtolorum præ cæteris Regibus & gentibus vos ſuos peculiares faciens, omnes ſuas cauſas vobis commiſit: Et vos reddetis rationem Deo, quomodo pro iuſtitia ipſius Ianitoris Regni cælorũ decertaueritis. Cunctus namque noſter populus Reipublicæ Romanorum, magno dolore, & amariſſimis lachrymis vnà nobiſcum tribulatur, pro eo quòd cùm ad tam longam & ſpacioſam prouinciam properauimus, & præ faſtidio validi itineris caro noſtra minuta eſt: ſic vacui & inſructuoſi ſine effectu iuſtitiæ reuerſi ſumus. Attamen nos infelices iuxta Dominicum præceptum egimus, & omnes cauſas beati Petri vobis commẽdauimus: et vobis pertinet hoc ſiue ad peccatum, ſiue ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatus Petrus nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet iuſtitiam: & factum non eſt, & in magno cordis ſtupore de hoc omnes euenerunt.*

[b] Cant. 3.

Sed peto excellentiſſimam bonitatem veſtram, vt vituperium hoc à gentibus extollatis: & omnibus fidem veſtrã operibus oſtendite, eò quòd fides, vt ſcriptum eſt, [c] ſine operibus otioſa eſt. Cum quâ enim fiducia aut fortitudine ad expugnandos inimicos veſtros pergere poteſtis, ſi iuſtitiam beati Petri, vt promiſiſtis & initiaſtis, non perfeceritis? Si enim vt cœpiſtis operibus adimpleueritis: eritis ſemper victores, & fortiſſimi ſuper veſtros inimicos, & præſens Regnum per multorum annorum ſpacia cum bona poſſidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos Vuilharium reuerendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum & fidelem, qui vobis omnia de noſtra tribulatione & cauſa beati Petri proprio ore enarret. Cui in omnibus credere debeatis, & exitum bonum in cauſa beati Petri ponere. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Bene valete. hactenus litteræ Stephani Papæ ad Pipinum Regem & filios eius. VIII.

[c] Iacob. 2.

Sed quid præterea Aiſtulphus poſt hæc? Non ſolùm negauit perfidus reddere quæ erant Eccleſiæ, ſed & quæ reliqua eſſent eſt conatus inuadere, ſtudens totis viribus & ipsâ potiri Vrbe, ſi licuiſſet: cuius rei gratiâ, vt hoc perficeret, ex omnibus gentibus ſibi ſubditis prævalidum comparauit exercitum, atque exæſtuans furore barbarico, ad obſidionem properat Vrbis. Id quidem ex litteris ab eodem Stephano ad ipſum Pipinum tunc ſcriptis, paulò pòſt hic recitandis apparet. De ipſa autem Vrbis obſidione quæ Anaſtaſius habet, primùm hic deſcribamus, qui ait: *Poſt aliquanta temporum ſpacia furore vehementi repletus aduerſarius ille & ſuæ animæ inimicus Aiſtulphus, Deo ſibi contrario, quæ promiſerat minimè adimpleuit; ſed etiam generalem faciens commotionem, cum vniuerſo Regni ſui Longobardorum populo contra hanc Romanam aduenit Vrbem, quam per trium menſium ſpacia obſidens, atque omni circumdans parte, quotidie eam fortiter expugnabat; omnia extra Vrbem poſita ferro & igne deuaſtans, atque funditùs demolitus conſumpſit, imminens vehementiùs idem peſtifer Aiſtulphus, vt hanc Romanam capere poſſet Vrbem. Nam & multa corpora Sanctorum, effodiens eorum ſacra cœmeteria, ad magnum animæ ſuæ detrimentum abſtulit.* IX.

Roma obſeſſa ab Aiſtulpho.

X. *Hæc itaque impiè ab eodem Aiſtulpho geſta quanto citius ſæpè dicti Francorum innotuerunt Regis in aures. Sed & beatiſſimus Pontifex per * marinum iter ſuos ordinans ad eum in Franciam dirigit Miſſos vnà cum quodam religioſo viro Vuarnerio nomine, qui ab eodem Francorũ Rege huc Romam directus fuerat, & cuncta quæ geſta ſunt, & quæ crudeliter tyrannus ille peregit Aiſtulphus ſubtili ſictione, ſuis Apoſtolicis relationibus ſæpè fato Chriſtianiſſimo & Dei cultori Pipino Francorum inſinuauit Regi, adiu-*

* maritimũ

rans eum fortiter ſi.miterq; ſub diuina dies iudicij obteſtatione, ad cuncta quæ beato Petro pollicitus eſt, adimplenda. Extant ipſæ litteræ, datæ quinquageſimo quinto obſidionis die, vt in eis apparet; quæ ſic ſe habent:

Epist. Stephani Pap. data tempore obsidionis vrbis.

Dominis excellentiſſimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno *tribus Regibus, *& noſtris Romanis Patricijs, ſeu omnibus Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris, & monachis, ſeu glorioſis Ducibus, Comitibus, vel cuncto exercitui Regni & prouinciæ Francorum, Stephanus Papa & omnes Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſeu Duces, Charsularij, Comites, Tribuni tenentes, & vniuerſus populus & exercitus Romanorum, omnes in afflictione poſiti.*

* deeſt in alio exemplare.

XI.

Quantâ luctuoſâ & amariſſimâ triſtitiâ circumuallati, quantâq; anxietate atq; anguſtiâ coarctati ſimus, & quãtas, crebreſcentibus continuis malis, oculis noſtris deſtillãtes profundant lachrymas; credimus quod & ipſa omniũ elementorum ſegmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum nõ vlulet? Quamobrem cuiuſdam bonæ mulieris Suſannæ pudica verba loquamur: [a] *Anguſtiæ nobis vndiq; & quid agamus ignoramus. O Chriſtianiſſimi, ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, præſtò ſunt dies fletus & amaritudinis: quando, quod timebamus à Longobardis, euenit. Pro quo anguſtiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequiſſimo Aiſtulpho Rege, & gente, cum propheta Dominum deprecantes dicimus:* [b] *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos. Et rurſum:* [c] *Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium noſtrum: Ecce enim cognitũ habeatis, quomodo pacis fœdera à præfato impio Aiſtulpho Rege & eius gente diſſipata ſunt; & qualiter nihil iuxta, vt conſtituit, & per vinculum ſacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare. Et iam quia nullum augmentum nobis factum eſt & in ipſis* * *Ianuarij Calendis cunctus eiuſdem Longobardorũ exercitus è Tuſcia partibus in hanc ciuitatem Romanam coniunxerunt & reſederunt iuxta portam beati Petri, atque beati Pancratij & Portuenſem. Ipſe verò Aiſtulphus cum alijs exercitibus cõiunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria iuxta portam Salariam & cæteras portas. Et ſæpius nobis dixerit: Aperite mihi portam Salariam, & ego ingrediar ciuitatem: & tradite mihi Pontificem veſtrum, & patientiam ago in vobis. Sin minùs videte ne muros euertens, vno vos gladio interficiam, & videam quis vos eruere poſſit de manibus meis.*

[a] Dan. 13.

[b] Pſal. 78.

[c] Pſal. 34.

* Iunij

Vrbs vndique obsessa.

XII.

Immania sacrilegia Longobardorum

Sed & Beneuentani omnes generaliter ſe in hanc Romanam Vrbem coniungentes, reſederunt iuxta portam beati Ioannis, & beati Pauli Apoſtoli, & cæteras iſtius Romanæ Vrbis portas. Et omnia extra portam prædia longè lateq; ferro & igni conſumpſerunt: domos omnes comburentes penè ad fundamenta deſtruxerunt, Eccleſias Dei incenderũt, & ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem proijcientes, ſuis gladijs conſumpſerunt. Et munera ſacra, id eſt, corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſuis contaminatis vaſis, quæ folles vocant, miſerunt: Et cibo carnium copioſo ſaturati, comedebant eadem munera. Velamina altarium, Eccleſiarum Dei omnia ornamenta (quod nimis crudele dictu eſt) auferentes in proprijs vtilitatibus vſi ſunt. Seruos Dei monachos, qui pro officio diuino in monaſterijs morabãtur, plagis maximis tundentes laniauerunt: & ſanctimoniales fœminas, atq; recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſtris tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt; quin etiam & in ipſa contaminatione alias interficere niſi ſunt.

XIII.

Alia impia facinora Longobardorum.

Et omnes Domos cultas beati Petri igni combuſſerunt, vel omnium Romanorum (vt dictum eſt) domos comburentes extra Vrbem funditùs deſtruxerunt, & omnia peculia abſtulerunt, & vineas ferro ad radices abſciderũt, & meſſes conterentes omninò deuorauerũt: & neq; domus noſtra ſancta Eccleſia, neq; cuiquam in hac Romana Vrbe commorantis ſpes remanſit viuendi, quia (vt dictũ eſt) omnia ferro & igni conſumpſerunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copioſam familiam beati Petri vel omnium Romanorum, tam viros quàm mulieres iugulauerunt, & alios plures captiuos duxerunt. Nam & innocentes infantulos à mammillis matrum ſuarum ſeparantes, ipſoſq; vi polluentes, interemerunt ipſi impij Longobardi: & tanta mala in hac Romana Vrbe fecerunt, quãta certè nec Paganæ gẽtes aliquando perpetrarunt. Quin etiam (ſi dici poteſt) & ipſi lapides noſtras deſolationes videntes vlulant nobiſcum.

Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanã ciuitatem obſidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortiſſima die noctuq; cum peſſimo furore inceſſanter cum diuerſis machinis & admonitionibus plurimis contra nos ad muros iſtius Romanæ Vrbis commiſerunt: vt ſuæ poteſtati (quod auertat diuinitas) ſubijciẽs, omnes vno gladio idem inimicus Aiſtulphus interimeret. Ita enim cũ magno furore nos exprobrantes aſſerebant: Ecce circumdati eſtis à nobis; * *veniat nunc Franci & eruant vos de manibus noſtris. Nam & ciuitatem Narnienſem, quam beato Petro conceſſiſtis abſtulerunt, & aliquas ciuitates noſtras cõprehenderunt. Quamobrem conſtricti, vix potuimus marino itinere præſentes noſtras litteras & Miſſum ad veſtrã Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lachrymis ſcripſimus.*

Longobardorum exprobratio de Francis.

* veniant

XIV.

Enixis precibus petit auxilium Steph. Pap.

Vnde &, dilectiſſimi nobis, peto vos, & tamquam præſentialiter aſſiſtens cum diuinis myſterijs coniuro corã Deo viuo & vero, & eius Principe Apoſtolorum B. Petro, vt ſub nimia feſtinatione nobis ſubueniatis, ne pereamus: cùm poſt Deum, in manibus veſtris noſtras omnium Romanorum idoneiſſimus animas. Non nos derelinquatis: ſic non vos derelinquat Dominus in omnibus veſtris actibus. Non nos ſpernatis: ſic non vos ſpernat Dominus, eius inuocantes potentiam. Ne elongetis à nobis auxilium veſtrum, Chriſtianiſſimi: ſic non elonget Dominus auxilium ſuum à vobis, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandũ. Adiuuate nos ſub magna velocitate, dilectiſſimi nobis: occurrite, * *occurrite & ſubuenite nobis, antequàm gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Pete vos, ne pereamus: ne quando dicant gẽtes, quæ in cuncto orbe terrarum ſunt: Vbi eſt fiducia Romanorum, quam poſt Deum in Regibus, & in gente Francorum habebant? Ne nos permittatis perire, & ne differatis nobis ad ſolatia dandum, nec à veſtro ſeparetis auxilio: ſic non ſitis alieni à Regno Dei, & ne obduret Dominus aurem ſuam veſtras ad exaudiendum preces: & ne auertat faciẽ ſuam à vobis in illo futuro examinis die, quando cũ B. Petro, & cæteris ſuis Apoſtolis ad iudicandum ſederit omnem ordinẽ, omnemq; poteſtatem humanã, & ſæculũ per ignẽ iudicaturq; vobis (quod auertat diuinitas) Neſcio vos, quia non auxiliati eſtis; Dei Eccleſiã defendere minimè procuraſtis, eius periclitantẽ populum peculiarem.*

* ſuccurrite

XV.

Magna Francorum gloria in subueniendis oppressis.

Audite nos, dilectiſſimi, audite nos, & ſubuenite nobis: ecce adeſt tẽpus ſaluandi nos: ſaluate nos antequàm pereamus, Chriſtianiſſimi. Omnes etenim gẽtes, quæ circumquaque ſunt poſitæ, & ad veſtram per Dei potentiam Francorũ fortiſſimam gentem refugium fecerunt, ſaluæ factæ ſunt. Et ſi omnibus auxilium impartire non diſtuliſtis, multò amplius ſanctam Dei Eccleſiam, & eius populum de inimicorũ impugnatione debueratis liberare. Cõſiderate dilectiſſimi, & omninò percogitate (per Deum viuum vos cõiuro) quoniam poſt Deum, & eius Principem Apoſtolorum, noſtra omnium Romanorum animæ in vobis pendent: & ſi perire (quod abſit) eas contigerit, penſate in cuius animam reſpiciat id peccatum. Certè enim omninò credite, Chriſtianiſſimi, ſi nobis aliqua euenerit calamitas (quod abſit) periclitandi: vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationem. Sed magis, dilectiſſimi nobis, agite, & liberate poſt Deum in vobis confugientes, vt fructum bonum afferentes in futuri examinis die mereamini dicere: Domine noſter Princeps Apoſtolorum B. Petre, ecce nos cũ multi rui, curſum conſummantes, fidem ſeruantes tibi. Eccleſiam à

ſuperna

A

ſuperna Dei clementia commendatam de manibus perſequentium defendentes liberauimus, & aſſiſtentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commiſiſtis de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites atque incolumes exiſtentes. Tunc & in præſenti vita, & in futuro ſeculo, cæleſtium præmiorum gaudia adipiſci mereamini, audientes paternam deſiderabilemq; vocem illam inquientis[a]*: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*

[a] Matt. 25.

XVI. LEGATI IN GALLIAM MISSI.

*Quare direximus præſentem noſtrum Miſſum Georgium, reuerendiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum, atque *Vuarneharium religioſum Abbatem Miſſum veſtrum, ſeu *Homaricum, & Comitẽ magnificos eoſdem noſtros Miſſos, qui omnes noſtros dolores, & cunctas deſolationes, quas à Longobardorum gente, & eorum proteruo Rege paſſi ſumus, & aſſiduè patimur, vobis ſubtili enarratione, quæ proprijs oculis viderunt, viuâ voce edicere debeant. Quibus & in omnibus tamquam nobiſmetipſis credere * debeatis, & noſtram liberationem nimis feſtinanter procurare.*

* Vuarnerium
* Thomaricum
* iubeatis

B

*Et coniuro vos per Deum viuum & verum, vt nequaquam ampliùs diſcredatis noſtras afflictiones, & neglectũ ponatis ad liberandum nos: ne (quod abſit) ſi ampliùs credere diſtuleritis, & neglexeritis nos * eruendum, nobis (quod auertat diuinitas) irruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum atque condemnationem in præſenti, & æterna vita, quia vobis animas omnium noſtrorum Romanorum tradidimus. Sed magis magisq; vos (vt prædictum eſt) coniuramus per Patrem & Filium & ſanctum Spiritum, Trinitatem indiuiſam, vt noſtras tribulationes & anguſtias atque dolores & deſolationes credere ſine qualibet ambiguitate * iubeatis, & nobis propter Deum ſubuenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere iubeatis, vt fructum afferentes copioſum, vitâ æternâ, intercedente beato Petro, perfrui mereamini. Præfatus verò Vuarneharius, pro amore beati Petri lorica ſe induens, per muros iſtius afflictæ Romanæ ciuitatis vigilabat die noctuque & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, vt bonus athleta Chriſti decertauit totis ſuis cum viribus. Bene valete.*

* eruendo
ITERVM OBTESTANDO CLAMAT.
* debeatis

C

XVII.

Audiſti dolores vt parturiẽtis, & hominis in maximis anguſtiis animi conſtituti, afflictati, excruciati, & in tam imminenti periculo ope humanâ penitùs deſtituti? Hinc euenit, vt idem ſanctiſſimus Põtifex longè clamans, & petens auxilium in tanto vnà cum ſuis diſcrimine poſitus, omninò exaudiretur, clamoribus ſuis clamores Sanctorum coniungeret, & (quod numquam hactenùs factum vidimus) Petrum Apoſtolorum principem vnà ſecum clamantem inducens, Petri ipſius nomine litteras ad eundem Principem ſcriberet, quo magis mereretur audiri. Quid enim importuna & imperioſa neceſſitas intentatum præterit, vel inexpertum relinquit? Extant ipſæ litteræ, quas itidem duorum factâ exemplarium collatione, ſic accipe:

D

Petrus vocatus Apoſtolus à IESV Chriſto Dei viui Filio, qui ante omnia ſecula cum Patre regnans in vnitate Spiritus ſancti, in vltimis temporibus pro noſtra omnium ſalute incarnatus & homo factus, nos ſuo redemit pretioſo ſanguine, per voluntatem Paternæ gloriæ, quemadmodum per ſanctos ſuos deſtinauit prophetas, in ſcripturis ſanctis, & per me omnis Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, ipſius Redemptoris noſtri ſanguine ſupra firmam fundata petram, atque eiuſdem almæ Eccleſiæ Stephanus præſul, Gratia, pax, & virtus ad eruendam eamdem ſanctam Dei Eccleſiam, & eius Romanum populum mihi commiſſum de manibus perſequentium, pleniùs miniſtretur à Domino Deo noſtro, Vobis viris excellentiſſimis Pipino, Carolo, & Carolomanno tribus Regibus, atque ſanctiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, presbyteris, vel cunctis religioſis monachis, verùm etiam Ducibus, Comitibus, & cunctis generalibus exercitibus, & populo Franciæ commorantibus. hactenùs inſcriptio, ſequitur epiſtola.

E

A

XVIII. EPIST. STEPHANI PAP. NOMINE PETRI ET SVO.

Ego Petrus Apoſtolus, dum à Chriſto Dei viui filio vocatus ſum ſuperna clementiæ arbitrio, illuminator ab eius potentia totius mundi ſum præordinatus, ipſo Domino Deo noſtro confirmante[b]*: Ite docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.* Et iterum[c]*: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & mihi ſuo exiguo ſeruo & vocato Apoſtolo ſingillatim ſuas commendans oues, ait*[d]*: Paſce oues meas, paſce agnos meos.* Et rurſus[e]*: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues Regni cælorum: quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Quamobrem omnes qui meam audientes impleuerunt prædicationem, profectò credant ſua in hoc mundo Dei præceptione relaxari peccata, & mundi, atque ſine macula in illam progredientur vitam. Etenim * quibus illuminatio Spiritus ſancti in veſtris refulſit præfulgidis cordibus, voſq; amatores effecti eſtis ſanctæ & vnicæ Trinitatis per ſuſceptum Euangelicæ prædicationis verbum: profectò in hac Apoſtolica Dei Romana Eccleſia nobis commiſſa, veſtra futura retributionis ſpes tenetur annexa.*

[b] Matt. 28.
[c] Ioan. 20.
[d] Ioan. 21.
[e] Matt. 16.
* quia

B

XIX.

Ideoq; ego Apoſtolus Dei Petrus, qui vos adoptiuos habeo filios, ad defendendũ de manibus aduerſariorum hãc Romanã ciuitatem, & populũ mihi à Deo commiſſum, ſeu & domum, vbi ſecundum carnem requieſco, de contaminatione gentium eruendam, veſtram omnium prouocans dilectionem adhortor, & ad liberandam Eccleſiam Dei mihi à diuina potentia commendatam omninò proteſtãs admoneo, pro eo quod maximas afflictiones & oppreſſiones à peſſima Longobardorum gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantiſſimi, ſed pro certo confidite, memetipſum tamquam in carne coram vobis viuum aſſiſtere, & per hanc adhortationem validis conſtringere atq; obligare adiurationibus. Quia ſecundũ promiſſionẽ, quam ab eodem Domino Deo & Redemptore noſtro accepimus, peculiares inter omnes gẽtes, vos omnes Francorum populos habemus.

C

FRANCI PECVLIARES FILII D. PETRI.

*Itaque proteſtor, & admoneo tanquam in * ænigmate, & firma obligatione coniuro vos Chriſtianiſſimos Reges, Pipinum, Carolum, & Carolomannum, atque omnes ſacerdotes, Epiſcopos, Abbates, presbyteros, vel vniuerſos religioſos monachos, & vel cunctos Iudices, item Duces, Comites, & cunctum Francorum Regni populum, & tamquam præſentialiter in carne viuus aſſiſtens coram vobis ago ego Apoſtolus Dei Petrus: ita firmiter credite vobis per adhortationis alloquij verbum: quia etſi carnaliter deſum, ſpiritualiter autem à vobis non deſim. Quoniam ſcriptum eſt*[f]*: Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem ſuſcipit prophetæ.*

D

[f] Matt. 10.

XX. NOMINE DEI GENITRICIS ET OMNIVM SANCTORVM AGIT.

Sed & Domina noſtra Dei Genitrix ſemper Virgo Maria nobiſcum vos magnis obligationibus adiurans proteſtatur, atq; monet & iubet, ſimul etiam & Throni atq; Dominationes, vel cunctus cæleſtis militiæ exercitus, necnon & Martyres, atq; Confeſſores Chriſti, & omnes omninò Deo placentes, & hi nobiſcum adhortantes, & coniurantes proteſtantur: quatenus doleat vobis pro ciuitate iſta Romana nobis à Domino Deo commiſſa, & ouibus Dominicis in ea commorantibus, necnon & pro ſancta Dei Eccleſia mihi à Domino commendata: defendite atq; liberate eam ſub nimia feſtinatione de manibus perſequentium Longobardorum, ne (quod abſit) corpus meum, quod pro Domino Ieſu Chriſto tormenta perpeſſum eſt, & domus mea, vbi per Dei præceptionem requieſcit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur ampliùs, nec trucidetur ab ipſa Longobardorum gente, qui tanto flagitio periuri, reiexi-

E

ſtiuæ, & tranſgreſſores diuinarum ſcripturarum probantur. Præſtate ergo populo meo Romano mihi à Deo commiſſo, in hac vita fratribus veſtris, Domino cooperante, præſidia totis veſtris viribus, vt ego Petrus vocatus Dei Apoſtolus in hac vita, & in die futuri examinis vobis alterna impendens patrocinia, in Regno Dei lucidiſſima ac præclara vobis præparem tabernacula, atq; præmia æterna retributionis, & infinita paradiſi gaudia vobis pollicens ad vicem tribuã: dummodo meum peculiarem populum & Romanam meam ciuitatem fratres veſtros Romanos de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defenderitis.

XXI. Efficaces ingerit Stephanus preces.

*Currite, per Deum viuum & verũ vos adhortor & proteſtor. Currite, & ſubuenite, antequàm fons viuus, vnde ſacrati & renati eſtis, areſcat: antequam ipſa modica ſcintilla de flagrantiſſima flamma remanens, de qua veſtram lucem cognouiſtis, extinguatur: antequam mater veſtra ſpiritualis, ſancta Dei Eccleſia, in qua vitam ſperatis accipere æternam, humilietur, inuadatur, & ab impijs violetur, atque contaminetur. Proteſtor vos, dilectiſſimi filij mei adoptiui, per gratiam Spiritus ſancti proteſtor, & nimis coram Deo terribile, creatore omnium, adhortor atq; admoneo ego Apoſtolus Dei Petrus, & vnà mecũ ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, quam mihi Dominus commiſit: ne patiamini perire hanc ciuitatem Romanam, in qua corpus meum conſtituit Dominus, quam & mihi cõmendauit, & fundamentum fidei conſtituit. Liberate eam, & eius Romanum populum, fratres veſtros; & nequaquam inuadi permittatis à gente Longobardorum. Sic enim ſint inuaſa prouinciæ & poſſeſſiones veſtræ à gentibus quas ignoratis. Non ſeparemini à populo meo Romano: ſic enim non ſitis alieni aut ſeparati à Regno Dei, & vita æterna. Quicquid enim poſcetis à me, ſubueniam vobis videlicet, & patrocinium impendam. Subuenite populo meo Romano, fratribus veſtris, & perfectiùs decertate, atque * finem imponite ad liberandum eis. Nullus enim accipit coronam, niſi qui legitimè decertauerit: & vos decertate fortiter pro liberatione ſanctæ Dei Eccleſiæ, ne in æternum pereatis.*

*fidem impendite

XXII. Vrget vehementius precibus Papa.

Coniuro vos (vt præfatum eſt) dilectiſſimi, per Deum viuum, & omnino proteſtor, minimè permittatis hanc ciuitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum ampliùs à gente Longobardorum laniari, ne lanientur & crucientur corpora & animæ veſtræ in æterno atque inextinguibili igni tartareo cũ diabolo, & eius peſtiferis angelis: & ne diſpergantur ampliùs oues Dominici gregis mihi à Deo cõmiſſi, videlicet populus Romanus: ne vos diſpergat & proiiciat Dominus, ſicut Iſraeliticus populus diſperſus eſt.

*Declaratum quippe eſt, quòd ſuper omnes gẽtes, quæ ſub cælo ſunt, veſtra Francorum gens Apoſtolo Dei Petro prima * extitit; & ideò Eccleſiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus Vicarij mei commendaui ad liberandum de manibus inimicorum. Firmiſſimè enim tenete, quòd ego ſeruus Dei vocatus Apoſtolus, in omnibus veſtris neceſſitatibus, cum modo precati eſtis, auxiliatus ſum, & victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis veſtris tribui: & in ante attribuam nihilominùs, credite, ſi ad liberandũ hanc meã ciuitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, dum contra vos prælium inceperunt, à vobis qui paruo numero contra eos fuiſtis, proſterni feci. Pro quo decertate, hanc meam velociter adimplere admonitionem, vt perfectiùs mereamini meum auxilium adipiſci, per gratiam quæ mihi data eſt à Chriſto Domino Deo noſtro.*

*exiſtit

Excellit gens Francorum omnes gentes.

XXIII. *Ecce, filij cariſſimi, prædicans admonuĩ vos. Si obedieritis velociter: erit vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis ſuffragijs adiuuari, & in præſenti vita omnes veſtros inimicos ſuperantes, & longæui exiſtentes, bona terræ comedetis, & æternã proculdubio fruemini vitã. Sin autem (quod non credimus) & aliquam poſueritis morã, aut admonitionem, minimè velociter hanc noſtram adimplendã adhortationem, ad liberandam hanc meam ciuitatem Romanam & populum in ea commorantem, & ſanctam Dei Apoſtolicam Eccleſiam à Domino mihi commiſſam, ſimul & eius Præſulem: ſciatis vos ex auctoritate ſanctæ & vnicæ Trinitatis per gratiã Apoſtolatus, quæ data eſt mihi à Chriſto Domino, vos alienari pro tranſgreſſione noſtræ adhortationis à Regno Dei, & vita æterna. Sed Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nos ſuo pretioſo ſanguine redemit, ad lucẽ perduxit veritatis, nos quoq; prædicatores & illuminatores totius mũdi conſtituit, det vobis ea ſapere, & intelligere, eaq; diſponere nimis velociter, vt celeriùs hanc ciuitatem Romanam, & eius populum, ſeu ſanctam Dei Eccleſiam mihi à Deo commiſſam ad eruendum occurratis, quatenus miſericorditer, ſicut fidelibus ſua potentia, meis pro vobis interuenientibus ſuffragijs, & in præſente vita lõgæuos, ſoſpites, & victores conſeruare iubeat, & venturo in ſeculo dona ſoa remunerationis faciat multipliciùs promereri cum Sanctis & electis ſuis. Bene valete.*

Comminatur excommunicationem.

His acceptis litteris Pipinus Rex, qui nihil antiquius vnquam habuit, quàm Romano Pontifici, cui & Regnum acceptum ferebat, inſeruire, ipſiq; Romanæ Eccleſiæ præſtò eſſe: mox comparato exercitu, expeditionem in Italiam aduerſus Regem Lõgobardorum fœdifragum parat. Quomodo autem, præuio eodem Apoſtolorum principe Petro, res quàm feliciſſimè geſta eſt, Anaſtaſius enarrat his verbis: XXIV.

At verò ad hæc Chriſtianiſſimus Pipinus Francorũ Rex feruore fidei motus, iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem, ad Longobardorum partes coniunxit, peruenit ſcilicèt ad Clauſas, & funditùs eorundem euertit Longobardorum exercitum. Et enim cum ad prædictas Longobardorum Clauſas iam fatus Chriſtianiſſimus Pipinus Francorum appropinquaret Rex; coniunxerunt in hãc Romanam Vrbem Imperiales Miſſi Gregorius ſcilicèt Protoſecreta, & Ioannes Silentiarius directi ad prædictum Frãcorum Regem. Quos ſuſcipiens beatiſſimus Papa, eiſdem motionem præfati Francorum Regis nuntiauit: quod quidem illi dubium habuerunt credendi, & adhærentem Miſſum Apoſtolicæ Sedis, eos in Frãciam abſoluit, dimiſit videlicèt. Et pergentes marino itinere, quantocyus Maſſiliam aduenerunt. In quam peruenientes didicerunt, iam prædictum Francorum Regem Longobardorum fines fuiſſe ingreſſum, iuxta adhortationem antefati beatiſſimi Papæ, & promiſſionem quam beato Petro iureiurando obtulerat. Et hæc cognoſcentes ipſi Imperiales Miſſi, triſtes effecti, nitebantur dolosè Miſſum Apoſtolicæ Sedis detinere Maſſiliæ, vt minimè ad dictum properaret Regem, affligentes eum validè. Sed interueniente beato Petro Apoſtolorum Principe, eorum callida ad nihilum deducta eſt verſutia.

Pipini celeris expeditio in Longobardos.

XXV. *Itaq; vnus ex ijs,* Gregorius videlicèt, *Protoſecreta præcedens Apoſtolicæ Sedis Miſſum, celeriter prænominatũ Francorum aſſecutus eſt Chriſtianiſſimum Regem, quẽ & in finibus Longobardorum non procul à Papia reperit ciuitate. Et nimis eum deprecans, atq; plura ſpõdens tribuit Imperialia munera, vt Rauennatium vrbẽ, vel cæteras eiuſdẽ Exarchatus ciuitates & caſtra Imperiali tribuens concederet ditioni. At nequaquã valuit firmiſſimũ iam fati Chriſtianiſſimi atque benigniſſimi fidelis Dei, & amatoris beati Petri Apoſtoli, ſcilicèt antefati Pipini Francorum Regis inclinare cor, vt eaſdem ciuitates & loca Imperiali tribueret ditioni; aſſerens idẽ Dei cultor mitiſſimus Rex, nullâ penitùs ratione eaſdẽ ciuitates à poteſtate beati Petri, & iure Eccleſiæ Romanæ, vel Põtificis Apoſtolicæ Sedis quoquo modo alienari pati, affirmãs ſub iuramẽto, quòd nullius hominis fauore ſeſe certaminis ſæpe dediſſet, niſi pro amore beati Petri, & venia delictorum, aſſerens & hoc quòd nulla eum theſauri copia ſuadere valeret, vt quod ſemel beato Petro obtulit, auferret. Et hoc prædicto Imperiali Miſſo reddẽs in reſpõſis; continuò eum ad propria remeandũ per aliam viam abſoluit, qui & ſine effectu Romam coniunxit.*

Conſtans fides Pipini erga Romanam Eccleſiam.

XXVI. *Redditæ civitates Eccleſiæ addito Comaclio.*

Dum verò antefatus benigniſſimus Pipinus Francorum Rex Papiam obſideret, conſtringeret ciuitatem: tunc Aiſtulphus atrociſſimus Rex Longobardorum, vt veniam ſibi tribueret, rogauit, & quas priùs contempſerat conſcriptas in pacti fœdere reddere ciuitates, ſe modis omnibus profeſſus eſt redditurum. Et denuò confirmato anteriori pacto, quod per elapſam octauam Indictionem inter partes conuenerat, reſtituit ipſas ciuitates, addens & caſtrum, quod cognominatur * *Comiaclum. De quibus omnibus receptis ciuitatibus donationem in ſcriptis beato Petro atque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel omnibus in perpetuum Pontificibus Apoſtolicæ Sedis emiſit poſſidendam; quæ & vſque hactenus in Archiuo ſanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur. Ad recipiendas verò ciuitates miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum conſiliarium, id eſt, Fulradum venerabilem Abbatem. Et continuò eius eximietas cum ſuis exercitibus Franciam repedauit.*

* al. Comaclum

Prænotatus autem Fulradus venerabilis Abbas & presbyter Rauennatium partes cum miſſis iam fati Aiſtulphi Regis coniungens, & per ſingulas ingrediens ciuitates, tam Pentapoleos, quàm Æmiliæ, eaſq; recipiens, & obſides per vnamquamque auferens, atque Primates ſecum vnà cum clauibus portarum ciuitatum deferens, Romam coniunxit. Et ipſas claues tam Rauennatium vrbis, quamq; diuerſarum ciuitatum ipſius Rauennatium Exarchatus, vnà cum ſupradicta donatione de eis à ſuo Rege emiſſa in Confeſſione beati Petri ponens, eidem Apoſtolo & eius Vicario ſanctiſſimo Papæ, atq; omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus perenniter poſſidendas, atq; diſponẽdas tradidit, id eſt, Rauennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenam, Senogallias, Eſium, Forum Pompilij, Forum Liuij cum Caſtro Suſſubio, Montem Feretrum, Acerragium, Montẽ Lucati, Serram caſtellum ſancti * *Mariani, Bobium, Vrbinũ, Gallium, Lucrolos, Eugubium,* * *Comiaclum, necnon ciuitatem Narnienſem, quæ à Ducatu Spoletano à parte Romanorum per euoluta ſpacia fuerat inuaſa.* hæc Anaſtaſ.

* Marini
* Comaclium

XXVII. *Pipini donatio facta Rom. Eccleſiæ.*

Cæterum Leo Oſtienſis[a] latioribus extendit terminis eiuſmodi donationem Pipini, ait enim: *Fecit autem idem inclytus Rex vnà cum filijs conceſſionem beato Petro, eiuſq; Vicario de ciuitatibus Italiæ & territorijs per deſignatos fines, à Lunis cum inſula Corſica, inde Suranum, inde in montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam, & Montem ſilicis, ſimulque vniuerſum Exarchatum Rauennæ, ſicut antiquitùs fuit cum prouincijs Venetiarum & Iſtriæ, cunctumq; Ducatum Spoletinũ & Beneuentanum. Eamq; donationem manu propriâ & filiorum, pluriumorumq; Iudicum & Optimatum ſubſcriptione roborauit. Demum idem Rex vnà cum Romano Põtifice in Italiam veniens, Rauennam & alias viginti ciuitates eidem Aiſtulpho memorato ſublatas Apoſtolicæ Sedi ſubiecit, cuius rei gratiâ Romanus Patricius conſtitutus eſt.* hæc Leo, non ſolùm poſt debellatum hoc anno Aiſtulphũ recenſens ciuitates Romanæ Eccleſiæ redditas, ſed & alias anteà eiuſdem donatione collatas.

[a] *Leo Oſtienſ. hiſt. Caſſin. lib. 1. c. 7.*

XXVIII. Sic igitur, ſecundùm illud Dauidicum[b]: *Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum.* Deus omnem barbari truculenti furorem non ſolùm compeſcuit, ſed redegit in nihilum. Subiecit eum ipſi Pontifici, aduerſus quem adeò ingẽtem conduxiſſet exercitum, & obſeſſum vndique coarctaſſet. qui & liberatus, & exaltatus, Petri occinuiſſe iure potuit epinicia[c]: *Nũc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis.* & illud inſuper carmen Dauidicum, ad Deum conuerſus, cum admiratione cantare[d]: *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas; & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me: multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me: nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi.* ſic vnà cum vniuerſa Eccleſia ſummas ipſi DEO gratias agens, ad reſtauranda loca ſancta, quæ impius excuſſerat vel fuerat demolitus, ſe conuertit.

[b] *Pſal. 88.*
[c] *Act. 12.*
[d] *Pſal. 70.*

Contigit eodem anno, vt cùm mortuus eſſet in Gallijs Carolomannus Germanus Pipini Regis, S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus peteret ab eodem Pipino Rege confirmari donationem factam ab ipſo Carolomanno Fuldenſi cœnobio, aliaq; ipſi monaſterio conceſſa priuilegia ſuis ſcriptis pariter roborare. Cui ſancti viri petitioni idem Rex annuens iſtas ad eum literas dedit:

Pipinus confirmat donationem Carolomanni factam Fuldenſi monaſterio.

XXIX. *Pipinus Rex Francorum V. C. Bonifacio Archiepiſcopo & Legato Germanico ab Apoſtolica Sede directo.*

Quia veneranda pietas tua noſtram excellentiam poſtulauit pro monaſterio, quod à te nouiter inſtructum eſt in ſolitudine Buchonia iuxta fluuium Fulda in loco, quem beatæ memoriæ Carolomannus germanus noſter legitima donatione tibi conceſſit, vt ſicut ex auctoritate ſancti Petri Principis Apoſtolorum, pro quo legatione fungeris priuilegio Sedis Apoſtolicæ ſublimatum eſſe conſtat, ita etiam noſtræ auctoritatis præcepto roboretur: placuit nobis petitioni tuæ aſſenſum præbere. Et ideò hanc noſtram præceptionis ſeriem ob honorem Dei & venerationem ſancti Petri cõſcribi iuſſimus, per quam priuilegium Sedis Apoſtolicæ à beato Zacharia tibi collatum, cum conſenſu Epiſcoporum, cunctorumq; fidelium noſtrorum per omnia roboramus, præcipientes, vt nullus ſacerdotum in Regno noſtro diuinitùs nobis conceſſo, in præfato monaſterio iuriſdictionem aliquam ſibi vendicet præter Apoſtolicam Sedem, ita vt niſi ab Abbate monaſterij fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibi quiſquam præſumat celebrare: ſed iuxta id quod ſubiectum conſtat Apoſtolicæ Sedi, firmitate priuilegij inconcuſsè roboratum permaneat. Locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet vel poſſidet, quã quas futuris temporibus iuribus ipſius monaſterij diuina pietas augere voluerit ex donis, oblationibus, decimiſq; Fidelium, abſq; vllius perſonæ contradictione, firmitate perpetuâ perfruatur. Si autem quiſquam noſtræ auctoritatis præcepto repugnare voluerit, ſententiam Apoſtolicæ diſtrictionis, quæ in priuilegio expreſſa eſt, experiatur. Et tamen hoc quod ob amorem Dei & venerationem ſancti Petri auctoritate noſtrâ firmauimus, ſtabile permaneat manu noſtrâ roboratum, & tam annuli noſtri impreſſione, quàm fidelium noſtrorum adſtipulatione ſubnixum. hactenùs Pipini ad Bonifacium miſſum priuilegium, haud diu ante martyrium ab eo conſummatum, quod hoc anno fieri contigit Nonis Iunij. In quo planè mirãdum, quod qui ſæpè petiit miſſionem à Zacharia Romano Põtifice iam ſenectute confectus, vt quieſcere iam poſſet in monaſterio à ſe erecto hanc ob cauſam, vt ſenectutis veluti portum illud haberet: tamen illo conſtructo & in omnibus bene diſpoſito, tantùm abeſt vt ad optatam contulerit ſe quietem, vt laborioſioris prædicationis ſuſciperet onus, nempe vt animo promptiori difficillimamque omnium ſubiret prouinciam Friſijs Euangelium prędicandi, qui illud ſæpè ab alijs prædicatum, vt vidimus, ſæpiùs abiecіſſent.

S. Bonifacius ſuſcipit prædicationem ad Friſios.

XXX. At decebat Apoſtolicum virum Apoſtolicos vſque ad obitum ſubire labores, atque demum Apoſtolatum ſuum relinquere, Apoſtolorum more, proprio ſanguine conſignatum, vt nihil minùs haberet Germania ab alijs erectis ab Apoſtolicis viris Eccleſiis, ſed perenni memoriâ, ſummâ gloriâ, tanto Apoſtolo gloriaretur & Martyre, à quo receperit Euangelium teſtatum ſanguine, morte ſignatum, miraculorum ſigillo munitum, atque etiam (ne quid deeſſet) ſcriptis multiplicibus roboratum: vt nonniſi procax & temerarius, proteruus atq; ſacrilegus, infidelis & perfidus, impius & execrabilis, nefandus denique ac diabolicus habendus is eſſet,

Germanorum Eccleſ. omnibus dotibus aucta per S. Bonifacium.

A qui diſſoluere illud auderet, ac penitùs ſcindere. ita planè cenſebit omnis qui rationis non ſit penitùs expers.

At ſanctiſſimi ſenis, deſignati Martyris, ad Friſios prædicationis gratiâ profecturi aſſectantes veſtigia reliquas res geſtas vſque ad conſummationem martyrij proſequamur, quibus tanquam Apoſtolicis ſignis nobilitari noſtros Annales, certò ſcimus. Inuicto igitur animo, diuini Spiritus gratiâ roborato aggreſſurus S. Bonifacius illius conuerſionẽ gentis Friſiorum, quæ fide Chriſtianâ relictâ, defecerat in Paganiſmum, obicẽ illum primùm inuenit, quòd

COLONIENSIS EPISC. FRISIORVM SIBI VENDICAT ECCLESIAM.

Colonienſis Epiſcopus aſſereret, gentem illam, atque ſedem Epiſcopalem conſtitutam Traiecti, ad ſuam diœceſim pertinere. B Contrà verò Bonifacius aſſerebat, pleno iure ſpectare abſq; medio ad Romanam Eccleſiam cuius Legatus eſſet. Cuius controuerſiæ causâ hanc ſcripſit epiſtolam, quæ in aliquibus codicibus appendix ponitur ad ſuperiorem ad eundem Stephanum Papam datam: in Vaticano autem hac inſcriptione habetur notata:

XXXI. BONIFACII EPIST. AD STEPHANVM PAP.

Venerando ac diligendo Domno Apoſtolatûs priuilegio prædito Stephano Papæ Bonifacius exiguus Legatus vel Miſſus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ optabilem in Chriſto caritatis ſalutem.

Iam tempore Sergij Apoſtolicæ Sedis Pontificis venit ad Limina ſanctorum Apoſtolorum presbyter quidam miræ abſtinentiæ & ſanctitatis generis Saxonum, nomine Vuillebrord, & alio nomine Clemẽs vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinauit, & ad prædicandum ad paganam C *gentem Friſonum tranſmiſit in littoribus Oceani Occidui, qui per quinquaginta annos prædicans, præfatam gentem Friſonum, maxima ex parte cõuertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & ſedem Epiſcopalem, & Eccleſiam in honore ſancti Saluatoris conſtituens in loco & Caſtello, qui dicitur Traiectum. Et in illa ſede, & Eccleſia ſancti Saluatoris, quam conſtruxit prædicans, vſq; ad decrepitam ſenectutem permanſit, & ſibi *chorepiſcopum ad miniſterium complendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum.*

* Coëpiſcopum

XXXII. DE TRAIECTENSI ECCLESIÆ IVRIBVS.

Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi ſedem illam. ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci. D *Nunc autem Colonienſis Epiſcopus illam ſedem prædicti Epiſcopi Clementis à Sergio Papa ordinati ſibi vſurpat. & ad ſe pertinere dicit, propter fundamenta cuiuſdam deſtructæ à Paganis Eccleſiæ, quam Vuillebrordus dirutam vſque ad ſolum in Caſtello Traiecto reperit, & eam proprio labore à fundamento conſtruxit, & in honorem ſancti Martini conſecrauit; & refert, quod ab antiquo Rege Francorum Dagoberto Caſtellum Traiectum cum deſtructa Eccleſia ad Colonienſem Parochiam donatum cum ea conditione fuiſſet, vt Epiſcopus Colonienſis gentem Friſonum ad fidem Chriſti conuerteret, & eorum prædicator eſſet, quod & ipſe non fecit, non prædicauit, non conuertit Friſones ad fidem Chriſti, ſed pagana remanſit gens Friſonum vſquequò venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius* E *ſupradictum ſeruum Dei Vuillebrordum Epiſcopum ad prædicandum ſupradictæ genti tranſmiſit, qui illam gentem (vt præfatum ſum) ad* CHRISTI *fidem conuertit. Et modo vult Colonienſis Epiſcopus ſedem ſupradicti prædicatoris Vuillebrordi ſibi contrahere, vt non ſit Epiſcopalis ſedes ſubiecta Romano Pontifici, prædicans genti Friſonum. Cui reſpondebam (vt credidi) quòd magis & fortius fieri debeat præceptum Apoſtolicæ Sedis, ordinatio Sergij Papæ, & legatio venerandi prædicatoris Vuillebrordi, vt & fiat Epiſcopalis ſedes ſubiecta Romano Pontifici prædicans genti Friſonũ, quàm magna pars illorum adhuc Pagana eſt, quia deſtructæ Eccleſiolæ fundamenta diruta & à Paganis conculcata, & per negligentiam Epiſcoporum derelicta, ſed ipſe non conſentit.*

XXXIII.

A *Sed modò Paternitatis veſtræ indicio mihi indicare dignemini, & ſi hoc iuſtum ſit; reſponſum & vobis placeat illi Colonienſi Epiſcopo reddi, & veſtra auctoritate roborare, vt præceptum Sergij Papæ, & ſedes illa ſtabilis permaneat. Sic enim poteſtis nos (ſi vobis placet) adiuuare, ſi de ſcrinio Eccleſiæ veſtræ exemplar iubetis & mihi tranſmittere, quo quid prædicto Epiſcopo Vuillebrordo ordinato ſanctus Sergius præceperit, & conſcripſerit, vt ex auctoritate ſanctitatis veſtræ contradicentes conuincere & ſuperare valeam. Si autem aliter iuſtius ſanctitati veſtræ videatur; conſilium Paternitatis veſtræ inſinuare mihi dignemini, vt ſequar.* hactenùs Bonifacij epiſtola ad Stephanum Papam, & nouiſſima earum quę reperiuntur ad Romanum Pontificem ſcriptæ; cùm tamen B deſiderari ea videatur, quâ eumdem exorauit Pontificem Stephanum, vt occaſione profectionis ad prædicandum Euangelium Friſijs, liceret ſibi relinquere in ſua Eccleſia Moguntina Lullum creatum

BONIFACIVS LVLLVM RELINQVIT MOGVNTIÆ.

Epiſcopum, qui relictum gregem fideliſſimè cuſtodiret: inter ſuos enim ſuos diſcipulos ipſum elegit, quem cerneret præſtare prudentiâ atque ſcientiâ. At licèt aliàs ſuperiùs (vt vidimus) id ipſe Bonifacius ab ipſo Romano Pontifice expetiiſſet, nunquam tamen potuit obtinere, quámuis enixis precibus exoraſſet, ſic DEO diſponente, vt ſemel Apoſtolatûs muneri mancipatus, illud ad obitum vſque laborans impleret. Modò autem quòd iuſtiſſima cauſa id videretur exigere, non amor quie- C tis, vt anteà, ſed maioris laboris ſuſceptio, quàm facillimè impetrauit; cuius rei gratiâ voluit idem Bonifacius interpellare Pipinum Francorum Regem, litteris ea de re ad Fulradum eiuſdem Regis Capellanum primarium datis, quæ cùm DEI beneficio adhuc extent integræ, ex ſcriptis citatis ſæpè codicibus hic tibi reddimus, ſic enim ſe habent ipſæ, quibus & eidem commendat Regi ſuos quos proficiſcens reliquit diſcipulos præſcius futurorũ[a]:

[a] Ex cod. Co. epiſt. 45.

XXXIV. BONIFACII AD FVLRADVM EPIST.

Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei, gratia Chriſti Epiſcopus, cariſſimo conſacerdoti Fulrado presbytero, perennem in Chriſto caritatis ſalutem.

Fraternæ dilectioni tuæ propter ſpiritualem amicitiam, quam ſæpè in neceſſitatibus meis pro Dei intuitu mecum D *feciſti, dignas gratias quantas meruiſti, perſoluere non poſſum. Sed Dominum omnipotentem deprecor, vt tibi in alto cœlorum culmine mercedis præmia in gaudio Angelorum æternaliter retribuas. Nunc autem in Chriſti nomine deprecor, vt quod bono initio cœpiſti, cum bono fine perficias idem, vt meo verbo glorioſum & amabilem Regem noſtrũ Pipinum ſalutes, & illi magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit; & vt illi referas, quid mihi & amicis meis ſimiliter eſſe videtur, quòd vitam iſtã temporalem, & curſum dierum meorum per iſtas infirmitates citò debeam finire: Proptereà deprecor * magnitudinem Regis noſtri pro nomine Chriſti Filij Dei, vt mihi nunc viuenti indicare & mandare dignetur circa diſcipulos meos, qualem mercedem noſtram de illis facere voluerit. Sunt* E *enim penè omnes peregrini; quidam presbyteri per multa loca ad miniſterium Eccleſiæ & populorum conſtituti, quidam ſunt monachi per cellulas noſtras, & infantes ad legendas litteras ordinati: ſunt etiam aliqui ſeniores, qui lõgo tempore mecum viuentes laborauêre, & me adiuuabãt.*

* celſitudinem

XXXV.

De his omnibus ſolicitus ſum, vt poſt obitum meum non diſperdantur, ſed vt habeant mercedis veſtræ conſilium, & patrocinium celſitudinis veſtræ, & non ſint diſperſi, ſicut oues non habentes paſtorem, & populi prope Marcam Paganorum non perdant legem CHRISTI. *Proptereà almitatis veſtræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, vt filiolum meum, & Coëpiſcopum Lullum, ſi Deus voluerit, & ſi clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſteriũ populorũ & Eccleſiarũ componere & conſtituere faciatis prædicato-*

DE LVLLO EPISCOPO.

die storem, & doctorem presbyterorum & populorum. Et ſpero, ſi Deus voluerit, quod in illo habeant presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem & paſtorem. Propterea hoc ſiori maximè peto, quia presbyteri mei propè Marcam Paganorum pauperculam vitam habent, panem acquirere ad manducandum poſſunt, ſed veſtimenta inuenire ibi non poſſunt, niſi aliundè conſilium & adiutorem habeant, vt ſuſtinere & adiuuare in illis locis ad miniſterium populi poſſint, eodem modo ſicut ego adiuui. Et ſi pietas Chriſti hoc vobis inſpirauerit, & hoc quod peto conſentire & facere volueritis: per hos Miſſos meos præſentes, aut per litteras pietatis veſtræ hoc mihi mandare non dedignemini, vt eo lætior in mercede veſtra vel viuã, vel moriar. hæc ad Fulradum S. Bonifacius: qui cum haud obſcuris verbis ſignificarit, ſe citò ex hoc ſæculo migraturum, diuinum reſponſum de ſuo exitu accepiſſe, par eſt credere, ſicut Apoſtolo Petro ſcimus reuelatum fuiſſe, quod ipſe teſtatur dicens [a]: Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundùm quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Tamquàm igitur non ampliùs reuerſurus Bonifacius cũcta diſpoſuit. Qui enim poſt Wilibaldum res ab eo geſtas eſt proſecutus, hæc ad finem habet:

[a] 2. Pet. 1.

XXXVI. Antequàm autem [b] tam periculoſo ſe daret itineri, ſciens abſurdum id eſſe, ſi quis proprijs poſthabitis ouibus, alienas curandas ſuſcipiat, ſanctum Lullum qui prædicationũ & laborum eius comes extiterat, cuiuſque virtutes omni honore dignas nouerat, conſentiente tum Pipino Rege, tum Epiſcopis, Abbatibus, canonicis & proceribus ad ipſius diœceſim pertinentibus, per ſe Epiſcopum ordinauit: id quod iam antè à Romano Pontifice impetrarat. Deinde manu ſuâ apprehenſum commendauit illum cunctis Principibus illic congregatis, vt ei tanquàm patri obedirent, & in omni neceſſitate adiutores ſe illi præberent. Poſteà ad Thuringos & Rheni accolas profectus, ſimiliter fecit. Poſtremò ipſum ſanctum Lullum adhortans ait: Quandoquidem tempus reſolutionis meæ appropinquat, decreui proficiſci quocumque diuina gratia viſum eſt me mittere. Tu ergo, fili cariſſime, animarum mihi creditarum curam age. Tu populum ab errore reuoca: Tu inchoatam baſilicam meam apud Fuldam abſolue, & illic corpus meum vbicunque tandem deceſſero, trade ſepulturæ. Tum præterea da operam, vt habeamus itineri noſtro res neceſſarias, & linteum quo hoc decrepitum corpus poſt obitum obuoluatur, in librorum meorum theca repone. hæc cùm vir ſanctus dixiſſet: tametſi Lullus ab imo pectore multa traheret ſuſpiria, & præ dolore nimio lachrymas cohibere non poſſet: non tamen auſus eſt quicquam ſe illi opponere.

[b] Vit. S. Boniſ. l. 2. c. 16.

LVLLVS RELINQVITVR CVRARE ECCLESIAM MOGVNTINAM.

XXXVII. Habentur eadem in Vita S. Liobæ à Rodulpho iuſſu Rabani conſcripta, in qua poſt narrata omnia quæ ſunt tranſacta cum Lullo, auctor iſta ſubijcit: Cùmque hæc & alia huiuſmodi ei mandata dediſſet, accerſitam ad ſe Liobam virginem, quam ex Anglia ad curandas Deo ſacratas virgines vnà cum alijs (vt dictũ eſt ſuperiùs) accerſierat, exhortatus eſt terram peregrinationis ſuæ non deſerere, nec aſſumpti propoſiti vigore laſſeſcere, ſed quotidie bonum quod cœperat, omni ſtudio ampliare, dicens ei, corporis fragilitatem non eſſe conſiderandam, nec prolixæ ætatis ſpatia computanda, nec arduum virtutis finem, nec grauem exiſtimandum perueniendi laborem; præſertim cùm huius temporis ſpatia ad æternitatem comparata breuia ſint, & non ſint condignæ paſſiones præſentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Commendauit autem illam Lullo Epiſcopo & ſenioribus monachorum ſupradicti monaſterij, qui aderant, monens eos, vt cum honore & reuerentia curam eius agerent, ſuaq; voluntatis eſſe affirmans, vt poſt obitum eius, corpus illius ad oſſa ſua in eodem ſepulchro ponerentur, quatenus pariter diem reſurrectionis expectarent, qui pari voto ac ſtudio in vita ſua Chriſto ſeruierant. Quibus dictis, dedit ei cucullam ſuam, rurſus admonens atque conteſtans de nõ relinquendo peregrinationis ſuæ loco. Et ſic præparatis omnibus, quæ in itinere neceſſaria erãt, in Friſiam perrexit. hæc in Lioba Rodulphus. quæ ſequuntur ex rebus geſtis Bonifacij ſunt accepta.

Paucis pòſt diebus nauim cum delectis ad illud iter ſocijs vir beatus ingreſſus per Rheni alueum ad Friſonum regionem incolumis perlatus eſt. Vbi circumquaque progrediens verbum Domini cum multa fiducia prædicauit, & Eccleſias ingenti ſtudio extruxit. Tantam autem gratiam contulit illi Deus, vt intra breue tempus multa virorum ac mulierum millia cum ſuo ſocio Eobano baptizarit. Eum autẽ Eobanum, vt ſuæ ſenectuti aliquod pararet leuamentum, Epiſcopum Traiecti inſtituit. Aderant verò etiam ei presbyteri tres & totidem diaconi, puta, Vuintrugius, Vualterus, & Adalherus, Stirchaldus, Hamuntus & Boſo: Porrò Vuaccarrus, Gunderharus, Vuillibertus & Adolphus profeſſione erant monachi, eumque ſequebantur. atque hi omnes vnanimiter cum illo laborantes in prædicatione Euangelij, meruerunt etiam palmæ martyrij eſſe conſortes. XXXIIX.

Cùm enim per latas ipſorum terras diſcurriſſent, & ad Bortnam flumen perueniſſent, quod eſt in confinio eorum, quos vulgari idiomate vocant Oeſter, & Vueſtercihe, S. Bonifacius ſolis comitibus ſuis ſtipatus iuſſit ibi tentoria figi, volens in eodem loco baptizatorum ſuſtinere aduentum Confirmationis gratiâ. Iam enim appropinquabat dies eidem Confirmationi deſtinatus. Is poſtquàm aduenit, ſole iam ſummos occupante gradus, omnes illi, qui haud aliter atque filij à patre expectabantur, indigni percipere gratiam Spiritus ſancti, quæ illo die per ſacram Confirmationem offerenda erat, ex amicis in hoſtes, & ex neophytis in lictores mutati, cum ingenti ſtrepitu armorum ad Sanctorum caſtra aduolant. Id cernentes famuli, ſumptis armis contra illam furentis populi multitudinem Sanctos tueri nitebantur. At ſanctus Bonifacius audito tumultuantis turbæ impetu, primò quidem ad ſpiritalis præſidij aſylum confugit, Sanctorum reliquias, quas ſemper ſecum circumferre ſolebat, arripiens: deinde accitis ad ſe clericis, è tentorio proceſſit, famulosq; ad reſiſtendum paratos compeſcuit, dicens: Nolite quæſo pugnare, filij mei nolite aduerſarijs bellum inferre, ſed etiam pro malis bona exhibere. Iamdiu optatus adeſt dies: iam tempus illud aduenit, quo de laborioſa ſæculi huius ærumna ad æterna beatitudinis gaudia inuitamur. Cur ergo tantam gratiam, tantam gloriam à vobis excludere vultis? Immò verò confortamini in Domino, & oblata cœleſtis gratiæ munera gratis animis nos excipere patimini. Sperate in Domino, & ipſe nos de periculis omnibus eripiet. XXXIX.

IRRVVNT FRISII IN S. BONIFACIVM.

XL. His, & id genus alijs ſermonibus compeſcuit miniſtros ab armis hoſtibus inferendis. Deinde etiam clericos cuiuſque ordinis patriâ & liberâ voce adhortans: Fratres cariſſimi, inquit, ſi qua diuini cura amoris, ſi qua apud vos meorum admonitionum reſidet memoria, hãc horâ iam declarate: in animum reuocantes illa verba Saluatoris [c]: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animas autem non poſſunt occidere, ſpei veſtræ anchoram in Deo defigite, qui poſt vitam hanc momentaneam perpetuæ ſalutis brauium vobis rependens, ad ciuium ſupernorum conſortium vos perducet. Nolite, obſecro, diuturna inuictarum mentium * præmia in hoc temporis puncto amittere. nolite improbis Gentilium blandimentis & adulationibus eneruari, ſed præſentiſſimum hoc mortis diſcrimen, quod nobis impẽdet, pro illius amore, qui noſtri cauſâ paſſus eſt, conſtanter & viriliter perferte, vt cum illo in æternum gaudere poſſitis.

[c] Matt. 10.

BONIFACIVS SVOS HORTATVR.

* prœlia

XLI. Nondum verò ſanctus Epiſcopus huius ſalutiferæ exhortationis verba abſoluerat, cùm ecce furens illa Paganorum turba cum gladijs & omnis generis infeſta armatura in eos irruit, cruentisque manibus barbarâ quadam feritate eos

MARTYRIVM S. BONIFACII.

trucidat. Inde ad tentoria eorum properant, & tum libros, A
tum ſacrarum reliquiarum capſulas ſecum auferẽtes, arbitrantes ſe magnos in eis argenti & auri theſauros reperturos. Mox ad naues aduolant, alimenta omnia exportãt; & cum aliquid vini illic reperiſſent, hilariter inde potitãt. Poſtea inter ſe tractant de diuidendo theſauro illo, quem ſe inueniſſe falſo exiſtimabãt. Cúmq; longâ diſceptatione nihil inter ſe pacificè poſſent conſtituere, repẽtè inter illos immanis exiſtit diſcordia, quæ eouſq; proceſſit, vt eodem furore, eadem veſaniâ, iiſdemq; armis, quibus ſanctos Martyres ſuæ ſalutis miniſtros iugulâſſent, mutuò ſe conficerent. Eâ cæde peractâ, qui ex iis ſupererant, iterum ſpe pecuniarum incitati ad thecas illas properãt, iniq; confractis, pro auro & argento codices & diuinæ doctrinæ chartas inueniunt. Tũ furore & amentiâ perciti, codices illos partim per campi B
planitiem, partim per paludes diſpergunt, partim in loca incongrua abiiciunt. Qui tamen beneficio Dei, vt cuius eſſet meriti vir ſanctus innoteſceret, poſt longa temporũ ſpacia illæſi & inuiolati reperti ſunt, & ad Eccleſias in quibus hodièq; manent, à ſingulis eorum inuentoribus reportati.

XLII. *In iis autem repertus eſt ſancti Euangelij codex, quem vir beatus pro ſanctitate ſua iugiter apud ſe ferre conſueuerat; qui licèt enſe acuto (vt etiam nunc videre licet) per medium ſectus ſit, nulla tamen littera eâ ſectione abolita eſt. Eum librum fertur ſanctus Epiſcopus tum, cum in eius caput enſis vibraretur, ſicario obieciſſe, & pro tuendo capite (vt tali in periculo fieri ſolet)* vel pro ſpiritali clypeo. Et* *
eſt ſanè illuſtre miraculum, quo & Dei virtus, & beati viri ſanctitas declaratur, in ſecto libro nullius litteræ abolitionem videri. Fruſtrati autem ſpe ſuâ carnifices illi, domum C
triſtes abierunt.

Vbi autem vicini Chriſtiani eam ſanctorum virorũ necem percepêre, terras latronum illorum armata manu inuaſerunt: & cùm ſe ad repugnandum homines impij compararent, ſed tanti ſcelerũ conſcientiâ preſſi, nihil poſſent, in fugam acti, à Chriſtianis interfecti ſunt. Cúmque res illorum diripuiſſent Chriſtiani, ad ſua reuerſi ſunt. Ita qui ſalutis ſuæ miniſtros trucidare non ſunt veriti, duplici contritione cõtriti ſunt, corporis in hac vita, animarum apud inferos. Non diu poſt Traiectenſis Eccleſiæ clerici corpus S. Bonifacij Traiectum deportarunt, & cum multa veneratione tumularunt. Poſtquàm autem reſciuit ſanctus Lullus, conuocatis permultis tam clericis quàm laicis venerabili- D
bus viris, indicauit eis necem S. Bonifacij, & quemadmodum Traiecti humatus ſit: ſimul etiam exponens eis quo in loco ſe adhuc viuens iuſſerit ſepeliri, petijt vt ad eius exequendam voluntatem ipſi velint adiumento eſſe.

XLIII. Quomodo autem Dei nutu Traiecto Moguntiam, & inde Fuldam celebri pompa tranſlatum ſit, idem auctor pluribus narrat, itemq; de miraculis illic fieri ſolitis, atque ad poſtremum hęc de tempore ſedis eius, & necis habet: *Vixit, inquit, in Epiſcopatu S. Bonifacius annos triginta ſex, menſes ſex, & dies totidem. Paſſus eſt cum ſocijs ſuis Nonis Iunij, anno peregrinationis ſuæ quadrageſimo, Incarnationis autem Dominicæ ſeptingenteſimo quinquageſimoquinto.* hæc auctor, qui poſt eius diſcipulum Wilibaldum res ab eo geſtas, ad- E
ditis epiſtolis proſequutus eſt.

Verùm quod ad præſcriptũ numerũ ſpectat annorum trigintaſex Epiſcopatus eius, totidem ſunt non Epiſcopatus, ex quo videlicèt ordinatus eſt Romæ à Grego. eius nominis ſecundo, ſed ex quo munus prędicationis accepit ab eodem, anno Redemptoris ſeptingẽteſimo decimonono, vt ſuperius demonſtratum eſt: Epiſcopatus verò Moguntini quo à Zacharia Papa eſt creatus, nonniſi anni decem numerantur.

XLIV. Sed & corrigendus auctor, qui auxit Bedæ Epitomen, dum habet eundem S. Bonifacium Martyrem obiiſſe anno ſuperiori ſeptingenteſimo quinquageſimoquarto, & quod addit, Redgerum poſt eum conſecratum Archiepiſcopũ à Stephano Romano Pontifice; maioris enim eſt nobis auctoritatis, qui eius Acta proſecutus eſt Wilibaldus eius diſcipulus, imò & Bonifacij ipſius ſcriptæ epiſtolæ, & auctor qui in meliorem ſtylum conuertit atq; auxit vitæ ipſius hiſtoriam. Quod autem in Notis ad Romanum Martyrologium de anno obitus Bonifacij, priori ſententiæ inhæſerimus, quæ apud Bedæ Epitomen expreſſa habetur, per iſta emendari volumus. Sed non prætereundum, quòd apud eundem Bedam numerantur quinquaginta tres Martyres, qui in itinere comites Bonifacij, vnà cum eo æquè tunc ſubière martyrium. Quorum omnium nata-
B lem diem, qui contigit Nonis Iunij, notatum retinent tabulę Eccleſiaſticę, & præter Bonifacium nomine expreſſum quoque Eobanum habent, atque annis ſingulis publicâ memoriâ in Eccleſiis repræſentant. Pręter Wilibaldum, & qui eum ſecutus eſt, auctorẽ, reperitur ſcripſiſſe vitam eiuſdẽ Bonifacij heroico carmine [a] Ruthardus Rabani diſcipulus.

Non omittemus dicere recitari in Cõcilio [b] Triburienſi ſcite dictum Bonifacij, de antiquis ſacerdotibus aureis, in calicibus ligneis, & recentioribus ligneis, in calicibus aureis celebrantibus. ita Sanctus, cùm ſui temporis ſacerdotum ignauiam deploraret. Sed de Bonifacio nec prætereunt, ipſum ſimulac martyrio coronatum innotuit, ab Eccleſia XLV.
C Catholica in album Martyrũ fuiſſe relatum, eiuſq; diem natalem ſolemni ritu in Francorũ Regno potiſſimum celebrari cœpiſſe: quod intelliges ex ijs, quæ obiter [c] Lupus Ferrarienſis, qui ſub Ludouico Pio claruit, ſcribens ad Einardum (idem dictus Eginhardus) qui fuit à ſecretis Carolo Magno, docet his verbis: *Illuſtris Abbas Rabanus poſtquam egreſſus à palatio, foret necne per id temporis iſtic propter legationem ſibi commiſſam, ad liquidum ſcire non potuit; atque ob eam rem hortatus eſt, vt reditum meum ad Nonas Iunij differrem, quando ſolemnitas Bonifacij ſe abeſſe minimè ſineret, niſi fortè ipſi quoque Imperialis iuſſionis, & ea quam grauiſſima præiudicaret auctoritas.* hæc ibi. Quibus ſignificatur feſta dies natalis S. Bonifacij fuiſſe Fran-
D cis ſolemniſſima.

XLVI. Sub hoc anno notata accepimus à docto viro *Ducæo Frontone Societatis Ieſu* ornatiſſimo profeſſore eruta ex codice peruetuſto capitula quædã à Pipino Rege facta, quorum eſt titulus: *Incipiunt capitula de alia Synodo ſub ipſo Domno Rege Pipino facta.*

Si homo inceſtum commiſerit. &c. pluribus cohibẽtur putridæ inquinamenta carnis, quæ infelicitatem huius temporis repræſentant; quibus reſecandis adhibitus eſt cenſuræ gladius. iſta omnia à Pipino facta videntur ante expeditionem in Longobardos adornatam, vt peccata cohibendo faceret ſibi Deum propitium, & benefacientes adiuuando conciliaret ſibi à DEO auxilium aduerſus hoſtes: nam in eodem conuentu hæc ſtatuta leguntur pro
E ſuſcipientibus peregrinationem ad loca ſancta.

De peregrinis humiliter conſtituimus, qui propter Dominum ad Romam, vel alicubi vadunt: vt ipſi per nullam occaſionem ad pontes, & ad Excluſas, aut nauigio detineantur propter ſcripta ſua: nullus peregrino calumniam faciat, nec vllum teloneum ei tollat. Et ſi quis hoc fecerit, qualiſcunque homo hoc comprobauerit, de ſexaginta ſolidis, quos ſoluere debet qui hoc fecit, *triginta illi concedimus, & illi alij in ſacello Regis veniant.* Sic igitur Pipinus dum pietatis ergo peregrinantibus Romam proſpicit, ſecuritatis aperit ſibi viam, vt inter hoſtes liber atque ſecurus Romam veniat, vt ſuo loco patebit.

[a] Trithe. in Chro. Hirſaug.
[b] Con. Trib. c. 18. & de conſec. di. 1. c. Vaſa quibus.
[c] Lup. epi. 5.

Quod

XLVII. *Pavlicia-ni hæretici.* Quod ad res Orientales pertinet, hoc anno Paulicianorum hæreſim, eandem & Manichæorum in Thracia propagatam eſſe, Theophanes auctor eſt. Ita Imperator omnem errorem in Orientalem induci Eccleſiam paſſus eſt, intentus tantùm ipſe ad deſtruendum cultum ſacrarum imaginum. Porrò de Paulicianis ſuperiùs ſæpius dictum eſt.

Copronymi perſecutio dira adverſus Orthodoxos. Sed quæ perſecutio, & diſperſio Orthodoxorum ſecuta ſit pſeudoœcumenicum concilium anno ſuperiori celebratum, auctor qui his intererat, proſequutus acta inſignis Martyris Stephani iunioris, narrat his verbis: *Cernere erat audaciſſima illa facinora, atque impietatem omnem excedentia, quæ ſine vllo metu perpetrabantur. Nã & ſacroſancta vaſa ob venerandarum imaginum picturas pedibus obterebantur, & templorum decor & pulchritudo, quam ſacrarum imaginum picturæ pariebant, partim abradebatur, partim calce illinebatur. etenim vbi Chriſti, aut Matris illius, aut Sanctorum imago erat, vel in ignem coniiciebatur, vel in puluerem redigebatur, vel etiam albario opere inducebatur. At vbi arborum, aut auium, aut beſtiarum effigies, aut etiam circus ac venationes picta erant, hi nimirum ſeruabantur ac ſummâ curâ proſpiciebatur. Quo & Eccleſia toto ſuo ornatu, quem ipſa ſacræ imagines aſſeruãt, ſpoliabatur, & tamquam ſponſa coniuge orbata mæſta & ſqualida atque incompta cernebatur.*

XLVIII. *Quis autem temporis illius calamitatem ſatis dignè deplorare queat? quæ lingua quæ perpetrata ſunt, vlla ratione complecti poſſit? Quæ aures placidè & ſedatè huiuſmodi narrationem excipiet? Tempeſtiuum ſcilicèt tunc erat Prophetæ verba cum lachrymis vſurpare:* [a] *Periit ſanctus de terra, & qui bonum agat inter homines non eſt.* [b] *In ſecuri enim & aſcia Eccleſiæ Chriſti portas confregerunt, atq; igne ſanctuarium ipſius incenderunt. Quænam alio myſtico ſenſu porta hic eſſe queat, quam diuinarum imaginum pictura? Nam ea menti aditum ad exemplar aperit, ac per ea quæ in ſenſum cadunt, ad ea quæ intellectu percipiuntur, animo lucis. Nam alioqui materiam non adoramus, quemadmodum impii facere videmur. Sed ſpiritalem adorationem ad eam rem, quæ figura exprimitur, per picturam referimus. Siquidem imaginis honor (vt cum Baſilio loquar) ad exẽplar aſcendit, atq; hac ratione Crucem, ex quacunque tandem materia conſtructa ſit, adorare ita didicimus, vt non ipſi materiæ, ſed ei affixo cultum tribuamus.*

[a] Mich. 7.
[b] Pſal. 73.
Mala abiconoclaſtis illata Eccleſiis.

XLIX. *Huius porrò veneranda Crucis imago eſt omnis ad exemplarem formam depicta materia. Neque enim illud dumtaxat lignum cui Chriſtus affixus eſt, adorare didicimus, verùm alia quoque omnia, quæ ad Crucis formam expreſſa ſunt. Quamobrem aut diuini ligni formæ cultus negetur, aut etiam Chriſti & Sanctorum imaginibus honor habeatur. Atque hæc à me veluti per digreſſionem dicta ſint, vt iſtos ab Orthodoxa doctrina procul aberrare demonſtremus. Nunc verò eò, vnde huc deflexit oratio reuertatur.* Pergit dicere de diſperſione facta ſanctorum monachorum, qui ciuitates incolebant ad montana, deq; his potiſſimùm agit, qui cõfugerunt ad montem ſancti Auxentii, de quo diu antè, cùm de Synodo Chalcedonẽſi actum eſt, diximus. Ibi enim morabatur magni nominis Stephanus monachus, in quem (vt ſuo loco dicemus) idem Imperator dira prœlia concitauit. ait igitur: *Ad hunc modum Eccleſia laborante ac malè affecta piorum multitudo in ſumma cõſilii inopia & mœrore verſabatur. Ac potiſſimùm ſacrum monachorum agmen, vtpote quod Orthodoxam Fidem arctiùs complecteretur, ita tamquàm ex compacto, tum Byzantio, tum aliis Europæ vrbibus ac Bithyniæ excedentes ad Auxentianum montem ſe contulerunt, ac beatum Stephanum adeuntes, ab eo petebant, vt ducem ſe illis præberet, eoſque conſilio iuuaret. Loquere (inquiebant) ò pater, ſi quis in te conſolationis ſermo eſt, menteſque ingenti mæſtitia oppreſſas cohortare, titubantem animum fulci ne humano metu labefactatus de ipſo ſalutis capite periclitetur, ac pietatem prodat.*

Fvgam conſulit Stephan. et locado cet fvgæ.

Quemnàm ſermonem tunc ad eos habuit ſanctus martyrii candidatus, idem auctor refert cui potuit intereſſe. prætermimus eũ initi, breuitati conſulentes, illa tantùm, quę poſt habitum ſermonẽ locutus eſt, oſtendens quo ſe conferre deberent, hîc reddimus ex eodem auctore, dum ſubdit:

L. *His, & aliis huiuſmodi ſermonibus ad monachorum, qui & ipſi lachrymis madebant, cæteruam viſus Stephanus, hæc verba inſuper adiecit. Ad has tres partes quæ nefariæ hæreſis labem minimè contraxerunt, vt fugiatis, cenſeo. Neque enim alius locus eſt, qui quidem ſub draconis huius Imperio ac poteſtate ſit, qui ab eius veneno purus manſerit, quàm ea quæ ad accliue Ponti Euxini ſunt, hoc eſt, Zichia, & Cherſonus, & Boſphori, & Nicopſis, & Gothiæ, atque ea item quæ ad Parthenium mare ſe porrigunt. Quin & id quod in antiquioris Romæ declivi eſt, ac Nicopolitana, & Neapolitana Metropolis, quæque ad Romanum vſque flumen protenduntur. Sed & Lyciæ prouinciæ climata, hoc eſt,* * *ex Sylæ ſicu, ac denique Cypria inſula, quæque è regione ipſius ſunt vſque ad Tyrum & Ioppem. Hæ, inquam, partes ab execrando hoc dogmate puræ perſtiterunt.* pergit dicere de Romano Pontifice & tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, qui ſuis ſcriptis eundẽ hæreſim proſciderunt, quæ nos anno ſuperiori, opportunâ occaſione poſuimus. & poſt hæc idem auctor.

LI. *Hæc,* inquit, *verba, vt pius ille cœtus audiuit, piumque virum velut extremum allocutus atque complexus eſt, ad loca quæ cuique commodiora viſa ſunt, ſeſe contulerunt, in hoc quoque videlicèt Chriſto obtemperantes:* [c] *quippe qui eos qui perſecutionem patiuntur, ex vna vrbe in aliam profugere iubeat: quandoquidem minimè conuenit, vt ipſi noſmet in pericula coniiciamus; quemadmodũ contrà reprehenſione non caremus, ſi in periculis conſtituti animum deſpondeamus. Spectabatur itaque Byzantium, velut in expugnatione quadam captiuitate oppreſſum, monaſticoque habitu priuatum, & tamquam in ſqualorem redactum: ſublato nimirum atro colore, qui priùs ad vrbis ornatum albo mixtus erat. Etenim alius ad Euxinum Pontum nauigabat, alius ad Parthenium pelagus omni feſtinatione cõtendebat, alius Cyprum petebat, alius ad antiquiorem Romam properabat.* hæc ibi, & alia quæ ſuo loco reddita ſunt ſuperiùs, auctor habet.

[c] Matth. 10.

IESV CHRISTI
Annus 756.

STEPHANI PAP. III. Annus 5. CONST. COP. IMP. Annus 16.

I. *Obitvs Aistvlphi regis.* QVI ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus ſextus numeratur Indictione nonâ, quo Aiſtulphus Rex Longobardorũ, vlciſcente numine, malè periit: poſteris Principibus relinquens exemplũm, maximo ipſorum damno Eccleſiaſtica iura tentari.

Ne igitur rurſum ea quæ benè à Rege maximè pio Pipino conſtituta eſſent, eiuſdem perfidiâ Aiſtulphi labefactata corruerent, diuinâ prouidentiâ factum eſt, vt fidifragus ille è medio tolleretur hoc ipſo anno. de quo audi Anaſtaſium rem magnam paucis iſtis proſequentem: *Dum ergo hæc*

Digitized by Google

A *agerentur, ipſe infelix Aiſtulphus, quodam loco in venationem pergens diuino ictu percuſſus, defunctus eſt.* Sic igitur accidit, vt infelix, qui aduerſus Deum, Sanctoſque eius Regni cauſâ ſæpè bella mouiſſet, Regno pariter priuaretur & vitâ & qui eadem ex cauſa ſæpè pacta conuenta atque iurata confregerat, eadam ſuâ morte relinqueret coofirmata. Sed exoritur inter Longobardos de ſucceſſore turbatio.

II. Carebat Aiſtulphus prole, quæ euehi poſſet in Regem, & frater eius Rachis iam illud pietatis cauſâ dimiſerat, monaſticam vitam profeſſus. Sed ei inſidias prauus dæmon ingerebat in aures, vt qui miſerat manum ad aratrum, retrò reſpiceret, ne fieret aptus Regno Dei: ſicque egit, vt ad temporale Regnum oculos animumq; converteret: ſed citò obſtitit ſummus Pontifex Stephanus, qui Ducem Tuſciæ Deſiderium multa ſpondentem Eccleſiæ in Regem promouit. Anaſtaſius enim cœptam proſequutus Hiſtoriam, ait: *Tunc Deſiderius quidam Dux Longobardorum, qui ab eodem nequiſſimo Aiſtulpho Tuſciæ in partes erat directus, audiens præfatum obiiſſe Aiſtulphum: illicò aggregans ipſius Tuſciæ vniuerſam exercitus multitudinem, Regni Longobardorum arripere niſus eſt faſtigium. Cuius perſonam deſpectui habens Rachis dudum Rex, poſtmodũ monachus, germanus præfati Aiſtulphi, ſed & alij plures Longobardorum Optimates cum eo eundem Deſiderium ſpernentes, plurimam trans Alpes vel cætera Longobardorum loca exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt.* C

DESIDERIVS REGNVM INVASIT ET RACHIS RESISTIT.

III. *Ad hæc præfatus Deſiderius obnoxiè præfatum beatiſſimum Pontificem deprecatus eſt, ſibi ferre auxilium, qualiter ipſam regiam valeret aſſumere dignitatem, ſpondens iureiurando omnem præfati Pontificis adimplere voluntatem. Inſuper & Reipublicæ redditurum ſe profeſſus eſt ciuitates quæ remanſerant, immò & copiã daturum munerũ. Tunc idem præcipuus Pater & bonus Paſtor inito conſilio cum ſæpè fato Fulrado venerabili presbytero & Abbate atq; Conſiliario Chriſtianiſſimi Pipini Francorum Regis, miſit ſuum germanum Paulum ſcilicèt diaconum, atque Chriſtophorum Conſiliarium vnà cum præfato Fulrado in partes Tuſciæ ad prædictum Deſiderium. Cum quo loquentes, confeſtim per ſcriptam paginam terribili iuramento idem Deſiderius cuncta profeſſus eſt ſuperiùs annexam ſponſionem adimplere.* D

DESIDERIVS OPE STEPHANI PAP. CONSEQVITVR REGNVM.

IV. *Poſthæc verò peracta ſtatim ſuum Miſſum, id eſt, Stephanum venerabilem presbyterum cum Apoſtolicis exhortatoriis litteris præfato Rachiſi, vel cunctæ genti Longobardorum direxit; properans & prædictus Fulradus venire cum aliquantis Francis in auxilium ipſius Deſiderij; ſed & plures exercitus Romanorum, ſi neceſſitas exigeret, in eius diſpoſuit occurrere adiutorium.* Verùm vbi accepit Rachis litteras Pontificias, nequaquam vlteriùs auſus eſt progredi, reueritusque eius Apoſtolicam iuſſionem, relictâque militiâ, rurſum ſeipſum DEO reddidit, cui ſe ſpoponderat in monaſterio ſeruiturum. Cuius & exhortatione etiam cæteri Longobardi illum ſuſceperunt in Regem, quem idem Stephanus Papa dediſſet Deſiderium. *Sic igitur* (inquit Anaſtaſius) *ſuffragantibus prædicti ſummi Pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus diſpoſuit, vt ſine vlla animarum periclitatione antefatus Deſiderius per iam dicti coangelici Papæ* * *conſenſum eandem quam ambiebat, aſſumeret regalem dignitatem.* E

* cõcarſam

V. *Dum verò hæc agerentur, direxit Miſſum ſuum ſanctiſſimus Pontifex, & abſtulit ipſas ciuitates quas ſæpè dictus Deſiderius Rex reddere promiſerat beatiſſimo eidem Papæ, id eſt, Fauentiam cum caſtro Tiberiano, ſeu Gabellum & vniuerſum Ducatũ Ferrariæ in integro, & annuente Deo, Rempublicam dilatans, & vniuerſam Dominicam* A *plebem, videlicet rationales ſibi commiſſas oues bonus Paſtor, animam ſuam ponens, omnes ab inſidijs eruit inimicorum.* hucuſque Anaſtaſius de rebus geſtis Stephani Papæ, vſque ad ſequentis anni menſem Aprilem, quo ex hac vita, Deo vocante, migrauit. Sic igitur iuſto Dei iudicio factum eſt, vt cùm Longobardi nollent Romanam Eccleſiam quicquam iurium in Italiæ ciuitatibus poſſidere, iidem ab ipſa ſupplices Regnum peterent, vt nonniſi ipſo volente Romano Pontifice poſſe regnare, cognoſcerent.

RECIPIT SVAS CIVITATES STEPHAN. PAP.

VI. Vidiſti, Lector, ex vſu priſtino, ab exordio naſcentis Eccleſiæ, Deo ita diſponente ſuâ inenarrabili prouidentiâ, Romanam Eccleſiam perſecutionibus ſemper creſcere, & vexationibus dilatari conſueuiſſe? B Et quod ad hæc tempora ſpectat, id manifeſtiſſimè cunctis innotuit. Cùm enim Leo Imperator inito fœdere cum Longobardis aggreſſus eſt dirè perſequi Romanam Eccleſiam, in eam commouens Luithprandum; & ſub Conſtantino eius filio Aiſtulphus eandem Eccleſiam iugi fermè bellò vexauit, prout qui extant gemitus in chartis lachrymis exarati Gregorij Papæ ſignificant, & Stephani iuſtæ querelæ demonſtrant: reſpexit tandem Deus in ipſam Eccleſiam, eandemque ab impiorum manibus vendicatam liberam eſſe voluit. Quis neget omnia hæc diuinâ prouidentiâ facta, qui ſciat quod Deus neque Gentiles ipſos iniuſtè à tyrannis oppreſſos, in eorum manibus reliquerit indefenſos, pro quibus vltorem inſurrexiſſe, innumeræ Gẽtilium produnt hiſtoriæ? C

ROMANA ECCLESIA DILATATVR ANGVSTIIS.

VII. Debet hoc ſibi Deus, vt iuſtificetur (quod Dauid cecinit [a]) in ſermonibus ſuis, vt pro iuſtitia vindex exurgat, nec relinquat [b] virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ſed vt exaltentur [c] cornua iuſti, cornua peccatorum confringat. Qui igitur (vt è noſtris mutuemur exemplum) laborantes Hebræos ſub duro ſeruitutis iugo reſpexit, eorumque lachrymas exaudiuit, & vendicans in libertatem, corripuit [d] pro eis Reges: idem ipſe lachrymas ſanctorum Pontificum non deſpexit, ſed reſpexit, & votis annuit, & per Gregorium & Stephanum Pontifices adimpleuit, iuxta illud: [e] *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.* D Iſta enim tanta, atque adeò admiranda non niſi nudipedalia illa litaniæ frequentes, vectationes illæ ſacrarum imaginum, proceſſiones ad ſacras baſilicas tanta à Deo conſequi meruerunt.

[a] *Pſal. 50.*
[b] *Pſal. 124.*
[c] *Pſal. 74.*
[d] *Pſal. 104.*
[e] *Pſal. 125.*

Sed de his aliâ occaſione ruſus inferiùs. modò autẽ hîc de legatione agendũ, quã Stephanus Papa miſit ad Pipinum Regem in Gallias. atque in primis hîc deſcribamus illas ipſas litteras, quas idem dedit Stephanus Papa ad eundem Pipinum Regem Francorum de Regno Longobardorum Deſiderio tradito. habent autem in primis cum exultatione gratiarum actionem, de tot tantiſq; acceptis à Deo his temporibus beneficiis [f].

[f] *Ex ſcript. Cod. Paum. quas etiam tom. 8. centuriat. habent.*

VIII. E *Domino excellentiſſimo filio, & noſtro ſpirituali compatri, Pipino Regi Francorum, & Patricio Romanorum Stephanus Papa.*

STEPHANI PAPÆ EPISTOLA AD PIPINVM REGEM.

*Explere linguâ, excellentiſſime fili, non valemus, quantùm tuo opere, tuâ vitâ delectamur: facta quippe diebus noſtris virtute diuinâ miracula vidimus. Quod per excellentiam tuam ſancta omnium Eccleſiarum Dei Mater, & caput, fundamentum fidei Chriſtianæ Romana Eccleſia, quæ valdè ab hoſtium impugnatione lamentabatur, magnâ nunc gaudij ſoliditate * nimirum eſt tranſlata, atq; confirmata, & mœrentes Chriſtianorum animæ, tuo fortiſſimo præſidio maximè ſunt releuata lætitiâ.*

Pro quo

Digitized by Google

Pro quo veſtro opere, & exultatione noſtra libet cum
Angelis exclamare: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax
INGENS PIPINI GLORIA EX LIBERATA ECCLESIA COMPARATA.
hominibus bonæ voluntatis. Et qui e elapſo anno, iſto in
tempore, valdè ab hoſtium depopuloſa impugnatione ſauciati,
& vltra citraq; circumdati affligebamur: nunc autem
tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis,
immenſo exultamus gaudio, & benedicentes nomen Domini
cum Pſalmographo conſonâ dicimus voce: [a] Hæc eſt
[a] Pſal. 76.
immutatio dexteræ Altiſſimi. Et rurſum: [b] Ad veſperam
[b] Pſal. 29.
demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Cuius enim
vel ſaxeum pectus tam benigno opere a tua præclara bonitate
peracto, cognitoq; non ſtatim omnipotentis Dei laudibus,
atq; in tua excellẽtia amorem emoleſcat? Hæc me, fateor,
excellentiſſime fili & ſpiritualis compater, quæ per te
mirabiliter facta ſunt, ſæpe cõuenientibus ex vniuerſo orbe
terrarum nationibus dicere, ſæpè cum eis pariter admirari
delectat, extensâ voce melliflua excellentiæ tuæ laudes perſoluere
indeficienter.

IX. CELEBRAT IVRE PAPA PIPINVM LAVDIBVS.

Hæc me plerumq; etiam in momento horarum excitant
indeflexibili oculo, pro immenſa bonitatis tua, & vniuerſæ
gentis Francorum ſoſpitate omnipotenti Deo fundere preces.
Deniq; amantiſſime & à Deo inſpirate victor felix &
diuinâ prudentiâ fortiſſime Rex, qualiter beatus Petrus
Apoſtolorum Princeps tuæ deuotionis affectum, quem pro
eius cauſa decertans adhibuiſti, ſuſceperit, ipſa cunctis liquidò
veſtra vita teſtatur. Scriptum quippe eſt: [c] Vota iu-
[c] Prou. 15.
ſtorum placabilia. Libet quippe omninò, excellẽtiſſime fili,
tuæ bonitati magnas gratiarum perſoluere laudes, & nomen
Domini pro tam maxima benignitate glorificantes
exhilaratâ voce canere: [d] Benedictus Dominus Deus Iſrael
[d] Luc. 1.
quia viſitauit plebem ſuam: & redemptionem facere cupiens
populo ſuo ſuſcitauit te nobis. Chriſtianiſſime victor
Rex, diebus noſtris fortiſſimum liberatorem. Quid enim
aliud quàm nouum te dixerim Moyſen, & præfulgidum
aſſeram Dauid Regem? Quoniam quemadmodum illi ab
oppreſſionibus Allophylorum populum Dei liberauerunt:
ita tu quoque, benedicte à Deo victos, fortiſſime Rex, tuo
certamine Eccleſiam Dei & eius afflictum populum, ab hoſtium
impugnatione eruere ſtuduiſti.

X. BENEDICTIONES MVLTIPLICES PAPÆ ERGA PIPINVM.

Benedictus es, eximie fili, à Deo excelſo, qui fecit cælum
& terram. Et benedictus Deus, quo protegente, in manibus
tuis hoſtes ſunt. Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitiæ,
& tuos amantiſſimos natos, meoſque ſpirituales filios,
Dominum Carolum & Carolomannum, à Deo inſtitutos
Reges Francorum & Patricios Romanorum, cum
Chriſtianiſſima eorum matre, excellentiſſima Regina,
dulciſſimimaque coniuge, fideli Dei ſpirituali noſtra commatre,
tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus ſemen
veſtrum, & benedicat in æternum, atque ſolium Regni
fruendum perenniter concedat, & vniuerſam gentem
Francorum ſub veſtra ditione permanentem illæſam cuſtodiat.
Vale in Domino Rex benigniſſime, quia per te
ſanctæ Dei Eccleſiæ inimici humiliati ſunt, & magnâ lætitiâ
ipſa Dei Eccleſia eſt releuata, & eius peculiaris populus
iucundatur, & per te benedicitur Deus, pro quo & eius
benedictio ſuper te plenius eſt effuſa: gaudium enim vberrimum
in vniuerſum orbem terrarum intuliſti. Magna
ſunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda,
Sed inter hæc miſericordioſiſſimi Dei noſtri clementiam
indeſinenter petimus, vt cæleſtis ſui Regni gaudio vobis tribuat
viciſſitudinem.

XI.

Quapropter cum magna fiducia tanquàm præſentialiter
coram tuo melliſluo conſiſtens aſpectu, flexis genibus petens
pectore & animo coram Deo viuo deprecor, vt * iubeas
* Iubeat
firmiter in hoc bono opere, ſicut certè confidimus, vſque in
AGIT PRO RESTITVTIONE PLENA ALIANVM CIVITATVM.
finem permanere, pro ſancta Dei Eccleſia perfecta exultatione,
& eius populi liberatione, & integra ſecuritate: &
plenariam iuſtitiam eidem Dei Eccleſiæ tribuere digneris,
atque optimum ac velocem finem in cauſa fautoris tui beati
Petri adhibere iubeas, vt reliquas ciuitates, quæ ſub v-

A nius dominij ditione erant connexæ, atque conſiſtunt eorum
fines, & territorio in integro matri ſuæ ſpirituali ſanctæ
Eccleſiæ reſtituere præcipiatis, vt populus Dei, quẽ à manibus
inimicorum redemiſti, in magna ſecuritate, & delectatione
tuo auxilio adiutus viuere valeat. Quoniam & filius
noſter Deo amabilis * Vuolradus, fidelis veſter, omnia con- * Fulrados
ſpiciens, ſatis teſtatus eſt, quòd nequaquam iſte populus viuere
poſſit extra eorum fines, & territoria atque poſſeſſiones,
abſque ciuitatibus illis, quæ ſemper cum eis ſub vnius
dominij ditione erant connexæ. Peto te fili, peto coram Deo
viuo, & fortiter coniuro, ſpiritualis compater, vt in hoc
bono opere perfectius maneas, & non hominum blanditijs,
aut ſuaſionibus vel promiſſionibus, quod abſit, fauens &
in aliam declines partem: ſed magis verè timens Deum, o-
B mnia quæ beato Petro ſub iureiurãdo promiſiſti, adimplere
iubeas: & ſicut cœpiſti, plenariam iuſtitiam illi impartire.

Etenim tyrannus ille ſequax diaboli Aiſtulphus, deuorator ſanguinum Chriſtianorum, Eccleſiarum Dei deſtru- XII. DE MISERANDO INTERITV AISTVLPHI.
ctor, diuino ictu percuſſus eſt, & in inferni voraginem demerſus.
In iſtis quippe diebus, quibus ad hanc Romanam
Vrbem deuaſtandam profectus eſt, poſt annui ſpacij circulum
ita diuino mutrone percuſſus eſt, vt profectò in eo
tempore, quo fidem ſuam temtans, diuerſa piaculi ſcelera
perpetratus eſt, in eo & ſuam impiam finiret vitam. Nunc
autem Dei prouidentiâ per manus ſui Principis Apoſtolorum
beati Petri, ſimul & per tuum fortiſſimum brachium,
præcurrente Deo, induſtriâ amabilis viri * Vuolradi tui * Fulradi
fidelis, noſtri dilecti filij, ordinatus eſt Rex ſuper gentem
C Longobardorum Deſiderius, vir mitiſſimus: & in præſentia
ipſius Fulradi ſub iureiurando pollicitus eſt, reſtituendas
beato Petro ciuitates reliquas, Fauentiam, Inſubres,
& Ferrariam, cum eorum finibus ſimul, & ſaltora,
& omnia territoria: necnon & Auſimum, Anconam, &
Humanam, ciuitates cum eorum territorijs: & poſtmodum
per Garinodum Ducem, & Grimoaldum nobis reddendam
ſpopondit ciuitatem * Bonam cum finibus ſuis, * Bononiã
& in pacis quiete cum eadem Dei Eccleſia & noſtro populo
ſemper manſurum profeſſus eſt. Atque fidelem erga à
Deo protectum Regnum veſtrum eſſe teſtatus eſt: & petijt
nos, quatenus bonitatem tuam deprecaremur, vt cum eo
& cuncta gente Longobardorum magnam pacis concordiam
confirmare iubeas. Nam & Spoletini Ducatus genera-
D litas per manus beati Petri & tuum fortiſſimum brachiũ
conſtituerunt ſibi Ducem: & tam ipſi Spoletini, quamque
etiam Beneuentani, omnes ſe commendare per nos à Deo
excellentia tua ſeruata cupiunt, & imminent anhelantius DE REGE LONGOBARDORVM CREATO DESIDERIO.
in hoc deprecando bonitatem tuam. Vnde petimus te, excellentiſſime
fili & ſpiritualis compater, vt ſi prædictus Deſiderius,
quemadmodum ſpopondit, iuſtitiam ſanctæ Dei
Eccleſiæ, Reipublicæ Romanorum beato Petro protectori
tuo plenius reſtituere, & in pacis quiete cum Eccleſia Dei
& populo noſtro, ſicut in pactibus à tua bonitate confirmatis
continetur, permanſerit cum vniuerſa ſua gente, iubeas
in id quod petiit tuas à Deo inſpiratas aures inclinare.

Hoc intereà anhelamus, vt nimis velociter eidem Deſiderio XIII.
Regi, obteſtando, admonendo etiam, & præcipiendo
E dirigere iubeas, vt reliquas ciuitates, loca, fines atque
territoria, & patrimonia & ſaltora in integro ſanctæ Dei
Eccleſiæ reddere debeat: & tale fundamentum, & optimum
finem in cauſa eius imponere iubeas, vt auxiliante
Domino, ipſa etiam Dei Eccleſia ſecura maneat vſque in
finem ſæculi; vt plenaria iuſtitia à iuſto Iudice Domino
Deo noſtro, & memoriale nomen tibi in ſæcula maneat,
vel etiam cunctæ Chriſti protectæ genti veſtræ Francorum.
Inſpiratus autem à Deo, nimis feſtinanter cauſam ſanctæ
Eccleſiæ perficies.

Quia ſunt aliæ canonicæ cauſæ, quas perficere debea- AGIT PRO RESTITVENDIS REBVS A GRÆCIS ABLATIS.
mus, pertinentes ad magnam Regni tui laudem, & magnam
animæ tuæ vel cunctæ gentis Francorum immenſam
mercedem: & hoc obnixè poſtulamus præcelſum

bonitatem

bonitatem tuam, vt inſpiratus à DEO *& eius Principe Apoſtolorum beato Petro, ita diſponere iubeas de parte Græcorum, vt fides ſancta Catholica & Apoſtolica per te integra & inconcuſſa permaneat in æternum; & ſancta Dei Eccleſia ſicut ab alijs, & ab eorum peſtifera malitia liberetur, & ſecura reddatur, atque omnia proprietatis ſua percipiat: vnde pro anima veſtra ſalute indefeſſa luminarium concinnatio Dei Eccleſiis permaneat, & eſuries pauperum, egenorum, vel peregrinorum nihilominus reficetur, & ad veram ſaturitatem perueniant. Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis, vel quomodo eum tua bonitas abſoluerit, vna cum exemplaris litterarum quas ei dederitis, nos certiores reddito: vt ſciamus qualiter in communi concordia agamus, ſicut inter nos, & * Vuolradum Deo amabilem conſtitit. Ipſe vero dilectus filius noſter * Vuolradus in omnibus cauſis iuxta tuam præceptionem peregit, & maximas gratias illi egimus pro ſuo certamine, quo videlicet ad vos reuertens omnia qualiter acta ſunt, bonitati veſtræ intimabit.*

*Fulradum

* Fulradus

XIV.
COMMENDAT LEGATOS.

Præſentes verò fideliſſimos noſtros, id eſt, Georgium reuerendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, atque Ioannem Regionarium, noſtrumque ſacellarium, petimus vt hilariori ſuſcipiens vultu, in omnibus acceptari iubeas, & quicquid noſtrâ vice bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris; atque cum effectu cauſæ & lætabundus nuntius ad nos remeandos abſoluere iubeas. Nam & hoc obſecramus bonitatem tuam, vt nimis celeriter ad nos commigrandum abſoluere præcipias reuerendiſſimum fratrem, & Coepiſcopum noſtrum.

BENEPRÆCATVR PAPA PIPINO ET SVIS.

Omnipotens autem Deus in cunctis actibus excellentiſſime victor Rex, ſua dextera extenſione te protegat: tibique, & præſentis vitæ proſpera, & poſt multorum annorum curricula gaudia æterna concedat, faciatque cum tua dulciſſima coniuge excellentiſſima Regina, ſpirituali noſtra commatre, & veſtris meiſque dulciſſimis filiis maximo gaudio iucundari, & regni veſtri gubernaculo à Deo vobis conceſſo perfrui, & qui in præſenti vita regni poteſtatem tenetis, etiam futuro in ſæculo cum Chriſto in æternum regnetis, promerentes illam Dominicam promiſſionem audire: Venite benedicti Patris mei pro eo quod certamen bonum certaſtis, curſum conſummaſtis, fidem ſeruaſtis, ſumite repoſitas vobis coronas, & accipite Regnum vobis ab origine mundi præparatum. Nam & ex hoc, præcelſa & à Deo protecta & cuſtodita excellentia veſtra innoteſcimus: quia petijt nobis optatus religioſus Abbas veſtri monaſterij ſancti Benedicti, pro monachis ſuis, qui cum tuo germano profecti ſunt, vt eos abſoluere iubeas: ſed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere iubeas. Incolumem excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat. hactenùs Stephani Papæ epiſtola per eoſdem Legatos miſſa. Quæ autem per eos firmata ſint, ſunt nobis inexplorata.

XV.

Hoc anno qui numeratur quartus Pipini Regis, ex quo à Zacharia Pontifice Rex conſtitutus eſt, ab eodem Rege Synodus celebrata eſt in palatio, Vernis, dicto, in qua habentur ſanciti canones viginti ſex, qui ad diſciplinam & iura Eccleſiaſtica reſtituenda pertinent. Inter alia verò illud monuit pius Rex, ne quid exigeretur à peregrinis, qui religionis cauſâ inuiſerent loca ſancta.

THEODORVS EPISC. ANTIOCH. EXVLAT.

Quod ad res pertinet Orientales, *hoc anno decimo ſexto Imperij Conſtantini* (inquit Theophanes) *terræmotus haud modicus factus eſt in Paleſtina & Syria ſeptimo Idus Martij: & exul factus eſt Theodorus Antiochenus Patriarcha, inuidiâ Arabum, quòd dicerent crebrò Imperatori Conſtantino cauſas eorum per litteras indicare. Miſit hunc ipſe Princeps Halim nomine in Moabitidem regionem patriam ſuam, prohibens ne Eccleſias ædificaret ac Cruces erigeret, vel Euangelium prædicaret.* hæc ex Theophane.

XVI.
MARTYRES SVB HALI PRINCIPE SARRACENORVM.

Porrò plures Chriſtianorũ ſub eodem Sarracenorum Principe Hali coronatos fuiſſe martyrio, certũ eſt. Eſt enim in Menologio Baſilij, die primâ Octobris, mentio monachorum, qui ab eodem cauſâ fidei trucidati, adepti ſunt coronam martyrij. Hæc enim de his ibi leguntur: *Sanctus Michael cum ſexaginta ſex monachis, qui prope Sebaſtopolim monaſticam vitam ſectabantur, à Principe Sarracenorum Hali nomine tenti, cùm ab eo cogerentur negare Chriſtum; omnes illi ſanctiſſimi Patres id facere penitùs negauerunt, & aduerſantes reſponderunt: Non timemus tormenta, neque veſtram facimus voluntatem cùm ſitis Chriſti Crucis inimici, ſed veſtram conculcamus impietatem virtute Domini noſtri* IESV CHRISTI *confirmati. Cúmque illi necem illis inferre parati eſſent: Michael Abbas omnes conſtanter agere adhortatus, ſingulis capite truncatis, ipſe nouiſſimè gladio percuſſus, vna cum illis martyrij coronam promeruit.* hæc ibi.

IESV CHRISTI
Annus 757.

PAVLI PAP. Annus 1. CONSTAN. COPRO. IMP. Annus 17.

I.
STEPHANI PA. OBITVS

ANNVS Redemptoris ſeptingenteſimusquinquageſimusſeptimus adeſt, Indictione decimâ conſignatus in Faſtis, quo Stephanus Papa poſt immenſos labores pro Romana Eccleſia boneſtè perfunctos, ex hac vita migrauit ſexto Kalendas Maij, cùm ſediſſet annos quinque & dies viginti octo, vt Anaſtaſius habet, qui poſt alia annis ſingulis ſuperiùs enarrata hæc de eodem habet: *Curſum conſummans, & omnẽ vtilitatem perficiens, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam migrauit requiem. Qui fecit ordinationem vnam per menſem Martij, creauit presbyteros duos, diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca numero viginti. ſepultus in baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis, ſexto Kalendas Maij, Indictione decimâ: & ceſſauit Epiſcopatus eius dies triginta duos.* hæc Anaſtaſius. ex cuius ſententia dicere opus eſt Paulum fuiſſe creatum ſucceſſorem Pontificẽ die XXVIIJ. menſis Maij. Porrò idem Anaſtaſius Pauli vitam à primordio eius ætatis ita recenſet:

II.
PAVLVS PA. CREATVR.

Paulus natione Romanus ex patre Conſtantino genitus, ab ineunte ætate in Lateranenſi Patriarchio cum proprio ſeniore germano Stephano prædeceſſore eius Pontifice pro eruditione Eccleſiaſtica diſciplina traditus eſt temporibus domni Gregorij ſecundi iunioris Pontificis, poſtmodum à domno Zacharia beatiſſimo Papa in diaconij ordine pariter cum anteſato ſuo germano conſecratus eſt. hæc vſque ad diaconatûs promotionem: quomodo autem in Romanæ Eccleſiæ Pontificatum aſſumptus ſit, ita pergit dicere:

Cùm idem eius germanus & anteceſſor Stephanus Pontifex ad extremum pertingeret vitæ: illicò & populus huius Romanæ Vrbis diuiſus eſt, & alij Theophylactum Archidiaconum tenentes, in eius domo congregati reſidebant: alij verò eidem beatiſſimo concordabant Paulo diacono, plurima pars Iudicum & populi cum eo tenentes, quàm cum prædicto Theophylacto Archidiacono. Ipſe autem ſanctiſſimus vir viuente Stephano nequaquam à Lateranenſi Patriarchio receſſit, ſed cum cæteris fidelibus ſuo ægrotanti germano & prædeceſſori Pontifici perſeueranter famulabatur. Dum verò de hac vita prædictus eius germanus prædeceſſor Pontifex migraſſet, eóque cum ingenti

honore

nonæ in baſilica ſancti Petri ſepulto: continuo eadem populi congregatio qua cum ſæpe fato beatiſſimo Paulo tunc diacono tenebat, quoniam validior & fortior erat, eum in Pontificatus culmen elegerunt. Poſt hac hi, qui cum præfato Archidiacono congregati erant, diſperſi ſunt. & ita Deo *annuente, idem ſanctiſſimus vir in Apoſtolicam beati Petri Sedē conſecratus Pontifex eſt.* hęc de electione. de moribus autem iſta ſubdit.

III. Egregii mores Pavli Papæ.

Erat mitis & multum miſericors, nulli vnquam malum pro malo reddens: & ſi pro modico quemquam per iniquos ſatellites tribulatos audiebat: tamen pietate motus, cõſolationis illis referebat miſericordiã. Hic (vt multi teſtati ſunt) nocte per ſemetipſum cellas pauperum infirmorum proiacentium, qui nequaquam ex ſuis valebant exurgere lectulis, necnon & aliorum inopum cum ſuis familiaribus noctu circuibat ſilentio, ampliſſima illis miniſtrans alimenta, aliiq; ſubſidij ferens opem. Sed & carceres atque alia clauſtra per eadem noctium ſecreta viſitabat. Et ſi quos inueniebat retruſos, à mortis eruens periculo, liberos ire relaxabat. Sed & plures qui debitis obligati atque afflicti à ſuis fœneratoribus opprimebantur, reddito illis ipſo debito, à iugo redimebat ſeruitij, viduis & pupillis, & omnibus egentibus opem ferens. hæc Anaſtaſius de eius vitæ inſtituto cùm Pontifex eſſet, nimirùm agens quod erat, patrem atque paſtorem, non quæ ſua ſunt quærens, ſed quæ aliorum.

C Vbi autem creatus eſt Pontifex Paulus ad Pipinum Francorum Regem litteras dedit, quib. obitum Stephani fratris, & ſuam ordinationem exponit, indicatq; ſe in amicitia ab eodē Stephano inita cum Francis perſeueraturum, petens ab eo vt idem præſtaret. Hæ fuerunt primæ litteræ ab ipſo Paulo ad Pipinum datæ, primoque loco in codice poſitę, aliæque plures in indice datæ ſequuntur: de quibus ſingulis dicendum inferiùs, magna enim ſollicitudine res ad Romanam Eccleſiam pertinentes, vt ſaluæ ipſi eſſent ab inuaſione Longobardorum, curauit.

IV. Pavlus frvstra agit de conversione Constantini.

D Cæterum iſta peragens ſanctiſſimus Papa Paulus, maiori ſtudio ea quæ erant Fidei Orthodoxæ, & ad vniuerſalem Eccleſiam ſpectarę ſciebat, adminiſtrabat, enixiùs laborans, ſi poſſet impiũ Conſtantinum ad pietatem reuocare, vt quam læſerat Eccleſiaſticam in ſacrarum imaginum deſtructione antiquam traditionem, in integrum reſtitueret. tentauit id ſæpiùs, ſed fruſtrà, cùm perfidus homo in lapidem obduruiſſet. Deſiderantur litteræ quæ ab ipſo eo argumento ſunt ſcriptæ, tantummodò mentio de eis eſt in epiſtola Hadriani Papę ad Cõſtantinum & Irenem Auguſtos. Meminit & de his Anaſtaſius iſtis verbis: *Erat Paulus fortiſſimus Orthodoxa Fidei defenſor. Vnde ſæpius ſuos Miſſos cum Apoſtolicis obſecratorijs atque commonitorijs litteris præfatis Cõſtantino & Leoni Auguſtis direxit pro reſtituendis confirmandiſq; in priſtino venerationis ſtatu ſanctiſſimis imaginibus Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſanctaq; eius Genitricis: atq; beatorum Apoſtolorũ, omniumq; ſanctorum Prophetarum, Martyrum, & Confeſſorum.* hæc Anaſtaſius.

.11

E Cæterùm Orientalis Eccleſia non ſolùm laborauit vexatâ tyrannide ſcelerati Copronymi, ſed etiam dira perſecutione Sarracenorum. *Hoc namq; anno* (inquit Theophanes) *Habdalas Princeps Sarracenorum tributorum rationem Chriſtianis ampliauit, adeò vt omnes monachos & incluſos, atque Leonitas qui Deo placere noſcebantur, ſub tributis redigeret. Signauit autem & Eccleſiarum cymilia, id eſt, pretioſa Eccleſia ornamenta, & adduxit Hebræos ad venundandum illa, & emerunt illa liberè.* hæc Theophanes hoc anno decimoſeptimo Conſtantini, ex quibus intelligere poſ-

V. Persecutio a rege Sarracin. in oriente.

A ſis, quàm grauis iſta preſſura fuerit, videre expoliari Eccleſias omnibus ornamentis, eaſdemque à Iudæis perfidis emi.

VI. Pipinvs debellat Saxones.

Quod ad res Francorum ſpectat, qui defendendo Romanam Eccleſiam à Longobardis Pipinus Rex diuinum numen ſibi conciliauit, æquè ipſum adiutorem in bellicis rebus ſenſit. Siquidem bellicoſiſſimos Saxones hoc anno compreſſit, atque ſub tributo redegit. Ita Regino, & Sigebertus. Sed & ſequentibus annis eidem iugiter affuit Deus, vt de hoſtibus ſemper victoriam referens ipſe inuictus extiterit, vt inferiùs ſuis locis dicetur.

B Hoc item anno Alfonſus, ſiue Adefonſus Rex Gallęciæ cognomēto Catholicus, vbi regnâſſet annos decem & nouem, glorioſus Sarracenorum triumphis, migrauit ad Dominum. de quo iſta Tudenſis: *Poſt multa quæ ſibi feliciter ſucceſſerunt, obijt, & voces in eius obitu audita ſunt in aëre laudantium Dominum, & dicentium: Ecce quomodo tollitur iuſtus, & nemo conſiderat, ablatus à facie iniquitatis, & erit in pace memoria eius. Regnauit annis* XIX. *& ſepultus eſt vnà cum vxore ſua Hermeneſenda in territorio Congas in Eccleſia ſanctæ Mariæ.* hæc ipſe.

VII. * Alfonsũ Froila rex pietate insignis.

C Porrò eodem hoc anno poſt * Adefonſum Catholicum Regem defunctum, ſucceſſit in locum eius Froilanus (Froilam alij dicunt) ipſius filius, Erâ, ſcilicèt ſeptingenteſimâ nonageſimaquintâ, vt idem Tudenſis Chronicon habet. Durum dominium Sarracenorum, & iuges tumultus bellici planè effecerunt, vt vetus ac nobilis Hiſpaniarum Eccleſia ſolutâ diſciplinâ ſilueſceret, vt dormitantibus; vel potiùs de correctione deſperantibus qui reſidui erant Epiſcopi, fuerit piis Regibus laborandum, vt canones exules poſtliminio redderentur. Quod & quantùm licuit egregiè præſtitit Froilanus: de quo idem iſta Tudenſis: *Perquiſiuit etiam diligenter ſacros Eccleſia Chriſti canones, & prohibuit ne miniſtri Eccleſia carnalia matrimonia vlterius ſortirentur,* D *ed in ſuis ordinibus abſque fœminarum manifeſto coniugio miniſtrarent. Pro qua re (quamquàm in quibuſdam alijs auſterus fuit) quia magnum Deo exhibuit famulatum, ei diuina virtus de inimicis multoties dedit triumphum.*

Siquidem, vt addit, *Maurorum Ducem Gallaciam inuadentem vicit glorioſa victoria, cæſis ex Sarracenis quinquaginta quatuor millibus: quâ victoriâ nulla ſublimior hactenus fuerat de Sarracenis accepta. cum & Ducem eorum * Amaynu, & alios plures capiens omnes æquè neci tradidit. Sed & rebellantem Gallacia populum ſuperauit, perdomuitq; Nauarros itidem rebellantes.* hæc de ipſo Tudenſis.

* Omar

VIII.

E Porrò qui nimiam eiuſdem Regis ſeueritatem in crimen adducunt, obiiciunt necem fraternam quâ haud mediocrem nomini ſuo labis notam inuſſit. Laudi autem Froilæ tribuitur: quod Ouetum ciuitatem in Aſturibus condidit, in eaq; templum duodecim Apoſtolis dedicauit, duodecim pariter altaribus auctum.

Huius Regis tempore claruiſſe tradunt in Hiſpania Verum Archiepiſcopum Hiſpalenſem, tum ſcriptis, tum vitâ inſignem: ſed & celebrem fuiſſe Petrum præſulem Toletanum, qui de ratione Paſchatis libellum accuratè conſcripſit, cùm incuriâ diſciplinæ in calculo diei Paſchatis erratum eſſet.

IESV CHRISTI
Annus 758.

PAVLI PAP.	CONSTAN.COPRO.IMP.
Annus 2.	Annus 18.

I. REDEMPTORIS annus ſeptingenteſimus quinquageſimus octauus ſequitur, Indictione vndecimâ, quo Paulus Papa, conceſsâ Eccleſiæ pace, ad cœmeteria, quæ ſub Aiſtulpho obſeſsâ Vrbe, maximum detrimentum à Longobardis (vt ipſe ſuis teſtatur litteris inferiùs recitandis) acceperant, inuiſenda intentus, ne rurſum Sanctorum corpora hoſtili manu iniuriam aliquando pati poſſent, conſilium iniit, vt quæcunque illic obuia eſſent Sanctorum veneranda corpora, è ſepulchris eleuata, in Vrbem transferret. Erat inter alia vetus cœmeterium, ſanctæ Petronillæ dictum, ex quo idem Pontifex ſacrum corpus eiuſdem Sanctæ ſublatũ tranſtulit apud baſilicam Vaticanam [a] hoc anno. B

PAVLVS PA. E DIRVTIS COEMETERIIS CORPORA SS. TRANSFERT.

[a] *Sigeb. in Chron. hoc anno.*

II. Porrò de pio huiuſcemodi Pauli Pontificis ſtudio ita Anaſtaſius Bibliothecarius: *Hic beatiſſimus Pontifex cum omnibus ſpiritualibus ſuis ſtudijs, magnam ſolicitudinis curam erga Sanctorũ cœmeteria indeſinenter gerebat.* C *Vnde cernens plurima eorumdem ſanctorum cœmeteriorum loca neglecta, ac deſidiâ & antiquitate maximâ demolita, & alia iam ruinæ proxima: protinùs eadem Sanctorum corpora de ipſis dirutis abſtulit cœmeterijs. Quæ cum hymnis & canticis ſpiritualibus intra hanc ciuitatem Romanam introducens, alia eorum per Titulos atque Diaconias, ſeu monaſteria & reliquas Eccleſias condecenti ſtudio recondi cum honore.* hæc Anaſtaſius.

Petronillæ autem memoriam apud ſancti Petri baſilicam in Vaticano fuiſſe, idem Anaſtaſius inferiùs in eodem Paulo, dum agit de Oratorio illic ab ipſo constructo his verbis meminit: *Intra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli foras muros huius ciuitatis Romanæ noniter Oraculum,* D Oratorium ſcilicèt, *in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit, iuxta Oratorium ſancti Leonis Papæ, ſecùs fores introitus ſanctæ Petronillæ, atque beati Andreæ Apoſtoli, muſiuis & diuerſis metallis eum adornans. ibi & effigiem ſanctæ Dei Genitricis in ſtatua ex argento deaurato, quæ penſat libras C. conſtruxit. In quo Oraculo & ſepulturam ſibi conſtruxit.* hæc Anaſtaſius.

MEMORIA S. PETRONILLÆ IN VATICANO.

III. Dum in his eſſet Paulus Papa, Deſiderius quoq; Rex Longobardorum, & ipſe bono pacis benè vſus, ad religioſa loca conſtruenda animum addixit. Ædificare enim cœpit monaſterium nomine ſancti Benedicti in agro Brixiano: quod extructum latifundiis locupletauit. Inſuper & monaſterium monialium erexit in Anſilbergæ filiæ virginis gratiam, quæ ibidem vitam monaſticam profeſſa eſt. Quod quidem cùm ampliſſimis redditibus auxiſſet, rogauit Paulum ſummum Pontificem, vt Apoſtolico illud priuilegio communiret, quod & fecit. Sed hoc factum eſt poſt quinquennium, primâ Indictione currente, vt datæ ab eodem Paulo Apoſtolicæ litteræ docent, quæ in eodem monaſterio adhuc integræ aſſeruari dicuntur. Ita quidem proſperè feliciterque abſque obice nouum Regnum ab Apoſtolica Sede acceptum, nouus Rex Deſiderius ſummâ tenuit tranquillitate, quod & felicioribus ſucceſſibus eſt propagatum, donec ipſe ſanctis fuit intentus operibus. Vbi verò ſummâ ingratitudine in ſanctam Romanam Eccleſiam arma conuertit, ceſſêre illi omnia infelicia, donec & ipſum Regnum Lon- A gobardorum penitùs exciſum defecit. ſed de his inferiùs ſuis locis.

DESIDERIVS REX RELIGIOSIS OPERIBVS INTENTVS.

IV. Eodem anno egregium ſpecimen religioſiſſimi Regis edidit Eadbertus Rex Nordanhumborum in Anglia, cùm ſublimioris Chriſtianæ philoſophiæ amore nuntium remittens Regno, Oſuulfo filio relinquens illud, inter monachos profiteri cœpit [b].

[b] *Apud Bed. in Epit. hoc anno*

De rebus verò Orientalibus nihil præterea in Annalibus hoc anno, niſi Perſarum Magorum veſania, cùm ita miſeros dæmones deceperunt, vt ad cœlum volatum iiſdem ipſi ſuaſerint: Et cùm nudi ex eminentibus locis ad volatum ſeſe præcipites B darent, periêre. Porrò Habdallas Rex Sarracenorum in eorum primores ſexdecim animaduertens, ſectam extinxit. habet iſta Theophanes hoc anno.

IESV CHRISTI
Annus 759.

PAVLI PAP.	CONSTAN.COPR.IMP.
Annus 3.	Annus 19.

C I. SEPTINGENTESIMVS vndeſexageſimus Redemptoris agitur annus Indictionis duodecimæ, quo Nonas Februarias Paulus Papa Apoſtolicas dedit litteras pro immunitate monaſterij ſancti Hilari Galiatenſis dicti ſub Rauennate Eccleſia poſiti, cuius quæ in ſua Rauennati hiſtoria recitat [c] Rubeus, hìc intexamus. Tanti enim Pontificis quæcunque reperiri poſſunt, monumenta Annalibus ſunt attexenda. ſic enim ſe habent poſt plura de Pontificio munere præclarè præpoſita:

[c] *Rub. hiſt. Rauen. lib. 5. anno 759.*

Igitur de diuino nutu ante horum . . . . annorum ſanctæ recordationis dominus & germanus noſter beatiſſimus Stephanus, D *huius Apoſtolicæ Sedis Præſul ad redimendam Italiæ prouinciam, ſimulque Exarchatum Rauennatium de manibus gentium, Franciæ properâſſet regionem: contigit eo reuertente, ſuum peragrari iter per monaſterium beati Hilari, ſitum in territorio Populienſi: ceſſante æmulorum ſæuitiâ, gratiſſimè atque cum maxima honoris humilitate ſuſceptus eſt ab Anſcauſo quondam Pompilienſi Epiſcopo & Abbate ipſius venerabilis monaſterij: & . . . . eundem beatiſſimum Pontificem . . . . prædictus quondam Anſcauſus Epiſcopus affluenter ipſius itineris ſubſidia illi tribuit.*

PAVLVS PA. REVOCAT SVB ECCLE. RAVEN. MONASTERIVM GALIATENSE.

II. *Et dum idem beatiſſimus prædeceſſor noſter huius Apo-* E *ſtolicæ Sedis Antiſtes ſuo laborioſo certamine prouinciam illam videlicèt Exarchatum Rauennatium, à iugo ſeruitutis ditionis gentium Dei prouidentiâ redemit: tunc viciſſitudinem propenſi beneficij eidem Anſcauſo Epiſcopo irrogans, prædictum monaſterium diebus vitæ ſuæ fruendum illi conceſſit. Vnde & nos huiuſmodi conceſſi præſidij largitatem ſub Apoſtolicæ præceptionis pagina confirmauimus, atque iuriſdictioni ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ſubmiſimus eum.*

Nunc verò diuinâ vocatione ipſo Anſcauſo de hac migrante luce, agnoſcentes rei veritatem, prædictum venerabile monaſterium iuris ſanctæ Rauennatis Eccleſiæ à diuturnis exiſtere temporibus, ideoque perpendentes contra omnem rationem eſſe, vt ipſo venerabilis locus à ſancta Rauennate Eccleſia abſtrahatur . . . . . ea quæ pridem pro eius ſubtractione promulgata ſunt, incongruè atque irrationabiliter omnia irrita & inualida eſſe ſtatuentes, ſtatuimus.

Vnde

III.

Vnde per huius noſtra Apoſtolica praceptionis paginam, denuò ipſum venerabile monaſterium beati Hilari cum omnibus ei pertinentibus ſub iuriſdictione Rauennatis Eccleſia, atq; reuerenda fraternitatis tua, ſucceſſorumq; tuorum perpetuis atque perennibus temporibus ſtatuimus permanendum: & vt tua . . . . ſucceſſoribusq; tuis placuerit, perenniter ipſe venerabilis locus diſponatur. Statuentes Apoſtolicâ cenſurâ ſub anathematis interdictione, & diuini iudicij obteſtatione, nulli cuilibet perſona parua vel magna quoquomodo licere idem venerabile monaſterium à iuriſdictione S. Rauennatis Eccleſia, atq; tua fraterna reuerentia ſucceſſorumq; tuorum auferre. ſed etſi quodlibet monimen de eodem monaſterio contrarium Eccleſia veſtra Rauennati repertum fuerit, vacuum & inane eſſe B *decernimus. Dat. Non. Februar. imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato magno Imperatore an.* XL *& pacis eius an.* * XX. *ſed & Leone Imper. eius filio an.* VII. *Indictione* XII. hactenùs Pauli Papæ conſtitutio.

* XIX.

IV. ECCLESIA GERMANORVM IN DETERIVS LAPSA.

Hoc eodem tempore conciliabulum in Germania agitur, in quo damnatur S. Othmarus Abbas monaſterij ſancti Galli. Ita accidit, vt dum viueret ſanctiſſimus Bonifacius Moguntinus Epiſcopus, atque totius Germaniæ Apoſtolus, Concilia cogerentur, quibus nefarij damnarentur; eo autem per martyrium ex hac vita in cœlum vocato, in Germania ad deponendos è loco Sanctos pſeudoſynodi vo- C carentur. Quorum autem ſtudiis, ignorãte pio Rege Pipino, tantum ſit facinus perpetratum, ex Walfrido Strabone viro doctiſſimo hîc in medium adducemus. duos ipſe libellos ſcripſit, quorum altero res præclarè geſtas ſancti Othmari proſequutus eſt, alio quo edita poſt obitum ab ipſo [a] miracula ſcripſit. Atque vbi de Pipini Regis Francorum erga ſanctum virum ſtudiis & officiis egit, hęc deprauorum omnium perſecutione [b] ſubiungit:

[a] Extant ap. Sur. tom. 6. die 16. Nouemb.
[b] Ibid. lib. 1. cap. 4.

V.

Igitur cùm iam Dominus meritis eius digna rependere decreuiſſet, callidus vniuerſa bonitatis inimicus bonis eius actibus inuidẽs, eiusq; exemplis aliorum vitam dolens proficere, quietem quam in Christi ſeruitio, licèt non paruim laborando poſſedit, perturbare contendit. Sed quamuis flatibus aduerſitatis temporaria pulſata, radicem petra veritatis habens infixam, paradiſi cedrus inconuulſa permanſit. Nam Vuarinus & Ruadhardus, qui tunc temporis totius Alemannia curam adminiſtrabant, diabolo ſuadente, immaniſſimo auaritia morbo praeuenti, res Eccleſiarum ſub ſua poteſtate ſitarum magna ex parte in proprietatis ſua dominium per vim contraxerunt. Qui cùm ſibi de poſſeſſionibus beati Galli perplura eodem violentia auſu vendicâſſent; vir Dei Othmarus non poſſeſſionibus terrenis inhians, ſed cœnobialis vita, in eodem loco rerum ingruente penuria, defectum præmetuens, Pipinum Regem adijt; ipſi tyrannicam eorum praſumptionem expoſuit, pariter protestatus, graue eum crimen incurſurum, ſi eorum actibus conſentiendo faueret.

OTHMARVS PIPINVM REGEM ADIT.

Pro qua cauſa beneuolus Princeps vtrumq; conueniens, interminatus eſt eis gratiâ ſuâ illos omnimodis carituros ſi non Eccleſiis Dei qua iniuſtè abſtraxerant, abſque retractatione reſtituerent. At illi patriam repetentes, vitio rapacitatis infecti, & beſtiali ſauitiâ efferati iuſſionem regiam neglexerunt. Virum etiam Dei Othmarum, cùm pro hac re iterum Principem adire vellet, miſſis clanculum poſt eum militibus; vinculis iniectum per vim redire fecerunt. Necnon & Lamberto cuidam, qui fratribus eius profeſſione cõnumeratus erat, non vita ſanctitate, perſuaſerunt, vt ei fictâ quadam machinatione luxuria crimen impingeret: id elaborantes, vt ſanctitate eius huiuſmodi ſuſpicionibus infamatâ, deponendi eum occaſionem inuenirent. Quâ cauſâ plurimi tam doloſa factionis ignari ad Concilium euocantur.

VI. IN CONCILIO OTHMARVS REVS CONSTITVITVR.

A *Itaque vir venerabilis caſtitate integer, vita & morum maturitate grandaeuus in medio collocatur, & in eius accuſationem Lambertus falſitatis miniſter coram omnibus praſentatur. Acceptâq; loquendi licentiâ, veritatis oblitus, falſitatis aſſertor, dixit, ſe quamdam fœminam noſſe, qua a beato viro vim pollutionis fuiſſet perpeſſa. Ad quod nullum penitùs dediſſe fertur reſponſum. Cùmque à plurimis reſpondere cogeretur obiectis, huiuſmodi dicto temperauit eloquium: Fateor me quidem ſupra modum in multis peccâſſe: de huius autem obiectione criminis, ſecreti mei inſpectorem Deum inuoco teſtem. Illis autem, vt huius facti ſe excuſatione purgaret, attentiùs ei inſiſtentibus: mente ſecurus & conſcientiâ liber tacitus perdurauit. Et quia accuſandi licentiam apud iudices patere cognouit: maluit pro ſinceritate ſui pectoris diuino quàm humano pro excuſatione criminis placere iudicio.*

Mox ergo vt cunctis clarè fieret, ipſius caſtimoniam falſo fuiſſe infamatam, Lambertum diuina vltio corripuit. nam febrium vexatione peruaſus, paulatim reſoluto membrorum vigore, contrahi cœpit, ſicq; omnibus membris ſtatus ſui amittens rectitudinem & formam, capite ad terram more quadrupedis inclinato, non ſolùm deformitate figura terribilis, verum etiam viuâ voce, in Sanctum peccâſſe, omni tempore fatebatur.

VII.

Concilio autem iniquè inchoato, & iniquiùs terminato, vir Dei Othmarus ad villam Potamum palatio miſſus eſt. Quòd cùm nullus intrare & colloqui cum eo permitteretur, aliquot dies abſque corporalis ſuſtentationis victus tranſegit. Cùmque diuturnâ famis vexatione laboraret, Perigozus quidam è fratribus eius noctu aduenire ſolebat, & ei victus ſolatia miniſtrare. Poſtmodum verò Gozbertus quidam vir potens, dum ſibi virum Dei commendari ab iniquis Principibus impetraſſet, in quadam Rheni fluminis inſula, nomine Stein, iuxta pradium ſuum cuſtodia illum deputauit. Vbi Sanctus pater ſpiritali tantummodo exercitio, id eſt, orationibus ac ieiuniis vacans, eò liberiùs Domino deſeruiuit, quò ab humana frequentatione, curisq; ſacularibus fuerat abſolutus. His, & ſimilibus nota deuotionis inſiſtens operibus, exacto iam multo temporis D *ſpacio ab his mundana perturbationis anguſtiis ad cœleſtis latitudinem gaudij decimoſexto Kalendarum Decembriũ die migrauit.* Quod, vt [c] inferiùs dicetur, cõtigit poſt biennium, anno ſeptimo Pipini Regis; qui numeratur Domini ſeptingenteſimus ſexageſimus primus. Quæ autem miracula contigerunt poſt eleuationem & tranſlationem corporis eius poſt decennium factam, duobus ſcriptis omni fide libri ſignificantur. tu ipſos conſule. Porrò annis quadraginta præfuiſſe ſanctum Othmarum monaſterio ſancti Galli, idem Walfridus alibi teſtatur [d].

OBITVS S. OTHMARI.

[c] In Vita eius lib. 2. c. 5.
[d] Vualfrid. in Vit. S. Galli lib. 2. c. 14.

VIII.

Sed quæ pœna ſequuta ſit Sidonium Conſtantienſem Epiſcopum, iura eiuſdem ſancti Galli vendicantem, idem Walfridus narrat his verbis: [e] *Ho itaq; nempe ſancto Othmaro, rebus humanis ſubtracto, pradicti Comites ſublatas ſancti loci poſſeſſiones retinentes Ioannem quemdam monachum de proximo monaſterio in locum eius ſubrogârunt, ac deinde vt ſua tyrannidis crimen augmentarent, Sidoniũ Conſtantienſis Eccleſia praſulem inſtigârunt, vt idem monaſterium Epiſcopij partibus ſubijcere ſtuderet. Et hoc idcirco fecerunt, vt eò licentiùs ipſo machinationibus eorum fauente, ea qua iniuſtè abſtulerant, retinere potuiſſent. Pontifex igitur cùm ſuggeſtionibus eorum libenter praberet aſſenſum, monaſterium ingreſſus, fratres opprimere, & eundem locum rebus Epiſcopij ſubijcere molitus eſt. Porrò fratres dum potentia illius reſiſtere non auderent, maluerunt eius ditioni parere, quam tot aduerſitatibus implicari. ſed ſequentia probant quàm peruersè egerit, qui per auaritia morbum ſacri loci priuilegium auſus eſt violare.*

[e] Sur. tom. 5. die 16. Octo. idem lib. 2. ca. 15. 16. 17.

SIDONIVS EPISC. CONSTANT. INVASOR MONAST. S. GALLI.

IX. *Fertur ſiquidem, eundem Epiſcopum aliquando ad iter hoſtile ſibi de ipſius monaſterij ſumptibus viaticum præparare iuſsiſſe. Quod cùm fratres prætermittere non auderent, ea quæ fuerant iuſſa, naui impoſitá per quorumdam manus fratrum ad Epiſcopum tranſmiſerunt.* ſed ea vnà cum alijs rebus Epiſcopi ad iter parata incendio diuinitùs immiſſo conflagrâſſe tradit. At verò quæ eundem Sidonium dira eſt vindicta ſequuta, ſicidem auctor narrat rem memoratu dignam:

Tempore quoque alio idem Epiſcopus ad monaſterium veniens, dum quâdam violentiâ Epiſcopio ſubijcere, ſuaque tyrannidi non conſentientes monachos quaſi rebelles iniurijs multiformibus afficere tentauiſſet: Tello quidam Curienſis Eccleſiæ præſul, miſit ad eum humiliter deprecans, vt ſui amoris cauſâ (quoniam eorumdem fratrum aliqui conſanguinitatis vinculo illi erant coniuncti) ab eorum ceſſaret iniurijs, nihilque incommodi Dei famulis irrogaret. Quam petitionem furore dictante, ſuperbè contemnens, remandauit ſe illius precibus nullo pacto conſenſurum; verùm reſiſtentibus ſibi celerem pro contemptu illaturum vindictam. Et mox Oratorium beati Galli Confeſſoris quaſi oraturus ingreditur, & ante aram ipſius nomine conſecratam conſiſtit. Quique ad ſalutem non merebatur audiri: afflictiones quas aliis ſe irrogaturum iurauerat, conuenienti ſatis talione recepit.

X. *Nam inteſtina eius more ſartaginis igni ſuperpoſita feruere cœperunt, & tam dira viſcerum torſiones illum inuaſerunt extemplo, vt ſine aliorum adminiculo nequaquam egredi potuiſſet: ſed (quod dicere pudet) egeſtio naturæ turpi impetu prorumpens, cùm aſtantes nimio fœtore grauaret, ſine mora ab Eccleſia eiectus, vehiculo quo decedere monaſterio poſſet (ſicut rogauerat) eſt impoſitus. Sicque immoderato fluore, naturæ conſuetudine carens, vaſi in quod egeſta defluerent, ſuperſedens egreſſus eſt, & ad vicinum monaſterium, quod aurea nominatur, cui & tunc præerat, perductus eſt. Vbi etiam ingraueſcente languore tantùm ſibimet famulantibus ob nimium fœtorem intolerabilis factus eſt, vt etiam penè nullus impendere obſequia[a] ſolito potuiſſet. Tali itaque pœnâ mulctatus, cum hoc factionum ſuarum præmio poſt aliquot dies de cloaca corporis ſpiritum exhalauit.* hactenùs de his Walfridus. qui & alia ſuperaddit admiratione digna, ſed hic de his finis.

VINDICTA IN SIDONIVM EPISCO. CONSTANTIENSIS.

[a] ſolito

IESV CHRISTI
Annus 760.

PAVLI PAP.	CONSTAN. COPR. IMP.
Annus 4.	Annus 20.

I. SEQVITVR annus ſeptingenteſimus ſexageſimus decimætertiæ Indictionis, quo reddunt Annales Græcorum ex Emeſa in Syria translatum fuiſſe ſacroſanctum caput præcurſoris Domini Ioannis Baptiſtæ, quod ibi diu (vt dictum eſt) fuerat aſſeruatum. habet enim de his iſta Theophanes: *Eodem anno vigeſimo Conſtantini Imperatoris, translatum eſt caput ſancti Ioannis præcurſoris atq; Baptiſtæ a monaſterio Spelei in templum ſuum Emeſa ſitum quod eſſet illuſtre & deſcenſus, nempe Confeſſio, ædificatus eſſet, ibi vſque hodie à fidelibus honoratum & adoratũ, omni ſuauitate, corporali ſcilicèt & ſpirituali, honoratur odore, & emanans effundit omnibus ſanitatem qui fide flagrantes occurrũt.* Hæc Theophanes ſui temporis hiſtoriã proſequutus, quo redarguuntur omnes, qui ante hæc tempora eiuſdem capitis translationem factam referunt in Occidentem.

CAPVT S. IOANNIS BAPTISTÆ TRANSLATVM.

II. Quod ad res Francorum pertinet, hoc anno Pipinus bellum mouet aduerſus Waiphariũ Aquitaniæ Ducem res Eccleſiarum inuadentem; ductoq; in Aquitaniam exercitu, rerum Eccleſiæ iniuſtè ablatarum reſtitutionem facere, exhibito iuramento, obſidibusq; datis promittere ipsũ coëgit. hæc facta hoc anno vetus Chronicon docet, ſed hæc pluribus apud Aimoinũ his verbis: *Vuaipharius Dux Aquitaniæ cũ res quæ in ſua poteſtate erant, & ad Eccleſias ſub manu Pipini Regis conſtitutas pertinebant, rectoribus ipſorum venerabilium locorum reddere nollet, ipſumq; Regem pro his ſe per Legatos ſuos commonentem audire contemneret, contumaciâ ſuâ ad ſuſcipiendum contra ſe bellum concitauit. Nam Rex contractis vndiq; copijs Aquitaniam ingreſſus, bello ſe res & iuſtitias Eccleſiarum exacturum pronuntiauit. Cùmq; in loco qui Theodoad vocatur, poſitis caſtris conſediſſet, Vuaipharius bello certare non auſus, miſſa ad Regem legatione, ſpondet ſe imperata facturum, Eccleſiarum poſſeſſiones & res debitas redditurum, obſides qui imperarentur, daturum. Dedit etiã de primoribus gentis duos Adalgarium & Itherium, & hoc facto commotum contra ſe Regis animum adeò mitigauit, vt ſtatim bello deſiſteret. Nam acceptis obſidibus, qui ad fidem promiſſionibus faciendam dati ſunt, Rex bello abſtinuit, domumq; reuerſus, dimiſſo exercitu, in Villa Carisiaco hiemauit, in qua & Natalem Domini & Paſcha celebrauit.* hæc ipſe. pergit verò dicere de perfidia Waipharij qui periurus, reddere Eccleſiis quæ promiſerat, recuſauit, adeò vt opus fuerit ruſum anno ſequenti Pipinum exercitum comparare, ac iterum poſt annum aduerſus eundem bello agere, cùm tandẽ anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto eodem occiſo periuro, totâ potitus eſt Aquitaniâ.

PIPINVS VINDICEM AGIT RERVM ECCLESIASTICARVM.

III. Sed hîc opportunè reddenda putamus quæ S. Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus ſcripſit in priori translatione S. Remigij de iis, quæ eidem Pipino iam in Regem iuncto accidêre. At primùm meminiſſe debemus, quæ dicta ſunt ſuperiùs, conceſſum eidem Pipino à Romano Pontifice, vt ablata anteà quædam bona Eccleſiaſtica, annuo perſoluto cenſu, retinere poſſet. Sed quid ipſi accidit, cùm villam à ſancto Remigio donatã Dei Genitricis Mariæ Eccleſiæ ſub eodẽ perſoluẽdo cenſu vendicare vellet, ab eodem auctore ſic accipe: *Proceſſu deniq; temporis Pipinus Rex, Caroli Magni Pater, volẽs Epiſcopij Laudunenſis villam, quæ Anſiacus, ſiue Anicincus dicitur, accipere quaſi ſub cenſu, ſicut & alias quaſdam fecerat: venit in ea manere. Vbi cùm dormiret, venit ad eum S. Remigius, dicẽs: Tu quid hic facis? Quare intrâſti in hanc villam, quam mihi te deuotior homo dedit: quam que ego Eccleſiæ Dominæ meæ ſanctæ Dei Genitricis donaui? & flagellauit eum ſatis duriter, ita vt liuores poſteà in corpore eius apparerent. Et cùm diſparuit S. Remigius, Pipinus validâ correptus febre, quantocyus ab ipſa villa receſſit, quâ febre non paruo tempore laborauit. Et deinde Princeps Regni vſque ad moderna tempora ibi non manſit. licèt nec in Codiciaco, vel Iuliaco, niſi Ludouicus Rex Germanorum, quando ſuper fratrẽ ſuum Carolum Regnũ eius inuaſit, in Iuliaco manſit, & in die craſtina turpiter ante ipſum fratrem fugiens vix euaſit.* hucuſque Hincmarus.

CORRIPITVR A S. REMIGIO PIPINVS REX.

IV. Sic Deus corripi voluit filium quem diligebat: quòd ſi qui ſacrilegi talem haud experti ſunt vltionem, meminiſſe debent ab Apoſtolo dictum, non eſſe filium, qui non eſt ſub diſciplina. Nam ad Hebræos[a]: *Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: tanquam filiis vobis offert ſe Deus: Quis enim filius quem non corripiat Pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri & non filij eſtis.* vt ex iis intelligas, quàm malè agatur cum illis, qui dicunt:

[a] Hebr. 12.

peccaui

Digitized by Google

* *Ecclеſ. 5.* *peccaui* * *& quid mihi accidit triſte?* vtpote quòd nō ſint filij, ſed reprobi, non filiorum flagello ad emendationem, ſed paratis diabolo & Angelis eius ad perpetuam damnationem ſuppliciis ſint puniendi. Sed & hîc meminiſſe oportet diri anathematis, quod in ſuo ſanctus Remigius ſcribi voluit teſtamento aduerſus Reges Francorum, ſi quis ex eis quæ Eccleſiis donata eſſent, aliquid quoquo modo ſurripere auſus eſſet. Qui igitur Rex maximè pius vt filius à Deo correptus eſt, tantùm abfuit vt quouis honeſto titulo res Eccleſiarum acciperet, vt potiùs aduerſus eos, qui ea tentaſſent inuadere, mox vindex inſurgeret: vt factum vidimus aduerſus quem diximus Aquitaniæ Ducem. Diſcant homines, quàm periculosè ſiue ſub annuo prætenſo cenſu ſiue alio modo laicus homo poſſideat res Eccleſiæ, quas ſæpè inuitus ac nolens, fatigatus precibus, vel aliis compulſus occaſionibus, vel deceptus falſis ſuaſionibus Pontifex Roman. illis poſſidendas indulget.

IESV CHRISTI
Annus 761.

PAVLI PAP.	CONSTAN. COPR. IMP.
Annus 5.	Annus 21.

I. CONCILIVM ROMANVM SVB PAVLO PAPA.

SEPTINGENTESIMVS ſexageſimus primus CHRISTI annus voluitur Indictione decimaquartâ, quo celebratum eſt Romæ Conciliū, in quo inter alia Paulus Papa Conſtitutū fecit de Eccleſia & monaſterio à ſe erectis in paternis ædibus ſub titulo ſanctorum Stephani Papæ & Martyris, necnon Silueſtri Pontificis & Confeſſoris, illatis in eam compluribus ſanctorum Martyrum corporibus è diuerſis cœmeteriis erutis. Sacrum autem eius diploma, dignum monumentum hucuſque ſeruatum eiuſdem ſancti Pontificis ſic ſe habet [b]:

[b] *Extat ap. Monales S. Silueſtri Romæ.*

II. * Leontio

Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei * *Icontio religioſo presbytero & Abbati venerabilis monaſterij ſanctorum Stephani Martyris atque Silueſtri Confeſſoru Chriſti & aliorum innumerabilium Martyrum & Confeſſorum Dei in eodem ſancto monaſterio à nobis, annuente Deo fundato quieſcentium, & cum eo ipſi venerabils monaſterio in perpetuum.*

SACRVM DIPLOMA PAVLI PAP.

Inter diuerſa ſtudiorum examina, & varias humanæ inconſtantiæ operationes, quæ nimirùm in hac temporali vita pertractantur: illa præſertim toto mentis niſu perficienda ſunt, quæ ad laudem Domini Dei noſtri, & Sanctorum eius celeberrimum reſpiciunt honorem. Et profectò omnia ſequuntur proſpera, ſi primitùs quæ Deo ſunt glorioſa, & Sanctis eius præfulgida, procuramus. Ob hoc nempe, dum diuina Redemptoris noſtri ineffabilis potentia gratia in meam reſpicere dignata eſt exiguitatem: magnâ curâ inſiſtere, & anhelante ferè dilectionis affectu diuturnâ eius benignitate ac miſericordiâ procuramus laudes, & meorum ipſi offerre maieſtati deſideria votorum. Atque ex hoc diuinæ illuſtrationis compunctus inſpiratione, vehementer, licèt immeritus, procurare ſtudui ea, quæ ad cultum Dei, & dignam Sanctorum pertineant venerationem, & maximâ roborationis cenſurâ confirmare.

III. *Quoniam valdè me, fateor, opimis beneficiorum eorumdem Sanctorum ſuffragijs apud diuinam adiutum miſericordiam, pro eo quod nullis virtutum profectibus mereor inſtitutum, ſcilicèt graui peccatorum mole prægrauatum, adeò magnum & terribile Apoſtolicæ* * *Sedis officium proſequi, niſi eorum præſidio diuina me prouenerit dignatio: Verùmtamen in hoc omnipotentiæ ſuæ cunctorum proſcim, conditor & Redemptor Dominus noſter Ieſus Chriſtus demonſtrat indicia, quòd ea quæ apud eos ipſos deſpecta ſunt, nobis ad ſpem profectus, potentia ſua gratiâ illuſtrante, perducit, quod in me nimirùm cernitur euenisse. Idcirco ingenti gratulationis lætitia refectus, laudem Domini loquitur os meum, cor & lingua benedicit ſanctum nomen eius, atque intra cordis affectum, eius magnæ pietatis clementiæ congruenter confero vota.*

* vicis

COEMETERIA COLLAPSA ANTIQVITATE A LONGOBAR. DIRVTA.

Igitur cùm per euoluta annorum ſpacia, diuerſa ſanctorum Chriſti Martyrum atque Confeſſorum eius foràs muros huius Romanæ Vrbis ſita antiquitùs cœmeteria neglecta, ſatis manerent diruta: contigit poſtmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditùs eſſe demolita. Qui etiam & aliquanta ipſorum effodientes Martyrum ſepulchra, & impie deuaſtantes; quorundam Sanctorum deprædati, auferentes ſecum deportauerunt corpora. Et ex eo tempore omninò deſidiosè atque negligēter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam & (quod dici nefas eſt) etiam & diuerſa animalia in aliquōtis eiſdem Sanctorum cœmeterijs aditum habentia: illic etenim eorum exiſtebant ſepta animalium, in quibus fœtoris egerebant ſqualorem.

IV. E COEMETERIIS TRANSLATA MARTYRVM CORPORA.

Vnde conſpectâ eorumdem ſanctorum locorum deſidioſâ incuriâ, & ex hoc valdè ingemiſcens, atque plurimâ doloris attritus mœſtitiâ: aptum proſpexi, Deo annuente, eoſdem ſanctos Martyres & Confeſſores Chriſti, & Virgines ex iiſdem dirutis auferre locis. Quos & cum hymnis & canticis ſpiritualibus in hanc Romanam introduximus Vrbem, & in Eccleſiam, quam nouiter à fundamentis in eorum honorem conſtruxi (intra mœnia ſcilicèt in domo quæ mihi parentali ſucceſſione obuenit, in qua me natum conſtat atque nutritum) eorum ſanctiſſima collocans condidi corpora. Vbi congregationem conſtitui monachorum ſpeciali cenſurâ in honorem & in nomine beatorum Stephani Papæ & Martyris, atque Silueſtri Papæ & Confeſſoris Chriſti. In quo veneranda eorum quieſcunt corpora. Monaſterium virorum monachorum eſſe cenſui, ſcilicèt ad modulationis exercendam pſalmodiam, in perpetuum eſſe decreui, conſtituens ſedulas ibidem Domino Deo Redemptori noſtro referri laudes, & æternam eorundem Sanctorum illic quieſcentium venerationis memoriam ad gloriam diuinæ potentiæ celebrari, atque pro dilatatione atque ſtabilitate Reipublicæ, necnon & ſalute omnium fidelium Chriſtianorum, & ob meorum veniam delictorum quotidianas fundi preces, & debitum & condecentem eiſdem omnibus Dei Sanctis exhiberi honorem.

V. DE CVLTV SS. MARTYRVM.

Quoniam dum ipſi Martyres Chriſti, contemptis humanæ gloriæ blandimentis, atque diuerſa tormentorum ſupplicia perpeſſi, pro Chriſti ſunt nomine capite truncati, & athletæ Dei effecti: omninò congruit, vt ſicut eorum animæ in cœleſtibus Regnis cum Angelis triumphant, ita & in terris quoque eorum ſacratiſſima corpora lucidiſſimis habitaculis collocata optimè ab omnibus venerentur Chriſtianis, dum nimirùm impenſiùs pro ſuis cultoribus diuinam non deſiſtunt implorare omnipotentiam. Ipſorum quippe me Sanctorū confero præſidijs, confidens eorum me ſuffragijs à peccatorum, quâ premor, exui mole.

* Sed & ECCLESIA ET MONASTERIVM ERECTVM A PAVLO PAP.

Et * *ecce, propitiante Domino, idem à nobis in eorum honorem fundatum monaſterium diuerſis prædijs atque rebus & poſſeſſionibus vrbanis vel ruſticis, & cunctis neceſſarijs vtenſilibus optimè ditantes, omnia quæ ad concinnationem luminarium, & ſedulam ſacrificiorum oblationem, vel ea quæ ad vſus illic conſiſtentium monachorum ſufficiunt, conceſſimus, id eſt, maſſas, fundos, caſales, colonias, vineas etiam atque hortos, & oliueta, ſiu domos, & hoſpitia, ſalinas, & aquimolas, vel piſcarias, & reliqua poſſeſſionum prædia in diuerſis locis & ciuitatibus ſita, ſimulque & ſeruorum famulantium ſecum peculia. Addentes etiam, & ſub iure & ditione ipſius noſtri monaſterij confir-*

Digitized by Google

confirmantes aliqua monaſteria & venerabilia loca cum vniuerſis poſſeſſionibus & omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus.

VI. DONATIO SACTA MONASTERIO.

Hæc nempe omnia loca, poſſeſſiones vel prædia vrbana vel ruſtica, cum vniuerſis generaliter & in integro eis pertinentibus, vbi, & quocunque loco & ciuitate conſiſtunt, & à nobis iam præfato noſtro monaſterio conceſſa ſunt, vel in poſterum fuerint largienda, per præcepta Pontificalia & cæteras monitiones ibidem ſint vel fuerint confirmata: præſidente ſacerdotali Concilio, ſtatuentes, ſancimus Apoſtolicâ cenſurâ, & ſub diuini iudicij obteſtatione à noſtris ſucceſſoribus Pontificibus ſeruanda decernimus, vt in eodem venerabili monaſterio perenniter permaneant, atque in eius vſu pro quotidiana ſacrificij oblatione, in luminarium continuatione, atque ſuſtentatione illic exiſtentium monachorum ſempiterno iure proficiant.

NE QVID OBLATVM MONASTERIO AVFERATVR.

Vnde & ſub terribili & tremenda futura cauemus die aduentus magni Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua iudicaturus eſt viuos & mortuos & ſæculum per ignem, etiam & maximis ſub anathematis interdictionibus, Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beati Petri principis Apoſtolorum auctoritate decernimus, nulli quoquo modo noſtrorũ ſucceſſorum Pontificum licere, vel alicui magnæ, paruæq; perſonæ, cuiuſcunq; ſit honoris prædita dignitate, quâlibet exquiſitiore ingenij arte diſſoluere hæc, quæ à nobis pio intuitu ad laudem Redemptoris noſtri & honorem Sanctorum eius cõſtituta ſunt. Nec penitùs ex iiſdem locis vel poſſeſſionibus atque rebus & facultatibus familijs etiam & peculijs, vel quicquid ad idem venerabile monaſterium pertinere dignoſcitur, auferre, neq; quoquo modo alienare: potiùs autem omnia (vt prælatum eſt) in eodem ſancto loco perenniter in integro permaneant. Sed nec Abbas, qui pro tempore curam ipſius monaſterij geſſerit, quoquo modo præſumat quemlibet locum qui in vſu exiſtit monaſterij cuiquam locare, aut venundare, nec quicquam ex rebus ei pertinentibus vſurpare ac fraudare.

VII. Statuentes intereà, & hoc decernimus, vt cuncta congregatio monachorum in eodem ſancto conſiſtentium monaſterio ſepties in die Domino Deo noſtro referant laudes, & debitum illic quieſcentibus Martyribus atque Confeſſoribus Chriſti perſoluant honorem. Sed etiam ei qui vires ſubminiſtrauit, ampliſſimas omnium Redemptori noſtro ſtudeãt referre laudes: quoniam ſcriptum eſt:[a] Et adijciam ſuper omnem laudem tuam. Nam & hoc promulgãtes ſancimus, & per omnipotentis Dei noſtri virtutem, ſub terribili anathematis obligatione, omnes obteſtantes, decernimus, nullum vmquam præſumere quamlibet contrarietatem aut malitiam in eodem noſtro monaſterio, vel pertinentibus ei cauſis inferre; ſed magis pro Dei timore & maximo Sanctorum eius honore cuncti vnanimes, & auxilij opem ipſi, vel pertinentibus ei cauſis atq; vtilitatibus ingerant, vt participes & ipſi huius boni efficiantur operis, & mercedis præmia huiuſcemodi beneficio ab omnipotenti Deo conſequantur.

[a] Pſal. 70.

VIII. Hæc verò omnia à nobis ad laudem Redemptoris noſtri promulgata, & ab vniuerſo ſacerdotali Concilio confirmata, & maximis obligationibus corroborata Deo viuo & vero decernimus perenniter conſeruanda. Si quis autem ex noſtris ſucceſſoribus Pontificibus, aut ex quocunque homine potente, vel inferiore, magnæ ſcilicèt paruæq; perſonæ, cuiuſcunque ſit honoris præditus & dignitatis, præſumpſerit quocunque argumento vel exquiſitâ occaſione, hæc quæ à nobis ad cultum Dei ſtatuta ſunt, deſtruere, aut diſſoluere, vel quoquo modo temerare, aut etiam frangere, & (quod non optamus) quemlibet locum aut poſſeſſionem, vel quicquid prædicto venerabili monaſterio pertinere dignoſcitur, auferre, aut alienare ex eodem ſancto loco conatus fuerit: ſciat ſe Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque beati Petri principis Apoſtolorum auctoritate, inſolubili anathematis vinculo innodatum eſſe, & à Regno Dei alienatum, contrarios ſibi ſentiens omnes eoſdem ſanctos Martyres & Confeſſores & Virgines Chriſti, & cum ipſis ante tribunal Dei omnipotentis in tremenda examinis die iudicij debeat cum eiſdem Sanctis facere rationes.

DIRVM ANATHEMA ILLATVM IN VIOLANTES IVRA MONASTERII.

IX. Ipſum enim Iudicem peto, qui eſt retributor omnium, pro cuius laude hæc nos cõſtituiſſe dignoſcimur, vt iram ſuæ potentiæ, omnibus huius noſtri Apoſtolici Conſtituti tranſgreſſoribus inferat, & inſanabili vltionis vulnere percutiat cunctos, qui prædictum noſtrũ monaſterium lædere, vel contrariam mentem in cauſis pertinentibus ei exhibere temptauerint, vel quicquã ex omnibus ei pertinentibus * abſtollere præſumpſerint; vt ſit vita eorũ laborioſa & peſſima, nimiſque lugubris; atque languentes deficiant & ſuorum minimè conſequantur niſi reſipuerint, veniam delictorum, ſententiam ſumentes Ananiæ & Saphyræ, qui mendacij noxa inſepti, ante pedes Apoſtolorum expirauerunt. Contingatque eis ſicut Dathan & Abiron, quos aperiens terra os ſuum, viuos deglutiuit. Et cum diabolo eiuſq; atrociſſimis & deterrimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, & omnibus impijs deputari in tartareo igne & inextinguibili incendio, & in voragine chaos demerſi crementur in æternũ.

* abſtrahere

X. Porrò qui inuenti fuerint monaſterium noſtrum defendere, quod ad laudem Dei & honorem Sanctorum eius conſtituimus, & omnia quæ in hoc Apoſtolico continentur Conſtituto annexa cuſtodientes, integrâ mentis ſinceritate obſeruauerint: à dextris Dei inueniantur in loco lucis cõſtituti, & omnes ſancti Dei Martyres, Confeſſores & Virgines Chriſti, qui in eodem venerabili monaſterio quieſcũt, firmos habeant protectores, eorumq; ſuffragiis & in præſenti vita adiuuentur, & in futura beatitudine cæleſtis Regni gaudere cum Angelis Dei & omnibus Sanctis & electis per infinita conſequantur ſæcula. hactenùs ſacrum diploma, quod Conſtitutum nuncupare conſueuerunt: dies autem & annus quo datum eſt, poſt ſubſcriptionem Epiſcoporum & Cardinalium poſiti habentur. Sequitur modò ſubſcriptio Epiſcoporum & Cardinalium S. R. E. qui eidem Concilio interfuerunt, primoque loco poſitum chirographum eiuſdem Romani Pontificis his verbis:

XI. SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

Paulus Epiſcopus S. Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ huic Conſtituto à nobis facto ſubſcripſi.

Ioannes humilis Epiſcopus S. Eccleſiæ Nepeſinæ huic Cõſtituto à nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Ioannes humilis Epiſcopus Eccleſiæ Tiburtinæ huic Conſtituto à nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Gratianus humilis Epiſcopus Velitrenſis Eccleſiæ huic Conſtituto à nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Petrus humilis Epiſcopus Eccleſiæ Labicanenſis huic Cõſtituto à nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Paruus humilis Epiſcopus S. Eccleſiæ in Tribus tabernis huic Conſtituto à nobis facto interfui & ſubſcripſi.

Bonifacius humilis Epiſcopus Eccleſiæ Tifernæ, &c. vt ſuprà.

Domnus humilis Epiſcopus Eccleſiæ * Maturanenſis, &c. vt ſuprà.

* Martoranenſis

Epiphanius peccator Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Peruſinæ, &c. vt ſuprà.

Conſtantinus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Anagninæ, &c. vt ſuprà.

Anaſtaſius humilis Epiſcopus S. Eccleſiæ Senogallienſis, &c. vt ſuprà.

Leo humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Salernitanæ, &c. vt ſuprà.

Petrus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Cerenſis, &c. vt ſuprà.

Leo humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Albanenſis, &c. vt ſuprà.

Gregorius humilis Epiſcopus Eccleſiæ Preneſtinæ, &c. vt ſuprà.

Iordanus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Senenſis, &c. vt ſuprà.
Adam humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Hortanæ, &c. vt ſuprà.
Rodulphus humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ * *Cellenſis,* &c. vt ſuprà.

*Callienſis vel Vercellenſis

Gregorius humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Syluæ candidæ, &c. vt ſuprà.
Sunolbus humilis Epiſcopus S. Eccleſiæ Amerinæ, &c. vt ſuprà. & alij cæteri qui capere non poſſumus. ita ibi.

XII. SVBSCRIPTIO CARDINALIVM.

Sequitur poſt hæc ſubſcriptio Cardinalium S. R. E.
Gregorius Archipresbyter S. R. E. tituli ſanctæ Balbinæ.
Philippus humilis presbyter S. R. E. tituli S. Marci.
Gregorius S. R. E. presbyter tit. S. Anaſtaſiæ.
Theophilus S. R. E. humilis presbyter tituli ſanctæ Sabinæ.
Euſtochius humilis presbyter S. R. E. tit.
Stephanus humilis presbyter S. R. E. tit. S. Cæciliæ.
Conſtantinus humilis presbyter S. R. E. tit. SS. quatuor Coronatorum.
Marinus humilis presbyter S. R. E. tit. S. Laurentij qui vocatur Damaſi.

Hos ſequitur ſubſcriptio trium Epiſcoporum qui reſidui erant, ſed defectu chartæ abſq; ſubſcriptione prætererant:
„ *Suthinius Epiſcopus Tranenſis Eccleſiæ.*
„ *Leontius Epiſcopus Amiternina Eccleſiæ.*
„ *Stephanus Epiſcopus Ferentinatis Eccleſiæ.*

Sequitur ſubſcriptio reliquorum Cardinalium.
Theopemptus presbyter S. R. E. tit. S. Euſebij.
Leontius presbyter S. R. E. tit. S. Suſannæ.
Euſebius presbyter S. R. E. tit S. Laurentij in Lucina.
Benedictus presbyter S. R. E. tit. S. Marcelli.
Clemens presbyter S. R. E. tit. S. Anaſtaſiæ.
Chriſtophorus presbyter S. R. E. tit. S. Vitalis.
Donatus presbyter S. R. E. tit. S. Sixti.
Andreas presbyter S. R. E. tit. S. Mariæ in Calliſto.
Saxolus presbyter S. R. E. tit. S. Cyriaci.
Hermogenes presbyter S. R. E. tit. S. Priſcæ.
Petrus humilis Archidiaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.
Datum quarto Nonas Iunij, imperãte domino Conſtantino Auguſto à Deo coronato magno Imperatore anno quadrageſimo primo, ex quo cum patre regnare cœpit: & poſt Conſulatum eius anno vigeſimo primo, Indictione decimaquartâ.

XIII. Porrò in eadem membrana Pauli Papæ verbis hæc addita repeiuntur: *Menſe Iulij die decimanonâ introduximus in hoc oraculum corpus beati Syluestri Epiſcopi & Confeſſoris Chriſti. Menſe Auguſti die ſeptimadecimâ introduximus corpus beati Stephani Martyris atque Pontificis, tempore Conſtantini & Leonis Auguſtorum, & Pipini excellentiſſimi Regis Francorum & Defenſoris Romani Indictione quartadecimâ.* Quod autem & in cœmeterio Calliſti, æquè corpus S. Stephani Papæ & Martyris poſitum adhuc dicatur: inde id prouениſſe putatur, quòd ſicut in aliis fieri conſueuit, cùm transferri ſolerent ſacra Sanctorum corpora, pars aliqua in loco priori relinqui ſoleret.

XIV. Sed quæ de his habeat Anaſtaſius Bibliothecarius vt auctoritas auctoritate firmetur, videamus: *Hic ſanctiſſimus Præſul in ſua propria domo monaſterium à fundamentis in honorem ſancti Stephani Papæ ſcilicèt & Martyris, necnon & beati Silueſtri itidem Pontificis & Confeſſoris Chriſti conſtruxit. Vbi & Oraculum in ſuperioribus eiuſdem monaſterij mœnijs ædificans, eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra clauſtra verò ipſius monaſterij Eccleſiam miræ pulchritudinis à fundamentis noniter conſtruxit: quam muſiuo & marmoribus decorans, & omnem illic ornatum ex auro argentoq; & diuerſis ſpeciebus largiens, etiam ciborium ibidem ex argento librarum . . . . fecit; illicq; innumerabilium Sanctorum corpora, quæ de præfatis demolitis abſtulit cœmeterijs maximo venerationis condidit affectu. In eodem quippe monaſterio plura contulit prædia & poſſeſſiones, loca vrbana vel ruſtica, ſuperfluenter & abundanter eum ditans in auro & argento, aliiſq; rerum ſpeciebus, & omnibus vtilitatibus: vbi & monachorum congregationem conſtituens, Græcæ modulationis pſalmodiam cœnobium eſſe decreuit, atque Domino noſtro omnipotenti, & omnibus ibidem requieſcentibus Sanctis, magnis ſub interdictionibus ſedulè ac indeſinenter laudes ſtatuit perſoluendas.* hactenus de his Anaſtaſius.

XV. Vt autem Græcâ linguâ illic voluerit Paulus Papa Pſalmos occini: id inde accidiſſe putamus, quod cùm Copronymus impius Imperator, edicto promulgato, vetuerit eſſe monachos in Oriente: ingens monachorum Orientalium multitudo ſeſe in Vrbem infuderit, quorum cùm Græca lingua peculiaris eſſet, eoſdem in monaſteriis collocatos voluerit ea præſtare quæ conſueuiſſent in monaſteriis Orientis, vt pſalmorum cantum aliaque officia Eccleſiaſticâ ſua ipſorum linguâ perſoluerent.

Sed iam quæ anni huius reperiuntur res geſtæ Orientalis Eccleſiæ videamus.

PERSECVTIO IMP. CONSTANTINI RECRVDESCIT.

Hoc quidem anno recruduiſſe quàm acerbiſſimè perſecutionem ab eodem Conſtantino Copronymo aduerſus Orthodoxos Chriſtianos excitatam, teſtatur Theophanes verbis iſtis, hoc ipſo anno vigeſimo primo eiuſdem Imperatoris: *Eodem quoque anno Conſtantinus perſecutor, Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas, flagris in hippodromo ſancti Mamma occidit, redarguentem impietatem eius, & Valentinianiſtam ac Ciuilianum appellantem eum; quem & in rheuma maris iactari præcepit, niſi ſorores eius hunc rapientes, in Emporio Leucadij ſepeliſſent.* hucuſque Theophanes, & alij, ſed breuiter ac ſuccinctè nimis ingentis molis opus abſoluunt. Nos autem tum eius, tum aliorum Orthodoxorum glorioſas confeſſiones his inſeremus, petitas è Græcis fontibus, ex eiuſdẽ Andreæ martyrij Actis[a]. atque primo de edictu Imperatoris ſic:

[a] Apud Sur. die 17. Octo.

XVI. *Conſtantinus doctus à maligno ſpiritu, iuſſit per omnem terram quæ ſub cœlo, ipſi tamen ſubiectam Imperio, procedere, & ad extremos fines pertranſire alienum hoc edictum, omne genus ſupplicij omni generi & ætati aſperè minitans, ſi quis ſuo decreto non pareret, promptoq; & alacri animo illud non exciperet; immò ſi diuinam aliquam figuram verbotenus videretur honorare.* decretum ſuum nominat, quod de abijciendo cultu ſacratum imaginum ab œcumenica (quam dicebat) pſeudoſynodo (vt vidimus) ſancitum fuit.

Quòd verò illud decretum à piis contemptui haberetur; inde cauſa manauit, cur tantoperè irâ exæſtuaret, atque ad corroborandum illud & auribus omnium ingerendum præſens edictum hoc anno promulgaret: hoc agens, vt quod haud pridem concilium celebratum aduerſus ſacras imagines eſſet, quod (vt vidimus) œcumenicum appellauit, ſciens illud ab Orthodoxis haberi ludibrio, quod nec nomine quidem Concilij dignum eſſe dicebant: huius rei gratiâ minas illas per edictum promulgat, quæ adeò vehementes erant & fortes, vt magnoperè Orthodoxorum perculerint animum. nam ſubdunt acta.

XVII. *Propter has ergo aſperas & ſæuas minas, licebat tunc videre ciuitates effectas in ſolitudinibus, eſſe autem planè*

deſertas ciuitates propter multitudinem eorum, qui ad eas veniebant ſolitudines. Nimis arctæ reddebantur cuſtodiæ, replebantur carceres non latronibus (proh dolor) non expilatoribus, aut alijs huiuſmodi maleficis hominibus, ſed viris pijs ac religioſis & Dominum timentibus, quorum erant pernoctes ſtationes, & qui ſunt ex Deo ſudores & nocturnæ lachrymæ, & quos Hieruſalem vocabat libera ciuitas, honorificè apud eam diuerſaturos. hæc quidem omnia conſentientia illis omnibus quæ ſuperiùs dicta ſunt ex Actis Stephani Martyris ab huius temporis auctore conſcriptis. ſed certamen quod hoc anno contigit intueamur Andreæ ſanctiſſimi monachi. Cùm enim (vt dictum eſt) ob perſecutionem peculiariter indictam aduerſus monachos, alij alio commigraſſent ad tutiora loca: hic diu moratus, tandem ab eodem ſpiritu qui alios impulit in deſertum, hic eſt immiſſus in Conſtantinopolitanam ciuitatem, ne ſine patenti confeſſione oppreſſa veritas veluti extincta putaretur, cùm è contra in tanta ciuitate præconio confeſſionis frequenti populo celebrata, magis verò clamore ſanguinis exaltata, fronde feſtâ viteſcens, erigeret de ſuperata impietate trophæa. ſed quomodo id acciderit audi:

CVR ANDREAS SE PRODIT IN MEDIVM

XVIII. *Cùm ergo tam magnum & tam graue bellum eſſet excitatum, & multi ſtatim tempori ceſſiſſent, ſeruiliterque & illiberaliter omnino loquerẽtur: beatus hic Andreas non ferens hunc nouum modum captiuitatis, neque pias animas, quæ supernâ ciuitate miſerè priuabantur, deſpiciens, ſed tempus aptum eſſe arbitratus ad Zelum magno & excelſo animo oſtendendum, quem pro pietate iamdiu parturiebat, relictâ terrâ patriâ, & ſolo quod eum aluerat, venit ſtatim Byzantium, tamquàm quiſpiam fortis & generoſus athleta, qui in exercitatione ſatis ſtudij poſuerat, & in ſtadium ſæpiùs deſcenderat. Itaque nec metum magiſtratuum, neque aliquid aliud graue reputans in medium progreſſus, Imperatoris & eorum qui erant ex eius parte, palàm ſectam liberè arguebat; & honorem qui diuinis debebatur figuris, docebat & ſtatuebat: ſic (dicens) debet coli Deus, ſic venerari imagines.*

XIX. CAVSAM SVI ADVENTVS CONSTANTINOPOLIM ANDREAS PRODIT.

Porrò autem dicebat ſe eò veniſſe, vt tolleret, quæ à diabolo parabantur, inſidias, & eos quidem qui ſuam ſalutem prodiderant, adduceret ad pœnitentiam, & animum eis adderet, vt rurſum pugnarent; rurſus verò eos qui ſtabant, precibus, adhortationibus, & conſilio muniret, tutoſque redderet. Hæc cùm publicè prædicaret, nec tantillum quidem de dicendi libertate remitteret: ea ſignificantur Imperatori. Qui cùm ante ciuitatem in Martyris Mamantis quæ dicitur baſilica, cum ſuo conſueto conſediſſet ſupercilio, & magnum quidem ex ſcenica illa ſpecie faſtum, magnam autem ex aſſentante illo ſatellitio gloriam ſibi induiſſet, nec eos quidem qui aderant, ſolùm intueri ſuſtineret, Orthodoxos verò toruè & ferociter aſpiceret, & nihilò mitior quàm fera agreſtis in eos ferretur, & alios quidem bouinis neruis crudeliſſimè cæderet, alios autem igni & aliis ſupplicijs traderet, multorum verò etiam ipſos oculos & linguam erueret, vt illis quidem oculis ſcilicèt aliorum athletarum non aſpicerent animi magnitudinem, nec his tolerantia magnum acciperent ſolatium; hâc autem ademptâ, non poſſent alios excitare ad certamen, neque eis veluti manũ præbere per conſilium & ſuaſionem: alijs autem ſimul manus ac pedes auferret propter iræ vehementiam & acerbitatem.

XX. MARTYRIVM SVVM DEO COMMENDAT ANDREAS.

Hic beatus Andreas animo ſauciatus, & pro Domino ſpirans virtutem & animi magnitudinem, cùm & è medio corde ſibi eſſet precatus, & ſubinde dictitaſſet: Domino ſerua, Domine dirige. ſeipſum in media iniecit pericula, & eorum qui circumſtabant diuiſâ multitudine, latens eos qui ambigebant, cùm veniſſet in conſpectum Imperatoris: Cur (inquit) ô Imperator (ſi es Chriſtianus) hæc mala machinaris aduerſus Chriſti imaginem & eius ſeruorum? Ille autem non ferens hanc loquendi libertatem, ſed apertam contumeliam eam rem eſſe exiſtimans, loquentem Sanctum ſtatim interrupit, & iubet eis qui aſtabant, eum comprehendere. Ij autem cædem ſpirantibus manibus in eum irruentes, & alij quidem eius caput, alij autem manus apprehendentes, alij verò ſuper humerale, & aliqui tunicam per ſummam contumeliam, & vt ei qui iuſſerat magis gratificarentur, eum humi deijciunt, qui erat animo excelſo; neq; prius ceſſarunt eũ trahere, donec ipſe Imperator poſtquam ſatis vitus eſſet dicendi libertatem athleta, volens vtique videri clemens, iuſſit eum relaxari.

XXI. QVID IN ANDREAM IMPERATOR.

Cùm autem proximè adducendum & ſiſtendum curâſſet, tum eum prius terruiſſet ſæuitiâ, deinde etiam alliceret manſuetudine: Vndenam, inquit, hæc tanta tibi audacia & inſcitia, vt inſtus repugnes Imperatori, & coram eo intempeſtiuè, & citra vllam rationem liberè quæras loquaris? ſed (vt videtur) volens aliquo modo notus nobis euadere, hanc viam ingreſſus es. Voluntas itaque tua deducta eſt ad effectum, & ibi tum rectè ſuccedet ſcopus, dummodo ſententiæ noſtræ aſſentiaris, & quæ valde rectè ſe habet, confitearis religionem: tunc namque tibi omnia euenient ex ſententia.

SVAM AGIT CAVSAM ANDREAS.

Ad hæc Andreas ille admirabilis: Non, inquit, audaciâ nec inſcitiâ motus ô Imperator, nec vt tibi notus & tua euaderem potentia, huc veni. Quid enim mihi rei eſt cum tuis? ſimiliter autem poſſum omninò etiam dicere cum ijs quæ ſunt huiuſmodi, à quo quidem iam olim deſpecta ſunt tamquam ſomnium: ſola autem, ſola grata eſt quies, & ſeorſum verſari tum Deo. Sed poſtquam accepi, te ſentire aliena à Fide Orthodoxa, & priuare Chriſtianos honore, qui debetur diuinis imaginibus, & ſic quidẽ perturbare eos qui tuo parent imperio, conturbare autem etiam Eccleſiam: non potui hanc ferre iniuſtitiam: ſed patriâ relictâ & meis, tantum maris ſpacium emenſus, venio magno cordis zelo incenſus, vel vos ab hoc errore liberaturus, vel pro meo Chriſto meam animam poſiturus, qui ſuam, etſi eſſet Dominus, pro me poſuit & ſuâ imagine.

XXII. *Imperator autem: Veniſti quidem certè, inquit, magnâ viſione apprehendens, & animo agitans, nempe vt ipſum Imperatorem, & omnes magiſtratus & pontificalis dignitatis venerandam, quantacumque ea ſit, canitiem traducas ad id quod tibi videtur. Sed vt prolixis vti verbis mittamus, audi me ea quæ oportet conſulentem, & ab hac profundâ emergens caligine, pare iis quæ noſtra decernit potentia, & ipſe quoque ſis contentus ſequi communem ſententiam; ſin minùs, te omninò docebit experientia quantum malum ſit conſilij inopia & vana de ſe perſuaſio, & ſuam tantum ſequendo ſententiam, ſe arroganter gerere aduerſus Imperatores.*

ANDREÆ FORTIS CONFESSIO.

Audiuit Martyr, & tulos aſpiciens: Non te negabo (inquit) Chriſte Saluator. Non te pulchrâ fruſtrabor confeſſione: Non tuam contemptus habebo imaginem: non deſpiciam, quod ad me quidem attinet, male patientem. Cædatur autem meum corpus, ô Imperator, lingua ſecetur, pedes excindãtur. Nam ego quidem paratus ſum omnia pati potius, quàm meum Chriſtum vel vmbratenus vilipendere, quam habeo pro omnibus, & quem olim ſolum ſequi conſtitui. Ad hæc Tyrannus: Quantam eſt (inquit) tanta amentia, & quam eſt craſſi & hebetis ingenij, craſſa, & in quam cadit interitus, materiæ. Dei ab interitu remoti & materiæ expertis gloriam tribuere, & nec audire quidem quod à Moyſe prohibetur legislatore, qui dicit: [a] Non facias ſimilitudines? Vndenam ergo grauiſſimus hic morbus, qui veſtræ menti inſedit, effecit, vt non ſolùm ſcienter reſiſtatis, ſed vos etiam coniiciatis in periculũ? Sed enim intellige, non pro veritate, neq; pro Chriſto, ſed pro ipſa ſola quæ eſt à ratione aliena audacia, extrema patieris.

[a] Exod. 20. Leuit. 26. Deut. 4.

XXIII. *Hoc in loco cum ferre nõ potuiſſet vir generoſus blaſphemæ linguæ contumeliam, ſed perinde atq; bonæ ſpei prædictionem ar-*

nem ar-

Digitized by Google

PRO SACRARVM IMAGINVM CVLTV CAVSAM AGIT ANDREAS.

A nem arbitratus, ſacra imaginis pati contumeliam: Exe-crandum, inquit, caput: Non tibi videtur pati pro Chriſto, qui pro illius forma patitur, neque ad primum exemplum credis tranſire ignominiam, quâ imago afficitur? Et quomodo vos, eos ſæpè qui Imperatorias contumeliâ affecerunt ſtatuas, perinde ac eos qui Imperatorem ipſum ſunt infeſtati, vltimis affeciſtis ſupplicijs? quos quidem ego noui in ſtatuis æneos, vel etiam aureos extrinſecus, pice intus eſſe repletos & ſtuppis & lignis, & aliâ vili & abiectâ materiâ. Quod ſi vos qui nunc eſtis puluis, & cras non eſtis futuri, ſic adoramini ſtatuis ac imaginibus, & propemodum tanquam dij vultis adorari, & eos qui in Imperatorias peccauerunt ſtatuas, acerbiſſimè punitis: aduerſus Chriſti ſacram aliquid audere imaginem, non reputatis eſſe archetypo ipſius exemplaris ignominiam? Nec eos qui ſunt parati B pro eo pati omnia, æſtimatis periculum adire pro veritate?

XXIV. IMP. IN MARTYREM INFENSVS.

Deinde cùm iam hæc dixiſſet Martyr, & de Moyſe vellet explicare, cuiuſnam iuſſiſſet non facere ſimilitudinem, & quomodo ille effinxiſſet Seraphim, cùm ipſum etiam exemplum ſit incorporeum: Imperator abrumpens orationem: Iam tempus eſt, dixit circumſtantibus, docere eum eſſe moderatum ac temperantem, & temerariæ illius linguæ referre ei gratiam. Si enim ij, qui regias ſtatuas (vt ipſe dicit) iniuriâ afficiunt, acerbum & inexorabile ſupplicium ſubeunt: qui adeò impudenter & audacter ſceleratam in nos linguam immittit, quaſnam luent pœnas punietur C pro meritis? Sic dixit, & irato vultu Martyrem ſtatim intuens, & manum de more mouens, & valdè exclamans, eum iubet nudari, deinde etiam extenſum funibus vehementer flagellari.

Ille autem nec ſic puſillo & abiecto animo ſe geſſit aduerſus ſententiam, neque eius promptum animi ſtudium retardarunt quæ iam expectabantur plagæ & flagella: ſed id magis reddebant attentiùs, vt quod ſpiritus à ratione alienis appetitionibus & Imperatorijs minus accenderetur. Cùm ergo Imperator vidiſſet ſic ſe habẽtem virum fortem, & nihil omnino formidantem, ſed eſſe omnino paratiorem flagella ſuſtinere, quàm dimittere illam rationem ſententiæ: timens ne ſi ipſe Sanctus tormenti faceret periculum, fieret inde in confeſſione conſtantior, & minimè traduci poſſet, quomodo ſertia animalia poſt plagam: induens perſonam benignitatis: Priuſquàm (inquit) facias periculum tormentorum (ad Martyrem aſpiciens) noſtro pa- D rens decreto, libera te ab ijs quæ te expectant malis.

XXV. REDARGVITVR IMPERATOR AB ANDREA.

Martyr autem Chriſti ad ſuum agonothetam ſublatis oculis tam corporis quàm animæ, cum ſibi eſſet precatus firmam & immutabilem diuinarum imaginum venerationem: & deinde etiam deorſum aſpexiſſet, & in Tyrannum parum oculos conieciſſet: ô Imperator, inquit, miſſis bellis quæ gereres contra barbaros, & ciuilium rerum adminiſtratione, totum, vt video, apertè tuum poſuiſti ſtudium contra Chriſtum & eius ſeruos. Et hæc agens, exiſtimas te poſſe in pace tenere ſceptra Romani Imperij? Nunquidne Dei quidem times iudicium, neque illum tuorum factorum expectas examinatorem?

CÆDITVR DIRISSIME MARTYR.

Hoc in loco conuicta fuit ficta manſuetudo Imperatoris, & aperta fuit ſimulatio. Nam ſolitâ detectâ feritate, Mar- E tyr vehementiſſimè cædebatur boum neruis. Qui autem circumſtabant, volentes iræ Regis morem gerere, partim quidem iuſſi verberare, plagas crudeliter intentabant, & adeò crudeliter, vt fluerent riui ſanguinis ex pretioſo illo corpore, & ſubiectum ſolum fieret aliè purpureum: partim autem gladios accipientes, irruebant ad interficiendum athletam: multi etiam lapides in ipſum iaciebant, & omnibus modis iniuriâ afficiebant non illum, ſed ſeipſos, ſic quidem Regi, qui erat ad tempus, ſtudentes coniungi: omninò autem ignorantes miſeri, quantum hæc agentes, ſe procul à DEO remouerent, & qualem ad tempus iudicij illi quidem lætitiam, ſibi autem lachrymas & dolores miſerabiliter reconderent.

XXVI. CONSILIVM VAFRVM IMPERATORIS.

A Sed Imperator mouebat omnem lapidem, vt poſſet Sanctum in ſua habere poteſtate: Neſcio enim quomodo etſi eſſet inſipiens, non ignorabat tamen hac in re quidem terſè ſe ſapienter gerens, fore vt ſi illo potiretur, multos alios ex Orthodoxis ſtatim caperet, cum tanquam caput, corpus & membra conſequentes. Hæc cum ille ſciret, iubet ipſum rurſus relaxari à plagis, & rurſus perſuaſione & prætextu beneuolentiæ eum aggredi tẽtat. Cùm ergo eum curaſſet prope ſiſtendum, & ſuum ſermonem molliſſet plusquàm oleum, acutum tamen iaculum aduerſus pios & acutum gladium, poſtquam vidit virum ne tantillum quidem illici blandiſſijs, ſed cum maiore dicendi libertate eius arguere amentiam, depoſitâ pelle ouinâ (erat lupus manifeſtus) iuſſitque, lapidibus confringi maxillas Martyris, hæc reddens B pro verbis, quibus cor eius fuerat conſauciatum.

Ille autem erat planè alius Stephanus, ijs qui illi inimiciam faciebant preces reddens. Deinde Martyrem quidem Imperator tamquam reum condemnatum miſit rurſus in cuſtodiam: ſed ignorabat ſe ijs qui in ea habitabant Chriſtianis, valdè promptum mittere doctorem. Gaudebat autẽ ipſe quoque, ſicut Paulus, propter Chriſtum paſſionibus & afflictionibus, benignoque & clementi Deo magnas agebat gratias, quod dignus eſſet habitus plagis & carcere propter illius nomen. Quamobrem & ijs quæ dicebat, eos qui aderãt valdè inſtruebat & confirmabat, & eo quod quæ erant moleſta & aſpera ferret cum gratiarum actione. Et corpus quidem erat vinctum in cuſtodia, anima autem etiam antequam illinc ſolueretur, iam cæleſti viſione intelligẽter ap- C prehendebat, adeò vt Tyrannum propemodum reprehenderet, quod non ipſum citiùs liberaret à pondere carnis, & à vinculis naturalibus. Corpus enim erat illi carcer, qui eius arctabat animam, & ſuo tegumento eam ſeiungebat à tabernaculis quæ eam exceptura erant, & inenarrabili quæ illic eſt beatitudine.

CONSTANTIA ET PIETAS MARTYRIS.

XXVII. FRVSTRA IMPERATOR LABORAT PERVERTERE MARTYREM.

Dies interim non multi præterierunt, & rurſus accerſit Imperator Martyrem è carcere metu eorum quæ expectabãtur, & dolore malorum quæ obuenerant, fractum ad futura eius animum, & futurum multò molliorem & ignauiorem exiſtimans. Poſtquàm autem productum ſanctum virum vidit audaciorem, & magis ſpirantem acrem propter Chriſtum amorẽ: eum veſte exuit, & prope eum lictores rurſus iubet aſſiſtere & flagellis vehementer cædere, ad- D huc priſtinum plagarum aperta per vniuerſa membra ferentem veſtigia. Illi autem laniabant quidem carnes, & fodiebant eius latera, & plurimam eius carnis partẽ auferebãt. Sed ne ſic quidem poterant ſuffurari theſaurum illius fidei.

Poſtquam ergo vidit Tyrannus omnia à ſe ſic temerè & fruſtrà fieri, iamq; eſſet planè animi dubius & perplexus: cõdeſcendit, vt ſe fateretur ſuperatum, nempe vt eum morte deinceps damnaret. Et iubet vt funibus alligatis illis beatis pedibus in ſolo trahatur per totam viam publicam: deinde vt cùm deductus fuiſſet ad locum maleficorũ, ibi iaceretur, qui Eden, qui ſupernis tabernaculis, qui erat dignus ipſis cælis. Cùm autem curreret Martyr hũc curſum decertationis, & in terra per plenum vrbis forũ traheretur: vir quidã qui è mari fuerat piſcatus piſciculos, & eos in foro proponebat E venales (ſedebat autem ſuper cathedrã peſtilentiæ) cùm vidiſſet eum tam turpiter trahi, & quænã eſſet cauſa accepiſſet) exilijt ſtatim tãquàm à malo aliquo motus dæmone, & cùm è propinquo cultrum macelli arripuiſſet, eo & pedẽ ſacri corporis amputat, & ſiſtit Martyri curſum decertationis, eiq; finem imponit certaminis: nam ſimul cum pedis amputatione è vita quoq; excedit vir generoſus, vel potiùs ad cælum currit, & ad eũ aſcendit qui poſuit eius vitam nulli reprehẽſioni affinem, & perfecit[a] pedes eius tanquã cerui, & collocauit ſuper excelſa. hactenùs de martyrio auctor.

ANDREAS CONSVMMAT MARTYRIVM.

a Pſal. 17.

Quæ autem ſequuntur de proiectione corporis ad feras, & de eius inuentione, Deo cogente, per arreptitios facta, diſcrepant à Theophane, qui cum à ſororibus ſublatum antequàm proiiceretur, affir-

mat atque ſepultum. Quòd verò locus ſepulturæ Chryſis diceretur, inde & accidit, vt diceretur ipſe Martyr, S. Andreas in Chryſi, quo titulo reperitur inſcriptus in ſacris Eccleſiæ tabulis, in quibus anniuerſaria dies natalis celebranda proponitur.

XXVIII. Hoc anno (vt iam res Occidentales inuiſamus) cùm nouis cladibus agitaretur Hiſpania, & Valentia ciuitas in Tarraconenſi prouincia à Sarracenis exciſa iam eſſet, Chriſtianique ſacra Vincentij Martyris oſſa inde auferentes, deportaſſent in extremã Luſitaniæ partem, in locum qui ex eo poſteà Promontorium ſancti Vincentij eſt appellatum: tunc cœptum eſt eiuſdem ſancti Vincentij nomine monaſterium perinſigne erigi Oueti, cuius antiquæ memoriæ extant veſtigia apud Ambroſium Moralem [a]; vt planè appareat, haud exaruiſſe virorẽ Chriſtianæ religionis in Hiſpania. Licet enim tot anguſtiis vallati eſſent fideles, in retinenda tamen antiquitùs tradita obſeruantia monachali ita ſerbuerunt, ac ſi ſummâ pace fruerentur, frequentiq; concurſu eam colere omni ſtudio laborarent; ſed & eò propenſiorem cultum Vincentio Martyri exhiberent, quò magis à Sarracenis grauioribus iniuriis ſe conſpicerent affici. Sicq; factum vt ita colentes Vincentium, vincendi aliquando penitus Sarracenos aperuerint ſibi viam, prout declarauerunt euenta.

[a] *Amb. Moral. l. 13. c. 18.*

Hoc eodem anno [b] in Anglia Ecgbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, Regis germanus, ſcientiâ & ſanctitate clarus diem clauſit extremum, vbi ſediſſet annos vndetriginta. Fuit iſte magiſter Albini, qui & Alcuinus Flaccus dictus inuenitur, qui ipſum pluribus laudat in litteris ad Carolum Magnũ ſcriptis, vtpote quod inter alia inſignia eius opera publicum litterarum ſacrarum gymnaſium Eboraci conſtituit, eamque Eccleſiam nobili valde bibliothecâ ditauit. dicendum rurſus de eo inferiùs, cum de Albino agendum erit.

[b] *In Epitome Appendix ad Bedæ hiſtor.*

S. ECGBERTI EPISC. EBORACENSIS OBITVS.

IESV CHRISTI
Annus 762.

PAVLI PAP. Annus 6. CONSTANT. COPRON. IMP. Annus 22.

I. CONSTANTINVS PERSEQVITVR MONACHOS.

SEQVITVR ordine temporis ſeptingenteſimus ſexageſimusſecundus Chriſti annus Indictione decimaquintâ notatus, quo Imp. Conſtantinus immenſo odio flagrans in monachos, quos præ cæteris ſibi in promulganda hæreſi aduerſarios ſæpè expertus fuit, maximè verò anno ſuperiori, cùm aduerſum Andream Cretenſem monachum fuiſſet ſibi certandum: cùm audiſſet in Auxentiano monte in Bithyuia poſito, degere magni nominis Stephanum monachum grauâ miraculorũ illuſtrem, potentemque ſermone ad eohortandum alios, vt aduerſus debacchantem hæreſim forti conſiſterent animo, ad eumque habere confugium plurimos, in hunc ipſum mouere bellum neceſſarium ſibi duxit, vt perficere poſſet, quod conabatur (ſi liceret) hæreſim ſtabilire. Sed quem ſcit maximè martyrij cupidum, haud armis expugnãdum tentat, ſed verbis. Ad hocque virum eloquentem mittit, qui viro ſuadeat ſubſcribere decretis pſeudocõcilij œcumenici nominati. Id quidẽ factum eſt hoc anno, antequàm bellum Bulgaricum pararetur, quod anno ſequenti eſſe confectum, ex auctore qui res geſtas eiuſdem Stephani eſt proſequutus, qui & hoc viuebat tempore, & ijs omnibus potuit intereſſe, certum exploratumq; habetur, vt ſequenti anno oſtenſuri ſumus, modò autẽ primi huius certaminis Stephani ex eodem auctore totidem verbis hic deſcribamus hiſtoriam, quæ ſic ſe habet [c]:

[c] *Apud Io. Damaſc. in fin.*

II. CONSTAN. IMP. AGGREDITVR PER SEQVI S. STEPHANVM.

Imperator huiuſce Stephani virtutem audiens, ſecumq; iſtud perpendens, quod ſi hunc quoque retibus ſuis includeret, fauoremq; ipſius ac præſidium ſibi adiungeret, execrando ſuo dogmati magnum ob ingentem virtutis illius claritatem atque ſplendorem robur conciliaret: Calliſtum quẽdam Patricij ordinis ſummâ ſecum familiaritate deuinctum, atque ſuam hæreſim apprimè callentem, & eximiâ dicendi facultate præditum ad ſe accerſit, eumque ad ſanctum virum legat his verbis vtens: Ad Auxentianum montem contende, ac Stephano, qui illic delitescit, atq; ex Immemorãdorũ claſſe ac numero eſt (ita enim impium ſolere vocare monachos dictum eſt ſuperius) *perſuade vt concilij decretis aſſentiatur, & ſubſcribat: ſicq; eum alloquere: Pij ac rectiſſimè de religione ſentientes Imperatores Conſtantinus & Leo beneuolentiâ erga te, quia virtute & ſanctitate delectaris, impulſi, te Orthodoxi Concilij decreto nunc edito & promulgato ſubſcribere iubent. Tu verò & caricas ipſi & palmas feres, amygdala item, aliaq; nonnulla, quibus vir Dei colendæ pietatis ſtudio deuotus ali conſueuit. Norat enim & ipſe, quanta eſſet illius continentia, penè vt etiam hoc virtutis genere cum ſpiritibus à materia remotis contenderet.*

III. QVÆ STEPHANVS AD CALLISTVM.

Calliſtus itaque quàm celerrimè poterat ad montẽ profectus, ſancto viro Imperatoris mandata exponit, eaque omnia, quæ alliciendi atque inflectendi vim habebant, in medium profert, ipſumq; ad ſubſcribendum pertrahere conatur. Verùm pietatis corona erat Stephanus, zeloq; atque virtute Protomartyris ſimilis. Tanquam enim qui Dominũ à dextris ſuis eſſe ſemper provideret, ac propterea nullo hæreſis impetu concuteretur, ad pernicioſum illum nuntium his verbis vſus eſt: At ego nec huic decreto, ac falſi huius cõcilij vaniloquio ſubſcribam, nec illud vnquam comprobabo, nec amarum dulce [d], *nec tenebras lucem dicam, ne Propheta maledictionem in caput meum pertraham. Sacrarum autem imaginum causâ promptum mihi ac procliue eſt mortem oppetere, Imperatoris minas, qui has delere auſus eſt, nihil moranti. Hæc vbi dixit, cauam manum ſtatim oſtendens: Etiam ſi mihi* (inquit) *tãtulum duntaxat ſanguinis eſſet, id tamen pro Chriſti imagine profundere minimè dubitarem. Quos verò ab eo ad me cibos attuliſti, referas ſanè licèt; quoniam* (vt cum diuina ſcriptura loquar) [e] *oleo peccatoris non impinguetur caput meum, nec hæreticorum cibis guſtus meum deliniatur.*

[d] *Iſa. 5.*

[e] *Pſal. 15. Pſal. 140.*

IV. *Hâc oratione auditâ, Calliſtus maximo pudore ſuffuſus reuertitur, atque Imperatorem adiens, omnia ei narrat. Ille autem ira ac furoris nube obducitur, ac ſtatim ſicarios vna cum Calliſto mittit, eiq; imperat vt ſanctum virum è cella ſua* in vertice monte ſita *abſtrahãt, ac protinus ad inferius monaſterium deductum, illic cum ſumma cura ac vigilantia incluſum tenerent, quod arbitratu ſuo de eo cõſtitueret. Sic igitur dicto citius id quod imperatum fuerat exequi contendentes, ad ſpeluncam veniunt, & ſanguinario animo inſiliunt, oſtioq; ſtatim calcibus effracto, pium virũ per vim foras trahunt. Ac cernere erat rem proborum oculis admiratione dignam ac memorandam. Etenim ex ingẽti quadam continentia, & domicilij humilitate atque anguſtia, tibiæ ipſius in femoribus adhæſerant, vt nec vllo modo ſtare vel moueri poſſet. Quod cùm amentes homines perſpexiſſent, ſummâ admiratione perfuſi ſunt, atque ex ſæuitia & feritate animos ad commiſerationem inflexerũt. Ac duo quidem ex ipſis* (ſunt enim inter malos & flagitioſos homines ſeminali quidam, atque eiuſmodi, vt eorum improbitati remedium afferri poſſit) *concepta ex ſancti viri ærumna commiſeratione, conſertis manibus acceptum eum ſufferebant. Mox autem ad Patris Auxentij cœmeterium venientes eum vnà cum monachis illis, quibuſcum verſabantur, incluſerunt, atque ipſi pro foribus excubabant, imperium aliquod & nuntium a Tyranno expectantes.*

STEPHANVS ABRIPITVR ET DVCITVR CAPTIVVS.

At enim-

V. STEPHANI IN CARCERE CANTICVM.

At enimuerò generoſus ille atque eximiâ virtute præditus Stephanus tot moleſtijs affectus, ac facinoroſi cuiuſdam hominis ritu, in cuſtodiam coniectus, animo non concidit: verùm vnà cum ſocijs ſuis altâ & modulatâ voce pſallebat: IMPOLLVTAM IMAGINEM TVAM O BONE ADORAMVS. eſt cantici principium. *Ac deinde quid aliud huiuſmodi ab ipſis pſallebatur: In cogitationum mearum latrones incidi, ab iisque mihi miſero mens abrepta eſt.* hæc idcirco, quod auulſus fuerat ab illo ſpeçu in ſupercilio montis ſito, vbi puriorem contemplationis fructum guſtabat. pergit auctor. *At qquibus cuſtodia commiſſa fuerat, pro foribus ſtantes, atque quod ab eis cantabatur audientes, atque veluti excantari ſeſe propter illos exiſtimantes, capita mouebant, ſeque miſeros ducebant, quod à monachis, qui nihil ſceleris admiſiſſent, atque iniquè incluſi tenerentur, optimo iure latrones appellarentur.*

Cùm autem ſex dies iam effluxiſſent, in quibus pius ille vir nihil ſibi guſtarat: ſeptimo die affuit quidam à Tyranno miſſus, qui ſanctum virum ob id quod recens acciderat (nunciatum enim fuerat bellum à Scythis inferri) cellæ ſuæ reſtituit. hic finis Imperatoris hoc anno conatus, ſed non Calliſti Patricij: qui nouis machinis oppugnare virum ſanctum aggreditur; agens nimirum, vt calumnijs eum potius proſcindat quàm ferro ſauciet, glorioſiorem inde putans ſibi parare triumphum, quàm ſi necem inferat; ex qua ſciret maiorē ab Orthodoxis illi parari laudem, & gloriam immortalem, qui eum eſſent in perpetuum celebraturi Martyrem. contrà verò ſi calumnijs eum ſuperet, fore vt cuncitata & vbique ſparſa eius ſanctitatis fama diſpereat atque penitùs euaneſcat, ſicq; fieri vt nullum inferre damnum hæreſi poſſit celebritas eius nominis infamiâ prorſus extinctâ, imò magnam ea ex re fieri acceſſionem peruerſæ ſectæ, cuius aduerſarij inuenti eſſent operibus ſceleſtiſſimi. Quas verò interim dum Imperator aduerſus Scythas pararet arma, Calliſtus aduerſus ſanctum paret inſidias ab eodem auctore ſic accipe:

VI. CALLISTI PATRICII FRAVDES COMPOSITA ADVERSVS S. STEPHANVM.

Cæterùm ille κάκιστος potius, hoc eſt, peſſimus, quàm Calliſtus, cùm vnum ex ſancti viri diſcipulis nomine Sergium, de quo iam nos verba facturos eſſe promiſimus, remotis arbitris accerſiuiſſet, miſero illi perſuadet, vt nō Iudam ſolum proditionis reum agi ſinat, ſed ipſe quoq; rurſus patris & præceptoris ſui proditorem ſe præbeat. Confeſtim igitur in ipſius perniciem meditari non deſiit, atque omnem artē adhibere, quo magnum illum virum caſsibus ſuis implicitū teneret. Vt autem ſe fruſtrà laborare & nihil efficere perſpexit (cur enim ſacram illam animam atq; ab omni reprehēſionis nota immunem aggrediebatur?) ſtatim à ſancto ouili digreditur, velut nimirum filius improbus atq; alienus, à ſemita recta claudicans, atque ad eum, qui legendis Nicomedienſis oræ vectigalibus præerat, Aulicalamum nomine, accedit, eumq; ſocium & adiutorem in his, quæ aduerſus ſanctum virum ſtruebantur, adhibet.

VII.

Ambo igitur in capitis ſui perniciem inito conſenſu, libellum in eum calumnijs refertum peruerſiſſimo animo cōſcribunt. In quo primùm illud inſerunt, eum Imperatoris tanquam hæretici memoriam execrari, & diris deuouere, eumq; Syrum atque Vitelium appellare. per Sycum Neſtorianum intelligi certum eſt, per Vitelium neſcimus, ſicut & pariter ignoramus quid ſit quod tradit Theophanes, eumdem Conſtantinum Imperatorem ignominiæ causâ appellatum ab Andrea Cretenſi Martyre, Ciuilianum. Sed pergit auctor, aliam recenſere in eum comparatam calumniam, nempe ipſum, ait, aduerſus ipſius Imperatoris maieſtatem technas moliri, aliaque permulta, quæ ob prolixitatem atque inutilem loquacitatem, intempeſtiuum ac ſupernacaneum eſt commemorare.

Poſtremò autem de proba illa atq; præclara Anna, quam ipſe mundum fugâ relinquentem in monacharum nomerum atq; ordinē adſcripſerat, hoc ponunt: *Quod mulierem quādam nobili loco natam fraude circumuentam in monaſticis inſtitutis initiaſſet, atque in inferiori monaſterio teneret, cum eaq; noctu ad ipſum aſcēdentis conſuetudinem haberet. Ad hæc ipſius ancillam pecuniâ corrumpunt, eiq; tum libertatem, tum aulici cuiuſdam connubium pollicentes, hoc perſuadent, vt aduerſus eam ſimul ac ſanctum virum conſentanea ijs diceret, quæ illi in illo calumnijs pleno libello contexuerant.* ſed quænam iſta inſignis fœmina fuerit Anna, ex eodem auctore dicamus, qui ſuperiùs hæc de ipſa habet:

INGENS CALVMNIA DE ANNA VIDVA.

VIII. ANNA VIDVA MONASTICAM AMPLECTITVR VITAM.

Mulier quædam illuſtris atque honeſta, marito haud ita pridem orbata, feſtinanter ſanctum virum adijt. Cumque ſe viduam atque liberorum expertem, ac proinde ſolam eſſe, ipſi narraſſet: nihil aliud ſibi ſupereſſe dicebat, quàm vt monaſticâ veſte, cuius ſe incredibili quodam deſiderio teneri aſſerebat, indueretur. Ille autem eam longâ oratione inſtructam, ac ſalutiferis præceptis ſedulò eruditam dimiſit, his verbis ad extremum vtens: Vide cum quo paciſceris: ac ſi qua te animæ cura tenet, id quod promiſiſti, mox præſta, nec te cunctantem mors inuadat. Pia igitur illa mulier ad matrem rediens, ac Patris ſermonem in intimis cordis penetralibus abditos tenēs, facultates omnes ſuas auro commutat, eoq; magna ex parte pauperibus erogato, confeſtim parentes, propinquos, vicinos, amicos relinquens, ad diuinum Stephanum ſe confert, non paruam auri illius portionem ſecum geſtans. At ille aſperiori orationis genere ad eam vtens: Cùm tu (inquit) ex Saluatore ipſo audieris eius diſcipulam eſſe minimè poſſe, qui non bonis omnibus renunciauerit: quonam modo contempto ac pro nihilo habito hoc præcepto, partem aliquam mundi retines?

IX.

Hæc vt mulier audijt, ipſius perſpicaciam ad ſtuporē vſque admirans: Non me (inquit) honorande Pater, auara, ſpiritualis potiùs (niſi me animus fallit) cupiditas impulit, vt auri aliquid mihi reliqui facerem: quod videlicèt id per tuas ſanctas manus erogari, maioremq; mihi tuâ operâ vtilitatem comparari cuperem. Tum ille: Alienorum delictorum ſcintillas manibus meis extinguere nullo modo ſuſtineo. Vereor enim ne qua earum fortius ſuccendatur, maximumq; in animo meo incendium excitet. Id enim nonnullis, dum non ſatis animum attendunt, vſu venire compertum habeo. Illud autem omninò perſpicuum eſt, quod quis ſeminat, idem ſuis quoque manibus metit. Hæc loquutus, eam quidē rurſum ad matrem redire, haudquaquam vtile eſſe indicauit. Cæterùm vt vicinis locis vna cum pio Marino peragratis, ipſamet ſuis manibus pecuniam illam diſtribueret, imperauit. Quo munere cùm perfuncta fuiſſet, tum denique monaſticâ eam veſte induit, atque ad mulierum monaſterium tranſmittit, Antiſtitiq; etiam atque etiam mandat, vt ſummam ipſius curam gerat, manumq; ei ad virtutis ſtudium amplexandum porrigat, ſeduloque opituletur. Atque hæc quidem ita ſe habuerunt. Quomodo autem hęc ipſa per calumniam grauiſſimi criminis rea conſtituta quęſtionibus diriſſimis ſubiecta fuit, dicemus anno ſequenti, quo contigit.

X.

Cæterum quod ſpectat ad perſecutionem Conſtantini Copronymi, non ea tantū fuit aduerſùs ſacras imagines, eorūq; veneratores fideles, ſed magis exarſit aduerſus monachos quos immēſo cùm inſectaretur odio, illud adiecit, vt lege ſanctâ vetârit, ne quis ampliùs monachus efficeretur, ſicq; ad monachiſmū omnis via pręcluſa penitùs eſſet. Teſtatur id quidē Theodo. Studita huius tēporis ſcriptor in oratione, quam de ſancto Platone cōſcripſit, vbi primùm de latebris eiuſdem S. Platonis agens hæc ait: *Conſtantinus ille impijs cogitationibus feruens, malitiæ domiciliū, multorum capitū draco, eius hæreſis propugnator, quæ ſanctis imaginibus bellū indixit, monaſtici ordinis*

CONSTANT. IMP. PROHIBET MONACHOS FIERI.

acerbiſſimus perſecutor tunc regnabat. At quiſnam noſtrorum Nazaræorum, monachorum videlicèt, *non fuit exterminatus? Aut quis latens non in medium prolatus? Quis ſue eorum qui ei reſiſtebant, non ad impietatis barathrum detractus? Ita vt ſicubi aliquis eorum, qui inſignes erant, relictus fuiſſet, tanquàm ſcintilla quædam in occulto & obſcuro loco iacens, ita latuerit, vt pro mortuo haberetur apud eos, qui adhuc ſupererant. Talis fuit noſter Elias,* Plato ſcilicèt, *à Domino ipſo ſeruatus ijs in locis, in quibus exercitationi monaſticæ operam nauabat, non eius manibus captus, qui nouus Achab dici poterat.* & inferiùs cùm de Irene pia Auguſta agit: *Poſteà verò quàm cœpit regnare Chriſti cultrix Irene, quæ pacem ipſam, vt cognomento, ita & re attulit, in cuius Regno cum alijs bonis & monaſtica vita iucundæ facultas & ianua pateſacta eſt, quæ olim ab impio Imperatore clauſa fuerat.* Sic igitur ex his omnibus ſatis liquet fuiſſe vetitum vſque ad Irenem Auguſtam, ne quis poſſet monaſterium ingredi. Quomodo autem hac etiam de re magnam perſecutionem conflârit, idem Imperator aduerſus ſanctum Stephanum, de quo ſupra, dicemus anno ſequenti.

IESV CHRISTI
Annus 763.

PAVLI PAP.	CONSTAN. COPRO. IMP.
Annus 7.	Annus 23.

I. SEPTINGENTESIMVS ſexageſimus tertius adeſt annus primâ Indictione ſignatus, quo Stephanus Martyr calumnijs preſſus, multaq; perpeſſus, exulare iubetur. Sed quomodo iſta ſe habuerint, exactè ſunt referenda; ac primùm quod ad tempus ſpectat, diligentior eius ratio habenda eſt. Cùm enim anno quadrageſimo nono eiuſdem Stephani eius exilium contigiſſe, martyrij eius Acta teſtêtur, idemq; incidiſſe tempore belli cum Scythis, nempe Bulgaris initi: hoc quidem anno id oportuit eueniſſe: quadrageſimus enim nonus hic fuit annus ætatis eiuſdem Stephani, quem natum vidimus, cum S. Germanus creatus eſt Conſtantinopolitanus Epiſcopus, anno Redemptoris ſeptingenteſimo decimoquarto; ſed & hoc anno idem bellum Bulgaricum accidiſſe, Theophanes auctor eſt.

II. BELLVM BVLGARICVM BENE CONFECTVM.

Hoc namque anno, primâ Indictione, ſeptimo Kalendas Iulij, Imperatorem Conſtâtinum ad bellum profectum tradit, viciſſeq; Bulgaros, atque de iiſdem redeuntem Conſtantinopolim egiſſe triumphum: quum ingratus pingues hoſtias litauit ſatanę: nam inter alia eundem ſanctiſſimum virum Stephanum poſt multa ludibria releganit.

CALVMNIARVM LIBELLVS ADVERSVS S. STEPHANVM COMPOSITVS.

Cùm enim calumniarum libellus aduerſus eundem ſanctum operâ Calliſti Patricij, Sergijq; monachi confectus eſſet: eum ad Imperatorem agentem in caſtris miſerunt. Quid illic ipſe, habeto hęc Acta: *Hoc enim ſcripſiſſent per militem quẽdam ad Imperatorem, qui tum in Scytharum locis morabatur, libellum mittunt. Ille igitur lucri cuiuſdam inſtar, eum accipiens, ac leonem iam in vinculis habens, ad Antherum, qui vicariam ipſi in vrbis gubernatione operam nauabat, epiſtolam quam primum ſcribit hoc exemplo.*

Ad monaſterium illud, quod ad Auxentiani montis radices ſitum eſt, ſummâ celeritate proficiſcere. In eo enim quædam Immemorandorum ſcorta ſub pietatis prætextu degũt: quarum tu vnam, cui nomen Anna eſt, aſſumptam, per publicos equos quàm celerrime ad nos mitte.

III. *Ille igitur ſcelerati Regis ſceleratior Præfectus ſimulatque litteras accepit, militum agmine cinctus, ad monaſterium proficiſcitur, ac ſacras illas mulieres tertiæ hora laudes Deo canentes offendit. Confeſtim itaque milites, quibus ipſe ſeptim erat, gladios ſtringunt, ac Chriſti ſponſas circũdant. Ita diuinâ laudatione incondito clamore compreſſâ, Chriſti famulæ quà fugerent non habentes, partim intra ſacri altaris cancellos ſeſe protinus abdebant, partim venerandum diuinæ menſæ peplum ſubibant, partim ad montẽ excurrere tentabant, ſed ab ineuitabilibus illis prædonibus retinebantur. Quorum impetum domus illius Præfecta,* Abbatiſſa videlicèt, *minimè ignorans (etenim in ſua cella quieſcebat) mulier ætate quidem prouecta, cæterùm in perferẽdis laboribus vegeta, intrepido animo ad eos egreditur, atq;: Quid perpetratũ (inquit) cũ Chriſtiani ſitis? Quid in mulieres diuino cultui conſecratas, quæ nemini vnquam iniuriam vllã inferre in animo habuerunt, impetũ feciſtis?*

SATELLITES PERVADVNT MONASTERIVM MONIALIVM.

IV. ANNA CVM THEOPHANE MITTITVR AD IMP.

Hi autem venerandæ illius anus libertatem ſummoperè admirantes atq; eam Antiſtitem eſſe intelligentes, inſolenti illo impetu ſuo ſtatim in diuerſum mutato, non ſine quodam pudore ac reuerentia leniter ad eam his verbis vtũtur: Annam Stephani amaſiam nobis dede. Hoc enim Imperatoris edictum poſcit. Ipſa autem eam protinus ac quamdam alteram cum ea nomine Theophanam accerſens: Abite, inquit, ad Imperatorem, ac prudenter ipſi reſpondete. Cæterùm quo ad eius fieri poterit, prouidendum vobis eſt, ne per fraudem aliquam in prædã incidatis. Poſtquàm igitur adductæ ſunt, atque ille eas adeſſe comperit, diſiungi ab inuicem iubet, ac deinde accitã Annam ad hunc modũ affatur.

QVÆSTIO HABETVR DE ANNA.

Mihi quidem nullo modo omninò dubium eſt, quin ea omnia vera ſint, quæ de te ad me perlata ſunt. Cæterùm eò te acciri volui, vt tu quoque liberè ac ſummota omni diſſimulatione, cuncta detegas, nimirum quonam pacto præſtigiator ille ac ſceleratus huc te adduxerit, vt & bonorum tuorum poſſeſſionem relinqueres, ac paternam nobilitatem pro nihilo duceres, ac deniq; hanc tenebrarum veſtem indueres. Perſpicuum videlicet eſt (quemadmodum etiam à quibuſdam intellexi) id illum tibi idcirco ſuaſiſſe, vt te tanquàm ſcorto abuteretur. Verùm quid tandem in eo pulchritudinis perſpexiſti, vt tu in eam fraudem incideres?

V. ANNÆ ANIMI FORTITVDO.

At caſta illa mulier, turpibus his verbis auditis: Abſit (inquit) Imperator, vt hac de cauſa paternas opes abiecerim, atque ornatum omnem exuerim, vt animam meam huiuſmodi libidinibus in ſeruitutem addicerem. Verùm qui hæc de me detulerunt (vt cum [a] Dauide loquar) acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. En igitur corpus meum tibi proponitur, ferro, igni, verberibus excrucietur: nihil aliud quamdiu mihi ſpiritus ac vita ſuppetet ex Anna audies, quàm quod verum eſt. Sanctum & iuſtum virum hunc eſſe, animaq; meæ ſalutem attuliſſe, perſpectum habeo.

[a] Pſal. 139.

Obriguit ad hæc Tyrannus, horaque parte haud exiguâ vocis vſu caruit ſummumq; læuæ manus digitum (vt illi in more erat) præmordens, ac dexteram manum in orbem torquens, hanc quidem ſedulò cuſtodiri iubet, ipſius autem comitem inuitam licèt & repugnantem domum reuerti. Quo etiam, vt redijt, Antiſtiti ſuæ ac magno Stephano cuncta exponit.

VI. *At verò Imperator non multò pòſt, confecto ex animi ſententia bello, Conſtantinopolim redit: ac parùm admodùm aut nihil omninò de publicarum rerum adminiſtratione laborans: hoc vnũ ſerio agit, ac negocijs omnibus anteponit, nempe vt Stephanum retibus ſuis implicitum teneat. Annam itaque, de qua verba fecimus, in Phiala carcere includi iubet (eſt autem ille mirè caliginoſus, atque inferno propemodùm haud abſimilis) ac deinde per cubicularium quendam hæc ei ſignificat: Parce tibi ipſi, mulier, animumq; induc honeſtè viuere, atq; abiecto hoc tenebrarum indumento, cum Imperatrice vitam degere. Cæterùm craſtino die, cùm interrogaberis, fac coram omnibus vera dicas. Præſtò enim eſt ancilla tua, quæ etiam ſi ea quæ perpetrata ſunt, inficiari volueris, te conuincet. Ego autem veri-*

A *tatis patronus ac propugnator membratim ac fruſtratim carnes tuas lacerabo, faciamq́; vt intelligas, quantum Imperator, qui te hæc monet, valeat. quantum rurſus Immemorandorum Antiſtes Stephanus. Sin autem hoc tibi perſuaderi ſinas, vt nomen eius apertè deferas, ipſiusq́; voluptates ac libidines palam prodas, maximos à nobis honores ac munera conſequeris.*

VII. *Hæc vt pia Anna audiuit, nihil aliud quàm meras nugas hæc omnia eſſe ducens, breue reſponſum dedit, hoc vnum inquiens: Dei voluntas fiat. At Imperator cum ingentem hominum cœtum ante palatij carcerem poſtridiè manè collegiſſet, vt qui ſe ipſi quod volebat, perſuaſurum eſſe conſideret: nudam eam in omnium conſpectu ſiſti iubet, virgarumq́; faſce in ipſius oculis & aſpectu poſito: Hæc, inquit,* B *non ad ſpectaculum dumtaxat, incutiendumq́; tibi terrorem adhibui, ſed vt tergum tuum & ventrem quoq; conſcindam, niſi execrandos Stephani concubitus, hodierno die, in apertum proferas.*

ANNA CASTISSIMA FOEMINA CONSTANTIA IN TORMENTIS.

Ad quæ cùm caſta illa mulier, animique magnitudine præſtans, ad Chriſti exemplum obticuiſſet: Tyrannus oculos in eam iracundè coniiciens, ac meretricem eam, quæ pudicitiæ amore tenebatur, ſceleſto ore appellans, flagris eā crudeliter affici iubet. Cùm itaque ipſa a quatuor valentiſſimis hominibus diſtenta fuiſſet, ac pedibus & ventre & tergo tunderetur, nihil aliud ab ipſa audiri poterat quàm hoc ſolum: Non noui hominem, quemadmodum ipſe ait: Non noui, Domine miſerere. At verò verſipellis illa ancilla, atque animo etiā adhuc magis ſeruili ac ſceleſto. Imperatoris iuſſu in ipſius conſpectu ſtans, manus aduerſus eam prætende-C-*bat, ac ne conſpuere quidem ipſam verebatur. Cùmq; nonnulli ipſius calamitate ſeſe commoueri fingerent, atque in aurem inſuſurrantes, ipſam admonerent, vt ea quæ Imperatoris voluntati conſentanea eſſent, diceret, atq; ad hunc modum cruciatu eximeretur: Illa in priſtina animi fortitudine ac tolerantia perſtans, à vero minimè deficiebat.*

VIII. *Vt autem eam verberum multitudine confectam ac penè ſpiritum exhalantem Tyrannus vidit, ſubſellio exurgēs, celeri curſu in palatium ſe abdidit, eam in vno quodam vrbis monaſterio includi iubens, & quidem ita, vt omni corporis curà deſtitueretur.* Quid poſteà de Anna factum ſit, nihil ampliùs auctor, ad res Stephani intentus: ibi quidem diem clauſiſſe extremum Martyre dignū putamus. At quod terribile Dei iudicium fuit in an-D-cillam illam, Annæ dominæ ſuæ calumniam tantam inferentem, ita idem auctor narrat in fine: *Nec verſuta quidem illa ancilla, quæ ſanctum virum & heram ſuam accuſauerat, iuſtum Dei iudicium effugit. Nam cùm trans turbam ad Aulicalamum perueniſſet, ſeque fabulam detecturam eſſe confirmaret, & quonam modo vt ſancto viro calumniam strueret, ſubornata fuiſſet, niſi ipſe quod promiſerat, expleret. id ille metuens, cuidam eorum qui legendis Bythiniæ tributis præerant, eam in matrimonium collocat. Prægnans autem facta gemellos filios in lucem edit. Cæterùm ſub mediam noctem repentè conturbati infantes illi, arreptis maternis mammillis, horrendumque in modum exeſis, eā protinùs necant, atq; vnà cū ea viperini illi fœtus extinguūtur.* hæc miſerandæ fuit ancillæ pœna. E

IX. Cùm autem Imperator eâ ſe ſpe fruſtratum videret, vt in Stephanum agere poſſet occaſione delicti cum Anna prætéſi: ad alias aduerſus eum fraudes comparandas cōuertit animum. Illaq; ex omnibus facilior atq; ſecurior viſa eſt, ſi eum pietatis ergò ſui faceret tranſgreſſorem edicti. Magnis namq; pœnis agendum ſanxerat aduerſus eos, qui in monachum reciperet aliquem in monaſterio. Effecit igitur, vt cariſſimus ſibi aulicus, ſimulans fugam ab aula, abierit ad Stephanum, vt inter monachos aſſumeretur: quod poſt multas preces tandem obtinuit. cuius rei gratiâ cauſa paruit, quâ in ipſum agere poſſet. Sed quibus hæc artibus fuerint concin-

NOVAM MOLITVR IMPERATOR FRAVDEM IN STEPHANVM.

A nata, & coloribus ficta, eundem auctorem audi, qui hæc de Imperatore ſubiungit: *Ipſe autem & varios ac multiplices inſidiarum modos animo verſare non deſinebat, quo ſanctum virum morte afficeret. Quocirca poſtridie cùm Georgium quendam cognomento Syncletum nitidum ac vigentem iuuenem, ipſiq́; cariſſimum accituiſſet, priuatim eum ita alloquitur: Quantam, ô Georgi, tui erga me amoris vim eſſe ais? Infinitam (inquit ille) Imperator, nec in menſuram vllā cadentem. Tum Imperator: Audeas ne igitur pro hac tua erga me beneuolentia mortem oppetere? Et quidem libenter, inquit ille, ac ſumma cū animi voluptate iſtud fecerim. Hic Imperator animo lætiſſimo ipſum oſculatus: En, inquit, nouum quoque iſtud ais: ac deinde: Nec vt meâ causâ mortem ſubeas, Georgi, nec vt membrum aliquod ti*-B-*bi adimi ſinas, nec denique vt quicquam aliud huiuſmodi ſuſtineas, nunc iubeo: verum hoc vnum, vt ad Auxentianū montem properè te conferas, cumq; omni memoriâ indigno Stephano agas, eiq; perſuadeas, vt tibi monaſticum habitum imponat, ac te in ſuorum album adſcribat. Quod cùm contigerit, ſtatim ad nos quam celerrimè poteris, redeas.*

X. GEORGIVS SE CONFERT AD STEPHANVM.

Ille autem hunc ſermonem prompto ac lubenti animo excipiens, atque ad hanc fraudem obeundam, ab eo (vt erat in huiuſmodi rebus ingenioſiſſimus) plurimis verbis inſtructus & eruditus, confeſtim ad montem aſcendit, ac ſub nemoroſo quodam loco ac virgultis pleno delitescens, mediâ nocte dæmonibus non abſimilis egreditur, atque ad monaſterium accedens, voces ad ciendam miſericordiam comparatas emittebat: Miſeremini mei (inquiens) miſeremini, C *Chriſtiani omnes qui hic habitatis, nec me à feris abripi, aut in præcipitium ac voraginem ruere ſinite. Oberraui enim in via, nec quid faciam habeo. Hæc & alia quædam cùm ſimulatiſſimo animo quereretur, Stephanus vir humanus & ad miſericordiam propenſus, exaudiens, Marinum monachum accerſit (rei enim commentitiæ ſimplex illa ac fuci & malitiæ expers anima fidem adhibebat) atq; Abi properè, inquit, ac lugentem iſtum, quicunque tandem ille ſit, huc admitte, ne pereat.*

Ille igitur confeſtim admiſſus, ad ipſius genua ſe abiicit atque (ô Deus bone) quanta cum ſimulationis arte impurus ille & execrandus vſitatum illud, Benedic Pater ſummè venerande, pronunciauit. Poſtquam autem ſanctus vir ipſi bene precatus eſt, ipſumq́; exurgere iuſſit: tum ab indumen-D-*tis, tum à facie ac genis prorſus abraſis eum agnouit; ſiquidē raſo mento erat: nam id omnibus Tyrannus edixerat, in hoc nimirum Dei aduerſam legem ſanciens, ad Moſem videlicet dicentis* [a]*: Loquere ad populum, ac prohibe ne barbam in rotundum radant, aut eam implexam gerant. Etenim vt in alijs omnibus rebus, ſic in has quoque ipſi aduerſari contendebat. Atque omnibus tam iuuenibus quàm ſenibus barbam ad cutim vſque radere præceperat, vt quis eos tamquam ſalaces equos ad bene ſemper curandam cutim atque ad laſciuiæ ſtudium extimularet.*

[a] Leuit. 19.

XI. GEORGII ARTES AD FALLENDVM COMPOSITÆ.

Cùm igitur hunc eum ex Imperatoris claſſe eſſe coniecisſet, percūctabatur ab eo, vndenam eſſet, & quò pergeret. Ille autem (ac vide quæſo hominis malitiam) quum ex aulicorum numero eſſet, minimè inficias ibat. Cæterùm (inquit) dum flagitioſiſſimi Imperatoris ſententiam & ego & E *ſocij mei ſequimur, penè in Iudaiſmum præcipites abrepti ſumus, atque in ingens animæ periculū iam incidimus. Ego verò quò in malo verſarer, tandem aliquando perſenſiſſem, ad tuæ ſanctitatis pedes (vt vides) properanter veni, vt angelicum hunc habitum, cuius deſiderio teneor, à te obtineam. Quocirca ne me quæſo abiicias, honorande pater: nec tametſi indignum, à præclara hac ſpelunca remoueas. Tum ille nomini ſuo reſpondens Stephanus: Nequeo, inquit, fili, huiuſmodi rem aggredi, ne quid mihi periculi à Tyranno creetur. Ille autem ſtatim figmentum ſuum ac ſimulationē adigens, atq; id omni ſtudio contendens, vt fabulā eam quā agebat, quoad eius fieri poſſet, ab omni ſuſpicione vendicaret. Ac propterea quo ſanctum virum ad id quod expe-*

tebat

tebat alliceret: Rationem (inquit) Deo pro anima mea reddes, niſi me hodierno die ſine vlla cunctatione detonſum in monachorum ordinem adſcribas: nihil enim mihi aliòqui ſupereſt, quàm vt ſtatim ad prioris vitæ inſtitutū reuertar.

XII. GEORGIVS FACTVS MONACHVS.

At venerandus ille vir hoc ſermone commotus (norat enim omnia pro nihilo ducere, cùm de animæ ſalute agi exiſtimaret) Etiamſi periculum hac in re ſitum eſt, inquit, tamen quia te ſincero animi affectu acceſſiſſe dixiſti: non committam, vt contra Dominicum præceptum te foras eijciam. Cæterùm attento animo ſis oportet, pectuſque tuum aduerſus omnem ærumnam præmunias. Sic enim ſuos Dominus explorare ſolet. Hoc ſermone habito, mundanam veſtem ipſi detrahit, atq; obedientiæ veſtimento eum induit. Atque ita impoſtor ille ad tertiam vſq; diem perſtitit, non tam decipiens, quàm ipſemet à dæmone, qui eum ad huiuſmodi facinus abripiebat, deceptus.

QVERELÆ IMPERATORIS DE GEORGIO FACTO MONACHO.

Nec verò ſubdolum Tyrannum hoc fugit: verùm interim dum hæc peragebantur, ingentem hominum multitudinem in theatro colligens, ac gradus eos, in quibus purpuratorum corona ſtare conſueuerat, aſcendens, mœroreque profligati hominis laruam induens: Nulla mihi reliqua vitæ pars eſt, inquit, præ veteratoria Deo inuiſi Immemorandorum horum agminis nequitia. Cùm autem populus ad illud exclamaſſet: Quonam modo hæc, cum huiuſce habitus ne veſtigium quidem vllum in tua vrbe ſuperſit? Ille editiori voce: Inſidias eorum, inquit, nullo pacto ferre queo. Omnes enim meos ſubdolo animo circumuentos ad ſe pertraxerunt, atque adamatis ſuis tenebris mancipârunt. Nunc autem tanquàm ne nunc quidem ijs quæ perpetrârunt contenti, grauiora prioribus adiecerunt, ac Georgium meum, quem (vt ſcitis) amore complectebar, à latere meo abreptum auulſumq́; monachum (ô terra, ô ſol!) effecerunt. hæc me intolerando quodam mœrore excruciant. Cæterùm cura noſtra in Dominum conijcienda eſt, nobisq́; ad eum preces adhibendæ, atq; ille breui (quod experimur) in apertum proferet.

XIII. IMPERATOR VVLT VIDERI PROPHETA AC PIVS.

Ad hunc modum præſtigiator ille ac vanum, quod curarat atq; imperarat, ac veteratorio animo molitus fuerat, iam iamq́; euenturum erat, ante prædicit, vt vatis famam conſequeretur, qui denſiſſimis tenebris ac ſcelere plenus erat. Cùm autem ij qui aderant, quiq́; nihil ad veritatē, ſed ad gratiā omnia ſua tum facta tum dicta referebant, tritū illud ac peruulgatū dixiſſent[a]: Cor Regis in manu Dei eſt: & orantem te Deus omninò exaudiet, concionem ſoluerunt.

[a] Prou. 21.

Porrò admirandus Stephanus execrādum illum ac Maſſi malum diſcipulum, poſt tertium diem accerſit, plurimiſque inſtructum detondet, & monaſtico habitu adornat, atque vt Salomonis verbis vtar[b], inaurem auream nari porcinæ imponit. Ille autem nihil diuina illa præcepta moratus (qui enim? cùm in maleuolam animā ſapientia intrare profectò nequeat?) montem tanquàm ignauus quiſpiam ac fugax miles relinquens, ad aulam abijt. Imperator verò libenter eum excipit, ac læto animo amplectitur, non ob ſanctum habitū, vt oportebat, ſed ob id potius quod eū abieciſſet, hincq́; ipſe iuſti viri de medio tollēdi nactus cauſā eſſet.

[b] Prou. 11.

XIV. NOVVM SPECTACVLVM IN THEATRVM INDVCITVR.

Confeſtim igitur omnibus cuiuſcunque ætatis hominibus, ad publicum theatrum, ſub matutinum tempus ipſius iuſſu coactis: ſtans ille eodem quo prius loco, altâ quâdam voce, ac mirâ lætitiâ perfuſo animo: Vicit (inquit) fortuna mea: preceſq́; meas Dominus exaudiuit. Papæ, cuius hominis! Imò verò earum potiùs principis tenebrarum auditor extitit. Cùm autem multitudo pro ſuo more ipſi applauſiſſet, atque iſta ad gratiam & obſequium comparata rurſus dixiſſet. Quando autem, ô here, te Dominus non exaudiuit? Ipſe hoc ſermone delectatus, ac inundè arridens: Reuelauit mihi, inquit, Deus quem quærebam. Quem ſi vultis, hodierno die vobis commonſtrabo. Ac ſimul ſpectandum eum produxit. Promiſcua itaque illa multitudo, ſimulatque ipſum conſpexit, quo tempori magis adhuc obſequeretur: Hunc (inquit) malè de te meritum, malum ac nefas eſt intueri. Obtruncetur ergo quamprimum neſandus iſte, obtruncetur. Quæ cùm dicerent, id quidem dicebant, quod illum pati oportebat. Cæterùm ab Imperatoris mente ac ſententia prorſus aberrabant.

XV. HABITVM LVDIBRIVM DE INDVMENTIS MONASTICIS.

Quocirca ſtatim Tyranno ita iubente, ſacram ipſi epomidem detrahunt: eamq; ad populum vnà cum cucullo (nā ita appellari conſueuit) abijciunt, quæ extemplò ab impuris illis ac ſceleratis conculcata ſunt. Vt autem cruciferum quoque analabum, hoc eſt, redimiculum, vt etiam ipſum deijcerent, nefario illi demere cœperunt: manibus acceptum illum Imperator vndique contorquebat, quidnam illud eſſet ſciſcitans.

Tum Senator quidam, vt nomine ita etiam re Dracontim: Proijciatur, inquit, Imperator, hic quoque ſatanici laquei funis, dignus ipſe proculdubio eiuſmodi laqueo. Quod etiam cùm illicò factum fuiſſet, is quoque à plebe protritus cernebatur. Et quidem res præclara indigno homini rectè detrahebantur: at non ita rectè à ſceleſta ac ſacrilega multitudine per contumeliam obterebantur. Poſt autem quatuor homines prono corpore acceptis profani illius veſtibus, tanquàm pelle aliquâ ipſum ſtatim exuunt, atque eius loco militarem veſtem ipſi imponunt, caputque ipſius galeâ cingunt.

Cùmque eum priùs, inſpectante turbâ, vndis eluiſſent (ad expiandam ſcilicèt ſpurcitiem eam quam in ſacro illo habitu contraxerat) ac Iudaicum in modum (quid enim aliud dicam?) ipſi quoque res diuinas ac ſacras ludibrio habuiſſent (ô quonam pacto hæc vel aures dumtaxat ferent?) tum deniq; ſuiſmet manibus Imperator enſe ipſius humeris appenſo, eum Hippocomi dignitate ornat. Atque hanc Georgius abnegati magiſtri mercedem tulit, quemadmodum Iudas pro negato Chriſto triginta talenta. hunc tandem conſecuta eſt finem comœdia, quam ipſe Imperator adinuenit, atque in theatrum recitandam produxit. At quorſum hæc omnia? Quid in his agendis Imperator vaferrimus prætendebat? nihil aliud poſt ludibrium religionis, quàm vt Stephani malè habendi occaſionem videri poſſet nactus eſſe legitimam. Quod infelix ex ſententia tandem eſt conſequutus. nam hæc ea quæ ſunt dicta ſequuntur.

XVI. INCENSO MONASTERIO DISPERGVNTVR MONACHI STEPHANI.

Confeſtim itaque multitudo, impetu facto, ſancti viri diſcipulos diſturbat, ac monaſterium vnà cum templo igni abſumit, ſanctumq́; virum illum latronum inſtar è ſpelunca abreptum ad Chalcedonis nauale abducit. Quænam lingua calamitates eas, quas in tam longo itinere perferendas habuit, oratione complecti queat? Alij enim eum magno impetu trahebant, alij fuſtibus à tergo feriebāt, alij in vallem eum deuoluebant, alij tibias eius calcibus laniabant: erant etiam qui in venerandam eius faciem conſpuerent, alij denique petulantiori animo præditi, caſis palmarum ramis ante ipſum incedebant cachinnantes, & illudentes & ſexcenta in eum dicteria iacientes. Quidnam porrò hæc ab impio Iudæorum furore diſtabant? Vt autem nullo in eum genere contumeliarum prætermiſſo, ad littus peruenerunt, tum demum lembo impoſitum ad Philippici monaſterium (id autem Chryſopoli haud longè à Byzantio ſitum eſt) fortem virum abducunt. Vbi etiam illum cuſtodientes, de ipſius ſtatu Imperatorem certiorem faciunt. Quem, vbi atrocem illam huiuſce viri raptationem & contumelias, incenſumque monaſterium audiſſet: lætitiam inde concepiſſe aiunt, atque edictum ſtatim promulgaſſe, quo capitalem pœnam in eum ſanciebat, qui ad Auxentianum collem vel ſolum appropinquare auſus fuiſſet.

STEPHANVS DVCITVR AD IMP.

XVII. Poſt hæc autem ad eum miſiſſe Imperatorem Epiſcopos atq; Patricios, produnt Acta, qui eum cōuincerent diſputando, & ſuaderent cedere ipſi Imperatori. Qui cùm de ſubſcribendo eo, quod dicebatur ab ipſis, Cōcilio Oecumenico verba feciſſent; ab eodem conuicti ſunt, aſſerente nequaquam illud conciliabulū vlla ex parte conſiſtere poſſe, tantumq;

DECERNIT EXILIVM STEPHANO IMPERATOR.

rumq; abeſſe vt Oecumenicæ Synodi nomen habere poſſet. Recitauimus eam diſputationem, cùm de ipſo Concilio pluribus ſuperiùs actum eſt, vt nō ſit opus eadem hic repetere, ſed tantùm quæ poſt diſputationem ſunt ſequuta narrare de exilio eius ab Imperatore decreto. Nam ſubdit auctor: *Imperator autem ob hac irâ percitus, Stephanum ad Helleſponti partes, hoc eſt, ad Proconneſum exilij causâ mittit.*

S. STEPHANVS DEPORTATVR IN PROCONNESVM.

At quomodo Deus Sanctum ſuum, vbicunque eſſet, miraculorum virtute illuſtrans, reddidit clariorem: eadem oſtendunt Acta. Ita planè Deus hoc modo, penes quos eſſet Catholica Fides, ex ſequētibus eam ſignis euidenti argumento monſtrauit. Sed audiamus quid auctor de eo afferat antequàm diſcederet: *Vbi (inquit) ſeptem & decem integros dies in illo monaſterio ita conſumpſit, vt nihil prorſus cibi attingeret, tametſi alioqui Imperator plurima ad eum alimenta mitteret: nam ea ille rurſus remittebat, nullum prorſus ex eis deguſtans. Per hos autem dies grauiſſimo morbo correptus huiuſce monaſterij Præfectus, quantùm quidem ad medicos attinebat, vitæ ſpem omnem abiecerat: mittit itaque ad ſanctum virum, eumq; ad ſe veniat rogat: quo, inquit, alter alteri extremam ſalutem dicamus: incertum eſt enim an nonâ horâ apud viuos adhuc futurus ſim. Quod vbi audijt, ſtatim ad eum acceſſit: ac deinde cùm manu eius collum tenuiſſet, labia quidem ipſa precationis causâ mouebat, febris autem quæ morbum pepererat, à corpore profugiebat. Quid poſtea? Poculum ſuū vino mero impletum ei ad bibendum porrigit: quod cùm hauſiſſet, ſtatim plurimus ſudor ex ipſo manauit, & dicto citiùs ſanitati reſtitutus eſt. Cùm igitur ei non tam extremum quàm iucundum oſculum præbuiſſet, illinc excedens, profectionem ſuam (vt cum Propheta loquar) in mari ſtatuit, atque in eam nauim quæ parata erat aſcendens, exulatum profectus eſt, in Proconneſum ſcilicet.*

XVIII. *Cumq; deſertiſſima quæque inſulæ loca peragraſſet, in ſpeluncam admiratione dignam incidit (Ciſſadam eam incolæ nuncupabant) in qua Chriſtianæ Annæ templum erat. hâc igitur re oblectatus, atq; huiuſmodi locum non ſine numine diuino ſeſe inueniſſe ratus, domicilium ex eo ſibi conſtituit, herbarum quæ illic naſcebantur radices luculenta cuiuſdam & opiparæ menſæ inſtar habens. At verò omnes ipſius diſcipuli ab Auxentiano monte depulſi, tamquam oues vndique oberrabant paſtorem ſuum quærentes. Tandem autem eum, cùm ad Proconneſum veniſſent, inuenerunt, duobus tantùm exceptis, qui à præclariſſimo illo ouili, vt à diuino duodenario* [a] *Iudas, vel potiùs à Paulo* [b] *Demas & Hermogenes, ſeſe auulſerant, ac pro monaſtico habitu mundanum induerant, nimirum Sergio, de quo antè verba fecimus, qui etiam inuectiuum atq; execrandum aduersùs virum ſanctum volumen condidit, & ter miſero Stephano, qui cùm presbyter ac ſupradicti Calliſti miniſter primum extitiſſet, ac deinde à ſancto viro in monachorum album adſcriptus fuiſſet, atq; in montis monaſterio ſacerdotis munus obijſſet, poſteà tamen & monaſticum habitum & Deum eiurauit, atque ab ipſomet Tyranno mundanâ veſte indutus, quem priùs vitam abijcere oportebat, nefariam illam vocem emiſit: (ô ſcelerata labia, ô impuram & fœtidam linguam!) Hodierno die, here, à ſatanicis faucibus operâ tuâ ereptus, ac tenebroſo amictu exutus, ſplendidum pallium indui. Cuius execrando ſermone Tyrannus ſummoperè delectatus, Sophiani palatij miniſtrum eum conſtituit. Quo etiam crebrò commeans, gaudij patrem eum, qui multis luctibus dignus erat, appellabat.*

[a] Marc. 14.
[b] 2. Tim. 4.

AVXENTIANI MONACHI IN PROCONNESO ÆDIFICANT MONASTERIVM.

His itaq; ſolis ab ouili ſacroſancto auulſis, cæteri omnes in Proconneſum (vt à me dictum eſt) appulſi, monaſterium conſtruxerunt. Quin & à philoſophica iſta vitæ degendæ ratione, ne diuini quidem Stephani mater abfuit: verùm vnà cum ſorore inſulam illam adiens cōtubernium ipſius amplexa eſt. Illic itaq; diuinus Stephanus extructa columnâ, ac ſupra eam anguſtiſſimâ quadam ædiculâ, in ea ſeſe incluſit annos iam nouem & quadraginta natus. hactenùs res ad præſentem annū ſpectantes. Quādo autem ob ingentia ab eo edita miracula motus inuidiâ Imperator reuocauerit, eum Conſtantinopolim, vbi & martyrium conſummauit, ſuo loco dicturi ſumus.

XIX.

COSMAS EPIS. EPIPHANIÆ TRANSFVGA AD HÆRETICOS.

Hoc eodem anno tres Patriarchæ anathemate damnarunt Coſmam Epiſcopum Epiphaniæ in Syria, de quo Theophanes ita narrat: *Coſmas autem quidam Epiſcopus erat Epiphaniæ, quæ eſt ciuitas Apameæ Syriæ: quibuſdam autem ex ciuibus Epiphaniæ ad Theodorum Patriarcham Antiochenum accuſationem contra eundem Coſmam ſuper diminutione ſacrorum vaſorum facientibus. Cùm ille minimè potuiſſet reſtituere, diſceſſit ab Orthodoxa Fide, conſentaneus Conſtantini Imperatoris hæreſi, factus aduerſator imaginibus: quem communi ſententiâ Theodorus Antiochenus Patriarcha, atq; Theodorus Hieroſolymitanus, atque Coſmas Alexadrinus cum Epiſcopis ſibi ſubiectis die ſancto Pentecoſtes poſt lectionem ſancti Euangelij conſonanter anathematizarunt ſinguli in ſua ciuitate.* hæc Theophanes, qui & de irruptione Turcarum in Armeniam hoc anno fieri cœpta, & ſequenti anno rurſus repetita, agit. Sic igitur (quod obſeruatione dignum eſt) egreſſio eorum è portis Caſpijs eo tempore ponitur, cùm aduerſus ſacras imagines, & Deo dicatos homines ſceleſtiſſimi Imperatoris efferueſceret indignatio.

TVRCARVM EGRESSIO E PORTIS CASPIIS.

XX. Sed quæ tunc monſtruoſa portenta futurorum malorum præſagia ſint oſtenſa diuinitùs ad compeſcendam graſſantem impietatem, Theophanes qui aderat, ita narrat: *Eodem anno à Kalendis Octobris factum eſt gelu magnum & amariſſimum non ſolum in terra noſtra, verùm etiam in Oriente, & multò magis in Septentrionali parte, vt pelagus Ponti vſque ad centum milliaria præ glaciei rigore in lapidis duritiem fuerit verſum, habens cubitos in ſuperficie ad profundum triginta, cunctis nimirum regionibus ab ipſa Lycia vſque ad Danubium & Eupha fluuium, Danaſti quoque & Danapri atque Necropela, necnon & per reliquas ripas vſque ad Meſembriam & Mæſiam ſimiliter patientibus. Cumq; huiuſmodi gelu niue fuiſſet coopertum, ſuper alios viginti cubitos creuit; ita vt mare arida conformaretur, & pedibus calcaretur in ſuperficie glaciei à Cazaria & Bulgaria, quin & adiacētibus inſulis, tam ab hominibus, quam ab agreſtibus & manſuefactis animalibus. Februario verò menſe ipſius ſecundæ Indictionis huiuſcemodi gelu per iuſſionem Dei in multas ac diuerſas in ſpeciem montis factas conciſiones in Danupſiam & Hieron deſcendit, taliter per anguſtum pelagus peruenerunt ad vrbem, & vſque ad Propontidem, & Abydum, & inſulas omnes, maritimos thoros & ripas implentes, quarum videlicet conciſionum inſpectores & nos ipſi extitimus, deſcendentes ſuper vnam earum cum quibuſdam triginta coætaneis noſtris, &c.*

PRODIGIOSA GLACIES.

XXI. Ingentem hæc ſecutam eſſe ſiccitatem, ita vt fontes areſcerent, idem tradit, ſignaq; de cœlo viſa, adeò vt vltimam imminere diem homines exiſtimarent.

CONSTAN. COPRONYMVS NESTORIANVS.

Sed ſolus Imperator ex tot prodigijs nōn ſolùm nullam eſt conſecutus vtilitatem, ſed in deterius prolapſus, quem geſtabat in animo Neſtorianiſmum propalare ſtudens, illum primò Conſtantini Patriarchæ in aures ingeſſit, ſed ab eo repulſus quieuit à propoſito hæreſis diuulgandæ, ratus nimirum fruſtrà in alios laboraturum, ſi ipſum, de quo adeò bene meruerat, Conſtantinum adeò aduerſum inuenit. ſed audi Theophanem: *Imperator accerſito Patriarchâ, dicit ei: Modò quid vos læderet, ſi dixerimus Θεοτόκον Χριστοτόκον? At ille hunc complexus*

ait: Miſerere Domine, ne ad contagionem tuam veniat ſermo iſte. Nonne vides qualiter diuulgetur & anathematizetur Neſtorius in tota Eccleſia? Qui reſpondens ait: Ego diſcere volens interrogaui: verùm vſque ad te ſermo. ita verſipellis cùm videret non recipi quod propoſuit, ignorantiam ſimulauit.

QVOS PATRIARCHAS HABEANT NOVATORES.

Vides in Conſtantino (quod itidem ſuperiùs dictum eſt) quod vidiſti in Leone eius parente, negatorem & ipſum fuiſſe Chriſti diuinitatis, vt intelligas per quos diabolus hæreſim aduersùs imagines in medium protulit adeò vt tantùm oſtéderet vnde originem duxerit, & per quos primùm fuerit promulgata, hoc ſit eam pleniſſimè confutaſſe. quod impoſſibile fuerit. vt Spiritus ſanctus ipſos afflauerit, qui Chriſti eſſent diuinitatis negatores. Diſce pariter quos ſint æmulati noſtri temporis Nouatores in ſacras imagines hoſtes & in monachos infenſiſſimi, nempe Conſtantinum Copronymum fæcem omnium ſceleſtiſſimorũ Imperatorum: & tu prudens diſce diſcipulos à magiſtro.

IESV CHRISTI
Annus 764.
PAVLI PAP. Annus 8. CONST. COPRO. IMP. Annus 24.

I. CHRISTI Redemptoris ſequitur annus ſeptingenteſimus ſexageſimus quartus Indictione ſecundâ notatus, quo cùm iam fama increbuiſſet in Gallijs, per ſanctiſſimũ Pontificem Paulum plurima Sanctorum corpora eſſe è cœmeterijs in Vrbem tranſlata, eorum cupidi Franci Sanctorum cultus ſtudioſiſſimi, mittũt Legatum Romam ad eum Pontificem, rogantes vt aliqua ex Sanctorum corporibus recèns inuentis darentur in Gallias transferenda. Functum tradunt hac legatione [a] Crodogandum religioſiſſimum virum Metenſem Epiſcopum, atque accepiſſe ab eo corpora ſanctorum Martyrum Gorgonij, Naboris, & Nazarij. Verùm potiùs dixerimus ex eis partem, quàm ipſa integra accepiſſe corpora: ſiquidem vt taceamus de cæteris: ipſius Gorgonij corpus vſque hodie reconditum habetur in baſilica Vaticana in Confeſſione S. Gregorij Papæ. Porrò qui hæc de translatione tradunt, habent, repoſitum Gorgonium in Gorzia, Naborem in Illyriaco, & Nazarium in cœnobio Loriſham. Verùm Naboris & Nazarij ſacras reliquias pluribus in locis iam diu antè fuiſſe diuiſas atq; honorificè collocatas alibi diximus in Notis. Quo igitur tempore Sanctorum cultus perfidiâ Imperatoris in Oriente tantopere labefactatur, in Occidente & apud Italos & Francos (vt vides) & apud Hiſpanos etiam magis magiſque floruit, vt quæ dicta ſunt de reliquijs ſancti Vincentij Martyris, ſatis oſtendunt.

DE SACRIS SS. MARTYRVM RELIQVIIS IN GALLIAS TRANSLATIS.

[a] *Sigeb. in Chronic. hoc anno.*

IESV CHRISTI
Annus 765.
PAVLI PAP. Annus 9. CONST. COPRON. IMP. Annus 25.

I. SEPTINGENTESIMVS ſexageſimus quintus Redemptoris annus vertitur, Indictione tertiâ inchoatâ, quo Imperator Conſtantinus odio exæſtuans in monachos Orthodoxos ob cultum ſanctarum imaginum, reuocat ab exilio ſanctum Stephanum Confeſſorem ex inſula Proconneſo, vltimum de eo ſumpturus ſupplicium. Quod ad tempus ſpectat, errare videtur Theophanes, dum habet hoc anno abſtractum ipſum à monaſterio Auxentiani montis, & Conſtantinopolim ductum ad martyrium conſummandum. Cæterùm eius martyrij acta habent, hoc anno, poſt biennium ſcilicèt ab exilio eſſe Stephanum reuocatum Conſtantinopolim, martyrium verò poſt annum ab eodem conſummatum. Quâ autem occaſione idem Imperator eum reuocandum putarit, ex iiſdem Actis quàm ſinceriſſimè ſcriptis accipies: Accidit enim, vt cùm ingẽtia in dies ab eo miracula edita noſcerentur, quòd ab illis mirum in modum eiuſdem Imperatoris redargueretur impietas, ipſum è medio tollendi peſſimus homo peſſimum conſilium iniit. Deus enim per eum diuinitus oſtenſis ſignis rudi populo qui neſciret litteris concertare, ſatis apertè ſignificauit, penes quos verè eſſet Fides Catholica. Quid enim aliud vera miracula quàm vox Dei cœlitus clamans, ac comprobans ex eis Fidem, cùm eiuſmodi gratia negata ſit ſemper hæreticis, vt vera miracula poſſent edere?

S. STEPHANVS IVSSV IMP. REVOCATVR CONSTANTINOPOLIM.

II. At quænam fuerint tanta iſta à Stephano ſigna edita, quorum fama peruenerit Conſtantinopolim, atq; adeò ipſum exagitauerint Imperatorem, iam audi; atque primum de eius vitæ inſtituto toto iſto biennio in columnâ tranſacto: *Perinde autem* (inquit auctor) *ac ſi magnos cõſecrata vita labores tum primum iniiſſet, ita ſeipſum aſperrimis quibuſque certaminibus dedebat, non ſecus videlicèt ac ſi certamen ipſe ſecum inſtituiſſet, atque id contenderet, vt vnà cum ætate labores quoque nouis incrementis cumularet. Quam ob cauſam diuina quoque miraculorum gratia ipſi inſedit, atque admirabilium operum admirabilis effector extitit. Cæcus enim quidam iuxta illum Euangelicum à natiuitate cæcum, ad eum adiens, ſupplicesq; eaſdem voces vnà cum pari fide mittens, lucem quam nemo non expetit, obnixè ſibi dari rogabat. Ipſe autem, vt qui modeſtè atq; humiliter de ſe ſentiret, primùm detrectabat. Cùm verò ille ſupplex inſtaret: Si fidem (ad eum inquit) in Deum habes, ſi imaginis ipſius cultor es: lucem ac rerum ab eo admirabili modo conditarum pulchritudinem intuere. Vix hæc dixerat, cùm ille apertis oculis, ac purgatâ ea, quæ in ipſis offuſa erat, cæcitate, lætus ac lucem cernens ambulabat: ſeſtiq; omni exceptione maior miraculi à Stephano editi. Atque hoc primum & maximum in ea inſula beati viri miraculum extitit.*

VIRTVTE SACRARVM IMAGINVM STEPHANVS MVLTA MIRACVLA EDIT.

CÆCVS CVRATVR.

III. *Alterum autem atque eo poſterius (quanquàm haud ſcio an potentia inferius cenſeri debeat) huiuſmodi fuit. Fœmina cuidam haud obſcuro loco nata, quæ Cyzici degebat, filius erat nouennis à malo dæmone diuexatus. Quo ſecum aſſumpto mater, in inſulam profecta eſt. Vt autem ipſe admirãdi viri cubiculum vel ſolium perſpexit, tumultuari & æſtuare, ac nũc ſublimis in altum ferri, nunc rurſum in terram allidi cœpit, incenditas quaſdam voces in ſanctum virum emittens, dæmone nimirum, dum mouebatur, ipſum mouente, vimq; ei, dum vim ipſemet pateretur, afferente. At mater, cuius viſcera non minùs quàm illius diſtorquebantur (quid enim aliud cùm mater eſſet?) tum lachrymas internæ flammæ indices profundebat, tum voces quibus miſericordiam moueret, emittebat: Miſereſcat te mei (inquiens) miſereſcat te eius qui longè grauioris mœroris dæmone conflictatur. Vnigenitus enim mihi hic eſt, atque hoc vno ſpes omnis mea nitebatur.* hæc & alia quę dolor vehemens ingerebat adiiciens, commouet ſanctum virum ad commiſerationem. de quo idem auctor iſta ſubiicit:

ARREPTITIVS CVRATVR.

IV. *Huius igitur luctibus commotus Stephanus, vni diſcipulorum imperat, vt Crucis ſignum vniuerſo pueri corporis adhibeat. Ipſe autem intrà ſe collectus, atque animæ oculum attollens, eũ qui celerrimè ſalutem afferre poterat,*

inuocabat.

inuocabat. Atque ipſe quidem lachrymis perfuſus precabatur: ille autem humi magno cum impetu deiectus, amiſſâ voce iacebat. Ipſe ſurgere eum, atque ad ſe venire iubebat: ille iuſſis obſequebatur. Demum eum, adoratâ Chriſti imagine, matri ſuæ ſanum atque incolumem tradit. ALIA AB EO EDITA MIRACVLA. ſubijcit & aliud miraculum de muliere quæ Heracleâ Thraciæ venerat ad ſanctum virum, vt à fluxu ſanguinis curaretur. & alia de alijs eius precibus è maris tempeſtate liberatis. poſt hæc de eius matre atque ſorore hoc ipſo ſecundo exilij anno in eadem inſula ad cœlum vocatis: atque ad poſtremum de milite ab infirmitate incurabili, hoc eodem anno, reddito ſanitati. At verò quomodo huius miraculi occaſione ex eo loco dimoueri & Conſtantinopolim mitti ab eodem Imperatore iubetur, idem auctor ſic narrat:

V. MILES OBDVS CVRATVR.

Eodem tempore miles quidam nomine Stephanus genere Armenius, ab Europa partibus profectus, qui dimidiâ ſui parte contabuerat, totusq; præ morbo humi vergebat, cùm magna illa miracula, quæ à magno hoc viro deſignabantur, intellexiſſet: ad eum perrexit, atque ad eius pedes accidens, ea poſtulare cœpit, quæ & ipſe accipere ſummoperè optabat, & ille facilè præbere poterat: At ille qui fide erga Dominum ac beneuolentiâ præditus erat, miraculum ad ipſum transfert. Cumq; ei qui ægrotabat, vt & ipſius & Matris imaginem adoraret imperaſſet, atque ille id faceret: ſanum eum prorſus ac valentem reddidit. Vt igitur ad commilitones ſuos ſe recepit, quærebatur ex eo quanam ratione conualuiſſet: ille autem eam minime reticebat, nimirum: Monachus quidam (dicebat) Stephanus nomine, qui apud Proconneſum in anguſtiſſima quadam ædicula degit, duas me imagines adorare iuſſit, vnam quæ Chriſti, alteram Deiparæ, dicebatur: ac protinus conualui, corpusq; omninò erexi.

MILES ABIVRANS CVLTVM SS. IMAGINVM DIVINITVS PVNITVR.

At impij illi ac cōſcelerati, manus non ſine magno terrore complaudentes: Væ tibi (inquiūt) qui in idololatriam proruiſti: confeſtim itaque eum apud ſummum Thraciæ Præfectum deferunt. Qui cùm de eo quæſtionem habuiſſet, nullâ interpoſitâ morâ, eum ad Imperatorem miſit. Is verò cùm accuratiùs eum examinaſſet, atque recuperatæ valetudinis modum intellexiſſet, pro ea quâ laborabat ſtoliditate, non intellexit. Verùm quod ipſi ſummo ſtudio erat, percunctabatur eum qui morbo liberatus fuerat, an in ſimulachrorum cultu perſtaret. Qui cùm ingenti pœnitudine ſe affici, atque huiuſmodi ſimulachra execrari dixiſſet: Tyrannus vt ei impietatis mercedem referret, Centurionem eum creauit. Cæterùm vindex Dei iuſtitia è veſtigio ingratum illum perſecuta eſt: nam cùm ſtatim ab aula reuerteretur, atque in equum conſcendere pararet, ille ſubitò ſaltitans, in terram ipſum proſtrauit, atque contriuit; nec calcibus in eum inſilire deſtitit, quoad ille ingratam animam euomuiſſet.

VI. STEPHANVS REVOCATVS IN CARCEREM DETRVDITVR.

Tyrannus igitur tamquam hinc arreptâ anſâ, ſanctum virum quamprimùm e Proconneſo ad ſe adduci iubet; illud addens, quòd ne exilio quidem mulctatus ſibi temperâſſet, quin plebem idolis cultum adhibere doceret. Cùm ergo illinc abductus eſſet; vt in Phiala perquam obſcuro ergaſtulo tùm vinctus ferro manibus, tum pedibus ad ligni ferro aſtrictus includeretur, edixit. Interiectis autem quibuſdam diebus, ad Heliacum, qui Pharus dicitur, duobus tantùm primarij ordinis viris comitatus, ſanctum virum præſto eſſe iubet. Cùm autem ad eum idem ſanctus Stephanus ductus fuiſſet, à pio quodam viro nummum petit, eumq; cucullæ ſuæ furtim impoſuit.

CONSTAN. CVM STEPHANO CONGRESSVS.

Tyrannus itaque cùm eum vidit, exclamare cœpit: O vim mihi illatam, ô calamitatem, ô arrogantiam! Videte à quonam imperium meū contumeliâ afficiatur, à quonā ludibrio habeatur. Cùm autem vir ſanctus nihil omninò reſpondiſſet, verùm humi defixus hæreret: Tyrannus eum iracundè proſpiciens, ignemq; (vt dici ſolet) ſpirans, atque vt ipſi in more poſitum erat, manibus in orbem contorquens, alteq; exclamans: Non mihi reſpondens (inquit) ſceleſtum caput? At ille: Si me ita leuiter condemnare in animo habes, Imperator, ſupplicio quàm celerrimè affice. Sin autem huc me idcirco adeſſe iuſſiſti, vt me interrogares, ac viciſſim audires: iracundiam lenitate tempera, atque æquo animo & interroga, & audi. Tum Imperator: Dic age, quibuſnam paternis decretis minime paruimus, vt apud te in hæreticorum numero cenſeamur? Quoniam (inquit ille) venerandarum imaginum picturam multis ante temporibus à diuinis Patribus traditam, ſcelerate ab Eccleſiis eieciſtis. Tyrannus autem: Ne has, inquit, imaginum picturas dicas (neque enim ſunt) ſed plane idolorum picturas: Quidnam porrò idolis cum Sanctis commune eſt?

VII. STEPHANI DEFENSIO PRO IMAGINIBVS.

Hic verò ſanctus vir ille: Non, inquit, cùm imagines adoramus, materiæ cultum aut venerationem tribuimus: verùm imaginum honor ad exemplar tranſit, quemadmodum à Baſilio dictum eſt. Quid (inquit Tyrannus) anquumne eſt ea, quæ à Patribus ante prædicata ſunt, quæq; & multa & perobſcura ſunt, ac neque mente comprehendi neque verbis vllis explicari poſſunt, per colores in ſenſum cadentes exprimere, atque in materia adorare, cùm eorum eſſentia nemini, niſi quantùm ad infinitatem (vt Gregorij verbo vtar) attinet, explorata ſit? Minimè verò (ait ſanctus vir) Ecquis enim mortalium, qui quidem mentis compos ſit, diuinitatis naturam, quæ & materia caret, & omnem mentis captum fugit, coloribus & materiâ conſtatis pingi poſſe dixerit? Cuius enim forma ne mente quidem delineari poteſt: quonam tandem modo ipſa coloribus exprimi queat? At nos cùm Chriſtum in imagine pingimus, diuinitatis naturam haudquaquam pingimus, verùm Theandritam eam formam quæ in noſtra ſpecie apparuit, quamq; Apoſtolicæ manus contrectarunt; quemadmodum alicubi ait Theologus Ioannes: [a] Quod vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt.

[a] 1. Ioan. 1.

VIII.

Hic attende, Lector, non tantùm pingi non debere diuinam naturam ſed nec poſſe, quòd incorporea cum ſit, non cadit ſub ſenſibus. Cæterùm haud erroris arguenda ſancta Eccleſia eſt, quòd Patrem & Spiritum ſanctum expertes corporis per imagines repræſentare coloribus conſueuit: ſiquidem corporeas illas imagines ipſa per picturam repræſentat, quibus ſanctis Patribus per viſum innotuêre. Quòd enim oſtenſus eſt Danieli [b] Antiquus dierum ſedens in throno: eamdem S. Eccleſia ſimilitudinem reddit, dum Patrem ipſum per ſenis imaginem coloribus repræſentat. Sic de Spiritu ſancto, vti apparuit, ſiue per columbæ ſpeciē, ſiue per ignem, ſiue per aquam, ita pariter pingi ab Eccleſia conſueuit. Dicendum id ipſum de Angelicis ſpiritibus, qui licèt inuiſibiles nobis ſint, per viſibiles tamen, quibus apparuêre, formas; & ſicut Moyſi [c] præceptum eſt in Arca alijſque in locis effigiari: ita & Catholica Eccleſia ex prototypo per colores eas imagines deducere conſueuit. Vt plenè omnes imagines quæ per characteres ſtylo ſcriptæ eſſe in ſacris litteris reperiuntur, eaſdem penicillo coloribus reddere eſſe licitum iudicetur: id namque purè pieque ſemper ſancta Eccleſia cuſtodiuit, quæ & ante aduentum Chriſti, iuſſu Dei, incorporeos ſpiritus & inuiſibiles per imagines (vt ſæpè dictum eſt) repræſentauit. Sed redeamus ad Stephanum, ſeriò grauiterque admodum cum Cōſtantino Imperatore cauſam agentē his verbis:

[b] Dan. 7.

INCORPOREA ETIAM PINGI POSSE ET IVSSA A DOMINO SCVLPI.

[c] Exod. 25.

IX.

Quòd ſi mihi dictum illud Moyſis [d] in medium protuleris: Non facies tibi ſimilitudinem vllius rei, tam ex ijs quæ in cœlo quamq; ex ijs quæ in terra ſunt: Hunc tibi Moyſem oſtendo, duorum Cherubim effigiem auro efficientem. Quibus de rebus ad hunc quoque modum dimus Apoſto-

[d] Exod. 20.

a Hebr. 9.

RESPONDET AD TACITAS OBIECTIONES STEPHANVS.

ius diſſeruit [a]*: Et Cherubim obumbrantia Propitiatorium. Quin ipſum quoque Propitiatorium & Tabernaculum teſtimonij, & ſancta ſanctorum, an non cœleſtium figuram exprimebant? quemadmodum idem Apoſtolus rurſus ait: Vmbra cœleſtium deſeruiunt. Quid igitur ſceleris admittimus, cùm Chriſti formam humanitus aſpectam in imagine pingimus & adoramus? Quid autem? An cùm Crucem etiam, ex quacumque tandem materia confecta ſit, adoramus, rei conditæ cultum adhibere videmur, adorationem materiæ tribuentes? Sed & templa ſancta, & ſacroſancta vaſa à nobis adornata nullam nobis reprehenſionis notam inurunt. ſiquidem ea per Chriſti inuocationem in ſancta mutari, perſuaſum habemus.*

* Figuram & imaginem ſic appellat corpus & ſanguinem Chriſti, quòd celetur ſub ſpeciebus panis & vini idē Chriſti corpus & ſanguinem repræſentetur, quibus & continetur.

B *Quid? An tu quoque corporis & ſanguinis Chriſti antitypa ab Eccleſia proſcribes, vt quæ imaginem & veram figuram* * *teneant? quæ & adoramus, & oſculamur, & eorum perceptione ſanctitatem conſequimur. Vos igitur inter ſanctum ac profanum minimè diſtinguentes, Chriſti imaginem non ſecùs atque Apollinis ſtatuam, Deiparæque item non ſecùs ac Dianæ idolum appellare, minimè horruiſtis, quin ipſam quoque pedibus protriuiſtis & exuſſiſtis. Ad hæc Imperator: O cæcè mente perdite, inquit, ac ſuprà omnes Immemorandos obliuione digne! His imaginibus proculcatis, Chriſtumne proculcauimus?*

X.

Cum verò ille verè in diuinis rebus ſolers Stephanus in morem eorum qui bellica laude præſtant, aduerſarium ſuomet telo ferire, ac per ea ipſa quæ dixerat, profligare cupiens manum in cucullam immittens, atque inde nummum in quo impius ille ſculptus erat extrahens; eumque, quemadmodum Chriſtus olim: Cæſaris nummum Iudæis oſtendens: [b] *Cuiuſnam (inquit) eſt hæc imago & ſuperſcriptio. Eo autem mirante ac reſpondente, cuius tandem alius quàm Imperatorum? Quid (inquit vir diuinus) ſi quis eum contumelioſè in terram proiectum pedibus reterat, pœnas ſuo aliquas luet? Quidni autem dixerunt ij qui adſtabant, cùm Imperatoriam effigiem proculcet? Ad hæc vir ſanctus grauem quemdam ex imo pectore gemitum emittens, ac cum magno animi dolore exclamans: O immanem, inquit, cæcitatem! Si pro mortalis Imperatoris forma & effigie grauiſſimas pœnas irrogandas eſſe dixiſtis: Quas tandem pœnas eum ſubiturum eſſe putatis, qui Filij Dei & Matris ipſius effigiem conculcarit, ignique tradere minimè dubitarit? Vix hæc dixerat, cùm nummum eum pedibus protriuit.*

b Matt. 20.

VTITVR EXEMPLO STEPHANVS IMPERATOREM.

XI.

Cùm autem ij qui aſtabant, ferarum ritu accurriſſent, vt ſanctum virum præcipitem in mare deijcerent (audax enim & præceps eſt aſſentatio, dum obſequijs aliquem demereri nimirum ſtudet, mediocritatis omnes fines excedit) Imperator lenitatem ſimulans, quo iracundiæ haudquaquam obnoxius videretur, quis eam ingentem atque arcanam in animo inſidentem habebat: in præſens quidem eos prohibet, atque ab huiuſmodi conatu abducit: Cæterùm ſanctum virum collo alligari ac manibus à tergo vinciri iuſſum ad publicum Prætorij carcerem amandat, vt videlicet ob protritam imperatoris imaginem pœnas à lege conſtitutas lueret. Hæc nimirum lenis ille ac facilis, cunctosque iniuriarum obliuione ſuperans. Nam qui Chriſti imaginem proculcarant atque in ignem coniecerant, ij ſuæ imaginis vindices ſedebant, atque vltricem huiuſce facinoris legem proferebant. Et quis autem amentiam eorum ſatis rideat, immò potiùs eorum vecordiam & cæcitatem ſatis deplorare queat?

D

DETRVDITVR IN PVBLICVM CARCEREM STEPHANVS.

E

At ſpiritu diuino maiorem in modum afflatus Stephanus, ſimulatque vel ipſum carceris limen attigit, pectore incaleſcens, atque alio quo præditus erat, perſpicaci ſpiritu concitatus, dierum ſuorum metam in lingua ſua loquutus eſt, his verbis vtens: Hæc eſt præſentis vita mea requies: Hic enim ſaltem vſque ad extremum ſpiritum habitare neceſſe eſt: quoniam pro imaginis Chriſti honore hanc ſedem elegi; eiuſdem illud Dauidicum: [c] *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quia elegi eam.* Quoniam autem vſq; ad annum Domini ſeptingenteſimum ſexageſimum ſeptimum in Prætoriano carcere nimirum vſque ad obitum egiſſe Stephanum, Acta eius martyrij tradunt, cum nonniſi poſt ſequentem annum necatum conſtet: carcerem illum Prætorianum anni vnius ſequenti potiùs anno contigiſſe videri poteſt, de quo ea quæ ſunt digna memoriâ, ſuo loco anno ſequenti opportunius dicturi ſumus.

DE EXITV SVO VATICINATVR.

c Pſal. 38.

XII.

B Iam verò reliqua, eâdem quartâ Indictione, Conſtantinopoli ab eodem Conſtantino Imperatore aduerſùs cultores ſacrarum imaginum & religioſos monachos geſta, à Theophane relata videamus, ait enim: *Multos etiam Principes ac milites accuſatos quòd imagines adorarent, diuerſis pœnis affecit, & immaniſſimis tradidit verberibus. Iuſiurandum etiam generale ab omnibus ſub Imperio ſuo degentibus exegit, ne quiſquam adoraret imagines, cum quibus & Conſtantinum falſi nominis Patriarcham ſuper ambonem aſcendere, & exaltare pretioſa ligna & iurare fecit, quòd non eſſet ex ijs qui adoraret imagines. Cui mox vt exmonachus Stephanites efficeretur, perſuaſit, & carnibus veſceretur, atque ad menſam regiam citharœdus admitti pateretur. Sed non in longum tardata vltio, hunc homicidam debitis pœnis tradidit.* At quænam iſta fuerit, ſuo loco dicetur anno ſequenti. Præter alia ſacrilegia, execrandum facinus idem Conſtantinus Imp. adiecit, vt nobilem Eccleſiam S. Pelagiæ Martyris fuerit demolitus, locumque illum damnatorũ ſepulturę ſubiecerit. hęc Cedrenus hoc anno.

ADVERSVS IMAGINES IVRAMENTVM EXIGITVR.

C

IESV CHRISTI
Annus 766.

PAVLI PAP. Annus 10. CONST. COPRO. IMP. Annus 26.

SEQVENS annus Domini ſeptingẽteſimus ſexageſimus ſextus, Indictione quartâ, Conſtantinopoli magis magiſq; graſſatur perſecutio aduerſus cultores ſacrarum imaginum atque cultores vitæ monaſticæ. Sed primùm quam expertus eſt Conſtantinus à Deo vindictam ob ſæuitiam aduerſus pios, anno ſuperiori, exhibitam, à Theophane iſta audies, qui ait: *Denique duodecimo Kalendas Februarij, quartæ Indictionis motus eſt Imperator contra Bulgaros; & direxit ad Achelon duo millia ſexcenta chelandia, extruens ea & armans ex cunctis militiæ ordinibus. Quæ cùm in Thoris ſtationem fixiſſent, flante Aquilone contrita ſunt penè omnia, ita vt Imperator extenderet retia, & mortuos educere ac ſepelire præceperit.* His admonitus tantùm abeſt, vt reſipuerit, vt homo peccati deteriora adiecerit. nam ſubdit:

I.

D

CLARISS. IMP. MALE PERIIT.

E *Porrò decimoſexto Kalendas Septembris, eiuſdẽ quartæ Indictionis publicè diffamauit & dehoneſtauit habitum monachorum in hippodromo, præcipiens vnumquemque monachum manu tenere mulierem, & taliter tranſire per hippodromum, ſumptis iniurijs ab omni populo cumulatis.* hæc in monachos.

INFAMAT MONASTICVM ORDINEM.

II.

Similiter (ſubdit Theophanes) *& octauo Idus Septembris ducti ſunt ad ludos Circenſes Principes decem & nouem, & dehoneſtati ſunt, quaſi mala contra Imperatorem conſiliati fuerint, non veraciter accuſati, ſed quia inuidebat eis, eò quòd eſſent formoſi & robuſti, & ab omnibus collaudati. Quibuſdam verò ex eis & ob religionẽ ſ eis eò quòd ad prædictũ inclusum Stephanum eſſent ingreſſi, & paſſiones eius publicè diuulgarunt, quos & interfecit.*

VIRI NOBILES DIRA PASSI.

Quorum

Digitized by Google

Quorum præcipui ſunt Cōſtantinus Patricius, & dudum Logotheta Dromi, cui nomen impoſuit Podopagurum, & huius frater Strategius Spatharius & Domeſticus Excubitorum, Antiochus Logotheta Dromi factus & Prætor Siciliæ, Dauid Spatharius & Comes obſequij, Theophylactus protoſpatharius, & alij, quos cùm in Hippodromo ludo palam traduci, & ab omni populo conſpui & maledici feciſſet, ſententiam dedit: & illos quidem duos fratres Cōſtantinum & Strategium intra venationis ſepta capitis animaduerſione puniuit, multo ſuper eos vniuerſa plebis facto lamento: adeo vt cum hoc didiciſſet Imperator, indignaretur, & Procopium Præfectum cæderet, & ab adminiſtratione depelleret tamquam id fieri permittentem: cæteros autem oculis priuatos in exilium deſtinauit, quos & per ſingulos mittens, cùm eſſet & omni crudelitate plenus, ad loca in quibus degebant, catenis & flagris vapulare iubebat.

III. PATRIARCHA HÆRETICVS DIGNA PASSVS.

Porrò tertio Kalendas Septembris eiuſdem quartæ Indictionis, inſaniens idem maleuolus aduerſus æquiuocum ſuum & conſentaneum ſuum Patriarcham, & inuentis quibuſdam clericis ac monachis, inſtruxit illos, vt dicerent: Audiuimus Patriarcham cum Podopaguro aduerſus Imperatorem loquentem. Et miſit eos ad Patriarcham, vt arguerent illum. Cumque ille negaret, fecit eos ad pretioſa ligna iurare, fatentes ac dicentes: A Patriarcha hæc maledicta audiuimus. Inter hæc ergo miſit, & bullâ ſignauit Patriarcham, & hunc exilio relegauit apud Hiberiam, & rurſus apud Principem inſulam. Inſuper Theophanes inferiùs eodem anno de perſecutoris inſatiabili crudelitate hæc addit:

COPRONYMVS ALTER ACHAB.

Is autem qui Chriſtianis ineffabilibus Dei iudicijs imperabat, fortaſsis vt Iezabel quandam, vel veſanus Achab, multò peiora, quàm Arabum ſit inſania, ſub imperio ſuo poſitis Orthodoxis Epiſcopis, monachis, laicis, prælatis atque ſubiectis oſtendit: vbique interceſſiones ſanctæ Virginis & Dei Genitricis, & omnium Sanctorum in ſcriptis, ac ſine ſcripto vt inutiles repellens, per quas nobis manat omne ſuffragium; & ſanctas eorum reliquias eijciens & inuiſas reddens. Sicubi inſignis quiſquam audiebatur, ad animarum ſanitatem & corporum, vel ſicut mos eſt, à piè agentibus honorari mox mortem aduerſus huiuſmodi tamquam impiè agentem minabatur: ſin autem, proſcriptiones, exilia, & tormenta.

IV. QVID IN S. EVPHEMIAM SACRILEGVS IMPERATOR.

Deo autem gratiſſimum lipſanum, reliquias ſacras ſcilicèt, vtpote quidam theſaurus poſſeſſoribus habitus, auferebatur, inuiſibile de cætero efficiendum. Tale quid & in pretioſiſſimum laudabilis Martyris Euphemiæ lipſanum profanus hic Imperator geſſit: in profundum id tum loculo iaciens, non ferens eam ex ſe ſuper omnem populum ſuauitatem vnguenti reddentem, & arguentem eius aduerſus interceſſiones Sanctorum deliramenta. Sed Deus qui cuſtodit oſſa ſibi placentium, ſecundùm diuina[a] eloquia, illæſum hoc conſeruauit, rurſus oſtenſurus illud apud Lemnum inſulam. Per nocturnam ergo viſionem apparēs, eleuandum præcepit & conſeruandum. Sub Conſtantino enim & Irene pijs Imperatoribus, Indictione quartâ, anno Redemptoris videlicèt nonageſimoſexto poſt ſeptingenteſimum, *cum decenti honore redijt ad templum ſuum, quod ipſe quidem tanquam inimicus Eccleſiarum, commune ſerit armentarium, ſterquiliniumque fore decreuit. Illi verè repurgatum hoc, iterum ſacrarunt ad redargutionem quidem huius impietatis, oſtenſionem autem totum pietatis. Hoc autem obſtupendum & ſcriptura dignū miraculum poſt vigintiduos annos poſt iniqui Principis mortem, vna cum pijſſimis Imperatoribus, & Taraſio ſanctiſſimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis amplexi ſumus, licèt indigni, magnam gratiam promerentes.* hæc ipſe.

a Pſal. 33.

V. Sed quod dicit Theophanes ſtupendum atque ſcripturâ dignum miraculum, ipſum ab eiuſdem temporis ſcriptore (licèt nomē nō ſit [b] expreſſum) ſcriptis mādatū: ſcias, licèt in eo à Theophane diſcrepet, dum factum id ſub Leone parente Copronymi tradit, Theophanes verò, vt audiſti, contigiſſe affirmet ſub Conſtantino eius filio Imperatore. Porrò rem geſtam ſic narrat petens exordium à translatione eiuſdem S. Euphemiæ reliquiarum Chalcedone Cōſtantinopolim, tempore Heraclij Imp. *In eo templo, quod eſt prope id quod dicitur Hippodromum, erant eiuſdem beatiſſimæ reliquiæ integræ, intactæ, illæſæ. E Chalcedone enim cum arca tranſlatæ fuerant Cōſtantinopolim, propter eam quæ tunc fuerat Perſarum incurſionem. In arca autem fuerat diuina ara collocata, quæ ſuper ſanctiſſimas habebat reliquias. Super eā autem peragebatur intemerati corporis & ſanguinis Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri incruentum myſterium.*

b Apud Metaphr. die 11. Iulij.

VI. *In eadem verò arca erat paruum foramen, quod etiam ſtat nunc vſque in hodiernum diem, quod intus ferre poteſt quaſi manus hominis magnitudinem. In qua cùm ego quoque indignus aliquando auſus eſſem manum inferre, & loculum tetigiſſem, ſenſi bonum odorem, & gratiam apprehendi. Dicam autem quoque cauſam foraminis, quod diuino conſilio & prouidentiâ factum eſt. Quando enim venerabiles & miraculorum effectrices reliquiæ erant Chalcedone, cùm impij Perſæ eū locum occupaſſent in diebus Heraclij Imp. moti inuidiâ diaboli quem colebant, cum paleæ & lignorum magnum aceruum circa arcam congeſſiſſent: eam ſtatuerunt comburere cum venerabilibus quæ in ipſa erāt reliquijs. Sed nihil valuit eorum barbaricum & dæmoniacum inceptum: cùm Deus (prout ſcriptū eſt [c]) ſeruet omnia oſſa eorum, qui propter ipſum decertarunt. Oſſa ergo eius ignis omninò non tetigit; niſi ſolum quod cùm ex arca forma globi reſiluiſſet, prouidit, vt facilior daretur ingreſſus ad reliquias ijs qui volunt haurire gratiam curationum, nempe per priùs dictum foramen.*

DE CORPORE S. EVPHEMIÆ CHALCEDONE POSITO.

c Pſal. 33.

VII. Sed quod ad foramen ſpectat, puto Lector, fuiſſe hanc opinationem auctoris potiùs quam veram ipſius cauſam. Siquidem longè ante incurſionem Perſarum, oportuit extitiſſe in arca illa veneranda foramen ad hauriendum, quod ex ſacris illis reliquijs fluebat ſanguine mixtum vnguentum, vt ſuis locis ſæpè ſuperiùs dictum eſt. Cùm alioqui abſque etiam eiuſmodi ſcaturigine vnguentorum, ſoleret in ſacris Martyrum loculis foramen relinqui, per quod demitterent ſudariolum, quod S. Gregorius appellat brandeum, quo tactu ſacrarum reliquiarum gratiam curationum haurirent, ipſum verò loco reliquiarum haberi ſoleret. Viſum eſt eius rei exemplū his diebus cùm hæc ſcriberemus in theca marmorea, in qua foramen ad opus quod diximus inerat. Sed de hac inuētione dicturi ſumus inferiùs in Paſchali Pontifice. modò cœptam proſequamur hiſtoriam.

QVID FORAMEN IN SEPVLCHRIS MARTYRVM.

VIII. *Erat,* inquit, *magna fides eorum qui habitabant Conſtantinopoli (vt ſuperiùs diximus) in templo & reliquijs omni ex parte benedictæ Euphemiæ. & confluebant omnes inſtar fluuij haurientes curationes: ex pretioſis enim eius reliquijs exibat ſanguis plenus bono odore, qui quidem tamquam vnguentum à Deo ſuppeditatum dabatur ægrotantibus: & erat quidem fidelibus miraculum terribile & venerandum; infidelibus autem, & ijs qui aliter ſentiebant, dedecus & ignominia.*

VNGVENTVM MIRIFICVM EX CORPORE S. EVPHEMIÆ.

Tunc autem ille execrandus & perniciosus Imperator temerariâ vſus audaciâ, noctu ingreſſus cum quibuſdam qui erant ſuæ ſectæ, impetum fecit in reliquias omni ex parte benedictæ Martyris Euphemiæ: & cùm arcam aperuiſſet, abſtulit reliquias benedictæ Martyris, cum loculo, qui eas continebat. Cùm parata autem haberet alia oſſa mortui exiccata, ea iecit intra arcam, & cum eam rurſus

IMPERATOR SACRILEGVS QVID IN MARTYREM.

texiſſet, recepit. Venerandas autem benedictæ Euphemiæ reliquias cum ligneo loculo depoſuit in quadam domo oratoria ex ijs quæ illic erant in Regia. Quamobrem eius ſorores & filia, aromatibus, vnguentis, & luminibus ſic adorabant clanculum propter inſignem gratiam & miraculorum magnitudinem.

IX. *Cum hæc reſciuiſſet ſceleratus, eiecit in Bucoleontem & Ferreum carcerem, & proiecit in fluctum maris. Et die ſequenti cœpit aduerſus benedictam Euphemiam mouere ſuam ſceleratam & execrandam linguam, eam inſectans, & dicens: Abite & videte quantum errabant qui dicebant eſſe ſaluas & integras benedictæ Euphemiæ reliquias, & eas aſſerebant effundere vnguenta. Illi autem cum abiſſent, & vidiſſent non eſſe in carne pretioſas Euphemiæ reliquias, ſed arida quæ ab ipſo proiecta fuerant oſſa: ea conſpicerunt, & maledictis ſunt inſectati. Cum ſtandem autem & ludibrium & meras nugas dixiſſet eſſe curationes, arcam euerterunt, & cum ea aram ſanctam, templumque * deſtruūt. Eduxerunt verò arcam extra ſuggeſtum, quod erat habitaculum virorum qui non erant baptizati, & erant ineruditi. Eos autem qui erant bello capti ex Gentibus, & Regia dabantur ſpolia, illic exonerabant. Alij autem armorum opifices, & ſordidarum ac illiberalium artiū artifices, cum fixiſſent in eo fornaces, fecerunt domum ſæcularem, quæ aliquando fuerat templum. In ſancto autem ſuggeſto, vtpote loco occulto, requiſita corporis facientes, excrementa corporis deponebant. ô mi Chriſte, tuam tunc patientiam! Hæc ego quoque poſtquàm vidi, totus plenus lachrymis & eiulatu egreſſus ſum, admirans omnipotentis Dei tolerantiam atque permiſſionem. Et hæc quidem facta ſunt tempore prædicti impij Imperatoris.*

* deſerunt PROFANATIO LOCI SANCTI.

X. *Sed quoniam Dominus eſt virtutū, qui inuictam habet potentiam & vires, quæ ſubſannari nequeant (Deus enim re verà non irridetur) audiamus quid Chriſtus Deus noſter prouidit in reliquijs benedictæ Euphemiæ. Nam dum eæ iactatæ ſunt in mare, prouidētia Dei ſummè miſericordis, cymba quorundam duorum fratrum virorum piorum egreditur è portu Sophiarum, quæ dicuntur. Et dum ipſi parum quid è portu nauigant: ecce loculus (quem ligneum fuiſſe dictum eſt) qui cum fluento deſcendebat, fuit prope nauem. Extractus itaque fuit à viris illis pijs & repoſitus in nauigio, ipſis exiſtimantibus, ſe mundanum aliquem ferre theſaurum. Sublatis autem velis nauigarunt vt exirent in oſtio Abydi. Cùm autem parum aperuiſſent loculum: vident reliquias, & ſuaui odore repleti, ſunt admirati, neque ſciebant quid agerent. niſi quòd ſolummodò inuocabant Dominum, vt eis reuelaretur, ſanctum ne eſſet an commune.*

RELIQVIÆ S. EVPHEMIÆ REPERTA.

Illâ autem nocte vident gloriam maximam, & luminaria, & cereos, & viros candidis veſtibus indutos, & Chriſtum laudantes. Rurſusque bono odore repleti nautæ agnouērūt eas eſſe ſanctas reliquias. Magno ergo gaudio affecti, clam profecti ſunt propter metum Tyranni, vt theſaurum ferrent in ſuam patriam. Poſtquam autem veniſſent in inſulam quæ dicitur Lemnos, accidit eis magna tempeſtas. & cùm incidiſſent in promontorium inſulæ, in quo fuit aſper locus, & planè aptus ad naufragiū, de ſalute deſperabant. Cùm Deus autem per interceſſionem benedictæ Euphemiæ corripuiſſet nauem vnà cum fluctibus, ſuperato periculo, inuenti ſunt in loco tranquillo, & cùm Deo gloriam emiſiſſent, conuenientem honorem tribuêre reliquijs.

COGNITÆ RELIQVIÆ ESSE.

XI. *Angebantur autem & dubitabant, cuiuſnam eſſent Sancti reliquiæ. Illa autem nocte acceperunt reuelationem reliquiarum per eius nominis enuntiationem. In illa enim inſula ſancta Glyceria iacebant reliquiæ. Dictâ autem nocte viſa eſt egredi ex inſula Chriſti Martyr Glyceria, & hæc è naui exiſſe, & ſe inuicem eſſe complexæ. Et cum dixiſſet, quæ ex inſula erat egreſſa, ei quæ è naui exierat: ſalue Martyr Chriſti Euphemia benedicta, & ſe inuicem ſalutaſſent: rurſum per ſe recedebant. Tum, è ſomno excitati, cum lachrymis & gemitibus pretioſas acceperunt reliquias, & loculum ſunt amplexi præclari naucleri Sergius & Sergonas (hæc enim erant eorum nomina.) cùm fuiſſet autem dies, enauigarunt, volentes ire in ſuam patriam. Et cùm proceſſiſſent vſque ad viginti circiter milliaria, vento ſpirante contrario, vel inuiti reuerſi ſunt in locum vnde ſoluerant. Rurſus verò cum paucis poſt diebus experiri voluiſſent, vtrentur ne ſecunda nauigatione: iterum reuerſi ſunt. Hoc cùm ſemel, bis, terque probaſſent, nec vllo modo poſſent in ſuam ire patriam; reuerſis & ad portum appulſis, illâ nocte viſa eſt illis Chriſti Martyr Euphemia, dicens: Cur contenditis me huc & illuc circumagere? nolo vlterius progredi, neque hinc eò proficiſci, quò me vultis ducere. Hæc cum dixiſſet: rurſum dixit eis: Non ſatis fuit, quòd Chalcedone tranſlata ſum Byzantium, & in mare proiecta fuerim, & hic ſteterim? Cur autem me vultis circumagere in partes inferiores? hoc à me quidem fieri non poteſt. Nolite hoc facere, ſed facite vt hic quieſcam.*

QVOMODO DETECTA FVIT S. EVPHEMIA.

XII. *Hæc cùm audiſſent, bonum capientes conſilium, & quæ iubebat Martyr, impigrè exequi ſtatuentes, ædificauerunt domum oratoriam, & cum omne onus nauigij conſumpſiſſent, & ſuas facultates Deo, & Martyri obtuliſſent, ſeipſos totonderunt, dicentes: Non dimittemus, ô benedicta Martyr, tuas venerandas reliquias, ſed hic vſque ad vitæ terminum tuis reliquijs diutiſſimè aſſidebimus. His ita geſtis, ſanctiſſimus Lemni Epiſcopus venerandum templum ædificarat in illis temporibus. Viſum eſt ergo, vt illuc portarentur ſacræ benedictæ Euphemiæ reliquiæ ad dedicationem templi, quod ab eo conſtructum fuerat. Et cùm ſupplex fudiſſet preces, & veniſſet ad reliquias benedictæ Euphemiæ, & illic totam noctem tranſegiſſet: ab eo viſa eſt in ſomnis Martyr Chriſti, dicens: Ne aggrediaris facere quod ſtatuiſti: non obediam enim hac in re tuæ ſanctitati; ſed abi ad ſororem meam, & in martyrio ſociam Glyceriam, & ego illam rogabo: ipſa enim ſe tibi tradet ad hoc, vt impleas quod deſideras. Experrectus autem ſanctiſſimus Epiſcopus, fecit vt ei iuſſerat benedicta Chriſti Martyr. Et hæc quidem facta ſunt illis temporibus.* verè (vt Theophanes dixit) ſtupendum & ſcripturâ dignum miraculum. De tranſlatione autem eiuſque reuectione Conſtantinopolim in locum priſtinum, ex eodem auctore inferiùs ſuo dicturi ſumus tempore, quo id fieri contigit. ſed quæ ſunt anni huius reliqua proſequamur.

NON QVIESCIT MANERE SEMPER IN LEMNO S. EVPHEMIA.

XIII. *Hoc eodem anno* (idem ipſe inquit Theophanes) *ſexto Kalendas Decembris eiuſdem quintæ Indictionis cœptæ menſe Septembris, decreto Imperatoris promouetur Nicetas Eunuchus è ſclauis ortus irregulariter Patriarcha Conſtantinopoleos.* & inferiùs; *Eadem die & Indictione quintâ prouehit ſui ſenſus Prætores & operarios ſuâ nequitiâ condignos, Michaëlem ſcilicet Edeſſenum in themate Orientalium, & Michaëlem Laconodraconem in Traceſiis; ſuper Bucellarios verò Manem, à mania, id eſt, inſania, nominatum. ſed quis eſt idoneus ad enarrandum horum ſcelerata piacula, quæ partim à nobis in ſuis perſtringuntur locis? omnia enim opera ſi conſcribentur, quæ ad rationem imperantis ſunt effecta, nec ipſum arbitror (vt propriè cum ª Euangeliſta dicam) capere mundum eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* hactenus res anni huius Theophanes.

NICETAS PSEVDOEPISC. CONSTANTINOP.

ª Ioan. vlt.

XIV. Sed inuiſamus degentem in carcere Stephanum Confeſſorem, de quo poſt illa quæ dicta ſunt anno ſuperiori, hæc in eius Actis ſcriptis mandata fideliſſimè reperiūtur. *In interiori carcere concluſos eximiæ virtutis mona. hos trecētos quadraginta duos ex varijs locis collectos atque in eodem carcere condemnatos inuenit, qui partim naſos, partim aures excētas habebat. partim euulſos oculos, partim amputatas manus, ob id vide-*

MONACHI CONFESSORES IN CARCERE DETENTI.

lnet,

licet, quod pro venerandarum imaginum pictura & erectione lucubrationes edidiſſent. At quidam alij plagarum notas adhuc circumferebant: alij præclaras genas pice illitas atque ambuſtas habebant: alij caput ad ludibrium abraſum. Quos cũ varios iſtos ac multiplices cruciatus diuinus Stephanus cernens, patientiæ nomine beatos eos prædicabat; ac contrà, lachrymis dignum ſeſe iudicabat, vt qui in earumdem plagarum partem cum illis minimè veniſſet, nec pro Chriſti imagine membrorum exſectionem quoque pertuliſſet.

XV. Carcer conuerſus in monaſterium.

At diuini illi Patres, vt primum ſanctum virum conſpexerunt, ad eum tamquam ad magiſtrum & præceptorem acceſſerunt, vt ab eo ſalutis præceptis erudirẽtur. Itaq; ex Prætorio monaſterium factũ eſt: quippe cum illic omnis monaſticæ vitæ forma ac regula ad vnguem obſeruaretur. B *Ij autem quibus carceris cuſtodia mandata erat, quiq; ſancti viri famam iampridem audierant, tum demum animi quoque ipſius ſtatum, ab ea tranquillitate, quæ in ipſius moribus elucebat, quantum fieri poterat coniectantes, ad eum tamquam ad Dei Angelum animas conuertebant, eiq; ſummam reuerẽtiam, ac venerationem tribuebant, adeò vt quidam etiam eorum, remotis arbitris, eadẽ ad vxorẽ ſuam diceret, quæ olim Manue ille:* [a] *Morte moriemur, præ Tyranni huius furore: Virum enim perinde ac Deum hodiernâ die vidi; hunc inquam in vincula coniectum monachum, quem Auxentianum vocant.*

a Iud. 13.

Sapiens autem illa mulier non frigidè ac negligenter ad hæc verba affecta, verum per concinnam atque prudentem ad virum interrogationem vitæ ſancti huius Patris rationem omnem perſcrutata, clam in carcerẽ ingreſſa eſt, C *acceptiſq; venerandis ipſius pedibus, ab eo, vt pro ſe precaretur, ipſaq; viciſſim, ei quæ opus eſſent, ſubminiſtraret, poſtulabat. At diuinitus inſpiratus Stephanus preces quidem ei annuit & conceſſit: cæterùm adduci non poterat, vt quicquam ab ea ſuſciperet. Inſtabat autem rurſus illa, dicens: Quidnam eſt, quamobrem tu exiguam fidei erga te meæ promptitudinem tam obſtinate reijcis? Quamquàm enim id ipſa non merear, tuam tamen moderationem ac benignitatem ad indignos quoque indulgenter ſeſe dimittere, compertum habeo. Quemadmodum enim* [b] *Sarepthana illa quondam Eliæ farinam, &* [c] *Sunamitis Eliſæo cubiculũ hoſpitij cauſa præbebat, ac beata illa* [d] *vidua duos in ſumma ſua penuria obolos erogabat, ac denique* [e] *Samaritana illa ex fonte hauſtam aquam Deo porrigebat: ad eumdem etiam ipſa modum cum pari fide aliquid in te conferre beneficij ſtudeam, ne quæſo deſiderio meo excidam.*

b 3. Reg. 17.
c 4. Reg. 3.
d Marc. 12.
e Ioan. 4.

XVI. Mulier ſe prodit catholicam.

Ille verò rurſum id conſtanter recuſabat, non quidem ob naturæ contumaciam, aut ipſius indignitatem id officij in ſe repudiari dicens (ego enim, inquiebat, memet indignum, atq; omnium poſtremum duco) ſed quia ab eo prohiberetur, qui cum hæreticis quicquam commune haberi vetuerat: neque enim meminiſſe, ſe cum imaginum hoſtibus vllum vmquam commercium habuiſſe, aut aliquid omninò ab eorum manibus accepiſſe. Hæc vt illa audijt, humi ſeſe prouoluens, quid non dicebat, quid non faciebat, vt oſtenderet quàm ab hæreticorum ſocietate atque E *cõmercio ſemper abhorruiſſet? Abſit hoc à me (inquiebat) venerande Pater, vt Chriſti, aut Matris ipſius, aut vllius ſancti imaginem contempſerim. Scio enim me à Patre noſtro Germano didiciſſe, quas pœnas daturi ſunt, qui eò audaciæ proruperint.*

Cæterùm fac quæſo, vt nec vir meus, nec cuſtodum quiſquam reſciſcat. quod pietati tuæ indicare cupio: atq; ego re ipſa omnem dubitationem tibi eximam. Hæc locuta, ſtatim domum recurrit, atq; apertâ arcâ, tres imagines arcanas eduxit, vnam Dei Genitricis filium ſæculis omnibus antiquiorem complectentis, duas alias Petri & Pauli Apoſtolorũ. Quas, vt ipſo inſpectãte, religioſè adorauit, ipſi poſtea porrexit: Accipe iſta, inquiẽs, atq; hinc tibi meis, hoc eſt

Mulier profert ſacras imagines.

A *mulieris peccatricis memoria refricetur. Ad hunc modum pijs ipſius moribus comprobatis, petitioni cedit, ac deinceps Sabbato ac Dominico die ad eum ipſa panis vncias ſex, aquæ non plus tribus poculis afferebat. Tantulum enim ſingulis hebdomadis ipſi cibi ac potus fuit totos vndecim mẽſes, quos in Prætorio tranſegit.*

Ex his intelligis, Lector, congreſſum hunc religioſæ feminæ cum S. Stephano contigiſſe hoc anno menſe Octobris, cùm conſtet eum martyrium conſummaſſe anno ſequenti menſe Nouembris: quod quidẽ apparet ex eo, quòd auctor numeret menſes vndecim, ex quo cibum ab eadem muliere accipere cœpit, cùm tamen haud diu antè in eodem ipſe carcere permanſiſſet. Sed audi quæ poſt hæc eadem Acta reddant. Tempus carceris.

B *Quâdam autem die vnà cum cæteris captiuis ſedente viro diuino, de ſupplicijs illis, quæ iuſtis viris ab iniquis iniquiſſimi Imperatoris Præfectis varijs locis illatæ fuerant, ſermo ortus eſt. Siquidem in medium progreſſus Antonius quidam è Cretâ oriundus, vir fortis, & qui fortibus certaminibus egregiè defunctus fuerat: Quonam modo (inquit) præclara Pauli monachi certamina vobis ob oculos proponere queam? Aut quonam pacto ea ſine lachrymis commemorem? Princeps quidam Cypri Præfectus erat nomine Theophanes, cognomento Lardotyrus. Hic cùm ſanctum virum, vt in eum inquireret, accepiſſet, ad Heraclei Prætorium eum duxit. propoſita autem erat humi Chriſti in Cruce protenſi imago, vnaq; item cruciatus inſtrumentum, quod catapultam vocant.* C *Aitq; ad eum Præfectus (ſceleſta inquam illa lingua, atque iniquitatem in excelſum loquens) vnum è duobus tibi Paule proponitur, nimirum, vt aut calcatâ imagine, vitam obtineas, aut hoc tormenti genere diſcrucieris. hoc autem dicẽs, puerorum laruis leonem perterrefacere velle videbatur.*

XVII. Narratio Antonii Cretenſis.

Statim enim generoſus ille vir magnâ voce exclamans: Abſit à me, inquit, Domine Ieſu Chriſte vnigenite Fili Dei vt Theandricam hanc imaginem pedibus teram, atque hæc loquutus, ſtatim humi ſe curuans, oſculum ei fixit, ea ipſa planum faciens, quàm nihil iudicis minas moraretur. Ille itaque confeſtim iræ vndâ totus æſtuans, nudari ſanctum virum, atque in catapulta extendi iubet, vbi cùm tortores duabus tabulis ipſum firmiſſimè compreſſiſſent, ac ferreis pectinibus totum ipſum corpus exaraſſent, prono capite ſuſpenderunt: ac deinde non exiguo igne infra eum accenſo, ita demum holocauſtum Deo gratũ ipſum effecerunt. D

Martyrium S. Pauli monachi.

Hoc eo commemorante, patribuſq; lachrymis madentibus, Theoſterictus quidam hoc nomen meritò conſequutus vir ſenex ac ſacerdotij dignitate ornatus, qui ex pio illo monaſterio erat, quod Pelecita nuncupatur, atque & naſum abſciſſum, & genas feruenti pice ac bitumine illitas, miſerumq; in modum ambuſtas habebat (hos enim cruciatus pietatis cauſâ pertulerat) prodiens ipſe quoque in medium ſuperioribus ſermonibus hæc adiecit: Impoſſibile eſt, impoſſibile inquam eſt, vt vel hic ipſe Antiſtes noſter Stephanus ſcilicet ſiccis oculis iſta commemoret: Quanam enim oratione quiſquam illius, qui tum Aſiam cum E *imperio obtinebat, furorem amplecti poſſit? cui Lachanodracon quidem cognomentum erat, verùm ipſius fel atque iracundia draconis quoque virus amaritudine ſuperabat. Ad quem beatus Stephanus: Narra quæſo, pater, nihil omittens eorum quæ tum contigerunt, verùm omnia oratione proſequens. Etenim per eiuſmodi exempla, cum animi promptitudine, tũ robore impleti ad eumdem zelum præparamur: ſi quidem voluntas Dei hoc tulerit, vt pro diuina ipſius imagine nos quoque certamẽ ſubeamus. Tum igitur Theoſterictus inchoatum ſermonem in hunc modum proſequitur:*

XVIII. Theoſterícti confeſſoris narratio.

Præfecti Aſiæ crudelitas.

Cũ incruẽtũ ſacrificiũ in monaſterio noſtro celebraretur (erat autẽ veſpera ſacra ac magna 5. feria, in qua Chriſtus

(illum draconem erat) hic draconum nomen habet Tyranni iuſſu cum magna militum manu in monaſterium impetū fecit: ac myſticum quidem ſacrum euertit, myſticū videlicet hymnū protinùs ſilentio compreſſit; lectiſſimos autem monachos duodequadraginta vinculis ferreis adſtrinxit; reliquos verò partim verberibus crudelem in modum lacerauit, partim eorum barbam pice illitam excuſſit, naribus prius amputatis: quorum numerum ipſe quoque augeo, quemadmodum faciei meæ nota certiſſimè teſtantur. Quibus impius ille nondum expletus, vniuerſum monaſterium poſtea inflammauit, ipſa quoque Eccleſias vnà cum reliquis ædificijs cōcremans. Mox autem prædictos duodequadraginta patres ad extremos Epheſi fines relegauit, vbi cùm eos in veteris balnei fornice cōcluſiſſet, ac deinde aditum obſtruxiſſet, in hunc modum eos è vita migrare coëgit.

MONACHI CONFESSORES ET MARTYRES.

Cùm vſque adeò triſtes tragœdiæ narrarentur, atque omnes in gemitum ac lachrymas prorumperent, rogatus à patribus Stephanus, vt ad mitigandū eorum mœrorē orationem aliquam haberet: intimo corde ingemiſcens: Gratias inquit, Deo agere poſſumus, fratres ac patres, gratias, inquam, ei agere de omnibus rebus quæ præter voluntatē accidunt. Etenim gratiarum actio cum patientia coniuncta coronas nobis nectere conſueuerit. Quocircà etiam ſi igne, aut gladio, aut maris profundo, aut præcipitio, aut alio quodam mortis genere nos mulctent, qui impietatis ſcelere ſeſe deuinxerunt, prone atque alacri animo cuncta perferamus. Habemus enim velut exemplar quoddam, in quod intuemur, claros illos patres qui ante nos extiterūt, & per martyrium Deo vitam conſecrarūt, nimirum ſanctum illum Petrum Blachernis in vincula coniectum: qui cum ſpectāte Imperatore pro Chriſti imagine neruis atrociſſime cæderetur, nullum ignaui ac timidi animi ſpecimen in eo cruciatu edidit; verùm acerbioribus eum plagis verborum lacerauit, Iulianum alterum & Apoſtatam appellans: atque in his tormentis gratias Deo agens, animam exhalauit.

GRATIAE DEO IN PERSECVTIONE AGENDAE.

PETRVS MARTYR.

XX. *Habemus item Ioannem Monagria Præfectum, quem Tyrannus cùm nullo omninò terrore afficere potuiſſet, neq; adducere, vt Chriſti, Matriſq; ipſius imaginem pedib. protereret, ſacco incluſit, grauiq; ipſi ſaxo appenſo, in profundum mare deiecit.*

IOANNES ABBAS MONAGRIAE MARTYR.

Sed quis tandem eſt, qui omnia facinora enumerando recenſere poſſit, quæ per omnes Tyranni prouincias Prætores, qui eum crudelitate ſuperabant, aduerſus ſanctos viros deſignarunt? Immò vere quis eſt, qui Sanctorum aduerſus eos contentionem atque ad extremum vſque ſpiritum patientiam vllo ſermone referre queat? Quorum ſi nos exēplum ſequamur, beati profectè erimus, vt qui exiguis laboribus ampliſſimas opes nobis ipſis aggeramus: [a] Neque enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: Hæc & alia huiuſmodi plura, ad excitandos & acuendos eorum animos, qui vnà cum eo vinctis tenebantur, accommodata cum dixiſſet, orationi ſuæ finem impoſuit. iſta auctor, vnus ex intimis eius, qui iſta optimè perſpecta habuit. Ceterum ipſius Stephani Auxentiani martyrium non antè quàm ad finem anni ſequentis contigiſſe, eiuſdem Acta demonſtrant.

[a] Rom. 8.

Hoc pariter anno Abdallam Principem Sarracenorum in Oriente eſſe defunctum, Theophanes auctor eſt. ſub quo Chriſti Eccleſiam perſecutionē eſſe paſſam, teſtatur his verbis: [b] *Abdallas cum Amiræ fungeretur honore, multa mala Chriſtianis ſub principatu ſuo degentibus demonſtrauit: ſiquidem & Cruces Eccleſiarum abſtulit, & vigilias nocturnas celebrare & litteras diſcere prohibebat.* hæc ipſe. Sed ad res iam Occidentales.

[b] Sigebert. in Chron. hoc an. Regino in Chro. anno ſeq. li. 4. cap. 67.

XXI. Hoc eodem anno Synodus celebratur in Gallia in villa, Gentiliaco dicta, annuente Pipino Rege, vbi diſceptatum eſt de cultu ſanctarum imaginū, & de quadam alia quæſtione, nēpe de ſanctiſſima Trinitate: Alij autem anno ſequenti potius eamdē habitam tradunt. Sed vnde manauit occaſio, vt de ſacrarum imaginum cultu eiuſmodi Synodus haberetur, cùm nemo dicat, neq; quid in eadem Synodo fuerit definitum, ſit vſquam penitùs vlla mētio: fortis cōiectura ſuadet, vt hæ merces in Gallias per Legatos perfidi Imperatoris vnà cū donis pluribus ab eodem ad Pipinum allatis fuerint infeliciter allatæ. vt planè tempeſtiuè admodū illud poëticum fuerit occinendum: Timeo Danaos & dona ferentes. Adornatam ſiquidem fuiſſe nobilem legationem ab eodem Conſtantino Imperatore ad Pipinum Regem Francorum Veteres Annales tradunt, & inter alia miſſum organū muſicū. Et quis poterit dubitare ab ipſo miſſos homines eiuſdē hæreſis aſſertores & defenſores? & cùm iam antè toti orbi innotuiſſet edictum ab eodē Imperatore cōtra ſacras imagines promulgatum, & vbique à Catholicis impugnatum: quomodo non tales ab eodem miſſi ſunt Conſtantino, qui pollerent ſciētiâ & impugnatum edictū quoquo modo defendere potuiſſent? Inſuſurraſſe hos nefarios in aures Pipini aliquid, & eum aulicis de iiſdem conſeruiſſe ſermones, etſi nemo dicat, declarauit tamen euentus, cum ob ſata zizania iſta, oportuerit eiuſmodi Synodum conuocare.

SYNODVS IN GALLIA DE CVLTV SS. IMAGINVM.

XXII. Obfuit plurimùm Francis cum Græcis iiſdēq; hæreticis iſta per Legatos inita conſuetudo, vt quæ inferiùs ſuo loco dicturi ſumus, facient manifeſtū. Quòd enim ſciret Conſtantinus impius, malè ſe audire apud fideles omnes Occidentalis Eccleſiæ ob nefariæ hæreſis promulgationem; cuius cauſâ etiam ſciret negatum ſibi tributum ab Italis, & Exarcharum Rauennæ ablatū: quib. potuit legationib. atq; munerib. laborauit, vt Francos, quorū ope Romana Eccleſia iura Imperij in Italia fuerat conſecuta, demerere poſſet; conatuſq; pariter, vt quos mitteret viros diſertos, defenſionē hæreſis poſcētibus exhiberēt, & nō poſcentib. etiā cùm poſſent, ingererēt. Porrò defenſores fuiſſe Gallicanos Epiſcopos ſacrarum imaginū, docet Synodus Romana celebrata ſub Stephano, de qua inferiùs dicturi ſumus. vbi & aſſeritur de cultu ſanctarum imaginum perlatam fuiſſe Synodalem epiſtolam ab Oriente: datam illam quidem fuiſſe à Theodoro Epiſcopo Hieroſolymitano & Coſma Alexandrino, atque Theodoro Antiocheno, auctor eſt Hadrianus in epiſtola ad Carolum Magnum, de qua agemus inferiùs, cū erit ſermo de Concilio Romano ſub Stephano, vbi eadem epiſtola Latinitati donata lecta fuit.

XXIII. Quod autem ad quæſtionē ſpectat, quæ dicitur inter Græcos & Latinos in hac Synodo agitata de ſanctiſſima Trinitate; quænam iſta fuerit, Ado Viennēſis docet, nimirum fuiſſe de proceſſione Spiritus ſancti, num videlicèt dici poſſet, ipſum à Patre Filioq; procedere. Vides, Lector, quo tempore & à quib. Græcis eiuſmodi quæſtio primùm fuerit mota & agitata, nēpe ab impijs Iconoclaſtis: Quòd enim Occidentales plurima in Conſtantinū eiuſq; ſectatores obijcerent, præſertim ea quæ ſpectarent ad ſacrarum imaginum cultum; illi contrà, Latinis quod adiecĭſſent ad Symbolū ea verba, FILIOQVE, vitio vertebant. Videant igitur ſchiſmatici Græci dum Latinos impugnant, ſe cauſam agere improbandi Cōſtantini Copronymi, qui, ipſorum etiam ſententiâ omni ex parte fuit impius & ſceleratiſſimus Hagiomachus.

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI QVAESTIO.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 767.
SEDES VACAT CONST. COPRON. IMP, Annus 27.

I. ADEST annus ſeptingenteſimus ſexageſimus ſeptimus Redemptoris, quintâ Indictione notatus, quo Paulus Papa vbi ſediſſet annos decem & mẽſem vnum, moritur vigeſimanonâ Iunij. De cuius reb. geſtis opulentiorem tibi, Lector, appoſuiſſemus menſam, ſi epiſtolas ab eo ſcriptas ad Pipinum Francorum Regem & alios reperire potuiſſemus, quarum dumtaxat argumenta ſummatim præſtricta & recenſita vidimus à Panuino in Vitis Romanorum Pontificum, eaſq; integras haberi in Vaticana Bibliotheca teſtatur: verùm eaſdem diu quæſitas minimè inuenire valuimus, vt eas vel furto vel alio aliquo modo inde ſublatas exiſtimemus Cæterùm nihil eſt, quòd eius fides poſſit in ſuſpicionem adduci, cùm & earumdem totidem numero argumenta pariter recitent[a] Nouatores: qui pertæſi prolixitatem atq; multiplicitatem pariter, ſed magis veritatem, non ipſas integras, ſed ipſarũ argumenta tantummodò edidere; quæ ſi non ſimul congeſtæ, ſed per annos ſingulos, quibus ſunt datæ, digeſtæ fuiſſent, non faſtidiom vel nauſeam legentibus attuliſſent, ſed maximam voluptatem vtpote, quòd ex eis epiſtolaris hiſtoria quæ cæteris veritate & ſinceritate præſtat, ignota hactenus, fuiſſet egregiè cõcinnata: quod nec tu negaueris, cùm earumdem argumẽta perlegeris, quæ hic tibi ſubijcimus, ne ieiunum penitùs dimittamus, quem opipara menſa (quod optaſſemus) excipere nõ cõceditur. Sed & ex his quiſque intelligat, & fateatur, licèt inuitus, quàm bene & optimè de Eccleſiaſticis antiquitatibus mereatur, qui non fragmenta, vel argumenta reddat epiſtolarũ, ſed ipſas integras edat non ampliùs perituras, cum ſic earum perpetuitati bene conſulat, dum eas in Archiuo recondens, conſecranſq; immortalitati, cõſeruet poſteris integras. Primæ igitur epiſtolæ & aliarum deinceps argumenta ſic ſe habent:

a Centur. 8. pag 715.

II.
1. *Paulus Papa Pipino Regi obitum Stephani fratris & ſuam ordinationem exponit: indicat ſe in amicitia ab eodem Stephano inita cum Francis perſeueraturum; petit vt idem præſtet.*
2. *Monaſterium ſancti Silueſtri cum tribus alijs vicinis donat Pipino, quæ à Carolomanno monacho fuerant Zacharia Papa conceſſa.*
3. *Gratias agit Pipino pro defenſione contra inſidiatores; & pollicetur ſe curaturum, vt monachi Carolomanni pſalmodiam diſcant.*
4. *Marinum presbyterum iubet Epiſcopum creari, vt à conſilijs Sedi Romanæ contrarijs auocetur.*
5. *Gratulatur Pipino de incolumitate, ac Legatos ſuos nõdum Conſtantinopoli reuerſos eſſe indicat.*
6. *Gratias agit pro exaltatione S. R. E. indicat fiduciam ſuam poſt Deum in fortiſſimo Regis Pipini brachio exiſtere: & petit vt ad ſe Legatum mittat, per quem poſſit ei aperire Græcorum conſilia & inſidias.*
7. *Monachum ei à Coſma Alexandrino Patriarcha miſſum commendat.*
8. *Imperatorem Græcum in armis eſſe, & Rauennatem Exarchatum & Romam recuperare velle narrat; ac ab eo auxilium contra Græcos implorat.*
9. *Exponit ſe Rauẽnæ cũ Deſiderio locuturũ, & paraturũ quæ ad defenſionem contra Græcos neceſſaria eſſent.*
10. *Purgat ſe de crimine obiecto: quaſi dixiſſet Pipinum nõ valere auxilium præbere Romanis in anguſtia conſtitutis. Et de Marino facit poteſtatem, vt ſtatuat quid velit. Petit auxilium pro Rauennatum defenſione.*
11. *Fũ de ipſius valetudine ſciſcitatur: quia ab amicis neſcio quid rumoris aduerſi de eius ægritudine ſparsũ fuerat.*
12. *Narrat de Beneuentanorum iniuria: petit vt Pipinus litteris eos increpet: Et ſi nolint parere, vt conſentiat in expeditionem contra eos inſtitutam.*
13. *Gratias agit pro defenſione Eccleſiæ: de pace inter ſe & Deſideriũ conſtituta narrat: ac poſtulat, vt obſides Deſiderio reſtituat, quo & ipſe Vrbem Forum Cornelij recipere poſſit.*
14. *Litteras proditorias Sergij Rauennatis Epiſcopi mittit, & petit auxilium.*
15. *Per Vulfardum Coëpiſcopũ, quẽ Pipino exemplo fratris Stephani commendat, ſcribens, in litteris laudes Pipini & gratiarũ actiones pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ continentur. Auxiliũ contra Longobardos, quòd ſanctæ Dei Eccleſiæ iuſtitias minimè redderent, poſtulat. Item pro ſabano miſſo, in quo Pipini filia ex ſacratiſſimo fontis lauacro abluta, ſuſcepta fuerat, gratias Pontifex agit: quẽ celebratis Miſſarũ ſolemnib. magna iucunditate, aggregatâ populi multitudine infra aulã ſacrati corporis beatæ Petronillæ, quæ pro laude æternaq; memoria nominis Pipini conſecrata erat, ſuſcepiſſe ſe ſcribit. Adijcit ſe indeſinenter laborare, vt Sergius Epiſcopus ſuæ reſtituatur Eccleſiæ.*
16. *Ad Pipinum & omnes Francos, per* Fardum & ſocios eius, in quo continentur laudes vberrimæ. Item de Legatis Græcorum ad Regem in Francia morantibus, & de Gregorio Epiſcopo, & Petro presbytero.* *Fulradum
17. *Pipino indicat ſex Patricios cũ CCC nauib. Cõſtãtinop. Romã venturos eſſe, & poſtea in Franciã ad Pipinũ profecturos. Queritur Deſideriũ iuſtitias ſanctæ Dei Eccleſiæ, quas coram Legatis Pipini facere promiſerat (quod pollicitus fuerat) non adimpleuiſſe, quinimmò eũ Romanos iniurijs plurimis affeciſſe deplorat.*
18. *Continentur gratiarum actiones & vberrimæ benedictiones pro vita & incolumitate eiuſdẽ Pipini, Caroli, & Carolomanni nobiliſſimorum filiorum eius: multis adiurationibus contra Longobardos auxilium flagitant. In embolio adiuncto præceptũ, quod Marino presbytero de titulo Chryſogoni dedit, & de libris quos Pipino tranſmiſit, continetur.*
19. *Pipino per Georgium Epiſcopum. Gratiarum actiones pro defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ continet. In embolio poſtulat vt Pipini filium, qui ei tunc natus fuerat, ex ſacro baptiſmatis fonte excipere mereatur.*
20. *Petro presbytero ad eumdem dedit continentem quaſdam laudes eius, quod Romanã Eccleſiam ab hæreticis defenderit. Poſteà acta Remedij Epiſcopi & Andegarij Comitis narrat, qualiter iuſtitias beati Petri Apoſtolorum Principis apud Deſiderium Regem ex parte receperit, & quòd reliquas iuſtitias facere pollicitus ſit, cũ obteſtatione, vt ſi Deſiderius iſta neglexerit, Pipinus illum, ſicut Stephano Papæ & eius germano, & ſibi promiſerat, cogeret.*
21. *Ad Pipinũ per Vuilhaeriũ Epiſcopum, Dodonẽ, & Vulchardũ: In qua gratiarũ actiones cũ adhortationib. vt Pipinus pro defenſione pugnare pergat. Papa de ſua cõſtantia erga Pipinum multa recitat, ſcilicet quòd nullo fauore aut terrore ab eius caritate ſeparari poſſit. Indicat ſe poſt Deum, eius Genitricem, & beatos Apoſtolos, in nullo quàm Pipino maiorem habere fiduciam.*
22. *Pipino gratias agit, quod Legati Ioannes ſubdiaconus, Pamphilus Abbas, & noſter defenſor Regionarius S. R. E. cum Imperialibus Legatis ab ipſo Pipino honorificè ſuſcepti eſſent. Refert item gratias, quòd ſibi omnia indicauerit, quæ cum Imperatore Conſtantinopolitano acta fuerant: valdè eum laudat & commendat.*
23. *Per Ioannem ſubdiaconum & Abbatem atque Petrum*

primum defenſorē. Gratiarum actiones vberrimas & benedictiones continet de firmo atque incommutabili pollicitationis verbo, & magna perſeuerantia Pipini in cauſis Apoſtolicis, cum admonitione vt ita pergat, Pipinum Dauidi comparat.

24\. *Ad duas Pipini epiſtolas reſpondet, quarum alteram Pipinus per Petrum primum defenſorem miſerat, alteram per Vuitmarum & Gebertum Abbates atq; Hugbaldum virum illuſtrem. Eſt eiuſdem argumenti cum proximè præcedenti, niſi quòd quædam adijcit de Longobardis, quòd quaſdam S. Petri iuſtitias reddiderint, quaſdam nō, & nunc priores redditas iterùm inuadere conentur. Quare Pipini auxiliū cōtra ipſos implorat.*

25\. *Gratias agit pro defenſione Eccleſiæ, cum adhortatione ad Pipinum, vt pergat omnimodam S. R. E. exaltationem facere. De ſuo erga Pipinum amore, & quòd nihil ſine eius voluntate facere velit, largiſſimè promittit. Pro monaſterio in Soracte monte a Pipino ſibi donato gratias agit.*

26\. *Per Georgium Coëpiſcopum, Stephanū presbyterum, vna cum Radberto, Pipini Legato miſſos. Prolixè de Longobardorum crudelitate ac malitia queritur: Indicat ſe ſuis Legatis ad eum dediſſe litteras, in quibus peteretur dimiſſio obſidum Deſiderij Regis in Francia detentorum: idq; ideò factum, vt per Longobardiam ipſe proficiſci tutò poſſet: aliàs ſe id ipſum non petijſſe. Hortatur Pipinum & vehementer obteſtatur, ne illos dimittat: ipſum Deſiderium conſtringat, & ad reſtitutionem omnium bonorum beati Petri cogat, vt in aduentu Domini ſicut radiantiſſimus ſol lucere mereatur. In * embolo adiuncto munuſcula quædam Pipino mittit.* [* embolio]

27\. *Per Andream & Gundricum Pipini legationem mittit: In qua gratiarum actiones continentur, cum petitione & adiuratione de auxilio contra Longobardos mittendo.*

28\. *Scripſit epiſtolas tres ad Carolum & Carolomannum: in quibus hortatur eos vt maiorum veſtigijs inſiſtentes, fidem Deo & B. Petro præſtent, & Eccleſiam Romanam defendant & exaltent.*

29\. *Scripſit etiam epiſtolam ad cunctum exercitum Regni Francorum: In qua gratias & benedictiones pro fideli opera ſibi & beato Petro præſtita eis impertit, hortatur eos vt in ſeruitio S. R. E. perſeuerent, ac pro ea viriliter decertent.* hactenus Pauli epiſtolarum argumēta.

III. PAVLI PAPÆ RES GESTÆ.

Cæterùm præter hæc, & alia quæ dicta ſunt ſuperiùs ſuis certis locis, hæc haud anno certo notata Anaſtaſius habet: *Hic*, inquit, *fecit nouiter Eccleſiam infra hanc ciuitatem Romanam in Via ſacra iuxta templum Romæ . . . in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, vbi ipſi beatiſſimi principes Apoſtolorum, tēpore quo pro Chriſti nomine coronati ſunt, dum Redemptori funderent preces, & propria genua flectere viſi ſunt, impreſſerunt genua ipſa in eo loco, vbi vſq; hactenus in teſtimonium omni in poſterum ventura generationi, in quodam firmiſſimo ſilice eſſe oſtenduntur deſignata.*

At in Eccleſia beati Petri Apoſtoli foras muros huius ciuitatis Romanæ in Vaticano videlicèt, *nouum Oraculum ſiue Oratorium in honorem ſanctæ Dei Genitricis cōſtruxit iuxta Oratoriū ſancti Leonis Papæ, ſeriùs fores introitus ſanctæ Petronillæ, atque Andreæ Apoſtoli, muſino ac diuerſis metallis eum adornans, vbi & effigiem ſanctæ Dei Genitricis in ſtatua ex argento deaurato fecit, qua penſat libras centum, in quo Oraculo & ſepulturam ſibi conſtruxit.*

IV. PAVLI PAPÆ OBITVS.

Hic dum in Eccleſia beati Pauli Apoſtoli æſtiuo tempore pro valido caloris feruore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine, illic vitam finiuit, vbi & ſepultus eſt; illic ferè trium menſium ſpacio poſt corpus eius humatum permanſit ſuum. poſtmodum verò cōgregati Romani ciues & aliæ nationes eius corpus per flumen Tiberis tranſportantes ad beatum Petrum cum pſalmodia honore deportauêre, & in præfato ab eo conſtructo Oraculo eum ſepeliêre. Hic fecit ordinationem vnam per menſem Decembrem, creans presbyteros duodecim, diacones duos. Epiſcopos per diuerſa loca numero . . . . . Ceſſauit Epiſcopatus eius annum vnum & menſem vnum. hucuſque Anaſtaſius. Sed quomodo iſta ſe habuerint, & quæ interceſſerint impedimenta, vt tamdiu legitimo Paſtore vacârit ſedes, idem auctor narrat in rebus geſtis Stephani Papæ eiuſdem Pauli Pontificis ſucceſſoris his verbis:

Dum verò prædeceſſor eius domnus Paulus pro auſteritate feruoris, æſtiuo tempore in Eccleſia beati Pauli demoraretur, & validâ ibidem ægritudine præoccuparetur, de qua & vitā finiuit: diu noctuq; idem beatiſſimus Stephanus in eiuſdem ſui prædeceſſoris perſeuerans ſeruitio, nullo modo ab eius lectulo, donec ſpiritum emitteret, receſſit.

V. TOTO DVX FRATREM SVVM CONSTANTINVM INTRVDIT IN SEDEM PONTIFICIAM.

At verò Paulus Papa in ægritudine poſitus cùm nōdum adhuc ſpiritum exhalaret: illicò Toto quidam Dux Nepeſinæ ciuitatis dudum habitator cum ſuis germanis Conſtantino, Paſſiuo, & Paſchale, aggregantes tam ex eadem Nepeſina ciuitate quamq; ex alijs Tuſciæ ciuitatibus multitudinem exercitus, atque cateruam ruſticorum, ingredientesq; per portam beati Pancratij in hanc Romanam Vrbem, atque in domo antedicti Totonis armati adſiſtentes, elegêre ibidem ſubitò Conſtantinum fratrem eiuſdem Totonis laicum exiſtentem: quem cum armis plurimi eorum loricis induti latrocinanter in Lateranum Patriarchium introduxêre, & aſcendentes cum eo in Vicedominio, cōtinuò accerſito Georgio Epiſcopo, compulêre eum orationem clericatus eidem Conſtantino tribuit. Ipſe verò omninò hoc renuebat facere, corruensq; in terram proſtrauit ſe pedibus ipſius Conſtantini, adiurans eum fortiter per omnia diuina myſteria, vt locum daret, & ab eiuſdem impia præſumptionis propoſito recederet, ne per eū talis inaudita nouitas in Eccleſia Dei fieret. Et dum huiuſcemodi adiurationis proferret verba, concitati plurimi ex ipſis malignis, qui eamdem impiam electionem fecerant, inſurgentes ſuper eum atq; fortiter comminantes ei, à quib. ipſe timore correptus orationem illi clericatus tribuit, & ita clericus effectus eumdem ſanctum Lateranenſe inuaſit Patriarchiū. Agebantur iſta per Totonem Ducem voluntate & conſenſu Deſiderij Regis Longobardorum, vt cōſtat ex epiſtola Hadriani Papæ, de qua inferiùs. Pergit verò Anaſtaſius.

VI. PSEVDOPAPA CONSTANTINVS ORDINATVR.

*Alio verò die, illuceſcente ſecundâ feriâ, ſubdiaconus atq; diaconus ab eodem Epiſcopo in Oratorio ſancti Laurentij intra eumdem Patriarchium contra ſanctorum canonum inſtituta conſecratus eſt, ſicq; vniuerſum populum ſibi ſacramentum præbere fecit, & adueniente Dominico die, rurſus cum multitudine armatorum exercituum in baſilicam beati Petri properans, Pontifex ab eodem Georgio Epiſcopo Præneſtino & alijs duobus Epiſcopis Euſtratio Albanenſe & * Citomalo Portuenſe conſecratus eſt, & per anni ſpatium & menſem vnum Sedem Apoſtolicam inuaſam detinuit.* quomodo autē qui per vim ingreſſus eſt, per vim pariter ſit ſublatus, dicemus anno ſequenti, quo contigit. [* Citonato]

GEORGII ORDINATORIS INFELIX EXITVS.

Modò autem exitum Georgij Epiſcopi Præneſtini eius ordinatoris ab eodē Anaſtaſio audiamus, qui hæc ſubijcit: *Antedictus verò Georgius Epiſcopus Præneſtinus, qui eum diaconem & Pontificem conſecrauit, nō poſt multos dies conſecrationis ipſius Conſtantini validâ ac peſſimâ ægritudine præoccupatus, immobilis factus eſt, & poſteà Miſſarum ſolemnia nequaquam celebrauit: eius enim dextera manus aruit atq; contracta eſt, quam etiam nec ad os ſuum afferre valuit, ſicq; tumens ac languens vitam finiuit:* hęc de primo ordinatore Georgio oſtēdit Deus ſigna, ne quis exiſtimaret excuſare poſſe vim illatā ad imponenda manum ſuper inuadentē

Apoſto-

Digitized by Google

Apoſtolicam Sedem, ſed teneri quēlibet millies vitam prodigere quàm tam immane ſcelus patrare. Cæterùm Cōſtantious Pſeudopapa, quòd ſciebat ſuam ordinationem ſacris canonib. penitùs labefactari; & reddi irritam; poriorib. remedijs eā ſuffulcire conatus eſt: Nā & cōciliabulum collegit proximorū Epiſcoporū, qui ex eius ſententia omnia vi metuq́; miſcentis, probauēre eius electionē. Porrò eiuſmodi conuentus poſteà à Stephano Papa (vt ſuo loco dicturi ſumus) penitùs irritus redditus eſt & oollius auctoritatis.

VII. Verùm idē Conſtantinus Pſeudopōtifex, vt ſedē ſuam, cathedrā peſtilentiæ ſtabilire poſſet, ipſo ſui Pontificatûs initio duas epiſtolas ſcripſit ad Pipinum. In quarū prima Pauli obitū exponit, ſeque inuitum & immeritū eſſe ſubrogatū: petit vt amorem & fidem ſibi ſeruet, quem erga anteceſſores; eiq́; librum mittit de rebus geſtis Sanctorum.

B

In poſteriore iterùm queritur, ſe vi à multitudioe manu iniectâ Pontificem factum, petitq́; vt Pipinus Eccleſiæ agat Defenſorē, oe de ſe credat maleuolis. Iodicat quoq; Conſtantioum presbyterū à Theodoro Hieroſolymitaoo & alijs Synodicā attuliſſe de cultu imaginum, quam Græcè & Latinè ei mittit, vt qualis feruor in Oriētalib. Eccleſijs pto imaginom conſeruatione ſit, cognoſcat. Io pagina inſertitia petit, vt Georgium Epiſcopum, Martinū & Petrū presbyteros, à Paulo ad ſe Legatos remittat ad ſuos: Rogat poſtremo, ne deſinat Eccleſiam Romanā tueri. Iſta ſunt argumenta Pſeudopapæ epiſtòlarum ex eodem quo ſuprà in Paulo dictū eſt, codice Vàticano accepta. Cęterùm quod ad Syoodicam à Theodoro Patriarcha Hieroſolymorum miſſam Romam de cultu ſanctarū imaginū ſpectat ne putes eam ad ipſum Conſtantinū Pſeudopapā miſſam fuiſſe, ſed potiùs ad Paulum Papā, quē Legati venientes Romā reperere eſſe defunctū. q̧ teſtatur Hadrianus Papa, vt inferiùs ſuo loco dicetur.

C

VIII. Sed quid intereà io Orieote? Vbiq; luctus, vbiq; dolor, tam in Occidente quàm in Oriente: laborat Occidens Orthodoxorum (vt vidiſti) complurium factioſorum proteruia Romanam Eccleſiam infeſtantium: Qui dum ſancto corpori monſtruoſum ſtudent caput apponere, factum eſt, vt ſine viſibili capite, miſerando modo, hoc anno, poſt obitum Pauli aliquamdiu perſeuerarit Eccleſia: Laborat & Oriēs, crudeli perſecutione hæretici Imperatoris, Sanctorum cædibus horret. Hoc enim anno inter alios inſignis ille ſanctiſſimus Stephanus Auxentianus glorioſiſſimè martyrium cōſummauit die vigeſimaoctauâ Nouembris. Quę autem iſta pręceſſerint, ex eiuſdem martyrij Actis quàm veriſſimis hic ſunt reddēda, iungendaq́; illis, quę de ipſo, anno ſuperiori, ſunt recitata de Prætoriano carcere, vbi cum alijs trecentis & quadraginta duob. egregijs Confeſſorib. detentus tenebatur incluſus poſt igitur illa quæ de eo & alijs ſunt enarrata, ſubijciūtur iſta de præuiſa iā antè cōſummatione martyrij.

TEMPVS MARTYRII STEPHANI.

D

IX. QVOMODO SE PARET STEPHANVS AD MARTYRIVM.

Non multi dies interceſſerant, cùm ipſe ſuam a terra ad Deum migrationem animæ oculo proſpiciens, quadrageſimo ante mortē ſuam die, præclaram illam mulierem, illam inquam hoſpitalitatis laude florentem, ac nouam * *Iſdandulam, atque eorum qui in vinculis erant miniſtram acceſſit, ad eamq́; his verbis vtitur: Tua erga me hoſpitalitatis fructum velim tibi cum fœnore Chriſtus rependat. Belle enim mihi, atque vt ipſi gratum eſt, miniſtraſti, ac me recreaſti. Deinceps autem ad quadraginta vſq; dies, prorſus mecum ipſe verſari, ac memet excutere cupio. Peto igitur abs te, vt panem eum & aquam, quæ ad me afferre conſueueras, per hos dies ne afferas. Vt autem eo no-*

E

A *mine mœrentem eam vidit, atque huiuſce rei cauſam ſcire cupientem: Noui, inquit, mihi vitæ finem imminere: ac proptereà monaſticæ exercitationis rigorem etiam atque etiam intendere geſtio. Ceſſit his auditis hoſpitalis illa ac præſtanti fide mulier.*

Per omnes itaque noctes & dies non deſinebat vir ſanctus patres eos quos carceris ſocios habebat, monere, docere, ſalutaribus præceptis erudire, atque id efficere, vt toto penè nocturno tempore in canendis Deo laudibus verſarētur: adeò vt ciues etiam nonnulli, qui ſanctioris vitæ ſtudiū colebant, vilibus pannis obuoluti clàm ad eum ingrederentur, & ipſius benedictione atque doctrina non ſine magna animi voluptate fruerentur. In his igitur muneri-

B *bus cum quadraginta illi dies abſumerentur, ac iam octauus & trigeſimus inchoaret, hoſpitalē illam mulierē rurſus accerſitam, audientibus patribus, ita alloquitur.*

X. REDDIT GRATIAS AC PRECES STEPHANVS PIÆ FŒMINÆ.

Deus qui ſe pijs omnib. laborū fructus centuplicatò redditurum promiſit, benigno oculo te ex alto ſancto ſuo aſpiciat, ac pro tuo in me officio longè copioſiorem tibi mercedem referat. Ipſius enim verè diſcipula extitiſti, qui dixit: a *Quod feciſtis vni ex minimis his meis, mihi feciſtis. Et: Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et: Qui potum dat calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam. En itaq; tuæ erga me voluntatis merces expleta eſt, quam tu eiuſmodi à Deo habitura es, vt ea tibi numquam eripi poſſit. At poſteà ſacris imaginibus oſtenſis: Accipe, inquit, præclarum hoc tuum depoſitum, quod*

a Matt. 19.

C *quidem tibi, & in præſenti hac vita aduerſus omne malū præſidij loco ſit, & in futura tuæ erga Deum beneuolentiæ atq; Orthodoxæ Fidei pignus. Hæc vbi dixit, altè ſurſum ex imo pectore ingemiſcem, apertè hoc extulit. Craſtinâ luce ex hac vita migrans, ad alium mundum atque Imperatorem proficiſcar.* Dolens quidem non ſuum bonum quo gauiſurus eſſet, ſed alienis peccatis, quib. Deū ipſum offenſuri hæretici eſſent. Sed pergit: *Ipſa igitur cùm amarum quemdam & acerbum gemitum edidiſſet, extremamq́; ei ſalutem dixiſſet, receptaſq; eas quas vendas dederat imagines, linteo quodam obuoluiſſet, domum poſtea ſe recepit. At diuinitus afflatus Stephanus, conuocatis rurſùm patribus, eos in diuinis laudibus concinendis pernoctare iubebat.*

XI. COLIT BRVMALIA IMPIVS IMP.

D *Porrò antē ille Deo prorſus inuiſus Tyrānus, præter alia quæ Deo odio & execrationi erāt facinora, ne Brumalium quidē cæremoniā contēnebat, verùm eā quoq; ſplendidè ac luculēter celebrabat, vt qui Brumum quēdam ac Bacchū in his Gentiliū ritu colere in animum induxiſſet, eoſq; vt ſrugū ac vini curā gerentes, atq; ad maturitatē eos perducentes, ſummis honorib. afficeret. Parabat itaq; tertia quoque vxori ſuæ Eudociæ Brumaliū poſtridie, iuxta quinti* * *elementi circumductionē celebrare. Progreſſus autem atq; ad ſcholarū porticus ſedens vnà cū Symmyſtis ſuis, ſatanicas quaſdā cum organis ac citharis cantiones aduentanti feſto congruentes addiſcebat. Hic igitur ab impijs quibuſdam viris ad eum delatum eſt, Stephanū ex Prætorio monaſterium eſſeciſſe, eumq́; totas noctes illic in cantillandis*

*

E *pſalmis traducere, ac prætereà complures ciues illuc proficiſcentes, idolorum cultum ab eo edoceri.*

IVBETVR DVCI S. STEPHANVS.

Hæc ille vt audiuit, grauiore irâ inflammatus, ſtatim militi cuidam, qui in Proximi ordine adſcriptus erat, hoc imperat, vt ſanctum virum è carcere eductum extra vrbē obtruncet, illic nempe vbi priùs eximiæ Martyris Mauræ templum ſitū erat. Poſt autem locus ille carnificinæ factus eſt, tēplo ſcilicet illo à Tyrāno funditùs euerſo & ſolo æquato, ac Maurâ nūcupato; quo in loco fœdera cum dæmonib. occultè ſanciebat, tametſi nō ad extremum vſq; ſcelus hoc ipſius obſcurū fuerit: prodidit enim id quod clā ab eo perpetrabatur Suphlamij filius ipſis ſacrificij loco dono datus, de quo nunc conſultò ſermonem ſilentio comprimemus. Cùm igitur ſanctum virum morti addixiſſet, cōfeſtim edictum huiuſmodi per totam vrbem promulgauit.

Quiſ-

Digitized by Google

XII.
EDICTVM NOVVM IMP.

Quiſquis amicum, aut affinem, aut omninò genere cõiunctum habere, eumq́; occultare, aut etiam pullam veſtē ferre deprehenſus fuerit: hic poſt varia tormentorum genera exilio mulctabitur. Cernere igitur erat vrbem grauiſſimâ calamitate laborantem. Neque enim inimici dūtaxat inimicos apud Imperatorem facillimè accuſabant, ſed etiam amici amicos, & fratres fratres, & ſerui dominos, atque (vt breui complectar) in grauiore luctu & planctu tota vrbs verſabatur, quam cùm Iulianus & Valens Imperij Romani clauum tenerent.

DVCITVR STEPHANVS SED REVOCATVR.

At verò carnifex ille, qui miſſus fuerat, ſancto viro è Prætorio aſſumpto, colloq́; ipſius ac manibus ligno alligatis, ad cædem properabat. Eo autem die Tyrannus è palatio progreſſus in Milij porticu ſtabat, vbi prius ſex illa Oecumenica Concilia depicta erant, pòſt autem crudelis Imperatoris iuſſu, inducto albario opere, deleta fuerant, atque eorum loco Circus ille quem amabat atque plurimi faciebat, atque auriga is, quem in delicijs habebat, atque Vraniacum, hoc eſt, cæleſtem, cùm ne terra quidem dignus eſſet, appellarat, picti cernebantur. In hoc igitur loco cùm ſuperbè ſtaret, omneſq́; eum fauſtis ominibus proſequerētur: Nulla mihi, inquit, requies eſt ita Immemorandi iſti exitium vitæ meæ afferunt. Hic verò quidam eius factionis ait: Et vbinam tandem vllus eorum delituit, aut veſtigiū vllū ipſorum in hac vrbe tua, aut in vlla alia ciuitate vel regione occultatū eſt, cùm omnes funditùs deleti ſint? En enim Imperij quoque tui hoſtem, hoc eſt, Auxentianum Stephanum abduci hodie vidi, vt quas meritus eſt pœnas ſubeat. Tum Imperator: Et quid iucundius Stephano accidere queat, quàm vt gladio vitam finiat? Verùm huius deſiderij minimè compos futurus eſt: multò enim grauiore mortis genere mulctabitur. Nunc quippe Imperatrix non mediocriter aduerſus nos ſtomachabitur, ſi feſtum ipſius diem in cæde conficiamus. Quocirca nouus hic Herodes, atque vxoris mancipium reduci quāprimùm eum in Prætorium iubet.

XIII.
[a] Pſal. 90.
RVRSVS TENTAT STEPHANI CONSTANTIAM IMP.

Quod cùm contigiſſet, rurſum cum ijs patribus, qui in vinculis erant, Dauidicos pſalmos canebat: [a] Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, & quæ deinceps ſequuntur. Tyrannus autem cùm veſperam totam in tibiarum & cithararum cantu tranſegiſſet, poſtridiè inſtructâ ſplendidiſſimâ cœnâ, cum ijs qui ſuæ factionis erant, epulabatur. Cumq́; duos quoſdam fratres cum dignitate claros, tum corporis ſimul atq; animi pulchritudine florentes (quos poſteà inuidiæ œſtro percitus interfecit) ſeorſum acciuiſſet: Ite ad Prætorium (inquit) ac meo nomine ad Auxentianum Stephanum hæc dicite: Vides quantâ tui curâ afficiar, vt qui tibi ex ipſis mortis faucibus erepto vitam cõceſſerim: quocirca tandem aliquando animū inflectens, voluntati meæ obſequere. Nõ quidem me fugit, quin homo contumax & durus ad contumelias potiùs nobis inferendas prorupturus ſit. Vos verò ſi ſermonum illecebris inflectere eius animum potueritis, rem gratam mihi feceritis, & miniſteriū iſtud veſtrum comprobabo. Sin iſtud ei perſuaderi nequeat, tamdiu eum à vobis, & à fronte, & à tergo verberari volo, quóad miſerè animam efflauerit.

DVO FRATRES OCCVLTE PII PARCVNT STEPHANO.

Igitur præclari illi duo fratres poſtquàm ad Prætorium venerunt, furioſam quidem illam Tyranni ſentētiam ſancto viro exponunt: verùm nullo eum malo prorſus affecerunt, quin potiùs vbi eum ſermonibus ad cohortādum accomodatis confirmaſſent, atque ab eo benedictionem accepiſſent, ad reditum ſe accinxerunt: Quæ autem ad Imperatorem dixerunt, huiuſmodi fuêre: Imperator, miſerum illum in priſtina ſententia perſtantem, tuumq́; Imperium infauſtis ominibus perſequentem offendimus, ac proinde tot plagis eum proſcidimus, vt penè ſpiritus omnis expers iaceat, nec certum ſit an craſtinâ die inter viuos futurus ſit. Quâ quidem ex re cùm mirificam lætitiam ferinus ille concepiſſet, atque ingētem riſum effudiſſet, luxui quo ipſi nihil carius erat, operam dare poſteà pergebat, vt qui ventris, & eorum quæ ventre inferiora ſunt, ſeruus eſt.

XIV.
SACRAS EXVIT VESTES NE SINT LVDIBRIO.

At verò digniſſimus Stephanus ſub auroram ad ſe coacto monachorum agmine, poſtremum hunc ad eum ſermonem habuit: Valete Patres, & fratres, Valete, atque in Orthodoxa Fide cõſtantiſſimè perſeuerate, ac pro meæ tenuitate, quæſo, preces fundite. En enim iam iamque adeſt mortis meæ tempus, ac pro foribus iam corona eſt: Quamobrem vereor ne caliginoſa dæmonum multitudo propter ignorantiarum mearum multitudinem mihi impedimēto ſit. Ob quæ cùm omnes amnis cuiuſdam in modum lachrymas profunderent, tolle ſibi ſacram epomidem atque deinde analabum cum loro iuſſit. Cùm autem cucullam quoque abijcere pararet, ne id faceret, patres prohibebant, negantes conuenire, vt ſine pretioſo hoc indumenti genere dierum ſuorum finem videret. Ad quos diuinitùs afflatus vir ille: Athletam (inquit) nudum decet luctari. Ac præterea ne æquum quidem eſt, pretioſam hanc rem à furente populo contumelia affici, ac profanis pedibus conculcari. Hæc cùm loquutus eſſet, omnes ei morem geſſerunt: itaq; cucullam quoque exuit, ac cum pelliceo dumtaxat pallio vnà cum monachis ſedebat, de his rebus quæ ad ſalutem pertinebant, ſermonem ad eos habens:

XV.
[b] Matt. 27.
AGITATVS FVRIIS FVRIT IMPERATOR.

Dum iſta agūtur, ex ijs quæ ſubſequuta ſunt, intelligi poteſt, Imperatorem per viſum, dormiētem ea paſſum eſſe, quæ paſſam vxorem Pilati [b] Euangeliſta commemorat, & velut quibuſdā furijs exagitatum, nouiſſeq́; per dæmones, Stephanum Auxentianum nihil penitùs vt iuſſerat, eſſe paſſum: ob id Imperator ipſe magis eſt cruciatus. Nam audi quæ ſubijciat idē auctor: *Verùm enimuerò fieri omninò non poterat, vt quæ in carcere acta fuerant, & quo pacto duo illi pij fratres admodum benignè ac indulgenter cū diuino Stephano egiſſent, Tyrannus ignoraret. Quare cùm de his omnibus à dæmone aliquo (vt verò conſentaneū eſt) certior factus fuiſſet, horâ diei ſecundâ è ſomno experrectus, leoninum quiddam rugiens, atque ad aulæ veſtibulū feſtinanter proficiſcens: O vim mihi illatam! exclamauit. O inſignem mei contemptum! Nemo eſt qui mihi opituletur, nemo qui ſubſidium ferat? Quid mihi cum tenebricoſis & Immemorandis iſtis (ſic enim ipſi vſitatum ac familiare erat monachos appellare) Cùm autem ij qui voluptatib. ac delicijs dediti erant, vltrò ad intemperantem illam menſam currerent: perturbatiſſimo animo ipſis occurrens, magno cum clamore quærebat: Quo pergitis, & quē quæritis? His autem reſpondentibus: Ad te benignum noſtrum dominum imus. Tum ille altiori voce: Non ſum (inquit) dominus veſter: Non ſum Imperator. Alius dominus veſter eſt, alius Imperator, ad cuius pedes vos ipſos prouoluitis, contactiſq́; ipſius veſtigijs, ab eo vota preceſq́; ſupplices petitis: nemo in me obſequioſus eſt, vt illo de medio ſublato, animum meum reficiat & recreet. His verò animi anxietate laborātibus, & quiſnam ille eſſet ſciſcitantibus, quiſquis ille quem ipſi ei anteferrent, aut quem alium Imperatorem agnoſcerent: Tum ipſe contra: Stephanus Auxentianus eſt, inquit.*

XVI.
CONCVRRITVR AD PRÆTORIVM AD NECEM STEPHANI.
[c] Ioan. 18.

Nondum integrum nomen in eorum aurem influxerat: cùm ſubitò impetus quidam & clamor promiſcuus, & vox quædam incondita perſonabat, omnibus, vt erant, ad Prætorium concurrentibus. Mox truculentorum leonum inſtar in carcerem inſilientes: Date nobis (cuſtodibus inquiunt) Auxentianum Stephanum. At ille cõſtanti atque intrepido animo, velut in hoc ipſum paratus, ad eos decoro geſtu ac vultu ab omni perturbatione libero egreditur, & quemadmodum olim Chriſtus Iudæis, ipſius cædem anhelantibus: [c] Ego ſum, quem quæritis, inquit. Illi autem illicò eum arripiunt, atque in terram alliduut, ferreiq́; vinculis, quib. eius pedes adſtringebantur, ab eo extractis, ad publicam viam raptim eum adducunt, calcib. in eum inſilientes, ſaxis impetentes, fuſtibus ferientes, nullum denique ſupplicij contumeliarum genus omittentes.

Cum

Digitized by Google

S. STEPHANVS MARTYRIVM CONSVMMAT.

Cum autem per primam Prætorij portam non tam duceretur quàm raptaretur, ac iam in templi Theodori Martyris veſtibulo eſſet, manibus humi fixis, ac ſublato aliquantum capite, vltimum adorationis munus Martyri perſoluebat: etenim ne in tanta quidem calamitate pietatis amorem ex animo ſuo eiecerat. Quem ex ſanguinarijs hominibus quidam, Philommatius nomine, conſpicatus, præcipiti quodam furore percitus: Videsne, exclamauit, Immemorandus iſte tamquã Martyr mori cupit. Atq; hoc ſermone habito, ad ſiphones qui illic erant, quiq; ob ea incendia quæ interdum oboriuntur, adhiberi ſolẽt, excurrit, anulſumq; ab ijs haud paruum lignum trahit, ac ſanctum virum quam vehementiſſimè poteſt, in cerebri mẽbrana ferit, ſicq; protinus interemptum, Martyrem quidẽ illum profectò, ſeipſum autem (quod omnium grauiſſimũ ſcelus eſt) Martyris carnificem reddit.

B

XVII. DIVINA VLTIO IN PERCVSSOREM.

Ac vide, quæſo, vim illam Dei vltricem. Non enim quẽadmodũ plerumq; ſolet, morã vllam interpoſuit, ſed celeri pede proceſſit. Etenim ſimulatq; ferijt, ipſe quoq; in terrã diabolicã plagã percuſſus ruit, dentib. horrendum in modum ſtridens, & ore ſpumam emittens: atque ita graue illud flagellum permanſit, ad extremum vſq; ſpiritum miſerum illum comprimens atq; caſtigans. Ac nec ſic quidem tamen furibundum illud vulgus animorum impetum remiſit; verùm per publicam viam adhuc eum raptabat. Et quidnam tandem ex ſacroſanctis illis Stephani membris coronæ expers relictum eſt? Nam & manus ac pedes ad ſaxa offendentes conterebantur, & digiti vna cum vnguib. auellebantur, atque in terram ſpargebantur, & venter diſrumpebatur, atque inteſtina omnia profluebãt. Siquidem è ſceleſtis illis hominibus vnus grauiſſimum lapidem vtraque manu acceptum in ipſum ventrem iniecit, vnde confeſtim abdita omnis viſcerum compages aquæ ritu in terram effuſa eſt: nam & mortuo Stephano per ſummum furorem inſultabant, nec contumelijs in eum debacchari ceſſabant, circumdantes eum tamquam canes multi, atq; omni modo raptantes & diſcerpentes, ſaxiſq; per totam viam impetentes, non viri dumtaxat, ſed etiam mulieres; qui nec puerilem quidem ætatem ſanguinarij huius impetus expertem reliquerunt: nam ipſi quoque litterario ludo relicto (ſic enim Imperator iuſſerat) lapides manibus geſtabant, eiſq; Stephanum inſectabantur, ac quiſquis in eũ, dum raptaretur, incidens lapidem non iecisset, pœnas luebat, atque Imperatoris hoſtis cenſebatur.

C

D

XVIII.

Quin etiam cùm ad Bouis locum Martyrem raptantes peruenissent, campo quidam piſces coquens, vt eum raptari videt, vita vſurã adhuc eum frui arbitratus, aſſumpto flagrante titione in caluaria ipſum ferit, ac repentè confracto occipitio, cerebrum effluere cœpit. Theodorus autem quidã vir pius è tergo ſequẽs, illud è capite fluere videns, ſimulato lapſu ſuſtulit, & ipſum furtim impoſitum in ſinu abſcondit. Atque ita deinde ad ſpectaculum motus properat, nimirum cernere cupiens, quonam tandem, ſedato furore, reliquias Martyris proijcerent. At verò ſanguinaria illa turba ſanctum virum raptans, cùm ad Monocionis monaſterium acceſſiſſet, in animo habebat beati viri ſororem (illic enim diuinum vitæ genus colebat) per vim eijcere, coq; ipſam adigere, vt fraternum corpus tot certaminibus defunctum ſaxis peteret. Verùm illa hoc prænoſcens, atque in obſcurum quoddam ſepulchrum ſeſe abdens, huiuſmodi facinus effugit.

SACRÆ RELIQVIÆ COLLIGVNTVR.

E

Illi igitur ſpe hâc ſuâ decepti rurſus Martyris cadauer trahentes, in Ethnicorum reorum foueam proijciunt, vbi priùs quidem ſancti Pelagij Martyris templũ erat, verùm poſteà vetuſtate labefactatum impius Imperator euerterat, atq; in ſepulchra redegerat, ac Pelagij ſepulchretum nuncupabat, adeò, vt tunc quoque diuinæ ſcripturæ locum illud haberet: [a] Cum iniquis vir iuſtus deputatus eſt.

[a] Luc. 22.

XIX.

Poſtmodum læti redeuntes, qui latronum ſæuitiã crudelitatis ſua inhumanitate ſuperauerant, lætus Tyrannus adeunt, veluti dæmonis cuiuſdã intemperijs diuexati, qui ſceleratiſſimè in ipſo pugnauerant. Quos quidem lubenti animo ſuſceptos ad menſam ſuam eduliorum copia onuſtam adhibuit. Cumq; illi ærumnoſiſſimam Martyris mortem referrent, audiens ille magnoperè ridebat, ac lætitiã diffundebatur, hominis (ne quid amplius dicam) cruciatus & calamitates in voluptatis materiam trahens.

LÆTI DE MORTE IVSTI EXVLTANT.

Atque hæc quidem in hũc modum ſe habuerunt. Martyrio porrò perfunctus eſt ille egregius ſanè luctator Stephanus tertio & quinquageſimo ætatis ſuæ anno, Nouembris menſis octauo & vigeſimo die, hoc ipſo anno videlicet. Nam quem idem auctor natũ ponit eo tempore, quo S. Germanus Conſtantinopolitanam ſedem accepit, anno nimirum Redemptoris ſeptingẽteſimo decimoquarto, vtiq; hoc anno martyrio coronatum apparet, hæc quidem auctor omnia fide ſincerâ, vtpote qui eadem ſpectârit, & (vt quidẽ exiſtimo) eius aſſectatus veſtigia, quantum licuit, eiuſdem Martyris imitator diſcipulus fuerit, qui & eodem fermè tempore cuncta narrata ſcriptis mãdarit, abſq; tamen nomine, quod ita iniquiſſima tempora illa ferebant. Sed quid prodigioſum eo tempore acciderit Conſtantinopoli, ab ipſo audi, dum iſta ſubijcit:

TEMPVS MARTYRII STEPHANI.

XX. PRODIGIORVM TEMPVS ARGVIT IMPIETATEM.

Cæterùm ne ea quidem miracula ſilentio præterire cõuenit, quæ ab ipſo, illius videlicet beneficio, qui dixit: [b] Ego glorificantes me glorificabo: qui autem me contemnunt, erunt ignobiles, etiam poſt mortem patrata ſunt. Eo enim ipſo die, quo ſanctum virum (vt ſcripturæ verbis vtar) aggreſſi viri ſanguinum tamquam arietem inſignem de medio ſuſtulerunt, cùm tranquillũ cælum eſſet, & radijs ſolaribus colluceret, horâ tertiâ ad Orientalẽ aulæ partem ignea nubes ad montis verticem, vbi vir egregius monaſticæ vitæ certamina exãtlarat, repentè coorta, atq; deinde ad ſummas vrbis partes excurrens vniuerſum aerẽ horrendâ caligine infecit & obſcurauit. Atq; (vt cum Propheta loquar) cernere erat diem ac non diem, tenebras ac non noctem; tumq; vnà cum ea vehemens turbo excitatus eſſet, ingens vis grandinis, magnitudinis haud facilè credendæ cecidit, idq; circa palatium dumtaxat, hincq; multi in diſcrimen vitæ venerunt. Hac ſcilicet Sanctorum Deus prodigioſè patrare nouit, dum impios re ipſâ coarguit: eos autem qui ipſius metu præditi ſunt, gloriâ afficit.

[b] 1. Reg. 2.

Porrò autem pius ille Theodorus, qui confractam capitis ſanctiſſimi partem ſuſtulerat, cùm ad beati Dij monaſterium profectus eſſet, eiuſq; antiſtitem remotis arbitris conueniſſet, ei quæcũq; inſignis athleta Stephanum eo die pertuliſſet, expoſuit. Ille autem acerbè ingemiſcens, ad quoddam Protomartyris Stephani Oratorium, quod ad dexteram templi monaſterij partem erat, eum ducit atq; vrnã quamdam educens, in ea diuinas illas reliquias collocat, præſente quodam puero monaſterij, & quæ fiebant, inſpectante. Ambo autem orationis munere perfuncti, tamquã theſaurum quemdam ingentis pretij intra altare occultãt.

RELIQVIÆ STEPHANI MARTYRIS CONSERVATÆ.

XXI. THEODORVS VNA CVM DIENSI ABBATE ACCVSATVR AD IMP.

Interiecto autem aliquo tempore, accuſatur apud Imperatorem Theodorus: nam ne tum quidem à tentatione liberum atque immunẽ linor reliquit, verùm vt imaginũ adorator, exilio mulctatur, atq; in Siciliam inſulam vnà cum vxore ac liberis ablegatur. Quem cùm diuturno tempore exilij cauſa illic commoratus fuiſſet, in patriam rurſus reduxit iudex iuſtus Deus. Reductionis autem modus huiuſmodi fuit. Etenim adoleſcẽs ille, de quo proximè verba fecimus, ad maturam ætatem prouectus cum antiſtite agebat, vt diaconus crearetur: quod cùm ab eo impetrare non poſſet, vt qui & iuuenilem ipſius ætatem perſpiceret, & vitæ ſocordiam exploratam haberet, ſe grauiſſimo eum male affecturum comminatus eſt. Itaq; vrnã illam occultè ſurripit, atq; ad Imperatorem currit, eiq; rem totã expoſuit: Antiſtes enim meus, inquit, vna cum Theodoro qui in

Siciliam exilij cauſa miſſus eſt, damnatorum, quos tu vt nocentes & facinoroſos morte afficis, oſſa colit atq; adorat; te autem Tyrannum ac nouum Apoſtatam appellat.

His auditis Imperator irâ inflammatur, atque antiſtitem illum correptum ac vinculis firmiſſimè adſtrictum in carcere cuſtodiri iubet: Theodorum autem è Sicilia reductum dignas huiuſmodi facinoris pœnas ſubire; puerum autem ad vtrumque conuincendum aſſeruari. Reducitur itaque è Sicilia Theodorus. Statimq; eum & antiſtitem in medium producit Imperator, atque in faciem ipſis puerum ſiſtit, vt quod factum fuerat indicaret. Cum autem illi nihil ſe huiuſmodi ſcire aſſererent, vrnam afferre iubetur adoleſcens. Atque (ô ingens miraculum!) euaneſcit illa, nec huc uſque reperiri poteſt. Itaque vacuis manibus reuertitur. Imperator pudore ſuffunditur, atque id quod contigerat, premere ſilentio atque occultare conatur, ne illuſtriorem etiam quam antè ſancti viri gloriam reddat, neque enim ipſum fugiebat, quia diuinũ Stephanum omnes penè ſanctum confiterentur: Iuuenem autem illũ vt calumniatorem multis verberibus laceratum exilio mandat. Sic utrumque Deus iuſtos à tentationibus eripere, impios autem eorum loco tradere nouit. At de certamine Stephani & miraculis cultuq; hactenùs. Cui nos (vt qui ſcripſit facit) precibus commendamus.

ACCVSATOR ILLVSVS PVNITVR ACCVSATI PII LIBERANTVR.

XXII. Ex his autem quæ germanè ſincereq́ue de tanto Martyre ſcripta extant, conſiderare quis prudens poterit eorum certamina, quæ nota Deo tantùm, abſq; ſcriptorum monumẽtis ex hominũ memoria exciderunt. Relatus eſt inter ſanctos Martyres Stephanus in Eccleſia Catholica celebrãdus die vigeſima octauâ Nouẽbris, vnà cũ SS. Martyrib. Andrea & Petro, de quib. ibi poſt elogiũ Stephani hæc habẽtur: *S. Andreas dum traheretur vinctus, expirauit: Petrus vapulans reddidit Deo ſpiritũ.* ſubijciuntur autẽ iſta eâdẽ die: *Multi milites orthodoxi tùc mundo ſpreto, facti ſunt monachi, quos impius Imp. cruciatos interemit. E quib. vnum Baſilium nomine erutis oculis, & adhuc de ſanctarum imaginum adoratione loquente calcib. percuſſit: qui excruciatus dolore ex hac vita migrauit. Alius Soſtenio clauſus, amputatis aurib. in Cherſonam miſſus eſt exul. & ibi occidendus fugiens ad Cazaros, ibi ab illis eſt factus Epiſcopus.* ſubdit de alijs in exilio pariter ductis & ibi defunctis. Iſta de militib. At quemnam finem certaminis acceperit illud ſacrum examẽ Cõfeſſorũ, quos Stephanus reliquit in carcere, ignoratur; neque illa quæ in diuerſis Imperij prouincijs paſſi alij ſint, per paucis exceptis, ſcriptis conſignata remanſerunt.

XXIII. Quod autẽ pertinet ad duos fratres illos, quos ad Stephanũ ſuadendũ ab Imperatore miſſos vidimus, eos ob pietatẽ ab eodem Imperatore occiſos, idẽ auctor tradit: hos enim fuiſſe illos putamus quorũ alterũ nomine Conſtantinũ Strategiõ alterũ Theophanes ponit anno ſuperiori eſſe capite trũcatos: Etenim ipſe anni vnius termino errare arguitur ex Martyris Actis in obitu Martyris Stephani: ſic & de alijs eiuſdẽ anni factum apparet, vt quæ ab eo ſuperiori recẽſita ſunt anno, quæ in hoc eſſe collocada, ex eiuſdẽ Martyris Actis cõprobantur. Sed quæ reliquæ ſunt anni huius eiuſdẽ Imperatoris res geſtæ, videamus. Theophanes enim iſta deſcribit, ac primũ omniũ, quę geſſit aduerſus Cõſtantinũ exauctoratũ Patriarcha Conſtantinopolitanũ. Hic quidẽ quã ſecretò acceperat ab Imperatore ipſius impietatem, quâ negabat Chriſtũ Deũ eiuſq; Matrẽ eſſe Deiparã nominanda, loco vindictæ id ipſum in inſula vbi relegatus erat, omnibus propalauit (vt Cedrenus & alij tradunt) quamobrẽ euocatus Conſtantinopolim quas iuſſus ſit pœnas dare, luereq; ſupplicium, ita Theophanes narrat:

CONSTANTINVS PATRIARCHA AB EXILIO AD SVPPLICIVM REVOCATVR.

XXIV. *Anno vigeſimo ſeptimo Imperij Conſtantini, Conſtantinus falſi nominis Patriarcha ductus eſt nonâ Octobris ſextâ Indictione à Principe inſula: quem & cecidit Tyrãnus quòd euadere non valeret eius* maledicta. *Iuſſit autẽ in foro parari locũ, & eundem ſedere in gremio Eccleſiæ magnæ, eratq; à ſecretis,* ob ſecreta videlicèt patefacta, *cũ eo conferens charta tomum, in quo erant ſcripti huius exceſſus. Omni ergo populo ex præcepto Regis illic congregato & vidente, legebatur charta totius populi & per ſingula capitula à ſecretis,* ob ſecreta videlicèt manifeſtata, vt Cedrenus inſinuat, *percutiebat faciem eius, Niceta Patriarcha ſedente in Confeſſione & intuente. Poſt hæc verò cum impoſuiſſent eum in ambonem & rectum ſtare feciſſent: accepit Nicetas chartam, & miſit Epiſcopũ. & ablato ſuperhumerali eius, anathematizauerunt eũ, & hunc ſocium* Abſim cognominantes, ab Eccleſia abſtraxerũt. Poſtera verò die cùm ludi Circenſes agerentur, raſerũt faciem eius & barbam denudauerunt, capitiſq; & ſuperciliorum pilis ablatis, indutum holoſerico, breui ac ſine manicis veſtimento ſedere fecerunt ſuper aſinum ſagmã ferentem, & ipſius tenere caudam, & duxerunt per Dippium in Hippodromũ, cuncto populo imprecante illi mala & conſpuente. trahebat autem aſinum Conſtantinus nepos eius naſo reciſo. Cumq; veniſſent ad vulgus, deſcenderunt & cõſpuerũt & puluere iecerunt ſuper illũ, & dum abduxiſſent eũ ad conſiſtoriũ, deiecerunt eũ de aſino, & calcauerũt ſuper collũ eius, & collocatus contra vulgus, audiebat ab illis ludicra verba vſq; ad abſolutionem ludorum equeſtrium.*

CONSTANTINVS PATRIARCHA SOLEMNI RITV EXAVCTORATVR.

* Abiton.

XXV. *Eodem quoq; menſe miſit impius Imperator Patricijs, ſignificat ei dicens: Quid dicis de fide noſtra, & Concilio quod fecimus?* oblata ex his digna fuit infelici homini occaſio, vt ſi voluiſſet, potuiſſet opprobria omnia illa in gloriam conuertere ſempiternam, & promereri coronam martyrij, ſi quod abſens fecerat obloquendo, præſens feciſſet fortiter confitẽdo ipſum Imp. eſſe hæreticum, profitendo Catholicã fide; ſed vilis & ignauus ob ſcelera ſua his addictus ſupplicijs, ad adulationẽ aſſentationemq; ſermonẽ conuertit, ex quo duplò delinquens, vltimo demũ meruit ſupplicio affici: nam pergit Theophanes de ipſo: *Conſtantinus Patriarcha ſenſibus ad vanitatem cõuerſis reſpondebat. Benè, inquiens, & credis, & Cõcilium operatus es, putans ſe ob hoc illum ſibi placare. Et cõfeſtim illi reſpondentes dixerunt: Nos hoc audire voluimus ab ore tuo polluto: ex hoc ergo vade in tenebras. Et ſic accepta ſententia, deſcendit ad clauſtra Sferarum, & decollatus eſt: Et caput quidem per aures ligantes tribus diebus in Milio ſuſpenderunt ad oſtenſionem plebis: corpus verò reſte pede ligato traxerunt per plateas vſque ad loca pelagi, & ſociandum biothanatis ſtatuerunt: ſimiliter & caput eius poſt tres dies illuc delatum proiecerunt. O irrationabilitatem, & crudelitatem, atq; immiſericordiam immitiſſimæ beſtiæ! non eſt veritus miſer ſanctum lauacrum: duos enim filios eius ex tertia coniuge ipſius in vlnas ſuas ſuſceperat. Siquidem ſemper feralibus moribus & immanſuetus eſſe probabatur.* hactenus tragœdia Conſtantini hæretici Patriarchæ, quæ ſui immanitate commiſerationem à Catholicis etiam elicuit, qui præ ceteris in eum magis inuehi acriusq; inſultare debebant ob ſcelera ab eo in eoſdem perpetrata. Sed hæc docuit Chriſtiana manſuetudo, cuius Orthodoxi legitimi ſunt hæredes. Sed quæ his immaniora ſubijciat Theophanes, audiamus.

VLTIMVM SVPPLICIVM CONSTANTINI PATRIARCHÆ.

XXVI. *Ab hoc autem anno ampliori eſt inſania vſus; mittens quippe depoſuit Petrum nobilem Stilitem à Metra; quem virum cum ſuis dogmatibus cedere renuiſſet, ligatis pedib. eius, in prædicto palatij loco incluſit, & hũc tractum quoque per plateas proijci iuſſit. Alios etiam in ſacris vinciẽs, & lapidibus aggrauans, eruens oculos, in pelagus iactari præcipiebat, nares abſcindens, flagellis excoriãs, & omnem*

SÆVITIA CONSTANTINI COPRONYMI.

tormenti ſpeciem aduerſus eos qui piè viuebant excogitās. Et in vrbe quidem per ſeipſum hac & conſentaneos ſuos Antonium Patricium, & ſcholarum Domeſticum, ac Petrum Magiſtrum ſuper populum ſingulorum ordinum qui à ſe fuerat eruditus ad talia, agebat; in exteris verò partibus per iam dictos Prateres. Ipſe namq; cithara delectabatur ſonitu, atque conuiuijs, turpibus ſermonibus & ſaltationibus, eos qui ſibi adhærebant, inceſſanter erudiens. ita & in his imitatus Neronem in omnibus ſæuiſſimus Imperator, dicendus & ipſe ea ex parte pariter matricida, dum à qua per lauacrum ſanctum eſt genitus, Eccleſiam Catholicam (quantum in ſe fuit) ſæpè necauit.

XXVII. Sed reliqua audi monſtri portenta, quę idem ſic pergit narrare Theophanes. *Si quiſquā, inquit, corruens vel dolens, ſolitam Chriſtianorum vocem emitteret, dicens, Dei genitrix iuua, aut vigilias agens deprehenderetur, aut Eccleſijs aſſuetus, aut cum religione viuens, aut non paßim iuramentis abutens, vt inimicus Imperatoris damnabatur, & Immemorabilis memorabatur.* quo nomine (vt ſæpiùs dictum eſt ſanctos monachos peculiariter ſugillabat. De tanta blaſphemia agens Theoſterictus huius temporis ſcriptor in Niceta, hæc paulò fuſiùs proſequutus, vbi plura in deteſtationem impij Conſtantini dixiſſet, hæc ait:[a] *Habitu erat Chriſtianus, mente Iudaus: Quam enim Chriſtus ſibi in domicilium delegit, glorioſiſſimam inquam ſuam Matrem omnibus alijs rebus creatis ſuperiorem, omnium hominum ſalutem, mundi patrocinium, quæ propter virginitatis ſuæ præſtantiam prope Deum verſatur: huius, inquam, venerandum nomen multis modis ab Eccleſia expellere ſtuduit; eius verò interceßiones, per quas mundus conſiſtit, illas ne nominare quidem voluit, cùm diceret, nemini eam poſſe opitulari. Conabatur autem quod dicebat hoc exemplo confirmare: Cùm enim aliquando marſupiū aureis nummis plenum in manum ſumpſiſſet, & ijs qui cū ipſo verſabantur, illud oſtendiſſet, ab eis quærens: Quantinam, inquit, marſupium hoc valet: Multùm, inquiunt illi. Cùm verò aurum eieciſſet, ruriùm quæſiuit: quantinā marſupium eſſet. Cumq; illi reſpōdiſſent, nihil valere: Ita, inquit, miſer ille, & Dei parens Maria (neque enim ſanctam dignabatur nominare eam indignus ille) quo tēpore Chriſtum in ſe habebat, valde honoranda illa erat: ex quo autem tempore illum peperit, nihil differebat à reliquis. O blaſphemiam, ô ſuperbiam, ô immenſam Dei tolerantiā, ô ſummā patientiā! quomodo ipſius lingua non obmutuit, quæ aduersùs Chriſti Matrem tam ſuperbè iniquitatem loquuta eſt? Quidnam à blaſphemis Iudæis nouus hic Phariſæus & Deo inuiſus differebat?* ita quidem Theoſterictus. quem attēdant noſtri temporis Nouatores, ſciantq; ſe eādem habituros partem abſque dubio cum Copronymo in inferno, qui eius diſcipuli impietatis ſe eſſe factis dictiſq; in omnibus profitentur. Porrò idem auctor perſecutionem eiuſdem in monachos ſubijcit, conſentientia ijs quæ à Theophane conſcribuntur, ait enim:

[a] Apud Sur. die 3. April. tom. 2.

BLASPHEMIA HORRENDA IN DEI GENITRICEM.

XXVIII. *Noſtros verò monachos indignos exiſtimabat de quibus cogitaret: quinimmò abiectos & nullâ memoriâ dignos vocabat illos ipſe, qui nulla ex parte memorabilis fuit. Quicumque autem prauo eius conſilio parere noluerunt, partim exilio condemnati ſunt, partim in carcerib. mortui, alij gladio interfecti, alij vectib. contuſi, qui ſic diſterpebantur, vt eorum viſcera in plateis diſsiparentur. Teſtatur id Stephanus nouus Chriſti Martyr, qui prioris illius Stephani & nomine & morib. fuit ſocius. Ad hæc aliqui ſunt in altum mare proiecti. Alij vt tyrannis tormenta inferentib. peccandi occaſionem auferrent, fugiebant, & in montib. & ſpeluncis verſantes, in fame & ſiti, in frigore & nuditate afflicti, anguſtias multas tolerabant. Alij cruciatus extimeſcentes, neq; ſua carnis infirmitate confiſi in alienam regionem migrarunt, & illic quod ad cōſcientiam & propoſitum pertinet, martyrium compleuerunt.*

PERSECVTIO VIGENS IN MONACHOS.

Alij tormentorum metus ſuccumbebant. Alij aſſentationibus capiebantur. Quidam humanam magis quàm diuinam gloriam appetentes, ſeipſi ſubijciebant. Alij corporeis voluptatib. addicti ſuas etiam vxores circumducere nō erubeſcebant. Itaque animarum ſalutis domicilia, proh ſcelus, facta ſunt adulterij & inceſtorum diuerſoria. Totum autem eius viri quem diximus propoſitum & ſtudiū erat omninò in ea re occupatum, vt ordinem monaſticum deleret: idq; ex eo tēpore quo regnare cœpit in animo propoſitum habebat: hæc Theoſterictus huius temporis ſcriptor & rerum inſpector. Relati reperiuntur in tabulas Eccleſiaſticas duodecimâ Ianuarij quadraginta duo monachi Martyres Epheſi ſub eodē Copronymo Imperatore, & vigeſimaoctauâ Nouembris poſt Stephanum iuniorem, Baſilium, Petrum, & Andream, atque aliorum trecentorum triginta nouem monachorum recenſitæ coronæ martyrij, qui ſub eodem Imperatore paſſi ſunt, die verò decima ſeptimâ Martij habent natalem diem ſancti Pauli, qui per ignē ſub eodem Imp. martyrij coronam pariter adeptus eſt. Sunt & alia innumera de victorijs Chriſti militum tunc erecta trophæa, quæ ſcriptorum inopiâ, & iniuriâ temporum remanſerunt incognita.

MARTYRES SVB COPRONYMO.

XXIX. Sed redeamus ad Theophanem, qui de monaſteriorum cladibus iſta ſubijcit: *Monaſteria verò, quæ in gloriam Dei & in ſaluandorum refugium facta ſunt, domos fore communes fautoribus ſuis militibus ſanciebat,* effectis iam illis Prætorijs caſtris. *Denique Dalmatij cœnobium, quod erat inter optima Byzantij cœnobia, militibus in habitaculum tribuit; ea verò quæ dicuntur Calliſtrati & Dij monaſteria, necnon alias ſacras monachorum ac virginum domos à fundamentis deſtruxit.*

Eos autem qui monaſticam vitam ſubire ex inſignibus militibus ſtuduerant & maximè illos, qui ſibi adhæſerant & complices libidinis ſuæ & nefandorum actuum fuerāt, morti ſubdebat, ſuſpectus habens confuſionem, quæ ſibi ex propalationibus fieret ſe pronuntiantium. Vnde & Strategium Podopaguri fratrem, cùm eſſet vrbanus ſpecie, aſſumpſit: amabat enim talibus adhærere propter luxurias ſuas, cumq; eum moleſtè tuliſſe ſenſiſſet infandas in viros inſanias ſuas, & beato Stephano incluſo S. Auxentij has manifeſtas reddidiſſe, ſalutiſq; remedia ſuſcepiſſe: hunc quaſi inſidiatorem ſuum diffamans, vnà cum incluſo (vt prædictum eſt) interfecit. addit & de auaritia eiuſdem Tyranni, qua miſeros agricolas denudauit.

CONSTANTINVS LIBIDINE NEFANDA TVRPISSIMVS.

Ad poſtremum anni huius iſta de nouo pſeudopatriarcha adijcit: *Eodem anno Niceta falſi nominis Patriarcha, iconas ex muſiuo factas, quæ in Patriarchio ſecreti minoris erant, eraſit; & imagines Magniſecreti, quæ ſculpta erant in ligno, depoſuit, & cæterarum imaginum facies deliniuit, ſed in Abrahamio ſimiliter fecit.* hactenùs de anni huius reb. impiè geſtis ab Imperatore Theophanes in Annalibus.

IESV CHRISTI
Annus 768.

STEPHANI PAP. IV.	CONST. COPRON.
Annus 1.	IMP. Annus 28.

I. SEPTINGENTESIMVS ſexageſimus octauus ſequitur annus ſextâ Indictione ſignatus, quo eiecto Conſtantino pſeudopapa, vbi ſediſſet annum vnum, menſem vnum, & qui ſubrogatus eſt præter ius faſque Philippo pariter ceſſare iuſſo: legitimè riteque ex ſacrorum canonum præſcripto

creatur Stephanus, Nonis Auguſti menſis, huius nominis quartus, dictus à nonnullis tertius. Sed quomodo iſta ſe habuerint, ſunt ex Anaſtaſio petenda, quo antiquiorem & fideliorem habemus neminẽ: qui vbi narrauit inuaſionẽ Apoſtolicæ Sedis factam per ipſum Conſtantinum, de ijs qui poſteà hoc anno aduerſus eum vindices inſurrexerũt, hæc ait: *Hoc verò cernens Chriſtophorus Primicerius & Conſiliarius, zelo Fidei vnà cum filio ſuo Sergio tunc ſacellario exiſtente, maluerunt magis mori, quam tale impiam nouitatem, & impiam præſumptionem in Sedem Apoſtolicã perpetratam conſpicari. Et quotidie in fletu & lachrymis perdurantes, ſimulauere ſe monachos fieri velle: ſeſeq; abſolui ab eodem Conſtantino petiere, & in monaſteriũ Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiſci, aſſerentes illic monachicũ fore ſuſcepturos habitũ. Suſcepto ab eodẽ Chriſtophoro Primicerio ſacramento Conſtantinus illis credẽs,* eos abſoluit, dimiſit ſcilicèt. *Quibus properantibus, & vſq; ad fines Longobardorum coniungentibus, hoc eſt,* peruenientib. *velletq; Abbas iam ſati monaſterij eos in idem monaſterium deducere: declinauêre ab itinere idem Chriſtophorus Primicerius & eius filius Sergius dudum quidem ſacellarius poſtmodum Secundicerius, adiurantes firmiter Theodicium Ducem Spoletinum, vt eos trans Padum ad Deſiderium ſuum deduceret Regem Longobardorum, nitentes ob hoc redemptionem ſanctæ Dei Eccleſiæ perficere. Eoſq; idem Spoletinus Dux ad ſuum deportauit Regem. Et dum eius obtutibus præſentati fuiſſent, obnixè eumdẽ Regem deprecati ſunt, eius auxiliũ tribui, vt talis nouitatis error ab Eccleſia Dei amputaretur.*

II.
CHRISTOPHORVS ET SERGIVS VINDICES CONTVMELIÆ ECCLESIÆ.

Dum verò prænominatus Chriſtophorus & Sergius eius filius apud præfatũ demorarẽtur Regẽ: fecit prædictus Cõſtãtinus Apoſtolicæ Sedis inuaſor ordinationẽ presbyterorũ & diaconorum, presbyteros octo, diaconos quatuor ordinans, ſed & Epiſcopos in ipſius anni circulo & vnius menſis fecit per diuerſa loca numero octo. & infrà: *Dum hæc agerentur cõiunxerunt antefatus Chriſtophorus & Sergius in ciuitatem Reatinam, abſoluti à Longobardorum Rege. Et præcedẽtes Sergius & Vualdipertus presbyter cum Reatinis & Furconinis, atque alijs Longobardis Ducatus Spoletini, coniunxerunt ſubitò ac repentè in hanc Romanam Vrbem, vigeſimaoctauâ die Iulij menſis, Indictione ſextâ, veſpere in ipſo crepuſculo noctis, vigiliâ beatorũ Martyrum Abdon, & Sennen, occupantes pontem Salarium. Aliâ verò die tranſeuntes per pontem Miluium venerunt ad portam beati Petri, & inde pergentes, appropinquauere ad portam ſancti Pancratij. Quidam verò propinqui iam fati Chriſtophori & Sergij ipſam portam obſeruantes ac cuſtodientes, cernentes ipſum Sergium ad eamdem portam appropinquaſſe, annuêre ei, & protinus ipſam aperuerunt portam, ſicq; iam dictus Sergius & Vualdipertus cũ Longobardis in Romanam Vrbem ingreſſi ſunt. Et per muros ciuitatis cum flammula aſcendebant, metuentes Romanũ populum, & nequaquam de* Genunculo ipſi auſi ſunt deſcendere, ſed cum nimio tremore ibidem adſiſtebant.*

III.
TOTO OCCIDITVR.

Hoc verò audiẽs Toto & Paßiuus germani fratres, ignorantes ingenium & dolũ, quod ei proditores inierant, cucurrêre cum aliquantis ad prædictam portam cum quibus & Demetrius Secundicerius, & Gratioſus tunc Chartularius poſtmodum Dux, properauerunt, qui & ipſi in cõſilio erant cum præfatis proditoribus. Et appropinquantes ad eoſdem Longobardos, obuiauit Totoni Duci ex ijſdem Longobardis, qui bellator præ omnibus apparebat Racipertus nomine, & impetum fecit ſuper eumdem Totonem, ſuper quem idem Toto irruens, atq; fortiter percutiens eum, interfecit. Quod adſpicientes Longobardi, in fugam cõuerſi nitebantur euadere. Sed Demetrius Secundicerius & Gratioſus Chartularius poſt tergum ſupradicti Totonis adſiſtentes, eũ in dorſum lanceis percutientes, ſic aduerſus eum præualuere atque interfecerunt. Paßiuus verò in Lateranenſe fugit Patriarchium, annuntians ſuo germano Conſtantino quæ geſta fuerant.

IV.
FVGA CONST. PSEVDOPAPÆ.

Hoc verò audito fugit idẽ Conſtans cũ ſupraſcripto Paſſiuo & Theodoro Epiſcopo & Vicedomino ſuo in Eccleſiam ſancti Venantij, & aliquantulùm ibi reſedere. Et conſiderantes ſi meliùs ſe poſſent ſaluare, in Veſtiariũ aſcendere. Illic intùs Oratoriũ ſancti Cæſarij ingredientes; clauſiſq; ſuper ſe ianuis, ibidem reſidebant. Et conuenientes poſt aliquantas horas huius Romanæ militiæ Vrbis iudices, eos cum ipſo Oratorio eijcientes, ſub cautela muniẽte.

STVDIO VVALDIPERTI ELEVATVR IN PONTIFICEM PHILIPPVS.

Alio verò die Dominico cõgregãs Vualdipertus presbyter, ignorãte autẽ prædicto Sergio, aliquãtos Romanos, pergẽteſq; in monaſteriũ S. Viti abſtulêre exinde Philippũ presbyterũ, quẽ eligẽtes & cũ gaudio vocib. acclamantes, Philippũ Papã, ſanctus Petrus elegit eũ, in baſilicã Saluatoris more ſolito deduxerũt, illic oratione ab Epiſcopo data, iuxta antiquitatis morẽ, tribuentẽq; pacẽ omnibus, in Lateranenſe deduxêre Patriarchium: & ibidẽ ſimiliter in Sede Põtificali ſedẽs, omnib. tribuẽs (vt mos eſt) pacẽ, aſcẽdit ſurſum, & menſam (vt aſſolẽt Põtifices) tenuit, ſedentes cum eo aliquanti primates Eccleſiæ, & Optimates militiæ.

V.
PHILIPPVS MALE ELECTVS EIICITVR.

Poſt paululum verò conueniens eodem die ſæpè fatus Chriſtophorus Primicerius, cognitâq; causâ electionis ipſius Philippi; illicò cum magna aſcendens ira, iureiurãdo coram omnib. Romanis affirmabat, dicens, ſe Roma minimè egreſſurũ, quouſq; Philippus presbyter de Lateranenſi non fuiſſet expulſus Patriarchio. Tunc properans antedictus Gratioſus cum aliquantis Romanis expulerunt iam dictũ Philippum presbyterum de eodem Patriarchio, qui & per ſcalam quæ ducit ad balneum deſcendens, cum magna reuerentia ad ſuum reuerſus eſt monaſterium.

STEPHANVS PAPA ELIGITVR.

Sicq; præfatus Chriſtophorus aliâ die aggregãs in Trib. Fatis ſacerdotes & primates cleri, & Optimates militiæ, atq; vniuerſum exercitũ, ciues honeſtos, omniſq; populi Romani cœtũ, à magno vſq; ad paruũ, petractãtes pariter, cõcordauere oẽs vnâ mente, vnoq; cõſenſu in perſonã præfati beatiſſimi Stephani. Pergẽteſq; in titulũ beatæ Cæciliæ, in quo idẽ Stephanus presbyter exiſtẽs ſpiritualẽ agebat vitã, eũ Pontificẽ elegerũt: quẽ cum vocib. acclamationũ & laudibus in Lateranenſe deportauerunt Patriarchiũ, & ritè omnibus in eius electione peractis, Deo auctore, Pontificatus aſſumpſit culmen. quiſnam iſte fuerit Stephanus idem Anaſtaſius hæc ſuperiùs.

VI.

Stephanus tertius dictus, reuerà quartus, *natione Siculus fuit, ex patre Olino, vir ſtrenuus & diuinis ſcripturis eruditus, atq; Eccleſiaſticis traditionib. imbutus, & in earũ obſeruationib. cõſtantiſſimus perſeuerator. Hic dũ à Siciliẽſi inſula in hãc Vrbẽ veniſſet Romanã: cõtradidit eũ dominus Gregorius ſanctæ recordationis Papa tertius monaſterio S. Chryſogoni, quod tũc nouiter fundabat, illicq; monachus atq; clericus eſt effectus, quẽ poſteà beatiſſimus Zacharias Papa ex ipſo auferẽs monaſterio, in Lateranẽſis Patriarchij cubiculo ſuo præfecit. Eũ poſtmodũ in presbyterũ tituli ſancti Cæciliæ cõſecrauit, quẽ tamẽ præ eius caſtitatis modeſtia in ſuo officio in Lateranis detinuit, ſed & reliqui ſcilicet dõnus Stephanus & Paulus beatiſſimi Põtifices eumdẽ ſanctiſſimũ Steph. pro eius pijs cõverſationib. in ſuo ſeruitio ſimiliter detinuerũt.* hæc de Steph. Anaſtaſius.

Pergit verò de ijs dicere, qui ſequuti ſunt poſt eius electionẽ turbinib. *Dũ verò,* inquit, *adhuc electus extitiſſet idem ſanctiſſimus vir, congregati aliquãdo peruerſi quidam præ oculis Deum non habentes, nec metuẽtes terribile futurum iudiciũ, ſubmiſſi à quibuſdam peſtiferis malorum auctoribus, quibus digna factis retribuit Dominus, comprehendentes Theodorum Epiſcopum & Vicedominum Conſtantini (quod dici impium eſt) eruêre oculos, & linguam ei crudeliter amputarunt. ſed & Paßiui ſimiliter oculos eruere iuſſi ſunt; & tantam impietatem in eos monſtrauere, vt nec in proprias domos eos deportari permiſerint, vt illis cura à ſuis hominib. exhiberi deberet:*

QVAE ADVERSVS INVASORES SEDIS APOSTOLICAE SVNT FACTA.

ſed

Digitized by Google

ſed ablatis omnibus eorum rebus atque familijs, atque poſſeßionibus, vnum ex eis: Theodorum ſcilicet Epiſcopũ, in monaſterium Cliui Scauri retrudi fecerunt, vbi fame & ſiti cremans, clamanſq; aquam, ita exhalauit ſpiritũ. Paßiuum verò in monaſterium ſancti Silueſtri deduxerunt: Nam & Cõſtantinus inuaſor Apoſtolicæ Sedis, dum deductus in medium eſſet, magna pondera in eius adhibẽtes pedibus, in ſella muliebri ſedere ſuper equum fecerunt, & in monaſterium, Cellas nouas, coram omnibus deportatus eſt.

VIII.

CONSTANTINVS PSEVDO PAPA DEGRADATVR.

Sabbato verò die diluculo ante vnam diem ordinationis præfati beatiſsimi Papæ Stephani, aggregati aliquanti Epiſcoporum & presbyterorum & cleri in baſilica Saluatoris, iterum præfatus Conſtantinus ad medium allatus eſt, lectiſq; ſanctiſsimis canonibus, ita depoſitus eſt. Accedens enim Maurianus ſubdiaconus orarium de eius collo abſtulit, & ante pedes eius proiecit, & campagos eius abſcidit, ſicq; alio die Dominico ante dictus beatiſsimus Stephanus conſecrationem ſuſcepit Pontificatus.

POPVLI ROM. PVBLICA CONFESSIO.

Factáq; ab vniuerſo populo Romano pœnitentia & cõfeßionis deprecatione apud diuinam clementiam: per quã ſe omnes peccaſſe in prædicti Conſtantini inuaſoris Apoſtolicæ Sedis impia ordinatione, confitentes, pro eo quòd ei non reſtiterunt: ita ex alta voce in ambone beati Petri baſilicæ à Leontio Scriniario eadem relecta eſt confeßio.

QVÆ PASSVS GRACILIS TRIBVNVS.

Poſt hæc verò cõgregati vniuerſi exercitus Romanæ ciuitatis & Tuſciæ & Campaniæ, pergentes Alatrum partis Campaniæ, vbi erat Gracilis Tribunus conſentaneus iam dicti Conſtantini Apoſtolicæ Sedis inuaſoris, per quẽ pluríma mala in Campania parte perpetrata ſunt, conſtringenteſq; fortiter eamdem ciuitatem, ipſum exinde abſtulerunt Gracilem, & huc Romam detulerunt: quem in arctam cuſtodiam detrudentes, aliquantis diebus ibidem mancipatus extitit. Poſtmodũ verò quidam iniqui Campani, qui huc Romam aduenerant, adhortati ab alijs nequioribus & impiiſsimis, eundem Gracilem ex ipſa cuſtodia auferentes, & quaſi eum in monaſterium deportãtes, dum ad Coloſſeum adueniſſent, illic eius oculos eruêre & linguam abſtulêre.

IX.

Porrò aliquantis poſt hæc præteritis diebus, dum Tuſcani & Campani hic Romæ aggregati fuiſſent, inito conſilio, cum præfato Gratioſo & fortioribus eius, per quorum auctoritatem tanta mala operabantur. Deum non metuentibus perrexerunt cum cuneo militum Tuſcaniæ atque Campaniæ primo diluculo in monaſterium ad Cellas nouas, vbi Conſtantinus antedictus Apoſtolicæ Sedis inuaſor retruſus erat, eumq; ex ipſo eijciẽtes monaſterio, eius eruerunt oculos, & cæcum in platea iacentem reliquerunt. Ita quidem factum, permittente & vlciſcente Deó nefarium ſcelus, vt poſteris eſſet exemplo, ne vmquã ſacroſancta Apoſtolicam Sedem inuaderet laicus homo, vel quiuis alius manu militari ſe in eam intruderet. Pergit adhuc auctor reliqua hoc anno in ead. m crudelitate tranſacta narrare his verbis:

CONSTANTINVS PSEVDOPAPA QVÆ PASSVS.

X.

His itaque geſtis, peractiſq; inſurrexere quidam dicentes, quòd antedictus Vualdipertus presbyter, Longobardorum genere ortus, conſilium cum Theodocio Duce Spoletino & aliquantis Romanis iniſſet ad interficiendum præfatum Chriſtophorum Primicerium, & alios Romanos primates, & ciuitatem Romanam Longobardorum gẽti tradendam. Vnde directus eſt quidam Chriſtophorus Vicedominus cum multitudine populi ad eum comprehendendũ: ipſe verò hoc agnito, fugit in Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ vocatur ad Martyres. Quẽ exinde idem Vicedominus abſtraxit, portantem eundem Vualdipertum imaginem ipſius Dei Genitricis, eumq; in teterrimam fecerunt retrudi cuſtodiam, quæ vocatur, Ferrata, in Cellario maiore. Et poſt modicos dies ipſum de eadem cuſtodia eijcientes Vualdipertum presbyterum, eumq; proijcientes in terram, iuxta tranſendam campi Lateranenſis, eius effoderunt oculos, & linguam ipſius crudeliter ac impiè abſciderunt, dirigenteſq; illum in Xenodochium Valerij, ibidem poſtmodum ex eadem oculorum effoßione vitam finiuit.

VVALDIPERTVS PRESBYT. EXCÆCATVS MORITVR.

XI.

LEGATIO A STEPHANO PAPA AD REGES FRANC. PRO SYNODO AGENDA.

Itaque in exordio ordinationis ſuæ, quo idem ſanctiſsimus Præſul Pontificatus apicem aſſumpſit, direxit in Frãciæ partes ad eximios viros Pipinum, Carolum, & Carolomannum Reges Francorum & Patricios Romanos, Sergium antedictum Secundicerium, & Nomenclatorem illo tempore exiſtentem, deprecans atque hortans eorum excellentiam per ſuas Apoſtolicas litteras; vt aliquantos Epiſcopos gnaros, & in omnibus diuinis ſcripturis, atque ſanctorum canonum inſtitutionibus eruditos ac peritiſsimos dirigerent, ad faciendum in hac Romana Vrbe Concilium pro eadem impia noui erroris ac temeritatis præſumptione, quam anteſatus Conſtantinus Apoſtolicæ Sedis peruaſor auſus eſt perpetrare.

Et properante antedicto Sergio in Francorum regiones: tunc inuenit de hac luce migraſſe Chriſtianiſsimum Pipinum Regem; & cœptum gradiens iter, peruenit ad eius filios antedictos Carolum, & Carolomannum germanos fratres Reges Francorum & Patricios Romanorum: quibus Apoſtolicas literas tribuens, benignè ab eis ſuſceptus eſt, & dignam illi impendentes humanitatẽ. cũcta nihilominus, pro quibus miſſus eſt ab eorum excellentia impetrauit, dirigentes ipſi Chriſtianiſsimi Regis duodecim Epiſcopos ex eiſdem Francorum regionibus nimis in diuinis ſcripturis, & ſanctorum canonũ ceremonijs doctos, ac probatiſsimos viros ſcilicet. Porrò aduentus eorum in Vrbem non hoc anno, ſed ſequenti contigit, veris initio, cùm & celebratum Romæ Concilium fuit, agemus ergo de eo ſuo loco.

XII.

PIPINI REGIS OBITVS.

Audiſtis ea ijs quę dicta ſunt, & certum annum, quo Chriſtianiſſimus Rex Pipinus ex hac vita deceſſit, ex quib. redarguas eos qui ante præſentem annum, vel qui poſt eum deceſſiſſe tradunt. de diu autem alij, vt Regino, & qui eum ſunt ſequuti, tradunt octauo Idus Auguſti eſſe defunctum,[a] alij octauo vel nono Kalendas Octobris. Illud autem certum, annos Caroli Magni Pipini filij numerari cœptos à ſeptimo Idus Octobris hoc anno, cùm videlicèt ipſe coronatus eſt Nouiomi, & Carolomãnus frater Sueſſione.

[a] Annal. Franc. à Pithœo editis. Aimon. li. 4. cap. 67. Marian. Scot in Chron.

CAROLVS ET CAROLOMANNVS REGES FRANCORVM.

Pipinus igitur bene perfunctus bellicis rebus, ſubægrotans ad proximum ſe parans obitum orationis cauſâ inuiſit ſepulchrũ S. Martini Turonis, inde reuerſus Pariſios, ad S. Dionyſiũ reddidit Deo ſpiritum, qui & à tempore, quo à Stephano Papa coronatus eſt annos regnauit quatuordecim. Ab vnctione verò per Bonifacium exhibitam[b] numerant Pipini Regni annos quindecim, menſes quatuor & dies viginti, licèt perperam Ado Viennenſis tribuat Regni eius annos decem & octo.

[b] Aimon. li. 4. cap. 61. in fin.

XIII.

Porrò Pipinus cùm ob præſtãtiam rei militaris, quâ ſæpè hoſtes ingenti gloriâ ſuperauit, tum ob inſitum eius animo religionis cultum, munificentiamq; quâ cum omnes, tum præſertim proſecutus eſt Romanam Eccleſiam immortalem peperit ſibi apud homines laudem, & æternam gloriam apud Deum. De ijs autem, quę contulit Romanæ Eccleſiæ præter alia vetera ſcriptorum monumenta, legebatur Rauennæ antiqua tabula, cuius hæc tantùm integra ſeruauit iniuria temporum[c].

[c] Reſtat Papyr. Maſſon. annal. lib. 2.

PIPINVS. PIVS. PRIMVS. AMPLIFICANDAE. ECCLASIAE. VIAM. APERVIT. AT. EXARCHATVM. RAVENNÆ. CVM. AMPLISSIMIS. reliqua deſunt inuidiâ fortaſſe tyrannorum.

Defunctus Pipinus, humatus eſt Luteriæ Pariſiorum in Eccleſia S. Dionyſij, vt affixa ſepulchro

tempore Caroli Magni inſcriptio docet his verbis.

PIPINVS REX PATER CAROLI MAGNI. quod ſi breue elogium, ſatis ipſum nomen tantum Pipini ad ingentem laudem perpetuò conſignandam.

XIIII. CONST. COPR. CORONAT EVDOXIAM ET FILIOS CREAT CÆSARES.

Quod ad res pertinet Orientis, hæc ea Theophane reddunt Græcorum Annales. *Anno vigeſimo octauo Imperij ſui Conſtantinus Imp. coronauit Eudoxiã vxorem ſuam, cùm eſſet trigamus, hacq; eſſet tertia coniunx, in tribunali decem & nouem cubitorum, Kalendis Aprilis, filios ſuos ex ipſa creatos Chriſtophorum & Nicephorum, poſterâ die, quâ ſanctum celebratum eſt Paſcha, Cæſares ordinauit, Patriarchâ Nicetâ orationem faciẽte, & Imperatoribus chlamydes & Cæſareas galeas imponẽtibus, pari modo & Nicetæ nouiſſimo fratri eorum Nobiliſſimo facto, ſuperpoſuit ei chlamydem & auream coronam, & ita proceſſerunt, iactantibus Imperatoribus hyppatia & trimiſſa, & ſemiſſa, & emiſſa, & numiſmata noua vſq; ad magnam Eccleſiam.* erant iſta miſſilia more maiorum diebus lætitiæ ſpargi ſolita in populum.

XV. Quis iſta conſiderans de felicitate ſceleſtiſſimi Principis, pariterq; mente recolens tot tantaque ab eo ſcelera perpetrata, quibus planè à Deo alienus pluribus modis eſt demonſtratus, non ſubitò prudẽs ad illud recurrat, quod de iſtiuſmodi à Propheta Dauid eſt dictum: [a] *Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quorum filij ſicut nouella plãtationes in iuuentute ſua, filiæ eorum circumornatæ vt ſimilitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, oues eorum fœtoſæ abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ: non eſt ruina maceriæ, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerũt populum cuius hæc ſunt.* ita vulgus, ex humana felicitate beatitudinem ponderans. Sed quid Videns, quid Dei Conſiliarius, & cernens vera Propheta? id quod ſubijcit: *Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* procul abhorrens vt beatos feliceſq; exiſtimet filios alienorum, de quibus idem alias: [b] *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Sed qui magis alieni dicendi, quam qui per hæreſim à Catholica fide diſcedunt? de quibus myſticè ab eodem Propheta dictum: [c] *Errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.* & quę ſequuntur ab eo ibidem expreſſa certa ſtigmata hæreticorum.

[a] *Pſal. 143.*
FELICITAS HÆRETICORVM QVALIS.
[b] *Pſal. 17.*
[c] *Pſal. 37.*

IESV CHRISTI Annus 769.

STEPHANI PAP. IIII. Annus 2. CONSTAN. COPR. IMP. Annus 29.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus vndeſeptuageſimus Indictione ſeptima, quo celebratum eſt Romę Concilium à Stephano Papa, cui inter alios interfuerunt duodecim Epiſcopi ſelectiſſimi è Gallijs accerſiti (vt vidimus) anno ſuperiori, & alij plures Tuſciæ Campaniæq; & aliarum Italiæ regionum Epiſcopi. Porrò tanti celebrandi Cõcilij ea cauſa magni momenti præceſſit, nimirũ vt corrigeretur impudens factum à Cõſtantino Pſeudopontifice perpetratũ, cùm ille inuaſor Apoſtolicæ Sedis ex laico vno fermè momẽto tamquã in ſcena prodijt factus Pontifex. Damnauit itaq; ſancta Synodus vnà cum auctore eundem Sedis Apoſtolicæ inuaſorem; & ne in poſterum talia quis præſumeret, canone ſancito prohibuit.

CONCILIVM ROMANVM.

De his etiam qui ab eodem Conſtantino fuerãt ordinati, in eadem Synodo actum atq; definitum eſt, ne vllatenus in eo ordine miniſtrarent. Ad poſtremum verò quęcumq; aduerſus ſacras imagines Cõſtantinopoli decreta fuiſſent, ſtatuit ſancta Synodus eſſe penitùs irrita. Porrò Synodi huius licèt Acta non extent, tamen loco ipſorum ſuppetunt quæ apud Anaſtaſiũ Bibliothecarium ſunt ſcripta, & quæ in epiſtolis Hadriani Papæ leguntur.

Peruenientibus (inquit Anaſtaſius) *in hanc Romanã Vrbem menſe Aprilis, Indictione ſeptimâ, duodecim Gallicanis Epiſcopis omnium doctiſſimis à Carolo Rege electis: protinus antedictus Stephanus ſanctiſſimus Papa aggregans diuerſos Epiſcopos Tuſciæ atq; Campaniæ, & aliquos alios iſtius Italiæ prouinciæ. Quib. omnib. congregatis, Cõcilium peractum eſt in baſilica Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, iuxta Lateranenſe palatium. Et præſidẽte eodem beatiſſimo Stephano Papa, conſidentib. etiam pariter cum eo iiſdem omnibus Epiſcopis: deductus eſt Conſtantinus Apoſtolicæ Sedis inuaſor, iam excæcatus oculis. Et ſubtiliter exquiſitus eſt, cur præſumpſiſſet Apoſtolicam Sedem laicus exiſtens inuadere, & talem iniqua nouitatis errorẽ perpetrare? Ita coram omnibus profeſſus eſt, vim ſe in populo pertuliſſe, atque per brachium populi fuiſſe electum, atque coactum in Lateranenſe Patriarchium deductum propter grauamina & præiudicia illa, quæ Romano populo ingeſſiſſet domnus Paulus Papa. Et corruens in terram manibus extenſis in pauimento, ſe reum, ac ſuper numerũ arenæ maris peccaſſe deflebat, petens miſericordiæ veniam ab eodem ſacerdotali conſequi Conſilio. Quem è terra eleuare facientes, ipſo die nullam de eo protulère ſententiam.*

II. CONSTANTINVS PSEVDOPAPA SISTITVR IN IVDICIO CORAM SYNODO.

III. *Alia verò die denuò afferentes eum, atq; interrogantes de eadẽ impia nouitate, reſpondit, nihil noui ſe feciſſe dicens; quia & Sergius Archiepiſcopus Rauennatium laicus exiſtens effectus eſt. Et Stephanus Neapolitanæ ciuitatis & ipſe laicus repẽtè Epiſcopus cõſecratus eſt. Dũ verò talia ipſe Conſtantinus proſequeretur: illicò irati zelo Eccleſiaſticæ traditionis vniuerſi ſacerdotes alapis eius ceruicem cadere facientes, eum extra eamdem Eccleſiam eiecerunt.* ita planè tanta inſolens fuit adhibẽda ſeueritas, ne ad tantum patrandum ſcelus quis audax rurſus auderet irrumpere, ſicq; nullus penitùs pateret aditus audaciſſimæ temeritati. Sed quę præter hæc in ſancta Synodo in eadem geſta ſint cauſa, ab eodẽ auctore ſic accipe: *Tunc combuſtis omnibus eius actionum geſtis, ſimul & Concilium illud quod in ſcriptis de eius quaſi cõfirmatione editũ fuerat, cõbuſſere in medio presbyterij ipſius Eccleſiæ.* hic monẽdus Lector, apud Mariani Scotũ perperã ex vitioſo reatu legi, ipſos ſacerdotes, ac etiã Conſtantinum tunc fuiſſe combuſtos: quod falſiſſimum eſt, vt ex eodem Anaſtaſij textu error ipſe conuincitur. ſed quæ hæc ſecuta ſint audi.

CVR IN CONSTANTINVM ITA SEVERA CENSVRA ACTVM.

IV. *Hoc facto, proijciens ſe in terram ſanctiſſimus Stephanus Papa cum vniuerſis ſacerdotibus & Populo Romano, clamanteſq; Kyrie eleiſon, cum ingenti fletu peccaſſe ſe omnes confeſſi ſunt, pro eo quòd de manibus ipſius Conſtãtini communionem ſuſcepiſſent, ſicq; ex hoc omnib. indicta eſt pœnitentia. Tunc allatis ſacratiſſimis canonibus, eiſq; liquidò perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali Concilio ſub anathematis interdicto, ne vllus vmquam præſumat laicorum, neq; ex alio ordine niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus vel presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatùs honorem poſſit promoueri.* ſic igitur eo ſtatuto canone, omnis inuaſoribus ſanctæ Apoſtolicæ Sedis occluſus eſt aditus, veluti alto interiecto pariete, quo profanum eſſet à ſacro diuiſum. Quæ verò his addiderunt Patres de rebus ab eodem Conſtantino Pſeudopontifice geſtis, ſic accipe ea eodem Anaſtaſio auctore.

PVBLICA OMNIVM CONFESSIO ET POENITENTIA.

V. *Sed & alia plura* (inquit) *quæ de eo canonicâ indigebant correctione, in eodem Concilio ſtatuerunt emendanda. De Epiſcopis verò atque presbyteris & diaconibus, quos*

DE ORDINATIS A SCHISMATICO PAP. QVID STATVTVM IN SYNODO.

ipſe Conſtantinus conſecrauerat, ita in eodem Concilio A *promulgatum eſt: Vt qui Epiſcopi ex presbyteris ſiue diaconibus ab eo ordinati fuerant, in priſtinum honoris ſui gradum reuerterentur. & ſi placibile fuiſſet omni populo ciuitatis ſua, denuò facto decreto electionis more ſolito, cũ clero & plebe ad Apoſtolicam veniſſent Sedem: ab eodem ſanctiſſimo Stephano Papa benedictionis ſuſciperent conſecrationẽ. Presbyteri verò illi & diacones ab eodem Conſtantino conſecrati ſimili modo, in illum in quo exiſtebãt, habitum reuerterentur. Et poſtmodum ſi qui eorum placibiles extitiſſent, antefatus beatiſſimus Pontifex presbyteros eos aut diacones* * *conſecraret. Statuentes vt hi qui ex eis* * *conſecrãdi eſſent, nequaquam ad potiorem honorem aſcenderent, nec ad Pontificatus promouerentur culmen, ne talis impius nouitatis error in Eccleſia pullularet.*

* conciliaret
* conciliandi

VI. EPISCOPORVM ELECTIO ITERATA.

B *Ipſe verò antefatus beatiſſimus Stephanus Papa coram omni ſacerdotali collegio clarã voce clamauit, dicens, nullo modo ſe mittere aut penitùs declinare in eorũdem presbyterorum & diaconorum conſecrationem. De laicis verò qui ab eodem Conſtantino presbyteri & diaconi conſecrati ſunt, ita promulgatum eſt, vt in religioſo habitu cũctis diebus eorũ vita ſine in proprijs domibus vel vbi fuiſſent, permanere deberent. Huiuſmodi verò promulgatis ſententijs: illico Epiſcopi illi, qui ab eodem Conſtantino ordinati ſunt, reuertẽtes iuxta eiuſdem Pontificis ſententiam in priſtino honoris gradu, electi denuò à clero & plebe cum ſolito decreto ad Sedem Apoſtolicam properantes, ab eodem ſanctiſſimo Papa* * *conſecrati ſunt. Nam presbyteri & diacones illi vſque ad mortem ipſius Pontificis ſic* C *remanentes nunquam ſunt ab eo* * *conſecrati. Ita enim in eodem Concilio ſtatutum eſt, vt omnia qua idem Conſtantinus in Eccleſiaſticis ſacramentis ac diuino cultu egit, iterari debuiſſent, prater ſacrum baptiſma ac ſanctum chriſma.* At quod ad Epiſcopos ſpectat, ne eos exiſtimes iterum conſecratos, ſed accepiſſe dumtaxat, more maiorum, benedictionis myſterium, quod auctor nominat benedictionis ſacramentum, ritus illos ſolemnes adhiberi ſolitos in reconciliatione ſchiſmatici vel hæretici. pergit autem Anaſtaſius.

* cõciliati
* cõciliati

VII. CVLTVS SS. IMAGINVM RVRSVS PROBATVS.

Poſt hac verò omnia promulgata, continuò & diuerſa ſanctorum Patrum teſtimonia de ſacris imaginibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctaq; & glorioſa eius Genitricis ſemper virginis Maria Domina noſtra, & beatorum A- D *poſtolorum, omniumq; ſanctorum Prophetarum, Martyrum ſeu Confeſſorum in idem ſunt allata Concilium, & ſubtilius multum perindagantes, ſtatuẽre, magno honoris affectu ab omnibus Chriſtianis ipſas eſſe venerandas imagines, ſicuti ab omnibus pradeceſſoribus huius Apoſtolica Sedis & cunctis venerabilibus Patribus vſque hactenus de earum honoris obſeruantia effectum & cunctis ad memoriam* * *compunctionis eſt traditum condemnantes & anathematizantes execrabilem illam Synodum, qua in Gracia partibus nuper facta eſt pro diſperdendis ipſis ſacris imaginibus.* hæc de his, quæ ad cultum ſacrarum imaginum, in Synodo geſtis Anaſtaſius habet. Sed non ignorandum, repetiri in tractatione illa Ha- E driani Papæ ad Carolum Magnum de imaginibus fragmenta quædam huius Concilij de his quę ſpectant ad ſanctarum cultum imaginum: quæ hic tibi reddenda putauimus. atque primum illud, quo ait: *Praſens Concilium ſub Stephano ex ſacerdotibus partium* (vt ait[a]) *Francia atque Italia, in hocq; probatum cultum ſanctarum imaginum.* Et inferiùs: *Ne aliquis propter adorationem, qua à pradeceſſoribus noſtris ſanctiſſimis Praſulibus promulgata eſt, oblatrare praſumat, ſciat ipſos talem adorationem docuiſſe, qualem pradeceſſor noſter ſanctus Gregorius doctor Papa in ſua epiſtola, quam in prafato Concilio domini Stephani Papa Herulphus Epiſcopus prouincia Galliarum ciuitatis protulit, vbi inter catera Secundinum ſeruum Dei incluſum Gal-* A *lia docuit, dicens: Scimus, &c.* quæ ſequuntur recitata ſuo loco epiſtolæ Gregorij Papæ ad Secundinum. ſequenti verò capite ſic:

*

DAMNATA SYNODVS HAERETICORVM.

[a] Hadria. Pap. de imaginib. ad Carol. cap. 12. act. 6.

VIII. *Hoc teſtimonium,* ſancti Ambroſij videlicèt, *quo meminit de cultu Apoſtolorum per viſum oſtenſo & cognito ex pictura, à Sergio ſanctiſſimo quondam Archiepiſcopo Eccleſia Rauennatis per Ioannem diaconum ſuum in prafato Concilio ſancta recordationis domini Stephani pradeceſſoris mei pro ſacrarum imaginũ veneratione oblatum eſt,* &c. Ruſus idem Hadrianus in eadem ſcriptione hæc de eadem ſub Stephano Papa Synode habet: *Pradeceſſor noſter ſancta recordationis dominus Stephanus quondam ſanctiſſimus Papa in ſupradicto Concilio praſidens inter plurima veridica teſtimonia* B *per ſemetipſum aſſerens docuit: Sed nec illud eſt pratereundum, quod relatione fidelium de partibus Orientis aduenientium ſapè cognouimus (in quibus licèt Euangelium ſileat, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmante de ipſo Euangeliſta:* [b] *Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus, qua non ſunt ſcripta in libro hoc) denique fertur ab aſſerentibus, quod Redemptor humani generis appropinquante die paſſionis, cuidam Regi Edeſſa ciuitatis deſideranti corporaliter illum cernere, & vt perſecutiones Iudaorum fugeret, ad illum conuocare, vt auditas miraculorum opiniones & ſanitatum curationes illi & populo ſuo impertiret: reſpondiſſet: Quòd ſi ſpeciem meam corporaliter cernere cupis: en tibi vultus mei ſpeciem transformatam in linteo dirigo, per quam & deſiderij tui feruorem refrigeres, & quod* C *de me audiſti, impoſſibile nequaquam fieri exiſtimes poſtquam autem compleuero ea qua de me ſcripta ſunt, dirigam tibi vnum de diſcipulis meis, qui tibi & populo tuo ſanitates impertiat, & ad ſublimitatem fidei vos perducat &c.* eandem de Abagaro mentionem habitam eſſe etiam in eadem Synodo ex litteris Theodori Patriarchæ Hieroſolymorum ad Romanum Pontificem, idem inferiùs tradit. ex qua hæc recitata inter alia docet:

HADRIANI PAPÆ TESTIMONIA DE SYNODO SVB STEPHANO.

[b] Ioan. 20.

IX. *Reſtat mihi tempus tractandi de Abagaro Edeſſeno, & alia aut ſimilia ſanctorum Patrũ, qua & vos melius cognoſcitis. Perſeuera, ſanctiſſime frater, perſeuera in eadem bona fide, corroboratus ſuper petram fidei, ſicut Dei loqua* D *vox affata eſt Apoſtolum Petrum:* [c] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram adificabo Eccleſiam meam, & porta inferi non praualebunt aduerſus eam. Verè non praualebunt ei in ſaculum ſaculi. Cognitum facimus tibi ſanctiſſimo domino, quod ego humilis Theodorus Patriarcha Hieroſolymorum & hi qui nobiſcum ſunt, Coſmas Patriarcha Alexandria & Theodorus Patriarcha Antiochia id ipſum intelligimus & credimus, ſicut & veſtra ſanctitati patet.* iſta in hac Synodo recitata ſunt teſtimonia trium Patriarcharum Orientis litteris Theodori ſubſcriptorum, quænam eſſet eorum recta fides & receptus antiquitùs traditus cultus ſanctarũ imaginũ.

[c] Matt. 16.

X. Porrò epiſtola Theodori & collegarum Patriarcharum Synodalis fuit, ſed non ad hunc Stepha- E num Papam ſcripta, ſed (vt dictum eſt) ad prædeceſſorem eius Paulum Papam, de quo ita idem Põtifex Hadrianus: *Iſte Theodorus Patriarcha Hieroſolymorum cum cateris pracipuis Patriarchis, videlicèt Coſma Alexandria, & Theodoro alio Antiochia dudum pradeceſſori noſtro ſancta recordationis quondam Paulo Papa miſerunt propriam eorum recta fidei Synodicam, in qua & de ſacratiſſimis imaginibus ſubtili narratione, qualiter vnà cum noſtra Fide Catholica & Apoſtolica vniuerſali Romana Eccleſia, ipſi vel cateri Oriẽtales Orthodoxia Epiſcopi, & Chriſtianus populus ſentiunt, & in earundem ſanctarum imaginum veneratione ſincero mentis affectu feruentes in Fide exiſtunt, ſtuduerunt intimandũ.*

Quam Synodicam in Latino interpretatam eloquio,

Digitized by Google

prædeceſſor noſter ſanctiſſimus domnus Stephanus Papa in ſuo Concilio, quod ipſe pro ſacris imaginibus, & vnà cum diuerſis Epiſcopis ex partibus Franciæ ſeu Italiæ fecit, ſuſcipientes ac relegentes ſtatuerunt, tam de diuerſis Francorum Patrum teſtimonijs, quàm de Symbolo Fidei, vbi fati ſunt dicentes: Qui alium terminum Fidei, ſiue Symbolum, aut doctrinam habet, præter quod traditum eſt à ſanctis magnis & vniuerſalibus ſex Synodis, & confirmatum eſt ab his ſanctis Patribus, qui in eis conuenerunt, & non adorant imaginem ſiue figuram Domini noſtri Ieſu Chriſti, neque humanationem eius confitentur, ſic vt qui deſcendit, & incarnatus eſt propter genus humanum: talem impium anathematizamus & alienũ extraneumq́; deputamus Catholica & Apoſtolica Eccleſia, &c. hactenùs de Synodi ſub Stephano Pontifice rebus geſtis quas inuenire potuimus. Sed quæ de ipſius promulgatione poſt hæc omnia ſunt ſubſequuta, Anaſtaſius pergit ita deſcribere:

XI. *Expletis verò omnibus quæ in eodem Concilio promulganda erant, tunc idem beatiſſimus Pontifex aggregans vniuerſos ſacerdotes atque clerum, & cunctum populum, profecti ſunt ad beatum Petrum principem Apoſtolorum cum hymnis & canticis ſpiritualibus, nudis pedibus incedentes. Illicq́; in ambonem aſcendens Leontius Scriniarius, cuncta quæ in eodem peracta ſunt Concilio extensâ voce legit populo, ſed & tres Epiſcopi, id eſt, Gregorius Silua candida, Euſtraſius Albani, & Theodoſius Tiburtinus, in eundem præfatæ Eccleſiæ ambonem aſcendentes anathematis obligationem protulère, ſi quiſquam præſumat quoquo tempore tranſgredi quippiam de omnibus, quæ in eodem Concilio ſtatuta ſunt.*

Publicatio Concilii facta.

Hęc ſuot quæ ad dictum Concilium Romæ ſub Stephano Papa habitum ſpectare, videri poſſoot. Ex quo dum audis, quę peo ſanctis imaginibus ſtatuta ſunt aduerſùs pſeudoſynodum Conſtantinopolitanam: planè intelligere potes, quid de ijſdem in Coocilio Gallicano haud pridem ſit decretum; ſiquidem huic Synodo (vt dictum eſt) duodecim Gallicani Epiſcopi delecti ex omnibus doctrinâ inſignes interfuêre conſentientes illis; qui haud contraria quæ in Gallia ſtatuiſſent, abſque præuaricationis nota, & ſuotum contemptu ſenſiſſe, atque eoofirmâſſe ſenteotia, exiſtimari poteſt, cùm nihil diuerſum ab his traditum inueniatur. Cùm verò qoæ Gallicanæ Eccleſiæ de ſacrarum imaginum cultu eſſet aſſertio, eadem per duodecim hos Epiſcopos Romæ coram plena Synodo innotuerit, & vna cognita omnium eſſe ſenteotia, oon defuit idem Stephanus Papa ſuis litteris ſignificare Conſtantino Copronymo Imp. ea quæ peo ſacrarum imaginũ cultu Romæ ſtatuta eſſent; & admonere eũ vt ab errore deſiſteret. Teſtatur id quidem Hadriaous eius ſucceſſor in epiſtola ſua recitata in Actione ſecuoda Nicæni Concilij poſterioris.

In Eccleſia Gallicana viguit cultus SS. imaginum.

XII. Rurſum verò ſiue in hoc Concilio, ſiue ſeorſum, & illud ab eodem Pontifice ſtatutum reperitur apud eundem Bibliothecarium: *Vt omni Dominico die à ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadarijs, qui in Eccleſia Saluatoris obſeruant: Miſſarum ſolemnia ſuper altare beati Petri celebrarentur, & Gloria in excelſis Deo diceretur.* hæc ibi. Hicq́; prima mẽtio de ſeptem Epiſcopis Cardinalibus reperitur, illis ſcilicèt, qui proximos Vrbi habentes Epiſcopatus, aſſiſterent Poοtifici, eidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ annexi cardini de quibus inferiùs ſæpè dicendum.

Quod verò ad Sergium Archiepiſcopum Rauennatem pertinet, quem io ſui excuſatiooem ex laico proſiliſſe ad Epiſcopatum, Conſtantinus, Pſeudopapa citauit; ita quidem eius cauſâ in iudicio Apoſtolicę Sedis diu tractata eſt: Accuſatus nimirum qoòd cùm vxorem haberet, Archiepiſcopatum Raoennatis Eccleſiæ auſus eſſet inuadere. hoius rei gratiâ à Paulo Pontifice cùm iuſſus fuiſſet Romam venire & cauſam dicere: ibi manſit vſque ad obitũ ipſius Pauli, & ſub Stephano vſq; in præſentem annum, quo ex hac vita decedeote, ad diuinum examen delatus eſt. Sed ſunt qui tradant, hũc à ſuis aduerſarijs fuiſſe calumnijs exagitatum, & in hoc Romano Coocilio abſolutum, inoocentemq́; peobatum, io ſuam Eccleſiam reſtitutum & ſancto fine vitæ terminum clauſiſſe octauo Kalendas Septembris. ita ex antiquioribus eius Eccleſiæ mouumentis [a] Rubeus in lucem peodidit, eumq́; ſancti Nicolai Mirenſis Epiſcopi fuiſſe ſtudioſiſſimum, qoem & conſueuiſſe prę cęteris frequentare precibus atq; votis, quo ab oppreſſione calumniátium eriperetur, vtpote qui ſciret tres aulicos ipſũ implorãtes, abſentem licèt ſenſiſſe ope præſentem.

Cauſa Sergii Archiepiſc. Rauennatis.

[a] Rub. hiſt. Rauen. li. 5.

XIII. Quomodo verò acciderit, vt eadẽ Eccleſia Rauennas grauiùs turbaretur, iam dicendum erit: Accidit namq;, vt cùm ab hac celebrata hoc anno Synodo Romæ menſe Aprilis, elapſis menſibus aliquot, idem Sergius Rauennas Epiſcopus moreretur, & Lõgobardorum potentiâ Michaël eiuſdem Eccleſię Scriniarius intruderetur: ad eum dimouẽdum eidem Pootifici Stephano fuerit plurimũ laborandũ hoc & ſequenti anno; ampliùs enim anni circulo idem intruſus fultus præſidio Lõgobardorum ſedit, adeò vt Frãcorum Regum Legati adhibendi fuerint ab ipſo Põtifice, vt expelli poſſet intruſus, & legitimus Archiepiſcopus cõſecrari Leo Archidiacon[*] legitimè electus ab eis. Porrò cũcta hęc quomodo ſe habuerint, ab auctore eiuſdẽ tẽporis ſcripta, ab Anaſtaſio verò deſcripta ſic accipe:

Obitus Sergii Archiepiſc. Rauennatis.

His verò peractis Synodalibus geſtis, contigit poſt aliquantum temporis de hac vita migraſſe Sergium Archiepiſcopum ciuitatis Rauennatium: & cõtinuò ſurgens Michaël Scri[illegible]rius ipſius Eccleſiæ, qui nullo ſacerdotali fungebatur honore, profectus eſt Ariminũ ad Mauritium Ducem A[illegible]enſem. Et congregans inde nefandiſſimus Mauri[illegible] exercitum vnà cum conſilio Deſiderij Longobardorum Regis properauit, & ingreſſus eſt Rauennam, & brachio forti elegit ipſum Michaëlem, & in Epiſcopium Rauennatis Eccleſiæ introduxit; & Leonem Archidiaconum, qui electus erat in Archiepiſcopatus ordinem Ariminum deportãtes, ibidem arctâ cuſtodiâ mancipatum idem Mauritius detineri fecit. Tunc direxit quantocyùs prædictus Michaël vnà cum Mauritio & iudicibus Rauennatium ad præfatum beatiſſimum Stephanum Pontificem, promittentes ei copioſa munera, vt ipſum Michaëlem Archiepiſcopum conſecrare deberet.

Michael intruditur a Longobar. in Eccl. Rauen.

XIII. *Ipſe verò beatiſſimus Præſul per nullius donationis promiſſionem inclinatus eſt eumdem Michaëlem conſecrare, aſſerens nullâ ratione hoc fieri poſſe, dum in ſacerdotij honore minimè ipſe prædictus exiſteret Michaël. Qui idem Stephanus Pontifex pluribus vicibus obteſtationis & prædicationis litteras atq; Miſſos direxit, vt idem Michaël ab iniuſto propoſito recederet: ſed nullo modo Apoſtolicis admonitionibus acquieſcere voluit, dansq́; plurima munera Deſiderio Longobardorum Regi, & cymilia, & ornatus ipſius Eccleſiæ cum alijs ſpeciebus, brachio forti per vnius anni curriculum, & eò ampliùs ipſius Eccleſiæ Epiſcopium inuaſum detinuit, denudans atq; in magnam paupertatem eum redigens.*

Sed dum nullo modo firmiſſimam mentis conſtantiam ipſius ſanctiſſimi Pontificis flectere potuiſſent nequiſſimi conſentanei ipſius Michaelis: dum Miſſi excellentiſſimi Caroli Regis Francorum & Patricij Romanorum præſentialiter adeſſent, dirigẽs idem beatiſſimus Præſul tam ſuos Miſſos denuò, quàm prædictos Francorum Regum Miſſos,

Eiicitur intruſus et ordinatur Leo.

omnes

Digitized by Google

MVS PASTOR LEO EPISC. RAVEN.

omnes Rauennianos admonendo: ſtatim inſurrexêre ſuper ipſum Michaelem, & eum cum opprobrio de ipſo Epiſcopio proiecerunt, quem vinctum huc Romam dirigentes, elegêre ſæpè fatum Leonem Archidiaconum ipſius Eccleſiæ Rauennatis in Archiepiſcopatus honorem, & ab eodem ſanctiſſimo Papa Stephano ordinatus & conſecratus eſt. hactenùs de Rauennatibus turbis, quę hoc anno cœptæ in ſequentem ſunt propagatæ.

XV. Hoc item anno habent Fracorum Annales Carolum & Carolomannum Francorum Reges rebellantem Hunaldum Aquitaniæ Ducem ſuperatum cepiſſe [a]. Eundemq; poſt biennium pœnitentiam ſimulantem dimiſſum Romam quaſi ibi perſeueraturum; ſed non diu poſt fugam arripuiſſe, deſertorem factum, defeciſſe ad Longobardos, vbi non diu pòſt lapidibus obrutum malè perijſſe affirmant [b].

[a] Chron. vetus à Pithœo editum in Chron. ann. 771.
[b] Sigeber. in Chron. ann. 771.

De rebus Orientalibus nihil præterea Græcorum Annales reddunt, niſi ſponſalia Irenes cum Leone filio Conſtantini Imp. eiuſdemq; coronatio facta per Nicetam Patriarcham hoc anno decimoſexto Kalendas Ianuarij.

IESV CHRISTI Annus 770.

STEPHANI PAP. VI. Annus 3. CONST. COPR. IMP. Annus 30.

I. SEPTINGENTESIMVS ſeptuageſimus Redemptoris numeratur annus, Indictionę octauâ, quo Romana Eccleſia vexatione Deſiderij Lōgobardorum Regis dirè fuit exagitata. cùm Chriſtophorus & Sergius, qui aduersùs laicū hominem in Apoſtolicam cathedram opera Lōgobardorum intruſum ſtrenuè agentes, Romanam Eccleſiam in priſtinam libertatem vendicauere: ab eodem Deſiderio per fraudem tenti, luminibus ſunt priuati. Quomodo autem tragica iſta ſe habuerint: ab auctore eius temporis ſcripta, quę recitat Anaſtaſius Bibliothecarius, videamus. Planè accidiſſe perſpicies, tūc omninò collapſum, ac perijſſe penitùs Regnū Longobardorum, cùm ipſorum Reges in Romanę Eccleſię iura immittere manus temerè præumpſerunt. Sed videamus quę rudi ſtylo, ſed veritate micante apud eundem Anaſtaſium habeantur de laboribus aduersùs eundem Regem ab eodem ſancto Pontifice exantlatis, cùm Romana Eccleſia durâ perſecutione vexaretur. ait enim:

DESIDERIVS VRBEM DOLOSE INVITAT.

II. *Sedulò idem beatiſſimus Pontifex ſuos Miſſos atq; litteras commonitorias dirigere ſtudebat antedicto excellentiſſimo Carolo Francorum Regi, & eius germano Carolomanno itidem Regi. Imminentibus namq; & decertantibus in hoc ſæpius nominatis Chriſtophoro Primicerio & Sergio Secundicerio pro exigēdis à Deſiderio Rege Longobardorum iuſtitijs* (iuribus ſcilicèt) *beati Petri, quæ obdurato corde reddere ſanctæ Dei Eccleſiæ nolebat: inde nimiâ furoris indignatione contra prænominatos Chriſtophorū & Sergium exardeſcens ipſe Deſiderius, nitebatur eos extinguere atq; delere. Pro quo ſuo ingenio maligno ſimulauit ſe quaſi orationis causâ ad beatum Petrum huc Romā properaturum, vt eos capere potuiſſet. Dirigens ergo munera Paulo Cubiculario cognomento Afiartæ, & alijs eius impijs ſequacibus, ſuaſit eis, vt in Apoſtolicam * indignationem eos deberet inducere. Eiq; idem Paulus conſentiens, de eorum proditione abſconsè decernebat.*

III. *Dumq; hoc cognouiſſent præfati Chriſtophorus & Sergius, & eundem proteruum Deſiderium Regem Romam properaturum agnouiſſent: illicò aggregantes multitudinem populi Tuſciæ & Campaniæ ſeu Ducatus Peruſini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Deſiderio Regi parauêre ſe ad reſiſtendum. Quin etiam portas huius Romanæ Vrbis claudentes, & alias ex eis fabricauerunt, & ita armati omnes exiſtebant ad defenſionem propriæ ciuitatis. Et dum hæc agerentur, ſubitò coniunxit* (peruenit ſcilicèt) *ad beatum Petrum antedictus Deſiderius Rex cum ſuo Longobardorum exercitu* (erat namque extra Vrbis muros ipſa baſilica Vaticana principis Apoſtolorum) *& continuò direxit Miſſos ſuos præfato Pontifici, deprecans vt ad eum regredi deberet: quod & factum eſt.*

DESIDERIVS IRA INCENSVS IN CHRISTOPHORVM ET SERGIVM.

Dum verò coram eo præſentatus fuiſſet, pariterq; pro iuſtitijs beati Petri loquutus eſſet: rurſum ipſe beatiſſimus Pontifex reuerſus, ingreſſus eſt in ciuitatem. Præfatus ſiquidem Paulus, & eius nefandiſſimi ſequaces inito cum prædicto Longobardorum Rege conſilio, nitebantur populum Romanum contra eos ſeducere ad inſurgendum contra prædictos Chriſtophorum atque Sergium, vt eos interficerent. Et cùm hoc eis nuntiatum fuiſſet, aggregantes populum aſcendêre armati in Lateranas ad capiendum ſuos inſidiatores: nuntiantesq; mox ſaluati; impetum faciens vniuerſa multitudo, quæ cum eis aduenerat ingreſſa eſt cum armis in baſilicā domni Theodori Papæ, vbi ipſe prænominatus ſedebat Pontifex: qui eos fortiter increpauit, cur præſumpſiſſent armati in idem ſanctum Patriarchiū ingredi, pariterq; loquentes, recedere eos iuſſit.

MOLITIONES PAVLI CONTRA CHRISTOPHORVM ET SERGIVM.

IV. *Aliâ die deuuò egreſſus eſt ſæpè dictus Pontifex ad beatum Petrum cum eodem Rege loquendum. & dum ſimul præſentes fuiſſent, prætermittens ipſe Deſiderius cauſas de iuſtitijs beati Petri, tantummodò pro deceptione prædictorum Chriſtophori & Sergij inſiſtebat. Vnde claudens vniuerſas ianuas beati Petri, neminem Romanorum qui cum ipſo ſanctiſſimo Pontifice exierant, ex eadem Eccleſia egredi permiſit. Tunc direxit ipſe almificus Pontifex Andream Epiſcopum Præneſtinum, & Iordanem Epiſcopum Signienſem ad portam ciuitatis, quæ egreditur ad beatum Petrum, vbi prænominati viri Chriſtophorus & Sergius cum multitudine populi reſidebant, proteſtando eos, vt in monaſterium ingrederentur, ſuas ad ſaluandum animas, aut ad beatum Petrum ad eum ſtuderent properandum. Ipſi verò metuentes prædicti Regis Longobardorum malignam ſæuitiam, ad eum egredi minimè auſi ſunt, aſſerentes ſe priùs in manibus Romanorum ſuorum fraetum & conciuium eſſe tradendos quam exteræ genti.*

REDIT STEPHANVS AD DESIDERIVM REGEM.

V. *Dum ergò populus qui cum eis erant, audirent eadem à prænominato Pontifice directa ex ore prædictorum Epiſcoporum, illicò conturbati, illorum confracta ſunt corda, & cœpit vnuſquiſq; ab eis recedere. nā Gratioſus quidem Dux cognatus iam fati Sergij ſimulans ſe ad propriā pergere domum, congregans aliquantos Romanorū, profecti ſunt pariter ad portā Portuēſem: quā clauſam reperiēſes, à cardine ipſam portā auferre auſi ſunt, & ita per noctem ad prænominatum egreſſi ſunt Pontificem. Chriſtophorus & Sergius conſpicientes ſe in magno deceptu eſſe poſitos: prius quidem Sergius eâdem nocte, quâ campana inſonuit, deſcendit per murum & properauit ad beatum Petrum. Quem ad gradus Eccleſiæ beati Petri comprehendentes cuſtodes Longobardorum ad ſuum duxere Regem: eumq; ſubſequutus eſt Chriſtophorus, qui pariter eiuſdem prænominati Pontificis obtutibus ſunt præſentati. Quos Almus conſeruare cupiens, monachos fieri præcepit. Poſt hæc faciens miſſionem prænominato Regi, ingreſſus eſt idem beatiſſimus Pontifex Romam, relictis præfatis Chriſtophoro & Sergio in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, cupiens eos noctis ſilentio propter inſidias inimicorum ſaluos introduci Romam.*

STEPHANVS PAPA REDIT IN VRBEM.

VI. Quod inſuper ad hæc ſpectare videtur, habet idem Anaſtaſius in Hadriano huius Stephani Pontificis ſucceſſore, ante hæc omnia ipſum Deſiderium Regem Longobardorum ſuper corpus beati

Petri iuramento promiſiſſe ſanctiſſimo Stephano Papæ iura ſancti Petri illibata ſeruare, neque aliquem Romanæ Eccleſiæ miniſtrum lædere. Sed iſta omnia ipſum perfidum Regem promiſiſſe liquet, vt deciperet ipſum Pontificem, quo Chriſtophorum & Sergium capere poſſet, & ſuam in eos explere ſæuitiam. quæ omnia poſtmodum in eum, ad ſugillandum eius perfidiam, Hadrianus Pontifex exprobrauit. Sed quæ iſta ſequuta ſint, audi ex eodem Anaſtaſio auctore, qui ait:

Dum verò ſol ad occaſum declinare videretur, continuò congregantes prænominatus Paulus Cubicularius & alij eius nefandiſſimi conſentanei multitudinem populi, & properantes ad Deſiderium Longobardorum Regem, inientesq; cum eo impium conſilium, abſtulêre eoſdē Chriſtophorum & Sergium ab Eccleſia beati Petri, & properantes cum pluribus Longobardis vſque ad portam ciuitatis, ibidem eorum oculos eruêre. Sicq; prædictus Chriſtophorus in monaſterium S. Agathæ deductus, ibidem poſt triduum ob dolorem ex oculorum effoſſione vitam finiuit. Sergius verò in monaſteriū Cliui Scauri deportatus, poſtmodum in Cellarium Lateranenſe deductus, illic vſque ad tranſitum prænominati Pontificis extitit. hæc verò omnia mala per iniquas miſſiones Longobardorum Deſiderij Regis prouenêre. quando (vt dictum eſt) crebræ legationes ad Carolum & Carolomannum Francorum Reges miſſæ ſunt aduerſus eoſdem impios Longobardos.

CHRISTOPHORVS ET SERGIVS EXCACATI.

VII. Sed qualiter Deſiderius excuſauerit illatam vindictam in Chriſtophorum atq; Sergium; cùm eam in ipſum Deſiderium Pontifex exprobrarit: audi quæ in Hadriano idem Bibliothecarius habeat, ex verbis eiuſdem Pontificis in Deſiderium iuſtè expoſtulantis: *Sed hoc*, inquit, *meus prædeceſſor Stephanus, pro dilectione quam erga me ſuum puſillum habuit, mihi retulit: quia dum ad eum poſtmodum Stephanus ſuos Miſſos direxiſſet, videlicet Anaſtaſium primū Defenſorem & Gemmulum ſubdiaconum, adhortans eū, vt ea quæ præſentialiter beato Petro pollicitus eſt, adimpleret: taliter per eoſdem Miſſos direxit in reſponſis. Sufficere Apoſtolico Stephano, quia tuli Chriſtophorū & Sergium de medio, qui illū dominabantur, vt non ſit illi neceſſe iuſtitias requirendas. Nam certè ſi ego ipſum Apoſtolicum non adiuuero, magna perditio ſuper eum eueniet, quoniam Carolomannus Rex Francorum amicus exiſtens prædictorum Chriſtophori & Sergij, paratus eſt cum ſuis exercitibus ad vindicandam eorum mortem, Romam properare ad ipſum capiendum Pontificem.* hæc tunc ad Stephanū Papā per miſſos Legatos Deſiderius Rex.

VIII. Habent Annales Francorum, hoc anno contigiſſe connubium inter Carolum & Bertam filiam Deſiderij Regis Longobardorum. Apud Aimoinum enim iſta leguntur: *Bertruda verò mater Regum cum Carolomanno minore filio apud Salutius locuta, pacis cauſâ in Italiam proficiſcitur. Peractoq; propter quod illuc venerat, negocio (nam propter filiam Deſiderij Regis Longobardorum expetendam in matrimonium filio ſuo Regi Carolo ierat) adoratis etiam Romæ ſanctorum Apoſtolorum Liminibus, ad filios in Galliam reuertitur.* hæc ipſe. Eadem Eginhardus in vita Caroli. Cùm autem iſta de matrimonio reſciſſet Stephanus Papa, ſcripta ad ipſum Carolum & Carolomannum epiſtola, ne id facerēt, ſub excommunicatione prohibuit: nam ab eorum patre alijs nuptijs fuerant obligati, vt ex eiuſdem Papæ litteris conſtat, quæ ſic ſe habent:

BERTA FILIA DESIDERII IVNCTA CAROLO.

IX. *Dominis excellentiſſimis filijs Carolo & Carolomanno Regibus Francorū & Patricijs Romanorū Stephanus Papa.*

Dum omnium electorum Dei præcipuam vitam, & digna operum merita in noſtram memoriam reuoluimus inuenimus profectò nullâ eos potuiſſe qualitatis diuerſitate ab eorum cordis ſtatu, & priſtina ſponſionis conſtantiâ amoueri. Vnde & varijs antiqui hoſtis ſuaſionibus & blandimentis circumuallati, immutabiles in ſua mentis firmitate cōſtat permanſiſſe: & ob hoc cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerūt gaudia. Et nimirum conſiderādum eſt, quia ſi quis quibuſdam ſuaſionibus demulcitus, victus fuerit: à recto confeſtim tramite, qui ducit ad vitam æternam per abrupta declinans deuia conſcendat, vt ex hoc in procliuem delabatur noxam. Nam plerumq; certum eſt, quia idem antiquus hoſtis per infirmam naturam fidelium mentes ſubripere nititur. Hinc eſt enim, quod olim primo homini in paradiſo conſtituto per infirmam mulieris naturam peſtiferis valuit ſuadere blādimentis, diuinum tranſgredi mandatum, & ob hoc diræ mortis humano generi irrepſit excidium. Et ideò præcellentiſſimi filij magni Regis, tanto ſtudioſius eiuſdem moliminis immiti reſiſtendum eſt, ne quemquam ſuis irretire valeat argumentis, quantò certiùs ſuis crebrò inſidijs ad decipiendum corda inſiſtere.

STEPHANI PAPÆ EPIST. AD REGES FRANC.

X. *Itaq; noſtræ perlatum eſt notioni (quod certè cum magno cordis dolore* * *dicimus) eò quòd Deſiderius Longobardorum Rex veſtram perſuadere dignoſcitur excellentiam, ſuam filiam vni ex veſtra fraternitate in coniugio copulari. Quod certe ſi ita eſt, hæc propriè diabolica eſt immiſſio, & non tam matrimonij coniunctio, ſed conſortiū nequiſſimæ adinuentionis eſſe videtur. Quamplures comperimus, ſicut diuinæ ſcripturæ hiſtoria inſtruimur, per alienæ nationis iniuſtam copulam à mandatis Dei deuiare, & in magna deuolutos facinora. Quæ eſt enim, præcellentiſſimi filij magni Regis, talis deſipientia, vt penitùs vel dici liceat, quòd veſtra præclara Francorum gens, quæ ſuper omnes gentes enitet, & tam ſplendiflua ac nobiliſſima, regalis veſtræ potentiæ proles perfida (quod abſit) ac fœtentiſſima Longobardorum gente polluatur, quæ in numero Gentium nequaquam computatur: de cuius natione & leproſorum genus oriri certum eſt. Nullus enim, qui mentem ſanam habet, hoc vel ſuſpicari poteſt, vt tales nominatiſſimi Reges, tanto deteſtabili atque abominabili contagio implicentur: quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infideli?*

*didicimus

DISSVADET NVPTIAS CVM LONGOBARDIS.

XI. *Etenim, mitiſſimi & à Deo inſtituti benigniſſimi Reges, iam Dei voluntate & conſilio, coniugio legitimo ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis, accipientes ſicut præclari & nobiliſſimi Reges de eadem veſtra patria, ſcilicèt ex ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas cōiuges, & earum vos oportet amori eſſe annexos; & certe vobis non licet, eis dimiſſis, alias ducere vxores, vel extraneæ nationis conſanguinitate immiſceri. Etenim nullus ex veſtris parentibus, ſcilicèt neque auus veſter, neque proauus, ſed nec genitor veſter ex alio Regno, vel extranea natione coniugem accepit.* Vides igitur ex eo diſſuaderi connubium cum Longobardis, quòd alijs fuiſſent antè coniugibus copulati, quod & inferiùs æquè teſtatur. Subdit verò: *Et quis de veſtro nobiliſſimo genere ſe contaminare, aut commiſcere cum horrida Longobardorum gēte dignatus eſt, vt nunc vos ſuademini (quod auertat Deus) eadem horribili gente pollui?*

ALIIS ANTEA OBLIGATI NVPTIIS ALIAS INIRE NVPTIAS PROHIBENTVR.

Itaque nullus, extera gentis aſſumpta coniuge, innoxius perſeuerauit. Aduertite quæſo, quanti qualeſq; potentes per alienigena coniugia à præceptis Dei declinantes, & ſuarum ſequentes vxorum alienæ gentis voluntatem, validis irrepti exceſſibus, immēſa pertulêre diſcrimina. Impium enim eſt, vt vel penitus veſtris aſcendat cordibus, alias accipere vxores, ſuper eas, quas primitùs vos certum eſt accepiſſe. Non conuenit vobis tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis, & alios, ne talia agant, corripitis. Hæc quippe paganæ gentes faciunt: Nam abſit hoc à vobis, qui perfecti eſtis Chriſtiani, atq; gens ſancta, & regale eſtis ſacerdotium. Recordamini, & conſiderate, quia oleo

ſancto

ſancto vncti per manum Vicarij B. Petri, cœleſtis benedictione eſtis ſanctificati: & cauendum vobis eſt, ne tantis reatibus implicemini. Mememote hoc, præcellentiſſimi filij, quòd ſanctæ recordationis prædeceſſor noſter Dominus Stephanus Papa excellentiſſimæ memoriæ genitorem veſtrum obteſtatus eſt, vt nequaquam præſumpſiſſet dimitter Dominam & genitricem veſtram; & ipſe, ſicut reuera Chriſtianiſſimus Rex, ſalutiferis eius obtemperauit monitis. Nam & illud excellentiam veſtram oportet meminiſſe, ita vos beato Petro, & præfato Vicario eius, vel eius ſucceſſoribus ſpopondiſſe, ſe amicis noſtris amicos eſſe, & ſe inimicis inimicos; ſicut & nos in eadem ſponſione firmiter dignoſcimur permanere. & quomodo nunc contra animas veſtras agere contenditis, & cum noſtris inimicis coniunctionem facere vultis; dum ipſa periura Longobardorum gens ſemper Eccleſiam Dei expugnantes, & hanc noſtram Romanorum prouinciam inuadentes, noſtri eſſe comprobantur inimici?

XII. *Itaq; & hoc peto, ad veſtri referre ſtudete memoriam, eò quod dum Conſtantinus Imperator nitebatur perſuadere ſanctæ memoriæ mitiſſimum veſtrum genitorem ad accipiendam coniugio filij germanam veſtram nobiliſſimam Ghyſilam; neque vos alij nationi licere copulari, ſed nec contra voluntatem Apoſtolicæ Sedis Pontificum quoquo modo vos audere peragi. Et quam ob ·auſam nunc contra Apoſtolica mandata, & voluntatem Vicarij Apoſtolorum princip[…]egete conamini; quod nunquam veſter pater perpetrauit? An neſcitis, quòd non infelicitatem noſtram, ſed beatũ Petrum; cuius licet immeriti, vicẽ gerimus, ſpernitis? Scriptũ eſt enim:* [a] *Qui vos recipit, me recipit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Recordamini peto, excellentiſſimi filij, quomodo* * *vos fide decere viſus eſt præfatus veſter dominus ac genitor, promittens in veſtris animabus Deo, & beato Petro atq; eius Vicario antefato ſanctæ recordationis prædeceſſori noſtro domino Stephano Papæ, firmiter vos debere permanere erga ſanctæ Eccleſiæ fidelitatem, atque omnium Apoſtolicæ Sedis Pontificum obedientiam, & illibatam caritatem: & poſtmodum prædeceſſori noſtro domino Paulo Papa, eadem vos vnà cum eodem veſtro genitore certum eſt plerumq; per Miſſos, & ſcripta promiſiſſe, & poſt deceſſum antefati ſanctæ memoriæ patris veſtri, & vos ipſi ſæpius tam per veſtros Miſſos, quamq; per litteras, ſimulq; & per Sergium fideliſſimum noſtrum Nomenclatorem, & per alios noſtros Miſſos nobis ſpopondiſtis, in eadem vos veſtra promiſſione, ſicut genitor veſter, circa ſanctam Dei Eccleſiam, & noſtram fidelitatem eſſe perſeueraturos.*

[a] *Matt.* 10.

* vobis fideliter

XIII. *Sed & illud quæſo ad veſtri referre memoriam; qualiter vos præfatus dominus Stephanus Papa in ſuo tranſitu per ſua ſcripta ſub terribili adiuratione adhortari ſtuduit, firmâ ſtabilitate vos eſſe permanſuros erga dilectionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & illibatam caritatem Apoſtolicæ Sedis Pontificum, & omnia vos adimplere iuxta veſtrã eidem Dei Apoſtolo adhibitam ſponſionem: Et nunc iſta eſt veſtra promiſſio? O quantum laborem ſuſtinuit idem præcipuus ac beatiſſimus Pontifex: qui ita imbecillis exiſtens, tãto ſe exhibuit prolixi itineris periculo; & niſi Dominus præſtò fuerit, in vacuum eius labor deducetur; fietq; nobis itet illud, quod ibidem idem noſter prædeceſſor Frãciam properauit, in magnam ruinam, dum noſtri inimici plus nunc, quàm pridem in ſuperbiæ ferocitatem eleuati ſunt. Et ecce quod verebamur, euenire cernimus, conuerſaq; eſt noſtra lætitia in luctum, & facta ſunt nouiſſima mala peiora prioribus, & vnde expectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ.*

XIV. *Quapropter & B. Petrus princeps Apoſtolorum, cui Regni cœlorum claues a Domino Deo traditæ ſunt, ac in cœlo, & in terra ligandi, ſoluendiq; conceſſa eſt poteſtas, firmiter excellentiam veſtrã per noſtram infelicitatem obteſtatur; ſimulq; & nos vna cum omnibus Epiſcopis, preſbyteris, & cæteris ſacerdotibus, atq; cunctis proceribus, & clero ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, Abbatibus etiam, & vniuerſis religioſis diuino cultui deditis, ſeu Optimatibus, & Iudicibus, vel cuncto noſtro Romanorũ iſtius prouinciæ populo, ſub diuini iudicij obteſtatione vos* * *exoramus per Deum viuum & verum, qui eſt Iudex viuorum & mortuorum, & per eius ineffabilem diuinæ Maieſtatis potentiam, atq; per tremẽdum futuri iudicij diem, vbi omnes Principes & poteſtates, & cunctum humanũ genus cum tremore aſſiſtere habebimus, necnon & per omnia diuina myſteria, & ſacratiſſimum corpus beati Petri, vt nullo modo quiſquã de veſtra fraternitate præſumat filiam iam dicti Deſiderij Longobardorum Regis in coniugium accipere. Nec iterum veſtra nobiliſſima germana Deo amabilis Ghyſila tribuatur filio ſæpè fati Deſiderij, nec veſtras quoquomodo coniuges audeatis dimittere; ſed magis recordãtes, quia beato Petro Apoſtolorum principi polliciti eſtis, viriliter eiſdem noſtris inimicis Longobardis reſiſtite, deſtringentes eos firmiter, vt propria ſanctæ Dei Eccleſiæ Romanæ Reipublicæ reddere debeant, eò quòd omnia quæ vobis polliciti ſunt tranſgredientes, nos quotidiè affligẽdo & opprimendo non ceſſant, etiam quia aliquid nobis reddere minimè ſunt inclinati, & iam noſtros inuadere fines noſcũtur, & tantũmodò per argumentum in præſentia de veſtris Miſſis ſimulant iuſtitias nobis faciendum, nam nihil ad effectum perducitur, & quicquam ab eis de noſtris iuſtitijs nequaquam recipere valuimus.*

* coniuramus

Vnde ecce vt cuncti noſtri dolores ſubtiliter veſtris auribus ſuggerantur, direximus noſtros Miſſos, videlicèt Petrum dilectum filium noſtrum presbyterum, & Pamphilum Defenſorem Regionarium ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, quos & de imminente nobis tribulatione, necnon & de ſingulis cauſis ſubtiliter informauimus veſtro regali intimandum culmini; & petimus, vt ſolitè benignè eos ſuſcipere, noſtræq; petitioni veſtras à Deo inſpiratas aures accommodare dignemini, & ampliſſimam liberationem, atq; exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ ſpiritualis matris veſtræ, & iſtius à vobis redemptæ prouinciæ defenſionem perficere iubeatis, vt perfectam remunerationem à iuſto Iudice Deo noſtro, intercedente eius principe Apoſtolorum beato Petro, ſuſcipiatis. XV. LEGATI MISSI.

Præſentem itaque exhortationem noſtram, atq; adiurationem in Confeſſione B. Petri ponentes, & ſacrificium ſuper eam atq; hoſtias Deo noſtro offerentes, vobis cum lacbrymis ex eadem ſacra Confeſſione direximus. Et ſi quis (quod non optamus) contra huiuſmodi noſtræ adiurationis, atq; exhortationis ſeriem agere præſumpſerit: ſciat ſe auctoritate domini mei beati Petri principis Apoſtolorum anathematis vinculo eſſe innodatũ, & à Regno Dei alienum, atq; cũ diabolo, atq; eius atrociſſimis pompis, & cæteris impijs, æternis incendijs concremandum deputatũ. At verò qui obſeruator & cuſtos iſtius noſtræ exhortationis extiterit, cœleſtibus benedictionibus a Domino Deo noſtro illuſtratus, æternis præmiorum gaudijs cum omnibus Sanctis & electis Dei particeps effici mereatur. Incolumẽ excellentiã veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. ſic epiſtola. VETUS RITUS DE LITTERIS APOSTOLICIS.

His acceptis litteris Carolus nutabundus ac dubius redditus, planè reſili ſſer, niſi mater impedimento fuiſſet: quæ quod cœpiſſet, & cuius causâ in Italiam deſcendiſſet, omninò perfici voluiſſet. Verùm ille ſic paſſus eſt ſe teneri, vt tamen ſolutionem meditaretur, quam quantùm poſſet accelararet. Quomodo autem ſequenti anno ad eius patrem Regem Longobardorum Deſiderium eam dimiſerit, ſuo loco dicturi ſumus.

Sed hîc illud iure reuocari poteſt in dubium, quod tradunt rerum Francarum ſcriptores, Carolomannum accepiſſe in vxorem filiam eiuſdem Deſiderij Regis Longobardorum, ex eaque filios ſuſcepiſſe; ſiquidem nonniſi de vna filia eiuſdem XVI.

Regis mentio habetur in litteris Stephani Papæ, eandemque Carolo nuptam, teſtis eſt inter alios Eginhardus, qui fuit ipſi Carolo à ſecretis. Nec dici poteſt, aliam filiam Deſiderij antè fuiſſe Carolomanno nuptam: nam non ipſi, ſed potiùs Francæ nobili fœminæ coniugio obligatum à patre, eiuſdem Stephani Papæ litteræ indicant. Verùm plures eas fuiſſe, ex eiſq; alteram Carolo, alteram verò Carolomanno nuptam eſſe, veteres Annales docent. Quomodo autem iſta ſoluantur contraria, hactenùs non inuenimus.

Quod inſuper ad res Frácorum ſpectat, hoc anno ponitur habita à Carolo Magno Rege Synodus in Vuarmatia ciuitate. Religioſiſſimus quidē Rex ſatis perſpectum habens tunc Regna florere, Regesque aduersùs hoſtes victores exiſtere, cum religio viget: hoc & ſequenti anno ac deinceps multus fuit in ſacris Concilijs celebrandis: tria namque ab hoc tempore ſingulis annis Vuarmatiæ ciuitatis & ad Valentinianas ab eo leguntur [a] Concilia celebrata. Extat Conciliū Vuormatianum, ſiue Vuormatienſe, in quo poſt dignam fidei confeſſionem octoginta canones ſubijciuntur. Porrò in Capitularibus Regum Francorum digna memoriâ iſta leguntur [b] tunc ſuggeſta à populis ſupplici corporis habitu coram ipſo Carolo Rege.

[a] Vit. Caroli Magni.

[b] Capitul. Franc. lib. 6. cap. 185. & 186.

XVII. SVPPLICATIO POPVLI IN CONCILIO VVORMAT.

*Flexis omnes precamur poplitibus maieſtatem veſtrā, vt Epiſcopi deinceps, ſicut hactenùs, non vexentur * hoſtibus: ſed quando vos noſq; in hoſtem pergimus, ipſi proprijs reſideant in parochijs, Deoq; fideliter famulari ſtudeant, & earum ſacroſancta myſteria * canone & Deo placitè peragere ſatagant, atque pro vobis cunctoq; exercitu veſtro vnà cum omnibus ſibi commiſſis orare viriliter, Miſſasq; decantare, litanias atq; eleemoſynas facere decertent. Quoſdam enim ex eis ab hoſtibus * & prœlijs vulneratos vidimus, & quoſdam perijſſe cognouimus. Hæc verò valdè periculoſa, & oppidò ſunt cauenda: quæ idcirco ſuggerimus, vt pro talibus vos & nos ſimul pereamus. Nouit Dominus, quando eos in talibus videmus, terror apprehendit nos, & quidam ex noſtris timore perterriti propter hoc fugere, & inimicis terga vertere ſolent. Plures enim poteſtis habere præliatores, ſi illi proprijs reſident in parochijs, quàm ſi nobiſcum pergunt: quoniā illi qui eos præuident, omnes tunc pugnabunt: quod modò nequaquam faciunt, ſed eos tātummodò cuſtodiunt. Nam ſine dubio potiùs vobis nobiſq; proficere poſſunt, ſi remanſerint, quàm ſi in hoſtem, vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorum precibus adiuuamur, & modò eorum preſſuris grauamur. Quando verò [c] Moyſes expanſis ad cœlum manibus orabat, vincebat Iſraël, & quando à precibus ceſſabat, & manus eius grauabantur priuſquam ſuſtentatæ fierent, & ipſe precibus inſiſteret, vincebatur & terga vertebat.*

* hoſtilibus

* canonicè

* in

CVM MAGNO DAMNO MILITANT CLERICI.

[c] Exod. 17.

XVIII.

*Talibus ergo & multis alijs exemplis fulti, quorū prolixitatem vitantes modò non dicimus, quia ſapienti ſemel dicta ſufficiunt prædicta: obnixè omnes precamur, & vt concedantur rogamus, quia nullatenus volumus aſſentire, vt nobiſcum ad * talia pergant, niſi duo aut tres benè docti, electione videlicèt cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem faciendā, ne vos & nos ſimul cū pluribus pereamus, ſed eorū precibus (vt iam memoratum eſt) fulciamur. Quam formam & de ſacerdotibus tenere optamus, id eſt, vt nec illi in hoſtem niſi benedicti, & ipſi electione atq; permiſſione propriorū Epiſcoporū pergant ſcilicèt, qui tamē tales ſint, de quorum ſcientia & vita & cōuerſatione omnes ſecuri eſſe poſſimus.*

* prœlia

QVI SACERDOTES PROCEDANT AD CASTRA.

Illud tamen vobis & omnibus ſciro cupimus, quod non propterea hæc petimus, vt eorum res, aut aliquid ex eorum pecunijs, niſi ipſis aliquid ſponte nobis dare placuerit, aut eorum Eccleſias viduari cupiamus, ſed magis eis (ſi Dominus poſſe dederit) augere deſideramus, vt & ipſi & vos & nos ſaluatores ſimus, ac Deo potius, ipſo adminiculante, placere mereamur. Scimus enim res Eccleſiæ Deo eſſe ſacratas, ſcimus eas oblationes eſſe fidelium, & pretia peccatorum: quapropter ſi quis eas ab Eccleſijs, quibus à fidelibus collatæ, Deoq; ſacratæ ſunt, aufert, proculdubio ſacrilegium cōmittit. cæcus enim eſt, qui iſta non videt. Quiſquis ergo noſtrum ſuas res Eccleſiæ tradit, Domino Deo illas offert, atque dedicat, ſuoq; Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita.

REGES NON ACCIPIANT RES ECCLESIÆ.

XIX.

Facit enim ſcripturam de ipſis rebus quas Deo dare deſiderat, & ipſam ſcripturam corā altari, aut ſupra tenet in manu dicens eiuſmodi loci ſacerdotibus atq; cuſtodibus: Offero Deo, atq; dedico omnes res quæ hac in chartula tenentur inſerta pro remiſſione peccatorum meorum ac parentum & filiorum, aut pro quocumq; illas Deo delibera re voluerit, ad ſeruiendum ex his Deo in ſacrificijs, Miſſarumq; ſolemnijs, orationibus, luminarijs, pauperū ac clericorum alimonijs, & cæteris diuinis cultibus, atq; illius Eccleſiæ vtilitatibus. Si quis autem eas inde (quod fieri nullatenus credo) abſtulerit, ſub pœna ſacrilegij ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, ſtrictiſſimas reddat rationes. Ponit etiam in ea alias coniurationes, quas enumerare longum eſt. Nam qui eas inde poſtrà aufert, quid agit niſi ſacrilegium? Si ergo amico quippiam capere furtum eſt: Eccleſiam verò fraudari vel auferre indubitàter ſacrilegium eſt. Vnde & in ſacris canonibus ſpiritu Dei conditis habetur ita: Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiā accipere vel dare voluerit, præter Epiſcopi conſcientiam, vel eius cui huiuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec cum eius voluerit agere conſilio, Anathema ſit.

RITVS SACRARVM OBLATIONVM.

*Abſit enim vt rerum Eccleſiarum cupiditate vel ablatione ſacrilegi, aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis vnquam deuinciamur: quoniam ſcimus * anathematos homines vel ſacrilegos, non ſolum infames, & à cōſortio fidelium priuſquam hæc per publicā ſatiſfactionem Eccleſiæ & Epiſcoporum reconciliationem, manuſq; impoſitionem emendent, alienos eſſe, ſed etiam à Regno Dei extorres fieri, ſi in talibus defecerint, nō dubitamus. Vt ergo omnis ſuſpicio à nobis, cunctis ſacerdotibus & omnibus Chriſti & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus funditus auferatur: profitemur omnes ſtipulam dextris in manibus tenentes, ramq; proprijs è manibus abijcientes, coram Deo & Angelis eius, ac vobis cunctiſq; ſacerdotibus, & populis circumſtantibus, nec talia facere, nec facere volentibus conſentire, ſed magis Deo auxiliante reſiſtere.*

* anathematizatos

ABSTINEANT REGES A REBVS ECCLESIÆ.

Et hoc vobis omnibuſq; fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris notum eſſe cupimus, quod cum his, qui abſque voluntate aut conſenſu vel datione rectoris illius Eccleſiæ, cui ipſæ res iuſtè eſſe debentur, & maximè proprij Epiſcopi res Eccleſiæ Regibus petere, aut retentare, vel auferre, aut inuadere, vel vaſtare præſumpſerint: nec in hoſtē, nec ad pugnam ire, nec cibū ſumere, nec ad Eccleſiā, vel ad palatiū, aut in itinere pergere, nec etiā noſtres homines cum eorum hominibus, aut caballos, vel reliqua pecora noſtra cum eorum pecoribus, aut ad paſtum ire, aut ſimul habitare, vel manere, nec vllam participationē cum eis niſi pro emendatione, ante publicā emendationē, & Eccleſiæ ſatiſfactionē vmquam ſcienter, aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atq; flagitijs vnà cum eis nos & noſtri (quod abſit) pereamus. Scimus enim quia perit iuſtus pro impio. Tales verò à nobis, ſi nos fideles habere vultis, ſegregate, & in ergaſtulum ſub publica pœnitentia redigite, & poſtulata concedite. Vt ergo hæc omnia à vobis, & à nobis, ſiue à ſucceſſoribus veſtris & noſtris futuris temporibus abſq; vlla diſſimulatione conſeruentur, ſcriptis Eccleſiaſticis inſerere iubete, & inter veſtra capitula interpolare præcipite. hactenùs petitio populi. Sequitur ibidem conceſſio Caroli iſtis verbis [d]:

XX. ADVERSVS OCCVPANTES BONA ECCLESIASTICA.

[d] Eod. lib. 6. Capit. c. 186.

XXI.

Omnibus notū eſſe volumus, quia non ſolùm ea quæ ſuper Epiſcoporum & presbyterorum hoſtium vexationibus

& pre-

Digitized by Google

& precibus pro nobis & vobis fieri rogitaſtis; concedere optamus; ſed quicquid pro ſancta Dei Eccleſia & ſacerdotum, ſiue totius populi & veſtrâ vtilitate inueneritis, concedere paratiſſimi ſumus: & modò iſta, ſicut petiſtis, concedimus. Et quando vitâ comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, ſicut petiſtis conſultu omnium fidelium noſtrorum, ſcriptis firmare noſtris, noſtrorumq́; atq; futuris temporibus irrefragabiliter manenda firmiſſime, Domino adminiculante, cupimus. Modò ea quæ generalia ſunt, & omnibus conuenient ordinibus ſtatuere, & cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſq́; fidelibus, ob Dei omnipotentis amorem & recordationem, tradere parati ſumus: Et ad proximum ſynodalem noſtrum conuentum, ac generale placitum, vbi plures Epiſcopi & Comites conuenerint, iſta ſicut poſtulaſtis, firmabimus. hactenus reſponſio & cõceſſio Caroli Magni. Sequenti autem capite iſta ponuntur [a]:

CONCESSIO CAROLI MAGNI FACTA ECCLESIIS.

[a] Exod. lib. 6. Capitul. c. 187.

Auctoritas Eccleſiaſtica atq; canonica docet, non debere abſq; ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari. hæc ibi: quibus intelligas quotquot ſub iiſdem Francorum Regibus legiſti, celebrata fuiſſe eorum ordinatione Concilia, eadem nonniſi aſſenſu Romanorum Pontificum habita eſſe, quod & aliàs pluribus oſtendimus.

XXII. Intereà res Chriſtianorum in Hiſpania magis magiſq́ue fluctuant, dum præter bellum aduerſus Sarracenos, & duram ſeruitutem quam magna ex parte ſubire cogerentur, adijceretur ciuilis diſcordia & domeſticum malum, cum perempto Froila Rege per Aurelium eius patruum, ſiue (vt alij tradunt) germanum, idem Aurelius Regnum inuadit hoc ipſo anno, nempe (vt Tudenſis ſupputat) Erâ octingenteſimâ octauâ, licèt alij vndecim tantùm annos eidem Froilæ tradant, defunctumq́ue anno octingenteſimo ſexageſimo octauo. Huius tempore etiam ſeruili bello Regnum flagrauit, cuius causâ, vt cum Mauris fœdus iniret, infamem quoque illam conditionem ſubire non renuit, vt numerum quemdam Chriſtianarũ virginum loco tributi quotannis Maurorum Regi perſolueret. Imperabat tunc Mauris Abderrhamanus omnium felicitiſſimus, tradit præterea Tudenſis, huius Regis Aurelij & illud periniquum decretum, nempe, vt nobiles Hiſpanæ mulieres matrimonio iungerentur cum Sarracenis.

XXIII. PERSECVTIO IN MONACHOS RECRVDESCIT.

Quod verò ad res pertinet Orientales: illic magis magiſq́; perſecutio recrudeſcit, tantum abeſt, vt ex litteris Stephani Romani Pontificis Cõſtantinus Imperator ad meliorem frugem conuerſus ſit. Qui enim Conſtantinopoli monachos omnes quos reperit ludibrio affectos malè perdidit: idem in prouinciis agi curauit per earumdem rectores prouinciarum, nam audi quid Epheſi actum ſit, memorandum turpitudinis, atque crudelitatis exemplum. Theophanes enim ait: *Eodem verò anno trigeſimo imperij Conſtantini imitatus Lachanodracò Præfectus magiſtrum ſuum, omnem monachum & monacham in themate Thraceſiorum commorantes apud Epheſum cõgregauit, & eduxit eos in campum, & ait: Qui vult Imperatori ac nobis obedire, albâ induatur veſte, & vxorem hac ſumat horâ; at qui hoc facere paruipenderint, priuati luminibus in Cyprum exilio damnabuntur. Tuncque opus pariter cum verbo conſummatum eſt & multi oſtenſi ſunt Martyres. Multi verò deficientes & eneruati perierunt quos & familiares ſibi Draco faciebat.* hæc Theophanes. Porrò eadem perſecutio haud vnius anni periodo clauſa finem accepit, ſed magis magiſque ſæuiit vſque ad obitum ipſius Conſtantini Copronymi, vt quæ inferiùs dicturi ſumus oſtendent. In tanto monaſticæ ordinis in Oriẽte naufragio, vix aliquis remanſit monachus, qui ab eodem non fuerit addictus ſupplicio; alij qui ſubterraneas latebras quæritantes ab hominum oculis penitùs ſe ſubduxerint. Fuit inter alios ſanctus Plato Abbas monachorum montis Olympi: qui ad hoc ſaluatus, vt poſt procellas poſſet eſſe aliis cauſa ſalutis. eius res geſtas Theodorus Studita conſcripſit. dicturi ſumus de ipſo inferiùs ſuo loco.

IESV CHRISTI
Annus 771.

STEPHANI PAP. IV. Annus 4. CONST. COPR. IMP. Annus 31.

I. SEQVITVR ordine temporis ſeptingenteſimus ſeptuageſimus primus annus Redemptoris, Indictione nonâ, quo cœpta ſemel in Oriente aduerſus monachos perſecutio per Cõſtantinum Imp. maioribus augmentis ſæuiit non in ipſos tantùm, ſed & in eorum domicilia, de quibus omnibus hoc anno habet iſta Theophanes: *Eodem quoq; anno trigeſimo primo Imperij Conſtantini, miſſo Prætore Thraceſiorum Lachanodracone & Leone Notario ſuo, & Leone ex monacho, venundabat omnia monaſteria virorum ac mulierum, & omnia vaſa ſacrata, & libros, & pecora, quæ patrimoniorum eorum erant, & horum pretia Principi detulit. Quotquot autem monachicos & paternos libros, in quibus vitæ erant ſanctorum Patrum, reperit, igne combuſſit: & ſi alicubi lipſanum, hoc eſt, venerandas reliquias ſanctis cuiuſquam habens apparuiſſet: ad cuſtodiam & hoc quoq; nihilominùs igni tradebat; eum verò qui habebat illud, vt impiè agentem puniebat. Et multos quidem monachorum interfecit verberibus, quoſdam etiam gladijs trucidauit.*

DIRA PERSECVTIO AVGETVR IN MONACHOS.

Prætereà innumerabiles oculorum viſibus priuauit, & quorumdam quidem barbas cerâ & oleo perungens ſuccendebat igne, & ita tam facies eorum, quàm capita cremabat. Porrò poſt alios cruciatus etiam exilijs deſtinabat: & poſtremò in toto themate, hoc eſt, prouincia ſibi ſubiecta, non deſeruit hominem vnum monaſtico ſchemate amictum. Quod cùm didiciſſet Imperator, bonum ſemper exoſum habens ſcripſit ei gratias, dicens: Inueni hominem ſecundum cor meum, quia facias omnes voluntates meas. Hunc ergo imitantes cæteri ſimilia perpetrabant: hæc Theophanes.

II. Quod ad res Occidentalis Eccleſiæ pertinet, hoc anno, Carolus Magnus vxorem quam duxerat, Bertam filiam Deſiderij Regis Longobardorum repudians, eam miſit ad patrem, ſoluens ſe nexibus contracti coniugij. In Francorum enim [b] Annalibus ita iſta hoc anno ſcribuntur: *Hoc anno etiam dominus Carolus Rex repudiauit filiam Deſiderij Regis Longobardorum, anno poſtquàm matris hortatu eam duxerat vxorem, & Hildegardem de gente Sueuorum præcipuæ nobilitatis feminam in matrimonium accepit.* hæc ibi. habet eadem Eginhardus, ſiue Einardus (vt alii nominant) in vita quam ipſius Caroli ſcripſit.

[b] Aim. li. 4. c. 68. 69.

CAROLVS REPVDIAT BERTAM FILIAM DESID. REGIS.

Cæterùm quid interceſſerit impedimẽti, vt matrimonium, quod contraxerat, ſolueretur, nemo ſcriptorum veterum (quod recordemur) refert. Qua in re præter iuſſionem Romani Pontificis, quâ ſub diro anathemate iuſſerat, ne cum ea matrimonio iungeretur, aliqua etiam alia potuit iuſta cauſa ex parte mulieris anteà incognita interceſſiſſe, ex qua eiuſmodi contractũ diſſolui legitimè potuit matrimoniũ, & alii duci (vt fecit) mulierem vxorem. Sic licet de Rege Chriſtianiſſimo opinari.

III. Verùm quòd huiuſmodi cauſa ſecreta latuit, complures pij viri haud leue paſſi ſunt ſcandalum, cùm ſic repudiatam eam & aliam ductam viderũt à Carolo, contradicentibus Eccleſiaſticis legibus. Fuit ex his vnus Adelhardus eiuſdem Caroli conſobrinus, qui hac occaſione ſe ab eiuſdem Principis palatio abdicauit, ac monaſticum inſtitutum amplectens, mirâ claruit ſanctitate: in cuius rebus geſtis quàm fideliſſimè ſcriptis ab huius temporis auctore Paſchaſio Ratberto, iſta leguntur [a]: *Cùm Carolus deſideratam Deſiderij Regis Italorum filiam repudiaret, quam ſibi dudum etiam quorumdam Francorum iuramento petierat in coniugium, vt nullo negotio beatus ſenex perſuaderi poſſet, dum adhuc eſſet tyro palatij, vt ei quam viuente illâ, Rex acceperat, aliquo communicaret ſeruitutis obſequio. Sed culpabat modis omnibus tale connubium. & gemebat puer beatæ indolis, quòd & nonnulli Francorum ex eo eſſent periuri, atque Rex illicito vteretur thoro, propriâ ſine aliquo crimine repulſâ vxore. Qui nimio zelo ſuccenſus, elegit plus ſæculum relinquere adhuc puer, quàm talibus admiſceri negotijs; vt propinquo, cui contraire prohibendo non poſſet, non ſe conſentire fugiendo monſtraret.* hæc auctor, qui & de eodem inferiùs ſubijcit, ipſum petiiſſe Corbeiæ monaſterium, in eoque excoluiſſe vitam monaſticam, atque vixiſſe ſanctitate conſpicuum.

[a] Apud Sur. die 2. Ian.

IV. Hoc eodem anno, qui & nominatur tertius Caroli & Carolomanni Regum, inuentum eſt venerandum corpus ſanctiſſimi viri Huberti Epiſcopi Leodienſis, tranſlatumque per eumdem Regem Carolomannum honorificentiſſimè. Idq; factum anno decimoſexto ab eius feliciſſimo trãſitu. Rem geſtam ſcribit eius diſcipulus [b] atque familiaris, qui his omnibus potuit præſens eſſe: ſed quomodo integrum inuentum eſt corpus, vt nuper defuncti referret imaginem, hæc ab eodem auctore accipe: *Introſpicientes glorioſum eius corpus nulla detrimenta paſſum, illæſum à diſſolutione atque putredine reppererunt. Et pro tabo atque putredine, aromatum more illud ſenſerunt mirifico odore feruere. Caput autem eius perluſtrantes oculis, vident quidem vultum eius (quod dictu quoque mirabile eſt) ſudore perfuſum, & velut nocturno opaca roſcidulis perfuſum guttulis: coronam verò capillorum alienam prorſus ab omni læſione, cæſariemq; auctam & prolixitate & pulchritudine: neque enim candore ſenili albebat, ſed colore & viſione ſui iuuenis caput repromittebat,* &c. Quomodo autem ad tam admirabile ſpectaculum, qui in proximo erat accurrit Rex Carolomannus, & eidem religioſa impendit officia, inferiùs idem auctor ita deſcribit.

[b] Apud Sur. die 3. Nouẽ. tom. 6.

S. HVBERTI ELEVATIO ATQVE TRANSLATIO.

V. *Vt autem in tanto miraculo Domini potentia potiſſimùm magnificaretur, & virtus nota redderetur, pars magna Princeps clariſſimus atque Orthodoxus extitit Carolomannus. Qui talibus auditis, regali è ſolio exiliit, & vnà cum vxore & primoribus palatij ſui, & ad viri Dei corpus perniſendum acceſſit. Et admirans potentiam Domini, virtutem eius magnificauit, miſericordiam collaudauit, & quia in diebus ſuis talia oſtendere dignatus ſit, glorioſum nomen eius benedixit, nimioque gaudio permotus inter pias laudes & gratiarum actiones, gaudio eliciente, lachrymas fudit, ſed & aduenientium itidem quiſque fecit, gaudebantque exoſculari manus & pedes beatiſſimi viri, quem Deus honorare dignatus eſt tanti prærogatiua miraculi.*

VI. *Rex intereà memorabilis Carolomãnus, vnà cum Optimatibus ſuis, proceribusq; ſui palatij, ſanctiſſimi viri membra ſuauiſſimis, & (vt ita dixerim) inenarrabilibus odoribus redolentia ſuſtulit ex vaſe ſepulchri, & loculo impoſuit, & cum magna lætitia atque honore, necnon hymnorum decantatione, ſed & candelabrorum lumine, aromatumque ſuauiſſimo odore detulit ante ſacrum altare; idemque maxima munera deuouit atque attribuit, vaſa ſcilicèt argentea, & pallia peregrino opere elaborata; necnon fundos, fundorumq; reditus, itemq; ſeruos prædiorumq; dedecitat incolas. Quæ ſingula teſtamento mandauit, & Eccleſiæ in quam ſanctum corpus intulit, in perpetuam hæreditatem delegauit, ſanctiq; viri oſſa nobiliter ibi collocauit.* hæc de eleuatione & tranſlatione auctor, & de inſigni pietate Carolomanni erga ſacras venerandaſque ſancti viri reliquias. Ex quibus & illud intelligas, Deum vbiq; mirabilem in Sãctis ſuis; dum eodem ipſo tempore, quo per impium Conſtantinũ Copronymum in Oriente ſacræ reliquiæ dehoneſtantur, proijciuntur, & diſperguntur, fecerit in Occidente regio obſequio tolli, eleuari, adorari, coli, transferri, & munificẽt à regiâ frequentari. *Has igitur propitiationis hoſtias præmiſit ad Deum religioſiſſimus Rex Carolomannus, ipſo ſuo ſequuturus aduentu. Etenim hoc ipſo anno pridie Nonas Decembris in Villa Salmuntiaco ex hac vita migrans, anno Regni ſui poſt patris obitum tertio, ſepeliturq; Remis. vxor verò eius, filia Deſiderij Regis Longobardorum cum filijs in Italiam pergit.* hæc veteres Annales Francorum hoc anno.

INSIGNIS PIETAS CAROLOMANNI REGIS.

CAROLOMANNI OBITVS.

Annal. Franc. Pithœi hoc an. & apud Aim. lib. 4. cap. 68.

Fratre deſtitutus Carolus, ad capiendam reliquam Regni partem, quæ fratris erat, Synodum habendam curauit in Villa Carboniaco dicta, vbi fratris Optimates benignè ſuſcepit, & Vuillarium Epiſcopum Sedunenſem & Fulradum Capellanum & alios plures ſacerdotes qui inhærebant ſuo germano. In quo quidem Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, Comitumque conuentu, nihil prætereà actum reperitur, quàm quæ ad monarchiam Francorum Regni ſpectabant, vt eâ Carolus potiretur.

IESV CHRISTI
Annus 772.

HADRIANI PAP.	CONST. COPRO. IMP.
Annus 1.	Annus 32.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus ſeptuageſimus ſecundus, Indictione decimâ, quo viuente adhuc Stephano Papâ ante dies octo quam ex hac vita migraret, nouis turbis Vrbs exagitatur, dum factione Pauli cognomento Afiarta, miſer Sergius Secundicerius, qui anteà eius operâ fuerat excæcatus, & ita luminibus orbus aſſeruabatur in Cellario Lateranenſi, conductis Anagnia ſuæ factionis nefandis hominibus, primâ noctis horâ eductus inde, fune ad collum ligato ductus ad Merulanum prope baſilicam ſanctę Dei Genitricis Ad præſepe locum, ibi ab eis plurimis confoſſus vulneribus, intra ſepulchrũ prope porticum proiectus eſt. Quod impium facinus poſteà apud Stephani Papæ ſucceſſorem delatum, habitâ quæſtione repertum atq; punitum eſt, vt ſuo loco inferiùs dicturi ſumus. hæc acta ſunt cum Stephanus Pontifex ægrotaret, qui poſt dies octo à nece Sergij defunctus eſt Kalendis Februarij, cùm ſediſſet annos tres, menſes quinque, dies viginti octo.

SERGII SECVNDICERII CÆDES.

STEPHANI PAPÆ OBITVS.

II. Quod autem ad ſcriptas ab eo epiſtolas pertinet, ex eodem citato ſuperiùs codice quinque ab eo ſcriptarum epiſtolarum, eiuſmodi argumenta redduntur his verbis:

Scripſit Pontificatûs initio ad Pipinum, petens homines doctos mitti ad Synodum Romanam.

Aliam ſcripſit ad Carlomannum, quâ petit, vt liceat ſibi eſſe compater & teſtis baptiſmi filij eius.

Inſuper & aliam dedit ad Carolum & Carlomannum fratres, in qua gratulatur eis, quod poſt lites ſibi inuicem reconciliati eſſent. Et petit, vt cogant Longobardos reddere, quæ de patrimonio ſancti Petri rapuiſſent.

Scripſit & aliam ad Carolum & matrem eius, in qua illis & gratias agit pro defenſione Eccleſiæ, & commendat Itherium quòd diligenter curarit, quæ fuerant ipſi commiſſa.

Adhuc aliam ad eoſdem Reges dedit epiſtolã, in qua prolixè commemorat inſidias ſibi per Dodonem Francorum Præfectum ſtructas, & Deſiderij erga ſe beneuolentiam, cuius ope ſe defenſum eſſe indicat. hæc ſunt epiſtolarum argumenta, præter illas, quam de non ineundo coniugio cum filia Deſiderij ad Carolum ſcripſit, iam ſuperiùs integram recitatam, ſuoq; loco poſitam. Demum verò de ipſo hæc Anaſtaſius: *Fecit ipſe ſanctiſſimus Pontifex ordinationem vnam menſe Decembris, creauit presbyteros quinque, diaconos quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca numero .... Qui & ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum, & ceſſauit Epiſcopatus eius dies octo.*

III. HADRIANVS PAPA CREATVR.

Sic igitur die nonâ eiuſdem menſis Februarij ſummâ concordiâ Hadrianus ciuis Romanus nobili genere ortus ex patre Theodoro ex diacono Cardinale Pontifex creatur, de cuius primordijs hæc apud Anaſtaſium leguntur: *Hic namque beatiſſimus vir defuncto eius genitore, atq; paruulus nobiliſſimæ ſuæ genitrici relictus, ſtudioſè à patre Theodulo dudum Conſule atq; Duce, poſtmodum Primicerio ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, poſt * ſanctæ dictæ ſuæ genitricis obitum nutritus atq; educatus eſt. Nam à prima ætatis ſuæ pueritia, dum adhuc laicus exiſteret, ſpiritualibus ſtudijs & caritati, modeſtiaque vehementiùs inſiſtebat, ſedulè perſeuerans in Eccleſia ſancti Marci, quæ propinqua domus ſuæ eſſe videretur, illic crebras Domino noſtro referebat diu noctuque laudes, indutusq; cilicio, ieiunijs corpus ſuum macerabat, & eleemoſynas * enucleanter egenis & inopibus iuxta poſſibilitatis ſuæ vires libenter tribuebat: eiuſque bona actionis merita in omnium Romanorum aures frequenter reſonabant; ita vt ex hoc nobilitatis ac pudicitiæ eius fama longè lateq; diuulgaretur.*

* tantum

*

IV.

*Cuius pia conuerſationis vitam & ſpiritualem operationem ac præcipuos mores conſpiciens ſanctæ recordationis domnus Paulus Papa, eum clericari iuſſit, quem Notarium Regionarium in Eccleſia conſtituens, poſtmodum eum ſubdiaconum fecit. Dum verò poſt deceſſum domni Pauli Papæ ad Pontificatus culmen prouectus fuiſſet domnus Stephanus * ſecundus iunior Papa, & ipſe cernens eiuſdem beatiſſimi Hadriani ſpiritualium conuerſationum merita, in diaconij ordinem eum prouexit, & ex tunc multipliciter ſpiritualibus pollens ſtudijs, maximam tam ad euangelizandum populo ſolerter & clarè diuina atque Euangelica verba, quàm ad exercendum Eccleſiaſticam traditionem geſſit curam; & ita Spiritus ſancti gratia in eius corde refulſit, vt in omnibus efficax & idoneus comprobaretur. Sicq; factum eſt, vt dum de hac vita migraret anteſatus domnus Stephanus Papa, illicò (dum feruentiſſima affectu à populo Romano diligeretur) idem præcipuus ac ſanctiſſimus vir & Dei cultor Hadrianus, ad ſacrum Pontificatus euectus eſt culmen.* hæc Anaſtaſius, qui de eodem ſuperiùs hæc ait: *Vir valdè præclarus ex nobiliſſimi generis proſapia ortus, ex potentiſſimis Romanis parentibus editus elegans nimis fuit, & perſonâ decorabilis, conſtans etiam atq; fortiſſimus Orthodoxæ Fidei ac patriæ ſuæ & plebis ſibi commiſſæ defenſor, viriliter ſuâ virtute inimicis ſanctæ Dei Eccleſiæ ac Reipublicæ impugnatoribus reſiſtens, pauperum ac indigentium miſericordiſſimus ac copioſus conſolator: Eccleſiaſticarum namq; traditionum & ſanctorum Patrum conſtitutionum obſeruator.* hęc generatim de virtutibus eius idem auctor habet.

* tertius

HADRIANI PAPÆ VIRTVTES.

V. LEGATIO VENETORVM AD HADRIANVM.

Simulac autem Hadrianus creatus eſt, adierunt eum legati Veneti miſſi paulò antè ad Stephanum Papam, ſed ipſo tunc defuncto, ſucceſſorem eius Hadrianum conuenerunt. Fuerunt hi Gradenſis Antiſtes, Magnus presbyter, atque Conſtantinus Tribunus. Cauſa autem huius à Senatu Veneto decernendæ legationis fuit iugis vexatio Ioannis Epiſcopi Aquileienſis, qui fultus viribus Longobardorum, haud mediocre damnum inferret Gradenſi Eccleſiæ, à qua & Epiſcopos Iſtriæ alienare ſtuduit contra præcepta prædeceſſorum Romanorum Pontificum, & Stephani Hadriani anteceſſoris. Cùm igitur ij Hadrianum tum creatum Antiſtitẽ adijſſent, congratulati ipſi de ſumma dignitate collata, quod haberent in mandatis, ipſi ſignificarunt. Vetus querela, quæ Apoſtolicæ Sedis tribunalis aditum frequenti acceſſu triuiſſet. Hadrianus igitur memor illius ſententiæ: *Noli fieri iudex niſi valeas irrumpere iniquitates.* aduerſus Ioannem exurgens, Apoſtolicis eum cenſuris abſterruit: cõtinuitq; Iſtricos Epiſcopos ſub Patriarcha Gradenſi. Sed & cùm res Longobardorum in deterius laberentur, quorum viribus Aquileienſis Patriarcha factus erat audacior: res ad longum tempus compoſitæ perſeuerarunt. Cùm inter hæc iidem Veneti ex Senatuſconſulto ab eodem Hadriano Pontifice Riuoalto, vbi ipſi populo frequentiori conuenerant, Epiſcopum petiêre, primusq; Antiſtes illi datus Obeliatus nomine filius Eneagri Tribuni. Sicque res Venetæ ſub Hadriano pacis ac religionis augmento floruêre, pluribus autem iſta Sabellicus.[a]

[a] Sabell. lib. 8. Enn. 8. prope fin.

VI.

Sed ad res Vrbanas conuertatur oratio, & quæ Hadrianus vbi ordinatus eſt, geſſit hoc anno, ex eodem Anaſtaſio videamus: *Hic namq;, inquit, ipſâ electionis ſuæ die, confeſtim eâdem horâ quâ electus eſt reuerti fecit Iudices illos huius Romanæ Vrbis tam de clero quam de militia, qui in exilium ad tranſitum domni Stephani Papæ miſſi fuerant à Paulo Cubiculario, cognomento Afiarta, & alijs conſentaneis impijs ſatellitibus. Sed & reliquos qui in arcta cuſtodia mancipati & retruſi erant, abſolui fecit, & ita omnibus cum eo exultantibus, Pontificalem, Deo auſpice, ſuſcepit conſecrationem.*

Idemq; in ipſo exordio conſecrationis ſuæ, direxit ad eius beatitudinem ſuos Miſſos Deſiderius Longobardorum Rex, id eſt, Theodoricum Ducem Spoletinum, Tunnonem Ducem Eburæ Regiæ, & Prandulum Veſtiarium ſuum, ſuaſionis per eos verba mittens, ſeſe quaſi cum vinculo caritatis velle colligari. Quibus ita beatiſſimus Pontifex reſpondit, dicens: Ego quidem cum omnibus Chriſtianis pacem cupio habere, etiam & cum Deſiderio Rege veſtro, & in ea fœderis pace quæ inter Romanos, Francos & Longobardos confirmata eſt, ſtudeo permanere. Sed quomodo poſſum credere eidem Regi veſtro, in quem ſubtiliùs mihi ſanctæ recordationis prædeceſſor meus domnus Stephanus Papa de fraudulentia eius fide retulit, inquiens, quòd omnia ille mentitus fuiſſet, quæ ei in corpus beati Petri iureiurando promiſit, pro iuſtitijs ſanctæ Dei Eccleſiæ faciendis? hæc & alia quæ anno quo ſunt facta, ſuperiùs habentur relata, poſtq; hæc adhuc iſta ad illos: *Ecce qualis eſt fides Deſiderij Regis veſtri; & cum qua fiducia illi confœderari poſſumus?*

VII.

Hæc verò eodem beatiſſimo Hadriano Præſule proſequẽte ijſdem Miſſis Deſiderij Regis, illi magis confirmabant vinculo ſacramenti, quod eorum Rex & omnes iuſtitias quas anteſato domno Stephano Papæ non fecerat, eidem præcipuo Pontifici & ſummo Paſtori perficeret, & in vinculo caritatis inſolubili connexione cum eo ſe fore permanſu-

A *rum. Quorum iuramentis credens eius beatitudo, direxit ad eumdem Deſiderium Regem Miſſos ſuos pro his omnibus perficiendis, ſcilicèt Stephanum Notarium Regionarium & Sacellarium, atque Paulum Cubicularium & cætera ſuper iſta. Quibus egredientibus ab hac Romana Vrbe & Peruſiam coniungentibus, coniunxit mādatum,* nuntium ſcilicèt, *quòd iam fatus Deſiderius Rex abſtuliſſet ciuitatem Fauentiam & Ducatum Ferraria & * Comachium de Exarchatu Rauennate, quem ſancta memoria Pipinus Rex & eius filij Carolus & Carolomannus excellentiſſimi Reges Francorum & Patricij Romanorum beato Petro cōcedentes obtulêre.*

*Comaclium

VIII. DESIDERIVS INVADIT CIVITATES EXARCHATVS.

Nec duo menſes præteriêre, ex quo ipſe ſanctiſſimus Pōtificatûs culmen adeptus eſt, cùm idem atrociſſimus Deſiderius eaſdem abſtulit ciuitates, conſtringens ex omni parte ciues Rauennates, & B *Caſales, & hæc omnia præſidia Rauennatium occupans, cunctaque victualia, familias etiam ſeu peculia ipſorum, vel quæ in ipſis præſidijs habere videbantur abſtulit. Et dum nulla remanſiſſet ſpes viuendi neque Leoni Archiepiſcopo, neque præfatis Rauennatibus in magna anguſtia & fame & inopia poſitis: direxêre hi Romam Miſſos ſuos, ſcilicet Iulianum, Petrum, & Vitalianū Tribunum, deprecantes cum magno fletu eumdem ſanctiſſimum Pontificem, vt qualiter potuiſſet, ſubueniret ipſis, atque decertaret ad recolligendas ciuitates, aſſerentes quia ſi ipſæ ciuitates non fuerint reſtitutæ, viuere nullo modo poſſent.*

Tunc ipſe almificus Pontifex, dum adhuc prænominati Miſſi eſſent Romæ, per Stephanum Sacellarium & Paulum C *Cubicularium ſuper iſta, vt ad prænominatum pergerent Regem, direxit & ſuas deprecatorias litteras. vt eaſdem redderet ciuitates, increpans eum fortiter per ſua ſcripta, cur de promiſſione illa quam per ſuos Miſſos pollicendo direxerat, mutatus fuiſſet, & etiam quia iuſtitias beati Petri, iuxta vt promiſerat, non reddidit, inſuper & ciuitates illas quas antè ſucceſſoris eius beatiſſimi Pontificis domni Stephani Paulus, & idem Stephanus detinuerant, abſtuliſſet. Dum verò talia eidem protervo Deſiderio antefatus ſanctiſſimus Pontifex deprecando, monendo, & coniurando dixiſſet, ita ille remiſit in reſponſis: Quod niſi priùs ſe cum eo ipſo almificus Præſul coniungeret pariter ad loquēdum, minimè eaſdem redderet ciuitates.*

HADRIANVS PAP. AGIT PRO RECVPERANDIS CIVITATIBVS EXARCHATVS.

IX.

D *In ipſis verò diebus contigit vxorem & filios quondam Carolomanni Regis Francorum ad eumdem Regem Longobardorum fugam arripuiſſe cum Authcario & . . . . . . Nitebatur ipſe Deſiderius, atque inhianter decertabat, quatenus ipſi filij eiuſdem Carolomanni Regnum Francorum aſſumerent: & ob hoc ipſum ſanctiſſimum Præſulem ad ſe properandum ſeducere conabatur, vt ipſos antefatos Carolomanni filios Reges vngeret, cupiens diuiſionem in Regnum Francorum immittere, ipſumq; beatiſſimum Pontificem à caritate & dilectione excellentiſſimi Caroli Regis Francorum & Patricij Romanorum ſeparare, & Romanam Vrbem, cunctamq; Italiam ſub Regni Lōgobardorum poteſtate ſubiugare. Sed fauente Deo, hoc nullo modo potuit impetrare: quoniam ſicut lapis adamas ita firmus extitit Hadrianus Pontifex. Prænominatus ſiquidem Paulus* E *ſuper iſta adhuc apud eumdem Deſiderium exiſtens, firmiter ei promittebat, ſe ipſum beatiſſimum Papā ad eum deducere, dicens: Quod ſi etiam funem in eius pedibus me adhibere conuenerit, eum qualiter potuero, ad tuam deducam præſentiam.*

CONSILIVM DESIDERII REGIS.

X.

Sed factum eſt, vt eodem Paulo in itinere illo exiſtēnte, palàm omnibus fieret qualiter necare feciſſet Sergium Secundicerium, qui cæcus in Cellario erat: & metuens idem ſanctiſſimus Præſul, ne ſi eiuſmodi nuntium ad aures ipſius præſonuiſſet Pauli, vt aut ad eumdem Regem reuerteretur, atq; etiam in fines Longobardorum ab ipſo itinere declinaret, & aliquam malitiam ampliùs cum eodem Deſiderio in fines Romanorum atq; Exarchatum perpetraret (nam nimis dilectus illi atq; fidelis exiſtebat) ob hoc direxit antefatus ſanctiſſimus Papa clàm, nimiùmq; ſecretè Leoni Archiepiſcopo Rauennatium ciuitatis per Iulianum Tribunum, vt dum reuerteretur ipſe Paulus à Deſiderio, eum ſiue in Rauenna, ſiue in Arimino detineret. Quod & factum eſt, atq; in cuſtodia eſt detentus.

PAVLVS CVBICVLARIVS CAPTVS DETINETVR IN CVSTODIA.

*Tunc idem ſanctiſſimus Pontifex cœpit curioſè antefati Sergij Primicerij mortem inquirere, conuocanſque omnes Cellarios ſubtiliter cunctos perſcrutatur, quomodo ipſe Sergius ex eodem Cellario abſtractus fuiſſet. Qui reſpondentes dixêre, quia primâ noctis horâ veniens Caluentius Cubicularius eum extraxit. Et inquiſitus, quis illi præcepiſſet eumdem Sergium à præfato abſtrahi Cellario ad prænominatis * Campanis tradendum. Reſpondit mandatum* B *id à Paulo Cubiculario cognomento Afiarta, ſed & à Gregorio Defenſore Regionario, & Ioanne Duce germano domni Stephani Papæ, atq; à * Calulo Cubiculario ſibi hoc fuiſſe præceptum tradi iiſdem Campanis.*

* Campaninis

* Caluētio

XI.

Dirigenſq; idem ſanctiſſimus Præſul in Campaniam, in ciuitatem Anagninam adduci fecit prædictos Lauiſſonem & Leonatium. Qui præſentati Apoſtolicis obtutibus, fortiterq; conſtricti, confeſſi ſunt, dicentes: Quia à prænominato Paulo Cubiculario & Gregorio Defenſore Regionario, ſeu Ioanne Germano præfati domni Stephani Papæ, & Calulo item Cubiculario & maligno conſentaneo illis præceptum fuiſſet, prænominatum Sergium abſtollendum, ac interficiendum. Tunc protinùs direxit ipſe ſanctiſſimus Papa cum prænominatis Campanis ſuos fidiſſimos miniſtros, vt C *demonſtrarent locum, vbi ipſum Sergium interfecerunt atq; ſepelierunt, & properantes venerunt vſq; ad Merolanam, ad arcum depictum, qui eſt ſecùs viam quæ ducit ad Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe. Ibique iuxta eumdem arcum aperientes vnam ſepulturam, demonſtrauêre corpus illic Sergij repoſitum, funeq; eius guttur conſtrictum, atque ictibus totum corpus eius compunctum: vnde non dubium eſt ſuffocatum, ac ſemiuiuum fuiſſe transuerberatum.*

INQVIRIT PAPA DE NECE SERGII.

Quod cernentes vniuerſi primates Eccleſiæ ac Iudices militiæ aſcendētes vnanimiter cum vniuerſo populo in Lateranenſe Patriarchiū, proſtrati Apoſtolicis veſtigijs obnixè eumdem almificum Pontificem deprecati ſunt, vt vindictā atq; emendationem fieri præciperet de tanto inaudito piaculo in eos, D *qui præſumpſiſſent cæcum hominem ſæpius tormentis concrematum crudeliter interficere, quod factum numquam legeretur; aſſerentes, quia ſi talis flagitij reatus non expiaretur, nimis ipſa temeritatis præſumptio in hac Romana Vrbe pullularet, aſſumentes ex hoc audaciam peruerſi homines, vt tentarent peiora perpetrare. Tunc præfatus ſanctiſſimus Præſul precibus Iudicum, vniuerſiq; populi Romani iuſſit contradi antefatum Calulum Cubicularium & prænominatos Campanos Præfecto Vrbis, vt more homicidarum eos coram vniuerſo populo examinaret. Ductiq; è præfato Patriarchio in carcerem publicum, illic coram vniuerſo populo examinati ſunt.*

XII. QVÆSTIO HABITA DE NECE SERGII.

Sicq; ipſi Campani ſicut priùs examinati ſunt, ita & in eadem examinatione confeſſi ſunt. Calulus verò obdurans E *cor ſuum, vix confeſſus eſt, ita ſe omnia habere. Qui tamen in eodem carcere crudeli morte emiſit ſpiritum, pro amputandis tam intolerabilibus flagitij reatibus miſſi ſunt ipſi Campani Conſtantinopolim in exilium. Poſt hæc verò miſit antefatus beatiſſimus Papa abſtolli corpora Pauli & prænominati Sergij eius fratris, eaq; cum honore in Eccleſia beati Petri fecit ſepeliri. Geſta verò examinationis, qualiter proprij reatus noxam confeſſi ſunt iam dictus Calulus Cubicularius & prænominati Campani, direxit antefatus almificus Pontifex Rauennam, vt ibidem Paulo per ordinem relegerentur.*

FACINOROSI CONFITENTVR DELICTVM.

XIII.

Suſcipiens verò Leo Archiepiſcopus Rauēnatium eadem geſta, confeſtim ſine auctoritate Apoſtolica tradidit eumdem Paulum Conſulari Rauennatium vrbis: examina-

tuſque

eumq; Paulum coram omnibus Rauennatibus ſuit, eademque Acta eis electa ſunt; ſicq; ſe reum manifeſtans, tanti piaculi confeſſus eſt ſe perpetraſſe noxam. Ita verò cùm idem Paulus examinatus eſt, neq; ſcientia tes exinde data eſt præfato Romano Pontifici, neq; ab Archiepiſcopo, neq; ab aliquibus Rauennatibus, ſed per alios hoc eius ſanctitas cognouit. Dum verò hoc ageretur, cupiens ipſe præcipuus Paſtor & egregius Pontifex ſaluare animam iam dicti Pauli, ne in æternum periret: conſcribi fecit ſuggeſtionem ſuam Conſtantino & Leoni Auguſtis magnisq; Imperatoribus, ſignificans de ipſius Sergij caſi impia morte, atq; deprecans eorum Imperialem clementiam, ad emendationem tanti reatus ipſum Paulum ſuſcipi, atq; in ipſis Græciæ partibus vt in exilium mancipatum retineri præciperent. Direxitq; eamdem ſuggeſtionem eius beatitudo Leoni Archiepiſcopo, vt ipſum Paulum Conſtantinopolim in exilium, ſiue per Venetias, ſiue aliunde, qualiter potuiſſet, dirigeret, cum præfata Apoſtolica ſuggeſtione.

HADRIANUS EXILIUM PAULO DECERNIT.

Ipſe verò Archiepiſcopus Leo inſidians vehementer eidem Paulo, adhibuit impiam occaſionem, dirigens eidem præcipuo Pontifici in reſponſis, inexpedibile omnino eſſe eumdem Paulum illuc dirigere, eò quòd Deſiderius Longobardorum Rex filium Mauritij Ducis Venetiarum apud ſe captiuum detineret: nam ipſe Mauritius filium ſuum cupiens ab eodem Rege recipere, eumdem Paulum illi vicarium tradiderat. Ecce qualem occaſionem ipſe Archiepiſcopus Eccleſiæ Rauennatium callidè adhibuit, vt ipſum Paulum extinguere valeret, ſicq; remiſit ad Apoſtolicam Sedem ſuggeſtionem illam.

RETINETUR PAULUS NE MITTATUR IN ORIENTEM.

XIV. *Poſt hæc verò ipſe ſanctiſſimus Præſul cùm direxit Gregorium Sacellarium ſuum ad Deſiderium Longobardorum Regem deprecationis atq; exhortationis cauſa pro reſtituendis præfatis ab Eccleſia ablatis ciuitatibus, præcepit ei, vt ſimiter conteſtaretur Leonem Archiepiſcopum, quatenus ſaluum eumdem conſeruare ſtuderet Paulum, & cum reuerteretur è Ticino, ſecum eum huc Romam reduceret. Dum ergò præfatus Gregorius Sacellarius in Rauennatium properaſſet vrbem, conſtanter & firmiter proteſtatus eſt ante præfatum Archiepiſcopum & Iudices Rauennates ex præceptione Apoſtolica præſente Arinaldo Chartulario ibi exiſtente ciue Romano (illuc enim miſſus fuerat ab Apoſtolica Sede) ſaluum atq; incolumem ipſum Paulum conſeruandum donec Ticino reuerteretur, aſſerens ſibi fuiſſe præceptum ab Apoſtolica poteſtate, eum ſecum Romam deportandum, & Apoſtolicis ſaluum præſentandum obtutibus, hoc verò proteſtans, Archiepiſcopum cœptum Ticinum proſequutus eſt iter. At continuò prænominatus Archiepiſcopus, accerſito Conſulare Rauennatium ciuitatis, præcepit ei, ipſum Paulum interficiendum. Et dum reuerſus fuiſſet ſæpè fatus Sacellarius, Rauennamque coniungeret, inuenit prænominatum Paulum iam interfectum, pro quo nimis increpauit, eumdem Archiepiſcopum, cur præſumpſiſſet contra Apoſtolicum præceptum taliter de eodem Paulo agere.*

PAULUS OCCIDITUR OPERA LEONIS ARCHIEP. RAVEN.

Poſt aliquantos dies propriâ conſcientiâ idem Archiepiſcopus territus, direxit prænominato ſanctiſſimo Papa Iulianum Tribunum ſuum Miſſum, deprecans Apoſtolicas dirigi ſibi litteras & conſolationis monita, quaſi ipſi nulla imputaretur culpa de eiuſdem Pauli morte, eò quòd Deus ſanguinem innocentem vltus fuiſſet, ſed nullo modo potuit ipſum ſanctiſſimum Pontificem inclinare, ita dirigens in reſponſis: Quod ipſe videat quid in eumdem Paulum operatus eſt: nam certè ego animam eius ſaluare cupiens, pœnitentia eum ſubmitti decreueram: ideò meum Sacellarium direxi huc Romam eum deferendum. Sic igitur expers Apoſtolicæ communionis Leo Archiepiſcopus diu manſit.

DE SALVANDO PAULO CONSILIUM HADRIANI.

XV. Sed quid poſt obitum Pauli accidit? Quòd enim (vt vidimus) homo iſte Romæ princeps eſſet factionis Lõgobardorum, aduerſus eos qui eſſent ſtudioſi Francorum (ita quidem maximo malo erat diuiſa ciuitas, ſtudentibus aliis Francis, aliis verò Longobardis) Deſiderius Rex Longobardorum vehementi exæſtuans irâ, tantum abfuit vt ablata iura & ciuitates Romanæ Eccleſiæ reſtitueret, vt ẽt cum ſuo exercitu Ticino recedens, in Vmbriam deſcenderet, aliasq; ab Eccleſia Romana ciuitates auferret, propediem ad obſidionem venturus Vrbis, nam audi Anaſtaſium: *Hic quidem* (inquit) *nominatus Deſiderius Longobardorum Rex ſuperbiâ eleuatus atque iactantiâ, quâ horâ præfatum exercitum Rauennatium ciuitatis abſtulit: confeſtim direxit multitudinem exercitus, & occupare fecit fines ciuitatum, id eſt, Senogallienſis, Montis Feretri, Vrbini, Eugubij, cæterarumq; ciuitatum Romanorum, plura homicidia & depredationes, atque incendia in ipſis finibus perpetrantes. Nam in ciuitatem Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tuſciæ, dum ipſi Blerani in fiducia pacis ad colligendas proprias ſegetes generaliter cum mulieribus & filijs, atque famulis egrederentur: irruêre ſuper eos repentè Longobardi, & cunctos primates, qui intro in eadem ciuitate erant interfecerunt, & prædam multam tam de hominibus, quàm de pecudibus abſtulêre, ferro, & igne cuncta in circuitu deuaſtantes. Sed & in finibus Romanæ Vrbis, ſed & aliarum ciuitatum multa mala ac depredationes idem Deſiderius perpetrare iuſſit, etiam & caſtrum Vtriculum occupare fecit.*

DESIDERIUS QUANTA MALA IN ROM. ECCLESIAM PARAT.

Vnde ſæpiùs atque ſæpiùs ipſe beatiſſimus Præſul, tam per obſecrationis litteras, quàm per Miſſos eidem Deſiderio direxit, deprecãs eum vt à talibus malis reſipiſceret, & eas quas abſtulerat ciuitates redderet. Ille verò non ſolùm ad eas quas ceperat ciuitates reddendas minimè eſt inclinatus, ſed nec ab eadem malitia recedere voluit, non ceſſans crudeliter multa atque immemorabilia mala finibus Romanorum, vt dictum eſt, ingerere. Tunc præfatus ſanctiſſimus Pontifex faciens accerſiri præfatum religioſum Abbatem venerabilis monaſterij ſanctæ Dei Genitricis ſiti in territorio Sabinenſi cum viginti ſenioribus Dei ſeruis monachis, direxit eos ad eumdem Deſiderium deprecationis cauſâ. Quibus ad eum properantibus (vt ipſi Dei famuli referunt) eius pedibus prouoluti coram Iudicibus Longobardorum cum lachrymis ex perſona antefati Vicarij beati Petri eum deprecantes, vt a tantis malis reſipiſceret, & præfatas ciuitates quas abſtulit, beato Petro redderet. Sed nequaquam eius cor lapideum deflectere valuerunt, ſicq; infructuoſi ipſi Dei famuli reuerſi ſunt.

XVI. STUDIUM HADRIANI PAP. PRO RECUPERANDIS REBUS ECCLESIÆ.

Dirigens ſuos Miſſos idem Deſiderius ad antefatum beatiſſimum Pontificem, id eſt, Andream Referendarium & Stabilem Ducem, vt ſe cum eo loquendi fieret conceſſio. Quos ſuſcipiens idem almificus Paſtor, ita his reſpondit, inquiens: Sic Regi veſtro de mea perſona ſatisfacite, me vobis firmiter coram Deo omnipotente promittente, quia ſi prædictas ciuitates beati Petri, quas tempore meo abſtulit, mihi reddiderit: continuò ſiue Ticini voluerit, ſiue Rauennæ, ſiue Peruſiæ, ſiue hic Romæ, vel etiam vbi illi placitum fuerit, ad eius properabo præſentiam, & cum eo pariter me coniungam ad colloquendum quæ ad ſalutem populi Dei vtrarumque partium reſpiciunt. Et ſi forſitan de hoc dubitationem habet, me cum eo minimè debere coniungi, poſtquàm ipſas ciuitates reddiderit: ſi me cum ipſo non coniunxero ad loquendum, licentiam habeat eas denuò occupandi. Nam ſi priùs ipſas ciuitates non reddiderit, & iuſtitiam nobis minimè fecerit: ſciat pro certo quòd nunquam meam videbit faciem. Vnde ecce ſequipedes veſtros dirigere ſtudebo meos Miſſos ad eumdem veſtrum Regem, qui eaſdem recipiant, ſi reddere voluerit ciuitates. Et de præſenti, quâ horâ mei Miſſi receptis ciuitatibus ad me hoc ipſum nuntiantes reuerſi fuerint: continuò ad eum, vbi voluerit, properabo præſentiam ad ſimul cum eo loquendum.

XVII. LEGATIO DESIDERII REGIS AD ROM. PONT.

XVIII. ALIA LEGATIO MISSA PRO RECIPIENDIS CIVITATIBVS.

Ipſis Longobardorum Miſſis properantibus, & ad ſuum reuertentibus Regem, direxit eius beatitudo continuò ad eumdem Deſiderium Regem ſuos Miſſos ad eaſdem recipiendas ciuitates, ſcilicèt Pardum Egumenum, id eſt, Præfectum monaſterij beati Sabæ, & Anaſtaſium primum Defenſorem: præſentatiq; eius obtutibus, & ipſi ad eius pedes corruentes lachrymis profuſis eum deprecantes, vt antedictas redderet ciuitates: promittentes ei per Apoſtolicam auctoritatem ſub iuſiurandum, quia ſi eas reddidiſſet, ſtatim prænominatus almificus Pontifex ad eum properaret proficiſcendum, ac loquendum pariter. Sed per nullam rationem eius ferreum pectus, & duriſſimam mentem emollire potuêre, Nihilque recipientes, ſine effectu reuerſi ſunt.

Tamen non deſiſtebat antedictus Pontifex ſuos Miſſos ad eum propter hoc ipſum dirigendum, tam de ſacerdotibus quàm de ſingulis religioſi habitus ordinibus, ſed nihil apud eum impetrare valuerunt. Sed potiùs permanens in ſua iniquitate, multa ciuitatibus ac finibus Romanorum inferri faciebat ex omni parte mala. Sed & magnas comminationes dirigens eidem Hadriano Pontifici, ſe cum vniuerſis Lōgobardorum exercitibus properaturum ad Romanam ciuitatem perſtringendam.

XIX. LEGATIO PAPÆ AD CAROLVM.

Pro quo nimio fletu ipſe ſanctiſſimus Pontifex cum ſuo populo poſitus, portas ciuitatis Romanæ claudi iuſſit, alias ex eis fabricari fecit, muro ſcilicèt claudi, *& dum in magna anguſtia & tribulatione conſiſteret, neceſſitate cō pulſus direxit ſuos Miſſos maritimo itinere cum Apoſtolicis litteris ad excellentiſſimum Carolum à Domino protectum Regem Francorum & Patricium Romanorum,* &c. hucuſque res geſtæ anni huius. Quid autem ita furendo, agit inſanus? niſi vt contra ſeipſum, ſuumque Regnum ad perdēdum id arma conuertat? in hocque laboret & ſudet amens, quomodo Regnum vnà cum omni gloria gentis Longobardorum, tāto tempore, tot bellicis laboribus partum, & ſanguine fuſo redemptum, penitùs perdat, funditusque numquam ampliùs reſtituēdum conuellat. Nonne iſta declararunt euenta? Ita planè; nec in hoc nouiſſimo Rege Longobardorum tantùm, ſed in aliis omnibus poſterioribus Principibus, qui impugnauerunt iura Eccleſiæ, factum produnt Annales. Adeò vt ex præteritis tutò quis ventura prænuntiet ſecundùm illud Eccleſiaſtes: [a] *Quid eſt quod fuit? id quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.* nempe fore, vt ipſi Regno ſuo damnum inferant, qui Regnum Dei, (quod eſt Eccleſia) inſectantur & perſequuntur. Petra eſt, quā durâ fronte percutiunt; ſilexq; duriſſima, quam ſic miſeri appetunt, vt oppetant mortem. Quid igitur in ſeipſam malè laborat carnis cæca prudentia incaſſum concutere petram; aduerſus quam nec angelicæ ipſi potentiæ aliquid conceſſum eſſe, diuinitus facta Petro promiſſio declarauit, dicens: *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam?* ſed reliqua proſequamur.

[a] *Eccleſ. 1.*

XX. CAROLVS VINCIT SAXONES ET IDOLI TEMPLVM DEMOLITVR.

Dum hæc in Italia gererentur, ipſe Carolus Rex Francorum cognomento Magnus, aduerſus Saxones bellum gerebat, cui ad eos debellandos affuit diuinum auxilium; ſed quomodo id acciderit, in vita ipſius Caroli annis ſingulis per periodos dierum feſtorum Natalis & Paſchatis diſtincta hæc leguntur: *Rex Carolus celebrauit Natale in Villa Attiniaco, & Paſcha in Ariſtallio, deinde Synodum tenuit ad Vuarmatiam, & inde perrexit Saxoniam, & Eresburgum caſtrum cepit, peruenitq; vſque ad Ermenſul, & ipſum fanum deſtruxit, & aurum & argentū quod ibi reperit abſtulit. Fuitq; ſiccitas magna, ita vt aqua deficeret in ſupradicto loco, vbi Ermenſul ſtabat. Et dum vellet ibi ſtare tres dies glorioſus Rex ad deſtruendum fanum ipſum, & valdè homines & iumenta ſitirent; ſubitâ Chriſti gratiâ, mediâ die, cuncto exercitu quieſcente, apparuit ex torrens ebulliens ſalubres aquas, & cunctus exercitus & iumenta eorum ſufficienter recreati ſunt: & tamdiu ebullijt aqua viua, donec fanum deſtructum eſt. Tunc Magnus Rex Carolus ſuper fluuium Vuiſeram veniens, ibi habuit placitum cum Saxonibus, & receptis obſidibus duodecim reuerſus eſt in Franciam.* hæc ibi, quæ eadem hoc pariter anno habentur in veteri ſæpiùs citato Chronico rerum Francorum.

XXI.

Quod ſpectat ad Synodum, cuius nuper mentio facta eſt, hoc anno à Carolo Magno habitam in Wormatia, quæ & ſecunda eius nominis eſt dicta, quod de ea in Francorum Capitularibus ſcriptum reperitur, [b] hic deſcribemus. ſic enim ſe habet:

[b] *Capit. Franc. lib. 7. c. 205.*

De purgatione ſacerdotum, qualiter Vuormatia ſecundâ vice, à domino Carolo, & à ſuis tractata, atque ſopita eſt.

Omnibus vobis tam præſentibus quàm futuris ſcire cupimus, quia ideò conſultu Apoſtolicæ Sedis & omnium noſtrorum Epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum de purgatione criminatorum ſacerdotum tanta tractauimus, cúmque cum teſtibus, ſicut in anteriori Capitulari noſtro continetur, fieri decreuimus, quoniam neſciebamus eamdem cauſam à beato Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cùm Vuormatiæ generalem conuentum habuiſſemus, allata eſt nobis à Trichulfo Maguntiacenſi Metropolitano epiſtola B. Gregorij Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: De presbytero verò vel quolibet ſacerdote à populo accuſato, ſi certi nō fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia, ſicque maneat in proprio gradu. Iſta verò omnia quia vires noſtras excedunt, in iudicio Epiſcoporum iuxta canonicā ſanctionē definienda relinquimus, vt hæc quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundum ſæculum, iuſtam reprehenſionem, nec penes Deum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur. hactenus capitulum ſecundæ Synodi Wormatienſis.

XXII.

Rurſum verò hoc eodem pariter anno, qui & Taſſilonis Bauariç Ducis, numeratur XXI. annus, eodem religioſiſſimo Principe operante, celebrata eſt Synodus Epiſcoporum in loco qui ab accolis Dingoluinga dicebatur, cuius ex antiquo ſcripto codice membraneo accepimus fragmenta quæ extant, à viro doctiſſimo æquè & nobiliſſimo Marco Velſero Auguſtano, dum obrutam immenſâ impietate, merſamq; profundâ ignorantiâ, atq; offuſam denſâ caligine Ioannis Auentini hæretici, nobilem Bauariæ hiſtoriam in lucem apertiſſimam ſummâ gloriâ vendicat. Tam dignum igitur Eccleſiaſticç antiquitatis monumentum, hic tibi, Lector, deſcribēdum putauimus; ſicuti in eodem reperitur codice ſcriptum, cùm tamen in multis appareat corrigendum: vetera enim non niſi temporis edacitate corroſa, ſed non ob id ſpernenda, ſolemus accipere, quæ ſic ſe habent:

XXIII.

Hæc ſunt decreta quæ conſtituit ſancta Synodus, in loco qui dicitur Dingoluingen, domno * *Taſſilo mediante.*

* Taſſilone

De die Dominico ita conſtitutum eſt, vt talis honore habeatur ſicut in lege ſcriptum eſt, & in decretis canonum. Et ſi * *quid præſumpſerit frangere contra legem aut decreta canonum, talis pœnâ ſubiaceat ſicut ibi ſcriptum eſt.*

* quis

De hereditate quæ tradita eſt ad Eccleſiam, ita conſtituit, vt quiſquis hereditatem ſuam ad Eccleſiam antè donauerat, aut poſteà donauerit, ſi quid mutare voluerit, chartam ſuam habeat ita ſcriptam, vt locū & tempus & perſo-

nam

nam habeat, aut tribus teſtibus fidelibus & nobilibus teſtificetur. Si ſacerdos non habeat chartam nec teſtem, vt prædiximus, tunc ſicut in lege Baioariorum & iudex iudicat, ſic defendat.

*De eo quòd Epiſcopi iuxta canones, & Abbates monaſteriorum iuxta regulam * viuentes, ita conſtituit.*

* viuant, aut viuentes ſint.
* De Sanctimonialibus.

** De eo quòd ſanctimoniales quæ in ſeruitio Dei ſunt, ita conſtituit, vt nullus auſus ſit in coniugium & matrimonium ducere, aut ſi quis auſus fuerit contra decreta canonum, ita componat ſicut canones decreuerunt.*

De eo quòd ius ad legem quam habuerunt in diebus patris ſui, nobiles & liberi & ſerui eius, ita donauerunt vt firma fieret.

*De eo quòd vt ſi qui de nobili genere de hereditate ſua dare * ad ſanctuarium Dei, in ſua poteſtate eſſet, nemo* B *prohibuiſſet nec mutaret in perpetuum.*

* vellent

*De eo quòd vt ſerui Principis qui dicuntur Adelſchalche * vt ſuam habeant Vueregeldam, iuxta morem quem habuerunt ſub parentibus, & cæteri minores Vueregeldi iuxta legem ſuam, ita conſtituit.*

* abundat

De eo quòd parentes Principis quodcumque præſtitum fuiſſet nobilibus intra Baiaarios, hoc conſtituit, Vt permaneret & eſſet ſub poteſtate vniuſcuiuſque relinquendum poſteris, quamdiu ſtabiles fidere ſeruaſſent apud Principem ad ſeruiendum ſibi, & hæc firma permaneret, ita conſtituit.

*De eo vt nullus hæreditate ſuâ priuetur niſi per tres cauſas * quas in pacto ſcribentur: Propter homicidium, hoc eſt,* C *vt quiſquis hominem Principis ſibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat ſecundùm legem, tunc priuetur hæreditate ſuâ.*

* quæ

*De eo quiſquis * mulierem nobilem acceperit in coniugium & non præſciuit, ita conſtituit, vt iterum libera eſſet, dimittat ſeruum, & poſteà non redigatur in ſeruitium, ſed eſſet libera.*

* ſeruus, videtur deeſſe.

*De eo quòd & ſi quis de quocumque reatu accuſatus ab aliquo poteſtatem accipiat cum accuſatore ſuo pacificare ſi voluerit, antequàm pugnam quæ Vuehadinc vocatur * permittat.*

* permittatur

*De eo quiſquis de nobili genere deprehenſus fuerit de illis * IV. cauſis de * quæ ſuprà diximus, * ſi ille hæreditate ſuâ portionem pro illius criminis reatu perdat, vxor autem illius ſuo iure non priuetur, ita conſtituit.* D

* III.
* quibus
* ille hæreditatis ſuæ

XXIV.

De collaudatione quam Epiſcopi & Abbates in Baioaria inter ſe fecerunt, pro defunctis fratribus.

*In Chriſti nomine. Notitia qualem conuenientiam gentis Baioariorum Epiſcopi & Abbates inter ſe fecerunt, quorum nomina infrà perarare ſtylo decreuimus. Id eſt, Manno Nuuenpurgenſis ciuitatis Epiſcopus, Alim, * Vigilius, Vuiſerich, Sintprebt, Heres Epiſcopi, Oportunus, Vuolfprebt, Adalprebt, Ato, Vto, Lantfrit, Albune, Ruothart, Erneſt, Regimprebt, Volchanhart, Perbkoch, Sigido, Abbates. Vt eorum quis de hac luce migraret, vnuſquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo ſua Epiſcopali vel cœnobio C. miſſas ſpeciales & eodem numero * pſalterio cantare faciat. Ipſe vero de propria perſona ſua XXX. ſpeciales miſſas compleat, vel à religioſis* E *ſibimet ſubiectis implere omninò prænotatum faciat numerum presbyteris ſiue monachis, cùm de hoc ſæculo migrauerint Epiſcopus ſeu Abbas. vno presbytero vel vno monacho XXX. miſſas ſpeciales, totidem pſalteria faciant celebrari.* poſt hæc mox in eodem codice iſta ſubijciuntur eodem, vt vides, ordine.

* Virgilius
* pſalteria

XXV.

De Concilio quod Dux Taſſilo apud Dingoluingam celebrauit.

*Regnante in perpetuum Domino noſtro Ieſu Chriſto, in anno vero XXII. Regni religioſiſſimi Ducis Taſſilonis gentis Baioariorum ſub die * conſulem quod erat II. Id. Octob. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. diuinâ præſtatus inſpiratione, vt omne Regni Dei* A *prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibi tam regulare moderaretur in ſancto habitu cœnobium virorũ & puellarum, quàm Epiſcopales moderaretur obſequias, inſuper gentis ſuæ inſtitutiones legum per * primatos imperitos, vniuerſâ conſentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abſtrahendo euellere, & quæ decretu placerent componendo inſtituerentur. Inter tot verò collegia ſacerdotum, deuolutis Epiſcoporum & Abbatum in præſentia paginis, regularis ordines vitæ atque canonum normas vel decreta patrum nullis comprobare quiuerant teſtimonijs, vt monachus parochia commendari deberent vel publica baptiſmatis obſequia, niſi fortè pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * viciſſitudinis villarum proB priarum ſingulis annis obedientialibus curis commiſſio ab Abbate proprio fuerit determinata. Vnde ab vniuerſis Abbatibus facta profeſſio, vt minimè titulis popularibus ſe ingerere depellerentur, & hæc omnia cui commiſſa ſunt plebes, ſub poteſtate Epiſcoporum permanerent, ſicut in ſanctis Synodis vel decretis priſcorum Patrum perarata comprobat conſcriptio, ab Epiſcopis vero ſimili modo, & nihilo minus * prælatis ponderauerunt ſententijs, vt ergo eos caritatis gererentur cura, ita vt canonica auctoritas confirmat, & ſpiritualis concordia declarat. Hoc peracto Concilio, & ab vniuerſis vno ore confirmato, vt ſi quis de eadem inſtitutione deuiare præſumpſerit, à collegio eorum alienetur, vſque iterato examine, id eſt, publica Synodo.*

* fortaſſe Calliſti, incidit enim prid. Id. Octobr.
* primates & peritos
* diuturnitate
* ſi
* prolatis

De popularibus legibus.

XXVI.

*Prænotatus Princeps vniuerſo concordante collegio, * hic conſtituit, vt nullus à prouincia ſua * mancipium limine venundare vel proprium vel fugitiuum præſumpſerit, & ſi quis hoc decretum non obſeruauerit, Vueregeldo ſuo culpabilis permaneret.*

* ſic
* limite mancipiũ

*Vt nullus furtiuam rem, tam in equis & alijs quadrupedibus quàm in reliqua ſupellectilia, extra finem Baioariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, inſidijs tegi, vt ſi quis hoc præſumpſerit, XL. ſolidis componat in publicum. Vt ſi quis demum tam liber quàm ſeruus * alterius effoderit, & ibi occiſus fuerit, ſine compoſitione in ſua damnatione permaneat. Si autem ſupellectilia abſtulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit conſequitur & interfecerit, pari ſubiaceat ſententia. Similiter qui liberum vel mancipium ſuum furauerit, & cum comprehendere minimè quiuerit, & ibidem interfecerit reum, ſuperior permaneat ſententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita ſigna vicinis ſuis & his qui aſſiſtunt inſignet.*

* alterius

XXVII.

De pugna duorum, quod Vuenhadinc vocatur, vt priùs inſortientur quam parati ſunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus inſidiantur.

Qui ſupradicta pugna, quòd Chamfuuic dicimus, peracto iudicio, ſe ſimilis vindicta erigere contra quærentem præſumpſerit, ſacramentum quod Athëia dicitur, iuret in Eccleſia, cum tribus nominatis ſacramentalibus.

*De eo quod Baioarij Stapſſaken dicunt, in verbis quibus ex vetuſta conſuetudine Paganorum idololatriam reperimus, vt deinceps non aliter niſi * indicat qui quærit debitum; hæc mihi iniuſtè abſtuliſti, quæ reddere * debet: Reus verò contradicat, nec hoc abſtuli nec componere debeo, iteratâ voce requiſito debito dicat: Extendamus dextras noſtras ad iuſtum iudicium Dei, & tunc manus dexteras vterque ad cœlum extendat.*

* ita dicat
* debes

Vt nullus furtiuam rem ſuſcipere vel intra terminum abſcondere præſumat, qui hoc fecerit, XL. ſolidis componat.

Vt hi qui Ducali manu liberi dimiſſi ſunt, ad eadem cogantur iudicia quæ Baioarij Vrtella dicunt.

Vt hi qui in Eccleſia libertatem conquirebant, deinceps tam ipſi quàm eorum poſteritas in ſecura libertate perma-

neant, niſi fortè ipſi ſibimet inſolubile damnum inferant, quod componere minimè quiuerint.

XXIIX. *Qui ex eis occidentur, pretium eorum bis ſoluatur Eccleſijs vbi liberi dimiſſi ſunt. Liberi qui ad Eccleſiam dimiſſi ſunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem à Rege, ſi occidantur LXXX. ſol. componantur Eccleſiæ vel filijs eorum, in Dominico XL. ſol. componantur. Si ancilla libera dimiſſa fuerit per chartam aut in Eccleſia, & poſt hac ſeruo nupſerit, Eccleſiæ ancilla permaneat. Si autem libera Baioaria ſeruo Eccleſiæ nupſerit, & ſeruile opus ancilla cõtradixerit, abſcedat: ſi autem ibi filios & filias generauerit, ipſi ſerui & ancillæ permaneant, poteſtatem * exinde non habeant. illa autem mater eorum quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat poteſtatem: ſi autem III. annos indurauerit opus ancillæ, & parentes eius non exadomauerunt eam vt libera fuiſſet, nec ante Comitem, nec ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico mallo, tranſactis tribus Kalendis * Martis, poſt hac ancilla permaneat in perpetuum, & quicumq; ex ea nati fuerint, ſerui & ancillæ ſunt.*

* excundi

* Martijs

Qui furtiuam, quod Zougenzunt dicitur, ſuper furem comprobare nequiuerit, furtiuo compon. more.

Qui reſiſterit domum ſuam, quod ſelſuchen dicunt, qualem rem quærenti reſiſtebat, talem compon. In publico XL. ſol.

Qui manum.. immiſſionem reſiſterit, quod hantelod dicunt, XL. ſol. ſoluat in publico, & ipſam rem quærenti reddat.

XXIX. *De his qui ſupradictis * homicijs debitâ morte in furto * repertis, vt ſi quis huius interfecti parentela eum qui ſuo ſcelere captus eſt, vindicare tentauerit, à propria alode alienus efficiatur.*

* homicidiis

* repertus

Et ſi quis ſignum quod eſt ſigillum inhonorauerit, vel huiuſcemodi iniuncta minimè impleuerit, primâ vice arguetur, ſecundâ XL. ſol. compon. III. ſuum Vueregeldum, IV. extermînetur ab acto officio.

*Vt ſi quis iudicium furti in bina vel terna reprehenſione non damnauerit, & eum diabolico lucro dimiſerit, vt per eum quaſi comparticeps ſpolijs pauperum * ditarentur, tot * ſceleris * quod commiſerit ante oculos Dei & Angelorum * efficiatur, & nihilominus cui fraudem fecerit, quaſi proprium compon. debitum. Vt ſi quis in virtute coniunctus, à coniuge propria adulterina ſeparatus fuerit, eiusq; ex cognatione coniugis propter eamdem dimiſſionem * qui eum perſequi tentauerit, à proprio alienantur patrimonio.*

* ditaretur

* ſcelerum

* quot

* reus

* quis

Vt nullus poſt tonſuram capillos vſu populari nutrire præſumat, nec velata relicto velo ſecularem habitum ſumat, vt ſi quis vel quæ in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur aut excommunicentur. hucuſque ea quæ reperiri potuerunt fragmenta Synodi.

XXX. Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, Chriſtiani populi degentes in Syria, ſubditi Regi Sarracenorum Habdallæ perſecutionem paſſi ſunt eâ occaſione, quòd cùm idem Rex Hieroſolymam veniſſet religionis ergô, illic promulgauit edictũ, quo iuberentur Chriſtiani omnes atque Iudæi inſcribi manibus, quò à cæteris dignoſci poſſent. Cuius rei cauſâ factum eſt, vt complures Chriſtianorum, cùm eam ignominiam ſuſtinere nullatenus vellent, ad Romanorum ſeſe regiones transferrent, relictis bonis quæ inter Arabes poſſiderent. iſta hoc anno Theophanes.

QVID HABDALLA IN CHRISTIANOS.

IESV CHRISTI Annus 773.

HADRIANI PAP. Annus 2. — CONST. COPR IMP. Annus 33.

I. QVI ſequens incipit annus Redemptoris ſeptingenteſimus ſeptuageſimus tertius, Indictione notatur vndecimâ, quo laborans Hadrianus Papa infeſtatione Deſiderij Regis Longobardorum, legationem miſit ad Carolum Regẽ Francorum, de qua hæc apud Anaſtaſium Bibliothecarium leguntur: *Dum in magna anguſtia & tribulatione Hadrianus Papa conſiſteret ob Deſiderium ſcil. et Romanæ Eccleſiæ ciuitates inuadentem, neceſſitate compulſus direxit ſuos Miſſos marino itinere cum Apoſtolicis litteris ad excellentiſſimum Carolum à Deo protectum Regem Francorum & Patricium Romanorum, deprecans eius excellentiam, vt ſicut eius pater ſanctæ memoriæ Pipinus, & ipſe ſuccurreret ac ſubueniret ſanctæ Dei Eccleſiæ, & afflicta Romanorum ſeu Exarchatus Rauennatium prouinciæ, atque plenarias beati Petri iuſtitias & ablatas ciuitates ab eodem Deſiderio Rege exigeret.* ſed & ipſe perfidus Longobardorũ Rex Legationẽ miſit ad eumdem Carolum Regem, quâ ſignificaret ſe cuncta quæ ad Sedem Apoſtolicam pertinerent, reddidiſſe. Hæc idcirco, vt eum detineret, ne cum exercitu influeret in Italiam. Sed quæ intereà in ipſam Romanam Eccleſiam idem Deſiderius egerit, ab Anaſtaſio ſic accipe:

LEGATIO PRIMA HADRIANI AD CAROLVM MAGNVM.

II. *Intereà vero dum per nullam occaſionis verſutiam potuiſſet idem malignus Deſiderius perſuadere antefatum ſanctiſſimum Pontificem ad ſe deducendũ, vt antefati Carolomanni Regis filios vngeret; & ipſum almificũ Pontificem à caritate & dilectione ſæpè fati Caroli Magni Regis ſeparare voluiſſet: tunc cum pertinacia & audacia egreſſus à ſuo palatio cum Aldegiſo proprio filio & exercitu Longobardorum, deferens ſecum & vxorem & filios ſæpè dicti quondam Carolomanni, necnon & Autcharium, qui ad eum (vt dictum eſt) fugam arripuerant, huc Romam properare nitebatur ſine conſcientia antedicti Pontificis, dirigens ſuos Miſſos, ſcilicèt prænominatum Andream Referendarium & alios duos cum ſuis Iudicibus, eius aduentum denuntiantes. Quibus Romam peruenientibus, præſentatisq; Apoſtolicis obtutibus tale eis reddidit reſponſum: Quod niſi (vt iam ille promiſit) reddiderit beato Petro ciuitates illas quas ſub meo tempore abſtulit, & plenariam parti noſtræ fecerit iuſtitiam; nullo modo ſit illi neceſſe fatigationem ſumere: quia minimè fieri poteſt, me priùs cum illo præſentari.*

CONATVS DESIDERII IN HADRIANVM PAPAM.

III. *Suſcipiens verò idem Deſiderius hoc reſponſum, nequaquam exinde repedauit, ſed verſus Romam carpebat iter. Cuius iam aduentum appropinquantem recognoſcens ſanctiſſimus ipſe præcipuus Paſtor; aggregans vniuerſum populum Tuſciæ & Campaniæ & Ducatus Peruſini, & aliquantos de ciuitatibus Pentapoleos, muniuit hanc ciuitatem Romanam, omneſq; parati erant, vt ſi ipſe Rex aduenîret, fortiter cum Dei auxilio, & beati Petri, fulti orationibus prædicti ſanctiſſimi Præſulis, illis reſiſtere. Tunc Eccleſias beatorum Petri & Pauli fecit exornare,* hoc eſt, ornamentis nudare *eius ſanctitas, & cuncta earum cymilia & ornatus in hanc ciuitatem Romanam introduci, claudi faciens omnes ianuas Eccleſiæ beati Petri, & deintus ferris ſupponi ac muniri iuſſit, vt ſi ipſe proteruus Rex ſine licentia & permiſſu Pontificis aduenîſſet, minimè ad dictam Eccleſiam facultatem introeundi haberet, niſi brachio, ad ſuæ animæ interitum, ipſas confringeret ianuas.*

Dum

IV. *Dumq; hæc omnia diſpoſuiſſet, extemplò facto in ſcriptis anathematis verbo, direxit eidem Deſiderio Regi tres Epiſcopos, id eſt, Euſtratium Albanenſem, Andream Prænestinum, & Theodoſium Tiburtinæ ciuitatis, proteſtans eum in eodem obligationis & execrationis verbo, & adiurans per omnia diuina myſteria, vt nullo modo fines Romanorum ſine eius abſolutione ingredi atque conculcare præſumeret neque ipſe, neque quiſpiam Longobardorum, ſed nec Authcarius Francus. Suſcepto itaque eodem obligationis verbo per antefatos Epiſcopos ipſe Longobardorum Rex: illicò cum magna reuerentia à ciuitate Viterbienſe confuſus ad propria reuerſus eſt.*

EXCOMMVNICATIONE DESIDERIVS ABSTERRETVR.

Vidiſti, Lector, grande miraculum, vt potuerit excommunicationis vis continere furentem Regem, eiusq; atque ſuorum impetum coërcere, torrentemque exundantem obice oppoſito retrorſum conuertere. Tanta erat etiam apud impios & iniuſtos de excommunicationis ſententia timor, quæ è Petri cathedra, velut Dei throno inſtar[a] fulminis, immitti ſolet magno tonitru.

[a] *Apoc. 4.*

Hîc recitant alij quoddam edictum einſdem Deſiderij Regis de nomine Viterbienſis ciuitatis & alijs, quæ cùm nullatenus nobis probentur, libenter omittimus: multa enim habet, quæ non conſtant, nec conſtare poſſunt.

V. Quæ autem intereà per Legatos in Gallias à Pontifice miſſos ad Carolum Magnum facta ſint, dicamus. Etenim vbi idem Carolus miſſos Legatos à Romano Pontifice audiuit: non ſtatim de inferendo bellum Deſiderio Regi conſilium inijt, ſed de legatione ad eum mittenda, quæ cognoſceret, ſi quæ debebat Apoſtolicæ Sedi (vt per Legatos ſuos ſignificauerat) reddidiſſet. Sed quid hac ſuâ legatione Carolus egerit, Anaſtaſius ita tradit. *Poſt hæc* (loquit) *coniunxerunt*, peruenerunt ſcilicèt *ad Sedem Apoſtolicam Miſſi ſæpè dicti Caroli excellentiſſimi Regis Francorum & Patricij Romanorum, id eſt, Georgius ſanctiſſimus Epiſcopus, Gulfardus religioſus Abbas & Conſiliarius, ſeu Albinus delicioſus ipſius Regis, inquirentes ſi præfatus Longobardorum Rex ſublatas ciuitates, & omnes iuſtitias beati Petri reddidiſſet, ſicut falsè in Franciam dirigens, aſſerebat ſe omnia reddidiſſe: & ſatisfacti ſunt præſentialiter, nihil ab eo redditum fuiſſe.*

SECVNDA LEGATIO HADRIANI PAP. AD CAROLVM MAGNVM.

Quibus referens idem præcipuus Pontifex cuncta quæ geſta erant, eos in Franciam abſoluit remeandos, dirigens cum eis ſuos Miſſos ad præfatum excellentiſſimum Francorum Regem cum Apoſtolicis admonitionum ſyllabis, adiurans eum fortiter, vt ea quæ beato Petro cum ſuo genitore ſanctæ memoriæ Pipino Rege pollicitus eſt, adimpleret, & redemptionem ſanctæ Dei Eccleſiæ perficeret, ſed vniuerſa quæ ablata ſunt à perfido Longobardorum Rege tam ciuitates, quàm reliquas iuſtitias, ſine certamine reddere beato Petro principi Apoſtolorum faceret.

VI. *Ipſi itaque Francorum Miſſi properantes cum Apoſtolicæ Sedis Miſſis declinauerunt ad prænominatum Deſiderium: qui & conſtanter eum deprecantes adhortati ſunt, ſicut illis à ſuo Rege præceptum extitit, vt antefatas quas abſtulerat ciuitates pacificè beato Petro redderet, & iuſtitias parti Romanorum faceret. Sed minimè quicquam eorum apud eum obtinere valuerunt, aſſerens ſe minimè quicquam redditurum. Accepto itaque reſponſo hoc, reuerſi ſunt ipſi antefati Miſſi: qui ſubtiliùs cuncta referentes, & de maligno propoſito prænominati Regis Deſiderij annuntiantes antefato excellentiſſimo & à Deo protecto Carolo Magno Regi: confeſtim idem mitiſſimus & reverà Chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex direxit eidem Deſiderio ſuos Miſſos; id eſt, deprecans, vt eaſdem quas abſtulerat, redderet ciuitates, & plenarias parti Romanorum faceret iuſtitias, promittens inſuper ei tribui quatuordecim millia auri ſolidorum quantitatem in auro & argento. Sed neque precationibus neque muneribus eius ferociſſimum cor flectere valuit. Nihil enim obtinentes ipſi Miſſi Francorum, ad præfatum ſuum Chriſtianiſſimum regreſſi ſunt Regem.*

DESIDERIVS DVRVS ET OBSTINATVS.

VII. *Tunc aggregans is ipſe à Deo protectus Carolus Magnus Rex vniuerſorum Regni ſui Francorum exercituum multitudinem, atque ad occupandas Clauſas aliquos ex ſuo exercitu dirigens; ipſe quoque cum plurimis fortiſſimis bellatoribus Francis per montem Ciniſium ad eaſdem appropinquauit Clauſas; & remotus in finibus Francorum cum ſuis exercitibus reſedit. Iam verò dictus Deſiderius & vniuerſa exercituum Longobardorum multitudo ad reſiſtendum fortiter, in ipſis Clauſis aſſiſtebant, quas fabricis & diuerſis materijs munire niſi ſunt.* Qui ſperaret vmquam eiuſmodi Clauſas inſtar Thermopylarum, vel Caſpiarum portarum adeò munitas irrumpi potuiſſe per Francos, obice præſertim tanto Longobardorum exercitu? At nihil impoſſibile vel difficile illi, quem Deus exercituum antecedit. Carolo enim Chriſtianiſſimo Francorum Regi tamquam Cyro Deus ad res arduas, magnasque viam ſemper aperuit, cùm vindicem ipſe egit Eccleſiæ, id illi præſtans, quod fuerat eidem Cyro pollicitus, dicens: [b] *Subijciam ante faciem eius gentes, & dorſa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & pòſt non claudentur: Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, vectes ferreos confringam.* Ita planè Deus oſtia patefecit Alpina, adaperiens manu ſuâ ianuas Clauſas. Illud etiam præſtans, quod ait per Moyſem: [c] *Nullus ſtabit contra vos; terrorem veſtrum atque formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram quã calcaturi eſtis.* Sed quomodo iſta facta ſint, ex eodem auctore Anaſtaſio audiamus, qui ait:

DEVS CAROLO INSTAR CYRI PRÆSTO FVIT.

[b] *Iſa. 45.*

[c] *Deut. 15.*

VIII. *At verò quâ horâ prænominatus Chriſtianiſſimus Francorum Rex ad eaſdem approximauit Clauſas: illicò ſuos denuò Miſſos ad præfatum direxit Deſiderium, deprecans ſicut pridem, vt quantitatem prædictorum ſolidorum ſuſciperet Rex, & eaſdem pacificè redderet ciuitates; ſed nequaquam penitùs acquieſcere voluit. Et dum in tanta duritia proteruus ipſe permaneret Deſiderius Rex: cupiens antedictus Chriſtianiſſimus Francorum Rex pacificè iuſtitias beati Petri recipere, direxit eidem Longobardorum Regi, vt ſolummodò tres obſides Longobardorum Iudicum filios illi tradidiſſet pro ipſis reſtituendis ciuitatibus, & continuò ſine vlla inferta militia, aut commiſſo prælio ad propria cum ſuis Francorum exercitibus reuerteretur. Sed neque ſic valuit eius malignam mentem flectere.*

CAROLVS MAGNVS ITERVM LEGATOS MITTIT AD DESIDERIVM REGEM.

Vnde omnipotens Deus conſpiciens ipſius maligni Deſiderij iniquam perfidiam, & intolerabilem proteruiam, dum vellent Franci alio die ad propria reuerti; miſit terrorem & validam trepidationem in cor eius, atque filij ipſius Aldegiſi ſcilicèt, & vniuerſorum Longobardorum, & eadem nocte dimiſſis proprijs tentorijs, atque omni ſupellectile, fugam omnes generaliter, nemine eos perſequente, arripuerunt. Quod cernentes exercitus Francorum perſecuti ſunt eos, & plures ex eis interfecerunt: ipſe verò Deſiderius quantociùs cum ſuis Iudicibus & multitudine Longobardorum ſe intra ciuitatem Ticinum recludi ſtuduit. Et muniens muros ipſius ciuitatis ad reſiſtendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam ciuitatem cum ſuis Longobardis ſe præparauit. Aldegiſus verò eius filius aſſumens ſecum Autcharium Francum, & vxorem atque filios ſæpe dicti Carolomanni, in ciuitatem quæ Verona nuncupatur, pro eo quòd fortiſſima præ omnibus ciuitatibus Longobardorum eſſe videretur, ingreſſus eſt.

FVGA MIRACVLOSA LONGOBARDORVM.

IX. *Porrò Longobardi reliqui diſperſi in proprias reuerſi ſunt ciuitates. Nam Spoletini & Reatini, & aliquanti eorum vtiles perſonæ antequàm Deſiderius & Longobardo-*

Iam

* Cluſas

rum eius exercitus ad * *Clauſas pergerent, illi ad beatum Petrum confugium facientes prædicto ſanctiſſimo Hadriano Papæ ſeſe tradidère, & in fide ipſius principis Apoſtolorum, atque prædicti ſanctiſſimi Pontificis iurantes, more Romanorum, tonſurati ſunt.* Erat hoc ſignum defectionis à Longobardis, cùm quis more Longobardorum crines ſolutos habens eoſdem more Romano capillos attonderet. pergit auctor.

SPOLETINI ET REATINI SESE DANT ROMANÆ ECCLESIÆ.

Etiam & reliqui omnes ex eodem Ducatu Spoletino inhianter deſiderabant ſe tradere in ſeruitium beati Petri, ſanctæq. Romanæ Eccleſiæ, ſed metuentes ſuum Regem, hoc nequaquam auſi ſunt perpetrare. Vnde dum à Clauſis fugam arripuiſſent, omnibusq. exinde de diuerſis ciuitatibus Ducatus Spoletini reuerſis, confeſtim generaliter ad almificum Pontificem confluentes aduenère, eiuſq. prouoluti pedibus, obnixè ter ſanctam ipſius beatitudinem deprecati ſunt, vt eos in ſeruitium beati Petri, ſanctæq. eius Romana Eccleſia ſuſciperet, & more Romano tonſurari faceret.

X. SPONTE POPVLI SE DANT ROMANO PONTIFICI.

Quos ſuſcipiens profectus eſt cum eis in Eccleſiam beati Petri: & omnes vnanimiter à magno vſque ad paruum ſub indiculo ſacramenti iureiurando promisère eidem domno Apoſtolico in ſeruitio eiuſdem, atq. antedicti Vicarij ipſius ſanctiſſimi Hadriani Papæ, atque omnium ſucceſſorum eius Pontificum fideliter permanſuros cum filijs, & cuncta eorum generatione. Tunc poſt præſticum ſacramentum, omnes more Romanorum tonſurati ſunt. Et confeſtim ipſe ter beatiſſimus bonus Paſtor & Pater cum omnibus exultans, conſtituit eis Ducem quē ipſi propriâ voluntate tunc ſibi elegerunt, ſcilicèt Gildabrandū nobiliſſimum, qui priùs cum reliquis ad Apoſtolicam Sedem confugium fecerat, & ita Deo annuente, prædictum Ducatum Spoletinum generaliter ſine certamine idem præcipuus Pontifex, ſub iure & poteſtate beati Petri ſubiugauit. Sed & omnes habitatores tam Ducatus Firmani, & Anconitani, ſimulq. & de caſtello * *Fulginatis, & ipſi dum à* * *Clauſis fugientes reuerſi ſunt, ad præfatum ſanctiſſimum Pontificem concurrentes eius ter ſe beatitudini tradiderunt. præſtitoq. ſacramento, in fide & ſeruitio beati Petri, atq. eius Vicarij antefati almifici Hadriani, ſucceſſorumq. eius Pontificum fideliter permanſuros, more Romanorum tonſurati ſunt.*

*Felicitatis

* Cluſis

XI. CAROLVS POTITVR CIVITATIBVS TRANSPADANIS.

At verò ſæpè fatus Chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex mouens ſe cum ſuis generalibus exercitibus, atq. ad Papiam perueniens ciuitatem, eam ex omni parte circumdans vallauit, dirigensq. continuò in Franciam ibidem apud Papiam adduci fecit ſuam coniugem excellentiſſimam Hildegardam Reginam & nobiliſſimos filios. Et dum cognouiſſet fugam arripuiſſe Veronam prænominatum Aldegiſum, relinquens plurimam partem ex ſuis exercitibus Papiæ: ipſe quoque cum aliquantis fortiſſimis Francis in eamdem Veronam properauit ciuitatem: & dum illuc perueniſſet, protinùs Autcharius & vxor & filij prænominati Carolomanni propriâ voluntate eidem benigniſſimo Carolo Regi ſe tradidère: eoſq. recipiens cum excellentia, continuò repedauit Papiam, idemq. confeſtim dirigens cuneos exercituum bellatorum, comprehendit diuerſas ciuitates Longobardorum vltra Padum conſtitutas, ſuæq. redegit poteſtati. hactenus res anni huius & ſequentis vſque ad Paſchale tempus, quo idem Carolus Magnus, relicto exercitu in obſidione Papię, Romam profectus eſt. Dum verò ait Anaſtaſius, à tempore obſidionis vſq; ad aduentum in Vrbem interceſſiſſe ſex menſium ſpacium, planè ſignificat ad finem Octobris menſis contigiſſe aduentum eiuſdem Caroli in Italiam.

XII. RES GESTÆ SVMMATIM COLLECTÆ.

Habes ex his plura, Lector, quibus ſuppleas ieiunos admodum Francorum Annales: & quę ſummatim nimis perſtringuntur in vita ipſius Caroli Magni, vbi pauca tantùm de his omnibus narrata inuenies verbis iſtis: *Inde ex Aroſtallio perrexit ad hiemandum in Theodonis Villa: ibi venit ad eum Miſſus domni Apoſtolici Hadriani Petrus per mare Arelatum, & inde per terram. Et inuitauit glorioſum Regem, & Francos eius pro diuino ſeruitio & iuſtitia ſancti Petri, contra Deſiderium Regem & Longobardos. Et ideò maritimè venit, quod Romanis clauſa fuerant via à Longobardis. Et præcellentiſſimus Rex ſumpto conſilio vnà cum Francis quid ageret, promiſit ſe auxilium Romanis præbiturum. Tenuit cum Francis generaliter Synodum in* * *Geneua ciuitate, ibiq. exercitum diuidens, perrexit ipſe per montem Ciniſium: miſitq. Bernardum auunculum ſuum per montem Iouem cum alijs eius fidelibus: & tunc ambo exercitus ad Clauſas ſe coniunxerunt. At Deſiderius Rex obuiam venit domino Carolo Regi. Domnus verò Carolus vnà cum Francis caſtrametatus eſt ad eaſdem Clauſas, miſitq. ſcaras ſuas per montana. Hoc ſentiens Deſiderius Clauſas reliquit, & domnus Rex Carolus vnà cum Francis, auxiliante Domino, & intercedente beato Petro, ſine læſione vel aliqua conturbatione, Clauſis apertis, Italiam intrauit, & Papiam vſq. peruenit.* & inferiùs: *Domnus verò Carolus Rex obſeſſâ Papiâ, Deſiderium Regem ibi incluſit, & ibi Natale Domini celebrauit, & Paſcha Romæ.* hæc ibi. Sed quæ interim acciderint, dum in hac eſſet expeditione Carolus, his verbis ibi narrantur.

* Geneua Gebenna

XIII.

Et dum pro defenſione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Carolus ibi intenderet: dimiſſâ Marcâ, & contra Saxones nullâ fœderatione ſuſceptâ, ipſi Saxones cum magno exercitu exierunt ſuper confinia Francorum, perueneruntq. ad caſtrum quod dicitur Barinburg. Confiniales verò hac de causâ ſoliciti, caſtellum ingrediuntur & defendunt. Gens autem Saxonum cùm ſæuiret de foris, & incendio cuncta cremaret, venit ad quamdam baſilicam in loco qui dicitur * *Friediſſar, quam ſanctæ memoriæ Bonifacius Martyr conſecrauerat, & per ſpiritum prophetiæ prædixerat, quod numquam incendio cremaretur.*

* Fritzlar vel Fumlar

SAXONES FRVSTRA LABORANT ECCLESIAM INCENDERE.

Et cœperunt Saxones cum nimia intentione aduersùs eamdem certare baſilicam, quemadmodum eam quolibet ingenio cremare potuiſſent. Dum hæc agerentur, apparuerunt quibuſdam Chriſtianis qui erant in caſtello, ſimiliter & quibuſdam Paganis, qui in ipſo aderant exercitu duo iuuenes in albis qui ipſam baſilicam ab igne protegebant. & propterea ibidem non potuerunt neque interiùs neque exteriùs ignem accendere, nec aliquod damnum inferre baſilicæ, ſed nutu diuinæ Maieſtatis pauore perterriti, in fugam conuerſi ſunt, nemine perſequente. Inuentus eſt autem poſteà vnus ex iiſdem Saxonibus mortuus iuxta ipſam baſilicam genibus curuis, acclinus ſupra pedes, habens ignem & ligna in manibus, velut ore flando eamdem baſilicam igni tradere voluiſſet. hæc ibi, quibus diuina prouidētia eluxit, quæ ſuper res Caroli inuigilaret, dum ipſæ quæ Dei ſunt ageret. Qui igitur anno ſuperiori dum idoli templum ſterneretur, aquam inſperatam diuinitùs dedit, hoc anno vim ignis ne incenderetur ſancta Eccleſia impediuit, vbiq; mirabilis Deus in omnibus operibus ſuis.

IESV CHRISTI Annus 774.

HADRIANI PAP. Annus 3. CONST. COPRO. IMP. Annus 34.

I.

SEPTINGENTESIMVS ſeptuageſimus quartus duodecimâ Indictione annus feliciſſimus Romanæ illuxit Eccleſiæ, quo penitus liberatur à duriſſimo iugo & diriſſimo ſceptro Regum Longobardorum, quibus diu multumque afflictata mœruerat, vt illud propheticum ei fuerit occinendum:

* Iſa. 52.

dum: * *Conſurge, conſurge: induere fortitudine tuâ Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem ciuitas Sancti. Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian.* cum contra hoſtes tuos abſque exercitu tuo pugnauerit Dominus & diſſipauerit inimicos tuos. Sed quomodo iſta ſe habuerint, quæ collecta ſunt ab Anaſtaſio, ſcripta verò ab huius temporis ſcriptore demonſtrant, quæ ſic ſe habent:

II. CAROLVS MAGNVS ROMAM VENIT.

Dum per ſex menſium ſpacium Carolus Magnus apud Papiam demoraretur in obſidione ipſius ciuitatis: magnũ deſiderium habens ad Limina Apoſtolorum properandi, conſiderans quod & ſacratiſſimum Paſcha appropinquaſſet: tum tollens ſecum diuerſos Epiſcopos, Abbates etiam & Iudices, Duces, & Graphiones cum plurimis exercitib. hùc Romam per partes Tuſciæ properauit; ita feſtinans & adueniens, vt in ipſo Sabbato ſancto ſe Liminibus præſentaret Apoſtolicis. Cuius aduentum audiens antedictus beatiſſimus Hadrianus Papa, quod ſic repentè ipſe Francorum aduenerit Rex, in magnum ſtuporem & extaſim deductus, direxit in eius occurſum vniuerſos Iudices ad ferè triginta milliaria ab hac Romanâ Vrbe in locum qui vocatur, Nouas. vbi eum cum bandoris, ſiue bandis, hodie bandera dicta, militari ſigno, *ſuſceperunt. Et dum appropinquaret vno ferè milliario à Romana Vrbe, direxit vniuerſas ſcholas militiæ vnà cum patronis, ſimulq; & pueris, qui ad diſcendas litteras pergebant, portantes omnes ramos oliuarum, laudesq; omnes canentes, cum acclamationum earumdem laudum vocibus ipſum Francorum ſuſceperunt Regem; obuiam illi eius ſanctitas dirigens venerandas Cruces, id eſt, ſigna (ſicut mos eſt) Exarchorum, aut Patriciorum Romanorum.*

III. PEDESTRIS CAROLVS VENIT AD B. PETRVM.

QVID IN INGRESSV BASILICÆ CAROLVS FECERIT.

Quâ horâ eaſdem ſanctiſſimas Cruces ac ſigna ſibi obuiam aduenisſe conſpexit, deſcendens de equo in quo ſedebat, ita cum ſuis Iudicibus ad beatum Petrum pedeſtris properare ſtuduit. Quum quidem antedictus almiſicus Pontifex diluculò ſurgens in eodem ſabbato ſancto cum vniuerſo clero & populo Romano ad beatum Petrum properauit ad ſuſcipiendum eumdem Francorum Regem, & in gradibus ipſius Apoſtolicæ aulæ eum cum clero ſuo præſtolatus eſt. Coniungente verò eodem excellentiſſimo ac benigniſſimo Carolo Rege, omnes gradus ſigillatim eiuſdem ſanctiſſimæ beati Petri Eccleſiæ deoſculatus eſt: & ita ad prænominatum peruenit Pontificem, vbi in atrio ſuper gradus iuxta fores Eccleſiæ adſiſtebat. eoq; ſuſcepto, mutuoq; ſe amplectentibus, tenuit idem Chriſtianiſſimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis, & ita in eamdem venerabilem aulam beati Petri principis Apoſtolorum ingreſſi ſunt, laudem Deo, & eius excellentiæ decantantes, vniuerſus clerus & cuncti religioſi Dei famuli extensâ voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.

IV. INSIGNIS PIETAS CAROLI MAGNI.

Sicq; cum eodem Pontifice ipſe Francorum Rex, ſimulq; omnes Epiſcopi, Abbates & Iudices, & vniuerſi Franci qui cum eo aduenerant, ad Confeſſionem beati Petri appropinquantes, ſeſeq; proni ibidem proſternentes, Domino noſtro omnipotenti & eidem Apoſtolorum principi propria reddidêre vota, glorificantes diuinam potentiam in eo, quòd talem eis per interuentionum ſuffragia eiuſdem principis Apoſtolorum concedere iuſſit victoriam. Expletâ verò eâdem oratione, obnixè deprecatus eſt idem Francorum Rex antedictum almiſicum Pontificem, ſibi licentiam tribui Romam ingrediendi ad ſua orationum vota per diuerſas Dei Eccleſias perſoluenda. Et deſcendentes pariter ad corpus beati Petri tàm ipſe ſanctiſſimus Papa, quamq; antefatus excellentiſſimus Francorum Rex cum Iudicibus Romanorum & Francorum, ſeſeq; mutuò per ſacramentum munientibus, ingreſſus eſt Romam continuò cum eodem Pontifice ipſe Francorum Rex cum ſuis Iudicibus & populo. In eodem Sabbato ſancto in baſilicam Saluatoris iuxta Lateranas pariter ſunt ingreſſi. Ibidem ipſe excellentiſſimus Rex manſit cum omnibus ſuis quouſque ſancti baptiſmatis ſacramentum antedictum ter beatiſſimus Pontifex celebrauit: & ita poſtmodum ad beatum Petrum ipſe excellentiſſimus repedauit Rex.

V. * Dominico. RES GESTÆ CAROLI AD ROMA.

*Alterâ vero die, illuceſcente Domini * ſancto, in ipſa ſanctiſſima Paſchali feſtiuitate direxit diluculo ipſe ſanctiſſimus Præſul cunctos Iudices & vniuerſa obſequia militiæ ad eumdem Regem, qui cum magno honore eum ſuſcipientes ad Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Ad præſepe properarunt cum omnibus qui cum eo aduenerant Francis, ibiq; Miſſarum ſolemnibus celebratis, perrexit idem Rex cum prænominato Pontifice in Lateranenſe Patriarchium: illicq; ad menſam Apoſtolicam pariter epulati ſunt.*

Aliâ vero die ſecundâ feriâ ſimili modo in Eccleſia beati Petri more ſolito ipſe conſpicuus Pater & egregius Pontifex Miſſarum ſolemnia celebrans, Deo omnipotenti & præfato Carolo excellentiſſimo Regi Francorum & Patricio Romanorum laudes reddere fecit. Tertiâ vero die (iuxta vt mos eſt) in Eccleſia beati Pauli Apoſtoli Miſſas eidem Regi fecit.

At verò quartâ feriâ prænominatus Pontifex cum ſuis Iudicibus tam cleri quàm militiæ in Eccleſia beati Petri Apoſtoli pariter cum eodem Rege ad colloquendum ſe coniungens, conſtanter eum deprecatus eſt, atque admonuit, & paterno affectu adhortari ſtuduit, vt promiſſionem illam, quam eius ſanctæ memoriæ genitor Pipinus Rex & ipſe præcellentiſſimus Carolus cum ſuo germano Carolomanno vnà cum omnibus Iudicibus Francorum fecerat beato Petro & eius Vicario ſanctæ memoriæ domno Stephano iuniori Papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diuerſis ciuitatibus ac territorijs iſtius Italiæ prouinciæ, & contradendis beato Petro eiusq; omnibus Vicarijs in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus.

VI. VETEREM DONATIONEM CONFIRMAT ET NOVAM AVGET.

*Cumq; ipſam promiſſionem quæ in Francia in locò, qui vocatur Cariſiacus, facta eſt, idem excellentiſſimus Rex Carolus ſibi legi feciſſet: complacuit illi & eius Iudicibus omnia quæ ibi erant adnexa confirmare. Et propriâ voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promiſſionem ad inſtar anterioris ipſe antedictus excellentiſſimus & reuerà Chriſtianiſſimus Carolus Francorum Rex conſcribi iuſſit per Etherium religioſum ac prudentiſſimum Capellanum & Notarium ſuum, vbi conceſſit eaſdem ciuitates & territoria beato Petro atque præfato Pontifici, atq; ſpopondit per deſignationem confinium, id eſt, à Lunis cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio. & exinde in Mantua & ponte Silicis, ſimulq; vniuerſum Exarchatum Rauennatium, ſicut antiquitùs erat, atque prouincias Venetiarum & Iſtria, necnon cunctum Ducatum Spoletinum & Beneuentanum, factâq; eâdam donatione, eam propriâ ſuâ manu ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex corroborans, vniuerſos Epiſcopos, Abbates, Iudices, etiam & Graphiones in ea ſubſcribere fecit. Quam priùs ſuper altare beati Petri, & poſtmodum intus in ſancta eius Confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, quàm eius Iudices beato Petro & eius Vicario ſanctiſſimo Hadriano Papæ ſub terribili ſacramento ſe omnia conſeruaturos, quæ in eadem donatione continerentur promittentes, tradidêre. * apparem ipſius donationis per eumdem Etherium deſcribi faciens ipſe Chriſtianiſſimus Rex Francorum, intus ſuper corpus beati Petri ſubtus Euangelia quæ ibidem ſunt, eſt oſculatus, pro firmiſſima cautela, & æterna nominis ſui ac Regni Francorum memoria, proprijs ſuis manibus poſuit: aliaq; eiuſdem donationis exempla per Scriniarium huius ſanctæ noſtræ memoratæ Eccleſiæ deſcripta, eius excellentia ſecum deportauit.*

* hoc eſt, exemplar.

VII.

Sed quid intereà? Iſta dum curat Chriſtianiſſimus Princeps totus in obſequio deditus Apoſtolorum, Deus ipſe bellum difficillimum con-

fecit,

fecit, vt quæ ſex menſium obſidione expugnari nullatenus potuerit ciuitas, immiſſo in ciues atq; milites morbo, abſque armis dedi Regi Carolo fecerit. quod idem auctor narrat his verbis:

CAROLVS EXPVGNAT TICINVM ET DVCIT CAPTIVVM DESIDERIVM.

Reuerſuſq; cum ſuis exercitibus Ticinum ipſe excellentiſſimus Francorum Rex, ſe viterq; debellans & obſidens ciues Papienſes, dum ira Dei ſuper omnes Longobardos, qui in eadem ciuitate erant, graſſaretur atque ſæuiret, & plures ex languoribus atque mortalitatis clade defeciſſent: ita Dei nutu eamdem ciuitatem, ſimulq; & Deſiderium Longobardorum Regem, atque cunctos qui cum eo erant, ipſe excellentiſſimus Francorum Rex comprehendit, & ſua poteſtati cunctum Regnum Longobardorum ſubiugauit: præfatum verò Deſiderium Longobardorum Regem, & eius coniugem ſecum in Franciam deportauit. hucuſque de rebus à Carolo Magno in Italia hoc anno geſtis apud Anaſtaſium.

VIII. De filio autem Deſiderij Regis qui Veronæ erat in præſidio, & de rebus geſtis ipſius Caroli, in Francorum Annalibus iſta leguntur: *Aldagiſus verò filius Deſiderij Regis fugâ lapſus, mare intrauit atq; Conſtantinopolim perrexit. Glorioſus itaque domnus Rex Francorum Carolus Italiâ ſubiugatâ, cuſtodiâ Francorum in Papia relictâ, magno triumpho, Deo adiuuante, cum vxore ſua, & reliquis Francis reuerſus eſt in Franciam, perueniensq; ad locum qui dicitur Ingilheim, miſit quatuor ſcaras,* hodie ſquadras, *in Saxoniam (rebellauerant enim illi) quæ inierunt tres pugnas cum Saxonibus, & auxiliante Domino, victores extiterunt, & cum præda magna illæſi iterum reuertuntur ad propria.* hactenus anni huius periodus tot victorijs celeberrimi, quo Romana Eccleſia in integrum per Carolum Magnum reſtituta de Longobardorum perfidia triumphauit.

CAROLVS REDIENS VICIT SAXONES.

IX. Poſtquàm verò ipſe Carolus tantam victoriam Apoſtolorum principi acceptam ferens eius Memoriam adijſſet, & omni religioſi obſequij genere frequentaſſet, Hadrianus Papa cuncta præſens proximè contemplatus, vt debitas gratiarum actiones ſancto Petro perſolueret, ad eius Confeſſionem auguſtius exornandam adiecit animum, vt de tanta ab eo accepta victoria quaſi trophæa & columnas erigeret, ac ſtatueret veluti fornicem triumphalem ipſi Defenſori & propagatori Romanæ Eccleſiæ ſancto Petro, in ipſius ornatu Confeſſionis. Quiſnam autem eiuſmodi cultus fuerit, ab eodem auctore Anaſtaſio accipe, apud quem iſta leguntur: *Hic (inquit) egregius ſacerdos ob nimium amorem quo proſequebatur eumdem Apoſtolum, Confeſſionem beati Petri Apoſtoli totam intus ex auro purisſimo in laminis, diuerſis hiſtorijs effigiatis compte ornauit, ponderis trecentarum librarum, ponens & in poſtem ſuperiorem eiuſdem ſacræ Confeſſionis auri mundiſſimi libras tredecim: pari modo & in ipſum Apoſtoli Confeſſionis liminari inferiori libras viginti quinque. Aſpectum verò altaris ſuper eamdem Confeſſionem atque dex eram, laminamq; partem iuxta gradus quibus ba.et iam dicta Confeſſioni, addens in ea argenti libras centum triginta ſex, curioſè renouauit, eumq; hiſtoriis ex auro puriſſimo librarum decem & octo nitidiſſimè deaurauit: ſimulq; & cantharos in eadem dicta Eccleſia Apoſtoli numero decem renouauit, addens in eis argenti libras centum. Ante ianuas argenteas fecit caniſtros argenteos duodecim, penſantes libras triginta ſex. Simili modo & in turre caniſtros argenteos duodecim penſantes libras quadraginta quinque. In eadem quoque beati Petri Eccleſia per diuerſas coronas fecit delphinos ex argento penſantes libras centum.* & paulò pòſt: *In Eccleſia beati Petri per diuerſa Oratoria fecit caniſtra argentea numero duodecim penſantia libras quadraginta, & rugas cum preſbyterio à parte virorum ac mulierum ex argento puriſſimo penſantes libras quinquaginta & vnam.* hæc de baſilicæ S. Petri ornatu.

HADRIANVS EXORNAT CONFESSIONEM S. PETRI.

X. Antequàm autem vlteriùs progrediamur, conueniendus eſt nobis Sigebertus, atque de re magni momenti ab eo ratio expoſcenda. Erit Lector, vt cum audieris, mox illud more tragico exclamare cogaris, O ſcelus, ô impoſtura, ô fraus! Iſte quidem cùm totis viribus foueret partes Henrici Imp. ſchiſmatici in gratiam ipſius finxit, quod ille vanè prætendebat, iam fuiſſe conceſſum à Romano Pontifice Hadriano Carolo Magno Imperatori, quod ipſe tradit in fine ſuæ Chronographiæ anno milleſimo centeſimo vndecimo. Nã videns quòd iſta per veteres eius temporis hiſtoricos probari minimè poſſent, quid fecit? In gratiam ſchiſmatici Imperatoris vindicantis ſibi Eccleſiarum inueſtituras dolo malo in ſua Chronographia anno geſta ſuperiori poſuit iſta: *Poſtea rediens Carolus Papiam cepit: iterumq; Romam redijt, Synodum conſtituit cum Hadriano Papa, alijſq; centum quinquaginta tribus religioſis Epiſcopis & Abbatibus, in qua Hadrianus Papa cum vniuerſali Synodo dedit ei ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, dignitatem quoque Principatus. Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere definiuit, & vt niſi à Rege laudetur & inueſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur; omneſq; huic decreto rebelles anathematizauit; & niſi reſipiſcerent, bona eorum publicari.* hæc Sigebertus, qui iſta ſcribebat anno Redemptoris milleſimo centeſimo duodecimo, poſt annos videlicèt trecentos & triginta octo ab hoc tempore, nullo alio auctore cõſcio, fauens ipſi (vt dictũ eſt) Henrico Imperatori ſchiſmatico, vt ex eius ſcriptis quiſque facilè videre poteſt, in cuius gratiam eiuſmodi adornaſſe impoſturam, apertâ luce quidem quiſque veritatis ſincerus inſpector intelliget.

DE SIGEBERTI MAXIMA IMPOSTVRA.

DE COMMENTITIO CONCILIO QVOD ASSERITVR ROMÆ HABITVM.

XI. Quid enim, vt rem tantam nullus nouerit vel ſcripſerit antiquorum, ſed poſt annos numeratos trecentos & duos de quadraginta, vnus Sigebertus tantùm ſciuerit atq; conſcripſerit? Etenim ex ſcriptoribus omnibus rerum Francorum, qui ipſum tempore præceſſerunt, nullus penitùs reperitur, qui de Carolo id aſſeruerit: nam qui vitam ſcripſerunt eiuſdem Caroli Magni, necnon & qui per annos ſingulos res ab eo geſtas quàm diligentiſſimè digeſſerunt, de his nihil penitùs: cùm alioqui ijdem ſcriptores nec minimum prætermiſerunt conuentum publicè habitum, quem ſcriptis non reddiderint ſuo quolibet anno. Quonã igitur tantum mendacium introducit auctore? Cùm potiùs contrarium omnes affirment, nempe quòd poſt captum Ticinum non Romam venerit iterũ Carolus, ſed quàm celeriter in Galliam redierit, vt aduerſus rebellantes Saxones expeditionem pararet. Vrgente igitur periculoſiſſimo Saxonum bello, quis locus induciarum, & longiſſimæ moræ celebrandi adeò numeroſi Concilij, quod Vniuerſale idem nominat Sigebertus, cum tempus ipſum manifeſtè repugnet? Quantum rogo primum temporis interceſſiſſet, vt Carolus poſt Paſcha reuerteretur Roma Ticinum? Quantum rurſus quouſq; ipſâ obſeſſâ Papiâ poteretur? Rurſum quot dies interceſſerunt, vt Ticino Romam poſtea ſit reuerſus? Et (quod maioris momenti eſt) quas oportuit interceſſiſſe moras conuocandi, & expectandi centum quinquaginta Epiſcopos hinc indè etiam è longè vocatos? Et quantum opus fuerit in tanta Synodo peragenda inſumi temporis?

IMPOSSIBILE OSTENDITVR CONCILIVM ILLVD POTVISSE CELEBRARI.

XII. Sed quid in his immoramur, cùm Eginhardus, qui Caroli Magni lateri inhærebat, & vitam eius

ſcripſit

ſcripſit, omnem de his auferat dubitationem, dum expreſsè aſſirmat, ipſum Carolum non niſi quater Romam ſe contuliſſe. quod ſi verum eſſet, quod turpiter nimis Sigebertus mentitur, non quater, ſed quinquies Romam veniſſe Carolum, dicendum eſſet, contra Eginhardum, & omnes qui res geſtas Caroli proſecuti ſunt. Prima enim eius aduentus fuit iſte contra Longobardos, de quo anno ſuperiori. Secundus fuit ſoluendi voti causâ anno DCCLXXX. Tertius aduerſus Ducem Beneuentanum anno DCCLXXXVI. Quartus ad reſtituendum Leonem Papam in locum ſuum anno DCCC. quando & creatus eſt Imperator. Vbi ergo quintus à Sigeberto confictus, nuſquam aſſertus ab alio aliquo vel excogitatus Caroli Magni in Vrbem aduentus? Vt alterum de duobus neceſſe ſit dicere, vel Eginhardum, & alios omnes temporis huius auctores, & cæteros omnes quotquot fuerunt, eſſe mentitos, vel his omnibus aduerſantem Sigebertum poſt trecentos & ampliùs annos iſta ſcribentem, & contraria profitentem, atque impoſſibilia aſſerentem turpiter admodum dolo malo iſta finxiſſe, & pro animi arbitrio in Henrici gratiam compoſuiſſe, vt ſaltem aliquis quamuis commentitius extaret titulus, quo aduerſus Romanum Pontificem Imperator ſchiſmaticus iure agere videri poſſet.

QVINTVS ADVENTVS ROMAM FINGITVR A SIGEBERTO.

XIII. Res accidit ex ſententia, vt nullo de impoſtura habito diligentiori examine, creditum eſſe verum fuit, quod à Sigeberto eſſet quàm mendaciſſimè affirmatum: vt non ad hæc refellenda ſe conuerterint pij Eccleſiaſtici tractatores, ſed laborarint vt oſtenderent iſta ab Hadriano Pontifice cõceſſa Carolo, fuiſſe poſteà reuocata. Fuit ex ijs vnus Gratianus nimis credulus, qui improuidè nimis (pace ipſius dixerim) eamdem Sigeberti maniféſtiſſimam impoſturam totidem verbis exſcripſerit, atque perinde ac firmiſſimum aliquod Pontificum decretum, vel Synodi Oecumenicæ canonem, ſuo libro Decretorum [a] inſeruerit. Cùm potiùs, re accuratè perſpecta, commentitia iſta fuerant exſufflanda, & (vt par erat) execrationibus inſectanda cum auctore ipſius, penes quem, licèt monachum, tantùm valuerit gratia Imperatoris ab Eccleſia diro ſchiſmate alieni, vt ad eam promerendam, cum diſpendio æternæ vitæ, vti hiſcè malis artibus non ſit veritus, nimium nimiumque ſuæ ſalutis oblitus.

STVLTE CREDITVM SIGEBERTO.

[a] Diſt. 63. cap. 22. Hadrianus II.

At non alterius quàm eiuſdem auctoris, vel huic ſimilia putamus parem illam impoſturã eſſe, quæ Leonis octaui nomine ab eodem Gratiano ibidẽ mox apponitur iſtis verbis: [b] *In Synodo congregata Romæ in Eccleſia S. Saluatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, qui domino Carolo victoriaſſimo Regi Francorum & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & inueſtituram conceſſit: Ego quoque Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c.* vſque ad finem, quibus eadem ſe concedere Othoni, quæ Hadrianus Carolo conceſſerat, aſſertus ille Pontifex profitetur. Hic primùm obijci poſſet, nullius eſſe momenti eiuſmodi conſtitutionem, quòd non à legitimo Papa facta ſit, vt qui ſederit viuente adhuc legitimè creato Romano Pontifice, de quo nobis erit agendum ſuo loco. Sed nos & hanc contendimus eſſe impoſturam, & commentitium eſſe decretum priori ſimile: etenim totum quod aſſeritur falſum eſſe monſtratur.

[b] Diſt. 63. cap. In Synodo.

ALIA DETEGITVR IMPOSTVRA.

XIV. Nam quod in primis ad Carolum ſpectat, cuius exemplo id factum dicitur, tantùm abeſt, vt Ca-

A solus ſibi arrogare voluerit (quod aſſeritur) electiones Epiſcoporum, vt potiùs ſuo promulgato decreto, eas ſtatuerit eſſe liberas, atque ex ſacrorum canonum præſcripto decerni. Accipe quæ à ſe ſtatuta, in ſuis Capitularibus ipſe collegit: [c] *Sacrarum canonum non ignari, vt in Dei nomine, S. Eccleſia ſuo liberius potiretur honore: aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicèt Epiſcopi per electionem clericorum & populi, ſecundùm ſtatuta canonum de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur; vt exemplo & verbo ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.* hactenus germana Caroli conſtitutio.

CAROLVS LIBERAS ESSE VOLVIT ELECTIONES EPISCOPORVM.

[c] Capitul. lib. 1. ca. 84. habet etiam diſt. 63. c. 34.

B Quòd ſi hæc facta eſſent à Carolo vt renuntiaret (vt dicunt) priuilegio ab Hadriano collato, vtique aliqua ſaltem vel leuis mentio de eo habita ibidem eſſet. At cùm non extaret illa quidem, quæ nec extitiſſet aliquando, nulla potuit haberi de ea mentio, ſed ſimpliciter à Carolo ſecundùm canones cuncta diſponi voluit aduerſus eos, qui (vt ſæpè fiebat) à Regibus peterent Epiſcopatus.

XV. Sed & quid eſt, quod in aſſerto decreto Leonis dicitur, conceſſas eſſe Carolo Magno inueſtituras ab Hadriano, cum nec ipſum quidẽ nomen inueſtituræ, temporibus Caroli eſſet in vſu? Legant, & ſcrutentur auctores omnes, qui Caroli temporib. aliquid ſcripſerunt, ſi alicubi penes eorum aliquẽ

C inuenerint nomen inueſtituræ, vel vſum eius per anuli collationem (vt tradunt) & baculi.

TEMPORE CAROLI MAGNI NVSQVAM NOMEN INVESTITVRÆ.

Verùm & quod dicitur id à Leone factum in Concilio habito in Eccleſia Saluatoris: penes quẽ, rogo, mentio, eiuſmodi Concilium à Leone octauo dicto Pontifice factum, vt quid huiuſmodi ſit ab eo conceſſum Othoni?

Sed & repugnant his omnibus praxis & leges aliorum poſt Carolum ſucceſſorum Imperatorum, vt quid dici poſſit fuiſſe ab Hadriano conceſſum eidem Carolo Magno de electione Romani Pontificis. Nam audi quæ in electione Hadriani ſecundi Papæ leguntur: [d] *Cùm Hadrianus ſecundus ad Romanum Pontificatum ab Eccleſia Dei Genitricis Dominæ noſtræ, quæ dicitur Ad præſepe, traheretur ad Lateranenſe Patriarchium, certatim à clero & proceribus &*

D *plebe deportatus eſt. Quod audientes Miſſi Ludouici Imperatoris moleſtè tulerunt, indignati ſcilicet, quòd dum præſentes eſſent, non fuerint inuitati, nec optatã à ſe futuri Præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui acceptâ ratione, quod non causâ contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit (ne videlicèt Legatos Principum in electione Romanorum Præſulum expectandi mos per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitùs ſedauerunt, & ad ſalutandum electum etiam ſibi humiliter acceſſerunt.*

[d] Diſt. 63. cap. 29.

NON ADMISSI LEGATI IMP. IN ELECTIONE ROM. PONTIFICIS.

XVI. At quomodo, rogo te, ſe iniuſtam cauſam fouere cognoſcentes quieuerunt, ſi pro eis vigebat

E adeò amplum priuilegium à tanto Pontifice Regi tanto, Carolo Magno conceſſum? nam ſi illud verè datum fuiſſet, eos præterire minimè potuiſſet, vel ipſum Imperatorem Ludouicum, qui (vt eadẽ habent res geſtæ Hadriani ſecundi) aduerſus ſuos Legatos talia præſumentes indignatus eſt, Romanos verò laudauit: quæ enim ibi leguntur, attende: ſunt iſta: *Audiens hæc Ludouicus Imperator Chriſtianiſſimus, mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, qui dignum tantum peregiſſent officio Præſulem, collaudauit.* Sed & in edita à ſe pro iuribus Romanæ Eccleſiæ conſeruandis conſtitutione, iſta inter alia habet: *Quando* [e] *diuinâ vocatione huius ſanctiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit: nullus ex Regno*

[e] Diſtin. 63. ca. 30. 31. 32.

noſtro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtrâ poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi, &c.

XVII. CATHOLICI IMPERATORES LIBERAM ESSE VOLVERVNT ELECTIONEM PAPÆ.

At quod dicunt eo modo datis ab Hadriano priuilegijs renunciaſſe Imperatorem: quomodo quis renuntians, non exprimat, quia renuntiat? neceſſaria enim omninò eius eſt mentio. Quod de Imperatore dicimus, de Pontifice pariter dicendũ eſt. Si quæ priuilegia conceſſa fuiſſent ab Hadriano, Carolo Magno, cur Hadrianus ſecundus cùm per octauam Oecumenicam Synodum ſanciendum curauit, vt nullus laicorum ſe immiſceret penitus electionib. Epiſcoporum, non meminit cõceſſionis eiuſmodi, nec reuocauit generatim ſaltẽ conceſſa eidem Carolo priuilegia? Vel ſi rata firmaque ea conſiſtere voluit: cur non expreſſit dum legem cõtrariam illis ſtatuit? Sed quia re verâ nulla erat facta conceſſio, nulla de illis fieri potuit mentio. Omittimus recitare de his ad Lotharium & Ludouicum Impp. Leonis quarti decretum, & Henrici primi atq; Othonis conſtitutiones de libera electione ex præſcripto canonum facienda Romani Pontificis. Sed de his iam ſatis: puto quidem te veritatis amantem Lectorem, iam omninò de impoſtura Sigeberti, de qua agimus, perſuaſum, re tam perſpicuè tot demonſtrationibus patefactâ. Adeò, vt non putem inueniri poſſe aliquẽ, niſi ſimilem illi ſchiſmaticum vel hæreticum, qui tantæ, tamque dilucidæ, omnique ex parte conſtanti obniti audeat veritati.

XVIII. His iam confutatis, redeamus ad captiuos Longobardos, quos vnà cum Deſiderio Rege Carolus Magnus ſecum duxit in Gallias. Fuit ex eis inter alios Paulus Diaconus Aquileienſis; qui Deſiderio Regi erat à ſecretis. de quo hæc memoratu digna habet Leo Oſtienſis[a]: *Captâ verò (vt diximus) Papiâ vrbe, cùm Regi Carolo pro ſua prudentia carus admodum & familiaris factus Paulus eſſet, accuſatus eſt ab inuidis apud Regem, quòd ex affectu Deſiderij, illi pararet inſidias. Quem cùm Rex comprehenſum adduci ad ſe iuſſiſſet, interrogat an vera ſint, quæ de illo dicerentur. Tum ille conſtanter ſe domini ſui fideliſſimum aſſeuerauit, & in eadem fide, quoad viueret, perſeueraturum. His auditis Rex, irâ ſuccenſus iuſſit incunctanter manus abſcindi. Sed continuò mutatâ ſententiâ, memor illius ſagacitatis atq; prudentiæ, ſuſpiransq;: Et ſi, inquit, ei manus abſcindimus, vbi tam elegantem ſcriptorem reperire poterimus? Atque ad proceres conuerſus, quidnam de tali viro agendum eſſet, percontabatur. Illi eruendos ei oculos, monebant, ne vllas aduerſus Regem litteras ſcriberet. Et vbinam (ait ille) vel quando talem reperiemus hiſtoricum? Illi verò Regis clementiam, propenſamq; ad virum pietatem attendentes, ſuaſerunt, vt illum apud Diomedis inſulam, quæ hodie Tremiti dicitur, exilio relegaret. ſicq; factum eſt.*

[a] Leo Oſtienſ. Chron. lib. 1. c. 17.

PAVLVS DIACONVS CAPTIVVS DESIDERII REGIS STVDIOSVS.

XIX. *Vbi cùm aliquot annos exulans duxiſſet, homunculus quidam qui ei propter Dominum obſequia præſtabat, clam illum ex inſula aſportans, cum eo pariter Beneuentum perrexit. Quo viſo Arichis, qui filiam prædicti Deſiderij Adelpergam habebat vxorẽ, valdè tam ipſe, quàm eadem ipſius coniunx gauiſi ſunt, eumq; ſecum in palatio honorificè detinuerunt. Quo tempore vtrumque palatium eiuſdem Principis alterum quidem, quod Beneuenti, & quod Salerni alterum conſtruxerat, idem Paulus verſibus luculentiſſimis exornauit. Eiuſdem etiam Adelperga precibus in hiſtoria Romana, quam breuiter Eutropius ſcripſerat, plurima hac inde ex hiſtorijs Eccleſiaſticis addidit, duosq; præterea libros à tempore Iuliani Apoſtatæ, in quem ipſam hiſtoriam Eutropius terminauerat, vſque ad tempora primi Iuſtiniani Imperatoris adiecit: ſed & vniuerſas ferè annalis computi lectiunculas rithmo compoſuit.*

PAVLI DIACONI LVCVBRATIONES.

XX. *Defuncto autem Arichiſi, mox ad hoc monaſterium Caſſinenſe (vt ſuprà retulimus) properauit, factusq; monachus, plures poſteà vixit annos. rogatus quoq; ab Abbate ac fratribus, expoſitionem regulæ ſancti Benedicti perutilẽ edidit: vbi multa de veteri monaſterij huius conſuetudine neceſſariò inſerit, nonnulla etiam alia ſcripta eleganti ſtylo conſcripſit, atque inter alia verſus quoque reciprocos & hymnos de ſingulis beati Benedicti miraculis diſerto ſermone compoſuit.*

Ad hunc præfatus Carolus Rex qui eum exilio relegauerat, comperto quod huius monaſterij monachus effectus eſſet, multum iſti gratulatus, affabiles ſatis & iucundas epiſtolas verſibus miſit, ex quibus aliquid inſerere placuit. Ait enim poſt aliquos verſus, ſuam alloquens chartulam.

AD PAVLVM DIAC. EPISTOLÆ CAROLI MAGNI FRAGMENTVM.

Hinc celer egrediens facili mea charta volatu
Per ſiluas, colles, valles quoque præpete curſu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc:
Hic olus hoſpitibus, piſcis, hic panis abundat.
Lætus amor, cultus Chriſti ſimul omnibus horis:
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia fratrum.
Dic Patri & ſocijs cunctis, Saluete, Valete:
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benignè,
Dicito multoties: Salue, Pater optime, Salue. &c.

Cui ille ſimiliter verſibus reſcribere, & pro viſitatione & ſalutatione ſua & fratrum gratias referre maximas ſtuduit. hæc Leo, qui addit, eumdem Paulum illic cõſenuiſſe in monaſterio & longæuum ætate in Domino quieuiſſe. Ait Trithemius, eumdem iuſſu Caroli Magni ordinaſſe hiſtorias & lectiones per totum annum ſingulis feſtiuitatibus Sanctorum congruentes. Sanè quidem in ſęculo tam rudi, ipſe claruit inter primos.

IESV CHRISTI Annus 775.

HADRIANI PAP. Annus 4. CONST. COPR. IMP. Annus 35.

I. SEPTINGENTESIMVS ſeptuageſimus quintus agitur annus Indictione decima tertiâ, quo tandem poſt propagatum ad plurimos annos Imperium Conſtantini, ſecundùm illud propheticum Danielis[b]: *Ecce Vigil & Sanctus de cælo deſcendit, & clamauit fortiter dicens: Succidite arborem, præcidite ramos eius, & diſpergite fructus eius.* cùm videlicèt impius Conſtantinus, vbi regnaſſet annis triginta quatuor, menſibus duobus & diebus viginti ſex, infeliciſſimo exitu diem clauſit extremum, decimaquartâ menſis Septembris, prout ex Theophane exactè annos ſingulos eius Imperij ſupputante collegimus, dum eius Imperij exordium numerare incipit à die obitûs patris, quem contigiſſe ait decimoquarto Kalendas Iulij nonæ Indictionis, anno Redemptoris (iuxta Latinorum ſupputationem) ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, totidem fermè annis quibus pater regnauit & menſibus, minus diebus nouem: ſiquidem Leonem annis pariter triginta quatuor, menſibus tribus & diebus duobus imperaſſe, idem Theophanes tradit. Vt autem impij tam diu regnare permiſſi ſint, non Dei benedictio, ſed maledictio fuit ſecundùm illud Iob: [c] *Vidi ſtultum firmâ radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.* nam quò longiùs vita producitur, eò copioſior eorum maledictio

DIVINA VLTIO IN CONSTANTINVM COPRON.

[b] Dan. 4.

[c] Iob. 5.

pro-

propagatur, cùm totum, quod viuunt tempus, nõ (A) niſi ad theſaurizandum [a] ſibi ipſis iram in die iræ profecerit, vt nec illis quod vitam fuerit computandum; iiſdem ipſis id in inferno teſtantibus [b] & inter alia, iſta de nimia vitæ ſuæ breuitate dicentibus: *Tamquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aër continuò in ſe reclusus eſt, vt ignoretur tranſitus illius; ſic & nos nati continuò deſiuimus eſſe.*

[a] Rom. 2.
[b] Sap. 5.

II. CONSTANTINI MISERANDVS OBITVS.

Atque de exitu eius Theophanes breuiter narrat, ſic accipe: *Anno trigeſimo quinto, inchoato ſcilicet, ſui imperij menſe Auguſto, tertiadecimâ Indictione exiuit cõtra Bulgares Conſtantinus, q diuinitùs eſt in cruribus plagâ percuſſus, quæ Græcè ἄνθραξ appellatur. Et hinc febre validiſſimâ detentus, Archadiopolim rediit à ſubiectu humoris in lectum delatus. Et veniens Silembriam, nauem ingreſſus eſt, cumq; Strongylum peruenisset caſtellum, miſerabiliter in Chelandio moritur, clamans & dicens: Viuens adhuc igni ſum inextinguibili traditus; ſanctamq; Virginem & Dei Genitricem laudari expoſcens, cùm ſine ſudore eius fuerit inimicus.* Eadem & reliqui omnes Græci auctores teſtantur. Addit autem aliqua Cedrenus his verbis: *Nauigio vſque ad Caſtellum Strongylum vectus, ibi animæ & corporis mortem obijt, vociferans atque dicens, ſe inextinguibili igni traditum propter Mariam, iubens eam exinde honorari, ac celebrari verè Deiparam. Moriens, ſuamq; vltimam voluntatem teſtatam faciens, hæc pronuntiauit: Incolume eſto magnum templum diuinæ Sophiæ: Incolumis eſto ædes ſanctiſſimæ Deiparæ in Blachernis: Incolumis eſto Eccleſia eiuſdem in* (C) *Chalcopratijs: Incolumis eſto ædes ſanctorum Apoſtolorum: Incolumis eſto vrbs & Senatus: Incolumis eſto, fili mi Imperator, atq; tu etiam, ô Theophanes, cui magnum meum arcanum credidi.* hæc Cedrenus. Erant præcipuæ Eccleſiæ illæ, quas iubere valet, ab ipſo præ cæteris ignominiâ affectæ. Sic igitur eâ, quam audiſti, ab eo extortâ diuinitùs confeſſione veritatis, tum de ſua in perpetuũ damnatione, tum de cultu, quem execratus eſt ante, Deiparæ, diem clauſit extremum, hac ex parte Antiocho ſimilis, qui ſemper & vbique impius, moriens eam primùm ſanam veramque ſententiam dixit: [c] *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria cum Deo ſentire.* ſubijcit autem iſta Theophanes: *Regnauit autem poſt* (D) *mortem patris ſui annis triginta quatuor & menſib. duobus, diebus viginti ſex.* quòd legebatur triginta quinque annis, corrigitur ex ipſomet auctore Theophane, dum quâ Indictione, tum hic, tum ſuperiùs in Leone, mortuus ſit, inſinuat.

[c] Machab. 9.

III.

Sed audi, quod ſubijcit elogium dignum eius ſepulchro. *Ita vitam diſſoluit ſanguinibus multis infectus, & dæmonum inuocationibus & ſacrificijs, perſecutionibus quoq; ſanctarum Eccleſiarum, rectæq; & immaculatæ fidei, necnon & monachorum peremptionibus, & violationibus monaſteriorum, maliſq; varijs ſupercreſcens, non minùs quam Diocletianus, vel aliquis tyrannorum.* hæc Theophanes. Porrò ſi quis ex ſectis, quibus communicauit, eius nomina addiſcere velit: ex iis quæ (E) ſuperiùs dicta ſunt, Iudæum ipſum iure vocabit, Neſtorianum, & Manichæum, præter nomina Iconomachi, Copronymi & Caballini, quorum primum ex ſecta, ſecundum è ſtercore, quo infans cõſperſit ſacroſanctum lauacrum, tertium verò mutuatus è ſtercore caballorum, quo tale monſtrum ipſi etiam naturæ auerſum dicitur delectatum. Nã audi Theoſterictum huius temporis ſcriptorem in Niceta: *Tantoperè verò ſordium & impuriſſima cuiuſque rei odore malo delectabatur, vt animalium brutorum ſtercoribus ſe illiniret, & eos qui cum illo erant id facere iuberet, quos amabat, ob idq; benignè accipiebat, quòd rebus malè olentibus ſemper delectaretur.* hæc ipſe. Sed riſimus Glicam, dum Caballinum à Cabala ciuitate refert denominatum, quòd caballini eius ciues dici teſtetur. Sed quid commune Conſtantino cum Cabala, natus ipſe atq; educatus Conſtantinopoli? Nam & Theophanes ipſum caballino ſtercore delectatum, eius Imperij exordio ita narrat, poſt alia ſcelera de ipſo commemorata: *Magicis maleficijs, & luxurijs, cruentiſq; ſacrificijs, & caballinis ſtercoribus, atque lotio delectatus, mollitiebuſq; ac dæmonum inuocationibus* &c.

CVR CABALLINVS SIT DICTVS.

IV.

Sed & quod præter perſonam Imperatoris, ageret quoque Theologum & doctorem Eccleſiæ, ſcriptorum aliqua monumenta reliquit. meminit de eorum aliquibus idem Theoſterictus, quæ vidit: *Ego ipſe*, inquit, *legi tredecim orationes, quas per* (B) *duas hebdomadas recitandas tradidit: in quibus de Sanctorum interceſſione mentio nulla facta erat.* hęc ipſe. Tanto iam glorientur Nouatores anteſignano; tollant hunc, vt faciunt, laudib. Sanctorum blaſphemi; ſuſurrumq; ſui obuoluti ſtercore audiant ſcarabæi: eoſdem cum illo globulos ſtercoreos voluant, dum eaſdem cum illo putidas hæreſes coagmentant, eidem abſq; dubio cum ipſo ſubituri ſupplicium apud inferos, cuius iudicij præiudicium idem proximè moriturus ſenſit: dum enim in ſe latam ſententiam perpetuæ damnationis expreſſit, eamdem vtique eius ſectarios accepturos fore ſignificauit.

Defunctus igitur Conſtantinus ſepultus eſt in templo ſanctorum Apoſtolorum, nactus quam non meruerat ſepulturam; quâ penitùs indignus cùm eſſet, iuſto Dei iudicio poſtmodum (vt ſuo loco dicetur) effoſſus, eius oſſa publicè in foro cremata ſunt. Reliquit Conſtantinus poſt ſe filiũ hæredem Imperij Leonem & alios filios, ſed & filiam à parentis moribus longè diſſimilem, In qua Dei manifeſtata eſt ſapientia, quũ ex putrido illo ſtercore ſciuit aurum colligere, gemmamq; ſeligere quàm pretioſiſſimam, Anthuſam dictam; hanc Copronymi filiam, egregiâ ſanctitate cõſpicuam, de qua in tanta ſcriptorũ penuria ſatis hîc tibi ſit, reddidiſſe, quæ in Menologio ſæpe citato Baſilij Imperatoris deſcripta habentur his verbis, die decimaſeptimâ menſis Aprilis.

DE CONSTANTINI SEPVLTVRA ET EFFOSSIONE.

S. Anthuſa Conſtantini Caballini Imperatoris filiæ memoria. hic titulus. Pergit verò: *S. Anthuſa Conſtantini quidem Caballini fuit filia. Cùm autem vt viro copularetur, ab illo cogeretur, non acquieuit. Sed poſt illius obitum nacta libertatem, omnes ſuas diſperſit diuitias, & has quidem dans pauperibus, has autem in Eccleſiarum & monaſteriorum impendens ædificia: porrò reliquas in captiuorum redemptionem: ſuas autem aureas veſtes in Eccleſiarum ornamenta. Fuit autem multorum mater orphanorum: Expoſitos enim ſuſcipiens infantes educabat, & inſtruebat, & hos quidẽ morientes Deo tranſmittebat, hos autẽ viuentes ad ſenum curã mittebat, & fœminas tondens inducebat in monaſteria. Frequenter autem à piiſſima Irene cognata, vt cum illius filio ac pariter ſecum regnaret, inuitata, minimè conſenſit. Sed à ſancto Tharaſio monacha in Eumenia cœnobio facta, ad Dominum migrauit.* hactenus S. Anthuſæ dignum elogium, quod anniuerſariâ die ex ſacro ritu in Eccleſia legi publicè conſueuit, vt ingens planè miraculum videretur, ex monachorum perſecutore naſci filiam, quæ erigeret monaſteria, atque ipſa monialis pariter efficeretur. vt omnes intelligant, quod *non eſt ſapientia* [d], *non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* quodque ipſe eſt [e] *qui reprobat conſilia Principum.* Et tu nouator infelix, nihilominùs factis, verbiſq; te ſectaris, defendiſque Copronymum,

V. DE ANTHVSA FILIA COPRONYMI.

[d] Prou. 21.
[e] Pſal. 32.

S 2

mum, quem & vnica eius filia vniuerſo orbi, opere demonſtrauit erraſſe, pluris faciens vilem monaſticum habitum, quàm purpuram Imperatoriam?

VI.
DE ANTHVSA SENIORI.

Sed vnde huic Imperatoris Conſtantini filiæ nomen Anthuſæ, ex eodem Menologio diſces, vbi vigeſimâ ſeptimâ Iulij de alia Anthuſa fit commemoratio: hæc enim ibi leguntur: *Anthuſa memoria. Hæc anachoreticam vitam deligens, miraculis clara fuit: cognita autem à Conſtantino Caballino, quod coleret venerandas imagines, cogebatur negare cultum earum. Non acquieſcens, dirè percuſſa fuit. At poſtea Imperatoris vxori parere non valenti prædicens, duos filios eam genituram: maſculum alterum, alteram fœminam: à tormentis eximitur. Et erga eam Regina ſic affecta eſt, vt eam loco matris haberet, & filiam quam peperit, eius nomine Anthuſam nuncuparet: demum verò ipſa in pace quieuit.* hæc ibi. Sed iam redeamus ad Conſtantini filium, nouum Imperatorem Leonem, qui ſtatim ab obitu patris abſq; aliqua controuerſia capeſſit Imperium.

Poſt autem perſoluta poſtrema Conſtantino patri, idem Imperator à Theophane quæſiuit, quodnam grande eſſet illud patris ſecretum ipſi ſoli cognitum? Reſpondit fortaſſe patrem tuum eius rei pœnituit, quam nos occultè egimus, xvij. centenarios defodimus quodam in loco in vſum fratrum tuorum Cæſarum & Nobiliſſimorum. Leo autem omne illud famulis miſſis abſtulit, nihilq; fratribus reliquum fecit. hæc[a] Annales Græcorum. *Leo verò* (ſubdit Theophanes[b]) *cœpit expendere pecunias, quæ ſibi fuerant à patre dimiſſa: placuitq; tam Optimatibus, quam populo, & viſus eſt breui tempore pius eſſe, ſanctæq; Dei Genitricis & monachorum amicus, vnde & monachos Metropolitanos Epiſcopos creans in ſummis ſedibus collocauit.* tunc occidit, vt ipſe Platonem Olympi montis monachū celebrem, ciuem Conſtantinopolitanum, rediens Conſtantinopolim, in Epiſcopum Nicomedienſem prouehendum curaret; ſed renuit ipſe vir ſanctiſſimus, qui in humili gradu Apoſtolicum obire munus non prætermiſit, prout Theodorus Studita, qui hoc viuebat tempore, & res ab eo geſtas ſcriptis proſequutus teſtatur, quæ hic reddendæ ſunt, vt ex ijs, quæ vnus iſte operatus eſt, aliorum ſanctorum monachorum facta, quæ non prodita ſcriptis intelligamus.

[a] Cedren. in Compend. hoc anno.
[b] Theophan. lib. 23. in princ.

LEO IMP. PIVS APPARVIT.

VII.
S. PLATONIS PIETATIS OFFICIA.

Dehinc (inquit Theodorus) *neceſſarijs quibuſdam de rebus Byzantium ingreſſus eſt. Quo tempore videre licuit monachos ipſos, qui ſuperfuerunt tamquam lumina quædam, ab ijs qui in vrbe Byzantio erant, conſpectos fuiſſe. Tunc & beatus ille, qui mortuus antea putabatur, redeuntium agnitus eſt (neq; enim à cognatis ſupereſſe credebatur) ex eo, quòd non ſolùm conſanguineis hominibus, ſed toti Byzantio celeberrimus factus eſt, alijs aliundè illum attrahentibus atq; amplexantibus, benignè eius dexteram apprehendentibus, denique nobili eius doctrinâ libentiſſime fruentibus, &c.* pluribus namque narrat ſpirituales profectus, cum verbi prædicatione ſingulos monens, eos ad meliorem vitæ frugem conuertit. & inferiùs in eodem argumento verſatus, hæc addit.

Itaque in illa vrbe regia, tamquam vexillum quoddam, erexit orationem ſpectata vitæ teſtimonio comprobatam. Adde quòd tenui & modeſto habitu indutus, aſpectu ipſo eos, qui eum videbant, ad virtutem hortabatur. Quòd ſi cum politico aliquo viro negotium illi fuiſſet, orationem ſuauem adhibebat, ad eius mores, qui eum audiebant, ſe componens. Nec quiſquam hanc vitæ ipſius inſtitutum accuſet, ſed vtilitatem inde proficiſcentem conſideret. Et quænam (inquient) hæc eſt? peccantium hominum pœnitentiæ, & vitæ renuntiantium multitudo. Primum enim & ſolus ferè (vt ita dicam) is apparuit, qui noſtri generis homines & alienigenas ad virtutis exercitationem ſuſcipiendam alacres reddidit; primus, inquam, nobis vt ſanctè viueremus, hortator diligens extitit. Quamobrem & monaſterio cuidam, quod in vrbe erat, præeſſe cogebatur quidem, ſed noluit tamen. Quin etiam Nicomedienſium Eccleſiæ præſidere eum hortabatur, qui tunc præſidebat, ſed aſſentiri noluit, clerum fugiens is, qui clero erat dignus, & ſacerdotij faſtigium metuens, qui virtute ſublimis & præſtans erat. Porrò idem ſanctiſſimus vir Apoſtolicus tamdiu Conſtantinopoli manſit, quamdiu hæreſi profligatâ, fides Catholica fuit poſtliminio reſtituta, tunc demum redijt ad monaſterium ſuum. Ita pugil egregius vtraque potens manu, actinâ atq; contemplatiuâ vitâ ſublimis pro temporum ratione (prout ſpiritus imperabat) exegit vtrumque munus.

VIII.
LEONIS IMP. CONSILIVM IN ADMINISTRANDO IMPERIO.

Cæterum quod ad ſtatum Orientalis Eccleſiæ ſpectat, Leo ipſo ſui imperij exordio, quò ſibi conciliaret omnium animos, omnibus morem gerere ſtuduit: perſeuerabat ipſe tamen hæreticus, hæreticus pariter Patriarcha Niceta iura Eccleſiæ miniſtrabat, adeò vt potiùs fuerit obitu Conſtantini perſecutionis ceſſatio, quàm Catholicæ Fidei reſtitutio: Cæterum vbi habenas ipſe Imperij iam ſecurè poſſidere viſus eſt ſibi: rurſum ipſos Orthodoxos perſequi aggreſſus eſt, vt quæ dicemus ſuis locis, oſtendent. Et ſi Platoni vel alicui alij indultum eſt vitam monaſticam propagare, cæteris tamen omnibus numquam id licuit, niſi vbi Irene Auguſta cum filio Conſtantino regnauit. Hæc ſunt quæ ad ſtatum Orientalis Eccleſiæ, vbi Romanus Imperator dominabatur, pertinent; altera verò pars Orientalis orbis Sarracenis ſubiecta, & ipſa hoc anno alleuiata eſt, morte perſecutoris, qui dum vixit Chriſtianos afflixit Habdallæ. de quo hoc anno iſta Theophanes.

HABDALLÆ REGIS SARRACENORVM OBITVS.

Præterea eodem anno & eodem menſe, quo obijt Conſtantinus, moritur Habdalla Arabum Rex. Cum enim ambo hi, velut acerrimæ beſtiæ diuturnis temporibus accrudelitatibus humanum genus depaſti ſunt: mortui ſunt prouidentiâ Dei, & obtinent principatum Leo. & Madi filij eorum. Præterea eodem anno Aldegiſus Deſiderij Longobardorum Regis filius ad regiam vrbem veniens, ad Imperatorem ſe profugus contulit. hæc Theophanes, cuncta ſummâ breuitate perſtringens. Aldegiſus igitur, qui anno ſuperiori fugam Orientem verſus arripuit, hoc anno Conſtantinopolim venit; vbi ab Imperatore benignè exceptus, ab eodem Patriciatus dignitate donatus eſt, vbi cum fruſtrà tentaſſet res Italiæ, abſque ſpe aliqua Regni iterum potiundi conſenuit.

IX.

Quod autem ad Occidentales res pertinet, Synodum à Carolo Magno in Duria habitam, Saxonesque duobus prœlijs ab eodem Rege profligatos, docent Francorum Annales veteres. Planè obſeruatione digna res eſt, quòd antequàm in bellū aduerſus hoſtes Carolus cum exercitu proficiſceretur, ad componendum ciuilem ſtatum, & bene diſponendas res Eccleſiaſticas Epiſcopos & Abbates conuocare cōſueuiſſe. Quæ autem in tot Synodis ab eo celebratis ſtatuta fuerint: promiſcuè ſimul in librum vnum congeſſit Anſigiſus Abbas Lobienſis, quo centum & ſexaginta octo capita continentur. His planè Carolus diuinum ſibi numen concilians, aduerſus hoſtes pugnans, victor ſemper extitit, docens omnes Principes Chriſtianos, quâ viâ ſit incedendum, vt maxima quæque intrepidè aggredi, fortiter proſequi, atq; feliciter valeant conſummare. Cui hoc anno Toreb. Saxo-

nicis

Digitized by Google

nic s occupato nouus intereà paratur ex Longobardorum in Italia rebellantium ſubiugatione triumphus. Etenim hoc anno Notgardus Foroiulienſis Dux fidefragus, Regnum ſibi Italiæ vendicare, comparato exercitu, tentans; anno ſequenti ad eum debellandum fuit Carolo iterum in Italiam redeundum. de quibus ſuo loco dicendum erit.

X. Hoc eodem anno Offa Rex Orientalium Saxonum, poſt alia pietatis opera ad expiationem ſuorum delictorum adhibita, Regnum ſuum vectigale fecit Romanæ Eccleſiæ, vt ſingulæ domus nummum argenteum penderent Eccleſię S. Petri. Quod ex veterib. Anglicanæ Eccleſiæ monumentis prodens Polydorus, hæc ait: [a] *Deinde metu pœnæ qua propter peccata afficiendus erat, Deum ſibi placandum conſtituens, decimam partem omnium bonorum ſacerdotibus alijsq́; inopibus hominib. condonauit. Templum quod Herefordiæ id temporis magnificum erat, ampliſſimis donarijs cumulauit, reliquias corporis diui Albani magno ſtudio perquiſiuit easq́; inuentas, ac in ſcrinio auro & gemmis ornata coniectas, locauit in cœnobio quod ipſe diuo Albano poſuerat, illudq́; magnis locupletauit poſſeſſionibus: vbi etiam loci ſtatuit familiam monachorum diui Benedicti. Huius quoque Regis opus eſſe ferunt cœnobium monachorum eiuſdem ordinis, quod eſt Bathoniæ. Offa tamen, quem verè ſuorum delictorum pœnitebat, viſus ſibi nequaquam plenâ manu de commiſſis Deo ſatisfeciſſe, traiecto propterea Oceano, Romam ſe contulit veniæ conſequendæ causâ, Romanoq́; Pontifici Hadriano primo Regnum ſuum vectigale fecit, impoſito tributo ex ſingulis nummis argenteis, quos denarios vocant domeſticatim in annos ſingulos conferendis: qui fuit annus ſalutis humanæ ſeptingenteſimus ſeptuageſimus quintus.* hæc auctor.

[a] *Polydor. Verg. Angl. hiſt. l. 4.*

OFFA REX MERCIORVM SVVM REGNVM VECTIGALE FECIT ROM. ECCLES.

XI. Hoc [b] eodem anno martyrio coronatur apud Machliniam in Belgio ſanctus Romoldus Apoſtolicus vir genere Hibernus: qui Romam petens, & à Pōtifice Apoſtolatus munere initiatus, Machliniam veniens, illic Euangelium prædicauit, populumq́; illum ad Chriſtum conuertit: eumq́; Dei verbo, & egregio virtutum exemplo, atq; miraculis ex nouis palmitibus illam plantaſſet Eccleſiam: eamdē fuſo ſanguine irrigauit, hoc anno à duobus occiſus ſicarijs, quorum alterum adulterij arguiſſet. Extant eius Acta Apoſtolico planè viro digna. [c] Claruit hoc tempore, qui eius quoq; vſus eſt amicitiâ ſanctus Gummarus Confeſſor, qui in aula primùm Pipini Regis, magna gloria militarat. Scriptæ fuerunt res ab eo præclarè geſtæ à Theobaldo ad Sigerum Lirenſem Præpoſitum.

[b] *Sur. die 8. Iul. to. 4. & Molan. in Natal. SS. Belg.*

S. RVMOLDVS MARTYR.

[c] *Apud Sur. die 11. Octo. tom 5.*

GVMMARVS CONFESSOR.

Hic eſt annus, qui Erâ Hiſpanicâ notatur octingenteſimâ decimatertiâ. quâ Tudenſis habet, defunctum eſſe Aurelium Regem Gallæciæ in Hiſpania, ſuffectumq́ue in eius locum Silum, ſiue Silonem, eius ſororis filium. referunt alij id factum anno ſuperiori, auctoritate diplomatis donationis factæ monaſterio, Erâ octingenteſimâ duodecimâ, eius Regni anno primo. de quo [d] nobilis rerum Hiſpanarum hiſtoricus: *Eſt autem* inquit, *ad memoriam inſignis ea in litteris contenta execratio, quâ eius donationis violator iubetur eſſe* ANATHEMA MARRANO ET EXCOMMVNICATVS. *vnde intelligitur Marrani vocem vulgarem non à Mauris quaſi Mauriani, vt quidam ſuſpicantur, factam in Italia Frederici Ænobarbi tempore, cùm Mauri plurimi fidem Chriſto datam in baptiſmo, paſſim eiuratâ, quam ſuſceperant, religione violarent, ſed potiùs ex Syriaca voce Maranatha deductam, quâ anathematis ignominia, execratioq́; in diuinis litteris continetur.* hæc vir doctus ac pius. Sed hinc poſtea factum eſt, vt ſicut nomen, Marrano, iure exhorrent Hiſpani, ita & vnde deductum eſt, Maranatha [e] ab Apoſtolo introductam in Eccleſiam vocem, & à maioribus frequentatam, in Eccleſiæ cenſuris ſi apponatur, indignè ferant, & contumeliæ loco accipiant. toleranda ſimplicitas, ſi tamen de re potiùs, quàm de nomine ſit ſolicita, nec peruicax obuerſetur Eccleſiaſticæ antiquitati.

[d] *Ioan. Mariana de reb. Hiſp. lib. 7. c. 6. in fin.*

DE VOCE MARANATHA.

[e] *1. Cor. 16.*

IESV CHRISTI
Annus 776.

HADRIANI PAP. Annus 5. LEONIS IV. IMP. Annus 1.

I. ANNVS ſequitur ſeptingenteſimus ſeptuageſimus ſextus, Indictione decimaquartâ, quo Leo Imperator primo ſui Imperij anno, filium Conſtantinum coronat Imperatorem. *Cùm enim omnes Conſtantinopolitani ciues liberalitate Leonis benè erga ipſum affecti eſſent, omnes Optimates cum multitudine populi copioſa* (inquit Theophanes) *ingreſſi ſunt ad eum petentes Conſtantinum filium Imperatorem eius. At ille (vt moris eſt Principibus, renuntiauit eis: Filius eſt* (inquit) *meus vnicus mihi, & idcirco vereor hoc facere, ne forte contingat mihi, quod humanum eſt, & cùm adhuc ſit paruulus, morti eum tradatis, & alium promoueatis. At illi cum iuramentis ſe profitebantur illi ſatisfacturos, neminem regnaturum præter filium eius, etiam ſi mori eum Deus voluiſſet. Hoc autem à Dominica die, quâ Palmarum ſolemnitas agitur, vſque ad quintam feriam hebdomadæ maioris, populo in Hippodromo coaceruato petente, ſanctâ Paraſceue iuſſit iurare illos. Et iurauit omnis populus in honorandis & viuificis lignis* ſanctæ Crucis, *tam ſcilicèt ex thematibus,* militia ſcilicèt, *& Senatu, quàm etiam exterioribus ordinibus & ciuibus omnibus & ergaſteriarijs, Imperatorem non admittendi, excepto Leone ſeu Conſtantino ac ſemine ipſorum, & fecerunt ſcripta, quemadmodum iurauerunt, propria manu.*

LEO IMP. CORONAT CONSTANTINVM FILIVM.

II. *Et in craſtino Sabbato ſancto aſcendit Imperator in tribunal decem & nouem cubitorum, & fratrem ſuum Eudoxium creauit Nobiliſſimum, alius verò frater nomine Anthimus à patre Conſtantino illum honorem fuerat conſequutus. Et proceſſit Imperator cum reliquis Cæſaribus & tribus Nobiliſſimis ac nouo Conſtantino ad magnam Eccleſiam, & mutato indumento, ſicut Imperatoribus moris eſt, ambonem aſcendit cum filio ſuo ſimul & Patriarcha, & ingreſſus omnis populus, poſuerunt omnes ſcripta ſua in menſa ſancta. Tunc Imperator allocutus eſt populum ſic: En fratres, petitiones veſtras adimpleo & dono vobis filium meum Imperatorem. Ecce eum ab Eccleſia de manu Chriſti ſuſcipitis. At illi acclamauerunt voce magnâ dicentes: Fideiuſſor noſter eſto, Fili Dei, quomodo de manu tua Chriſte, ſuſcipimus dominum Conſtantinum Imperatorem ad cuſtodiendum eum, & commoriendum pro eo.*

EVDOXIVS CREATVR NOBILIS.

III. *Et in craſtinum, quando videlicèt magnus & Dominicus dies Paſchæ celebratus eſt octauo Kalendas Maij decimaquartâ Indictione, aurora crepuſculo, exeunte Imperatore vnà cum Patriarcha in Hippodromum, delato altario, omni populo contemplante, Patriarcha fecit orationem & coronauit Imperatorem filium eius. Et ita proceſſit ad magnam Eccleſiam vterque Imperator cum duobus Cæſaribus, & tribus Nobiliſſimis. Proceſſit autem & Imperatrix Irene, cùm proceſſiſſent Imperatores, ſceptris conſequentibus per ſcholas antelatis, & aſcendentibus per area porta aſcenſum in catachumenȩ Eccleſiam, non exiens in plateam * Emboli.* hæc de ſolemnibus ritibus tunc exhibitis Theophanes, qui & eiſdem potuit intereſſe. ſubdit verò paulò poſt, menſe Maio Nice-

CORONATVR CONSTANTINVS FILIVS LEONIS.

*

phorum Cæſarem fratrem Imperatoris poſtulatum reum maieſtatis, vnà cum al js eiuſdem conſpirationis bominib. publicè caſis ac tonſis ignominiæ causâ Cherſonam in exilium deportatum. hactenus de rebus Orientalibus.

CAROLVS ITERVM IN ITALIA CONTRA LONGOBARDOS.

Quod autem pertinet ad res Occidentales, hoc anno Carolus Magnus cùm audiſſet Rotgaudum Ducem Longobardorum Foroiulienſium noua molientem, & Regnum Longobardorum ſibi vendicare ſtudentem: in Italiam, nullo obice, venit. Eademque celeritate eumdem victum occidit, captiſque Foroiulio atque Taruiſio, quæ rebellauerant, ciuitatibus, Francorum illic præſidia reliquit. contigerunt hæc ipſo veris initio: nam rebus confectis, Paſcha Taruiſij celebrauit. Poſthæc rebellantibus Saxonibus citiùs in Gallias cum exercitu rediji. Sed quomodo antequàm ipſe in Saxoniam peruenerit, Deus pugnarit pro Francis: audi diuinum miraculum antiquis illis, quæ diuina ſcripta teſtantur, minime [a] impar.

* Vita Carol. Magni Annal. Franc. & Chron. Regin.

IV. *Saxones iterum rebellauerunt, ruptis ſacramentis, & obſidibus promiſſis mentitis, & Eresburgum caſtrum per mala ingenia & iniqua placita capientes, Francos expulerunt, & caſtrum deſtruxerunt. Similiter voluerunt facere de Sigiburgo caſtello: ſed dum per placita Francos, qui intus erant, non potuiſſent illudere, ſicut fecerant alias de Eresburgo: præparauerunt pugnas & machinas, vt caſtrum vi caperent; Deoq; volente petrarias, quas parauerunt, in ſuo plus damnum ſenſerunt, quàm illi de caſtello. Item præparauerant clitas ad debellandum per virtutem, caſtrum; ſed Dei virtus ſuperauit illorum virtutem. Quadam autem die cum bellum præpararent aduerſus Francos, qui ipſum caſtrum cuſtodiebant: apparuit manifeſte* [*] *gloria Dei ſuper Eccleſiam, quæ eſt infra ipſum caſtrum, videntibus cunctis tam à foris, quàm etiam deintus, ex quibus multi manent adhuc, qui dicunt vidiſſe ſe inſtar duarum ſcutorum colore rubeo flammantium, & agitantium ſuper ipſam Eccleſiam. Cùm hoc ſignum vidiſſent Pagani, qui à foris erant, ſtatim confuſi ſunt, & magno timore perterriti, fugere cœperunt ad caſtra, & omnium multitudo eorum fugam arripiens, alij ab alijs inuicem interficiebantur, & qui retro reſpiciebant propter pauorem ab antecedentibus lanceis confodiebantur, & diuerſos ictus inter ſe perpeſſi ſunt omnes, & diuinâ vltione* [*] *vindicati. At quantum ſuper eos Dei virtus propter ſalutem Chriſtianorum operata eſt, nullus narrare poteſt: & quantò plus illi pauore perterriti ſunt, tantò magis Chriſtiani confortati omnipotentem Deum laudabant, qui dignatus eſt oſtendere potentiam ſuam ſuper ſeruos ſuos. Ita Francis viriliter reſiſtentibus, Saxones nihil præualuerunt, & Franci proſecuti eos interfecerunt vſque ad flumen Lippiam, & cum victoria reuerſi ſunt.* Cùm hæc audiuit Carolus, celebrem Synodum in Vuarmatia celebrandam curauit ad componendas, ex more, res Eccleſiaſticas & politicas, exemplo expertus ſæpiſſimè, curare Deum res bellicas, cùm ipſe eſſet ſolicitus de rebus Eccleſiaſticis conſeruandis. nam audi quæ ſequuntur.

* gladias

DE FVGA STVPENDA SAXONVM INGENS MIRACVLVM.

* indicati

V. *Cùm autem in Vuarmatia domnus Rex Carolus hæc audiſſet, tenuit ibi Synodum & publicum placitum, & conſilio habito, introiuit cum ſumma feſtinatione, Deo adiuuante, in Saxoniam. Et perterriti Saxones omnes, ad locum vbi Lippia conſurgit, venerunt ex omni parte, & domno Regi Carolo per Vuidum manibus ſuis reddiderunt patriam, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos. Et iterum ſubditi ſunt ditioni domni Regis Caroli. Domnus autem Rex Carolus readificauit Eresburgum caſtrum, & fecerunt aliud caſtrum ſuper Lippiam. Vbi venientes Saxones vnà cum vxoribus & infantibus, innumerabilis multitudo, baptizati ſunt in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, & obſides dederunt domno Regi Carolo, ſicut voluit. Diſponens autem domnus Carolus Francos per caſtella Saxoniæ, reuerſus eſt in Franciam, & celebrauit Natale Domini in Ariſtallio.* hucuſque in dictis Annalibus res ab eo geſtæ anni huius.

VI. FREQVENTES SYNODI SVB CAROLO MAGNO QVALES FVERINT.

Ceterùm quod ad frequentes Synodos à Carolo annis ferè ſingulis habitas pertinet: minimè placet quòd aſſeritur opinatione quadam potiùs, quàm certâ auctoritate, hos fuiſſe tantùm laicales conuentus ad res bellicas aliaq; politica diſponenda: etenim cùm in his conſtet ſancitos eſſe canones ad res Eccleſiaſticas ſpectantes, quorum aliquot ex Capitularibus Regum Francorum ſuperiùs ſcripſimus & alios ſuo loco reddituri ſumus, ceſſare de his contraria omnis aſſertio vel dubitatio debet. Cuſtos ſiquidem ſacrorum canonum tenaciſſimus Carolus, ex eorum præſcripto, annis ſingulis Synodales voluit eoſdem ſacros celebrari conuentus: quibus & magiſtratus Regni interfuiſſe æquè ſentimus, in iiſque etiam quæ ad Regni optimum ſtatum pertinent, eſſe cognita, optimeque diſpoſita non negamus. Et vt huius inſtituti originem repetamus, ſciendum, fuiſſe anno quarto Pipini Regis Concilium celebratum apud Palatium Vernis, in quo ſtatutum quarto canone, vt bis in anno Synodus celebrari deberet. quo Rex ipſe iuſſiſſet, in eiuſque agi præſentia, ad quas conuenirent Epiſcopi & Abbates; earumque alteram Kalendis Martij, alteram verò Kalendis Octobris celebrandam eſſe. Vt taceamus modò dicere de innumeris antiquis Eccleſiaſticis legibus, iſta iubentibus: ad omnem de hac re tollendam dubitationem, reddendus eſt hîc ipſe eiuſdem Synodi canon, qui ſic ſe habet:

VII. *Vt bis in anno Synodus fiat: prima Synodus menſe primo, quod eſt Kalendis Martijs, vbicumque domnus Rex iuſſerit, in eius præſentia. Secunda Synodus Kalendis Octobris aut ad Sueſſiones vel alibi, vbi in Martijs Kalendis inter Epiſcopos, & illi Epiſcopi ibidem conueniant, quos modo vice Metropolitanorum conſtituimus, & alij Epiſcopi vel Abbates ſeu presbyteri, quos ipſi Metropolitani ad ſe venire iuſſerint, ibidem in ipſa ſecunda Synodo conuenire faciant.* hæc canon dicti Concilij celebrati anno quarto Regni Pipini Caroli patris: vt mirandum non ſit, ſi vel ſaltem ſemel in anno coram ſe Synodum Carolus fecerit celebrari, qui (ſi in omnibus canon ſeruandus fuiſſet) bis in anno Synodo ſuam præſentiam teneretur exhibere. Sed eſt canon Synodi Sueſſionenſis ab eodem Pipino Rege habitæ, quo decernitur, annis ſingulis ſingulas eſſe Synodos celebrandas; ex cuius præſcripto potiùs Carolus eius filius ſingulis fermè in annis colligebat Epiſcoporum conuentus ſingulos. Quantùm autem iſta ſibi, Regnoque profuerint, probarunt euenta.

IESV CHRISTI
Annus 777.

HADRIANI PAP.	LEONIS IV. IMP.
Annus 6.	Annus 2.

I. SEPTINGENTESIMVS ſeptuageſimus ſeptimus Redemptoris annus decimaquintâ Indictione notatur, quo Bulgarorum Rex Telericus, qui aduerſus Conſtantinum Copronymum ſæpè pugnarat, Chriſtianæ religionis amore ſuos deſerens, contulit ſe Conſtantinopolim, vt ſacrum

baptiſma

baptiſma ſuſciperet, Regnum relinquens terrenū, vt cæleſtis Regni particeps eſſe poſſet. Operata eſt iſta fides in Chriſtum etiam ante Chriſtum. Nam ad Hebræos Apoſtolus: [a] *Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remuneratorem.* magnum quidem dedit iſte ſpecimen viuæ fidei, dum Regno numeroſiſſimę, victricisq; gentis prętulit ſeruitutem humilem Chriſti. Excepit hunc Leo benignè ſatis, atque baptiſmum conſecutum, Patricium creauit, & nobili coniugio honeſtauit. de his enim breuiter iſta Theophanes: *Anno ſecundo Imperij Leonis confugit Telericus Bulgariæ dominus ad Imperatorem. Qui fecit eum Patricium, iungens illi vxorem ſuæ Irenæ conſobrinam. Cùm autem baptizatum eum ex ſancto lauacro ſuſcepiſſet, magnificè honorauit, pariter & amauit.* hæc ipſe: Fuerunt iſtæ primitiæ Bulgaricæ gentis ad Chriſtianam religionem accedentis, poſteà magnâ alacritate confluentis. vt dici poſſit frumenti granum, ſeminatum fructum cētuplum reddidiſſe.

[a] *Hebr. 11.*

TELERICVS REX BVLGARORVM SACTVS CHRISTIANVS.

II. Eodem anno, qui & tertius numeratur ante Leonis Imperatoris obitum, contigit certamen Theophanis (qui & Iſacius dictus eſt) nobiliſſimi ciuis Conſtantinopolitani cum Leone Imperatore, accuſatus à ſocero, quòd vnà cum coniuge minimè liberis procreandis vacans, vitam monaſticam exerceret domi vnà cum coniuge, bona ſua pauperibus largiens: Rem geſtam à Theodoro Studita (vt creditur) ſcriptam ſic accipe: *Socer eius qui hanc ſpem in ipſis ſolis poſitā habebat, eam rem ſic agrè tulit, vt ipſum quoq; Imperatorem in magnam indignationem impulerit. Leo hic fuit ſordidi patris filius atque ſucceſſor: qui & ipſorum adoleſcentiam commiſeratus, & proprium amicum eius patrem honorans, iureiurando comminatus eſt adoleſcenti, ſe illi, niſi à propoſito deſiſteret, oculos effoſſurum. Et Cyzicum miſit eum, muniuſque præclarum commiſit, vt rebus inanibus atq; caducis adminiſtrādis, earum quæ ſemper permanent ſplēdorem obliuiſceretur. At ille tamquam murus in ſuo inſtituto ſtabilis permanens, libenti animo iter ingreſſus, apud Sygrianem occurrit admirando ſeni qui Gregorius appellabatur, & tum alijs donis, tum prophetiæ gratiâ præſtabat: multis enim ſudoribus animum à perturbationibus liberum, ſeſeque tum in contemplatione rerum diuinarum, tum ad eorum, quæ eſſent euentura cognitionē, aptum reddiderat.*

THEOPHANIS ISACII CERTAMEN CVM LEONE IMP.

III. *Huic Theophanes animi ſui propoſitum aperit, ſibique certum iam eſſe dicit exilium eligere voluntarium. At ille ſancto Spiritu (vt erat ſolitus) illuſtratus: Nihil eſt, inquit, ô iuuenis, quamobrem de exilio cogites: paulò pòſt enim licebit tibi, nemine prohibente, ad ſolitudinem te conferre: ſocero enim tuo & Imperatore defunctis, ad vitam priſtinam reuocaberis. & hæc dicens, ſolito murmure labijs intonabat, quemadmodum ipſe iuuenis comitibus dixit, cum eius teſtimonium narraret. Senis autem iumento vſus eſt, eoq; magis quàm regio equorum miniſterio, quo erat ornatus, gloriabatur. Senis igitur monitis & aliorum Patrum conſilio confirmatus reditum in patriam diſtulit, & vnà cū ſocijs in loco, quem nactus eſt, cum ſupellectile ſua conſedit. Verùm cùm & magnis caloribus & ſiti cruciarentur, non tantùm indignatus eſt nec aquæ penuriâ ſententiam mutauit, nec proprium orauit Dominum, vt ſibi mederetur; ſed ſolitas illi preces fundens, ſuper tapete recubuit, vt ſomno paulisper ſitim leniret.*

GREGORII CONSILIO QVIESCIT THEOPHANES.

IV. *At rerum mirabilium effector Deus iuuenem intuitus, propter ſe libenti animo labores ferentem, magno illum miraculo decorauit: Qui enim ingrato populo ex duriſſima petra latices effudit, cur grato iuueni neceſſaria non miniſtraret? Prope igitur vbi iacebat, diuino iuſſu fons mirabilis emanauit, tactuq; ſuum ſeruum Deus excitans, ſeſe illi patefecit. Qui ſocijs conuocatis, ſitis remedium à Deo datū oſtendit. Cunctis igitur manibus aquæ copiam haurientes, debitas bonorum omnium Largitori Deo gratias egerunt. At ne quis poſſet ſuſpicari caſu fontem illum repertum fuiſſe: nocte repentè ſic euanuit, vt ne veſtigium quidem eius vllum mane relinqueretur. hoc amoris, quo ſanctus hic iam inde ab adoleſcentia Deum proſequebatur, ſignum fuit.* & paulò pòſt: *Nondum anni tres præterierunt, cùm ſocer eius & Imperator à præſenti gloria depulſi ſunt, & ad domicilium illis conueniens miſſi, &c.* reliqua enim ſuo loco reddituri ſumus, quæ memoriâ digna ſub Irena Auguſta & Conſtantino filio contigerunt.

AQVAM DEVS SITIENTIBVS LARGITVR.

V. Quo pariter anno Carolus Magnus ad ſtabiliendam Eccleſiam Saxonum, habuit Synodum Paderburnæ, vbi Saxones baptizati iuramēto firmarunt ſe Chriſtianam Fidem perpetuò ſeruaturos, alioqui paſſuros ob pœnam omnium ſuorum bonorum diſpendium. hæc Acta Caroli, vetus Chronicon, Annales Francorum & Regino tradunt. Sic igitur firmatæ, penitusq; ſtabilitæ videri poterant res Saxonum, niſi vnus ex eorum Principibus Widechindus nomine, ne cum aliis ad Synodum conuenirct, vnà cum paucis ſocijs fugam arripiēs, aufugiſſet in Normandiam. Excepiſſe autem in eadē Synodo ab Hiſpania venientes tres Sarracenorum Principes, pariter tradunt. habet eadem de rebus hoc anno geſtis Paderburnæ Gobelinus in Meinulpho, qui & originem Epiſcopalis ſedis Paderburnenſis enarrat. Sed & de aduentu Principum Sarracenorum hæc Annales ſub Ludouico ſcripti ab eius domeſtico produnt: *Venit*, inquit, *iiſdem & loco & tempore ad Regis præſentiam de Hiſpania Sarracenus quidam, nomine Ibinalarabi cum alijs Sarracenis ſocijs ſuis, dedens ſe ac ciuitates, quibus eum Rex Sarracenorum præfecerat.* & paulò pòſt: *Perſuaſione ergo Rex prædicti Sarraceni, ſpem capiendarum quarumdam in Hiſpania ciuitatum haud fruſtra concipiens, profectus eſt, &c.* Porrò expeditio in Sarracenos contigit anno ſequenti.

SYNODVS PADERBVRNENSIS.

IESV CHRISTI
Annus 778.

HADRIANI PAP. Annus 7.	LEONIS IV. IMP. Annus 3.

I. SEQVITVR temporis ordine annus Redemptoris ſeptingēteſimus ſeptuageſimus octauus, primâ Indictione, quo Caroli Magni contigit expeditio in Hiſpaniam aduerſus Sarracenos, ab aliis Sarracenis (vt vidimus) anno ſuperiori ad id faciendū permoti: etenim bello ciuili Sarracenis inter ſe diſſidentibus, qui regnabat Cæſaraugustæ, ab aliis pulſus Sarracenis, in ipſos Carolum cōcitauit. Francorum rerum ſcriptores veteres tradūt, ſubegiſſe Carolum Nauarram, potitumque Cæſarauguſtanâ ciuitate, atque Pampilonâ, eaſdem mœniis reliquiſſe nudatas. Verùm ceſſit exercitui infelix exitus, Vaſconibus in montibus Pyrenæis, vſis locorum opportunitate, exercitus extrema cędentibus. Quâ impreſſione factâ, deſideratos eſſe inter alios inſigniores Eggobardum regiæ menſæ præpoſitum & Rutlandum præfectum Britannici littoris, teſtis eſt Eginhardus in rebus geſtis Caroli Magni. Porrò de hiſtoria vel nimia breuitate contracta, vel ſub nomine Turpini Rhemenſis

CAROLI MAGNI EXPEDITIO IN HISPANIAM.

Epiſcopi nimiâ fabuloſi.ate producta, oihil præterea eſt tutum aſſ.rerc.

II. Sed quomodo errore lapſi ſunt nonnulli perſecuti ſuis ſcriptis res Hiſpanas, d m einſmodi cladem, quam in ſaltu Pyrrnæo paſſus eſt Carolus, referunt ad tempora Regis Alfonſi cogoomento Caſti, paulò aote obitum eiuſdem Caroli Magni, ſuo loco pleniùs dicturi ſumus, hîc ſatis ſitiſta noſtâſſe. Regnabat autem tum in Hiſpania in Regno Legionis & Aſturiorum Silo gener Alfonſi Catholici, qui pace cum Sarracenis compoſitâ, tranquillam tranſi git vitam, ab anno Redrmptoris ſeptingẽteſimo ſeptuageſimo quioto, Erâ nimirum (vt Tudenſis haber) octingenteſimâ decimatertiâ, tenuitq́; vſque ad Eram octingenteſimam vigeſimam piimam, anoum Domioi ſeptingẽteſimum octogeſimum tertinm. Cùm iotereà Aragooenſes, Priocipe Anſar ſeſe à Sarraceoorum ingo magnâ animi generoſitate vendicantea, libertatem ſunt cooſequuti, pro qna tuenda ſtudio iodeſeſſo certarunt.

ARAGONENSES IN LIBERTATEM VINDICATI.

III. Cùm autem in ea aduerſus Sarraceooa expeditione Carolus eſſet, fidifragi Saxones ſuaſiooe Vuidichindi Principis rebellantes, quæ obuia habuerunt ad Rhenum vſq; omoia cæde atqne incendio vaſtant, ſed non impune: oam idem Carolna licèt annus declioaret ad fioem, & exercitua imminutæ vires oonnihil eſſent ex clade illa à Vaſconibus illata, oullâ morâ eos per ſuos adoriri voluit, qnos in fugam verſos magna ex parte oecauit, hęc Francorum vetera Chronica & Annalrs. Verùm cædem Saxooum anni ſequeotis exordio cootigiſſe, quæ dicentur, oſtendẽt. Sed hæc ex epiſtola ſancti Ludgeri Monaſterienſis Epiſcopi ad Xiafridum Traiectenſem Epiſcopum [a] data, petenda ſunt, qui ea quæ hoc anno Saxones in ſancti Suniberti Vuerdenſe cœnobium perpetrarnot, & quàm à Deo ob ſacrilegium experti ſint vltionem, ſcribit cuncta quidem Aonalibus digna, quæ ſie ſe habeot. [b]

SAXONES REBELLANTES CVNCTA CÆDE MISCENT.

[a] Extat in Appendice ad vitam Suniberti apud Sur. to. 2. die 1. Martij.
[b] Ead. epiſt. c. 4. 5. 6. 7.

IV. *Poſtremò* (inquit) *imperante Carolo Magno Rege Frãcorum inclyto filio præfati Regis Pipini, cùm is ſubiugatis potenter Saxonibus, & Vueſtphalis, decreuiſſet cum grandi exercitu Chriſtianorum contra Gentiles Hiſpanos,* Saracenos ſcilicèt regnantes in Hiſpania, *ire in Hiſpaniam, & eos mittere ſub iugũ Fidei Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, anno ſcilicèt à Natiuitate eiuſdem Domini noſtri ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octaue, Indictione primâ: ferociſſimi & perfidi Saxones & Vueſtphali excitati ſpiritu ſatanæ ac inebriati calice Babylonis, cum præfatus Carolus Rex eſſet cum toto ſuo exercitu in Hiſpania, putantes ac videntes ſe habere aptum tempus vlciſcendi damna à Carolo & à Chriſtianis ipſis ſæpè illata, conglomerati in inuicem præceptis Satraparum ipſorum, venerunt validiſſimis & grandibus agminibus ſtrenuorum & ferocium armigerorũ, depopulantes longè latéque crudeli ferro & edaci flammâ cuncta, quæ erant Chriſtianorum. Veneruntque vſque ad littora Rheni.*

V. *Et in tantum ſæuijt ira & crudelitas ipſorum, vt nullatenus parcerent nec Eccleſiis Dei, nec ſexui, nec ætati hominum, quin omnia conſumerent ac demolirentur vſque ad internecionem, ſed anno ſequenti maxima vindicta ſubſequuta fuit, & denuò ad fidem reuocati triumphali gladio ſereniſſimi Francorum Regis Caroli propugnatoris Fidei Chriſtianæ fuêre. Quâ horridâ clade ſæuiente, prædicta ferociſſima gentes Saxonum & Vueſtphalorum ad Eccleſiam ſanctiſſimi Suniberti, & ad oppidum Vuerdam ferocitatis ſua direxerunt greſſum. Quod oppidum liuore magno, feroci igne & ferro ſolotenus deſtruxerunt. Eadem tempeſtate Eccleſia cum conuentu ſancti Suniberti concremata fuit, ſacerdotes aut trucidati, aut effugati, incolæ vtriuſ-*

SAXONVM IRRVPTIO IN VVERDAM FACTA.

A *que ſexus omnes ferè occiſi, ibi ſacri exuſti, vicuſq́; ferè in ſolitudinem redactus eſt. Dempto ſacro corpore S. Suniberti, ſagaciter ſubtus terram depoſito & depreſſo, quod licèt induſtriè per totum conuentum quæſierint, minimè tamen inuenire potuerunt. Et licet eſſent Chriſtiani vi adacti, & hæc crudelia peragerent: oderant tamen ſanctum Sunibertum, eò quòd pridem Chriſtiano Francigenis præſtitiſſet victoriam contra eos, & (vt arbitrabantur) inimicus ipſorum eſſet, & defenſor exercitus Chriſtianorum.*

VI. *Erat autem in eodem flagitioſo exercitu quidam ſatelles diaboli, nomine Ogellus Oeſterbach de Paderborne, qui in eadem ſæua depopulatione oppidi de Vuerda infinita flagitia commiſerat, gaudens in rebus peſſimis. Is totâ vi conatus inflammare ſancti Suniberti Eccleſiam, ignem primus*
B *copioſum ad faſtigium iactauit Eccleſiæ, ſed protinus ignis ſæpe repulſus & mortuus extinctus & diminutus fuit. vim enim ſua virtutis primò oblitus eſt ignis. At ille obſtinatus in malitia, licèt hæc cerneret, & nullo modo deſiſtere dignaretur: tandem permiſſione diuinâ eam incendit, & latus abiuit. Igitur cũ hæc effera & bellicoſiſſima gens Saxonum infinita abominabilia vbiq; in Chriſtianos graſſando ad libitum peregiſſet, diuiſiſq́; inter eos lætarentur rapinis ac ſpolijs, ſediſſentq́; in ſuburbanis & vicinis pratis virentibus oppidi Vuerdenſis, ouantes & gratulantes de cædibus & oppreſſionibus Chriſticolarum: ecce venit ille ſceleratiſſimus & ſacrilegus Ogellus ad commilitones & conterraneos ſuos in eodem prato prandẽtes, cachinnando recitans, vt ipſe Eccleſiam ſancti Suniberti protectoris Francorum*
C *incenderit, quamuis commodè eam aliquamdiu incendere nullatenus potuiſſet.*

VII. *Statimq́; Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſplendor Sanctorum ſuorum, volens ſacrilegis Saxonibus palàm oſtendere, cuius meriti ſanctus Sunibertus nobilis Pontifex apud ipſum eſſet in Regno cælorum, illum nefandum Ogellum miſerabiliter puniuit, vt alij terrerentur, & à talibus deſiſterẽt. Nam cùm pernicioſus Ogellus hæc prædicta mala per ipſum perpetrata coram prandentibus ſocijs & compluribus ſuis cachinnando, immò ipſum blaſphemando recitaret: ſtatim ira Dei aſcendit ſuper ipſum, cadenſq́; retrorſum coram omnibus ſuper planam terram fracto collo; dignas temeritatis ac ſacrilegij pœnas debitas horribili morte luit. Quod alij ſacrilegi videntes & audientes exterriti*
D *valdè, compuncti pœnitentiâ ſalutari, quidam ipſorum iram Dei mitigauerunt.*

IMPIVS OGELLVS DIVINITVS PERCVSSVS INTERIIT.

VIII. *Nec hoc ſufficiebat Deo ad laudem ſancti Suniberti, quin etiam illuſtriùs honorare voluit Sanctum ſuum coram omni exercitu Saxonum & Vueſtphalorum. Nam cùm ſacrilegus Ogellus mortuus, coopertus velamine ſic per tres ferè horas iacuiſſet, & ſigno dato, iuberentur vbique per totum exercitum caſtrametari in alio loco: ſtatim conuenerunt conſanguinei & ſocij malitiæ nefandi Ogelli, eumque ſepelire in cœmeterio Eccleſiæ ſancti Suniberti decreuerunt, ſed nullo modo valebant. Namque cùm indigeſtam terram effoderent, conantes facere ſepulturam in præfato ſancto cœmeterio, in quo ipſum condendo ſepelirent, ſtatim digeſta terra per ſe defluxit in eamdem foueam, ac ſi non*
E *fuiſſet fulcata, de quo omnes valdè mirabantur. Cùmque iterum atque iterum fodiendo tentaſſent, & multum laboris inſumpſiſſent, vt facerent ſepulchrum licèt in alijs locis eiuſdem cœmeterij, & ſemper terra per ſe, omnibus ſtupentibus, ſubitò decidiſſet in eamdem foueam, permanens & apparens plana terra vt anteà; deſiſtebant à fodiendo ſepulchro in eodem cœmeterio: & exterriti dicebant alterutrum, ipſum indignum Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & præſertim ſepulturâ illius cœmeterij, eò quòd Eccleſiam illam & cœmeterium cremando profanâſſet. Et ſic multùm attoniti recedentes, cùm veniſſent ad cadauer mortui, & abiecto velamine, denudâſſent faciem eius, ecce tam horribilis & miſerabilis apparuit facies eius, quòd omnes in terrorem & formidinem vertit, ita vt omnes tremuntes,*

INCENDITVR ECCLESIA S. SVVIBERTI.

SACRILEGO TERRA SEPVLTVRAM NEGAT.

ſtupidi

ſtupidi & pauidi citò recederent ab eo, ignorantes quid de corpore facerent. Sed inſtanti receſſus tempore, quidam alij ſatellites ex alia prouincia Sexonum prædicta audientes, & ipſum mortuum inuenientes, proiecerunt indignanter cadauer in Rhenum, vt eſſet pabulum piſcium, & ſic malus malè perijt.

IX. *Itaque cùm ex præcepto Satraparum per totum facinoroſum exercitum ſigno dato, iuberentur caſtra mouere, domumq; diſcedere: ecce dolenter nuntiatum fuit à contribulibus & complicibus malitiæ & commiſſi ſacrilegij, duobus præcipuis Satrapis Nothelino & Occoni, ſtrenuum Ogellum de Paderborne, qui primum Eccleſiam S. Suuiberti incenderat, ex vindicta Dei & ſancti Suuiberti patroni illius loci plagatum & punitum eſſe, fregiſſeque collum ſuum ſuper planam terram, cùm iucundè iactaret, quòd illud facinus ſacrilegum admiſiſſet. Quod illi audientes, indignati dicebant, hoc caſu accidiſſe, & non ex vindicta alicuius Sancti & præcipuè S. Suuiberti, & quod S. Suuibertus eſſet impotens, & nullius virtutis ac poteſtatis, qui nequiuiſſet ſuum oppidum, ſuamque Eccleſiam tueri. Cúmque hæc & alia huiuſmodi multa verba blaſphemiæ ſuperbè ac indignanter protuliſſent, nec dantes gloriam Deo & Sancto eius: ſimul atque receſſiſſent illi duo Satrapæ ab inuicem, Nothelinus glorians in via de victoria habita contra Chriſtianos, priuatur coram omnibus lumine oculorum, factus totus cæcus, atque in cunctis membris ſuis grauiorem morte pœnam tamdiu ſuſtinuit, donec rubore coopertus & in ſe reuerſus, ac ſe colligens, quantam in Deum ac S. Suuibertum ſuperbè commiſerat, medullitùs ſuſpirando agnouit & doluit.*

NOTHELINVS DIVINITVS EXCÆCATVR ET SANATVR.

Itaq; creſcente per momenta temporum dolore corporis, conſilio proborum flexis genibus humiliter Deo vouit deuotè viſitare ſepulchrum S. Suuiberti & Eccleſiam eius in fauillam redactam, iuxta facultatem ſuam reſtaurare, modò interceſſionibus ipſius recuperaret priſtinum viſum & ſanitatem corporis. Quo voto coram multis dolenter & deuotè facto, protinùs dolor viſcerum ceſſauit & viſus rediit, & ipſe ſurgens, lachrymabili voce Deum deuotiſſimè laudans, cunctis apparuit, vt meritis ſancti Suuiberti liberatus ſit. Et Vuerdam vſq; properans, votum cum multa familia deuotè adimpleuit.

X. VLTIO IN OCCONEM ET MISERICORDIA IMPERTITA.

Alter autem Satrapa Occo nomine opimis ditatus ſpolijs cùm equeſter cum vernaculis rediret è Vuerda, ignorans vt Nothelinus à Deo punitus eſſet, recitaretque in via quàm benè vindicaſſent Saxones contra Chriſtianos contumelias & oppreſſiones ipſis à Carolo pridem illatas, & vt humana pariter & diuina in finibus Chriſtianorum perturbaſſent, & præſertim vti Eccleſiam ſancti Pontificis Suuiberti, in quo multum Chriſtiani confidebant, incendiſſent: mox coram omnibus mulctatus eſt à Deo, auditu carens & loquelâ, rediensque domum mœſtus & dolens, manſit longo tempore ſurdus & mutus. Qui ſimiliter in ſe reuerſus, erubeſcens ingemuit valdè, perpendens quod Deus vindicat blaſphemias Sanctis ſuis illatas. Salutari igitur pœnitentiâ ductus dolens toto corde de commiſſis in Deum & eius ſeruum Suuibertum, eleemoſynis & precibus ſperabat à Deo recuperare priorem ſanitatem, ſed nihil proficiebat, & nihil obtinuit.

Cùm verò didiciſſet qualiter Nothelinus Satrapa cæcitate percuſſus meritis ſancti Suuiberti liberatus fuit, ſpem magnam concipiens in ſanctum Suuibertum, ſimiliter vouit peregrè viſitare ipſum ſanctum Suuibertum in Vuerda, & ſeruituti eius ſe mancipare, modo priſtinæ meritis ipſius Sancti reſtitui poſſet ſoſpitati. Eadem horâ ſanatus à cæleſti medico, diſpoſitâ domo ſuâ, publicè accedens cum ſolemni familia ad Eccleſiam ſancti Suuiberti in Vuerda, votum impleuit reuerenter & deuotè; redire quoque domum ſpernens, ſumptibus ſuis, & præfati Satrapæ Nothelini aliorumque multorum deuotorum hominum eamdem exuſtam Eccleſiam anno ſequenti eleganter reſtaurauit. Et dignitati ſuæ Satrapatus renuntians, in Vuerda apud S. Suuibertum conſenuit, ſeruiens feruenter Deo & S. Suuiberto omnibus diebus vitæ ſuæ. hactenus de his S. Ludgerus Epiſcopus res ſui ſæculi narrans. Porrò ſequenti anno Saxones atque Weſtphali poſt acceptam ingentem cladem ſubdiderunt ſe Carolo Magno.

XI. Cæterùm ipſe S. Ludgerus genere Friſius, Friſiorumq; Apoſtolus iure dicendus, hoc tempore Friſiorum cōuerſioni operam dabat, vt colligitur ex [a] Actis vitæ ipſius à Vuerdēſibus monachis ſcriptis proditæ. Hic enim genere Friſius ex Chriſtianis parētibus ortus, educatus ſub diſciplina S. Gregorij diſcipuli S. Bonifacij Martyris in Eccleſia Traiectenſi, ibi initiatus eſt clericatu, ab eoq; miſſus in Angliam, vbi Albinus ſiue Alcuinus publicè profitebatur litteras ſacras, eum audiens annum integrum manſit, iterum ad eum, qui miſerat Gregorium, ordinatus diaconus rediit. Poſteà verò rurſum profectus in Angliam, tres integros annos & ſex menſes eumdem præclariſſimum doctorem audiuit, vſu litterarum Carolo Magno notiſſimū. Vocatus deinde defuncto Gregorio, ab Apoſtolico viro Lebuino per viſum, qui Euangelium Dauentriæ prædicarat, illuc ſe contulit, vbi combuſtā à Saxonibus Eccleſiam reſtaurauit. inde à ſucceſſore Gregorij Albino in Friſiam miſſus, fana illic idolorum plura deſtruxit, ipſis ſpectantibus idololatris, & Dei virtute, ne repugnarent, agente. Septem verò ibi annis manſiſſe, eadem produnt Acta: cùm autem longè lateque eius Apoſtolatûs gloria claruiſſet, qui ſub Albino in Anglia profitebatur eius condiſcipulus, eiuſmodi ſalutationem ad eum hiſce verſibus ſcripſit:

[a] *Apud Sur. die 26. Martij tom. 2.*

LVDGERVS PRÆDICAT FRISIIS.

XII. DISCIPVLI ALBINI AD S. LVDGERVM SALVTATIO.

Frater amore Dei, cognato dulcior omni
Et conſanguineis meritò pretioſior ipſis,
Ludger amate mihi, Chriſti te gratia ſaluet.
Viue tuæ gentis Friſonum clara columna,
Presbyter occiduis laudabilis orbis in oris,
Doctus in eloquio, prudens, & mente profundus,
Ipſe gradum meritis ornans & moribus almis,
Vt puer in ſenibus humili de corde miniſtras,
Vt germanus agis cunctis æqualibus æuo,
Atq; parens pueris vita documenta rependis.
Tu melius creſcendo, mei memor eſto ſacerdos,
Tu precibusq; tuis commendes quæſo Tonanti
His breuibus vatem, qui te laudauit in odis.
Si teretis baculi pro tali carmine donum
Munificus tribuas, fore hæc mercedula vati
Concordat modico. Felix ſine fine valeto.

hæc diſcipulus, vt diximus, Albini, qui Eboraci in Anglia docebat in Gymnaſio florentiſſimo. quomodo autem idem ſanctus Ludgerus, Saxonibus ingruētibus in Friſiam, neceſſe habens inde recedere, Romam ſe contulit, ſuo loco dicturi ſumus.

XIII. Quod verò pertinet ad Albinum Eboraci ſumma cum laude ſacras litteras publicè profitentem, Bedæ fuiſſe diſcipulum cum tradant, & Caroli Magni aſſerant præceptorem: an vera ſint, exquirendum eſt. Nam quod ad primū ſpectat, quemnam ipſe ſuum tradat Albinus fuiſſe magiſtrum, habes in eius epiſtola ad Eadbaldum Eboracenſem Archiepiſcopum his verbis: [b] *Laus & gloria Deo, qui dies meos in bona proſperitate conſeruauit, vt in exaltatione filij mei cariſſimi gauderem, qui laboraret vice meâ in Eccleſia, vbi ego nutritus & eruditus fueram, & præeſſet theſauris ſapientiæ, in quibus me magiſter meus dilectus Egbertus Archiepiſcopus hæredem reliquit, &c.* Succeſſit hic, ad quem ſcribit, tertio loco ab Egberto, de quo quidem fratre Regis Egberti itidem nominati,

[b] *Dereb. geſt. Angl. auct. Vetus anon. poſt Bedam c. 92*

mioati, auctor qui poſt Bedam proſequutus eſt res A geſtas Anglorum, hæc ait: *Hic omnium liberalium artium (vt ita dicam) armarium, imò ſacrarium fuit, & nobiliſſimam Eboraci bibliothecam inſtituit.*

XIV. De Albino Flacco Anglicanæ Eccleſiæ doctore.

Porrò de eodem Egberto idem Albinos in epiſtola ad Carolum Magnum id ipſum profitetur, fuiſſe nimirum magiſtrum ſuum. Sunt enim hæc ibi verba: *Date mihi exquiſitiores eruditionis ſcholaſticæ libellos, quales in patria habui per bonam & deuotiſſimam magiſtri mei Egberti induſtriam; & ſi placet ſapientiæ veſtræ remittam aliquos ex pueris noſtris, qui excipiant inde quæq; neceſſaria, & reuehant in Franciam flores Britanniæ, & non ſit tantummodò Eboraci hortus concluſus, ſed etiam in * Turonica emiſſiones paradiſi.* hæc ipſe intelliges de bibliotheca, quam copioſiſſimam Egbertus Archiepiſcopus Eboraci reliquit. B Sed & Beda ipſe cum de Albino meminit in præfatione hiſtoriæ rerum Anglorum, dum teſtatur, ſe impulſu Albini illud opus eſſe aggreſſum, eius vt æqualis tantùm & amici, non vt diſcipuli meminit, vbi ait: *Auctor autem ante omnes atque adiutor opuſculi huius Albinus Abbas reuerendiſſimus vir per omnia doctiſſimus extitit.* & inferiùs eumdem patrem Albinum nominat.

* Theutonice.

XV.

Quòd verò dicatur idem Albinus Caroli fuiſſe magiſter, de eo idem auctor iſta ſubiongit: [a] *Hic eſt Albinus, qui, vt dixi, pro pace ad Carolum directus, & ibi ſeu terræ amœnitate, ſeu Regis humanitate captus reſedit: magnúq; apud eum habitus, Imperialem animũ (quantùm ab aulicis curis vacabat) Dialecticâ, Rhetoricâ, & etiam Aſtronomiâ compoſuit. Erat enim omnium Anglorũ, quos quidem legerim, poſt beatum Adelmum & Bedam, doctiſſimus: multis libris ingenij periculum fecit.* hæc auctor. C Sed de mus de Mathematicis ſcientiis vel Philoſophicis Albinum cum Carolo Magno diſſeruiſſe: certè quidem ſacrarum rerum ſcientiâ adeò idem Carolus erat imbutus, vt magiſtri potiùs, quã diſcipuli locum teneret: ſiquidem in ea facultate non Carolus Albinum, ſed Albinus Carolum conſulebat, ſi quod dubium eſſe obſcurum ſibi videretur & arduum. Docent quidem id litteræ eiuſdem Albini ad ipſum Carolum Magnum, quibus eum cõſulit, quid ſibi velit, quòd Eccleſia celebrat Septuageſimam Sexageſimam, & Quinquageſimam ante Quadrageſimam. D De quibus quæ in principio & fine habentur, quod ad hæc, de quibus agimus ſpectare noſcantur, hic reddam totidem verbis. eſt earum eiuſmodi exordium:

[a] Extat Appendix de diuin. offic.

Carolus Magnus ſcientia ſacrarum rerum præſtans.

XVI. Epiſtola Albini Flacci ad Carolum Magnum.

Benedictus ſit Deus Pater omnipotens, qui te creauit & honorauit: & benedictus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus Filius Dei viui qui te redemit & elegit: benedictus ſit Spiritus ſanctus Paracletus, qui te illuminauit, & dilatauit cor tuum in omni ſapientia & ſcientia clariſſimus dilectiſſime Dñe & dulciſſime Domine: & benedicta ſit ſancta Trinitas, vnus Deus omnipotens, Pater & Filius & Spiritus S. qui mihi ſeruulo ſuo, licèt indigno, talem conceſſit dominũ, amicum, & adiutorem gratia ſua qui mihi per ſtrenuum ſuum beata memoria magiſtrum meum miniſtrare clementer dignatus eſt. E *Et benedicta ſit poteſtas & Regnum tuum & filij tui, & filij filiorum tuorum vſque in generationes ſaculi ſempiternas, vt veniat ſuper te, & ſuper tuam generationem benedictio Sanctorum in die Domini noſtri Ieſu Chriſti; vt quæ ſanctiſſima voluntas ſemper vigeat, floreat, & creſcat in corde tuo, clariſſime Eccleſiæ Chriſti rector & defenſor.*

XVII.

Repletus ſum gaudio veſtram audiens proſperitatem & exaltationem, & totus iucunditate exhilaratus, dum veſtræ beatitudinis litteras accepi, & legi oſculatus ſum. Vnde & aliquid familiarius veſtræ dilectioni ſcribere præſumo, & illatas quæſtiunculas venerabili affectui veſtro præſentare, ſciens autem ſcholaſtica inquiſitionem eruditionis & A *Eccleſiaſtica diſciplinæ ſolertiam veſtræ clariſſimæ ſapientiæ, & dulciſſimæ familiaritati gratam eſſe & iucundam, & quicquid vrbanitatis ſale conditum cognoſcitur, veſtris intellectualibus fauorabile auribus, & acutiſſimis ſcientiæ oculis amabile eſſe probauimus. Vnde & quod ſcholaſtica tyronum iuuentus flaccidis ingerere auribus ſolet, veſtræ ſanctiſſimæ prudentiæ * dirigere aliud duximus, & inde ſolatia reſponſionis quærere, vnde ſophia flumina manare nouimus; tamen ſi has interrogationes veſtræ ſanctiſſimæ ſapientiæ pateſieri poſſe fateor. Et ne mea aliquid ruſticitati præſumptuosè reſponderet, veſtrum laudabile ingenium, & præfulgens eruditionis cacumen, conſulere tutum eſſe putauimus. Nam velut vermes feneſtris inuolant æſtiuis, ſic auribus meis inſident quæſtiunculæ, & horum conuenientium hunc temporum excitat, Eccleſiaſtica conſuetudine interrogauit: Cur ſeptuageſimus, & ſexageſimus vel quinquageſimus ordo per dies Dominicos ante quadrageſimum dicatur, vel colatur. Si reſpondero Eccleſiæ hanc eſſe conſuetudinem, & Romanâ auctoritate huius vel gionis ritum eſſe firmatum: minus illis videtur * auctoritati, quia dico, nihil ſine cauſa in Eccleſiaſticis conſuetudinibus a Doctoribus conſtitutum præcipuis,* &c. B diſſeruit ipſe de propoſitis quæſtionibus arithmeticis rationibus, atque ad poſtremum.

Excellens ſcientia Caroli Magni.

*

XVIII.

Idcirco paucis hæc prælibaui verbis, quia vobis hæc omnia notiſſima eſſe ſciebam, & (vt dictum eſt) enim ſapiẽte paucis verba dicenda ſunt verbis, &: Beatus qui loquitur aurem audientem, id eſt, intelligentem. Mihi itaque in fine epiſtolæ cum Regina Saba dicendum eſt:* [b] *Beati ſerui tui hi, qui* C *ſtant coram te ſemper & audiunt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te Regem, vt faceret iudicium & iuſtitiam.* hic finis epiſtolæ Albini ad Carolum Magnum Regem. Ad quem ipſe haud cunctatus eſt ſuis litteris reſpondere, propoſitas elucidans quæſtiones: præfigitur autem regiæ epiſtolæ eiuſmodi titulus[c], & epiſtolæ exordium.

*

[b] 3. Reg. 10.

Carolus gratiâ Dei Rex Francorum, Imperator Longobardorum (ſiue potius, atque Longobardorum, vt in aliis eius publicis legitur documentis) *& Patri-* D *cius Romanorum dilectiſſimo magiſtro, nobiſque cum amore nominando Albino Abbati in Domino noſtro Ieſu Chriſto æternam ſalutem.*

[c] Extat Epiſtola poſita Appẽ. ad Albini libros de diuin. offic.

XIX. Ex epiſtola Caroli ad Albinum.

Peruenit ad nos epiſtola miſſa à religioſa prudentia tua, quæ poſt laudes & benedictiones omnipotenti Deo debitas, nobis & progeniei noſtræ benedictionem optabilem; ſummamq; beneuolentiam detulit. poſt hæc textus illius inquirendo ſubiectum eſt, cur Septuageſima & Sexageſima & Quinquageſima in ordine per dies Dominicos ante Quadrageſimam dicantur vel ſcribantur, &c. pluribus quidem & quam doctiſſimè ſatisfacit propoſitis quæſtionibus, ex quibus facile iudices, quantum ſacrarum rerum ſcientiâ præcederet eum, quem magiſtrum vocat Albinum; vt intelligas magiſtri titulum illi potiùs honoris causâ inhæſiſſe, quàm vt Carolus E doctrinâ loco diſcipuli eſſet habendus.

Planè miraculum videri potuit, hoc ſæculo rudi inueniri Regem adeò excultum ſacris litteris, & in procinctu ſemper poſitum Principem veluti otioſum de rebus diuinis philoſophantem, vt planè quem Magnum titulo merito dicunt, ipſe iure ter Maximum appellarim, nempe bellicâ fortitudine, ſcientiâ, & pietate; quo nomine eò magis plurimâ laude dignus habitus eſt, quòd non ſolùm ipſe in eius cultu numeros omnes abſoluit, ſed cæteris auctor fuerit, vt ſacri ritus Eccleſiæ quàm diligentiſſimè ab omnibus ſeruarentur; nam de ipſo inter alia hæc Eginhardus in Vitâ eius, quam cuncta videns,

Carolus Magnus ter Maximus.

dens, teſtis fidelis conſcripſit. *Legendi*, inquit, *atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè emendauit: erat enim vtriuſque admodum eruditus, quamquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſummiſſè & in commune caneret.*

XX. Sed & in eo commendandum eius erga cultum religionis impenſum ſtudium; quod quæ ipſe ob bellicos apparatus ex ſui officina ingenij præſtare minimè poſſet, ea ne tanto bono Chriſtiana religio fraudaretur, ab aliis pręſtanda curauit; ſicut cũ ſignificationem ſacrorum veſtimentorum per Archiepiſcopos quoſdam ſcientiâ celebres voluit explanari, vt Amalarius teſtatur his verbis [a]: *Scio*, inquit, *eorumdem veſtimentorum ſignificationem diligenter explanatam ab Archiepiſcopis, qui fuerunt tempore beatiſſimæ memoriæ Caroli, ad eumdem, eius tamen admonitione.* hæc ipſe, iſta ſcribens ſub eius filio Ludouico.

[a] *Amal. de diuin. offic. lib. 2. c. 29.*

Ad hoc etiam ſpectat, quod cùm quę recitarentur in Eccleſiis Martyrologia ſiue ſancti Hieronymi, ſiue Bedæ, breuia nimis viderentur atque ieiuna: iuſſit Vſuardum monachum doctrinâ pręſtantem in his laborare, vt illud quod in Eccleſia quotidie legeretur, Martyrologium redderet opulentius. Eſt de his ad Carolum eiuſdem auctoris breuis præfatio, quâ & in his ſtudium Caroli erga ſacros ritus commendatum, & ſua in opere perficiendo induſtria pariter teſtata redditur. quæ ſic ſe habet:

XXI. *Domino Regum piiſſimo Carolo Auguſto Vſuardus indignus ſacerdos & Monachus perennem in Chriſto coronam.*

Minimè latet veſtram celſitudinem, ſapientiſſime Princeps, qualiter monemur, in imitandis antiquorum ſtudiis, vt quicquid in geſtis præcipuè Eccleſiaſtico dogmati congruis, minùs perfectum inuentum fuerit, debeamus pro poſſe ſupplere, vel certè, ſuppleri optare. Quæ res piâ quidem ſolicitudine, veſtro, ſi recordamini, iuſſu, dignanter admoto, me ad hoc, etſi indignum compulit, quatenus Sanctorum ſacras atque neceſſario recolendas feſtiuitates, ex quibuſdam præcedentium Patrum Martyrologiis in quamdam colligerem vnitatem. Recolebamq; in ipſis eorumdem ſolemnitatibus quàm multos propria negligentia exceſſus, quos etiam purgari tali cupiebam officio. Præterea & venerabilium Hieronymi ſcilicet & Bedæ presbyterorum piis, quamuis ſuccinctis ſuper hoc prouocabar deſcriptis; quorũ prior breuitati ſtudens, alter verò quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inueniuntur huius operis prætermiſſe neceſſaria. Quos tamen ſecutus, cenſui & Flori memorabilis viri latiora iam in eo ipſo negotio ſequi veſtigia, præſertim in ſecundo eius libro. Ibi enim multa, quæ in priori omiſerat, & correxit & addidit. At ſiquid præter quod ab illis accepi in hoc tempore auctum, aut mutatum eſt, ſagaci à me indagine id perquiſitum agnoſci poterit.

Cæterùm benigniſſime, idcirco hanc exiguitatis meæ præfatiunculam huic opuſculo inſerere malui, vt ſciretur non me in hoc vſum leuitatis conamine, ſed potiùs veſtris (vt erat dignum) paruiſſe imperiis, Catholicorum fidelium ſolito conſulentibus vtilitati. Vnde quod veſtrum eſt obſecro, vt ſi iuſtum decernitur, propriæ tuitionis anchorâ roboretur, quò videlicèt præſentibus regulis examinis auctoritatis & futuris tanta auctoritatis firmetur examine. Excellẽtiam magnitudinis veſtræ per multa annorum curricula Rex Regum Dominus ſuâ dignetur cuſtodire potentiâ. Amen.

XXII. Sed quid inſuper? & libros eiuſdem, de quo nuper diximus, Albini Flacci de Diuinis officiis monitu eiuſdem Caroli fuiſſe ab eo elaboratos: firma eſt omnium ſententia. Quin etiam quæ ad officia Eccleſiaſtica ritè diſponenda Hadrianus Papa elaborauit (vt Amalarius ait [b]) Antiphonarium atq;

[b] *Amal. de ordin. Antiph. in præfat. c. & 2.*

A Reſponſoriale: ea omnia petitione Caroli ab eo edita eſſe pariter exiſtimantur.

Sed & quod præſtat cæteris, eidem Carolo Magno debemus ingens opus illud ab eodem Alcuino, ſiue Albino elaboratũ, quo totius diuinæ Scripturæ tam veteris, quàm noui Teſtamenti vulgata editio emendata eſt. Acciderat enim, vt ipſa multiplicium librariorum exſcribentium vitio, mendis obſita iam vileſceret: quod periniquo animo ferens Carolus, vt quàm emendatiſſima ederetur, in priſtinamque vendicaretur integritatem atque ſplendorem, ſtudio propenſiori curauit. Cuius rei fidem facit eius in Capitularibus intextum elogium iſtis verbis [c]:

[c] *Capit. lib. 6. c. 227.*

B XXIII. *Volumus (& ita Miſſis noſtris mandauimus, & præcepimus) vt in Eccleſiis libri canonici veraces habeantur, ſicut iam in alio Capitulari ſæpe mandauimus.* hæc ipſe, qui vt quod omnes refugerent, ob nimiam difficultatem, omninò perficeretur, opus delegauit Albino, vt abſolueret. Qui lu idipſum viribus totis inuigilans, vniuerſam diuinam Scripturam è vetuſtioribus ac verioribus fontibus deſcriptam recognitam & emendatam eidem Carolo Magno obtulit, ad cuius calcem, hos quos hic deſcriptos leges verſus appoſuit, per epigrammata diuerſa diſtinctos. Extat eiuſmodi vetus Bibliorum codex, Alcuini labor, in Vallicellana noſtra bibliotheca, vbi velut ingens theſaurus aſſeruatur, vtpote quòd viri eru-C diti, qui in emendatione Vulgatæ iterum noſtro tempore laborarunt, eo vt antiquiori ſunt vſi, cui & plurimùm detulerunt. Porrò primum Albini epigramma ſic ſe habet:

Nomine Pandecten proprio vocitare memento
Hoc corpus ſacrum Lector, in ore tuo.
Quod nunc à multis conſtat Bibliotheca dicta.
Nomine non proprio, vt lingua Pelaſga docet,
*In * hoc dicta Dei conduntur myſtica ſummi,*
De quibus egregius vates in ore canit [d];
Eſt mihi lex Domini dulcis ſuper omnia mella,
Carior atq; auri millia multa ſuper.
Strenuus hanc Domini famulus cuſtodiet arcem,
D *Cui merces cæli perpes in arce manet.*
Codicis illius quot ſint in corpore ſancto
Depicta formis litterula variis,
Mercedes habeat, Chriſto donante, per æuum
Tot Carolus Rex, qui ſcribere iuſſit eum.

* Inq; hoc
[d] *Pſal. 118.*

Aliud.

Hæc diuina Dei placeat Scriptura, precamur
Senſibus atq; oculis, Lector honeſte, tuis:
Spiritus hanc cæli ſanctus dictauit ab arce,
In qua vera fides fulget & alma ſalus.

Aliud.

Pro me, quiſq; legas verſus, orare memento:
Alcuin dicor ego. Tu ſine fine vale.

Aliud.

E *Magni magna Deo portantes munera templo,*
Quas laudauit ouans ore pio populus:
Paruula ſed vidua Dominum duo nummula præfert
Nobilium donis famine veridico.
Non ego parua tuis, Rector, munuſcula gazis
Infero, perſona ſint mea parua licèt.
Munera ſed Domini cæleſtibus inclyta Regnis
Porto tibi plenis, optime Rex, manibus:
Nempe noua ac veteris, pariter, pia fœmina legis
*In * hoc clauduntur corpore quippe ſacro.*
Has ego porto libens ad ſacra ſacraria templi,
Quod tua mens nouiter condidit alma Deo.
Laudibus vt præſto Chriſti ſit ſemper in illo
Iſte liber, reſonans verba ſuperna Dei.

* Inq; hoc

Aliud.

Aliud.

Nauta rudis pelagi ſæuis ereptus ab vndis
In portum veniens, pectora læta tenet.
Sic ſcriptor feſſus calamum ſub calce laboris
Deponens habeat pectora læta ſatis.
Ille Deo dicat grates pro ſoſpite vita;
Proq; laboris agat fructibus & requie.

Aliud.

Perge libelle ſacer cunctis præclarior odis
Proſper pacifice nunc, miſerente Deo.
Et pete præclaræ præclara palatia Regis,
Vt maneas Chriſti ſemper in æde ſacra.
Atq; Dei famulis pacis fer munera cunctis,
Dextera quos Domini protegat, atq; regat,
Quos colo corde fide, ſancto quoq; ſemper amore
Cum lachrymis optans, vt vigeant, valeant.

Hucuſq; Alcuini verſus ex dicto codice, cuius cùm ob nimiam vetuſtatem pagina eſſet exeſa, cōſumpta, & characteres obliterati, deſcribi vix potuerunt. At de Alcuino ſatis.

LVDOVICVS NASCITVR. Quod inſuper ad anni huius res geſtas pertinet, auctus eſt hoc anno Carolus Magnus prole maſculâ. nam licèt Hildegardis coniunx gemellos pepeRiſſet infantes, altero decedente, alter tantùm ſuperſtes fuit, quem Ludouicum ipſe vocari voluit[a].

[a] Apud Aim. lib. 5. c. 2.

IESV CHRISTI
Annus 779.

HADRIANI PAP. Annus 8. — LEONIS IV. IMP. Annus 4.

I. CAROLI EXPEDITIO IN SAXONES.

ANNVS ſequitur ſeptingenteſimus ſeptuageſimusnonus, Indictione ſecundâ, quo Carolus Magnus anteq; àm paratâ expeditione proficiſceretur in Saxones, in Villa Duria Synodum habuit ex more, ſic primùm quæ Dei ſunt curans, quàm bellica incoaret. In ipſo autem procinctu, expoſcente Roberto Abbate ſanctorum Vincentii atque Germani Pariſiorum Epiſcopi confirmauit, quæ eorum monaſterio pater Pipinus bona contulerat, & alia ipſe adiecit. Extat ipſum quidem priuilegium, quod qui interfuit rebus à ſe ſcriptis (vt ipſe teſtatur[b]) recitat, iſtis præmiſſis quæ de Epiſcopis atque Abbatibus vel aliis à ſe delectis, qui Regno diuerſis in locis præeſſent, inſtituit, quibus hæc ſubiicit: *Quibus*[c] *ritè peractis, Ligerim cum reliquis tranſmeauit copiis, & Lutetias, quæ alio nomine Pariſii vocantur, ſeſe recepit. Tunc eius adiit præſentiam venerabilis Rotbertus Abbas cœnobii ſancti Vincentii ſanctique Germani, petens quatenus præceptum immunitatis ipſius Eccleſiæ, quod olim dominus Pipinus genitor eius fecerat, ipſe ſuâ benignitate confirmaret. Quod non ſolum fecit, ſed etiam nouum ſuâ præceptione deſcriptum ſigillo ſuæ regiæ maieſtatis firmauit.* eſt autem huiuſmodi:

[b] Apud Aim. lib. 4. c. vlt. in fin.
[c] Apud Aimon. lib. 5. c. 2.

II. *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, atq; Patricius Romanorum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ſiue iunioribus noſtris.*

PRIVILEGIVM A CAROLO CONCESSVM MONASTERIO SS. VINCENTII ET GERMANI.

Si apponenda beneficia ad loca ſanctarum Eccleſiarum vel ſacerdotibus præſtare non deſinimus: hoc procul dubio ad æternam nobis beatitudinem retribuendam profuturum confidimus. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu vtilitas veſtra, qualiter venerabilis vir Robertus Abbas de baſilica ſancti Vincentii vel domini Germani, vbi ipſe pretioſus corpore requieſcit, clementiam Regni noſtri acceſſit; & præceptum domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Pipini Regis nobis oſtendit relegendum, vbi reperimus inſertum, qualiter propter nomen Domini beneficium præſtitiſſe cognoſcitur, vt annis ſingulis quocumque in Regno noſtro negociantes ipſius ſancti loci pergere velint (ſicut ipſe Rotbertus Abbas mercari videretur) tam ad luminaria comparanda, quàm pro reliqua neceſſitate diſcurrentes, tam extra Ligerim quàm citra, vel in Burgundia etiam, in Aquitania, vel in prouincia, ſeu in Francia, necnon & in Auſtria quacumque in Regno, Chriſto propitio, noſtro pergere voluerint, nullum teloneum vel de ſaccinio vel de carricatione, neq; de nauigio, vel de quolibet redhibitione exinde ad partem fiſci noſtri, miſſi Abbatis diſcurrentes perſoluere quicquam debeant.

III. *Præterea præſenti præcepto decernimus (quod perpetualiter manſurum eſſe iubemus) vt non per vllos portus, neque per ciuitates tam Vtraduno, quàm Aurelianis, vel Ambianis, neque in Traiecto neque in Dorſtade, vel Neomago, neque per omnes pontes, vel ad ſanctum Maxentium, ſiue Pariſius, ſiue Ambianis, neque in Burgundia, vel in pago Trecaſſino, neque in Senonica, vel per alias ciuitates vbicumque in noſtro, propitio Chriſto, Regno, aut pagis, vel territoriis teloneum exigatur, nec de nauali, nec de carrali, neque de ſaumis, ſiue de trana, euectione vel rotaticum vel pontaticum, nec pulueraticum, nec ſalutaticum, nec ciſpitaticum vel vllam redhibitionem, quam fiſcus noſter exinde poſſit ſperare, nec vos aut iuniores, vel ſucceſſores noſtri ab eiſdem requiratis ſeu exigatis: ſed omnia hæc pro nomine Domini ipſe Abbas vel ſucceſſores eius, ſeu memorata Eccleſia S. Vincentii vel domini Germani habeant indultum, vt ad luminaria ipſius ſancti loci proficiat in augmentis.*

IV. *Adiungimus etiam teloneum illum quem Gerhardus Comes apud Villam nouam in curte ſancti Germani viſus fuit recipere, quia in noſtrum redyt ius, vt deinceps ad partem ſancti Germani ipſe teloneus cum omni integritate in noſtra eleemoſyna ad luminaria ipſius, ancta Eccleſiæ proficiatur abſque alicuius refragatione. Quam veſtrâ auctoritate, ſancti Pontifices, noſtras ac proceres, perpetuis temporibus valituram manu propriâ ſignatam noſtri ſigillis ſubdimus roborare. Data ſexto Kalendas Aprilis, anno vndecimo Regni noſtri, & quinto Patriciatûs noſtri. Actum Ariſtallio in palatio: redintegratum verò Pariſius.* hactenus priuilegium.

SAXONES ET WESTPHALI A CAROLO DEBELLATI. His ex more præuiis pietatis officiis aduerſùs Saxones Carolus profectus eſt; quæ illi ad eos debellandum perfacilem aditum aperuere: etenim fugientibus illis, incruento bello Saxoniam atque Weſtphaliam debellauit, receptiſq; ab iiſdem obſidibus, firmatiſq; rebus denuò iuramento, in Frāciam rediit. hæc Annales Francorum pluribus, ex quibus & Regino eadem affirmat.

IESV CHRISTI
Annus 780.

HADRIANI PAP. Annus 9. — LEONIS IV. IMP. Annus 5.

I. OCTOGESIMVS poſt ſeptingenteſimum annus agitur Indictione tertiâ, cùm Orientalis Eccleſia tum à Sarracenis, tum etiam à Leone Imperatore perſecutione vexatur. Quod in primis pertinet ad Sarracenos, auctor eſt Theophanes, hoc anno quinto Leonis Imperij Madi Principem Sarracenorum edictum promulgaſſe, vt omnes, qui ex Iudæis & aliis infidelibus ad Chriſtianam Fidem tranſiiſſent (quorum ingens erat numerus ex iis qui ſeruilis conditionis cùm eſſent, religionem ſuſceperant Chriſtianam) deſertores efficerentur, alioqui pœnis acerbiſſimis plecterentur.

Miſit

MARTYRIA IN SYRIA A SARRACENIS ILLATA.

Miſit ad hoc perficiendum Theſiam quendam ſæuiſſimum hominem, qui profectus Emeſam in Syria, diriſſimas ibi de Chriſtianis habuit quæſtiones, adeò vt quæ ſcribuntur facta à Præſidibus acerbiſſimis perſecutoribus Lyſia, ſiue Agricolao ſub Ethnicis Imperatoribus, iſtius excederet carnificina. Verùm nec iſto tempore deſuerũt qui antiquos Martyres inuictâ conſtantiâ fuerint imitati, ſed & ſexus fragilior, robuſtior ſit inuentus: ſiquidem Chriſtianæ fœminæ complures erexerunt de eius crudelitate triumphos, poſt innumera ſupplicia martyrium ſummâ gloriâ conſummantes, vt idem, qui ſupra, teſtatur auctor.

II.

ECCLESIÆ CHRISTIANORVM A SARRACENIS DIRVTÆ.

Addit ad hæc præterea idem Thenphanes, ab eodem Sarracenorum Principe eſſe iuſſas Chriſtianorum Eccleſias ſolo æquari, idq; factum Emeſæ, & alijs in locis Syriæ vſque Damaſcum; idque contra pacta conuenta paſſi ſunt Chriſtiani, vtpote qui ſe eâ conditione dederant Sarracenis, vt Chriſtianę religioni eſſet bene conſultum, ſimulq; ſanctis Eccleſijs. Hæc paſſa eſt Eccleſia Syriæ, quæ ſi habuiſſet, qui ſingula quæ acciderant Chriſtianorum martyria ſcriptis poſteritati dediſſent, equidem ingens volumen ex eis conficiendum fuiſſet, quæ hic perpaucis notata tantùm potiùs quàm narrata ex eodem auctore Thenphane ſcriptis prodimus.

PAVLVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS.

Conſtat etiam ex eodem auctore, hoc ipſo anno Conſtantinopoli, defuncto Nicetâ eius Eccleſiæ hæretico Patriarchâ octauo Idus Februarij, ſubrogatum in locum eius Paulum genere Cyprium hæreticum itidem Iconoclaſtam, licèt ſuâ conſcientiâ Orthodoxum, vtpote qui probè ſciret ſe errore duci; quod & mortis tempore teſtatus eſt, vt ſuo loco dicetur. quæ autem ad hunc annum pertinent, ita Theophanes: *Octauo Idus Februarij mortuo Nicetâ (de quo prædictum eſt) Conſtantinopoleos Epiſcopo ſecundâ ieiuniorum hebdomade, die Dominico, Paulus honorabilis genere Cyprius, verbo & actu coruſcans, poſt plurimã propter hæreſim quâ tenebatur excuſationem, vi multâ compellente conſecratur Patriarcha Conſtantinopoleos.* Sic ipſe, cùm re verâ intus crederet quæ ſunt Catholicæ Fidei: tamen ob timorem Imperatoris perſequi aggredientis cultores ſacrarum imaginũ, ſilentio rem obtegens, & communicans cum hęreticis, indigniſſimum ſe throno illo indicabat. Cùm enim videret Leonem Auguſtum aggreſſum eſſe perſequi Chriſtianos Catholicos, timore percitus, nunquam eſt auſus, quam corde credebat, pandere veritatem: probè ſciens id haud ſibi licere abſque vitæ diſcrimine, iam pluribus Conſtantinopolitanis ciuibus dirè cæſis, & alijs paulò pòſt nobilibus viris eadem ex cauſa ingenti quoq; ignominiâ affectis, de quibus hoc anno hæc ipſe Theophanes.

III.

LEO IMP. PERSEQVITVR CVLTORES SACRARVM IMAGINVM.

Mediâ verò hebdomadâ ieiuniorum tentus eſt Iacobus Protoſpatharius & Papias & Strategius & Theophanes Cubicularij vnà cum alijs religioſis viris, eò quòd imagines adoraſſet. Tunc demum occultam malitiam ſuam Leo perſecutoris filius patefecit; & hos immiſericorditer cæſos & tonſos, & per medium vrbis vinctos ad pompam duci fecit, & includi in Prætorio mãdauit. Inter quos moritur Theophanes, Confeſſor effectus, & coronam eſt martyrij conſequutus: reliqui autem omnes poſt huius obitum probati monachi inuenti ſunt. Paulò pòſt verò, eodem anno, menſe Septembris, ipſe Leo mortuus eſt. Sed quæ proximè cauſa præceſſerit horum aulicorum damnationis audi [a].

Cedren. in comp. Anal.

Idem Leo Imperator mediâ ieiuniorum ſeptimanâ duas imagines reperit in puluinari vxoris ſuæ Irenes, quas cum diligenter eſſet contemplatus, inquiſitione factâ deprehendit eas à Papia Palatino, alijſque nonnullis Primiceriorũ fuiſſe illatas: quos & cruciatibus, ſupplicijſque grauiſſimis addixit. In vxoremque Irenem acriter inuectus, eamque nauci eſſe dixit, quæ ſuo patri Imperatori horribilibus, atque intemeratis fidei myſterijs prolatis diuerſum planè iuraſſet, conſtanter aſſeuerantem eas à ſe non viſas repulit, neque poſtea rem cum ipſa habuit. Tunc accidit vt eam, quam diximus, de aulicis quæſtionem diriſſimam habuerit, deq; illis infame ſupplicium ſumpſerit.

REDARGVITVR IRENE PROPTER SACRAS IMAGINES.

IV.

Sed de obitu agamus ipſius Leonis Imperatoris, qui contigit hoc eodem anno menſe Septembris. Miſeratus tandem DEVS Orientalis Eccleſiæ, quę iam ſub duobus neſandiſſimis Imperatoribus Leone Iſaurico, & Conſtantino Copronymo eius filio longo tempore vexata duplicia pro peccatis ſuis ſupplicia tulit, Leunculum hunc ſimulac aggreſſus eſt Sanctorum ſanguine cruentari, è medio ſuſtulit. ſed quomodo id acciderit ex Theophane iſta accipe:

MORITVR LEO IMP.

Eodemque menſe Septembri, quartâ iam inchoatâ Indictione, mortuus eſt Leo filius Conſtantini hoc modo. Cùm inſaniret circa Lapides pretioſos, nimis adamauit coronam magnæ Eccleſiæ. Et accipiens portauit eam. Tunc exierunt carbunculi in capite eius, & captus validâ febre, mortuus eſt, cùm regnaſſet annis quinq; & diebus ſex. hæc Theophanes. Amans igitur carbunculos ex ſacrilegio carbunculos pariter paſſus eſt, & his coronatus, eſt mortuus.

V.

IRENE ET CONSTANTINVS IMPERANT.

Tunc (inquit Theophanes) *ſexto Idus Septembris, Indictione quartâ, Irene piiſſima cum filio ſuo Conſtantino glorioſè Imperium diuinitùs accepit.* Mirabilis Deus prædicatur in hoc, dum per viduam fœminam & puerum orphanum excitatam impietatem compeſcuit, & aduerſus cunctas Eccleſias motam impugnationem continuit. Quomodo verò hoc eodem anno ſimulac ſalutati ſunt Imperatores, iidem coniurationem ſint paſſi, Theophanes iſta ſubdit: *Poſt quadraginta verò dies Imperij eius, cùm eius filius eſſet decem annorum, conſilium facientes quidam Senatorum, voluerunt educere Nicephorum Cæſarem & Imperatorem ſtatuere. Cùm autem hæc ad eius notitiam perueniſſent: tenti ſunt Gregorius Logothrta Dromi, & Bardas dudum Prætor Armeniorum, Conſtantinuſque Vicarij Spatharius & Domeſticus excubitorum, & Theophylactus Rangabi Drungarius duodecima inſulæ, & multi alij, quos cæſos & tonſos in diuerſis inſulis exilio relegauit.*

Porrò viri fratres Cæſares ac Nobiliſſimos tonſos, ſacerdotio fungi, & populo communionem in feſtiuitate Natiuitatis Chriſti porrigere fecit, in qua procedens Imperatorio more, publicè cum puero reddidit Eccleſiæ ſtemma, coronam ſcilicet, *quod fuerat à marito ſublatum pulcherrimè fabrefactum, & lapidibus pretioſis venuſtatum.* hæc Theophanes, qui & ſubijcit hoc eodem anno victos Arabes, qui audito Imperatoris obitu ſeſe infuderant in Romanum Imperium, ſic Deo fauente Principum Orthodoxorum primordiis. poſt hæc verò ſubiicit iſta Theophanes.

VI.

LIBERTAS CONCESSA MONASTICÆ PROFESSIONIS.

Cæterùm intereà piiſſimi Principes fiducialiter agere cœperunt, & verbum Domini dilatare: & qui volebant ſaluari, ſine prohibitione mundo abrenuntiare, & glorificationem Dei exaltare, atque omne bonum manifeſtare. Sed hęc pluribus Theodorus Studita in Platone his verbis: *Poſteà verò quàm cœpit regnare Chriſti cultrix Irene, quæ pacem ipſa, vt cognomento ita & re attulit, in cuius Regno cum alijs bonis & monaſtica vita adeunda facultas, & ianua patefacta eſt, quæ olim ab impio Imperatore clauſa fuerat, quemadmodum ab ijs Imperatoribus, qui Græcorum ſuperſtitionem ſequebantur, Chriſtianæ Fidei aditus præcludebatur: Ex eo, inquam, tempore quo Irene ipſa regnare cœpit: noſtra tota eorum, qui rebus terrenis renuntiauerant, familia monaſtica vita obedientiam profitebatur.*

ſitebatur. & inferiùs poſt præfecturam ſpiritualem ſancti Platonis hæc ingerit de altercationibus inter Orthodoxos atque hæreticos ob cultum ſacrarum imaginum exortis, Catholicis iam liberè eum profitentibus, & contraria ſentientes redarguentibus. ait enim:

VII. *Cùm iam regnaret pia illa fœmina Irene, multaq; diſceptatio de venerandarum imaginum argumento facta eſſet: idem pater S. Plato ante multos alios, & cū paucis quibuſdam liberâ oratione imagines prædicabat, cumq; iis qui contra eiuſmodi venerationem bellum gerebant, quantùm poterat ipſe pugnabat: quandoquidem ad diſputandum de dogmatibus idoneum non erat. nam ſimplicem quidem orationem habebat, at amplam tamen & nomini ſuo congruentem, & auditoribus probabilem. Cuius rei argumentum illud fuit: quod in cathedra vrbis Metropolitana Epiphaniorum in Synodo illa, quæ in Apoſtolorum templo habita fuit, à Præſide, qui illo tempore erat, prouocatus eſt is, qui neq; antea hæreticorum militaris ordinis impetum timuit. Quo tempore ad magnum illud templum feſtinauit, aduerſus Præſidem clamans, & fallacem illum cœtum contra venerandas imagines coactum vituperans. Et paulò pòſt cùm concilium illud falſum diſſolutum fuiſſet, tam cœtus ille veritatis propugnator, quàm Regina ipſa è mediis leonibus erepta fuit. Tunc ſine ſanguine (vt ita dicam) Martyr apparuit noſter præceptor, Pontificem ipſum ſequens, neque quicquam ob ea, quæ auſus fuerat, veritus.* hæc Theodorus, ſubobſcurè notam omnibus illius temporis hominibus rem geſtam paucis perſtringens, illud planè ſignificans, Iconoclaſtas, qui ſub duobus, vel tribus Imperatoribus ipſis fauentibus altas radices fixerant in ſolo impietatis, haud, ſimul ac Principes Catholici illuxêre, dediſſe manus, ſed magnoperè reſtitiſſe, refragatos eſſe, conciliabula conuocaſſe, & alia id genus operatos eſſe, ne pietas, quæ tamdiu compreſſa iacuerat, aliquo pacto reſurgeret.

CONCILIABVLVM HÆRETICORVM.

VIII. Poſtremò verò, quòd item ad huius anni res geſtas pertinet, addit Theophanes admiratione dignum euentum de inſcriptione inuenta in refoſſa tunc temporis veteri ſepulturâ. quod cùm omnes tam Græci quàm Latini hiſtorici æquè aſſerant, noluimus prætermittere. Theophanes igitur ſui temporis proſequutus hiſtoriam, ita rem geſtam paucis narrat: *Hoc etiam anno in longis Thraciæ muris quidam homo fodiens, inuenit arcam lapideam, quam cùm expurgaſſet & releuaſſet, reperit virum iacentem, & conglutinatas arcæ litteras continentes hæc: Chriſtus naſcetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Conſtantino & Irene Imperatoribus, ô ſol iterum me videbis.* increbuit ſermo, Vatis alicuius eiuſmodi fuiſſe ſepulchrum, eiuſdemq; repertum in eo vaticinium ſcriptum diuinitùs reuelatum.

Sed ad res Occidentales transferamus orationē. hoc eodem anno Carolus Magnus Francorum Rex firmaturus res Saxonum, in Saxoniam abiit, inque Lippiam veniens Synodum illic habuit, propagatâque fide apud Barbaros, iam Baptiſmate initiatos, reuerſus eſt in Franciam, inito conſilio proficiſcendi Romam religionis cauſâ, viſitaturus ſacra Apoſtolorum Limina, acturuſque gratias ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo de conuerſione Gentilium Saxonum ad Chriſtianam Fidem, ſimulque communicaturus cum Hadriano Pontifice, quæ in Synodo in Saxonia habita ſtatuta eſſent. Sic igitur ipſe vnà cum Regina Hildegarde autumnali tempore profecti in Italiam venientes, Natalem diem Domini Ticini celebrauerunt. ſequenti autem anno celebraturi ſacratiſſimum diem Paſchatis Romæ. hæc Annales Francorum.

IX. SAXONVM ECCLESIÆ CVNABVLA.

Porrò etſi, qui ſtatuti canones in ea Synodo, vel quæ decreta fuerint ibi, non extent, quæ docere nos poſſint: ex aliis tamen diuerſorum ſcriptorum aſſertionibus intelligere ſatis poſſumus, in eadem Synodo actum de erigendis ſedibus Epiſcopalibus in Saxonia: hoc namque anno prima iacta eſſe fundamenta Eccleſiæ Oſnaburgenſis, qui eius proſequutus eſt res geſtas Crantzius [a] profitetur: Ipſe verò Carolus teſtatur diplomate, primùm à ſe erectam Eccleſiam Oſnaburgenſem in honorem ſancti Petri Principis Apoſtolorum, & ſanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani. Poſt hanc autem erexiſſe liquet in Epiſcopatum Eccleſiā Salingenſtadenſem, eamque nomine S. Stephani Protomartyris Deo optimo maximo conſecraſſe. Extant [b] acta ſancti Meinulphi diaconi, in quibus aſſeritur hoc pariter anno ab eodem Carolo Magno paruam eſſe conſtructam Eccleſiam Paderbornæ, poſt annos verò quindecim datum illi fuiſſe Epiſcopum, vt ſuo loco dicturi ſumus.

[a] Crantz. in Metrop. lib. 1. c. 2.

[b] Apud Sur. to. 5. die 5. Octob.

X. Hæc ſunt cunabula Eccleſiæ Saxonum, ſæpè Euangelium profitentium, ac deſerentium (vt ſuperiùs dictum eſt, cum Gentilium ſuorum Angloſaxonum ſanctorum virorum perſunctos in prædicatione labores recenſuimus) cùm tandem armis Caroli in Chriſtiana religione retenti ſunt, penitùs abdicato cultu ipſorum idoli, nomine Krodo, reddentis formam ſenis ſuper piſcem ſtantis, atque rotam vtraque manu tenentis, quem Saturnum eſſe, dixêre Latini. Factum verò, vt cum probè imbuti Euangelio eſſent, priſtini erroris pœnitentes & erubeſcentes, quòd ſcilicèt in hæc vſque tempora, vniuerſo credente orbe, ipſi adhuc perſeueraſſent idololatræ: in deteſtationem [c] pudendæ impietatis vſu loquendi receptum fuerit inter eos, vt in deteſtationem rei nefandæ, ſolerent dicere, Krodo. Sed quò tardiùs, eò propenſiùs quam nouerũt veram religionem poſteà excoluêre, vſq; ad noſtra tempora, quibus eiuratâ Fide Catholicâ, proh dolor, hæretici facti ſunt, ab auitis legibus & Eccleſia Catholica alieni, à monacho deſertore & impoſtore ſeducti.

[c] Crant. li. Saxon. li. 2. c. 7.

IESV CHRISTI

Annus 781.

HADRIANI PAP. Annus 10. — CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 2.

I. CAROLI MAGNI ADVENTVS ROMAM.

ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus octuageſimus primus Indictione quarta, quo Carolus Magnus Romā vnà cū coniuge atque filio Pipino ſe contulit. Qui igitur Natalem diem Domini Papiæ, vt dictum eſt, celebrauit, magno deſiderio exarſit, vt Paſcha DOMINI Romæ ageret cum Pontifice. Feſtinauit enim, vt in die quo ex Eccleſiæ præſcripto ſolemne baptiſma celebrari conſueuit, Romæ eſſet, quo Pipinum filium eidem ſancto Pontifici baptizandum offerret. Sed antequàm iſta omnia proſequamur: Eginhardi [d] teſtificationem de vehementi eiuſdem Regis ſtudio ergà Romanam Eccleſiam, & baſilicam ſancti Petri in medium afferamus, qui ait: *Colebat præ cæteris ſacris & venerabilibus locis apud Romam Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, in cuius donaria magna vis pecuniæ tam auri quàm argenti, necnon & gemmarum ab illo congeſta eſt: multa & innumera Pontificibus munera miſſa. Nec illo toto Regni ſui tempore quicquā*

[d] Egin. in Vita Caroli.

duxit

Digitized by Google

duxit antiquius, quàm vt Vrbs Roma ſuâ operâ, ſuoq; labore veteri polleret auctoritate, & Eccleſia ſancti Petri non ſolùm per illum tuta ac defenſa, ſed etiam ſuis opibus præ omnibus Eccleſiis eſſet ornata ac ditata. Quam cùm tanti penderet, tamen intra quadraginta ſeptem annorum, quibus regnauerat ſpatium, quater tantum illo, votorum ſoluendorũ ac ſupplicandi causâ profectus eſt. hæc Eginhardus, eiuſdem Caroli (vt ipſe teſtatur) Regis alũnus, qui cuncta quæ ſcripſit, ſpectâſſe etiam oculis potuit.

II.
AB HADRIANO PAPA VNGVNTVR PIPINVS ET LVDOVICVS REGES.

Sed quæ de eiuſdem Caroli hoc anno Romam aduentu habeant Annales Francorum ſub Caroli filio Ludouico conſcripti, in quibus ſingula ſingulis redduntur annis, videamus. *Inde anno* (inquiunt) *ſeptingenteſimo octogeſimo primo Romam veniens, honorificè ab Hadriano Papa ſuſceptus eſt. Et cùm ibi ſanctum Paſcha celebraret, baptizauit idem Pontifex filium eius Pipinum, vnxitque in Regem Ludouicum fratrem eius, quibus & coronam impoſuit, quorum maior Pipinus in Longobardia, minor autem in Aquitania Rex conſtitutus eſt. Rege verò Romam digreſſo, ac Mediolanum veniente, Thomas eiuſdem ciuitatis Epiſcopus baptizauit ibi filiam eius nomine Giſlam, & de ſacro fonte ſuſcepit. Quibus geſtis, in Franciam reuerſus eſt. Sed cùm Romæ eſſet, conuenit inter ipſum & Hadrianum Pontificem, vt ſimul Legatos mitterent ad Taſſilonem ducem Baioariæ, qui eum commonerent de ſacramento, quod Pipino Regi, ac filiis eius ac Francis iurauerat, ſcilicèt vt ſubiectus eis ac obediens eſſet.*

LEGATI HADRIANI PAPÆ AD DVCEM BAVARIÆ.

Electi ac directi ſunt in hanc legationem de parte Pontificis Formoſus ac Damaſus Epiſcopi, & de parte Regis Richolfus diaconus, atque Eberhartus magiſter Pincernarum. Qui cùm (vt iuſſi erant) commemorato Duci loquuti fuiſſent, in tantum cor eius emollitum eſt, vt diceret, ſe ſtatim velle ad Regis properare præſentiam, ſi ſibi tales dentur obſides, ſub quibus de ſua ſalute dubitare nulla ſit neceſſitas. Quibus datis, ſine cunctatione apud Vuormatiam ad Regem venit. Sacramentum, quod iubebatur iterauit: obſides duodecim qui imperabantur, ſine mora dedit, quos Sindbertus Reginenſis Epiſcopus de Baioaria in Cariſiaco ad conſpectum Regis adduxit. Sed idem Dux domum rediens, non diu in ea, quam promiſerat, fide permanſit. Rex autem in eadem villa hiemem tranſegit, & Natalem Domini & Paſcha celebrauit. hactenus Annales. Vetus Chronicon à Pithœo editum hæc his addidit: *Eodem tempore multa ſigna apparuerunt, inter quæ ſignum Crucis in veſtimentis hominum frequentiſſimè viſum eſt.*

III.
SPONSALIA INTER CONSTANTINVM IMP. ET CAROLI FILIAM.

Deſiderantur in Francorum Annalibus, quæ hoc anno Græci reddunt, nimirũ quod Theophanes his narrat verbis: *Anno ſecundo Conſtantini & Irenes direxit Irene Conſtantem Sacellarium & Mamalum Primicerium ad Carolum Francorum Regem, quò filiam ſuam nuptui traderet Imperatori Conſtantino filio ſuo. Et facto placito ac iureiurando adhibito inter vtroſque, reliquerunt Eliſæum Eunuchum atque Notarium ad docendum illam Græcorũ litteras ſimul & linguam, vt erudiret eam ſecũdùm mores Romani Imperij.* hæc de his Theop.

Contracta ſunt igitur ſponſalia per Legatos inter Conſtantinum annum agentem ætatis duodecimum, & Caroli filiam, quæ retenta eſt in Gallia annis ſeptem, cùm Conſtantini Imperatoris animus erga eam propẽſiſſimus eſſet. Intereà verò pace ſolutâ cum Francis, dimiſſâ Caroli Regis filiâ, Irene eius mater ex Armenia coniugem quæſiuit eidem filio Conſtantino, ex quo tempore, vt dicemus, domeſticum exortum eſt bellum inter matrem & filium Imperatorem. Quæ autem deſponſata fuit Cõſtantino Imperatori filia Caroli Magni, nomine dictam fuiſſe Rotrudem, eamq; primogenitam natam ex Hildegarde auctor eſt idem Eginhardus in vita eiuſdem Caroli Regis.

IV.

Hoc pariter anno occupatus Romanus exercitus detentus eſt bello ciuili in Sicilia, cùm rebellaſſet Helpidius miſſus Inſulæ Prætor, in quem ſub Theodoro Patricio Imperator claſſem ornauit. Quo etiam anno Madi Princeps Sarracenorum miſit filium ſuum minorem natu Aaron nomine (maior enim Moyſes vocabatur) ad infeſtandum Orientales partes Imperij: cùm Irene Auguſta, vt pacem Orientis redimeret, præter plurima ad eum miſſa munera, vectigale illi conſtituit Romanum Imperium, ſtatuto annuo cenſu, quem Imperator ſingulis annis Principi Sarracenorum perſolueret. Sicque inter Romanos & Sarracenos pax compoſita hoc anno fuit. Cùm autem Helpidius tyrannus vrgeretur à Theodoro, ſumpto ſecum theſauro fugiens nauigauit in Africam, acceptâ ab eo ſecuritate, vbi degens, Sarraceni eundem vt Romanorum Imperatorem colebant. hæc Theophanes. Sic igitur belli Siculi aduerſus tyrannum ſuſcepti cauſa neceſſe fuit Conſtantino & Irene eam de cenſu annuo ſoluendo Sarracenis iniquam conditionem ſubire.

BELLVM SICVLVM CONFECTVM.

IESV CHRISTI
Annus 782.

HADRIANI PAP. Annus 11. CONSTANT. ET IRENES IMPP. 3.

I.
BELLVM ADVERSVS SCLAVOS PROSPERE CONFECTVM.

REDEMPTORIS annus ſeptingenteſimus octogeſimus ſecundus Indictione quintâ notatus habetur, quo ab Auguſtis per Stauratium confectum eſt in Græcia bellum aduerſus Sclauos barbaros, cum illi eam prouinciam occupaſſent, vnà cum Peloponneſo, quibus Romano Imperio vendicatis, & iiſdem barbaris tributariis conſtitutis, cum captiuis ac ſpoliis onuſto exercitu, idem Stauratius ouans, ſequenti anno eſt reuerſus Conſtantinopolim. hæc Theophanes hoc anno & ſequenti. Erat tunc in expeditione iſta inter Excubitores Ioannicius miles ob egregia facta ſpectatus ipſe quidem, qui Iconoclaſta cùm eſſet, apud montem Olympũ magno Dei beneficio diuinitùs admonitus, hæreſi abdicatâ, ad Catholicam Eccleſiam tranſijt, & mirificâ claruit ſanctitudine. agebat ipſe, hoc tempore, ſuæ ætatis annos quinquagintatres, vtpote qui natus aſſeritur anno decimoquarto Leonis Imperatoris, qui eſt annus Domini ſeptingenteſimus vndetrigeſimus. Extant res ab eo præclarè geſtæ ab auctore eius temporis ſcriptis editæ, ex quibus quæ ad præſentem annum pertinent de eius diuina vocatione, Annalibus digna hîc deſcribamus; ac primùm, quæ de ſtatu Eccleſiæ Orientalis huius temporis idem auctor præmittit his verbis:

II.

Poſtquam autem huius ſceleris operatores impietate miſerabili perierunt, Romanorum Imperium tranſijt ad coniugem eius Irenem, quæ res Chriſtianorum tuebatur & habebat in honore, etiamſi propter metum mariti non poterat, eo ſuperſtite, liberè loqui veram religionem. Cùm verò in Imperio fuiſſet conſtituta: tum ipſe quoque Chriſtus qui propter nos carnem induit, rurſus honorabatur figuris, & exoptatæ Sanctorum imagines in Eccleſiis, in foro, in populo cernebantur. Sed neque ſic quidem multi huius Iconomachorum hæreſis acerbitatem eluerunt ex animis, ſed cum temporis diuturnitate ad malè habitum perueniſſent, ægrè ferebant ſe ab eo liberari. Quorum vnus erat hic quoque præclarus Ioannicius, qui non erat promptus & velox ad mutationem, neque enim omni vento conuertebatur, aut circumferebatur, ſed morum oſtẽdens grauitatem etſi in re non laudabili, permanebat in iis quæ ſibi rectè opinari videbatur, & diuinis imaginibus nullum cultum tribuebat.

III.
IOANNICIVS EXCVSſITOS ICONOCLASTA A VIRO SANCTO MONETVR.

Deinde quid fit? eum venatus egregius agricola, qui nouit terram animi vniuſcuiuſque, & ei iniecit ſemina fidei Orthodoxa Quomodo autem? Mittitur ab Imperatore ad Occidentem cum toto exercitu. Illinc autem reuertens, per quandam partem Olympi ex nutu diuino iter fecit propè quendam ex monachis, qui in eo mõte exercebatur. Deinde ille ſanctus anachoreta apparens ex ſilua: O fili, inquit, Ioannici: ſi magnum tibi eſt Chriſtianum eſſe & nominari: cur Chriſti imaginem deſpiciens, efficis vt labor virtutis à te fruſtra ſuſcipiatur? Hac audiuit vir diuinus, & miratus eſt, quòd ei euidentiſſimè dixiſſet de omnibus. Humi itaque cadens, petijt veniam, quod ille ignorans, fuiſſet ingratus in Dominum. Et affirmauit ſe deinceps CHRISTI *imaginem & omnium, qui ei placuerunt, honoraturum cum omni propoſito: ab illo ergò tempore beatus ille ſatellitis officio fungens in veſtibulo Regia, accubabat in nudo ſolo, eratque orationi intentus & ieiunio. Nam etſi conuiuia inibat cum alijs, cibum tamen non ſumebat vſque ad ſatietatem, ſed eatenus vt illis quidem non videretur ieiunare, corpus tamen ei conſiſteret, & ad pernoctem illam inſeruiret ſtationem.* hactenùs de eius conuerſione. erit autem vt in poſterum, certis temporibus, ſæpè eum conuenire contingat.

IV.
RES SAXONVM QVEM TANDEM EXITVM HABVERINT.

Quo pariter anno à Carolo Magno habita eſt Synodus Colonienſis, cui cùm intereſſet, excepit illic Legatos diuerſarum gentium; cum intereà Widichindo vrgente, Saxones rebellaſſent, iterumque à Carolo ſunt victi. Planè accidit (vt Eginhardus affirmat) per triginta tres annos bellum Saxonicum perduraſſe. Quòd igitur iam faſtidium Lectori afferet iſta ſingulis fermè annis de Saxonum fide varia erga Deum & Carolum Magnum, interrupta narratio: hîc recitemus, quæ idem Eginhardus vnà ſimul vſq; finem belli cuncta perſtringens habet his verbis: *Suſceptum eſt*, inquit, *contra Saxones bellum, quod magnâ vtrimque animoſitate, tamen maiore Saxonum quàm Francorum damno per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat ſiquidem citiùs finiri, ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu eſt, quoties ſuperati, ac ſupplices Regi ſe dederint, imperata facturos polliciti ſint obſides qui imperabantur abſque dilatione dederint, Legatos, qui mittebantur, ſuſceperint.*

V.

Aliquoties ita domiti & emolliti, vt & cultum dæmonum dimittere, & Chriſtiana religioni ſe ſubdere velle promitterent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties proni, ſic ad eadem peruertenda ſemper fuêre præcipites: vt non facilè exiſtimare poſſis, ad vtrum horũ faciliores veriùs dici poſſent; quippe cùm poſt inchoatum cum eis bellum vix annus vnus exactus ſit, quo non ab eis huiuſcemodi facta ſit permutatio. Sed magnanimitas Regis ac perpetua tã in aduerſis, quàm proſperis mentis conſtantia, nullâ eorum mobilitate vel vinci poterat, aut ab ijs, quæ agere cœperat, defatigari. Nam numquam eos huiuſcemodi aliquid perpetrantes, impunè ferre paſſus eſt, quin aut ipſe per ſe ducto, aut per Comites ſuos miſſo exercitu perfidiam vlciſceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret, donec omnibus, qui reſiſtere ſolebant, profligatis & in ſuam poteſtatem redactis, decem hominum millia ex ijs, qui vltra ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & liberis ſublatos tranſtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimodâ diuiſione diſtribuit, eaq; conditione à Rege propoſitâ & ab illis ſuſceptâ tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, vt abiecto dæmonum cultu & relictis patrijs cæremonijs, Chriſtiana fidei atque religionis ſacramenta ſuſciperent, & Francis adunati, vnus cum eis populus efficerentur. hæc Eginhardus.

VI.
SAXONIA OBLATA S. PETRO.

Cæterùm hîc opportunè ingerendum eſt, quod teſtatur Gregorius Papa ſeptimus in epiſtola ad Petrum Epiſcopum Albanenſem & G. Principem Salernitanum ab eo Legatos in Galliam miſſos, nempe ipſum Carolum Magnum conſcium ſe ope Apoſtoli Petri tamdem indomitos domuiſſe Saxones, obtuliſſe eamdem prouinciam beato Petro, inſuper & nummum vnum per ſingulas domos Galliarum omnium prouinciarum perſoluendum Romanæ Eccleſiæ indixiſſe. Sed reddamus hic ipſius Gregorij epiſtolam, vt hæc fiant omnibus notiora. ſic enim ſe habet [a]:

[a] Greg. VII. l. 8. epi. Gal. num. 23.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI *dilectis filijs noſtris P. Albanenſi Epiſcopo, & G . . . . Principi Salernitano Legatis noſtra Apoſtolicæ Sedis in Gallias ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

GALLIA VECTIGALIS S. PETRO.

Vobis commiſſa negocia non latent: etiam vos, ita ac ſi noſtra, immò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta dignè peragite. Dicendum eſt autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquæque domus ſaltem vnum denarium annuatim ſoluant beato Petro (ſi eum recognoſcunt patrem & paſtorem ſuum) more antiquo. Nam Carolus Imperator (ſicut legitur in tomo eius, qui in Archiuo Eccleſiæ beati Petri habetur) in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad ſeruitium Apoſtolicæ Sedis, id eſt, Aquiſgrani, apud Podium ſanctæ Mariæ, & apud ſanctum Ægidium, excepto hoc quod vnuſquiſque propriâ deuotione offerebat. Idem verò Magnus Imperator Saxoniam obtulit beato Petro, cuius eam deuicit adiutorio: Et poſuit ſignum deuotionis & libertatis, ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum, & prudentes illorum ſatis ſciunt. hæc Gregorius. quæ cùm facta dicat à Carolo iam Imperatore, nonniſi ad finem belli Saxonici ea contigiſſe putamus.

IESV CHRISTI Annus 783.

HADRIANI PAP. Annus 12. CONSTANT. ET IRENES IMPP. 4.

I.

ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus octogeſimus tertius Indictione ſextâ, quo pridiè Kalẽdas Maij moritur Hildegardis Regina vxor Caroli Magni, & quintò Idus Iulij moritur eiuſdem Caroli mater, fœminæ ambæ pietate inſignes. Quo pariter anno contigit Carolum iuniorem ita dictum filium Caroli Magni maiorem natu, Vueſtphalos rebellantes ſuo exercitu profligare, quo in prœlio quid mirandum acciderit Brunoni militi, narrat S. Ludgerus his verbis [b]:

[b] Extat in Appendice ad Acta S. Suuberti apud Sur. die 1. Mart.

CAROLVS IVNIOR VINCIT VVESTPHALOS.

Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimò octogeſimo tertio, Indictione ſextâ, cùm victorioſiſſimus Carolus Francorum, Rex præſidia & propugnacula rebellium Saxonum & Vueſtphalorum vaſtaret, veniſſetque in Vueſtphaliam ad firmam munitionem Dromi dictam, & illam expugnans deſtruxiſſet, commiſiſſetq; eandem munitionem inclyto filio ſuo Carolo, eò quòd idem Rex Carolus ad interiora Saxoniæ diuertiſſet: ecce illo abſente, occurrerunt præfato Principi Carolo infeſtiſſimis animis Vueſtphali cum grandi turba armatorum ad expellendum ipſum potenter cum ſuis Francigenis extra regionem ipſorum & patriam, aut formidoloſum cum illo prælium committendum. Quos conferto prælio, congreſſuque inter eos facto iuxta munitionem Dromi ſtrenuiſſimus Princeps Carolus filius Caroli Magni Regis ſtatim vicit equitatu ſuo, trucidans multos, inter quos erat quidam bonus Chriſtianus Vueſtphalus, qui coactus per ſuum Satrapam interfuit bello in paganiſmo dictus Eldack, ſed Chriſtiano nomine Bruno, vir diues & potens, fortis viribus, audax animo & armis ſtrenuus. Hic Bruno poſtquàm viderat & perpenderat mente ſæpè reuoluens nefandum Ogellum de Paderborne conterraneum ſuum malè periiſſe, ſe præſente, qui ſancti

Suiberti Eccleſiam incenderat, & Occgnem & Nothelinum Satrapas ipſorum à Deo percuſſos, iterum meritis ſancti Suiberti ſanitati priſtinæ reſtitutos, honorauit deinceps ſanctum Suibertum, atque dolens de commiſſis in Vuerdam prædicta Saxonum expeditione: omni die deuotè legit ad honorem ipſius Sancti vnam orationem Dominicam, & Angelicam ſalutationem, efflagitans deuoto corde, vt imminente extremæ ſuæ neceſſitatis articulo, dignaretur ipſi auxiliari & adeſſe, & Deo ſuo patrocinio ipſum reconciliare, elegitque ipſum in ſpecialem patronum.

II. DE BRVNONE MILITE CVRATO MIRACVLVM

Igitur hic Bruno cùm ſtaret in prima terribili acie ſtrenuè bellans, tandem oppreſſus grandi equis ſtu parte aduerſa, & inter cætera vulnera grandi lanceâ impetitus & in pectore haſtâ confixus & proſtratus, & corruens in terram pedibus equorum cum multis aliis miſerabiliter conculcatur, ita vt de ſua deſperaret vita. Cùmque ſic volutatus in proprio ſanguine penè deficeret, & in extremis ferè laboraret, deuotione quâ potuit, inuocauit mæſto & contrito corde ſanctum Suibertum, petens vt ſibi, vtpote famulo ſuo iam in neceſſitate tanta & periculo conſtituto adeſſet, & Deo ſuis precibus commendare ſe dignaretur, vouens quòd ſi ex inflictis vulneribus conualeſceret & ſanaretur, deuotè viſitaret ipſum in Vuerda, ſpretique ſeculi curis, ſe ipſum ſeruitio ſuo, quamdiu ſuperſtes eſſet, mancipaturum.

Quo expleto promiſſo, facto ille in extaſi, apparuit cum magna claritate S. Suibertus ornamentis Pontificalibus indutus, tangensque ipſum baculo paſtorali, dixit: Ecce Bruno confortare & gaude, hac vice hic non morieris, quia precibus meis impetraui ab omnipotente DEO *vitam tibi, eò quòd deuotè in hac præſenti anxietate auxilium implorâſti à me, vt tibi adeſſem. Sed poſtquàm per gratiam* DEI *conualueris ab his plagis, non negligas viſitare ſepulchrum meum in Vuerda, vt ſpopondiſti cum condignis oblationibus, ne æterna morte inuoluaris. His dictis ſignans eum ſigno ſanctæ Crucis diſparuit & claritas euanuit. Hæc facta fuerunt finito bello. Victores verò cùm viderent illam claritatem ſuper corpora occiſorum, quidam ex eis Deum timentes accurrunt ad eundem locum, in quo illam perſpexerant claritatem, ſuſpicantes ibidem quendam ſanctum virum occiſum vel agonizantem, cuius merita Deus per illam claritatem ipſis declararet.*

III.

Bruno autem inter occiſorum cadauera ſimilis mortuo, ferè exanguis aliquo tempore iacens, meritis ſancti Suiberti parum ſe erigens, cùm vidiſſet viros hoſtilis exercitus, arbitrans eos amicos qui ipſum liberarent, & curam ſui agerent, cœpit flebili voce, prout potuit implorare auxilium ab eis, vt ſui miſererentur. Milites verò videntes ipſum tam horribilibus vulneribus grauatum, & præcipuè grandi haſtâ confixum, viuere adhuc potuiſſe, mirabantur valdè. Qui poſtquàm eis inter multa enarrâſſet, qualiter ibidem in tam horrido inſtantis mortis periculo ſanctum inuocaſſet Suibertum glorioſum Epiſcopum, quem omni die ſpeciali oratione deuotè honorare conſueuiſſet, & ab eo ipſi apparente ſeruatus eſſet, addidit quòd coactus per ſuum Satrapam eidem bello interfuerit, quia vrgente & ſtimulante conſcientiâ contra Chriſtianos bellare ſibi graue fuiſſet.

IV.

Victores ergo hoc audientes, memores claritatis ab eis viſæ, pietate moti liberauerunt ipſum: armis ſanguine madidis exuunt, adhibentes ei diligentem curam vt conualeſceret: ponebant ipſum inſuper in quodam excelſo loco, poſtquàm ligauerunt vulnera eius, ita vulneratum ad honorem S. Suiberti Epiſcopi, quem multi in exercitu Francorum honorabant, vt omnes animaduerterent, eum temporariam mortem non euaſurum, niſi meritis S. Suiberti id fieret.

CAROLVS MAGNVS STVDIOSVS ERGA S. SVIBERTVM.

Sereniſſimus verò Rex Carolus Magnus tunc in Saxonia apud locum dictum Stromingi poſitus hæc audiens, & vt Pipinus Rex genitor ſuus in maximum honorem ſanctum Suibertum habuerat propter victoriam meritis ipſius contra Saxones propè Vuerdam habitam, admirans præcepit, præfatum Brunonem quàm citò poſſet, migrare de loco ad locum, & ſibi adduci & præſentari. Qui cùm ei præſentatus eſſet, & cuncta vulnera vidiſſet, audiſſetque ab eo qualiter S. Suibertus patronus ſuus ſibi apparens, conſolatus eum fuiſſet: laxauit ipſum a captiuitate, reſtituens ipſum priſtinæ libertati, ad honorem ſancti Suiberti. Et deinceps idem Rex Carolus Magnus ſemper in honore habuit ſanctum Suibertum, omnibus diebus vitæ ſuæ, & ſubiugatis Saxonibus & Angariis cum Vueſtphalibus, ex gratiarum actione, ſtatim fratres conuentus ſancti Suiberti in diuerſis tunc locis diſperſos reuocauit, Eccleſiam ſancti Suiberti diuerſis pretioſis ornamentis decorauit, ablata reſtituens & recuperans, multa dona & prædia ex regali Fiſco hilariter adiecit deuotis fratribus conuentus S. Suiberti. Bruno tandem conualuit, & ex voto, ipſum peregrè deuotè in Vuerdam cum condignis oblationibus viſitauit, & ibidem Deo & ſancto Suiberto, quamdiu vixit ſeruiuit. Quo miraculo cognito, multi Saxones & Vueſtphali deuotè ipſum in ſpecialem patronum eligentes, humiliter coluerunt & honorauerunt, hucuſque Ludgerus. Porrò iſta hoc anno cœpta in ſequentem ſunt propagata. Etenim Annales Francorum peruetuſti iſtiuſmodi bellum à Carolo iuniore, anno ſequenti, confectum tradunt.

V. SILONIS REGIS GALLÆCIÆ OBITVS.

Hoc item anno Silo Rex Gallæciæ in Hiſpania ex hac vita migrauit, anno nimirum octauo ſui Regni, ſepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Ioannis Euangeliſtæ, quam ipſe conſtruxit, iamque ſolus regnare cœpit Alfonſus ſiue Adelfonſus cognomento Caſtus, quem viuens in collegam aſſumpſerat. Huic primùm pugnandum fuit ciuili bello aduerſus Maurogatum eius patruum, qui potens Maurorum auxilio eum è Regno expulit. Conciliauerat enim ipſe illos fœdo tributo pacto, pendendi illis (quod dictu eſt) per annos ſingulos centum virgines, quinquaginta ex nobilibus, & ex plebe totidem.

ADOSINDA REGINA LAVDATA PRVDENTIA.

Adoſinda Regina viro Silone Rege viduata, non ampliùs ſecunda voce expetiit, ſed remittens nuntium ſeculo, monaſticam vitam profeſſa eſt. Sed quid accidit? Inſuſurrauit ſerpens in aures eius, vt olim in totius humani generis cladem tentauit Euam; ſed eò periculoſiùs aggreſſus eſt certamen diabolus aduerſus eam, quod vſus eſt ad ruinam viro qui miniſter ſalutis à Deo fuerat conſtitutus, nempe Archiepiſcopo, eodemque Hiſpaniarum Primate Elipando Toletano, Neſtorianæ inſtaurandæ hæreſis auctore. Hanc igitur cùm ad errorem, ſuamque prauam ſententiam conaretur pellicere Elipandus: præſtitit ipſa quod eſt prudentiſſimæ fœminæ, ſpecimen edens mulieris fortis, quæ non circumduceretur omni vento doctrinæ; ſed quæ non haberet quem domi interrogaret, ex monitu Pauli, virum ſuum, rem detulit ad Epiſcopos & ſacerdotes, ſciens ab eodem Apoſtolo [a] impoſitum eſſe iure ſilentium fœminis, vt taceant in Eccleſia. Inter alios autem quos conſuluit Adoſinda fœmina maximè pia, fuit presbyter quidam, quem ſciret valdè ſanctum atque doctiſſimum, nomine, itque Beatum, necnon eius familiarem Etherium Vxamenſem Epiſcopum.

[a] 1. Cor. 14.

VI. ERROR ELIPANDI EPISC. TOLETANI COGNITVS.

Error erat Elipandi perditiſſimi hominis non tolerandus, quem ſacroſancta Epheſina Catholica Synodus in Neſtorio condemnarat. Iſte ſiquidem aſſerens Chriſtum Dei Filium, quod ad humanitatem ſpectat, dicendum eſſe adoptiuum & non proprium ac naturalem, in neceſſariam conſequentiam deducebat, vt duas conſtitueret in Chriſto perſonas, atque aſſereret duos filios, naturalem alterum, atque alterum adoptiuum, ſicque horrendum dictu, damnata olim in Oriente Neſtorij hæreſis, nſic opera miſeri Elipandi reuiuiſceret in Hiſpania. Addebantur hæc ad cumulum omnium calamitatum,

A quas infelix Hiſpania ſub iugo gemens Sarracenorum, & bello ciuili exagitata his temporibus perditiſſimis pati etiam à ſacerdotibus cogebatur; cum Primate Antiſtite totius prouinciæ à cardine Catholicæ Fidei diaboli arte conuulſo, in diſcrimen omnes fideles inducerentur; vt ſequentes paſtorem primarium, omnes ſimul cum eo in Neſtorij hæreſim præcipites agerentur; iam iamque omnes idem ſentirent de CHRISTO, quod Mahumetanica doceret impietas.

VII. Etherius Episcopus et Beatus presbyt. contra hæresim insurgunt.

At DEVS omnipotens in tanto periculo poſitos fideles ſuos non dereliquit: excitauit ſiquidem qui reſiſterent, eoſdem quos diximus ſanctos, doctoſque viros, Beatum qui præſtabat ſcientiâ, & Etherium qui anteibat (quod eſſet Epiſcopus) dignitate. B Iure dixiſſes hos duos fulmina belli, ſi vidiſſes quâ animoſitate tantę potentię reſtiterunt, primumque illud efficientes (quod maximi erat momenti) vt detegeretur error, & hæreſis, quæ velamine pietatis & decora prodibat nomine veritatis, & quàm turpis eſſet atque nefanda & execrabilis pariter omnibus innoteſceret; ſicq; egerint, vt ſi eam penitùs extinguere, tantâ contradicente auctoritate, nō daretur, ſaltem ne vlteriùs incognita in ruinam totius Eccleſiæ graſſaretur, obſtiterint, donec conuentu publico congregato, maiore auctoritate accedente Romani Pontificis (quod poſteà factum eſt) telia omnium Orthodoxorum confoſſum monſtrum penitùs interiret. Non latuerant Elipandum Beati atque Etherij pro Fide Catholica defendenda conatus, & ad impugnandos à ſe promulgatos errores ſtudia comparata. Quamobrem qui ſe à presbytero vno impugnari, & ab Epiſcopo minoris diœceſis vrgeri perſenſit: indignatione haud leui commotus (quæ enim terrena, animalis, & diabolica ſapientia eſt [a], zelum amarum parit & contentiones) aduerſus eos exerit ſtylum, ſcribens epiſtolam ad Fidelem quendam Abbatem in Aſturia degentem. extat ipſa quidem, dataque habetur Toleti hoc ipſo anno Redemptoris ſeptingenteſimo octogeſimotertio, menſe Octobris, quam ſi nacti eſſemus, vtique hîc, ex more, deſcripſiſſemus, ſed D dumtaxat legimus eiuſdem epiſtolæ argumentum, quod ſic ſe habet:

[a] Iacob. 3.

VIII. De Elipandi epistola ad Fidelem.

Ipſo eius exordio magnoperè queritur de Beato atque Etherio rixas (vt dicebat ipſe) miſcentibus, quodq́, cùm ipſe ſit Archiepiſcopus Toletanus, ad ipſum caput non referrent quæ de Fide ortæ ſunt quæſtiones, ipſum non conſulerent, & expeterent ab ipſo reſponſa, cùm iidem eſſent homines origine viles, ipſe autem primarius ab omnibus coleretur Hiſpaniarum Antiſtes; ac proinde ipſos iſta conantes, ſuperbiæ & arrogantiæ nomine condemnādos. Contrà verò laudat humilitatem cuiuſdam Epiſcopi, Arcarici nomine, qui audiens quæ ipſi Etherius, Beatusq; docerent, quid de quæſtione illa ſentiendum eſſet: ſtatim ipſum Archiepiſcopum Tole- E tanum conſuluiſſet. Subiicit his, quod ſicut vnà cum alijs Epiſcopis haud pridem correxiſſet errores illorum, qui in die Paſchatis computatione tunc errauerant, ita fore, vt tolleret ab Aſturijs hæreſim Beatianam (ita ſententiam Catholicam Beati presbyteri nominans) excuſans enim aliqua ex parte eumdem Etherium Epiſcopum, omnem reiicit culpam in ipſum beatum presbyterum, qui tamquam auctor erroris, illo imbuiſſet Etherium. Demum verò monet eūdem ad quem ſcribit, Fidelem Abbatem, vt ipſum Beatum presbyterum accerſat, admoneat, reprehendat, & ſi poſſibile ſit, corrigat, atq; ad ſenticodum vnà ſecum perducat.

IX. A Cùm autem eas litteras accepiſſet Fidelis Abbas, neglexit accerſire Beatum vel Etherium, neque curauit ipſas ad eos mittere, ſed caſu inueniens eos, illis eaſdem oſtendit, die vigeſimaſextâ Nouembris eiuſdem anni. Qui his acceptis litteris, cognitiſq; ijs quæ ab Elipando ſcripta fuiſſent, intelligentes ipſum eidem errori firmiter inhæreſcere, nec pati Catholicam doctrinam aduerſus eius ſententiam fidelibus prædicari: haud ampliùs differendum exiſtimantes, amplo ſatis ſcripto volumine aduerſus hæreſim illam duobus libris diſtincto, ipſum vrgere magis, magiſque exagitare cœperunt. Extant hactenus einſmodi ſanctorum virorum aureæ lucubrationes, ſeruatæ in Archiuo Eccleſiæ Toleta- B næ, vt fidem facit qui eos charactere Gothico exaratos legit Ambroſius Morales regius Hiſtoricus de antiquitatibus Eccleſiaſticis eius prouinciæ optimè meritus; qui & teſtatur, eos vt veritatis defenſores, diuinâ imbutos ſapientiâ (quæ primum [b] pudica, deinde pacifica & modeſta eſt) egiſſe cum eo humilitate plurimâ, ipſum vt Archiepiſcopum etſi hæreticum nondum tamen damnatum honore debito ac reuerentiâ proſequentes, errorem tantum argumentorum peracutis cuſpidibus proſcindentes: qui enim inſcriptus in liminari paginæ titulus legitur, id in primis oſtendit, qui ſic ſe habet:

De scriptis libris adversus Elipandum Archiep. Toletanum.

[b] Iac. 2.

X. *Eminentiſſimo nobis, & Deo amabili Elipando To-* C *letanæ Sedis Archiepiſcopo Etherius & Beatus in Domino ſalutem.*

Ad quod dolendum eſt, nequaquam his ille monitus correxit errorem, ſed certum eſt in eo perſeueràſſe: poſt enim decem annos, ea de cauſa aduerſum eum atque Felicem Vrgelitanum contigit Concilium celebrari, de quo ſuo loco dicendum. De Beato autem idem qui ſupra tradit auctor, ipſum vt verè beatum in Hiſpania coli ſanctum, eiusque ſacras reliquias in honore ſeruari. huius & teſtatur extare commentarium egregium in Apocalypſim, ad ipſius ſocium in certamine ſanctum Etherium inſcriptum. Eluxerunt ambo hi in tot errorum tenebris faces diuinitùs accenſæ. ſed de D his ſatis.

IESV CHRISTI
Annus 784.

HADRIANI PAP. Annus 13.	CONSTANTINI ET IRENES	IMPP. 5.

I. Pauli Episc. Const. obitus.

SEPTINGENTESIMVS octogeſimus quartus annus agitur ſeptimâ Indictione ſignatus, quo moritur Paulus Patriarcha Conſtantinopolitanus Kalendis Septembris, qui licèt foris habitus ſit hæreticus Iconoclaſta, tamen intus bene conſcius veritatis, abdicans ſe, in monaſterium ad pœnitentiam ſeceſſit, vbi Fidem Catholicam profeſſus, reddidit E Deo ſpiritum. Cuius confeſſio magnum attulit ad profligandam hæreſim adiumentum, vtpote hominis qui omnium ſapientiſſimus ſine controuerſia ab omnibus haberetur. hæc autem quomodo ſe habuerint ex Theophane ita accipe.

Primo die Kalendarum Septembrium, eiuſdem ſeptimæ Indictionis Paulus almificus Patriarcha ſanctiſſimus infirmatus, thronum reliquit, & deſcendens ad monaſterium Flori, monaſticum ſuſcepit habitum, Imperatrice ignorante. Cùm autem Imperatrix hoc didiciſſet, venit cum filio triſtis & clamans: Cur (inquit) hoc feciſti? At ille cum lamentis ait ad eam: Vtinam ne vnquam in ſacerdotij throno ſediſſem, Eccleſiâ Dei tyrannidem patiente, præſertim

Confessio Pauli in obitu.

cum

cùm ſciſſa ſit à reliquis vniuerſalibus ſedibus & anathematizata. Quæ demum aſſcitos Patricios & Senatus primores miſit ad eum audire quæ ab ipſo dicerentur. Qui dixit ad illos: Niſi Synodus vniuerſalis fiat, & error qui eſt in medio veſtri corrigatur, ſalutem non habebitis. At illi dixerunt: Quare ſubſcripſiſti, cùm conſecrareris, Iconoclaſticæ? At ille: Idcirco lamentis afficior, & cucurri ad pœnitentiam deprecaturus Deum, ne me ſicut ſacerdotem iudicet & cruciet, qui tacuerim vſque nunc, & præ timore furoris veſtri non prædicauerim veritatem. Et in his dormiuit in pace, derelicto lamento multo tam pijs quàm impijs & religioſis viris Reipublicæ. Colendus enim vir erat, & ſupra menſuram miſericors & omni reuerentiâ dignus, multùmque fidem habebat tam Reſpublica quàm Imperium erga illum. ex tunc ergo cœpit dici ac diſputari de ſanctis imaginibus. hæc Theophanes. eadem habet & Ignatius in Taraſij rebus præclarè geſtis.

II. Licentia disputandi adversus hæreticos.

Hactenùs enim imagines colentibus minimè diſputare palàm licebat aduerſus hæreticos Iconoclaſtas, prohibentibus magiſtratibus; etenim tam palatinæ quàm caſtrenſis militiæ primates, quin & ipſe Senatus his erant irretiti laqueis impietatis. Ex hoc igitur tempore (quod ait Theophanes) cœpit abſque periculo dici ac diſputari de ſanctis imaginibus, tali apertâ ad diſſerendum de iis à Paulo adhuc ſuperſtite vltimo illo elogio viâ quam poſteà licentiam firmarunt Imperatores litteris ſuis. quibus & Pauli egregium facinus ſunt laudibus proſequuti, ita ſcribentes: [a] *Damus quique vnicuique libertatem, vt ſine omni formidine ea loquantur quæ ſecum, animo deliberauerint, quo veritas magis magiſque eluceſcat. & intrepidâ voce audiantur, ſimulque etiam vt ex multis Eccleſiis diſſidium auferatur, pacisque copulatio & conſtantia in omnibus connectatur.* iſtis præmiſſis iidem Imperatores de Paulo mox iſta ſubiiciunt, quæ aliqua ex parte in Theophane deſiderantur.

[a] Apud Nicen. Synod. 2. Act. 1.

III. *Et ſimulatque Paulus ſanctiſſimus Patriarcha, iuxta diuinam voluntatem carnem præſentem commutaturus erat, præſenſque habita vlum derelicturus, & ad ſuperiores ſedes commigraturus, immò verò ad Dominum noſtrum* CHRISTVM, iudicandus *ſcilicet, Epiſcopatui renuntiauit, monachicam eligens vitam. Nobis verò interrogantibus illum, qua de cauſa hoc feciſſet: Reſpondit quòd ſi morte occupatus & præuentus in Epiſcopatu huius pia & regia ciuitatis fuiſſet, etiam in* nouiſſimo die *extra omnem Eccleſiam Catholicam reſurgere cogeretur: quod ipſum in tenebras exteriores, quæ diabolo & angelis eius paratæ ſunt, adducit.*

Dolebat enim Synodum quandam his indictam, quæ ſubuertere contendebat imaginum picturas: quas ſancta Eccleſia Catholica ſeruat atque amplectitur, & ad memoriam præfiguratorum ſuſcipit. Id ipſum (inquiebat) eſt, quod animum meum commouet, quod meam conſcientiam vrget: quomodo iudicium DEI *effugere queam. At quæ cauſa eſt, quamobrem cum huiuſmodi viris cõmorari debeam, aut ſimul cum illis verſari? Hæc verò & alia plura Ducibus quoque noſtris glorioſiſſimis loquutus eſt, vitamque finiuit.*

IV. Perculsi animi impuversis pavidi moriente tis.

Atquomodo his auditis, ipſi Imperatores commoti ſint, iidem ipſi profeſſi ſunt verbis iſtis: *Hanc igitur reſponſionem noſtra regia maieſtas animaduertens horrebat præſertim cùm & ab aliis antea audieramus hæreticam eſſe horum hominum cogitationem: animo noſtro deliberauimus, quidnam hac in re vtile eſſet & facto opus. vt repræſentato nouiter electo Patriarcha, finis contentionibus per illum imponeretur,* &c. Sicque factum eſt ex his, vt Pauli ſucceſſor deligeretur Orthodoxus. Fuit iſte Taraſius, qui laicus exiſtens erat Imperatoribus à ſecretis. Defuncto enim Paulo, per quem Fides Catholica diu obruta publica teſtificatione in lucem emerſit, in eo magnoperè euigilauit ſtudium Imperatorum, vt eidem non imparem ſubrogarent Epiſcopum: Quod autẽ haud facilè inueniretur, qui ſimul Catholicæ Fidei zelo & auctoritate præſtaret, ardentiq; animo perarduum poſſet opus aggredi, ipſam Fidem Catholicam celebratione Oecumenici Cõcilij in locum priſtinum vendicare neceſſitas coëgit in laicum hominem ad hęc omnia exhibenda optimè comparatum poſt multum temporis in deliberando conſumptum conuerti animos Imperatorũ, & vota Orthodoxorum ciuium conſpirare, ipſo vno dumtaxat Taraſio refragante, prout Theophanes & Ignatius monachus, & alij eiuſdem temporis Græci auctores rem geſtam proſequuti, teſtantur, quorum Theophanes his verbis dignum memoriâ factum enarrat ex Actis publicis, cùm coram populo ab Imperatoribus exhibitus Taraſius fuit ab omnibus expetitus, licèt ille refragatus omninò conſenſum præſtare negarit, quouſque promiſſionem accepiſſet ab omnibus de celebrando Concilio Oecumenico, per quod hæreſis damnaretur, & anathemate ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia ſolueretur. ſed ipſa Acta publica audiamus.

Taraſius Episc. Constanti. nop.

Hoc quoque anno quinto ſcilicèt Irenes & Conſtantini Imperatorum, collecto omni populo apud Magnauram, ipſa Irena dixit ad eos: Scitis fratres quid fecerit Paulus Patriarcha. Siquidem vixiſſet, non hic vtique pateremur dimittere ſacerdotij thronum licet monaſticum induerit habitum. Quia verò, ſicut Deo placuit, de hac vita migrauit, qui poſſet paſcere nos; prouideamus hominem qui Eccleſiam Dei didaſcalis poſſit ſeruare ſermonibus. Qui vniuerſaliter dixerunt: Non fore alium niſi Taraſium à ſecretis. At illa: Et nos (inquit) ipſum elegimus, ſed reſultat, & dicit pro ſua cauſa, non ſuſcipit electionem Imperij, & totius plebis. V.

At ille nempe Taraſius reſpondit populo, dicens: Immaculata fides noſtra Chriſtianorum cuſtodes, & eorum qui in gloria Dei ſunt æmulatores fideles Imperatores noſtri & in commodum noſtrum curam facientes, & maximè nunc Eccleſiaſtica negotia diligenter conſiderantes, quo ſummus ſacerdos in hac vrbe Regia conſtitueretur, in ſua pietatis animum me aſſumere, & vt manifeſtè mihi diceretur, quod conſiliati ſunt præceperunt. Cùmque ad hoc me indignum eſſe pronuntiarem, & nullum conſenſum afferrem, vtpote qui iugum huius ſarcinæ portare vel ſufferre non poſſem: iuſſerunt me adduci ante faciem veſtram. pro eo quòd huius conſilij vnanimes, & comprobatores effecti ſitis. Et nunc, ô viri qui Deum timetis, & ſemper hunc in cordibus habetis, quiq; Chriſti inuocatione nominamini, viri Dei noſtri, Chriſtiani, audite breuiſſimum ab exiguitate mea & humilitate ſermonem.

Quibus ex causis Tarasius sit adeo refragatus.

Ego enim quicquid piis Imperatoribus noſtris, & per omnia Orthodoxis reſponderim, etiam in conſpectu veſtro orationis mea apologiâ reſpondebo. Timore deprimor ad conſentiendum huic electioni, & vereor à facie Dei currere taliter, & quoquomodo incircumſpectus, vt cum terribili damnatione ſuccumbam. Si enim diuinus Paulus Apoſtolus, qui Dei voces audiuit, cælumq; habuit erudiens ſe & paradiſi inſpector effectus eſt. audiuit quæ arcana verba, & portauit nomen Dei corã Gentibus & Regibus, dixit: [b] *Ne fortè cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar: Quomodo ergo ego qui in mundo conuerſatus, & cum laicis connumeratus, in Imperij adminiſtrationibus militaui, ſic abſque indicatione atque circumſpectione poſſum inſilire in ſacerdotij magnitudinem? horrendum coram me ad exiguitatem meam, & temerarium ſtudium.* VI.

[b] 1. Cor. 9.

Cauſa vero timoris mei hæc eſt: Aſpicio enim & video Eccleſiam, quæ ſupra petram, Chriſtum Deũ ædificata eſt, & fundata, ſciſſam nunc & diuiſam. & nos alia atq; aliter loquentes, & aliter eos Chriſtianos qui in Oriẽte vnius nobiſcum ſunt fidei. ſed & his concordantes Occidentales, nos ab omnibus illis alienatos. & à ſe per ſingulos dies anathematizatos. Dira pœna eſt anathema, procul à Regno cælorum expellit, & à Deo emittit ducendum in tenebras exteriores. Neſcit lex Eccleſiæ vel terminum hæreſim, ſiue contentionem. ſed ſicut nouit confiteri vnum Baptiſma, vnam Fidem, ita concordiam vnam in omni Eccleſiaſtico negotio. Nihil enim eſt in conſpectu DEI *tam acceptum atque placabile, quàm vt vnum ſimus, & vna efficiatur Eccleſia Catholica, quemadmodum in ſincera Fides noſtro ſymbolo confitemur.* A B

VII. QVA CONDITIONE TARASIVS PASSVS SIT EPISCOPVS ORDINARI.

Expetimus nos, fratres (vt reor) & vos, quoniam ſcio timorem Dei vos habere, à piiſſimis Imperatoribus noſtris & Orthodoxis Synodum vniuerſalem colligi vt efficiamur nos qui vnius Dei ſumus, & vnum. Et qui Trinitatis cultores exiſtimus, vnici & vnanimes collegæ. & qui capitis Chriſti ſumus, efficiamur corpus vnum compactum atque connexum: Et qui ſancti Spiritus ſumus, efficiamur non contra inuicem ſed pro inuicem: Et qui veritatis exiſtimus, efficiamur ſapientes verum atq; dicentes, & non ſit in nobis certamẽ neq; diſſenſio, vt pax Dei, quæ exuperat omnẽ ſenſum muniat nos omnes. Et ſi quidẽ inſſerint Orthodoxi & propugnatores Imperatores ſcilicèt veſtræ poſtulationi & meæ annuere: conſentio ego; ſin autem, impoſſibile eſt mihi & hæc facere ne ſubiiciar anathemati, & inueniar condemnatus in die Domini noſtri & iuſti Iudicis, vbi neque Imperator, neque ſacerdos, neque Principes, neque hominum multitudo poterit eripere me. Et quicquid placuerit vobis fratres, date apologiæ meæ, immò verò aſſertioni veſtræ, & reddite petitioni meæ reſponſum. Et libenter audierunt omnes quæ dicta ſunt, aſſenſum præbentes, vt Synodus fieret. C

VIII. *At verò Taraſius rurſum diſputans ad populum ait: Leo Imperator ſubuertit imagines. Et quando facta eſt Synodus ſubuerſas inuenit. Et propterea quòd Imperatoriâ manu ſubuerſa ſunt, iterum quæſtionem habet idem capitulum: quomodo antiquam conſuetudinem in Eccleſia traditam præſumpſerunt, ſicut eis libitum fuit, exterminare. Sed veritas Dei (vt Apoſtolicè dicamus) non eſt alligata.* hucuſque ex Actis publicis Theophanes[a]. Ex quibus planè illud exploratum habetur, nullo pacto adduci potuiſſe Taraſium ſuæ electioni conſenſum dare, niſi ſicut Imperatorum ita totius populi pollicitatione ſecurus redditus eſſet de Synodo Oecumenica celebranda; per quam ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia, abiecto procul errore, compagine Catholicæ communionis, Catholicæ Eccleſiæ, à qua tamdiu fuerat excõmunicatione diuiſa, cõiungeretur. Scitum ſanè prudenſque conſiliũ ante ſuam ordinationem habere ordinationem eius Eccleſiæ oppignoratam omnium ſponſione. Quomodo autem vbi fuit certus redditus de Oecumenica Synodo celebranda; ordinari denique paſſus eſt, ſubiicit iſta Theophanes. D E

[a] *Habet eãdem Apologiam Anaſtaſius Bibliothecarius & in præambulo ſeptimæ Synodi à ſe tranſlata.*

DE COGNITO CONCILIO OECVMENICO FACTA PROMISSIO.

IX. *Itaque octauo Kalendas Ianuarij ipſius octaua Indictionis conſecratus eſt almus pater noſter Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus.* Quod autem ſubiicit idem Theophanes, mox vt conſecratus eſt Taraſius, miſiſſe Catholicæ Fidei profeſſionem ad Hadrianum Romanum Pontificem, agemus de ea anno ſequẽti opportuniori loco. Porrò hæc eadem, quæ dicta ſunt, ipſi publicis litteris Imperatoris teſtati ſunt Patribus ad Nicænum Concilium poſteà conuocatis, quibus omnem à ſe adhibitũ conatum pro conſtituendo Epiſcopo regiæ vrbis Taraſio, iiſdem cõperta eſſe voluerũt, ne ſcandalum paterentur quòd laicus electus eſſet: poſt enim enarrata quæ contigerunt cùm Paulus ſe à throno ſponte, profeſſus monaſticum ordinem, abdicauit, hæc habent:[b] *Conſilium noſtrum in medium propoſuimus, vt repræſentato electo nouiter Patriarchâ, finis contentionũ per illum imponeretur. Aduocantes igitur viros negociorum Eccleſiaſticorum haud imperitos, Chriſtum vero verum Deum noſtrum inuocantes, & cum eis conſilium capientes, quem ex omnibus digniſſimum haberent, cui primas partes in hanc ſacratiſſimam diuinorum obſeruantiſſimam & regiæ ciuitatis noſtræ cathedram deferremus: vno animo, concordiq; ſententiâ Taraſium, qui nunc in ſacroſancta dignitate nobis præſides; dignus declaratus eſt.* A

[b] *Cõcil. Nicæn. 2. Act. 1. in princ.*

IMPERATORVM TESTIFICATIO DE ELECTIONE TARASII.

X. *Hunc igitur ad nos vocantes, teſtimonium de illo & ſuffragia data expoſuimus. Verum is nulla ratione acquieſcere his volens, reliquorum electioni aſſentiri reſpuit. Nobis verò perquirentibus, quã tandẽ cauſâ obedire nollet: principio quidem occaſionem hanc attulit; maius eſſe ſummi ſacerdotij cathedræ iugum, quàm poſſit illum humeris ſuſtineri. Nos autem conſiderantes, quòd occaſionem quæreret, nec auſcultare nobis vellet: non deſtitimus virum ſollicitare; omnibus viribus in eo perſeuerauimus, donec aſſenſũ nobis præberet, vt ſummi ſacerdotij dignitatem aſſumeret. Contemplatus itaq; noſtram inſtantem & vrgentem ſedulitatem, tanſam recuſationis nobis denuntiauit: Quandoquidem, inquit, video & conſidero ſupra petram Chriſtum* &c. quæ ex iiſdem Actis ſunt nuper allata, de petitione ab eo facta, de conuocando Concilio Oecumenico. quibus iſta ſubiiciunt. *Huic igitur petitioni annuere tum viſum eſt: meoq; nutu iuſſi conuenire.* B C

XI. TARASIVS AVCTOR ABOLENDÆ HÆRESIS.

Debetur igitur tantæ rei palma Taraſio, vel potiùs Hadriano Papæ. qui hoc exegit ab eo, vt ab Imperatoribus progenitam, propagatam, corroboratamque hæreſim, appoſitâ ad radices eius quas altè fixerat ſecuri Apoſtolicâ, per Concilium omninò præciderit, etſi ſacris canonibus atque Eccleſiaſticæ diſciplinæ in electione laici hominis inflictum eſt vulnus: quod modò honeſtum dixerim & non deforme, ſalubre & non lethale vulnus, per quod ſalus vniuerſo corpori fuit feliciter comparata, & priſtina gloria in communicatione Catholica reparata. Cæterum etſi ex laico fuit Taraſius promotus ad ſacerdotium, ex ſacerdotalibus tamen moribus dignis Epiſcopo in Epiſcopatum aſſumptus eſt, cui ex cognita nobilitate fulgor acceſſit. Etenim (vt Ignatius auctor eſt) ex patricio ortus eſt genere, patre Georgio præfecturam vrbanam magnâ gloriâ adminiſtrante, matre verò Eucratiâ dictâ, æquè pietate conſpicuâ: ipſe verò Taraſius auctus Conſulari dignitate, & ob eruditionem inſignem, multumque egregiam laudem ad ſecreta curanda adſcitus fuerat ab Imperatore. D

XII. TARASII GENVS ET VITÆ INSTITVTIO.

Cùm verò idem, inquit, *Ignatius per noua dignitatis gradum laudem aſſecutus, totum ſe Deo dicâſſet per pietatem & puram conſcientiam, venit ad habitum ſpiritalis perfectionis, & mundi munera obiens, in mundano habitu, ſe & à mundana remouit ambitione, & ſpiritui adaptans animam, vas ſacrum efficitur electione melioris etiam ante ſacerdotium, & paſtor pecudum rationis compotum qui paſcebatur adhuc, prænuntiabatur fore vt ſuſciperet vniuerſam omnium præfecturam, vt lucida lucerna iam accenſa, igne virtutum mundum illuſtrans vniuerſum, & omnem hæreticam diſpellens caliginem & lucem procurans rectæ fidei.* Cæterùm etſi Imperatores atq; ſacer Senatus eius electioni fauebant, non tamen defuerũt, qui eidem è contrario aduerſarentur, illi nimirum qui propugnatores erãt execrabilis hæreſis. de quibus omnibus iſta Ignatius. E

Imperatoribus aſſentiebatur quicquid erat optimũ & præſtantiſſimum in ſacro Senatu, diuinus planè cœtus, vt

qui o-

Digitized by Google

qui omninò ſcirent virū in omnibus præfulgere, & dignum cui commendaretur dignitas paſtoralis. Quicquid autem erat promiſcuum & circumforaneum & lucernam redolebat hæreticam, patris ſanctitatem, etiam ante ſacram ab eo acceptam veſtem, vt ad arguendum vehementiſſimum, & acutiſſima in ſuſpectam habens ſecuriſsim, nolebat conſentire communibus ſuffragijs, non volens ab antiqua ſua reſipiſcere ſententia, & malebat innolui cano lium hæroſeos, quam putari viuifico fluento puri & imperturbati fontis doctrinæ Taraſij. Sed id vicit quod iuſtum erat, &c. fuiſſe autē milites qui aduerſati ſunt Taraſio, inferiùs auctor apertè ſignificat, eò quòd eſſent hæreſi addicti: nam ait: *Hoc caput rectæ fidei ægrè ferebat turba militaris, vt cui non videretur eſſe admittendas & adorandas & venerandas imagines.* Porrò eius electionem licèt per homines, haud tamen ab hominibus ſed à DEO fuiſſe, ſigna Apoſtolatûs quæ poſteà in eo eluxerunt, ſignificârunt, atq; in primis quæ in ipſo vita enituit Apoſtolica tam in his quæ pertinent ad corporis cultum, quàm animæ. nam audi Ignatium.

MILITES HÆRETICI TARASIO INFESTI.

XIII.
TARASII VITÆ INSTITVTIO.

Vitæ autē ſuæ habenas ita moderabatur, & animi perturbationum tumultus ita reprimebat, vt eſſet omnibus dimiſſimum exemplar propoſitum, cui numquam perſuaderi poterat, vt moueretur ad appetitum voluptatis. Cùm autem ad diuinarum ſcripturarum meditationem ſibi domeſticam adſciuiſſet vigiliam, ſomnum membra ſoluentem vt inutile amandabat mancipium, & cùm vſus exigeret rurſum iubebat adeſſe. Quis enim eum in lecto recumbentem, aut mollibus ſtragulis vnquam vidit innolectum? Quis tunicam & Zonam ſuper cubile dimittentem vnquam accepit & præparauit vt eſſet elegantior & concinnior? Quis ex eius pedibus vnquam detraxit calceos & alligatâ ſpongiâ (vt mos eſt) leuigauit & poliſt? Sed ipſe erat ſibi (vt dicitur) balneator, & inſeruiebat ſibi ad vſum corporis, in hoc quoque Chriſtum magiſtrum diuino zelo imitatus qui dixit: [a] *Non veni vt mihi miniſtraretur, ſed vt miniſtrarem.*

[a] Matt. 20.

XIV.

Habebat autem precationem, quæ mentem ſublimem ad cælos euehebat, & ſoli Deo reddebat familiarem & coniungebat incorporeis, & expellebat omnem tentationem conuenienter Domini elogio. Nullum erat tempus, quo non habebat ſolum cum genu flectentem & ſurgentem, & manus ad cælos extollentem, & supernè à Deo accipientem illuminationem. Humilitatem verò, vt quæ ei à puero fuerat familiaris, ita eſt complexus, vt non ſolùm ea in ipſo conſpiceretur, & ex ea laudem aſſequeretur, ſed etiam tranſiret ad alios qui exemplo ſuo informabantur. Multi enim ex ijs qui erant relati in numerum clericorum, qui ſuos lumbos Zonis cingebant aureis, & ornati erant varijs & pretioſis veſtibus ſericeis, aurum quidem ademit: fecit autem ſuccingere lumbos cingulis contextis ex pilis caprarum. His verò qui toti corpori ex iiſdem filis purpureas veſtes habebant contextas, excogitat tunicas remotaſq; curioſitate nimia & delicijs, & quæ eſſent veſtitus honeſti & conuenirent ijs qui Deo ſeruire ſtatuerunt, & profitentur humilitatem. hæc de his Ignatius qui ea quæ oculis vidit magna ex parte (vt præfatur) conſcripſit. addit ad hæc de egregia viri caſtitate, & erga pauperes miſericordia, quorum catalogum ſcriptis mandari curauit, quo non cibo tantùm, ſed indumentis æquè eorundem egeſtati conſuleret.

VESTIVM LVXVM CORRIGIT IN CLERICIS TARASIVS.

XV.
MINISTRAT TARASIVS MENSÆ PAVPERVM.

Sed quid die ſolemni Paſchali facere aggreſſus ſit poſt multa de effuſa erga pauperes largitate, ſic ſubdit: *In ſalutari autem prius dicto die venerandæ Chriſti reſurrectionis, poſt diuinam ſynaxin & communionis peractum myſterium, adhuc ſacris veſtibus candidatus ad veteris baſilicæ iam dirutum locum, qui vocatur, Eſten, veniebat. Illic enim parabat egētibus maximum, quo acciperentur, epulū. Quos cùm feciſſet recumbere, incipiebat ipſe miniſtrare, vinum effundens ex cratere, & potum eis diſtribuens. Deinde cū hoc munus obijſſet, ibat in domum ſuam Patriarchicam, non aliquorum bunnulorū (vt dicit fabula) medullis ſe nutriens, neq; menſâ Sybariticâ excipiens, neq; quæ ventrem titillant & impinguant bellarijs, ſed frugalibus obſonijs, & quæ non ſpectabant ad delicias, ſe reficiens.* hæc rerum cunctarum inſpector Ignatius, reliqua tu conſulas. Hæc enim ſatis ad inſtitutum, quibus habetur teſtatum, à Deo electum virum, pietatis cultorem egregium.

Hoc eodem anno Hadrianus Papa ea quæ ſpectant ad ſacros ritus, quā diligentiſſimè curans, librū ſcripſit, cuius titulus fuit: *Reſponſoriale de circulo anni.* quæ videlicèt Reſponſoria in ſingulis eſſent ſacris officijs dicenda. Non extat ipſum quidem; meminit tamen ipſius Amalarius Fortunatus, qui pergēs Romam ſub Ludouico Caroli filio Imperatore, eū ſe legiſſe teſtatur: ipſe enim notatum exordium & finem eiuſdem ſuis ſcriptis teſtatū reliquit: In prologo enim libri, quem ſcripſit de ordine Antiphonarii habet iſta: *Hic inſerimus, quomodo inuenimus ſcriptū de auctoritate Hadriani Apoſtolici: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Incipit Reſponſoriale de circulo anni temporibus ter beatiſſimi & Apoſtolici Domini Hadriani Papæ per ſeptimam Indictionem.* Item in fine. *Hoc opus ſummus reparat Pontifex dominus Hadrianus ſibi memoriale per ſecula* hęc ex ipſo Amalarius.

Sed quod rurſus ad res ſpectat Orientalis Eccleſiæ, mortuo hoc anno Moyſe Rege Sarracenorum, qui anno ſuperiori Madi ſucceſſerat, ſubſtitutus eſt in locum eius Aaron nomine, Sarracenus bellicoſiſſimus, qui tenuit imperium annos viginti tres, ſēper infeſtiſſimus Chriſtianis: ita hoc anno Theophanes. Vnde illud ſummâ admiratione dignum, quòd cùm acerbiſſimus hoſtis Chriſtianorum eſſet, nihilominùs propenſiſſimo ſtudio coleret Carolū Magnum Francorum Regem. virtutis eſt iſta potētia, quæ & hoſtes, licèt barbaros atque impios, reddat obſequentes atque cultores, inſuper & laudatores. Sed audi quæ de his habeat Eginhardus eiuſdem Caroli rerum geſtarum inſpector & ſcriptor. In vita enim ipſius hæc ſcribit: *Cùm Aaron Rege Perſarum, qui, exceptâ Indiâ, totum penè tenebat Orientem, Carolus talem habuit in amicitiâ concordiam, vt is gratiā eius omnium qui toto orbe terrarum erant Regum ac Principum amicitiæ præponeret, ſolumq; illum honore ac munificentiâ ſibi colendum iudicaret. Ac proinde cùm Legati eius, quos cum donarijs ad ſacratiſſimum Dei ac Saluatoris noſtri ſepulchrum, locumq; Reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & domini ſui voluntatem indicaſſent: non ſolùm quæ petebantur, fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illū & ſalutarem locum, vt illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit. Et reuertentibus Legatis ſuos adiungens, inter veſtes & aromata, & cæteras Orientalium rerū opes ingentia illi dona tranſmiſit, cū ei paucos ante annos, quem tunc ſolum habebat, roganti mitteret elephantem.* hæc Eginhardus. Sic igitur Rex Chriſtianiſſimus primus inter Reges Occidētales legitim' dominus factus eſt ſacroſancti noſtri Redēptoris ſepulchri, pro quo ab impijs iterum vendícando, ſummâ gloriâ eius poſteri riuos ſanguinis profudêre. ſed de his ſuis locis dicendū.

XVI.

S. CHRISTI SEPVLCHRVM CAROLO MAGNO DONATVM.

XVII.

Sed licèt obſeruauerit Aaron Carolum, haud tamen remiſit odium in Chriſtianos, de quo inter alios ab eo neci traditos, hoc tempore Irenæ & Conſtantini Impp. occidiſſe Bacchum, Iuniorem appellatum Martyrem, reſpectu ſenioris illius qui cum Sergio paſſus eſt, teſtantur Græcorum ſacræ tabulæ: ſiquidem in Menologio Baſilij Cæſaris hæc de ipſo notata leguntur die decima ſeptimâ menſis Decemb. *S. Bacchi iunioris corona. E Palæſtina fuit hic Bacchus ſub Irenæ & Conſtantini principatu. Ipſius parētes*

Chriſtia-

ACCHVS IVNIOR MARTYR.

Chriſtiani quidem fuerunt à primogenitoribus, ſed pater à dæmonibus ſeductus tranſiit ad perfidiam Sarracenorum & magarizauit. Filios verò ſeptem habuit, & eos in ſimili peruerſitate educabat. Ipſorum autem vnus nomine Gelaſius Hieruſalem petijt, & inde ad ſancti Saba ſe contulit monaſterium & monachus efficitur & Bacchus nominatur. Benè verò conuerſatus, imminente perſecutione, à prælato iuſſus eſt fugere, ne ſciretur quòd ipſe Sarracenum baptizâſſet. Domum itaque reuerſus, quinque fratres baptizauit: vnus verò non baptizatus Bacchum fratrem apud Præſidem accuſauit. Qui ſanctum obtruncans conſummauit. hæc ibi. Sic igitur huiuſcemodi & his ſimilibus captatis occaſionibus Regnum Aaron funeſtum Chriſtianis in Oriente fuit.

IESV CHRISTI
Annus 785.

HADRIANI PAP. Annus 14.	CONSTANTINI ET IRENES	IMPP. 6.

I. QVi ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus octuageſimus quintus, octauâ indictione exorditur, quo Imperatores Conſtantinus & Irena, de creatione & conſecratione Taraſij, quæ contigit in fine anni ſuperioris, vt tradit Theophanes, octauo Kalendas Ianuarij, eâdem Indictione octauâ inchoatâ, ſcripſerunt litteras, atque miſerunt Legatos ad Hadrianum Romanum Pontificem; quod & præſtitit Taraſius ipſe. Extant litteræ tum Imperatorum, tum etiam Taraſij, recitat eas Anaſtaſius in præambulis Nicæni Concilij, quas licèt mendis aſperſas, hic tibi reddendas exiſtimauimus. vertit ipſe in Latinum quoque & eandem Synodum pariter Latinitate donauit. primo autem locò ponemus Imperatorum epiſtolam, quæ ſic ſe habet:

II. LEGATIO ET EPIST. IMPP. AD HADRIAN. PAPAM.

Diualis ſacra à Conſtantino & Irena AA. ad ſanctiſſimum & beatiſſimum Hadrianum Papam ſenioris Romæ.

Qui à Domino noſtro Ieſu Chriſto vero Deo noſtro ſuſcipiunt ſiue Imperij dignitatem, ſiue principalis ſacerdotij honorem, debent quæ illi placita ſunt & cogitare & curare, & creditos ſibi ab illo populos ſecundum eius voluntatem regere & gubernare. Ego debitum nobis & vobis ô ſanctiſſimum caput, hoc eſt, vt irreprehenſibiliter quæ eius ſunt ſapiamus & in ſuis verſemur, vtpote ab ipſo nos quidem Imperium, vos verò principalis ſacerdotij dignitatem ſuſcipientes. Incipimus ergo hinc ſermonem. Scit veſtra beatitudo quæ pridem facta ſunt in hac noſtra regia ciuitate propter venerabiles imagines, quas iter qui ante nos regnauerunt, eas deſtruxerunt, & in * *dehoneſtatem atque iniuriam poſuerunt. Vtinam illis non imputetur: melius enim fuerat non mittere manus ſuas in Eccleſiam: Et omnem populum qui hic eſt, immò Orientalem, eodem modo ſeduxerunt, & in propriam voluntatem retraxerunt, vſquequò Deus ſuſcitauit nos regnare in his quæ in veritate gloriam eius . . . & tenere quæ tradita ſunt ab Apoſtolis ſuis & omnibus ſimul doctoribus.*

* dehoneſtatem

III. ROGANT IMPP. PONTIFICEM VENIRE CONSTANTINOPOLIM.

Vnde nunc conſtanter cum mundo corde & vero cultu, quæ ad Deum pertinent, vnà cum omnibus ſubditis noſtris & his ſacerdotibus doctiſſimis locuti ſumus, & cum conſilio decreuimus, vt fieret vniuerſale Concilium. Et rogamus veſtram Paternam beatitudinem, immò verò Dominus rogat, qui vult omnes ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, vt det ſeipſum, nec tarditatem faciat. & aſcendat huc in ſtabilitatem & firmitatem antiquæ traditionis ſuper venerabilibus imaginibus. debitũ enim illi eſt hoc facere. Agnoſcit verò quia ſcriptũ eſt: a *Conſolamini conſolamini popule meus, ſacerdotes, dicit Dominus. Et:* b *Labia ſacerdotum cuſtodient ſcientiam. Et de ore eius egredietur lex, quoniam Angelus Domini exercituum eſt. Et iterum diuinus & veritatis prædicator Apoſtolus* c *qui ab Hieruſalem in circuitu vſque in Illyricum prædicauit Euangelium, ſic mandauit: Paſcite gregem Dominicum deſcipliná, quem Ieſus acquiſiuit proprio ſanguine.*

a Iſai. 40.
b Malac. 2.
c Rom. 15.

Et tamquam verus primus ſacerdos, & is qui in loco & Sede ſancti & ſuperlaudabilis Apoſtoli Petri præſidet (ſicut dictum eſt) aſcendat & ſimul cum omnibus ſacerdotibus qui hic ſunt, inueniatur, & voluntas Dei fiat: d *Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo (ſicut Euangelicè didicimus) ibi ſum in medio eorum. Certificatur enim & confirmetur à magno Deo & Rege omniumque, Domino noſtro Ieſu Chriſto & à nobis ſeruis eius qui aſcendentem veſtram Paternam & ſacram beatitudinem huc cum honore & gloria habemus & ſuſcipere, & quæ opportuna ſunt impertiri. & iterum expleto Capitulo; quod beneplacito Dei Chriſti ſperamus fieri, cum honore & magnitudine gloriæ præire illam* * *ſinemus ad remeandum ad propria. Si enim non potuerit aſcendere huc (quod putamus non fieri, ſcimus enim ſtudioſum eſſe circa diuina) eligat viros honorabiles habentes ſcientiam, & dirigat vnà cum ſyllabis, vt inueniantur ex perſona ſacra & Paterna veſtra beatitudinis hic.*

d Matth. 18.

DE LEGATIS SALTEM MITTENDIS.

* habemus

IV. *Verumtamen conuenientibus ipſis, cum omnibus ſacerdotibus qui hic ſunt, ſynodicè confirmetur antiqua traditio ſanctorum Patrum noſtrorum, & confundatur omne zizanium malè plantatum, & Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti verbum impleatur:* e *Quoniam portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et ex hoc non ſit ſchiſma & ſeparatio in vna ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, cuius eſt caput Chriſtus verus Deus noſter. Conſtantinum præterea ſanctiſſimum Epiſcopum Leontinum Chriſto amabilis Siciliæ noſtræ inſulæ, quem melius noſcit Paterna veſtra beatitudo, adduximus ad nos, & facie ad faciem loquentes direximus cum præſenti noſtra venerabili iuſſione ad vos. Qui cùm venerit ad vos, continuò abſoluite eum, vt remittat ad nos. ſcribens nobis per ipſum aduentum tuum, quibus diebus habet moueri, illinc & proficiſci ad nos. Porrò ſanctiſſimum Epiſcopum Neopolitanum omninò tenere debet, vt cum ipſo aſcendat huc. etenim iter veſtrum per Neapolim & Siciliam habet fieri, & ſuper hoc Stratego Siciliæ iuſſimus, vt omnis requiei & honoris veſtri curam habeat, quo veniat veſtra Paterna beatitudo ad nos.* (Legimus) *Data quarto Kalendas Septembris Indictione ſeptimâ à regia vrbe.*

e Matt. 16.

QVI MISSI LEGATI.

Qui autem ad iſta reſcripſerit Hadrianus, neſcitur, exciderunt ipſæ ad hæc redditæ eius litteræ: quæ enim ipſius Pontificis ad Imperatores datæ habentur, cùm nihil ad excuſationem ſuam habeant de non proficiſcẽdo Cõſtantinopolim, poſteà ſcriptæ eſſe noſcuntur per Legatos ſuos quos miſit non per Legatum Imperatoris Epiſcopũ Leontinum. reddemus eas ſuo loco.

Porrò non Imperatores tantùm, vt dictum eſt, ſed & ipſe Taraſius mox vt ordinatus eſt Conſtantinopolitanus Epiſcopus, litteras ſcripſit ad eumdem Hadrianum Romanum Pontificem: ſed non extant: alias inſuper ſeorſum ad Orientalium ſedium Patriarchas Alexandrinum videlicèt Antiochenum & Hieroſolymitanum litteras dedit, quæ extant f eiuſmodi inſcriptione notatæ.

f Act. 3. Nicæni 2. Concil. verſion. Anaſt. Bibl.

EPISTOLA TARASII AD PATRIARCHAS.

Exemplar litterarum, quæ miſſa ſunt ad ſummos ſacerdotes Antiochiæ, Alexandriæ, & ſanctæ ciuitatis à Taraſio ſanctiſſimo & beatiſſimo Patriarcha Conſtantinopolitano.

Multâ & magnâ prouidentiâ DOMINVS DEVS *hominum vitas regens & protrahens, atque promotum vitæ vniuſcuiuſque conſultè deducens (ſine ipſo namque factum eſt nihil) quâ & capilli capitis noſtri numerati*

rati

Digitized by Google

rati ſunt: Et me in laicorum ordine vſque nunc connumeratum, & Imperialibus miniſteriis deputatum, neſcio quibus * iudiciis (ipſe ſcit) in cathedram Pontificalem euexit hortatu valido à veritatis propugnatoribus piiſſimis ac Orthodoxis Imperatoribus, & ſanctiſſimis Epiſcopis, ſeu clericis, in me violenter aſſectis, quibus ſuccumbens annuo, & obedientiæ fructum hic carpendum commiſi.

Marg.: * iudiciis

VI. Et rogo vos ſacratiſſimos, vt tamquam patres me puſillanimem baculo potentiæ, id eſt, paternis veſtris magiſteriis fulciatis, & veluti fratres puris orationibus veſtris nos cum armatura Dei contra verſutias aduerſarij hoſtis adiuuetis, atq; fluctibus inuicem ſurgentibus vacillantem gubernetis, qualiter pertingam ad portum voluntatis Chriſti Domini noſtri: eſt enim prorſus apud nos quoddam prælium ſine ferro, dum ſermones iaciant, & iaciantur, ſed triumphale habemus trophæum, veritatem quæ non vincitur. Deinde quoque & procellis vehementibus inſpirantibus, in auxilium vobis aſſumptis, harum puſillum quid ſuſferentes æſtum, Chriſtum has increpantem inueniamus, & vitam tranquillam per omnia tranſigamus.

Et his quidem ſufficienter in præfatione noſtra præmiſſis, in cæteris euidenter horũ cognitio denuntiabitur. Nunc autem ad aliam intentionem dicendo progredior. Quia enim priſca quadã, & (vt verius fateamur) Apoſtolica traditio in omnibus Eccleſiis inoleuit, vt qui ad Pontificiũ prouehuntur, præcedentibus ſe in eodem ordine, qualiter ſe habeant, quæ Fidei ſunt exponendo, commendent: viſum eſt mihi hoc ſectanti me vobis inclinare, & liquidò confeſſionem pronuntiare, quemadmodum à tubis ſancti Spiritus (quarum ſonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum) & ab eorum alumnis, & à famulis, ſacratiſſimis videlicet Patribus noſtris educatus, ex iſtis mollibus vnguibus didici.

Marg.: TARASII FIDEI PROFESSIO.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum, natum ex Patre ſine tempore, coæternum. Et in Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem, ex Patre per Filium procedentem. Et eundem Deum eſſe & cognoſci, Trinitatem vnius ſubſtantiæ, vnius honoris & ſedis ſempiternam & increatam, omnium creaturarum conditricem, vnum principium, vnam deitatem & dominationem, vnum imperium, potentiam & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis, indiuiduè quidem * diuiſam, & diuiſe vnitam, non ex imperfectis tribus vnum aliquid perfectũ, ſed ex tribus perfectis vnum ſuperperfectum, vti magnus locutus eſt Dionyſius. Itaq; ſecundum proprietatem perſonarum tria quidem adoranda, at verò ſecundum communem naturæ rationem vnus Deus omnium factor, viſibilium & inuiſibilium omnium ponitſer.

Marg.: * diſtinctâ & diſtincte

VII. Confiteor autem factam propter ſalutẽ noſtram in nouiſſimis diebus ſecundum carnem natiuitatem vnius ſanctæ Trinitatis Filij ſcilicet Dei, & Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti ex veraciter S. Dei Genitrice ſemperq; Virgine Maria, cõſubſtantialiter quidem factum nobis modis omnibus abſque peccato, non autem deſinentem quod erat, ſed duabus naturis inconfuſe manentibus, vnà cum conſiſtentibus in ſe duabus voluntatibus & operationibus, crucifixum pro nobis carne, & ſepultum & reſurrexiſſe, in cælosq; aſcendiſſe, & venturum iudicare viuos & mortuos. Inſuper ſpero reſurrectionem mortuorum. Et credo in ſingulorum geſtorum redditionem bonorum ſcilicet, & his contrariorum.

Expetens etiam interceſſiones ſanctiſſimæ ac intemeratæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, ſanctorumq; Angelorum & ſanctorum glorioſiſſimorum Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum & magiſtrorum: Salutans & venerandas iconas eorum: Et omnem hæreticam abominans * contentionem, necnon & eorum ductores & primores, Simonem videlicèt, Marcionem, Manem, Paulum quoque Samoſatenum, & Sabelliũ Lybium, eorumq; dogmata neſaria pariter & doctrinas. Recipio etiam ſanctas & venerabiles ſex Synodos, & earum diuina dogmata, tanquam quæ diuinâ inſpiratione nobis traditâ fuerint. Et cum prima quidem homouſion, & vnà cum Patre ſine initio Filium eſſe credens: Anathematizo impium Arium & Aetium, Eunomium, Eudoxium & Demophilum: poſt hos quoque qui iure dicuntur diſſimiles & ſemiariani, & omnem coinquinatam eorum cateruam.

Marg.: * cõtagionem

VIII. Cum ſecunda verò Synodo Oecumenica ſcilicèt Deum eſſe Spiritum ſanctum & viuificatorem confitens abijcio Macedonium & omnes qui cum illo eiuſdem ſunt ſenſus. Cum his autem & Deoperoſum Apollinarium. Cum tertia autem in vnum Dominum Ieſum Chriſtum verum Deum noſtrum ex Patre genitum, eundemq; in nouiſſimis diebus propter ſalutem noſtram incarnatum ex ſancta Dei Genitrice ſemperq; Virgine Maria abdicans hominis cultorẽ Neſtorium & bigam, quæ circa ipſum eſt (Diodorũ a o & Theodorum) necnon & eorũ prodigioſam fabulã prædicantes, & in Chriſto perſonaliter dualitatem informantes procul à cõfeſſione mea repello. Præterea cũ quarta ex duabus naturis & in duabus naturis vnum ſanctæ Trinitatis Chriſtum Dominum noſtrum carne veniſſe ſentiens, anathematizo Eutychetem, Dioſcorum, & eorum ſine capite multitudinem vna cum, diuinitùs fulminando Seuero, Iuliane Halicarnaſſeo, qui fabulâſſe Dominum noſtrum incorruptibilem corpus ſuſcepiſſe perhibetur.

Deniq; quintam Synodum, quæ ſicut machæra ſpiritus in ſuperfuſe quodammodo ex prioribus temporibus nauigantes iniquas reſcidit hæreſes, & inuentores patefecit earum, Origenem videlicèt & Didymum & Euagrium. Ita & ego vtpote portentuoſas ipſorum hæreticorum fabulationes repello.

IX. Porro per ſextam, ſicut ex duabus naturis Chriſtum, ex quibus & in quibus eſt, olim eſſe didici, tam iſta & duas naturales voluntates & operationes, eius in vtraque natura credidi, humana ſcilicet & diuina, & ſubmitto anathemati Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrum, Paulum, vt Sodomiticam vitem, & Gomorrhaticam propaginem, amaritudinis botrionem habentem, odi. Ipſius autem ſanctæ ſextæ * Synodi cum omnibus dogmatibus quæ legaliter & diuinitùs ab ea promulgata ſunt, etiam depromptos canones recipio, in quibus refertur quod ſequitur.

Marg.: * De conſecr. diſt. 3. cap. Sextum ſanctum.

In quibuſdam venerabilium imaginum picturis Agnus digito præcurſoris exaratur oſtenſus, qui in figuram præceſſit gratiæ, verum nobis per legem demonſtrans agnum, Chriſtum videlicèt Dominum noſtrum. Veteres ergo figuras & vmbras vtpote veritatis indicia & præcedentes characteres Eccleſiæ traditos ſalutantes, gratiam honore præferimus & veritatem, hanc vt legis plenitudinem admittentes. Vt ergo perfectio etiam per colorum operationes in omnium vultibus depingatur, characterem Agni Dei noſtri Chriſti qui tollit peccata mundi ſecundùm humanitatem etiam in iconis ex hoc pro veteri agno deſinimus depingi, per eum videlicèt celſitudinem humanitatis Dei verbi conſiderantes, & ad memoriam conuerſationis quam in carne geſſit, paſſionis quoq; ac ſalutaris mortis eius adducti, ac redemptionis, quæ hinc eſt mundo effecta.

Superfluas altercationes & garrulitates poſthac inconſulte promulgatas, & apud nos minimè receptas, neq; per diuinam gratiam dictas, irritas æſtimamus (nec Aue dicentes) * fugacíq; factura, accingimur lumbos mentis noſtræ in veritate. Et ſuſcitamur vnà cum piis & fidelibus Imperatoribus noſtris, propugnatoribus videlicèt veritatis ad vnitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ: à quibus & Synodum vniuerſalem petiuimus in præſentia tertia coram Deo à nobis in populis. Et poſtulationi noſtræ piè annuerunt.

Marg.: *, nugacia

Vos qui ſuperædificati eſtis ſuper fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarum, ipſum videlicèt ſummum ac angularem

lapidem Chriſtum Ieſum (quemadmodum de præcedentibus dictum eſt) concertatores & confectatores, accurrite confidentes. Præſumentes confidentiam talem habemus (non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi à nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt) quia diſrupta membra & diſciſſa in vnum corpus compactum & connexum creſcere faciat, in quibus caput eſt Chriſtus, vt vltra iam non diſperſa ſint.

X. *De cætero rogamus ſanctitatem veſtram vſque ad duos loci ſeruatores mittere ad nos cum Deiloqua epiſtola ſua, & quicquid fuerit diuinitus ſuper hoc negotio reuelatum, vobis facere manifeſtum, ſed ſecundum quod debitum eſt, tam loci ſeruatores quàm littera veſtra Synodica, ſiue ad loquendum, ſiue ad legendum in omnibus inuenientur, quatenus per hoc quæ ſciſſa ſunt vniantur. Idipſum enim & à Præſule ſeniore Romæ petiuimus. Et rogo vos fraternè, Apoſtolicam vobis vocem pronuntians, tamquam Deo exhortante per nos, omnia perſcrutantes ſecundùm conſilium veſtrum, quod in Deo patefacite nobis. Scriptum eſt enim: [a] Labia ſacerdotum cuſtodient ſcientiam, & legem exquirent ex ore eorum: certi enim ſumus quòd ſemina veritatis in vobis ſalua cuſtoditis. Sed & pij Imperatores noſtri per cuncta Orthodoxæ veritatis firmitatem ſectantur, & Domino Deo ſupplicare non ceſſant, ſecundùm Gregorium qui à Theologia nomen ſortitus eſt, vt efficiamur nos, qui vnius Dei exiſtimus vnum, & qui ſumus Trinitati vniti, & honore pares, atque vnanimes in cunctis inueniamur: & qui ſumus ſancti Spiritûs, non contra inuicem, ſed pro inuicem ſimus: & qui ſumus veritatis, idipſum ſapientes atque dicentes exhibeamur: & non ſit contentio vel diſſenſio in nobis; ſed ſicut habemus vnum Baptiſma, vnam Fidem, ita & conſonantiam vnã in omni Eccleſiaſtico negocio. Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, in vnum nos conducat, & diuiſa vniat, atque diuturnum vulnus ſanet, & in incolumitate Fidei integros ſeruet, & in vera confeſſione & concordia ſtabiliat omnes, vniatque ſanctam Eccleſiam ſuam, & compeſcat ſcandala quæ ſuperiacent ei; interceſſionibus intemeratæ Dominæ noſtræ* DEI *Genitricis, & omnium Sanctorum. Fiat. Amen.*

[a] Malac. 2.

hactenùs ad tres Patriarchas Taraſij epiſtola. Quem & ſcripſiſſe etiam ad Hadrianum Papam, teſtatur Theophanes, vbi ait: *Octauo Kalendas Ianuarij ipſius octauæ Indictionis conſecratus eſt almus pater noſter Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus: Qui miſſis Synodicis Romam viris, & libello Fidei ſuæ receptus eſt ab Hadriano Papa.* Non extant huiuſmodi litteræ Taraſij niſi dixerimus, eaſdem ad eum miſſas eſſe, quas nuper recitauimus datas ad tres Orientales Patriarchas. Scripsêre tunc pariter Imperatores ad Hadrianum, vt tradit idem Theophanes, vbi ait: *Mittens autem & Imperatrix, petijt ab Hadriano Papa, vt mitteret litteras ſuas, & homines claros qui muniréntur in Synodo.* hæc Theophanes.

XI. Porrò de veritate harum litterarum plura ſunt teſtimonia, vt de eis nullus dubitare poſſit. Siquidẽ de litteris ab Irena miſſis ad ipſum Hadrianum, teſtis eſt etiam Nicolaus Papa, ſcribens ad Michaëlẽ Imperatorem, ex quibus etiam fragmentum recitat, quo declaratur, Imperatores rogâſſe ipſum Hadrianum, vt ſe Conſtantinopolim conferret, iudicantes primæ Sedis Pontificis neceſſariam eſſe præſentiam ad comprimendam hæreſim, quæ operâ anteceſſorum Imperatorum adeò inualuiſſet. ſunt hæc enim Nicolai verba [b] ad Michaëlem, dum commendat modeſtiam Orthodoxorum Imperatorum: *Non hoc alius Conſtantinus & Irena Auguſti dicunt, qui ad Hadrianum Papam ſcribentes aiunt: Rogamus veſtram Paternam beatitudinem, magis quidem Dominus rogat, [c] qui vult omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, vt det ſeipſum, & nullam tarditatem faciat, & aſcendat huc.* Et paulò pòſt. *Si non potuerit (inquiunt) aſcendere huc: eligat viros pretioſiſſimos, & dirigat vna cum ſyllabis,* &c. hæc Nicolaus de litteris Imperatorum ad Hadrianum.

[b] Nicol. epi. 8.

[c] 1. Timo. 2

XII. Cùm autem ipſe Romanus Pontifex, acceptis Orientalibus litteris à nouo electo Patriarcha Taraſio atq; ab Imperatoribus, manifeſtè cognouit ipſum Taraſiũ ex laico eſſe prouectũ in Patriarchatum: factum huiuſcemodi exhorruit tanquam mõſtrum in memoriam reuocans, qualia quantaque paſſa fuerit Romana Eccleſia, cùm haud pridem intruſus fuerit in eam homo laicus Conſtantinus, & quomodo oportuerit Synodalibus occurrere decretis, quibus caueretur ne vnquam laicus quiſquam in ſedem Pontificiam proſiliret. Quod igitur vetitum eſt tum in Romana Eccleſia, tum etiam in aliis cunctis Occidentis & Orientis Eccleſiis prohibentibus id antiquis atque recentioribus Conciliorum canonibus: Non potuit Hadrianus non vituperâſſe quod factum modò eſſet Conſtantinopoli. Quamobrem veluti electionem eius perperam factam deteſtatus, non recipiendam eſſe reſcripſit, niſi ipſe omnem penitùs hæreſim aboleret, atque hæreticos profligaret. Teſtatur id quidem de litteris Hadriani Nicolaus ad Photium ſcribens, qui cùm itidem ex laico prouectus eſſet in thronum, & excuſaret exemplo Taraſij, ad eum idem Pontifex Nicolaus reſcripſit his verbis [e]:

HADRIANUS QUA CONDITIONE RECIPIT ORDINATIONEM TARASII.

[e] Nicol. epi. 5.

XIII. *De Taraſij ſiquidem promotione, qui ſimiliter ex laicali cœtu ad Patriarchatus extemplo culmen promotus eſt: quam & vos quaſi in auctoritatẽ veſtræ defenſionis aſſumere vultis: Si ſanctam quæ apud vos, tempore ſanctiſſimi viri Hadriani Papæ, celebrata eſt, Synodum diligentiùs ſcrutati fueritis, atque attentiùs intenderitis, inuenietis quid in eadem ſanctiſſimus vir conſultus decreuerit: & quod dum eius conſecrationis penderet actus, & mœrorem ſe pro tam præſumptiua * factione nimium ſuſtinere profiteretur: dicit * etiam: Quod niſi in erigendis imaginibus feruentiùs contra illarum depoſitores, atque illarum conculcatores, vt verus miles Chriſti reſiſteres: nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine Patriarchatus veſtram dilectionem ſuſciperemus.* hæc apud Nicolaum Pontificem. ſed præſtat ipſam hic integram epiſtolam datam, primùm ad Imperatores deſcribere ob multiplicium rerum geſtarum, quæ continet, argumenta. Epiſtola igitur reddita ab Hadriano ad Imperatores ſic ſe habet ſcripta hoc anno, menſe Octobris nonâ iam Indictione inchoatâ.

* præſumptanctione *enim

XIV. *Hadrianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dominis piiſſimis ac beatiſſimis victoribus Imperatoribus ac triumphatoribus filiis diligendis in Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto Conſtantino & Irenæ Auguſtis* [e].

HADRIANI EPISTOLA AD IMPERATORES.

[e] Concil. Nican. 2. Act. 2. ex verſ. Anaſta.

Deus qui dixit [f] de tenebris lucem ſplendeſcere, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum per filij ſui veri ſcilicèt luminis incarnationem, in quo complacuit omnem plenitudinem deitatis habitare, & per eum renouare omnia, & in ipſo pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt: per multiplices diuitias bonitatis ſuæ in faciem Eccleſiæ ſuæ reſpiciens, veſtram præſcitam & deſtinatam ſereniſſimam & Imperialem clementiam ad fidei tunc integritatẽ vocare dignatus eſt, ita vt omni falſitatis nubilo procul exploſo, per vos victricem faciat veritatem.

[f] 2. Cor. 4.

Quantum enim relationibus veſtræ piiſſimæ tranquillitatis ad nos venientium didicimus, etiam ipſo auditu nimis noſter exultans releuatus eſt animus; & totum iucunditatis gaudium in cor noſtrum aſcendit, vt linguâ humanâ explicare nullus ſufficiat ſermo: quia nimirùm magis nobis lætitia de veſtris iuſſionibus nunc orta eſt, quã dudum

pro ſchiſmaticorum hæreſi mœror affecerat. De his quippe in his venerandis iuſſionibus veſtris referebatur, quæ pridem facta ſunt in veſtra regali ciuitate propter venerabiles imagines, quas qui ante vos regnauerunt, deſtruxerint, & in inhoneſtate atque iniuria poſuerint. Vtinam illis non imputetur: melius enim fuiſſet non mittere manus in Eccleſiam eorum.

XV. Et quia omnis populus qui ibidem eſt, imò in Oriente modo errauerunt & ſuâ volũtate vſi ſunt illis, vſque quò Deus erexit vos regnare, qui in veritate quæritis gloriam eius, & quæ tradita ſunt à ſanctorum Apoſtolorum, & omnium ſimul magiſterio tenere, quibus reſeruantes & venerabiles imagines ad veſtrum pijſsimũ Imperium laudabiliter exaratas reperientes, atque hæreticorum abijcientes veſaniam, ſeu in diuinæ examinationis iudicio Principum, qui manus miſerunt in Eccleſiam, piaculum deputantes, veſtram à Deo prometam in triumphis Imperialem potentiam inſontem eſſe ab eorum ſententia prorſus credidimus. Vnde omnipotentis Dei clementiam exorantes, referimus grates ſine fine, tenenteſq; ea, quæ veſtra ſanxit & cœpit ſerenitas, * conſtantia eſtote.

* conſtãtes

Quod ſi perſeuerãtes permãſeritis in ea quã cœpiſtis Orthodoxa Fide, & per vos partib. illis in priſtino ſtatu erectæ fuerint ſacræ & venerabiles imagines, ſicut piæ memoriæ dominũ Conſtantinũ & B. Helenam, qui Fidem Orthodoxam promulgârunt, atque ſanctam Catholicam & Apoſtolicam ſpiritualem matrem veſtram Romanam Eccleſiam exaltauerunt, & cum cæteris Orthodoxis Imperatoribus, vtpote caput omnium Eccleſiarum, venerati ſunt: Ita veſtrum à Deo protectum clementiſſimum nomen, nouum Conſtantinum & nouam Helenam habentes, per quos in primordiis ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia robur Fidei ſumpſit, ad quorum inſtar vibrantiſsimè, ac in toto orbe terrarum veſtra optatiſsima in triumphis Imperialis fama laudabiliter diuulgatur. Magis autem ſi Orthodoxæ Fidei ſequentes traditiones, Eccleſiæ beati Petri Apoſtolorum Principis amplexi fueritis cenſuram; & ſicut antiquitùs veſtri prædeceſſores ſancti Imperatores egerunt, ita & vos eam honorificè venerantes, eius Vicariũ ex intimo dilexeritis corde, potiùs quàm veſtrum à Deo conceſſum Imperium eorum ſecutum fuerit Orthodoxam ſecundùm ſanctam Romanam noſtram Eccleſiam Fidem, ipſe princeps Apoſtolorum, cui à Deo ligandi, ſoluendiq; peccata in cælo & in terra poteſtas data eſt, crebrò vobis protector exiſtens, omneſq; barbaras nationes ſub veſtris proſternens pedibus, vbiq; vos victores oſtendet.

XVI. De primatu Petri.

Etenim eius inſignia dignitatis ſacra pandit auctoritas, quantaq; veneratio eius ſummæ Sedi exhibenda ſit à fidelibus cunctis per orbem: Dominus enim eundem clauigerum Regni cælorũ cũctis præpoſuit principem, & hoc ab ipſo honoratur priuilegio, quo ei claues collatæ ſunt Regni cælorũ. Iſto igitur tam præcelſo prælatus honore promeruit confiteri fidem, ſupra quam fundatur Eccleſia Chriſti: beatam confeſsionem beatitudo ſequuta eſt præmiorum, cuius prædicatione ſancta venerabilis illuſtrata eſt Eccleſia, & ex ea cæteræ Dei Eccleſiæ fidei documenta ſumpſerunt. Nam ipſe princeps Apoſtolorum beatus Petrus, qui Apoſtolicæ Sedi primitùs præſedit, Apoſtolatus principatum ac principalis curæ ſucceſſoribus ſuis, qui in eius ſacratiſsima Sede perenniter ſeſſuri ſunt dereliquit, quibus & auctoritatis poteſtatem quemadmodum à Saluatore noſtro Domino Deo ei conceſſa eſt, & ipſe quoque ſuis contulit ac tradidit diuino iuſſu ſucceſſoribus Pontificibus.

Quorum traditione Chriſti ſacram effigiem, ſanctæq; eius Genitricis, Apoſtolorumq; vel omnium Sanctorum veneramur imagines: ex eo enim quòd Chriſti Dei noſtri Eccleſiæ tempore quietis & pacis apertæ ſunt fores, hactenuſq; depictæ Eccleſiæ imaginibus ſunt ordinatæ, beato atque beatiſsimo Papâ Syluestro teſtante. In ipſis enim exordijs Chriſtianorum, cùm ad fidem conuerteretur pius Imperator Conſtantinus, ſic legitur.

XVII. Tranſactâ die, nocturno Regi facto ſilentio, ſomni tempus aduenit: & ecce adſunt ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus dicentes: Quoniam flagitiis tuis poſuiſti terminum & effuſionem innocentium ſanguinis horruiſti, miſsi ſumus à Chriſto Ieſu Domino dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra & fac omnia quæcumq; indicabimus tibi. Silueſter Epiſcopus ciuitatis Romæ ad montem Soractem perſecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebras fouet: Hunc cùm ad te adduxeris, ipſe tibi piſcinam oſtendet, in quam dum tertiò te merſerit, omnis te valetudo deſeret lepræ. Quod cùm factum fuerit, hanc viciſsitudinem Saluatori tuo compenſa, vt omnes iuſſu tuo per orbem totum Romanum Eccleſiæ reſtaurentur. Tu autem in hac parte purifica te, vt relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum vnum qui verus & ſolus eſt, adores & excolas, & ad eius voluntatem attingas.

Exurgens itaque à ſomno, ſtatim conuocans eos, qui obſeruabant palatium, & ſecundùm tenorem ſomnis ſui miſit ad montem Soractem, vbi ſanctus Silueſter cum ſuis clericis receptus lectionib. & orationib. inſiſtebat. At vbi à militibus ſe conuentum vidit, credidit ſe ad martyrij coronam euocari, & conuerſus ad clerum omnem qui cum eo erat, dixit: Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies ſalutis. profectus itaque, vt dictum erat, peruenit ad Regem, qui nuntiatus cum tribus presbyteris & duobus diaconis introiuit. Ingreſſus dixit: Pax tibi, & victoria de cælo miniſtrentur. Quem cùm Rex alacri animo & vultu placidiſsimo ſuſcepiſſet: omnia illa quæ facta, quæ dicta ſunt, quæ etiam reuelata ſunt, ſecundùm textũ ſuperiùs cõprehenſum expoſuit. poſt finem verò narrationis ſuæ percunctabatur, qui eſſent dij Petrus & Paulus, qui illum viſitaſſent ob eam cauſam ſuæ ſalutis, & eius latebras detexiſſent.

XVIII. Silueſter reſpondit: Hi quidem dij non ſunt, ſed idonei ſerui Chriſti & Apoſtoli electi ab eo, & miſsi ad inuitationem Gentium, vt credentes ſalutem conſequantur. Cùmq; hæc & his ſimilia Auguſto diceret Papa, interrogare cœpit Auguſtus, vtrùmnam iſtos Apoſtolos habeat aliqua imago expreſſos, vt ex pictura diſceret quos relatio docuerat. Tunc S. Silueſter miſſo diacone, imagines Apoſtolorũ ſibi exhiberi præcepit, quas Imperator aſpiciẽs, ingenti clamore cœpit dicere ipſos eſſe quos viderat, nec debere eum differre factam per Spiritum ſanctum oſtenſionem piſcinæ, quam ipſos promiſiſſe ſuæ ſaluti memorabat.

Ecce (vt præmiſſum eſt) Sanctorum figuræ ab ipſis ſanctis fidei noſtræ rudimentis apud omnes fuerunt Chriſtianos, atque in Eccleſiis Sanctorum ſacra figura expreſſa atq; depicta hactenùs fuerunt, quatenus Gentilitas Paganorum conſpectu diuinæ ſcripturæ depicta hiſtoria ab idolorũ cultura & dæmonum ſimulacris ad verum Chriſtianitatis lumen atque amoris Dei culturam verti deberet. ſicut & præcipuus Pater, atque idoneus prædicator beatus Gregorius huius Apoſtolicæ Sedis Præſul ait, vt hi qui litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant quæ legere in codicibus non valent. Ob hoc quippe ſancti probatiſsimi Patres ipſas imagines atque picturas diuinæ ſcripturæ & geſta Sanctorum in Eccleſiis depingi ſtatuerunt, & cuncti Orthodoxi atq; Chriſtianiſsimi Imperatores & omnes ſacerdotes ac religioſi Dei famuli, atque vniuerſus Chriſtianorum cœtus, ſicut à principio traditionem à SS. Patribus ſuſceperunt, eaſdem imagines atq; picturas ob memoriam piæ compunctionis venerantes obſeruauerunt, & in partibus illis vſq; ad tempora proaui ſerenitatis veſtræ Orthodoxæ coluerunt. Sed ipſe veſter proauus per quorumdam impiorũ immiſsiones eaſdem depoſuit ſacras imagines; & ex hoc error magnus in ipſius Græciæ partibus accreuit, & ingens ſcandalum in vniuerſum mundum deuenit, ſicut ipſa veritas teſtatur a.

a Matth. 18.

Vidi multoties conſcriptionem imaginis paßionis, & non ſine lachrymis viſionem pratery, opere artis ad faciem aſſerentis hiſtoriam: & cætera. De interpretatione eius in Cantica Canticorum: Sicut ſcripta doctrina (dicit) materia quædam eſt omninò in diuerſis tincturis, quæ complet animæ imitationem: ita qui ad imagines conſpicit, ex eadem arte per colores completam tabulã, non tincturam præfert contemplationem, ſed ad viſionem depictam conſpicit tantummodò, quam per colores magiſter demonſtrauit.

Et in epiſtola Baſilij ad Iulianum tranſgreſſorem miſſa refertur: Secundum id quod à Deo hæreditate poſſidemus, noſtram immaculatam Fidem Chriſtianorum confiteor & ſequor, & credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, vnum Deum, hæc tria adoro & glorifico. Confiteor autem & Filij incarnatam diſpenſationem, & Dei Genitricẽ quæ ſecundùm carnẽ eum genuit S. Mariam. Suſcipio verò & S. Apoſtolos, Prophetas, Martyres, qui ad Deũ deprecationẽ faciunt, quia per eorum interuentionem propitiator mihi efficitur miſericordiſſimus Dominus, & remiſſionem mihi facinorum donat, pro quo & figuras imaginum eorum honoro & adoro & veneror ſpecialiter: hoc enim traditum eſt a ſanctis Apoſtolis: nec eſt prohibendum: ac ideò in omnibus Eccleſijs noſtris eorum deſignamus hiſtoriam.

XXIV. *Item eiuſdem de ſermone in ſanctos Quadraginta Martyres: Nam & bellorum triumphos ac victorias & ſermonum cõſcriptores multoties & pictores ſignificant, quidam quidem verbis adornantes, quidam verò tabulis præſignantes: & multos vtrique ad virilitatem excitârunt. Quæ enim ſermo hiſtoriæ per auditum depinxit, hæc conſcripta ſilens admonitio per imitationem demonſtrat.*

Item beati Ioannis Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, qui & Chryſoſtomi de parabola ſementis: Indumentum Imperiale ſi contumelijs affeceris, nonne ei qui induitur, contumelias irrogas? Neſcis quia ſi quis imagini Imperatoris iniuriam infert, in ipſum Imperatorem, id eſt, in ipſum principalem & ad eius dignitatem refert iniuriam? Neſcis quòd ſi quis imagini quæ ex ligno & coloribus eſt, maledicit: non iudicetur veluti ſi cõtra inanimatũ quiddã præſumptionẽ geſſerit, ſed tanquã is qui contra Imperatorẽ egerit? Dupliciter enim in Imperatorem contumeliam infert. Et iterum de ſermone eiuſdem patris habito in quinta feria Paſcha. Omnia noſtra facta ſunt propter gloriam Dei & vſum noſtrum: nubes ad imbrium miniſterium; terra ad fructum abundantiam; mare nauigantibus abſque inuidia eſt, omnia famulantur homini, magis autem imagini Dei: Neque enim quando Imperiales vultus & imagines in ciuitates introducuntur, & obuiant iudices & plebes cum laudibus, tabulam honorant, vel ſuperfuſam cera ſcripturam, ſed figuram Imperatoris. Sic & creatura non terrenam ſpeciem honorat, ſed cæleſtem ipſam figuram reueretur.

XXV. *Similiter & beati Cyrilli ex interpretatione ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum ſermonem proferimus: Depinxit enim fides quod in forma Dei extitit Verbum, ſicut & noſtra vitæ redemptio oblata eſt Deus ſecundùm nos carne indutus & factus homo. Idem ipſe poſt pauca: Imaginum nobis explent opus parabolæ ſignificantes virtutem, ac ſi oculorum adhibitione & palpatu manus ſuggerant etiam ea quæ in exilibus cogitationibus inuiſibiliter habent contemplationem.*

Item ſancti Athanaſij Epiſcopi Alexandrini de humanatione Domini, cuius initium eſt: Sufficienter quidem de multis pauca ſumentes intimauimus: Et poſt: Et ipſa quæ ſcribuntur in lignis abolitâ formâ per exteriores ſordes, iterum neceſſe eſt id ipſum in omnibus ſumere & vnire ei cuius eſt forma, vt reuocari poßit imago in eadem materia & elemento: per eandem enim formam atque materiam vbi & conſcribitur & non deijcitur, ſed in ea ipſa configuratur, &c. totum id ſignificans quod eſt in imagine eſſe referendum ad imaginatum.

Item beati Ambroſij ad Gratianum Imperatorem ex libro tertio capitulo nono: Numquid ne quando & deitatem & carnem adoramus, diuidimus CHRISTVM? *aut quando in ipſo & Dei imaginem & crucem adoramus, diuidimus eum, abſit?*

Item ſancti Epiphanij Conſtantiæ Cypri: Numquid enim & Imperator pro eo quod habet imaginem, duo ſunt Imperatores? non ſanè: ſed Imperator vnus eſt etiam cum imagine.

Item ſancti Epiſcopi Stephani Boſtrorum de imagine Sanctorum: De imaginibus verò Sanctorum confitemur: quoniam omne opus quod fit in Dei nomine bonum eſt & ſanctum. aliud eſt enim imago, & aliud ſimulachrum, id eſt, parua ſtatua. Quando enim Deus Adam plaſmauit, id eſt condidit, dicebat: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & fecit hominem ad imaginem Dei: Numquid enim quia imago Dei eſt homo, ideò ſimulachrum, id eſt, idolorum cultus eſt & impietas? nequaquam fiat. Si enim Adam imago dæmonum eſſet, abiectus vtique & inacceptabilis eſt. Omnis enim imago in nomine Domini aut Angelorum & Prophetarum aut Apoſtolorum aut Martyrum, aut iuſtorum facta, ſancta eſt. non enim lignum adoratur, ſed id quod in ligno conſpicitur & memoratur, honorificatur. omnes enim nos adoramus Principes & ſalutamus licèt & peccatores ſint: cur ergo non debemus adorare ſanctos DEI *ſeruos, & in memoriam eorum conſtituere & erigere imagines eorum, ne obliuioni tradantur. Sed nec quia ipſe* DEVS *interdixit adorare manufacta. Dic itaque, ô Iudæe, quid eſt ſuper terrã, quòd nõ ſit manufactũ, cum a Deo ſit factum? Numquid Arca Dei quæ ex lignis Setim fabricata atque conſtructa fuit, manufacta non eſt? Altare & propitiatorium & vrna in qua erat manna & menſa & candelabrum, & tabernaculũ interius & exterius, non fuerunt ex hominũ operibus manuum quæ Salomon fecit? Et cur ſacta ſanctorum vocantur manufacta exiſtentia? Numquid Cherubim & ſenarum alarum animalium, quæ in circuitu altaris erant, non fuerunt imagines Angelorum opus manuum Domini? Et quomodo non abijciuntur? Quia verò per præceptum Dei imagines factæ ſunt Angelorum, ſancta ſunt, & hæc animalia erant: etenim idola Gentium, quia imagines fuerunt dæmonum Deus depoſuit, & condemnauit ea. Nos autem ad memoriam Sanctorum imagines facimus Abrahæ videlicet, Moyſi, Heliæ, Eſaiæ, Zachariæ, & reliquorum Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum ſanctorum, qui propter Deum interempti ſunt: vt omnes qui vident eos in imagine, memorentur eorum, & glorificent Dominum qui glorificauit eos. Decet enim eos honor & adoratio & commendatio ſecundùm iuſtitiam eorum, vt omnes qui vident eos, ſuſtineant & ipſi imitatores effici actionis eorum. Qualis enim eſt adorationis honoratio, niſi tantum quemadmodum & nos peccatores adoramus, & veneramur alterutrum per honorem & dilectionem? Ita & imaginem Domini noſtri non aliter adoramus & glorificamus & contremiſcimus, quia imago eſt ſimilitudinis eius, & in ea ipſo depictus eſt. Ergo quicumque pij ſunt, & bonum quidem agunt & Sanctorum memores ſunt, nec prohibent benefacientes, nec ſcandalizant eos qui honorant Sanctos & ſeruos Dei: quinimmo potius memorantur eorum, mercedem bonam ex bona operatione percipient: impij verò ſecundùm quod cogitauerunt, habebunt* * *conſolationem inhonorationis, pro eo quod illud quod erat iuſtum neglexerint, & à* DEO *receſſerint. Propter memoriam enim Sanctorum etiam imagines pinguntur, adorantur, & honorantur ſicut ſeruorum* DEI, *& pro nobis diuinitatem deprecantium. Dignum eſt enim commemorari præpoſitorum noſtrorum, & gratias referre* DEO *noſtro.* XXVI.

* confuſionem

XXVII. *De ſermone beati Hieronymi presbyteri Hieroſolymitani.*

ſant. Etenim ſicut permiſit Deus adorare omnem gentem manufacta, Iudæos autem tabulas quas dolauit Moyſes, & duos Cherubim aureos: & ſic nobis Chriſtianis donauit Crucem & bonarum operationum imagines pingere & adorare, & venerari, & demonſtrare opus noſtrum.

Itaque hæc ipſa, pijſſimi ac tranquilliſſimi domini filij, prædicta teſtimonia ſanctorum Patrum tranſiuimus breuiter, ſed & diuinæ ſcripturæ vtriuſque Teſtamenti teſtatur hiſtoria de diuini cultus obſeruatione, quòd ad laudem Dei in Eccleſia in memoriam piæ operationis Dei nutu conſtituta ſunt, ſecundùm traditionem ſanctorum Patrum. Sed & de ſtatu ſacrarum imaginum etiam à diuina ſcriptura hiſtoria ſatis promulgata ſunt, quemadmodum in huius Apoſtolicæ ſuggeſtionis ſerie à Deo corroborata ſerenitati veſtræ potentia cum omni humilitate & ſinceritate cordis ſtuduimus intimare. vnde & quod in diuerſis & probabilibus Patrum teſtimonijs, qui ipſas ſacras imagines ſtatuerunt, ſubtiliter videri poteſt, ſicut in eorum libris reperimus, veſtra clementiſſima potentiæ fere ſtuduimus intimandum, deprecantes cum magna cordis dilectione manſuetiſſimam veſtram clementiam, & tanquam præſentialiter humo ſtratus veſtris veſtigijs prouolutus quæſo, & coram Deo depoſco & adiuro, vt eaſdem ſacratiſſimas imagines in ipſa à Deo conſeruata regia vrbe, & cæteris Græciæ partibus, in priſtinum ſtatum reſtituere & confirmare iubeatis, obſeruantes traditiones huius ſacroſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, abijcientes & reſpuentes antiquorum hæreticorum calliditatem, vt in huius noſtra ſancta Catholica & Apoſtolica, ac irreprehenſibilis Romana Eccleſia vlnis ſuſcipiamini. hactenùs quæ recitata ſunt in Actione ſecunda Nicæni Concilij cùm alioqui ipſa epiſtola ſit prolixior, pluraque habeat de ordinatione Taraſij præſumpta (vt videbatur) contra ſacros canones. Omiſſa ſunt ea referri in S. Synodo, quod ad rem non pertinerent, & potuiſſent præſentes Epiſcopos contra eundem Taraſiũ concitare, quod inopportunum ſatis eſſe tunc videretur.

XXVIII. Anaſtaſius igitur, qui ipſam integram epiſtolam ex antiquo codice reſtitutam recitat, iſta ſubiicit. *Ab hinc vſque ad finem huius epiſtolæ codex Græcus non habet: Græci namque, quia eodem tempore ex laicis Conſtantinopolitanus fuerat Patriarcha factus, ne publicè ab Apoſtolica ſede argui videretur, & aduerſus eum tãquam reprehenſione dignum hæreticis repugnandi occaſio præberetur: ac per hoc Synodi cui intererat, vtilitas excluderetur: quæ ſiue de non facienda laicorum promotione, ſiue de cæterarum præſumptionum redargutionibus, in Synodo nec recitari, nec Actis inſeri paſſi ſunt.* hucuſq; Anaſtaſius. pergit verò Hadrian. ſuâ epiſtolâ hæc quę ſequũtur.

Si verò impoſſibile eſt hæreticorum veſania pro incredulitate ipſorum ipſas ſacras ac venerandas imagines ſine Synodi actione in priſtino erigere ac confirmare ſtatu, & noſtros ſacerdotes pro huiuſcemodi pia operatione, veſtra ſereniſſima Imperialis potentia accerſere, ſicut in veſtris ſertur Imperialibus iuſſionibus: Imprimis pſeudoſyllogũ illud quod ſine Apoſtolica Sede enormiter & irrationabiliter, nequiterq; contra ſanctorum venerabilium Patrum traditiones de ſacris imaginibus actum eſt, anathematizetur, præſentibus Miſſis noſtris: & tunc ſicut antiquitùs mos exſtitit, iureiurando veſtra pijſſima atq; tranquilliſſima poteſtas vnà cum domina Auguſta pijſſimi Imperij veſtri genitrice, ſeu eiuſdem Regiæ vrbis Patriarcha, necnon & cuncto Senatu corporale tribuentes ſacramentum, verbum cõmonitorium ſicut antiquitùs, pia ſacra nobis dirigere veſtra dignetur Imperialis poteſtas: quia non eſt apud vos partis cuiuslibet fauor aut defenſio, ſed æqualitatem vtriſq; partibus conſeruabitis: nullatenùs neceſſitatẽ facientes in quocunque capitulo eis qui à nobis diriguntur quoquomodo, ſed omni honore cum honorificentia competenti, & ſuſce-

A *ptione dignos eos habebitis. Et ſiquidem vtrumq; conuenerit iterum cum omni humanitate eos ad nos dirigere ſatagetis: quia dudum ibidem pro zelo fidei ac ſanctarum imaginum religioſi viri, ac Dei famuli directi in exilio miſſi ſunt, & bona confeſſionis huiuſmodi finierunt vitam.*

Porrò & hoc veſtrum à Deo coronatum pijſſimum Imperium poſcimus, vt ſi veram & Orthodoxam S. Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romana nitimini amplecti fidem: ſicut antiquitùs quæ ab Orthodoxis Imperatoribus, ſeu à cæteris Chriſtianis fidelibus oblata atq; conceſſa ſunt, patrimonia B. Petri Apoſtolorum Principis fautoris noſtri, in integrum nobis reſtituere dignemini pro luminariorum concinnationibus eidem Dei Eccleſiæ, atq; alimonijs pauperum. Imò & conſecrationes Epiſcoporum, ſiue Archiepiſcoporum B *(ſicut * olitana conſtat traditio) noſtræ diœceſis exiſtentes, penitùs canonicè S. Romana noſtra reſtituantur Eccleſia. Vt nequaquam ſchiſma inter concordiam perſeuerare valeat ſacerdotum, ſed ſicut in veſtra ſereniſſima iuſſione exaratum eſt, confundatur omne zizanium malè plantatũ, & Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti verbum impleatur: * Quoniam portæ inferi non præualebunt aduerſus eã. Et rurſum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis: cuius ſedes in toto orbe terrarum primatu fungens, caput omnium Dei Eccleſiarum conſtituta eſt. Et quàmuis beatus Petrus Apoſtolus per Domini præceptum rexit Eccleſiam: nihilominùs ſubſequens* hoc eſt ſucceſſor, *& tenuit ſemper,* C *& tenet principatum. Quod præceptum vniuerſalis Eccleſiæ nullam magis oportet exequi ſedẽ, quàm primam, quæ & vnamquamque Synodum ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit.*

Et vnde mirati ſumus, quod in veſtris imperialibus iuſſis pro Patriarcha regiæ vrbis, ſcilicet Taraſio directis, vniuerſalem, ibi reperimus exaratum; ſed vtrum per imperitiam, aut ſchiſma, vel hæreſim iniquorum ſcriptum eſt ignoramus. Sed deinceps ſuademus veſtra clementiſſima Imperialiq; potentiæ, vt minimè in ſuarum exarationum ſerie, Vniuerſalis deſcribatur, quia contra ſanctorum canonum inſtituta, ſeu ſanctorum Patrum traditionum decreta eſſe videtur. In ſecundo enim ordine, ſi non per ſancta noſtra Catholica & Apoſtolica Eccleſiæ aucto- D *ritatem (ſicut in omnibus patet) numquam valuit nomen habere: quod nimirum ſi vniuerſalis ſuper prælatam ſibi Romanam Eccleſiam, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum deſcribatur, tamquam ſanctarum Synodorum rebellem atque hæreticum manifeſtare ſe, certum eſt. Quòd ſi vniuerſalis eſt, etiam Eccleſiæ noſtræ ſedis primatum habere dignoſcitur: quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis apparet: quia in toto orbe terrarum ab ipſo Redemptore mundi beato Petro Apoſtolo principatus & poteſtas data eſt, & per eundem Apoſtolum, cuius vel immeriti vices gerimus, ſancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia vſque hactenus & in æuum tenet principatum ac poteſtatis auctoritatem: quatenus (quod non credimus) ſi quiſpiam eum Vniuerſalem nuncupauerit, vel aſſenſum* E *tribuerit, ſciat ſe Orthodoxæ Fidei eſſe alienum, & noſtræ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ rebellem.*

Ipſe autem Taraſius regiæ vrbis Patriarcha miſit nobis Synodicam, priſcam implens conſuetudinem: quam ſuſcipientes & liquidiùs indagantes, & de cõfeſſione tam rectæ fidei eius, quàm dogmatum ſanctarum ſex Synodorum & venerandarum imaginum ouantes, nimis iterum turbati, ac conturbati ſumus, quia ex laicorum ordine, & Imperialibus obſequiis deputatus, repentè in Patriarchatus culmen electus eſt, & Apocaligus contra ſanctorum canonum cenſuram factus eſt Patriarcha. Et quod dicere pudet, & tacere graue eſt, qui regendi adhuc & docendi ſunt, doctores non erubeſcunt videri, nec metuunt ducatum animarum imprudenter aſſumere, cuius via in omnibus

ignota

XXIX. PETIT RESTITVI ROMANÆ ECCLES. SVBLATA AB HÆRETICIS.

* vſurpatur olitana pro antiqua

* Matt. 16.

XXX. NOMEN VNIVERSALIS IMPVGNAT.

XXXI.

ignota doctoris eſt, & quo vel ipſi gradiantur, ignari ſunt. Quod quàm prauum, quàm & termerarium ſit, ſaeculi ordine, & diſciplina monſtratur. Nam dum Dux exercitus nonniſi labore & ſolicitudine expertus eligitur: quales animarum duces eſſe poſſint, qui in Epiſcopatûs culmen immaturâ cupiunt feſtinatione conſcendere? Huius ſaltem rei comparatione conſiderent, & aggredi repentè inexpertos labores abſtineant: quippe qui non didicerint quod docent.

Vnde canonica inſtituit cenſura, nequaquam ex laico ad ſacerdotium repentè tranſire, niſi per eius fidelem concurſum pro ſanctarum imaginum erectione in eius conſecratione aſſenſum omnimodò tribuere nequiuimus. Et ideò Domini rerum à Deo coronati magni Principes & ſereniſſimi Imperatores petimus, & obnixè iterum deprecamur à Deo illuſtratam clementiam veſtram & omnipotentem Deum qui vos regnare praecepit, & Imperialis culminis apicem vobis conſcendere iuſſit, pietatem veſtram (vt dictum eſt) coniuramus: vt pio intuitu veſtras clementiſſimas aures noſtrae humilimae deprecationi inclinare iubeatis, ipſaſq; ſacratiſſimas imagines in priſtino ſtatu conſtituere, vt omnes Chriſtiani in vniuerſo mundo exultent, & magno laetentur gaudio.

XXXII. *Nam cum talis iniquum erroris ſcandalum, quod in ipſis Graeciae partibus irrepſit, abolitum fuerit, & Deo annuente, ipſae venerandae imagines reſtitutae: erit magna laetitia dilatata per vniuerſum terrarũ orbem, & nunc ſuper omnes barbaras nationes, beato Petro principe Apoſtolorum vobiſcum comitante, eritis in triumphis victores ſicut ſpiritualis filius & ſpiritualis compater noſter dominus [a] Carolus Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum noſtris obtemperans monitis atque adimplens in omnibus voluntates, omnes Heſperiae, Occiduaeque partis barbaras nationes ſub ſuis proſternens conculcauit pedibus, omnipotentatum illarum domans, & ſuo ſubijciens Regno adunauit. Vnde per ſua laborioſa certamina eidem* DEI *Apoſtolicae Eccleſiae, ob nimium amorem plura dona perpetuò contulit poſſidenda, tam prouincias quàm ciuitates ſeu caſtra & caetera territoria. Imò & patrimonia quae à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei Eccleſiae reſtituit, cuius & iure eſſe dignoſcebantur. Sed & aurum atque argentum quotidiè pro luminariorum concinnatione, ſeu alimonijs pauperum nõ deſinit offerendo: quatenus eius regalis memoria non derelinquatur in ſaeculum ſaeculi.*

[a] Recitat haec Anſel. Lucenſ. tit. de poteſt. & primat. Rõ. Eccleſ. ca. 86.

XXXIII. *Idcirco nimium diligentes ac venerantes veſtrum à Deo conceſſum Imperium magnoperè ſuggerentes quaeſiuimus, vt praeſentium tranſuectores, videlicèt Petrum dilectiſſimum noſtrum Archipreſbyterum, ſeu Petrum Abbatem atque preſbyterum venerabilis monaſterij ſancti Sabae hilari mente ac vultu placidiſſimo ſuſcipiens, ſoſpites iterum ad nos remeare diſponere iubeat veſtra ſereniſſima Imperialis clementia, vt dum de veſtra Orthodoxa Fide, quam coepiſtis, nos reddiderint certiores, noſque ex hoc de veſtro propoſito laeto efficientes, altiſſimas Domino Deo noſtro referre ſtudeamus laudes, diuinam pro impenſa piiſſimae ſerenitatis veſtrae laetitia exorantes clementiam, atque conſona cum Propheta inquientes:* [b] *Domine ſaluos fac inuictiſſimos noſtros Principes & magnos Imperatores, & exaudi nos in quacunque die te deprecantes pro eis inuocauerimus.*

[b] Pſal. 19.

Ipſe enim rerũ opifex & arbiter Dominus Deus noſter, in cuius manu omnia Regna conſiſtunt mundi, per quẽ [c] *etiam Reges regnant, & Principes imperant, & potentes quae pietatis ſunt clementer cuncta modigerando diſponunt, veſtrae piae ſerenitatis melliflius cordibus inſpirare dignetur ad exaudiendas noſtras humillimas preces, & reſtituendum in priſtino ſtatu ſacras imagines; tribuatq; vobis, intercedentibus beatiſſimis Apoſtolorum principibus Petro & Paulo, longaeua & proſpera, & felicia tempora, & cum maxima corporis ſanitate atque animae ſalute Imperialis potentiae ſceptris vos perfrui faciat: & ſicut terrae ſummae potentiae gloriam vobis conceſſit, & caelorum quoq; Regna vobis per infinita ſaecula largiri poſſidenda dignetur. Data ſeptimo Kalendas Nouembris Indictione nonâ.*

[c] Prouer. 8.

Sed quas ad Taraſium Patriarcham iiſdem Legatis Hadrianus Põtifex litteras dederit, videamus: habet eas idem qui ſupra Anaſtaſius Bibliothecarius iſtis verbis:

XXXIIII. HADRIANI PAP. EPIST. AD TARASIUM.

Dilecto fratri Taraſio Patriarchae Hadrianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Paſtoralibus curis, quibus conuenit nos paſcere populũ Dei, & ſubtiliſſimis cogitationibus perpendentes, quemadmodum praedicationis vox ſana à praecone in omni tempore debeat praedicari, & qualis paſtor in compaſſione, & qualis in conuerſatione debeat eſſe, vt omnibus proximus in compaſſione fiat, & cunctis conuerſatione inſignis: quatenus & piam miſerationem ad ſe omnium infirmitatum transferat, & ipſe per ſummum reſpectum ſui ad diuina tranſcendat: conſiderauimus veſtrae dilectae ſanctitati ſacrâ affari concordiâ, & ſubtiliter verbum manifeſtare in Synodicis confeſſionis veſtrae fidei, quae Apoſtolicae Sedi noſtrae directa ſunt per Leonem reuerendiſſimum preſbyterum veſtrum.

Inuenimus in eis in initio primae paginae, reuerentiam veſtram ex laico ordine & Imperatoria adminiſtratione ad ſacri gradus ſublimatam eſſe faſtigium, & vehementer in his anima noſtra mirata eſt. & niſi veſtram ſinceram & Orthodoxam fidem in praedictis Synodicis ſacri Symboli ſecundùm ritum Sanctarum ſex vniuerſalium Synodorũ, & de venerabilibus imaginibus bene ſe inueniſſemus habere, nullatenus auderemus huiuſcemodi obaudire Synodica. haec & alia quae ſequuntur. At quoniã in Actione 2. Nicaenae poſterioris Synodi aliter poſita, vel integra ſcripta & decurtata inueniuntur: ipſe idem piè monet lectorem Anaſtaſius, dicens haec interloquendó: *Ita in Graeco, ſcilicèt à Papa in his eſt verbis tranſmiſſum.* quod & ex eadem epiſtola ipſe recitare pergit his verbis:

XXXV. *Sed quantum cor noſtrum maerore conſumptum eſt de illicita veſtra ordinatione, & quantum cor noſtrum tribulatur de * inepta veteri ex vobis diſtantia, tanto confeſſionem & rectam fidem veſtram anima noſtra inueniens laetata eſt. Inuenimus autem in praedicta Synodica epiſtola ſanctitatis veſtrae poſt plenitudinem fidei & confeſſionem ſacri Symboli & omnino ſanctarum ſex Synodorum, & de ſacris ac venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum contineri.*

*

Quin & ea quae ſunt eiuſdem ſanctae ſextae Synodi, ſuſcipio cũ omnibus regulis quae iure ac diuinitùs ab ipſa promulgata ſunt. inter quas continetur in quibuſdam venerabiliũ imaginũ picturis agnus digito praecurſoris exaratus, oſtenſus, qui in figurã praeterijt gratiae, verum nobis per legem praeoſtendens Agnum Chriſtum Dominum noſtrum: Ergo veteres figuras & vmbras vt veritatis indicia & praeſagia Eccleſiae traditas amplectentes gratiam praeferimus & veritatem, hunc vt plenitudinem legis ſuſcipientes. [d] *Vt ergo perfectio etiam per colorum operationes in cunctorum vultibus depingatur agni Chriſti qui tollit peccata mundi, ſecundùm humanitatem, characterem & imaginẽ pro veteri agno depingi definimus, per ipſum Dei Verbum humilitatis celſitudinem conſiderantes, & ad memoriam in carne conuerſationem tam ſcilicèt paſſionis eius quàm ſalutarem mortẽ atque redemptionem, quae hinc eſt mundo effecta, manu quodammodo reducentes.*

[d] Ioan. 1.

XXXVI. *Hoc teſtimonio Orthodoxae fidei malignorum curioſitatem & haereticorum garrulitatem veſtrum repulit fraternum ſacerdotium, quemadmodum & eorum magna ſolicitudo non eſt a vobis neque à gratia diuina recepta, ſed inſtabilis in huiuſmodi reputata.*

Digitized by Google

A Siquidem nobis ſuccinctis lumbos mentis noſtræ conſiſtetur etiam noſtra Catholica & Apoſtolica, Rom. Eccleſia, cõſonans & concordans aduerſus hæreticorũ amentiam, à quibus omninò repugnat, taliter diſpoſuiſſe oſtenditur. Quia ergo ſanctas imagines Chriſti Dei noſtri, qui ſecundùm nos & pro nobis & propter nos incarnatus eſt iuxta humanum characterem, atque ſanctæ intemeratæ & vero veræ Dei Genitricis, necnon & ſanctorum eius imagines veſtra dilecta ſanctitas colere atque adorare pollicita eſt: idcirco eius Orthodoxum propoſitum (ſi quemadmodum cœpit, perſeuerauerit) modis omnibus collaudamus, & vt paſtoralis curæ ſolicitudinẽ habentes, conſiliũ damus vt Orthodoxam fidem, quam ſemel confeſſa eſt, immutabiliter ſeruet: prædicando pariter & docendo.

[a] 1. Cor. 3. [a] Fundamentum enim aliud poteſt ponere nemo præter id quod poſitum eſt, B quod eſt Dominus IESVS. Ergo quiſquis dilectionis DEI & proximi vel fidei quæ in ipſo eſt firmamentum tenet, eundem IESVM CHRISTVM DEI & hominis Filium apud ſe poſuit fundamentum. Conſitendum eſt enim quia vbi Chriſtus fundamentum eſt, bonorum etiam operum ſequatur ædificium. Ipſa verò per ſe Veritas dixit: [b] Ioan. 20. [b] Qui non intrat per oſtiũ in ouile, ſed intrat aliundè, ille fur eſt & latro. Qui autẽ intrat per oſtiũ, paſtor eſt ouium: Vnde rurſum idem Saluator ait: Ego ſum oſtium.

PASTORALIS FVNCTIO QVALIS. Ille ergo ad ouile intrat per oſtium, qui intrat per Chriſtum: ipſe autem per Chriſtum intrat, qui de eodem conditore ac liberatore humani generis veritatem intelligens, prædicat & cuſtodit, culmen regiminis ad officia portandi oneris ſuſcipit, non ad appetitum gloriæ tranſitorij honoris; C curaque quoque ſuſcepti ouilis diligenter inuigilat, ne oues Dei aut peruerſi homines praua loquentes dilanient, aut maligni ſpiritus oblectamenta vitiorum ſuadentes deuaſtent.

XXXVII. Certè beatum Iacobum [c], qui pro vxoribus diu deſeruierat, dixiſſe meminimus: [c] Geneſ. 31. Viginti annis fui tecum, & oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi: ego damnum omne reddebam; quicquid furto perierat, à me exigebas, diu noctuq́; æſtu vrebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis. Si igitur ſic laborat & vigilat qui paſcit oues Laban: quanto labore, quantiſq́; vigiliis debet intendere, qui paſcit oues Dei? Sed in his omnibus ipſe vos inſtruat qui propter nos homo factus eſt, & quis dignatus eſt fieri, quod ipſe fecit, & charitatem ſancti Spiritûs ſui ac amorem infundat in vos, D & omni curâ conſeruet, & oculos veſtræ mentis aperiat, vt per curſum & agonem atque ſolicitudinem veſtræ dilectionis, Apoſtolicam noſtram imitantes priſcæ & Orthodoxæ fidei traditionem. verba Anaſtaſij quæ ſequuntur ſunt. Ab hinc quoq; quæ apud Græcos multa ſubtracta ſunt, quæ tamen ſicut miſſa ſunt litteræ, in Archiuo Romanæ reperiuntur Eccleſiæ.

In partibus piorum Imperatorum noſtrorum ſacræ & venerabiles iconæ ſecundùm antiquum ordinem ſiſtant, quatenùs veſtrum per hoc ſtabile permaneat ſacerdotium. Porrò poſt confeſſionem fidei veſtræ notum factum eſt nobis, quod veſtra venerabilis ſanctitas poſtulauerit ab Orthodoxis & propugnatoribus veritatis, piiſſimis videlicèt Imperatoribus noſtris qui ad gloriam Dei facti ſunt, quo E fieret venerabilis Synodus, & repromiſerint coram omni Chriſtiano populo ſuo ſupplicationi veſtræ piè annuentes, Synodumque in regia vrbe fieri definientes: Nos autem quemadmodum & in ipſorum diuina iuſſione continebatur, dilectos nobis & approbatos atque prudentes ſacerdotes pro ſtatu ſacrarum imaginum, vt priſco illis in partibus ordine conſtituantur, cum magno deſiderio & maximo gaudio deſtinauimus.

ROM. ECCLESIÆ PRIMATVS. Sed veſtra ſanctitas ijſdem piiſſimis Imperatoribus & triumphatoribus alacriter ſuggerat, vt in primis pſeudoſyllogus (id eſt, falſum collegium) ille qui ſine Apoſtolica Sede inordinatè, & inſyllogiſticè factus eſt aduerſus vene- A rabilium Patrum traditionem contra diuinas imagines anathematizetur, præſentibus Apocryſarijs noſtris, & omne zizanium eradicetur ab Eccleſia, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſermo compleatur: [d] Quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ac rurſus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues Regni cœlorum, & quæcumque ligaueris ſuper terrã erunt ligata & in cœlis. [d] Matt. 16. Cuius ſedes in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget, & caput omnium Eccleſiarum conſiſtit. Vnde idem beatus Petrus Apoſtolus Domini præcepto paſcens Eccleſiam, nihil diſſolutum dimiſit, ſed tenuit ſemper & retinet principatum.

Cui ſi adhærere cœpit veſtra ſanctitas: & noſtræ Apoſtolicæ Sedis (quæ eſt caput omnium Eccleſiarum Dei) ſacram B & Orthodoxam formam incorruptè & incontaminatè ex profundo cordis & ſinceritate mentis cuſtodire ſtudeat, vt vere Orthodoxa & Dei cultrix conſiſtens, hoc primum omnipotenti Deo offerat, vt ex perſona noſtra prædictorum piiſſimorum ac à Deo coronatorum magnorum Imperatorum* ſublimia obſecret, & vt in conſpectu Dei per terribile illos adiuret iudicium, vt ſacras imagines in ipſa Deo ſeruanda & regia vrbe, & in omni loco in antiquum reſtituere & ſtabilire iubeant, conſeruantes traditionem huius ſacræ & ſanctiſſimæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & perſequentes ac abominantes malignorum hæreticorum errorem per certamen veſtrum & fidelem ſolicitudinem. XXXIIX * ſimilia

Si autem ſacras ac venerabiles imagines illis in partibus non reſtitueris: conſecrationem veſtram modis omnibus recipere non audemus, & maximè ſi ſectatus fueris eos, qui non credunt veritati. C Quapropter cum ſummo labore & amore fidei atq; agone in his omnibus indubitanter veſtrã venerabiliſſimã ſanctitatẽ conuenit ſacroſanctas imagines Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & S. ipſius Genitricis ſemperq́; virginis Mariæ ſeu SS. Apoſtolorũ & omniũ SS. Prophetarum atque Martyrum ſimul & Confeſſorũ illis in partibus in antiquo erigere ſtatu: quatenus vno conſenſu dignè propheticum canamus canticum dicẽtes: [e] Domine ſaluos fac piiſſimos Reges, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te: [f] quia dilexerunt decorem domus tuæ & locum tabernaculi gloriæ tuæ. [e] Pſal. 19. [f] Pſal. 25.

XL. Dilectos autem noſtros Petrum ſcilicèt Archipresbyterum ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & Petrum monachum & presbyterum atq; Abbatem, qui miſſi ſunt à nobis ad D veſtigia tranquilliſſimorum ac piorum Imperatorum: rogamus propter amorem ſancti Petri Apoſtolorum principis, & propter nos, omni benignâ ſuſceptione ac humanitate dignos apud vos iudicandos pariter & habendos, quatenus & in hoc magnas referre gratias valeamus. DEVS omnipotens dilectionem veſtram ſi ſtabiliter permanſerit, conſeruare annuat, & fructum qui tibi creditus eſt, ſuper menſuram abundantia faciat abundare, atq; in ſempiterna tranſire gaudia iubeat. Deus te incolumem conſeruet, dilectiſſime frater. hactenus Hadriani ad Taraſium epiſtola, quæ eius electionis approbationem eâ conditione (vt audiſti) ſuſpendit, ſi hæreſim Iconoclaſtarum profligando, Sac. imaginũ cultum reſtituat in Eccleſijs. Quòd ille facere iam E aggreſſus, hiſce calcaribus, velociſſimè currẽs minimè indigebat, quippe qui ad hoc agendũ. ſibi oppignorauerat fidem Imperatoris, dum ſuæ ſe electioni minimè conſenſurum publicè fuerat conteſtatus, niſi eiuſdẽ erroris abolitionem polliciti ijdem fuiſſent Imperatores: Sic igitur ſecundùm illud propheticum [g] Dies diei eructat verbũ, accidiſſe videmus, dum hoc Taraſiu ſub ea pœna iuſſerit Hadrianus, quod ſub eadẽ pœna ipſe Taraſius Imperatoribus imperarat. [g] Pſal. 18.

Non ſic autem fuit facultas tribus Patriarchis Orientalibus ad Taraſium reſcribendi: neque etiam Legatis miſſis ab ipſo facultas data fuit eoſdem cõueniendi, cùm regnaret, de quo diximus, Aaron

Princeps

Digitized by Google

Princeps Sarracenorum acerbiſſimus tyrannus, in Chriſtianos infenſiſſimus. Cùm autem duo qui miſſi fuerant ad eos Legati Conſtantinopoli perueniſſent in Palæſtinam, audientes Theodorum Patriarcham Hieroſolymorum exulem iam defunctũ: diuerterunt ad monachos virũ ſanctiſſimos, à quibus acerbiſſimam quam paterentur Chriſtiani Orientales ſeruitutem intellexerunt, quamq; periculoſiſſimum eſſet, adire ſiue Antiochenum ſiue Alexandrinum Patriarcham, nimirum ſi detecti eſſent, fore, vt non ipſi tantum Legati extremum ſubirent periculum, ſed in illud ipſum omnes Orientis fideles conijcerent. Quamobrem eos à propoſito reuocârunt illuc proficiſcendi.

XLI. Ceterùm de illorum Fide Catholica firma atque ſecura iidem ſanctiſſimi monachi, quos penes ſe ipſorum libellos habebant, oſtenderunt, litteras videlicèt eo argumento conſcriptas ad Theodorum Hieroſolymorum Epiſcopum, cùm ab eo recèns creato, ex more de Fidei Catholicę profeſſione Synodalem epiſtolam accepiſſent. Sic igitur cùm Legatis eo modo intercluſa videretur eſſe omninò via Patriarchas trium ſedium conueniendi, ne eos vacuos redire penitùs ſinerent monachi illi, ſynaxim habuerunt, deq; his mutuò agentes, vnã omnium ſententiâ illud decretum eſt, vt pro excuſatione Legatorum apologeticas ad Taraſium litteras redderent, quibus pariter de Fide Catholica trium illorũ Patriarcharum eundem redderent certiorem.

Ad hæc omnia confirmanda, & vt quomodocũque liceret, ſatisfacerent Taraſij atque Imperatorum petitioni: decernunt iidem monachi Palæſtinæ Legatos Conſtantinopolim ad Patriarcham & Imperatores, qui pariter intereſſe deberent Synodo celebrandæ. Cùm autem in hac decernenda legatione conſultatio haberetur, de ijs qui eo munere functuri eſſent, delecti ad opus ſunt duo ibi inuenti ſanctiſſimi monachi, quorum alter Patriarchę Antiocheni, Alexandrini alter Syncellus fuiſſet. fuit nomen vni ipſorum Thomas, alij verò Ioannes egregiâ virtute præditi, qui etſi idonei ſatis ad prouinciam tantam ſubeundam videri poſſent: magnâ tamen animi dimiſſione, vt qui ſe longè impares oneri firmiter affirmarent, ſe excuſabant. Verùm vrgentibus illis qui præfecturam gerebant, omni cõtradicendi nudati facultate acquieuerunt. Sicq; dimiſſi ſunt vnà cum duobus illis Legatis qui venerant Conſtantinopoli.

XLII. Auditu iam totius rei geſtæ hiſtoriam, et eam non aliundè meliùs quàm ab ipſorum litteris ad Taraſium datis petere licet, non tamen ab illis, quæ mutilatè magna ex parte deſcriptæ habentur in tertia Actione Nicæni poſterioris Concilij, ſed in illis quæ leguntur ſinceriſſimè ſcriptæ in editione Anaſtaſij Bibliothecarij, quas ob exactam probatamque rerum geſtarum cognitionem hic redditun ſumus, vt & ex ijs pariter videas, quam miſerrimus eſſet ſtatus Orientalis Eccleſiæ eorum, qui ſub duro iugo Sarracenorum iugiter affligerentur. epiſtola igitur ſic ſe habet:

EPISTOLA PATRIARCHARUM AD TARASIUM.

Sanctiſſimo & beatiſſimo domino Taraſio Archiepiſcopo Conſtantinopoleos & vniuerſali Patriarchæ Orientis ſummi ſacerdotes, & alij ſacerdotes in Domino ſalutem.

Sacratiſſimus ex diuina Deitatis inſpiratione libellus Apoſtolicæ & paternæ ſanctitatis veſtræ perlectis, Beatiſſime, nos humiles, & eorum qui deſertum incolere geſtiunt vltimi, tremore pariter & gaudio ſumus detenti: tremore quidem propter timorem eorum quibus ob peccata noſtra ſeruire decreti ſumus, quique veri ſunt impij, & in circuitu (ſecundum quod ſcriptum eſt) impij ambulant, ac per ſingulos penè dies occaſiones vxquirunt, vt nos morti tradant: gaudio verò propter veritatem Orthodoxæ Fidei quæ fulget in ea ſolatium more radiorum, & luculentiſſimam explanationem Apoſtolicorum dogmatum & paternorum, de quibus ipſi genitorem Vocis Verbi, id eſt, Zachariam Prophetam ad memoriam reducentes, magnâ voce clamauimus [a]: Viſitauit nos Oriens ſplendidus ex alto, Theoretice & diuina prouidentia illuſtrat aſcentes, in tenebris & in vmbrâ mortis maligni erroris, id eſt, Arabicæ impietatis ſedentes, ad dirigendos intelligibiles pedes noſtros in viam & ſemitas pacificæ conſtitutionis. [a] *Luc. 1.*

XLIII. *Quis loquetur potentias Domini? (nobiſcum pſallit [b] Dauid pater Dei) aut auditas faciet omnes laudes eius? quoniam miſertus eſt* DEVS *deſperati populi ſui, & diſtantia ad vnam fidei collegit harmoniam. Et erexit cornu ſalutis nobis & directionum in domo* * *Dauid, recipiente templo vnigeniti Filij ſui* DOMINI *videlicèt Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod eſtis vos ſanctiſſimi, atque hi qui portant ſecundas, per legem & ordinem Eccleſiæ noſtræ, triumphatores ſcilicet ac diuinitùs redimiti ſeu decreti Principes noſtri & domini terrarum orbis. † Sacerdotium enim Imperij ſanctificatio eſt & conſtitutio, & Imperium ſacerdotij fortitudo & firmamentum; de quibus ſapiens quidã Princeps & in ſanctis Regibus beatiſſimus ait: Maximum donum Deus hominibus præſtitit, ſacerdotium & Imperium: illud quidem adornans & regens cæleſtia, hoc verò gubernans iſta terreſtria.* [b] *Pſal. 105.* * Domini † *Anaſtaſius addit. Secundas Eccleſiæ portãt Imperatores, nam primum in Eccleſia locum ſacerdotes poſſident.*

Nunc veraciter medius maceriæ paries ſolutus eſt, & concordia diſcordia principatur, & incuruatur virtuti diuiſio, & fugâ captâ diſperijt diſſonantia, & pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, iucundo vultu triumphat & fiducialiter conuerſatur. Nunc nos quidem facti fueramus [c] opprobrium vicinis noſtris & affinibus, ſubſannatio & deriſio ijs qui in circuitu noſtro ſunt. & per hoc ad terram præ confuſione proſpicientes, & ad cælos vnanimi alacritate ſuſpicimus, & pſallentes in exultatione proclamamus: In hoc [d] cognoui quoniam voluiſti me, quia non gaudebit inimicus meus ſuper me; me autem propter innocentiam & ſimplicitatem cordis titubantem ſuſcepiſti, & ſaluum me faciens erexiſti, & ſuper petram Apoſtolicæ Fidei claudicantes pedes meos infixiſti. [c] *Pſal. 78.* [d] *Pſal. 40.*

XLIV. *Has & his conſonantia ſcribere nos fecerunt diuinitùs exarata volumina veſtra, quæ, canonicâ moris lege & paternæ traditionis diſciplinâ, addentes his qui Apoſtolicarum Sedium moderamen ſortiti ſunt per reuerendã & Deo dilectam bigam, duos ſcilicèt Legatos miſiſtis: qui peruenientes & per Dei voluntatem ac nutum occurrentes Dei cultoribus fratribus noſtris viris ſanctis, qui dederunt animas ſuas pro Eccleſiarum correctione, & recogniti & verâ & antiquâ conuerſatione, valdè gauiſi ſunt, & maximè reperientes ambos in vno loco degentes, & modum Deo placitum proſequentes, & ſeſe reuelantes oſtenderunt eis Orthodoxiæ veſtræ Deo decentes & dignos admiratione libellos, referentes per ordinem Deo placita ſanctitatis tuæ mẽtis & piùm Deo conſeruatorum dominorum noſtrorum conſilium, vt communis omnium ſalutis expectationem, & circa Deum ſine confuſione ſpem.*

At illi quaſi vnam animam in duobus corporibus habentes, & vnum ſecundum Apoſtolum [e] ſapientes, ac diuino agitati ſpiritu, ſecretò pariter & intelligenter fratres cõtegentes & occultantes propter formidinem inimicorum Crucis, quæ hinc inde diſpoſita eſt, non ſunt auſi licèt eſſent ſapientes, vel credere viſionem ipſam, vel cauſa operari decurſum, præſertim cùm in timore res haberetur, & quàm maximè crebreſcens conſilium & diligens circumſpiciendi tractatus exigeretur. Conſilium enim bonum cuſtodiet (inquit [f]) te, cogitatio verò bona ſeruabit te. Et ecce dum laterent eos qui ſe ſubmonitione cuſtodiæ poſuerant, concurrerunt vſque ad nos, & in idipſum congregati ſilenter, humilitatem noſtram primò quidem adiuramẽto horribili [e] *Phili. 2. 4* [f] *Prou. 2.*

vincientes, nos ſeruare ſecretò, ac ſine propalatione quæ ab eis erant dicenda. & in hunc modum quicquid ad cautelam pertinet exaggerantes, reuelauerunt nobis omnem rei quæ ſibi acciderat circumſtantiam.

Stupefacti & compuncti corde, lachrymiſque perfuſi feruentibus ſuper huiuſmodi narrationis miraculo, & gloriæ tantæ rerum mutationis, ſtetimus ad orationem veluti peccatores cum timore & tremore, & ei qui facit omnia, & transfert ad id quod melius eſt, decentem laudem referentes, petiuimus obnixè benignitatem eius, quo in mininis nobis fieret medium, & per Spiritum ſanctum illuceſceret lux ſapientiæ in cordibus noſtris, atque communis vtilitatis conſilij donaret virtutem, cogitationeſque bonas ad determinationem optimi veſtri propoſiti: quod fecit cùm eſſet benignus & miſericors.

XLV. *Conſiderauimus igitur, ſanctiſſime, contaminatæ nationis cognoſcentes contra nos infeſtationem, remittere hos qui miſſi ſunt, & prohibere appropiare ijs ad quos deſtinati ſunt, ducentes hos in medium noſtrum, & admonentes plurimùm, ne inducerent turbationem, imò (vt ſpecialiùs dicamus) exitium quieſcentibus, & Dei gratiâ pacificatis Eccleſijs, vel populo miſerabiliter iugo ſeruitutis afflicto, & importabilium illatione tributorum oppreſſo. At illi hoc moleſte ferentes, dicebant quia in hoc deſtinati ſumus, vt tradamus noſtras in mortem animas pro Eccleſia, & propoſitum ſanctiſſimi Patriarchæ, & piiſſimorum Imperatorum perducamus ad finem. Sed ſi in veſtras tantummodò animas (diximus ad eos) coarctaretur periculum, haberet fortaſſe ſermo veſter aliquam firmitatem. At verò qui contra commune corpus procedit Eccleſiæ, qualis erit profectus? immò qualis erit læſio, ædificium conſtruere ſuper putredinem & firmo fundamento priuatum? Vel quomodo (inquiunt) vel quâ facie ad eos qui nos miſerunt, redibimus, nihil horum quæ ſecundùm votum ſuum ſperabant, omninò ferentes.*

*Ad hæc deficientes nos, ſcienteſque Deo amabiles fratres noſtros, Ioannem ſcilicèt & Thomam, Zelo diuinæ Orthodoxæ Fidei adornatos, atque duorum ſanctorum & magnorum Patriarcharum Syncellos, quia & ſanctifici ſilentij amatores, diximus ad eos [a]: Ecce tempus, fratres, acceptum ſalutis, & ſilentio excellentius: Ite cum viris iſtis, & pro eis Apologiam aſſumite, & enarrate vnâ voce quæ per litteras intimare dominis noſtris ſuper vires eſſe conuicimus. Noſtis enim qualiter per puſillam accuſationem exul factus ſit à nobis * multi ſignorum ille, qui ad regendum thronum fratris Domini ſortitus eſt Iacobi. Cùm autem opus Dei adimpleueritis, & Apoſtolicam traditionem, quæ tenetur in Eccleſijs per Ægyptum & Syriam, dominis noſtris cognitam feceritis: tum quod à nobis deſideratur,* ſilentium ſcilicèt, *amplectimini.*

[a] 2. Cor. 6.

XLVI. *Et quomodo nos, reſponderunt, idiotæ cùm ſimus inexpertes, ad tantam cauſam infirmi & indocti præſumemus arripere negocium, quod virtutem noſtram exuperat? Sed Chriſtus Deus noſter, qui per viliſſimos & idiotas (è veſtigio diximus) cooperatus eſt ſanctis Apoſtolis, & per eos orbem terrarum captauit ad obedientiam verbi diſpenſationis ſuæ, potens eſt dare vobis ſermonem in apertione oris veſtri, ad ſupplendum intentionem & ſenſum eorum, qui neque litteras quiuerunt ſuſcipere, neque auſi ſunt reſiſtere, vel ſuper talibus quolibet modo mutire. Qui cùm Dei eſſent amatores, obedientiæ filij apparentes, obedierunt verbo noſtro, & acquieuerunt hortationi: quos cum prolixa proſecuti oratione, & gaudium non qualecunque his qui miſſi conciliantes, taliter diuulſi ſumus ab inuicem cum multa lachrymarum effuſione.*

Verùm, ô ſanctiſſimi & beatiſſimi (vt decet paternam dominationem veſtram) benignè fratres noſtros ſuſcipite, & dominis orbis abſque ſubtractione vel timore humano præſentate. Habebitis enim eos ſcientes liquidò trium Apoſtolicarum Sedium concinnantem & concordantem Orthodoxiam. Qui ſanctas ac venerabiles ſex Synodos pure conſonè prædicant. Aliam ad hæc, quam & ſeptimam quidam ſuſurrando nuncupant, nullatenus admittentes, imò modis omnibus reſpuentes, nimirum vt dudum in Apoſtolicarum & magiſtralium traditionum depoſitionem, & ſacratum ac venerabilium imaginum interemptionem, collectam.

QVÆ SEPTIMA NON ADMITTATVR SYNODVS.

XLVII. *Vos verò, ſanctiſſimi, diuino illuſtrati zelo, conſentaneos quoque habentes diuinitùs conſeruandos dominos, qui iuſto decreto Dei in vobis imperare præordinati ſunt, ſimul etiam & à Deo protegendum & muniendum Senatũ, præualete, & viriliter agite & confortetur cor veſtrum, omnem inobedientiam Apoſtolicè vlciſcentes, & ad Chriſti obedientiam coaptantes. Illud autem tanquam neceſſarium penes pontificalem apicem veſtrum commonendum ducimus, vt ſi beneplacito cunctorum, Regis Chriſti videlicet Dei noſtri, & eorum qui cum eo regnare meruerunt,* DEI *ſcilicèt amicorum & triumphatorum dominorum noſtrorum volueritis celebrare Synodum: ne moleſta vobis appareat trium Apoſtolicarum ſedium Almorum Patriarcharum, & ſanctiſſimorum Epiſcoporum, qui ſub ipſis degunt, abſentia, non ex proprio eorum accidens propoſito, ſed ex tenentium, ſeu dominantium illis terribilibus minis & mortiferis pœnis.*

Hoc autem ſubtiliùs eſt conſiderandum etiam ab ipſa ſacra ac venerabili ſexta Synodo, in qua nullus eorum, qui per idem tempus in his partibus Epiſcopi erant, conueniſſe repertus eſt propter nefariorum hominum dominatum; ſed nullum ex hoc ſanctæ adhæſit Synodo præiudicium, neque ſequuta eſt prohibitio aliqua ſtatuendi, & manifeſta faciendi recta dogmata pietatis, præcipuè cùm ſanctiſſimus Apoſtolicus Papa Romanus concordauerit, & in ea inuentus ſit per Apocryſarios ſuos, & nunc ſanctiſſimi, hoc cum auxilio Dei ſimiliter fiet. Nam ſicut tunc illius fides in orbis terræ perſonuit fines, ita & Synodi, quæ nunc per gratiam Dei congreganda eſt, per inuentionem veſtram, & eius qui moderatur Apoſtolorum principis Sedem, prædicabitur in omni loco quæ ſub ſole eſt fides, videlicèt quæ tyrannicè deſtructa ſunt erigens, & in antiquam & Apoſtolicam reformans traditionem.

XXVIII. *Porrò ad munitionem generalium litterarum noſtrarum, ſatisfactionemq́; beatitudinis dominationis veſtræ, atque victorum & triumphatorum Imperatorum noſtrorum conſpeximus, atque exemplar Synodicorum Theodori ſanctæ memoriæ Patris noſtri & Patriarchæ Hieroſolymorum ſubijcimus ijs quæ dicta ſunt à nobis. Hunc autem libellum ſecundùm ſolitum Eccleſiæ morem idem ſanctæ recordationis ſcripſit beatis & almis * termini ſanctiſſimis Patriarchis Coſmæ ſcilicet Alexandriæ, & Theodoro Antiochiæ Theopoleos: qui & reciprocas Synodica eorum, dum adhuc viueret, recepiſſe dignoſcitur. Incolumes vos pro nobis orantes Dominus conſeruet ſanctiſſimi, & diuinitùs honorati.* hactenùs Orientalium epiſtola. Cui mox ſubnectitur dicta Theodori confeſſio, iſto titulo: *Exemplar Synodicorum Theodori ſanctiſſimi Patriarchæ Hieroſolymorum*, &c. Recitantur ipſę in Actione ſecunda ſeptimæ Synodi.

* terque

Hoc ipſo anno contigit quod narratur à Conſtantino Epiſcopo Conſtantiæ Cypri in Actione quarta Nicæni poſterioris Concilij, his verbis [b]: *Ante biennium nauigauerunt viri Cyprij in duabus nauibus in ciuitatem Syriæ quæ vocatur Gabala. Cùm autem eſſent Gabalæ ſecundùm conſuetudinem ſagittarii Agarenorum, deſcenderunt ad maritima, & venientes quidam eorum Gabalam, diuertunt in quoddam templum ciuitatis: Porrò vnus ex Agarenis videns imaginem in pariete de calculis, interrogauit quendam Chriſtianum qui aderat: Quid prodeſt imago hæc? Ad quem Chriſtianus ait: Quia ijs quidem qui eam honorant, prodeſt; his autem qui eam inhonorant, nocet. Et Sarracenus: Ecce ego, inquit, effodiã*

[b] Conc. Nic. 2. Act. 4. Verſion. Anaſtaſii.

oculum eius, & videbo quid mihi nocuat. Hæc dixit, & extendens contum ſuum, imaginis oculum dextrum effodit. Protinus ergo & ſuus dexter oculus in terram exilijt; idemque igneâ eſt febre detentus. Hi autem qui ſimul cum illo aderant, acutè eum ægrotantem videntes, tulerunt, & ad ciuitatem ipſius reduxerunt. Hæc nobis retulerunt viri, qui remearunt ad Cyprum numero triginta duo. hæc in plena Synodo Conſtantinus Epiſcopus. Sed ad res Occidentalis Eccleſiæ ſtylum conuertamus.

XLIX. CONCILIVM PADERBVRNENSE.

Hoc eodem anno Carolus Magnus Rex in Saxonia Synodum habuit Paderburnenſem, in qua inter alia ſtatus Eccleſiæ Saxonum diſpoſitus eſt: baptizatis enim hoc anno ijs qui rebellare conſueuerāt, Widichindo atq; Albione Principibus Saxonū res Saxonum in tuto quodammodò videri poterant collocatæ. Iacta etiam feruntur hoc anno fundamenta Mindenſis Eccleſię in Saxonia, cui primus præfectus eſt Epiſcopus Herimbertus. quomodo autem hæc ſe habuerint, ex Annalibus Saxonum iſta [a] narrantur.

VVIDICHINDI ET ALBIONIS PRINCIPVM SAXONVM CONVERSIO AD FIDEM.

[a] Cran. Metrop. Sax. li. 1. c. 9. & hi. Sax. li. 2. ca. 25.

Vicina erat Paſchalis ſolemnitas, & Rex cum vniuerſo milite pro Chriſtiana pietate ſe tam ſacris imminentibus apparabat commemoratione Dominicæ paſsionis, & expurgatione criminum in purgatione conſcientiæ. Vuidichindus mendici habitu per fluuium in nauicula allabitur: & quo minus noſceretur, mendicus cum mendicis ad ſtipem ſedebat: ingens quippe pauperum multitudo quotidie refectabatur. Rex illis largam ſtipem iuſsit erogari. Vuidichindus, vbi ad eum peruentum eſt, dexteram & ipſe protendit. Attendit qui diſtribuit incuruum in manu digitum, qualem ſciebat habere Vuidichindum, vultum eius diligenter intuetur, agnoſcit arridens qui largiebatur. Quid ita mendicus inter mendicos ſederet Princeps ditiſsimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, ſed ad Regem ſe iubet introduci.

L.

Erat tum ſanctiſsimum Paſcha dies. Rex hilariter excepit venientem: percontatus quid ſibi vellet indignus Principe habitus. Ille ſub hæc: Volui ſereniſsime Rex hoc habitu incognitus (vt ſperabam) luſtrare ſecreta geſtorum, quæ cognitus non tam fidenter aſpicerem. curioſitas induxit vt latibulum quærerem, qui inter tuos nunc in gratiam ſuſceptus, propalam potero percontari quæ vellem. Quid igitur (inquit Rex) vidiſti quod te vidiſſe delectat? Ille vt erat adhuc rerum Chriſtianarum rudis ſubintulit: Vidi quod mirabar ante biduum te demiſſo vultu triſtem, incertum quid contigiſſet quod tantum Regem contriſtaret (commemoratio fuit Dominicæ paſsionis, quâ die Paraſceues regium vultum obſcurâſſet) rurſum, inquit, vidi hodiernâ te die primum ſolicitum & ad rem attentiſsimum, poſtquàm verò menſam adieras in templo mediam, ita hilari mihi conſpectus eſt vultu, vt repentina in te mutationis me caperet miraculum.

Stupor autem erat videre, quòd de manu purpurati ſacerdotis ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent, quem quibuſdam ludibundum arridere, vltrò properare, alijs verò abhorrentem, auertiſſe vultum, & tamen in ora demiſſum, nec redeuntem aſpexi. Hoc quid ſit, nec dum accipio. Tum Rex: Bene, inquit, profeciſti: plus tibi aliquid quam cunctis ſacerdotibus & omnibus nobis eſt oſtenſum. Inde mutatâ veſte, manu ſecum abſtractum docuit grande pietatis myſterium in altaris ſacramento. Quâ re cognitâ, exhilaratum Ducem ordâſſe, vt proprium illi ſacerdotem permitteret, qui diuinæ rei curam haberet, crebriuſque in conſpectu peragerêt altaris ſacratum myſterium. Rex etiam Pontificem illi daturum promittit, modò illi habitationem Epiſcopo dignam prouideret. Ducem verò arcem ſuam ad Viſeram vtriuſque capacem oſtendiſſe: dediſque in ſubſidium arcis non exiguo circo locum ædificandæ Eccleſiæ. Ferunt proinde nomen Eccleſiæ prouenſſe quod meum & tuum quaſi communis duorum poſſeſsio, ſonat in lingua Saxonum vero ſeula Min. din.

LI.

Erat vir præcipuæ religionis Herimbertus, qui cùm Carolum latere non poſſet, dignus eſt habitus, quem primùm præficeret eidem Eccleſiæ Mindenſi Epiſcopum: adiecit illi miniſteriales non paucos nec paruos, vt haberet Eccleſia defenſores ſuos. Illi verò quia ex imo gradu in nobilitatem excreuerant, vt partim Comites, partim Duces fierent, ſpreuiſſe matrem videntur.

Ornata eſt autem Eccleſia iam tum ab initio multis Sanctorum reliquijs, Feliciani Fulginatis Epiſcopi & Martyris, Theodori Epiſcopi, Carpophori & [*] Abundæ Martyrum. Profecit autē Eccleſia tā in ſpiritualibus quàm in tēporalibus ſub hoc Pontifice, agente nouitio feruore in populo recèns conuerſo, inſtante nihilominùs bono Pontifice, qui frugem diuini verbi curauit in populo multiplicari. hactenùs de his auctor in Metropoli Saxonum: quæ totidem verbis reddidiſſe voluimus, ne quid additum putetur ad ea, quæ ex Annalibus Saxonū prodita auctor refert. Qui & addit, hoc anno iam Widichindo ad religionem Chriſtianam cōuerſo, cœptas à Carolo magno alias Cathedrales Eccleſias erigi in Saxonia, eiſdemq; qui eas curarent eſſe poſtea datos ſanctos Epiſcopos, de quibus inferius dicendum erit. hæc modò ſatis.

[*] Abundij

IESV CHRISTI
Annus 786.

HADRIANI PAP. Annus 15. | CONSTANT. ET IRENES | IMPP. 7.

I.

CHRISTI Redemptoris annus adeſt ſeptingenteſimus octogeſimus ſextus Indictione nonâ, quo ſeptimo Idus Auguſti cum Oecumenica Synodus in baſilica ſanctorum Apoſtolorum collecta eſſet, manu militari Iconoclaſtarum hæreticorum exturbatur. Quamobrem Imperatorum prudentia in tempus magis opportunum differri iubetur. At quomodo iſta ſe habuerint, ex eiuſdem temporis ſcriptoribus accipe, atq; primū ex Theophane, qui hæc ait: *Anno ſexto*, nempe ſuperiori, *Imperij ſui, mittentes Imperatores conuocauerunt omnes, qui ſub eorum erant poteſtate Antiſtites, peruenientibus quoque à Roma tranſmiſsis ab Hadriano litteris & hominibus, vt prædiximus, & ab Antiochia & Alexandria, & ſeptima Idus Auguſti nonâ Indictione*, hoc nempe anno ſeptimo eorundem Auguſtorum, *præſidentes in templo ſanctorum Apoſtolorum apud regiam vrbem, cœperunt ſanctas ſcripturas relegere, & obijcere inuicem, Imperatoribus & [*] catechumenis inſpicientibus. Aſt populi ſcholariorum & excubitorum atque ordinum cæterorum* militarium *adunati à ſuis Principibus, cùm haberent etiam ipſi magiſtrum Conſtantinum Deo odibilem dudum Imperatorem, irruerunt in eos nudatis gladijs, minitantes morte afficere tam ſummum ſacerdotem, quàm Orthodoxos Epiſcopos & Abbates. Imperio verò per aſtantes ſibi familiares homines hos ſedare nitentes, non acquieuerunt, quin potius exprobrauerunt. Cùm autem ſurrexiſſet Patriarcha, & tribunal cum Epiſcopis & monachis eſſet ingreſſus, hi qui maligni ſenſus erant eorum Epiſcopi, exierunt ad eos clamantes, & dicentes: Vicimus. Et gratiâ Dei nemini nocuerunt furioſi illi & inhumani; & taliter diſſolutâ Synodo, vnuſquiſque redijt ad propria.* hęc de his ſummatim Theophanes, qui quod ait Taraſium uiſſe tunc ingreſſum tribunal, vt hæc intelligas ex Ignatio, qui eiuſdem viri ſanctiſſimi res geſtas eſt proſequutus, dilucidiùs enarrante, & ex ipſius Taraſij litteris vt accipias neceſſe eſt. Qui igitur præſens fuit ijs quæ ſcriptis mandauit Ignatius, hæc habet [b]:

CONCILIVM OECVMENICVM EXTVRBATVR.

[*] Hegumenis

[b] Ignat. in Taraſ. apud Sur. to. 1. die 25. Februa.

II. *Taraſius animum adhibebat ijs quæ ad rectam fidem pertinent, vt quæ Deo volente viſa fuerant, & ab Imperatoribus promiſſa erant, ad effectum venirent, contendebat. Hoc autem erat, vt Oecumenica procederet Synodus, & ab eo quod iuſtum eſt, minimè aberraret Eccleſia. Iuſſu ergo Imperatorum omnes Pontifices ex vnaquaq; regione & ciuitate proficiſcuntur in regiam ciuitatem. Et iam edicto conuentu in inclyto templo diuinorum Apoſtolorũ, & iam ſedentibus Epiſcopis in ſedibus propoſitis: ecce quoddam examen veſparum, virorum inquam qui erant animo leonino ex exercitu Conſtantini, qui olim Imperij ſceptra non piè adminiſtrabat, exurgens velati ex quibuſdam alueis malæ opinionis, accedit ad dictam ædem ſacram, bellicis armis eam obſtructurum. Qui cùm venerandæ ædis atrijs appropinquâſſent, inconditâ voce locum repleuerunt, dicentes, non eſſe ferendum infirmari & tranſgredi ea quæ olim viſa fuerunt Conſtantino. Nam non permittemus (aiebãt) illius abrogari dogmata, & prædicari eſſe ſtatuendas imagines. Quòd ſi quis hoc inceperit, & ante noſtros oculos viderimus abrogari Synodum, quæ fuit ab ipſo congregata: ſanguine ſacerdotum terram reddemus purpuream.*

III. *Hæc dicebant, & in portas irrumpentes volebant eos qui erant intus interficere. Tunc nutu Imperatoriæ poteſtatis, Seſſionem relinquunt Pontifices. Imperatores autem in eos qui res nouauerant cum ira ferventes, citò venerunt in ipſum palatium, eorum inſolentiam & inſurrectionem & euerſionem vniuerſi reputantes. Taraſius verò ad ſacram aram accedens, timoris nullius ſignum præferens, incruentum incipit ſacrificium, & myſticâ communione peractâ, domum reuertitur, vbi vacabat prioribus laboribus, nempe in ſacra ſcriptura, & in demonſtrationibus faciendis ex Patrum eloquijs.* Prouidè ſanè cedendum exiſtimauerunt in præſentiarum Imperatores, ſecundùm illud Eccleſiaſtici [a]: *Ne conere contra ictum fluuij.* Porrò Taraſius ipſe teſtatur, ſe ab eiuſmodi Iconoclaſtis prohibitum eſſe cathedrâ. Etenim meminit harum turbarum ipſe in epiſtola ad Hadrianum Romanum Pontificem, vbi ait: *Verùm nos ante annum Seſſionem colligere Synodi ſtatueramus: cùm improbi aliquot homines, & quorum mentes inſaniâ tumultuabantur, turbam in nobis cientes, cathedram prohibuerunt: quamobrem coacti ſumus integrum annum à propoſito noſtro deſiſtere, nihilque quod ad eam rem attinebat, tentare.* hæc Taraſius, qui poſteà præfatus in prima Actione Nicænæ Synodi, id hoc anno factũ, ipſis Kal. Aug. affirmat, operaque Iconoclaſtarum Epiſcoporum. Cæterùm cùm reliqui omnes Epiſcopi ad proprias Eccleſias dimiſſi fuerint: ipſi tamen Apoſtolicæ Sedis Legati Conſtantinopoli recedentes, cum in Siciliam perueniſſent, Romã reuerſuri, illic iuſſi ſunt conſiſtere, tempus opportunum expectantes colligendi iterum Concilij Oecumenici. Quod & accidit ex ſequentia, vt ſuo loco dicemus. Teſtatur id quidem Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolũ Magnum. Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione ad ſeptimam Synodum ad Ioannem Papam, de his agens, his addit, milites ab Epiſcopis Iconoclaſtis fuiſſe inſtigatos ad contradicendum.

TARASIVS INTREPIDVS SACRIFICAT.

[a] Eccle. 4.

SEDE PROHIBITVS AB HÆRETICIS TARASIVS.

IV. Quomodo autem in hæreticos, factioſoſque milites Synodi ſacræ perturbatores vlti ſint Catholici Imperatores, ab eo de quo ſuprà Theophane ita accipe: *Anno ſeptimo Imperij ſui, miſſo Irena Stauratio Patricio & Logotheta in Thraciam menſe Septembri, & initio decimæ Indictionis ad vlteriora themata (ita appellatos ordines militares) perſuaſit eos ſibi cooperatores fieri, & depellere ab vrbe impium populum* (milites illos videlicèt Cõcilij turbatores) *quem Conſtantinus*, cognomento Copronymus *inſtruxerat. Et cùm fingeret, totum exercitum motum eſſe in Orientales partes, eò quòd eas Arabes fuiſſent aggreſſi: exijt omnis regius apparatus* A *atque ſuppellex vſq; ad Malagana. & ſic introeuntes hi qui exteriorum thematum erant, tenuerunt vrbem. Mittens autem ad illos, ſignificauit eis dicens: Mittite mihi arma veſtra: opus enim non habeo vobis. At illi ſtulti diuinitus facti dederunt arma. Tunc miſſis familijs eorum in naues, exules miſit, ab vrbe in propriam regionem vnumquemque iubens abire, in qua genitus eſſet. Et cùm feciſſet proprium exercitum & Principes ſibi obtemperantes, ipſe iterum mẽſe Maio anni ſequentis, mittens per omnem locum, congregauit omnes Epiſcopos*, &c. Dicentur hæc inferiùs de facta iterum conuocatione Concilij Oecumenici. Ignatius eadem habet in Taraſio.

MILITES SEDITIOSI MALE MVLCTATI.

V. Erant hi (vt apparet) milites Prætoriani, qui medullitùs imbibiſſent Iconoclaſtarum hæreſim, B propinatore illis facto Conſtantino Copronymo, quibus addebant calcaria plures Epiſcopi Iconoclaſtæ ad hoc conuenientes, vt quæ parabantur exturbarent: erant hi ex illis qui ſub eodem Copronymo ſeptimã quam dicebãt Oecumenicam Synodum habuerunt. de quibus eodem loco meminit Anaſtaſius, hos nimirum conatos primum eſſe, ne Synodus cogeretur: quod cùm obtinere minimè potuiſſent, illud niſos, vt eãdẽ coactã iam exturbarẽt, exturbatãq; eſſe eamdem ſeptimã pſeudoſynodũ acclamâſſe: eam audi Anaſtaſium: *Porrò Patriarchæ delatâ causâ Imperatoribus, nequaquam prohibitus eſt quò minùs fieret Epiſcoporum conuentus in prædicto venerabili templo. Factiſque quibuſdam allocutionibus tam à* C *ſancto Patriarchâ, quàm a Deo amabilibus Antiſtitibus, & lectis quibuſdam Synodicis conſcriptis, quæ prohibent non oportere aliquando Synodum vniuerſalem fieri præter conſenſum cæterorum ſanctiſſimorum Patriarcharum. Cumque legerentur hæc, facta eſt turba militum: & ante ianuas venerandi templi ſimultatem & clamorem faciebant ex immixtione quorundam Epiſcoporum, qui ad hoc moti, in Synodo mali ſentientes reperti ſunt eſſe.*

Quibus peractis, Imperator per Cubicularium omni Synodo iuſſit interim dicere: Abſcedite, vt populi inordinatum impetum euadamus: & poſt hæc voluntas DOMINI *fiat. Taliterque Antiſtitibus è templo egredientibus, quidam eorum veritati reſiſtentes cum turba concinnauerunt, & impiè declamationem faciebant pſeu-* D *doſyllogi, ſeptimam Synodum collaudantes atque Oecumenicam nominantes. Sed Catholicus ſcriptor, hæreticorum conciliabulum, quod ante hanc Synodum factum eſt, quod ſeptimam Synodum appellabant, pſeudoſyllogum, falſum collegium nuncupat. Cum ergo taliter malignum concilium clamorem emiſiſſet, & hora eſſet quaſi ſexta: domum iam eſurientes abibant, & ita commotio ſeditionis ſopita eſt.* hactenùs Anaſtaſius. Ex quibus intelligas conatum hæreticorum Epiſcoporũ vi militari pollentium, nimirum exturbatis Orthodoxis Epiſcopis, ipſos ibi remanſiſſe acclamationibus confirmãtes ſeptimam pſeudoſynodum.

VI. Quod ad res pertinet Occidentales, hoc eodem anno Hadrianus Pontifex collectionem canonum E octoginta à ſe elaboratam dedit Ingilramno Epiſcopo Mediomatricis ciuitatis tunc Romæ degenti, vt cauſam ſuam aduerſus falſos accuſatores defenderet. Quem abſolutum hiſce canonibus communitum remiſit ad ſuos. poſtulabat id cauſa, vt colligeret idem Pontifex canones ſpectantes ad accuſationem Epiſcoporum, & ad iura Romanæ Eccleſiæ pertinentes. ex qua aduerſus oppreſſiones illatas Epiſcopis à Principibus defenſio prodire ſolet, eâ verò oppreſsâ, omnes cum ipſa Eccleſias opprimi ſit neceſſe. Porrò eidem collectioni reperitur eiuſmodi præpoſita inſcriptio [b]:

COLLECTIO CAN. HADRIANI PAP.

E Græcis & Latinis canonibus & Synodis Romanis atque decretis Præſulum ac Principum Romanorum hæc ca-

[b] Extat to. 3. Conc. edit. Venet.

pitula ſparſim collecta ſunt, & Ingelramno Mediomatrica vrbis Epiſcopo Romæ à beato Papa Hadriano data ſub die decimotertio Kalend. Octobris Indictione nonâ, quando ſui negocij causâ agebatur. ita inſcriptio, cui canones ſubijciuntur. Ex more tunc celebratam eſſe Synodum exiſtimamus, in qua de iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ inſpici canones opus fuiſſe aduerſus oppreſſiones Epiſcoporum, quorum iudicia eidem primæ Eccleſię ſint reſeruata. Vetus iſta in Eccleſia perſecutio ſecundùm Paulum [a], vt qui ſecundùm carnem nati, eos affligant qui ſecundùm ſpiritum generati ſunt.

[a] Gal. 4.

VII. Hoc pariter anno Carolus Magnus iam rebus Saxonum compoſitis orationis causâ Romam parat aduentum, importuno licet hiemis tempore. In itinere enim conſtitutus celebrauit Natalem Redemptoris ſolẽnem diem Florentiæ in Tuſcia. ita Chronica quæque vetera & Annales Francorum. Porrò eius Romam aduentus contigit anno ſequenti. dicemus de ipſo ſuo loco. Quid Rex Chriſtianiſſimus in animo haberet, exitus declarauit, nimirum expugnare Ducatum Beneuentanum, qui poſſidebatur à Longobardis, ne quid ampliùs iurium eſſet Longobardorum in Italia. Sed quæ inter ipſum Regem & Ducem tranſacta ſint, pro temporis ratione anno ſequenti Annalibus inſerentur.

CAROLI MAGNI ADVENTVS IN ITALIAM.

Ante autem eius in Italiam aduentum conſtat domuiſſe hoc anno Britones, *qui* (inquit Eginhardus) *ad Occidentem in extrema quadam parte Galliæ ſuper littus Oceani reſidentes, dicto audientes non erant: miſſâ enim in eos expeditione, quâ & dare obſides & quæ imperarentur ſe facturos polliceri coacti ſunt.* hæc Eginhardus. Ita quidem (vt anno ſuperiori vidimus ex litteris Hadriani Papæ ad Orientis Imperatores) cuncta Carolo dexterè accidêre, eò quòd in primis, vt profitetur, Petri Apoſtoli auxilio niteretur. Qui igitur hoc anno, mente conceperat Limina Apoſtolorum, vt illa adire poſſet, perdifficile bellum Britannicum, nullo fermè negocio, quàm citiſſimè feliciter hac æſtate confecit.

IESV CHRISTI
Annus 787.

HADRIANI PAP. Annus 16. — CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 8.

I. SEPTINGENTESIMVS octogeſimus ſeptimus annus Redẽptoris Indictione decimâ conſignatur, quo ſacroſanctum Concilium Oecumenicum in Nicæa Bithyniæ celebratũ eſt. *Etenim* (inquit Theophanes) *menſe Maio huius decima Indictionis, mittens Irene Auguſta conuocauit omnes Epiſcopos, qui conuenirent in Nicenſium ciuitatem ad celebrandum illic Concilium. & per totum tempus æſtiuum congregati ſunt omnes apud Nicæam: ſiquidem eos qui ex Romana Sede, & Orientalium Patriarcharum perſona venêre omninò non dimiſerat, ſed retentos ſecum habebat. & octauo anno Imperij Irena & Conſtantini exiuit Taraſius Archiepiſcopus Conſtantinopoleos in Nicenſium ciuitatem.* hæc de loco & tempore magnæ Synodi. Ignatius item in Taraſio de his agens tradit, nonniſi poſtquàm ſe cæteri Epiſcopi in Nicæam contuliſſent, Taraſium cum Legatis Patriarcharum illuc eſſe profectum. Sed quinam iſti fuerint, & alij quos ſecum duxit, ſic narrat.

CONCILIVM OECVMENICVM ITERVM NICÆNVM INDICITVR.

II. *Cùm ſanctiſſima claſsis dicto citiùs in dictam veniſſet ciuitatem, Taraſius quoque venit ex vrbe regia, ex Apoſtolicis Sedibus ſecum aſſumens eximios quoſlibet & præſtantiſſimos, nempe ab Hadriano quidem Papa Romano Petrum primum presbyterum, & Petrum monachum & præfectum; ab Apoſtolica autem diœceſi, à Politiano inquam ſacratiſſimo Papa Alexandrino Thomam monachum & presbyterum, & à * Theodoreto Patriarcha Antiocheno, & ab Elia principe paſtorum Æliæ Ioannem monachum presbyterum & Syncellum, adducens etiam ſecum quoſdam ex ijs qui gerebant magiſtratum, pietate claros & gratiâ doctrinæ & facundia, inter quos fuit etiam Nicephorus, qui erat à ſecretis Imperatoris, qui cum vixiſſet in ſanctitate, & eſſet ornatus diuinis virtutibus & doctrinâ ac dicendi ſcientiâ, Byzantij ſedis Patriarchalis ſuſcepit honorem poſt Taraſii ſanctam conſummationem: & quicunque erant venerandi & eximij monachi, qui mouebantur zelo diſciplinæ & regulæ Eccleſiaſticæ, & contendebant ſemper ſequi Synodalem accurationem, profecti ſunt Nicæam.* hęc Ignatius earundem rerum inſpector.

TARASII ADVENTVS NICÆAM.

* Theodoro

III. Inter hos venerabiles monachos interfuiſſe ſanctum Platonem, de quo plura ſuperiùs, auctor eſt Theodorus Studita in Actis vitæ ipſius, ſimiliter magnus quoque ille Theophanes Confeſſor, qui ex Patricio genere amplexus erat (vt diximus) monaſticam vitam, eidem pariter interfuiſſe conuentui vocatus traditur; de eo enim hæc in vita ipſius auctor eiuſdem temporis ſcriptor: *Pulcherrimum illius, inquit, factum me penè præterijt: Cùm enim Nicæa Synodus ſecunda coacta eſſet, ad eam ipſe quoque cum alijs Patribus vocatus eſt. Cùmq; omnes equis præſtantibus & ſplẽdidis veſtimentis ornati venirent, ipſe veſte ſolitâ indutus lacerâ, & aſina inſidens læto animo iter ſuſcepit. Sed cùm omnes viderent eum, qui prius omnium diuitiarum copijs abundauerat, ſic indutum, maiorem ex illo quàm ex reliquis vtilitatem acceperunt, & ingenti tranquillitate animi repleti ſunt: Ipſe verò veritatem amplexus & errores aſpernatus, maximâ virtutum opinione inſignis rediit.* hæc de Theophane Confeſſore, de quo rurſum dicendum erit inferiùs. Interfuit eidem Concilio S. Euthymius Sardicenſis Epiſcopus Confeſſor illuſtris, cuius dies natalis tam Græcis quàm Latinis tabulis conſignatus habetur vndecimâ menſis Martij. Interfuerunt pariter & alij præclariſſimi Confeſſores, qui tempore Conſtantini Copronymi vincula & exilia, ſediumq́ue priuationem paſſi fuerant: qui omnes poſtlimio reſtituti ardẽtibus animis ad ſanctum Concilium tanquam apes ad aluearium conuolarunt. Porrò numerum omnium qui Synodo interfuerunt, fuiſſe trecentorum & quinquaginta Epiſcoporum eſt communis aſſertio; nam & Pſellus de ſingulis agens Synodis, vbi de hac meminit, iſtos habet iambicos verſus:

SANCTI QVI INTERFVERVNT CONCILIO.

Poſtrema ſeptima rurſum facta eſt in Nicæa
Quinquaginta conuenerunt ſupra trecentos.

Photius autem trecentos ſeptuaginta ſeptem numerat. In Menologio autem Baſilij Imp. numerantur Epiſcopi trecenti ſexaginta ſeptem.

NVMERVS EPISCOPORVM SYNODI NICÆNÆ.

IV. Antequàm autem ipſa ingrediamur Acta Concilij, hic præmittenda ſunt, quæ Anaſtaſius Bibliothecarius in nuncupatoria epiſtola ad Ioannem Papam octauum de tranſlatione à ſe facta eiuſdem ſeptimæ Synodi Oecumenicæ, prudenter admonuit, ne cui pateat occaſio vllius ſcandali. Ait enim: *Sanè notandum eſt, quædam in hac Synodo ex Apoſtolorum & ſexta vniuerſalis Synodi canonibus & ſententijs inueniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur. Et certè de Apoſtolorum canonibus liquidò nouimus, quoniam ijs quidam facilè non præbuerunt conſenſum. Sed & prædeceſſor veſter beatiſſimus Papa Stephanus nõ ex ijs plus quam quinquaginta recipiendas, ſynodicè promulgauit, cùm quædam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſ-*

DE CITATIS IN SYNODO CANONIBVS APOSTOLICIS.

*ſumpta eſſe videantur: Vnde Apoſtolatu veſtro decernente, non ſolùm illos ſolos quinquaginta canones Eccleſia recipit, ſed omnes eorum, vtpote Spiritus ſancti tubarum; * quoniam & omnium omninò probabilium Patrum & ſanctorum Conciliorum regulas & inſtitutiones admittit illas dumtaxat, qua nec recta fidei nec probis moribus obuiant; ſed nec Sedis Romana decretis * admodùm quid reſultant, quin potius aduerſarios, id eſt, hæreticos potenter impugnent.* ſic igitur ſi qui veteribus Romanæ Eccleſiæ inſtitutis & regulis contradicere reperiuntur, iidem canones exploduntur, vtpote non Apoſtolorum, ſed vt adulterini partus ipſorum nomine ſuppoſiti. pergit verò dicere de canonibus ſextæ Synodi, quorum mentio in huius Actus ſeptimæ frequens reperiatur.

* quin

* ad modicum

V. DECITATIS IN SYNODO CANONIBVS SEXTÆ SYNODI ADMONITIO.

Ergo & regulas quas Graci à ſexta Synodo perhibent additas; ita in hac Synodo principalis ſedes admittit, vt nullatenus ex illis illa recipiantur, qua prioribus canonibus vel decretis ſanctorum Sedis huius Pontificum, aut certè bonis moribus inueniantur aduerſa. Quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognita, quia nec interpretata, ſed nec in caterarum Patriarchalium ſedium (licèt Græcâ vtantur linguâ) reperiantur Archiuis, nimirum quia nulla earum, cùm ederentur, aut promulgauit, aut conſentiens, aut ſaltem praſens inuenta eſt. quanquã eoſdem Patres illas Graci promulgâſſe perhibeant, qui in ſexta Synodo ſunt inuenti: ſed hoc nullis probare certis poſſunt indicijs hactenùs de ſextæ Synodi canonibus Anaſtaſius occaſione eorundem canonum, qui in hac eadem Synodo citati reperiuntur.

VI. Monet & illud quod haud minoris momenti eſſe videtur, ſic dicens: *In eo ſanè quod frequenter Vniuerſalem in hac Synodo Graci Patriarcham ſuum inconuenienter appellant: Apoſtolatus veſter Græcorum adulationi veniam det, prælatis ſuis non ſine reprehenſione placere ſtudentium. Verùm cùm apud Conſtantinopolim poſitus frequenter Græcos ſuper hoc vocabulo reprehenderem, & faſtus vel arrogantiam redarguerem: aſſerebant, quod non ideò Oecumenicum, quem multi Vniuerſalem interpretati ſunt, dicerent Patriarcham, quòd vniuerſi orbis teneat Præſulatum, ſed quòd cuidam parti præſit orbis, qui à Chriſtianis inhabitatur: nam quod Græci* οἰκουμένην *vocant, à Latinis non ſolùm orbis, à cuius vniuerſitate, Vniuerſalis appelletur, verùm etiam habitatio vel locus habitabilis nũcupatur.* Ita tunc Græci frigidè admodum excuſantes errorem, atque abſurdè nimis. Etenim hac ratione quâ Oecumenicum dici poſſe ſuum ipſorum Patriarcham profeſſi ſunt, quod etſi non orbi, loco tamen & habitationi eiuſdem præeſſet: cæteri omnes Epiſcopi Oecumenici pariter dici poſſent, quòd quilibet eorum habitabili orbis loco præſit.

DE TITVLO OECVMENICI ADMONITIO.

VII. Cæterùm ſi ex diuinis ſcripturis eius nominis petatur interpretatio: quod apud Septuaginta, qui Græcè eloquia diuina ſcripſere, οἰκουμένη ſæpè habetur, Latini interpretes (vt eſt frequenter videre in pſalmis) orbem terræ, ſiue orbem terrarum tranſtulêre ex eius vocis proprietate, quam Græci ſecundùm Græcos interpretes quotidiè pſallentes, ignoraſſe minimè potuerunt, qui tam ineptè redargutionem Anaſtaſij eluſerunt. At de voce hac pleniùs actum eſt ſuperiùs in Gregorio Papa eius nominis primo. Quod igitur iſti Græci, qui cum Anaſtaſio de ea voce controuerſiam habuêre, diſſimulârunt ſe eius proprietatem noſſe, eo modo inſulsè reſpondentes potiùs quàm errorem fatentes: poſteriores Græci hæc conſiderantes & erubeſcentes tantum abeſt vt eo vſi ſint nomine, vt etiam in ipſo qui verè eſt & dici poteſt Vniuerſalis, deteſtati ſint Romano Pontifice, vt Ioannis Conſtantinopolitani Patriarchæ atque Innocentij Papæ tertij epiſtolæ indicant. Nam ipſe Ioannes obiiciens & exprobrans hæc ſcripſit de Romana Eccleſia [a].

GRÆCI EMENDANTES ERROREM.

A

[a] Apud Innoc. III l. 2. epiſt. 197.

Quid autem mihi in tua ſanctitatis ſcripto non modicam ſuperinduxit ambiguitatem, non abſcondam: Nam & pro miro habeo, quomodo vnam & Vniuerſalem Romanorum vocâſti Eccleſiam, vt quaſi diuiſam in ſpecies quaſdam ſpecialiſſimas, & hoc vno exiſtente grege, omnium Chriſti nobis quodammodo paſtoribus ſub eo conſtitutis paſtorum principe, communiq; doctore. ad hæc Innocentius [b]: *Nos autem, inquit, inquiſitioni tua taliter reſpondemus, quod Eccleſia duabus de cauſis Vniuerſalis vocatur (intelligentia namque dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, cum non res ſermoni, ſed rei ſit ſermo ſubiectus) dicitur Vniuerſalis Eccleſia illa vna quæ de vniuerſis conſtat Eccleſijs, quæ Græco vocabulo Catholica nominatur, & ſecundùm hanc acceptionem vocabuli Eccleſia Romana non eſt Vniuerſalis Eccleſia, ſed pars Vniuerſalis Eccleſia, prima videlicet & præcipua veluti caput in corpore: quoniã in ea plenitudo poteſtatis exiſtit; ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur Vniuerſalis Eccleſia illa vna quæ ſub ſe continet Eccleſias vniuerſas; & ſecundùm hanc nominis rationem Romana tantùm Eccleſia Vniuerſalis nuncupatur, quoniam ipſa ſola ſingularis priuilegio dignitatis cæteris eſt prælata. Sed & Deus vniuerſalis Dominus appellatur non quaſi diuiſus in ſpecies aut ſpecialiſſimas aut ſubalternas, ſed quoniam vniuerſa ſub eius dominio continentur. Eſt enim vna generalis Eccleſia, de qua Veritas inquit ad Petrum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et ſunt multæ particulares Eccleſiæ, de quibus Apoſtolus ait: Inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Ex omnibus vna conſiſtit tamquam ex particularibus generalis: & vna præeminet omnibus; quoniam cùm ſit vnum corpus Eccleſiæ; de quo dicit Apoſtolus: Omnes enim vnum corpus ſumus in Chriſto, illa velut caput cæteris membris excellit.* hæc Innocentius, non ad aliud inſinuandum à nobis inducta, quam vt intelligatur, Græcos aliquando amentiam eius tituli non ſolùm in ſe execratos eſſe, ſed & in ipſa Romana Eccleſia admiratos. Verùm poſteriores qui extiterunt Conſtantinopolitani Epiſcopi, maiori quàm prædeceſſores leuitate nomen illud ſibi rurſus vendicauerunt, quod tamẽ licèt nunquam probatum, toleratum tamen à Latinis fuit. Sed accidit miſeris, vt dum inani gloriantur nomine, rerum etiam quæ legitimè poſſiderent, facerent ſub Turca diro Tyranno iacturam.

VIII. QVANDO GRÆCI DETESTATI SINT NOMEN OECVMENICI.

[b] Inno. li. 2. epiſt. 198.

B

C

D

IX. Rurſum quod ad hanc pertinet Synodum, admonendum adhuc putamus, eiuſdem è Græco in Latinum triplicem diuerſis temporibus factam eſſe verſionem. Primam quidem è verbo ad verbum adeò inconcinnam atque ineptam, vt nec eam librarij exſcribere dignarentur: quæ cùm contemptui penitùs haberetur, Anaſtaſius Bibliothecarius opportunus interpres occurrit, atque eam in Latinum vertit, ſenſa ſenſibus quàm diligentiſſimè reddens, eamque inter alia è Græco in Latinum tranſlata Concilia Oecumenica in S. R. E. Archiuo recondidit. Poſtremò qui Anaſtaſij verſionem ignorauit, exoſus primam, aliam elaborauit: hæc ipſa eſt, quæ cùm alijs Concilijs in Conciliorum tomis cuſa habetur, communi vſui expoſita. Cui quantum præſtet quę Anaſtaſij eſt, intuebitur Lector ſi legat, ſimulq; conferat, cùm plura apud Anaſtaſium inueniet, quæ in edita deſiderantur, & ea quidẽ haud parui momenti, prout noſter Petrus Morinus qui contulit, diligentiſſimè adnotauit; quæ breuitatis causâ prætermittimus, cùm præſertim eam ſis accepturus in editione quæ Romæ elaboratur Oecumenicorum Conciliorum.

DE TRIPLICI VERSIONE SEPTIMÆ SYNODI.

E

.II

Sed de

Digitized by Google

IX. Sed de prima verſione quæ ad Ioannem Papam ſcribens Anaſtaſius habeat, ex verbis ipſius videamus. ait enim in ipſo fermè exordio epiſtolæ nuncupatoriæ: *Indecorum & inconueniens arbitratus ſum, ſeptimam vniuerſalem Synodum, quæ, præſidente in vicarijs ſuis beatæ recordationis prædeceſſore veſtro Hadriano, apud Nicæam ſecundò conueniens ſub Irena ſeu Conſtantino Imperatoribus celebrata eſt, non habere Latinos: Nam nulla ratione octaua dici vel teneri poterit, vbi ſeptima non habetur: non quòd ante nos minimè fuerit interpretata, ſed quòd interpres penè per ſingula, relicto vtriuſque linguæ idiomate, adeò fuerit verbum è verbo ſequutus, vt quid in eadem editione intelligatur, aut vix, aut nunquam poſſit aduerti, in faſtidiumque verſa legentium, penè ab omnibus hac pro cauſa contemnatur, vnde à quibuſdam nec ipsâ lectione, non dicam tranſcriptione digna penitùs iudicatur. Quod ipſe intuens, nec proprio infirmo corpori parcens, auxiliante Domino, hanc niſus ſum interpretari Latinis: indecens & incongruum cenſens, vt ſtream maximè omnium magiſtram, Romanam videlicet Eccleſiam eadem Synodo defraudari.* hæc Anaſtaſius cum ab eodem Ioanne Papa præfectus eſt bibliothecæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quem in eadem editione ſequemur. Sed ad eiuſdem Acta iam veniamus.

EXPLOSA PRIMA, SECUNDA AB ANASTASIO ELABORATVR.

X. Quando autem eiuſdem ſacroſanctæ Synodi contigerit prima Seſſio, ipſa Acta verbis iſtis ſignificant, ità Patribus exordientibus: *In nomine Domini & Dominatoris Ieſu Chriſti veri Dei noſtri, Imperij piiſſimorum & amicorum Chriſti dominorum noſtrorum Conſtantini & Irenæ matris eius, octauo anno Conſulatus eorum, octauo Kalendas Octobris, Indictione vndecimâ.* ab ipſo menſe Septembris tunc inchoatâ. *Conueniente ſanctâ & vniuerſali Synodo* &c. hæc quo ad tempus pertinent. Quod verò ad locum ſpectat, Nicææ conuenit in baſilica primaria eius ciuitatis titulo ſanctæ Sophiæ nuncupata. Vbi recenſitis primùm Legatis Apoſtolicæ Sedis duobus Petris videlicèt, alijſque duobus Legatis Ioanne & Thoma trium ſedium Patriarchalium nomine legatione fungentibus, & alijs ſingulis qui interfuerunt Epiſcopis & magiſtratibus Imperatoris, rogantibus Siciliæ Epiſcopis, Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus cauſam cogendæ Synodi præloquutus oſtendit, ſic exordiens: *Opportunum eſt nunc dicere propheticam* [a] *illam vocem, quam ſæpè audiuimus per Euangelium prædicari: Erunt praua in directa, & aſpera in vias planas* &c. redditâque de omnibus exactâ ratione, & exhortatione adhibitâ, vt aduerſus exortam hæreſim ſtrenuè agerent, verbis Domini fiſi, quibus dixit: [b] *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* ex ſuggeſtione Conſtantini Epiſcopi Conſtantiæ Cypri, primùm omnium iuſſi ſunt adeſſe Epiſcopi, eius hæreſis accuſati, qui intromiſſi ſunt.

SYNODI CONGREGATÆ TEMPVS.

a Iſai. 40. Luc. 3.

PRIMA ACTIO.

b Matth. 7.

XI. Suggeſſerunt intereà magiſtratus qui aderant, allatas ſacras litteras Imperatorum ad Synodum, quæ legendæ eſſent: quæ iuſſu Synodi lectæ ſunt. Inde Imperatores animi ſui conſilium aperientes, manifeſtè teſtati ſunt, ſe admodum perculſos animo Pauli Patriarchæ confeſſione, deteſtantis errorem, atque ob eam cauſam ad reuocandam Catholicam Fidem exulem, eſſe mirum in modum excitatos; cœpiſſe verò tantæ molis ædificij ſternere fundamentum, à creatione Catholici Antiſtitis Taraſij, qui conuocandæ Synodi ipſis Imperatoribus auctor fuiſſet. Porrò inter alia exhortationis verba ad Synodum habita hæcque obſcura abſque germano ſenſu leguntur in Vulgata, apud Anaſtaſium ita redduntur:

LECTÆ LITTERÆ IMPERATORVM.

Igitur quoniam à toto terrarum orbe collegit vos Deus, conſilium ſuum ſtatuere volens: ecce propoſitum ſanctis Euangelijs, & intelligibiliter clamantibus: IVSTA IVDICATE: ſtate ſtabiles pietatis propugnatores, & omnem nouitatem vocis, & nouiter apparentem ſeditionem recidere procurate, quemadmodum & Petrus primus princeps collegij Apoſtolici, qui ſeruulo deceptionis amentiâ percuſſo, Iudaicæ auditionis ſenſum gladio abſtulit: extendite ſecur in ſpiritus, & omnem arborem germinantem fructum contentionis & introductæ nouitatis aut magiſtralibus vocibus tranſplantate, aut canonicis increpationibus concidite, & in ignem futuræ gehennæ tranſmittite &c. ſubdit de litteris quas acceperat ad id ipſum præſtandum ab Hadriano Romano Pontifice per miſſos ab ipſo Legatos, quas legi iubet in Synodo: ſimul & quaterniones à tribus Orientalibus Patriarchis ad Synodum per Legatos itidem miſſos. Audiſti Lector, nihil magis admonitam ſanctam Synodum à pijs Imperatoribus, quàm explodere nouitatem? quo ſcitu dignâ Orthodoxorum Imperatorum ſententiâ ex nomine ipſo infamatos omnes ſimul condemnes neceſſe eſt Nouatores: ſed proſequamur Acta.

EXHORTATIO IMPP. AD SYNODVM.

XII. His auditis, ſancta Synodus bene precata Imperatoribus adeò de Catholica Fide benemerentibus, ad cognitionem lapſorum Epiſcoporum conuerſa eſt. Fuerunt hi primi in medio producti Baſilius Ancyræ, Theodorus Myrenſis, atque Theodoſius Amorij. Stantes ij omnes ante ſacrum Patrum conſeſſum, ſponte ex hæreſi ad Catholicam Fidem reuerſi recipi in Eccleſiam petierunt, offerentes Orthodoxæ Fidei confeſſionem in his præſertim, quæ ſpectare videbantur ad condemnationem hæreſis & hæreticorum, quibus adhæſerant. In ea igitur quam obtulit Baſilius Ancyranus Epiſcopus poſt confeſſionem ſanctiſſimæ Trinitatis, iſta leguntur:

AGITVR DE LAPSORVM POENITENTIA.

Ipſe expetens etiam & interceſſiones intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctarumque & cæleſtium Virtutum & omnium Sanctorum, atque ſancta & pretioſa lipſana, venerandas videlicèt reliquias eorum cum omni honore ſuſcipiens, ſaluto & honorabiliter honoro, fidem habens illorum particeps fieri ſanctimoniæ. Similiter & venerabiles imagines tum diſpenſationis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm quod homo factus eſt propter ſalutem noſtram, & intemeratæ dominæ noſtræ ſanctæ Dei Genitricis, atque ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium ſimul Sanctorum, ſalutans pariter & amplectens, atque admonitionem quæ pertinet ad honorem impendens; proijciens nihilominus & anathematizans ex tota anima & ex tota mente Synodum, quæ ex ſtoliditate & dementia congregata & ſeptima Synodus nominata eſt; ab his verò qui rectè ſapiunt, Pſeudoſyllogus legaliter & regulariter appellatur, tamquam quæ totius pietatis ſit aliena & contra diuinitus traditam Eccleſiaſticam legiſlationem audaciter & temerè, quin potius abſque Deo latrauerit, & ſanctas ac venerabiles imagines conuicijs appetierit, ſed & has præceperit auferri à ſanctis Dei Eccleſijs. Cuius dux fuit Theodoſius falſi nominis Epheſius, Siſinnius Perga cognominatus Paſtillas, Baſilius Piſidiæ improbus ille cognominatus Tricacabus, quorum omnium ſectator miſer Conſtantinus qui fuerat Patriarcha. Hæc ita cõfiteor & his aſſentior, & idcirco in ſimplicitate cordis & recta mente, Deo mihi teſtimonium perhibente, ſubiectos Anathematiſmos facio.

BASILII ANCYRANI EPISCOPI CATHOLICÆ FIDEI PROFESSIO.

XIII. *Chriſtianorum calumniatoribus, id eſt, imaginum confractoribus, Anathema.*

His qui aſſumunt eloquia, quæ à diuina ſcriptura aduerſus idola ſunt, in venerabiles iconas, Anathema.

His qui non ſalutant ſanctas & venerabiles imagines, Anathema.

His qui appellant ſacras iconas ſimulachra, Anathema.

Digitized by Google

His qui dicunt, quod ſicut ad deos, Chriſtiani ad imagines accedunt, Anathema.

His qui communicant ſcienter cum ijs qui conuiciantur & exhonorant venerabiles iconas, Anathema.

His qui dicunt quod præter Chriſtum Dominum noſtrum, aliquis ab idolis nos liberauerit, Anathema. erat enim Iconomachorum eiuſmodi iactatio, nempe poſt Chriſtum, Leonem Iſauricum & eius filium Conſtantinum Copronymum liberâſſe Chriſtianos ab idolis. ſed pergit Baſilius.

His qui ſpernunt magiſteria ſanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Eccleſiæ, prætendentes & aſſumentes voces Arij, Neſtorij, Eutychetis, & Dioſcori. & perhibentes quod niſi de veteri & nouo Teſtamento fuerimus edocti, non ſequemur doctrinas ſanctorum Patrum, neque ſanctarum Synodorum, atque traditionem Catholicæ Eccleſiæ. Anathema.

XIV.
E QVO FONTE NOVATORES PRODIERINT.

Vides, Lector, quinam fuerint magiſtri recétiorum Nouatorum, qui ſe religioſos, ſiue Euangelicos dicunt? quique vt illi, præter diuinas ſcripturas nihil in Eccleſia recipiendum eſſe blaſphemant, idem in ſe anathema conuertunt, eandem poſteà cũ illis abſq; dubio pœnâ apud inferos accepturi, quorum ſunt veſtigia cõſequuti. Rurſum Baſilius.

His qui dicunt, quod diabolicæ argumentationis inuentio ſit factura imaginum, & non ſanctorum Patrum noſtrorum traditio, Anathema.

His qui præſumunt dicere, Catholicam Eccleſiam idola aliquando ſuſcepiſſe, Anathema.

Hoc quidem ita confiteor, & his aſſentior, & ex toto corde & animâ & mente pronuntio. Si verò (quod abſit) ex diabolica immiſſione, aliquo tempore voluntariè vel nõ voluntariè auerſus fuero ab iſtis quæ iam profeſſus ſum, Anathema ſim a Patre, Filio, & Spiritu ſancto, atq; Catholica Eccleſia, ſeu ſacro ordine penitùs alienus. Conſeruabo autem ſecundùm diuinos canones tam ſanctorum Apoſtolorum, quàm probabilium Patrum noſtrorum memetipſum ab omni data acceptione ſeu turpi lucro. hactenùs Baſilij Ancyrani Epiſcopi fidei profeſſio, & poſt lapſum pœnitentia.

THEODORI MYRENSIS EPISC. POENITENTIA.

His acceptis, & à ſancta Synodo collaudatis, Deoque gratijs redditis, Theodori Myrenſis Epiſcopi audita eſt recantatio, dum publicè relegit & profeſſus eſt eadem fidei profeſſionem, quam Baſilius: poſt ipſum verò introductus eſt Theodoſius Epiſcopus Amorij, qui magnâ cordis contritione, hæc primùm ipſo ingreſſu verba protulit.

XV.
THEODOSII EPISC. POENITENTIA ET RECTA CONFESSIO.

Sanctiſſimi & Deo honorabiles domini, & omnis ſacra Synodus, hæc & ego peccator, & miſerabilis, & ſeductus, qui multa mala locutus ſum aduerſus venerabiles iconas, agnitâ veritate, recognoui & reprehendi memetipſum, & anathematizaui & anathematizo quæ male docui & locutus ſum in hoc mũdo. Et obſecro & rogo ſanctam Synodum veſtram cum omnibus Chriſtianis, recipiatis & me indignum ſeruum veſtrum. Poſt hæc laudata à Synodo eius humili pœnitẽtiâ, lectus eſt ab eodem libellus confeſſionis Catholicę veritatis cũ deteſtatione nefariæ hæreſis, qui ſic ſe habet.

Sancta & venerabili Synodo Theodoſius Chriſtianus exiguus. Confiteor & polliceor & recipio & amplector atque adoro principaliter intemeratã iconam Domini noſtri Ieſu Chriſti veri Dei noſtri, & iconam Dei Genitricis, quæ illum ſine ſemine peperit viri, & auxilium, & protectionem eius, & interceſſiones illius vnaquaq; die ac nocte inuoco vt peccator in adiutorium meum, tanquam eam quæ habeat confidentiam apud Chriſtum Dominum noſtrum qui ex ea natus eſt.

Pari modo ſanctorum & laudabiliſſimorum Apoſtolorum, Prophetarum, & Martyrum, & Patrum, & cultorum eius iconas recipio & adoro, non tanquam deos, abſit; ſed affectum & amorem animæ meæ, quem habebam prius in eos, etiam nunc oſtendens, rogo cunctos illos ex toto animo, vt intercedant pro me ad Deum, quatenus det mihi per interceſſiones eorum inuenire miſericordiam penes ſe in die iudicij.

Similiter & lipſana Sanctorum adoro & honoro & amplector, tanquam qui decertârunt pro Chriſto, & acceperunt gratiam ab ipſo ad ſanitates efficiẽdas, & languores curandos, & dæmones eijciendos, quemadmodum Eccleſia Chriſtianorum ſuſcepit à ſanctis Apoſtolis & Patribus & vſque ad nos.

XVI.

*Pingi autem conſentio in Eccleſijs Sanctorum, principaliter iconam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Dei Genitricis ex varia materia auri & argenti & omni colore, vt carnis diſpenſatio ipſius omnibus innoteſcat. Similiter pingi conuerſationes ſanctorum, & famoſiſſimorum Apoſtolorum, Prophetarum, ac Martyrum, quo innoteſcant certamina & agones eorum in breui ſcriptura, ad excitationem & magiſterium populorum, maximeq; ſimpliciũ. Si enim Regum * laureas & iconas miſſas ad ciuitates vel regiones obuij adſunt populi cum cereis & incenſis, non cerâ perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes: quãtò magis oportet in Eccleſijs Chriſti Domini noſtri iconam depingi Saluatoris Dei noſtri, & intemeratæ Matris eius, omniumq; ſanctorum & beatorum Patrum & ſtudioſorum virorum? quemadmodum & ſanctus Baſilius ait. Nã & opera magna bellorum ſcriptores & pictores deſignant; illi quidem ſermone ornantes, iſti verò tabulis exarantes, & multos ad fortitudinem erexerũt vtriq;. Et rurſus idem ipſe: Quãtum laboraſti vtiq; homo, vt inuenires vnum ex Sanctis obſecrantẽ Dominũ, qui pro te ſcilicet apud ipſum intercederet. Et Chryſoſtomus dicit: Sanctorũ enim gratia nõ reſciditur morte, nec hebes fit obitu, ſed poſtquã defuncti fuerint, viuis potẽtiores exiſtũt. & alia multa & immẽſa.*

* laureatas

XVII.

*Et ideò oro vos, Sancti, & clamo: peccaui in cælum & coram vobis: Suſcipite me, ſicut ſuſcepit Deus * luxurioſum, & meretricem, & latronem. Quærite me, ſicut quæſiuit Chriſtus ouẽ quæ perijt, quamq; ſuper humeros ſuos ſuſtulit, & fiat gaudium coram Deo & Angelis eius pro ſalute & pœnitentia mea per interceſſionem veſtram à ſanctiſſimi domini.*

* prodigũ

His qui non adorant venerabiles iconas, Anathema.

His qui audent detrahere ac blaſphemare venerabiles iconas, vel vocarẽ illas idola, Anathema.

His qui non docent diligenter cunctum Chriſti amatorem populum adorare venerabiles iconas ſacras & adorandas omnium Sanctorum, qui à ſæculo Deo placuerunt, Anathema.

Chriſtianorum calumniatoribus, id eſt, imagines confringentibus, Anathema. hactenùs confeſſio Theodoſij ab ipſo in Synodo lecta.

XVIII.
EPISCOPI VERE POENITENTES RESTITVTI IN SVAS SEDES.

His peractis, conſenſu totius Synodi iuſſi ſunt tres hi pœnitentes Epiſcopi in ſuis locis inter alios reſidere. productique ſunt alij Epiſcopi pariter lapſi, quorum quod fides haud adeò explorata eſſet, prolixior de eis cognitio adhibita eſt. Erant hi Hypatius Epiſcopus Nicænus, Leo Rhodienſis, Gregorius Piſidiæ, alter Gregorius Peſſinuntis. Leo alter Iconij, Nicolaus Hierapolis, alter item Leo Epiſcopus Carpathi. Cũ verò Taraſius Patriarcha Cõſtantinopolitanus Leonis Rhodiẽſis fidem exploraret, audiſſetq; multo ipſum tempore in eadẽ hæreſi permanſiſſe: illam auream memoratu dignam ſententiam dixit: *Diuturniores paſſiones difficiliores ſunt ad curandum: ſic & anima quæ in obſcuro eſt hæreſeos, lumen Orthodoxiæ difficilè recognoſcit.* Quomodo autem hi recipiendi eſſent in Eccleſiam, & qui ab eis ordinati fuiſſent: ex ſacris antiquis canonibus, ſanctorumque Patrum aſſertionibus ex codicibus è Patriarchio in Synodum allatis, facta eſt pro-

lixior

linior diſquiſitio. & inter differendum idem Taraſius interlocutus oſtendit, eiuſmodi hæreſim iam diu ante ab improbis hæreticis eſſe plantatam, à Marcioniſtis videlicèt, Manichæis, à Petro Fullone, Xenaia Hierapolitano, atque Seuero nefandiſſimis hæreſiarchis. ſicque renouatam hanc hæreſim magis dici poſſe, quam adinuentam.

XIX.
EPISCOPI ORTHODOXI DIGNVM COMMISERATIONIS EXEMPLVM

Cùm autem quidam difficiliores ſe exhiberent ex numero Orthodoxorum Epiſcoporum, qui Synodo præſentes erant, ad eoſdem lapſos recipiendos Epiſcopos. commiſeratione permotus Iuuenalis quidam Epiſcopus (cuius autem fuerit ciuitatis non dicitur) ex ſua ſede ſurgens, ſe cum lapſis immiſcuit, æquè eandem cum illis excepturus ſententiam. Sed & Illyrici Epiſcopi ſe æquè peccatores eſſe publicè clamantes. veniam lapſis deprecati ſunt. Cognitis igitur ijs, quæ de reſtitutione lapſorum, & de receptione ordinatorum ab ipſis, vetera monumenta Eccleſiaſtica proderent, eorum receptionem in ſequentem Actionem placuit differri debere.

ACTIO SECVNDA.

Cõuenerunt rurſus Patres ibidem loci, hoc eodem anno poſt biduum, nempe ſexto Kalendas Octobris, vbi à Taraſio habita eſt diligens de Gregorio Neocæſarienſi lapſo Epiſcopo pœnitẽte examinatio; num verè, vel fictè cuperet Catholicæ Eccleſiæ iungi. cùm ille ex intimis præcordijs ſigna edens verè pœnitentis, libellum ſupplicem, quo ſe verè Catholicum eſſe velle profiteretur, iuſſus eſt ſcribere, & ſequenti Actione Synodo offerre. Poſt hęc autem lectę ſunt litteræ Hadriani Papæ ad Imperatores cõſcriptæ. quas nos ſuperiùs eo quo ſcriptæ ſunt anno, ſuo loco poſuimus integras. Poſt hęc Patres voluerunt legi pariter eiuſdem Romani Pontificis litteras ad Taraſium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcriptas, quibus lectis, interpellauerunt Apoſtolicæ Sedis Legati ad Taraſium ipſum, dicentes: *Dicat nunc ſanctiſſimus Patriarcha Taraſius regiæ ciuitatis, ſi conſentiat litteris ſanctiſſimi Papæ ſenioris Romæ, an non. Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha dixit:*

XX.

Sacratiſſimus Paulus Apoſtolus, qui illuſtratus eſt lumine Chriſti, & genuit nos per Euangelium, cùm Romanis ſcriberet, approbãs ſtudium ſinceræ fidei eorum, quam in Chriſtum Deum verum habebant, ſic ait: a *Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. Hoc teſtimonium ſequi neceſſarium eſt; & inconſultè agit, qui huic conatur reſiſtere. Vnde Hadrianus Præſul ſenioris Romæ, cùm eſſet particeps eorum qui prædicto teſtimonio muniri meruerant, ſcripſit expreſſè ac veraciter pijs Imperatoribus noſtris, atque ad humilitatem noſtram, affirmans bene ac optimè ſe habere antiquam traditionem Eccleſiæ Catholicæ. Nam & ipſi nos, ſcrutando ſcripturas & ſyllogiſticè approbando rimati ſumus, ſicq; confeſſi ſumus, confitemur, & confitebimur, conſonamus, & confirmamus, atque permanebimus in ſignificatione litterarum quæ lectæ ſunt, imaginales deſcriptiones* (quæ ſcilicèt ad ſacras imagines pertinent) *ſuſcipientes, ſecundùm antiquam Patrum noſtrorum traditionem, & has affectuoſo amore. &c.*

a Rom. 1.

Interpellarunt rurſus Apoſtolicæ Sedis Legati vniuerſam ipſam ſanctã Synodũ, dicentes: *Dicat nobis ſancta Synodus, ſi admittit litteras ſanctiſſimi Papæ ſenioris Romæ, an non?* Sancta Synodus dixit: *Sequimur & ſuſcipimus & admittimus.* quæ ſequuta ſunt hęc: In primis Legatorum trium Patriarcharum pręconia de litteris Hadriani, & fide recepta à Taraſio Patriarcha: deinde aliorum Epiſcoporum ſingulis elogijs eas laudantium, & ſubſcriptione probatū̃. Præſtiterunt ad ipſum venerabiles Archimandritæ, inter quos ſubſcriptus habetur ſanctus Plato de quo plura ſuperiùs dicta ſunt, & erunt dicenda. ſicque finem accepit ſecunda Synodi Actio.

XXI.
TERTIA ACTIO.

Tertia autem actio celebrata habetur tertio Kalendas Octobris, vt verſio Anaſtaſij qua vtimur, docet, ex qua corrigenda vulgata eſt editio, in qua legitur habita ſexto Kalen. eiuſdem: ſecunda enim Actio (vt vidimus) dicta, eſt habita die ſexto Kal. In hac primùm cauſa Gregorij Epiſcopi Neocæſareæ cognoſcẽda propoſita eſt. Hic enim anteſignanus ferebatur Iconoclaſtarum hæreticorum, quique perſecutionis tempore grauiter vexaſſe Orthodoxos diceretur, quorum cauſâ etſi pœnitens admittendus eſſet in Eccleſiam, non tamen eſſet reſtituẽdus in Epiſcopatum. Verùm quia perſecutio probata non eſt, decreto in primis Legatorum Apoſtolicæ Sedis iuſſus eſt cum collegis recipi in ſedem ſuam.

Poſt hæc autem legi ſancta Synodus præcepit litteras Taraſij Patriarchæ Cõſtantinopolitani datas ad tres itidẽ Patriarchas Orientales, & eas quas reddiderunt ijdem ad Taraſium monachi Palæſtinæ, nomine eorundem trium Patriarcharum Orientalium, quæ ſuperiùs, eo quo ſcriptæ fuerunt anno, ſunt collocatæ. Quibus probatis & aſſenſis, aduerſus aliter ſentientes anathema illatum eſt ab ipſis Apoſtolicæ Sedis Legatis nomine trecentorum decem & octo Patrum, qui antè in eadem ciuitate Nicænum primum Concilium collegêre, quibus ſancta Synodus in omnibus annuit. Sequutaq; eſt ſubſcriptio cæterorum Epiſcoporum. Quibus rebus ita geſtis, impoſitus eſt finis eius diei Actioni, additis fauſtis acclamationibus ipſis Imperatoribus, illo nouo Conſtantino, iſta noua Helena nuncupatis.

XXII.
QVARTA ACTIO.

Ipſis verò Kalendis Octobris (vt tranſlatio habet Anaſtaſij) iterum conuenêre Patres, atque omnium ſententiâ iuſſa ſunt afferri ſacra volumina, ex quibus de cultu ſacrarum imaginum teſtimonia recitarentur, primumque ex diuina ſcriptura tam veteris quàm noui Teſtamẽti, inde ex ſanctorum Patrum ſacris voluminibus decerptæ ſententiæ. Sed ex verſione Anaſtaſij hîc corrige inter alia, quæ habentur in vulgata Synodi editione, templũ Romæ Saluatoris ſacris imaginibus à Ioanne iuſſum decorari: loco enim Ioannis, Conſtantinum habet Imperatorem Anaſtaſij verſio his verbis: *Petrus & Petrus Deo amabiles presbyteri, & Vicarij Hadriani Papæ ſenioris Romæ dixerunt: Tale quid & diuæ memoriæ Conſtantinus Magnus Imperator olim fecit. Ædificato enim templo Saluatoris Romæ, in duobus parietibus templi hiſtorias veteris & noui Teſtamenti deſignauit, hinc Adam de paradiſo exeuntem, & inde latronem in paradiſum intrantem figurans.* Porrò quamplurima quæ ſunt è diuerſis locis allata de cultu ſacrarũ imaginum teſtimonia, ne ſingula recenſendo diutiùs in longo itinere morari contingat, maiori tu ocio Lector inſpicito.

XXIII.
DE IMAGINE CRVCIFIXA BERYTI

Sed & de eo te neceſſario monendum putaui, hiſtoriam de imagine crucifixa Beryti, in vulgata Suriana editione, habere admixta quædam apocrypha de imagine Chriſti facta à Nicodemo, & alia, quæ integram ipſam narrationem ſuſpectam faciunt. Quamobrem operępretium duxi, eandem hiſtoriam hic tibi puram ex verſione Anaſtaſij deſcribere, quæ ſic ſe habet:

Sermo ſanctæ memoriæ Patris noſtri Athanaſij de imagine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei veri, Dei noſtri, facto miraculo in ciuitate Beryto.

Suſtollite oculos mentis veſtræ, & videte nouum ſpectaculum, quod factum eſt nunc, in infinitam admirationem

Dei aſpicite, & date gloriam ei. Contemplamini inenarrabilem miſericordiam eius, & magnitudinem diſpenſationis eius, atq; lamentum cum lætitia ſumite. In Deo quidem nihil extraneum. Deus enim cum ſit, omnia poteſt. Quod verò in diebus noſtris & in nobis factum eſt, * expaueſcit omne cor audientium. Vere expaueſcit cælum, quod audenter factum eſt, conturbatæ ſunt abyſsi, & ſol obtenebratus eſt, & luna & ſtellæ ſimiliter ſuper hoc quod patratum eſt. Sed iterum lætatæ ſunt in eo quod à Domino diſpenſatum eſt, omnes cælorum virtutes. Audite & admiramini quid factum eſt in diebus noſtris: Intelligentes intelligite, & aurem veſtram inclinate: & quidem ante exteriorem aurem quæ cordis eſt porrigite, & audite.

* obſtupeſcit

XXIV. Ciuitas eſt, Berytus vocata, in confinibus Tyri & Sydonis ſita, Antiochiæ ſubdita. In hac ciuitate Beryto multitudines erant copioſæ Iudæorum. Porrò iuxta ſynagogam ipſorum, quæ valde magna eſſe videbatur, Chriſtianus quidam cepit ad penſionem cellulam à quodam, in qua habitans, contra accubitum ſuum fixit imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti honeſtè depictã, & integra ſtatura habentem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Tranſacto præterea modico tempore, perquiſiuit manſionem maiorem ille Chriſtianus, quemadmodum & indigebat. Hoc autem Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia diſpenſauit (vt credo) qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, oſtendens miracula ſua ſe colentibus, & omnibus in ſe credentibus in redargutionem impiorum, & ſtabilitatem fidelium.

DE IMAGINE CHRISTI CRVCIFIXA NARRATIO.

C Quæſiuit ergo Chriſtianus (vt dixi) maiorem domum, & inuenit in quodam loco ciuitatis, & tranſtulit ſe illuc à domo quæ erat iuxta ſynagogam Iudæorum, & ſublatis omnibus ſuis: per obliuionem, diſpenſatione tamen Dei, imaginem Domini dimiſit, obliuioni (vt præfatus ſum) traditam. Quidam verò Iudæus accepit domum illam ad penſionem, in qua imago Domini ſtabat: intromiſsis autem omnibus ſuis permanebat in domo, minimè contemplatus iconam Domini, quod ſtaret illic: neq; enim conſiderauit locum illum, ſed ingreſſus manebat. Quadam verò die inuitauit Iudæus vnũ ex contribulibus ſuis ad prãdium. Et cùm pranderent, eleuatis oculis, Iudæus, qui inuitatus fuerat, vidit iconam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & dicit ei qui ſe inuitauerat: Tu cùm ſis Iudæus, quomodo imaginem huiuſmodi ſe habentis habes? conuicia plurima quoq; & nefanda emittens aduerſus Dominum, quæ non audeo ſcribere, abſit, quæ dixit contra Saluatorem, is qui fuerat inuitatus. D

XXV. Abijt autem ad ſummos ſacerdotes ſuos, & accuſat Iudæum qui in domo manebat, in qua imago erat, dicens, quia ille imaginẽ habet Nazareni videlicet in domo ſua. Qui audientes dixere: Si potes hoc oſtendere. At ille affirmauit: Quia oſtendam hoc in domo eius. Illi verò repleti furore, veſpere quidem ſiluerunt. Mane verò facto, ſummi ſacerdotes eorum atque presbyteri, aſſumpto eo, qui Iudæo detraxerat, & turba multa gẽtis ſuæ, pergunt ad domum Iudæi, in qua imago Domini ſtabat. Peruenientes autem ad locum ſummi ſacerdotes inſiluerunt, & ſeniores cum eo qui indicauerat, & vident imaginem Domini ſtãtem. E Tunc vehementer irati in eum qui habitabat in domo illa, extra ſynagogam facientes expulerunt, imaginem verò Domini noſtri Ieſu Chriſti deponẽtes dixerunt: Quia ſicut patres noſtri illuſerũt ei aliquãdo, ita & nos illudamus ei.

Tunc inceperunt conſpuere in faciem ſanctæ imaginis Domini, & dare alapas coram his qui conuenerant, hinc & inde imaginem Domini conſpuentes, atque dicentes: Quæcumque fecerunt patres noſtri, faciamus & nos imagini eius. & dicunt: Audiuimus quia illuſerunt ei, & hoc ipſum nos faciamus & vos. Infinitis ergo ludibrijs illuſerunt iconam Domini, quæ nos neque dicere audemus. Deinde dicunt: Audiuimus quia clauis infixerunt manus eius & pedes: hoc & nos faciamus ei. Tunc in manus & pedes

A imaginis Domini infixerunt clauos. Iterum ſæuientes dixerunt: Audiuimus quia accepto aceto & felle potauerunt eum cum ſpongia: faciamus ei & nos. & fecerunt apponẽtes ad os imaginis Domini ſpongiam aceto plenam ſurſum dicunt: Didicimus quia percuſſerunt caput eius arundine patres noſtri: idipſum & nos faciamus. & accipientes calamum percuſſerunt caput Domini.

IMAGINIS CHRISTI CRVCIFIXIO.

XXVI. Cæterùm nouiſsimè dicunt (vt liquidiùs edocemur) quòd lanceâ latus eius aperuerunt: nihil prætermittamus, ſed addamus & hoc. & facientes deferri lanceam, præceperunt cuidam ſuorum tollere lanceam & percutere contra latus imaginis Domini. Mox manauit multitudo ſanguinis & aquæ ab ea. Chriſte gloria tibi, incomprehenſibilis gloria tibi: Quis ſicut tu Deus? Quis præter te Deus B faciens terribilia & ſtupenda? O miraculum Maieſtatis Saluatoris immenſum! Horruerunt veraciter ſuper hoc etiam ſupernæ Virtutes tuæ. O quãtus es Domine ad humanitatem, ô quantus ad longanimitatem, ô quantus es ad miſericordiam! pius enim propter nos & propter ſalutem noſtram cùm eſſes ſine carne, incarnatus es ex Virgine Maria. Crucifixus es in illa carne, cùm eſſes ipſe impaſsibilis in deitate. Nunc verò iterum in imagine crucifixus es Domine in redargutionem impiorum, & omnium incredulorũ, atque ſtabilitatem eorum qui veraciter in te credunt. Sed gloria tibi Domine qui ſolus omnia potes vna cum benedicto Deo noſtro & Patre atq; cum Spiritu ſancto. Amen.

Vos autem, ô filij, audite reliqua quæ diſpenſata ſunt ab eodem Domino; ipſius enim erat permiſsio. Deniq; poſtquàm C percuſſum eſt lanceâ latus eiuſdem imaginis Domini, & emanauit ſanguis & aqua (vt ſuperius dictum eſt) dicunt ſummi ſacerdotes eorum & ſeniores: Quoniam ſuſurrant colentes eum quòd ſanitates multas fecerit, ſumamus ergo ſanguinem hunc & aquam, & deferamus ad ſynagogam, & colligamus omnes qui male habent in populo, & vngamus eos ex illo, & videamus ſi vera ſint quæ dicuntur. Tunc afferentes lateri icona Domini vas ſecundùm locum percuſsionis lanceæ vnde exiuit ſanguis & aqua, & repleuerunt * amphoram ſecundùm locum iugulationis lanceæ, & inferentes illudebant, vt iniurijs appeterent (ſicut putabant) coram omnibus vniuerſorum Dominum. Non putantes ſcilicèt aliquod edendum fore miraculum.

* ampulla

XXVII. D Et collectis omnibus qui malè habebant, & ante omnes paralyticum, quem à natiuitate nouerãt, adducentes vnxerunt & ſtatim ſubſiſtit, & exilijt ſanus homo penitùs. Deinde cæcos adduxerunt, qui & ipſi viſum receperunt. Dæmonium verò patientes mox adunati ſunt. Turbatio quoq; magna & infinita per totam ciuitatem effecta eſt, cunctis confluentibus propter infinita miracula. Commota autem ſunt omnes multitudines Iudæorum: plures enim ciuitatem habitabant. Currebant ergo ferentes eos, quos in domibus ſuis habebãt languentes, aut paralyticos, aut debiles, aut aridos, aut leproſos: omnes accurrerunt, ita vt neque ſynagoga eorum, licèt magna fuerit, caperet illos neque locus, multitudine infiniti populi propter miracula concurrente.

EX SANGVINE MIRACVLOSO MIRACVLA.

E Omnes autem principes ſacerdotum, & ſeniores, & populus Iudæorum virorum, puerorum & mulierum crediderunt in Dominum Ieſum Chriſtum, clamantes: Gloria tibi Chriſte, quem patres noſtri crucifixerũt, qui & à nobis Domine crucifixus es in imagine tua. Gloria tibi Fili Dei, qui tanta feciſti miracula: Tibi credimus: propitius eſto nobis & ſuſcipe nos. Hoc clamabant lugentes omnes, & voces emittebantur, & miracula perficiebantur, ſummis ſacerdotibus vngentibus, & cunctis curatis & viuificatis.

CONVERSIO IVDAEORVM.

XXVIII. Poſtquam autem omnes ſanati ſunt, confeſtim ad Epiſcopum ſanctiſsima conſtitutæ illic Eccleſiæ, qui iam quæ fuerant facta didicerat, multitudines concurrebant dicẽtes, & clamantes, vnus, vnus Deus Pater, vnus Deus Filius & ipſe vnigenitus, vnus Chriſtus quem patres noſtri crucifixerunt,

fixerunt, ipſum Deum nouimus: huic nos credimus. Multis itaq; laudibus glorificauerunt Deum, imaginem Archiepiſcopo demonſtrantes, annuntiantes, quæ fecerant imagini Domini, qualiter & ſanguis & aqua exierint è latere imaginis, necnon & infinita miracula quæ facta ſunt. Ita omnes multitudines, vt ſancto baptiſmo digni fierent, ſupplicabant. Quos Epiſcopus vnà cum clero ſuo aſſumptos, omnes baptizauit per multos dies, & ſynagogam eorum Eccleſiam Saluatori noſtro Chriſto dicauit. Illis autem rogantibus, etiam cæteras ſynagogas eorum Martyria fecit. & ſic gaudium magnum factum eſt in ciuitate illa, non ſolùm corporibus ſanatis & viuificatis, ſed & animabus in vitam mortuis redeuntibus æternam.

IVDÆI BAPTIZANTVR.

Hæc agnoſcens ego, feſtinaui indicare vobis, fratres amantiſſimi, ad vtilitatem animarum veſtrarum, vt cognoſcentes & in hoc Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti virtutem, plus aliquid in fide ipſius cõfirmemini, & exultetis ſuper magnalibus eius quæ nunc operatus eſt. Date ergo gloriam in lætitia, in compunctione ex lamento gaudentes, & gratias agentes, quia & ſuâ vos fide, & ſuâ fecit agnitione dignos in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cum quo & Patri vna cum Spiritu ſancto gloria & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen. hactenùs hiſtoria de imagine crucifixa Beryti ex Anaſtaſij verſione: at verò quæ plura his inueniuntur in Vulgata, decurtes, vtpote addita ab eo qui exſcripſit admiſcens veris apocrypha.

XXIX. VERITATI HISTORICÆ OMNES ASSENSI SVNT.

Porrò tantùm abeſt, vt alius ex Patribus aliquid obiecerit, ad veritatem labefactandam eius narrationis, vt omnes Patres (quòd ipſa teſtantur Acta) ea audientes lachrymis ſint perfuſi, perinde ac ſi crucifixionem Saluatoris ex vno Euangeliſtarum acceptã recitari audiſſent. Cùm igitur res pro conſtanti accepta ſit ab omnibus veritate, neq; ab ipſis refractarijs eiuſdem Synodi calumniatoribus & Iconoclaſtis aliquid reperiatur vel leuiter derogatum; perquirendum modò nobis eſt de tempore, quo iſta accidere potuerunt. Primùm autẽ omniũ ille amputandus eſt error aliquorum, qui cùm eius ſcripti auctorem audiunt Athanaſium, exiſtimant magnum illum eius nominis Epiſcopum Alexandrinum. quòd ſi probari poſſet, iam exploratum pariter eſſet quonam tempore id acciderit, cũ ipſe auctor in ſuæ narrationis exordio dicat, id accidiſſe in diebus ſuis: vt planè appareat, rem geſtam ſui temporis auctorem ſcripſiſſe. Verùm & cùm qui aderant in Synodo Patres, vt in re hactenùs inaudita, in fletum prorupiſſe eadem hiſtoriæ Acta teſtentur; ſanè quidem rem recèns geſtam eſſe demonſtrant.

XXX. ERROR DE NOMINE ATHANASII.

Quod inſuper is qui ſcripſit, non fuerit magnus ille Athanaſius, nec eius tempore id acciderit, inde ducimus argumentum, quod poſt quadringentos & ampliùs annos ab Athanaſij tempore in hunc diem, nemo repertus eſt qui tantæ rei vllam aliquo pacto fecerit mentionẽ: præſertim cùm in hac ipſa Synodo Patres aliquot loca ex ipſius Athanaſij ſcriptis adduxerint ad probandum cultum ſacrarum imaginum, & huius tam celebris, nec verbum quidem, qui præ omnibus fuiſſet tamquam columna ingens ob omniũ oculos erigendus. Prætereà cùm ſanctus Ioannes Damaſcenus, & ipſe Syrus, haud ignoraſſe facilè potuiſſet, quæ in Syria geſta erant, nec prætermiſiſſet (ſicut feciſſe reperitur de alia imagine ex ſagittæ vulnere ſanguinẽ dãte) huius rei tam inſignis meminiſſe: planè inducimur vt credamus, etiam poſt ſanctum Ioannem Damaſcenum ea Beryti fieri contigiſſe: vt magis audiendus ſit Sigebertus, qui narrat id factum anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto, cùm imperaret Conſtantinus Copronymus Iconoclaſta, qui nominat inſuper Epiſcopum qui tunc Beryti Eccleſiæ præerat, Adeodatum, hancque apponit appendicem ad ea quæ dicta ſunt: *Epiſcopus ſanguinem per ampullas diuiſum longè latéq; dirigens prædicabat magnalia Dei, obteſtãs omnes, vt ſingulis annis quintò Idus Nouembris celebraretur paſſio Dominica imaginis.* hæc ipſe.

XXXI. DE TEMPORE BERYTANI MIRACVLI.

Sed fortè magis audire placeat, quod in veteribus Eccleſiarum Lectionarijs id factum hoc tempore dicatur ſub Irene & Conſtantino filio. Celebris namque fuit olim in Eccleſijs tantæ rei annua commemoratio, quæ vniuerſum fermè Chriſtianum orbem in ſui admirationem cõmouerat. Etenim rei veritate accuratè perſpectâ, in tabulis Eccleſiaſticis ad poſterorum fidem perpetuò conſeruandã ſcripta fuit, vt annis ſingulis, ſingulis in Eccleſijs publico præconio decantetur, quã in Romano etiã Martyrologio quintò Idus Nouẽbris ita reperitur eſſe conſcripta. *Beryti in Syria cõmemoratio imaginis Saluatoris, quæ à Iudæis crucifixa tã copioſum emiſit ſanguinẽ, vt orientales & occidentales Eccleſiæ ex eo vbertim acceperint.* At non tantũ, ſed rei geſtæ hiſtoriã in Eccleſijs legi antiquitùs cõſueuiſſe, indicant veteres codices Eccleſiarũ, quos Lectionaria, ſeu Sanctuaria cõſueuerunt nominare: in quibus (vt dictũ eſt) ſcriptũ reperimus, id accidiſſe ſub Conſtantino & Irene Impp. Sed quòd his temporibus huius hæreſis, duo fuerunt Conſtantini ac duæ pariter Irenæ, diuerſa ſcribendi de tempore occaſio data eſt. Fuit prior Irene natione Cazara filia Chagani Regis, ipſi nupta Conſtantino Copronymo, ex qua genitus eſt Leo, qui ei in Imperium ſucceſſit, fuitque ipſa auia Conſtantini, qui hoc tempore regnauit cum Irene matre, quæ Attica genere fuit.

XXXII.

Tanta quidem Deus hoc tempore, cùm vigeret impietas Iconoclaſtarum hæreticorum, & Sarracenorum idem docentium & cogentium de abdicando venerandarum imaginum cultu, operatus eſt, quo vel vno ſigno ex aduerſariorũ officina deprompto (ne quid poſſet impoſturæ adſcribi) eorundem impietas confutaretur, penituſque error aboleretur, dilueretur q; ſanguine Chriſti iterum per imaginem crucifixi. Sed docuit experimẽtum, ſuperari perfidiam Iudæorum ab hæretica prauitate, illis licèt Chriſti hoſtibus implacabilibus manus dantibus, iſtis reſilientibus, & in deterius prolabentibus, atq; in obſtinationis profundum abyſſum lapſis, impiè blaſphemantibus.

Poſt hæc autem, vt ad Acta Synodi redeamus, alijs innumeris allatis de veneratione ſacrarum imaginum hinc inde locis, lectiſq; epiſtolis Gregorij Papæ ſecundi eius nominis, & Germani Epiſcopi Conſtantinopolitani ad diuerſos eodem argumento conſcriptis, quas nos ſuperiùs eo quo ſunt anno datæ poſuimus: ad poſtremum ſancta Synodus inhærere ſe antiquis traditionibus & Patrum ſententijs profeſſa, anathematiſmos ſuperioribus ſimiles aduerſus Iconoclaſtas hæreticos promulgauit. Quæ omnia ſecuta eſt ſubſcriptio omnium Epiſcoporum.

XXXIII. ACTIO QVINTA.

Quinta autem Actio collecta eſt eodem anno, quarto Nonas Octobris, vbi preloquutus Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cùm oſtendiſſet hæreticos Iconoclaſtas ſectatos eſſe Iudæos, Sarracenos, Gentiles Samaritas, & Manichæos, vtium ſacrarum imaginum reſpuentes, ad veritatis comprobationem alia allata teſtimonia iuſſa ſunt recitari, redargutis argumentis, ab hæreticis ad ſoli ipſorum hæreſim confirmandam allatis. Poſt hæc

autem patefactę ſunt hæreticorum eorũdem fraudes tempore vrgẽtis perſecutionis admiſſæ in corrumpendis, abolendis, & incendendis ſacris codicibus, in quibus de venerado cultu ſacrarum imaginum mentio aliqua eſſet inuenta. Qui id nefariè præſtiterunt fuiſſe hæreticos Patriarchas, Anaſtaſium, Conſtantinum & Victorem, teſtatus eſt Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus. His peractis, & firmiùs ſtabilito cultu ſacrarum imaginum, ſentẽtia Legatorum Apoſtolicæ Sedis & aliorum, rurſum iterati ſunt aduerſus Iconoclaſtas anathematiſmi impoſitusq; eſt finis eidem Actioni.

XXXIV. Actio sexta. Sequẽti rurſum die, nempe tertio Nonas Octobris, vt ex verſione Anaſtaſij liquet, licèt in Vulgata pridie Nonas legatur, in ſexta Actione recitata B eſt definitio facta ab hæreticis Iconoclaſtis in pſeudoſeptima ab eis ita appellata Synodo Oecumenica, cui per ſingula capita paratum fuit ad venenum antidotum, Gregorioq; Epiſcopo Neocæſariæ legente textum hæreticorum per capita ſingula, Epiphanius diaconus ſcitam à Patribus appoſitam reſponſionem perlegit. Quæ tu omnia maiori ocio conſulas, ne hic diutiùs, quàm par eſt, immoremur, Titulum tantùm ponemus, quem hæretici ſuæ ipſorum ſententiæ præfixerunt, ſcilicèt: *Definitio ſanctæ magnæ & vniuerſalis Synodi.* cui digna eſt indita confutatio ex ſancta Synodo, nimirum nullum Epiſcoporum conuentum mereri nomen Oecumenicæ Synodi, cui non interfuerit Romanus Ponti- C fex præſens nec per Legatos, neque per litteras Synodales.

Iconoclastæ quam solam imaginem professi sint venerabilem. Poſt multa ab hæreticis calumnioſè, ſubdolè, & mendaciter dicta confutata de ſacris imaginibus, eò peruẽtum eſt inter legẽdum, vbi illi, poſtquàm omnes humanâ operâ factas imagines ſe deteſtari & anathemati tradere profeſſi ſunt, eam ſe venerari tantùm imaginem dixere, quâ Filius Dei ſeipſum in ſacramento panis & vini ante paſſionem expreſſit. Ita ipſi quidem, cùm tamen veritatem corporis & ſanguinis Chriſti confiterentur. At quantùm exhorruerint Patres vocem iſtam imaginis in ſacroſancto ſacramẽto Euchariſtiæ, reſponſione omniũ declaratum eſt, ex qua magis magiſque redarguas D noſtri temporis Nouatores, Iconoclaſtis iſtis deteriores. Vt igitur tam ab his quàm ab illis, hæreticis ſcilicèt & Catholicis Nouatores prædamnatos intelligas, hic caput ipſum reddendum putamus, quod ſic ſe habet ex hæreticorum fonte depromptum, ex ſeptima ipſorum pſeudoſynodo, in iſta legitima & Oecumenica recitatum & confutatum.

XXXV. *Gregorius Epiſcopus legit: Lætentur & exultent & fiducialiter agant hi qui veram Chriſti imaginem ſinceriſſima anima faciũt & deſiderant & colunt, & in ſalutem animæ & corporis offerunt, quam ipſe ſacratiſſimus immolator & Deus noſter ex nobis ex toto noſtram maſſam aſſumens ſecundùm tempus propria paſſionis, in typum & commemorationem euidentiſſimam tradidit miniſtris ſuis. E Ipſe namq; voluntariè traditurus memorabili & viuificæ mortis ſuæ acceptum panem benedixit, & gratias agẽs fregit, & dans dixit: Accipite & comedite in remiſſionẽ peccatorum: Hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem tradens dixit: Hic eſt ſanguis meus, hoc facite in meam commemorationem. Veluti nulla aliâ ſpecie ab eo electâ ſub cælo vel formâ imaginari eius incarnationem volens. Vide ergò quòd imaginiuiſici corporis pretioſè & honorabiliter facta ſit.*

Quid enim argumẽtatus eſt in hoc ſapiẽtiſſimus Deus! Nonne vt oſtenderet & exprimeret euidenter nobis omnino myſterium quod operatus eſt per diſpenſationem ſuã? quia id quod ex nobis ſuſcepit, materia ſola eſt humana A *ſubſtantia per omnia perfecta, non figurantem propriè ſubſiſtentem perſonam, vt non additamentum perſonæ diuinitati intercedat: Ita & imaginem & materiã præcipuam, id eſt, panis ſubſtantiam præcepit offerri, non figurantem hominis formam, ne idololatria ſubintroducatur. Sicut ergò corpus Chriſti quod ſecundùm naturã ſanctum eſt, vtpote diuinitùs ſanctificatum: Ita manifeſtum eſt, quòd adoptione, id eſt, ipſa imago eius ſancta eſt, vtpote per quandam* * *ſatisfactionem gratia ſanctificata.* (* sanctificationem) *Hæc enim & geſſit (vt diximus) Dominus Ieſus, vt ſicut carnem quam ſuſcepit, propriâ ſecundùm naturam ſanctificatione, ex ipſa vnitione deificauit, ſimiliter & Euchariſtiæ panem, & non falſam imaginem naturalis carnis per ſancti Spiritus aduentum ſanctificãdum diuinum* B *corpus fieri voluit, mediante ſacerdote, qui oblationem de communi ſeparans, ad ſanctificationem pertingere facit. Itaque Chriſti caro ſecundùm naturam animata & intelligibilis vncta eſt Spiritu ſancto in diuinitatem: ſimiliter diuinitùs tradita imago carnis eius, diuinus videlicet panis repletus eſt Spiritu ſancto cum calice vitam ferentis ſanguinis lateris eius. Hæc ergo demonſtrata eſt vera imago diſpenſationis quæ in carne effecta eſt, ſcilicet Dei noſtri (quemadmodum ſupradictum eſt) quam ipſe nobis veræ naturæ viuificator & factor voce propriâ tradidit.* hactenùs Iconoclaſtæ in pſeudoſynodo ſeptima ab eiſdem nuncupata. Quæ ipſa (vt magis mireris) contra nos obijciunt Nouatores, calumniantes à noſtris hæc eſſe dicta, quę ab Iconoclaſtis ſunt aſſerta, C ſed à noſtris, ab Orthodoxis ſcilicèt, cõfutata: nam ad iſta reſponderunt Patres, verbum imaginis in ſacratiſſima Euchariſtia penitùs deteſtantes.

Epiphanius diaconus legit: Pater qualiter omnis ſermo propoſitus, quando ſemel a veritate auerſus eſt, multas & periculoſas prauitates à conſequentia ſeductoria proferat. XXXVI Confutatio eorum. *Quippe & iſti præceptores nouitatis hoc paſſi ſunt: auerſi enim à veritate propter imaginum fractionem, etiam in alteram extremam apoplexiæ inſaniam delapſi ſunt. Etenim quaſi ex Delphico Tripode forſan hæc & pernicioſa dogmata oraculo deprompſerunt. Sed audiant à Prouerbialis verbo:* [a] *Laqueus fortis viro labia ſua, & capitur* [a] Prou. 6. *proprijs verbis oris: ligna enim & fœnum & ſtipulam appoſuerunt, quorum finis in combuſtionem.*

D *Nullus enim aliquando tubarum Spiritus ſanctorum* Eucharistia vere corpus Christi est non imago. *videlicèt Apoſtolorum, aut illuſtrium Patrum noſtrorum incruentum ſacrificium noſtrum, quod in commemorationem Chriſti Dei noſtri & omnis diſpenſationis eius efficitur, dixit imaginem corporis eius: neque enim acceperunt à Domino ſic dicere vel confiteri; ſed audiant Euangelicè dicente eo:* [b] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non intrabitis in Regnum* [b] Ioan. 6. *cælorum. Et qui manducat meam carnem, & bibit meum* Matt. 26. *ſanguinem, in me manet & ego in eo. & accepto pane,* Marc. 14. *gratias agens fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite* Luc. 22. *& comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis ef-* E *fundetur in remiſſionem peccatorum. Et non dixit, accipite & comedite imaginem corporis mei.*

XXXVII *Sed & Paulus diuinus Apoſtolus, & ex diuinis Domini vocibus hauriens, ait:* [c] *Ego accepi à Domino, quod & tra-* [c] 1. Cor. 11. *didi vobis: quoniam in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cænauit, dicens: Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, Hoc facite quotieſcumque biberitis in meam commemorationem. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Ergo liquidò demonſtratum eſt, quod nec Dominus, neque Apoſtoli, aut*

Patres imaginem dixerunt ſacrificiũ ſine ſanguine, quod per ſacerdotem offertur, ſed ipſum corpus & ipſum ſanguinem.

Et ante ſanctificationis quidem celebrationem, typos, ſiue antitypa quibuſdam ſanctorum Patrum hæc piè viſum eſt nominare, quorum eſt Euſtathius propugnator Orthodoxæ Fidei, & Arianæ deſtructor veſaniæ, & Baſilius eiuſdem infelicis ſuperſtitionis depoſitor, qui omne quod ſub ſole eſt, planam rectorum dogmatum baſim edocuit. Ex vno enim eodemq; Spiritu diſputantes, vnus quidem eorum interpretans Salomoniacum dictum, quod in Prouerbijs legitur: [a] *Comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis, hoc dicit: per panem & vinum, typos corporalium Chriſti prædicat membrorũ. Alter verò ex eodem fonte hauriens (vt nouerunt omnes ſacerdotij myſtici cultores) in oratione Dominicæ oblationis ita dicit: Confidentes appropinquamus ſancto altari, & proponentes typos ſancti corporis & ſanguinis Chriſti tui, te deprecamur, & te rogamus. Et quod deinceps infertur, certiorem Patris huius perfecit ſentẽtiam, qualiter antequàm ſanctificata fuerint, vocata ſint typi, imagines ſcilicet: poſt ſanctificationem autem corpus propriè & ſanguis Chriſti dicuntur, & ſunt, & creduntur. Ipſi verò veri fortes volẽtes venerabilium imaginum demoliri viſionem, aliã imaginem introduxerunt, quæ non eſt imago, ſed corpus & ſanguis. Porrò improbitate & aſtutiâ referti, ſophiſmate prauo ſemet decipientes, adoptione nominauerunt fieri hanc diuinam oblationem. Et quemadmodum hoc dicere, aperta eſt dementia, ita & imaginem dicere, ampliorem indiſciplinationis habet impietatem.*

XXXIIX *Deinde dimiſſo mendacio, tangat pauxillum quid veritatem diuinum corpus dicentes fieri. At ſi imago eſt, non poteſt eſſe hoc diuinum corpus. Ergo hinc inde circunducto, inualida omninò manent, quæ ab illis ſuſurrata ſunt. Sicut enim oculus turbatus, non rectè videt, ita & ipſi prauarum confuſione cogitationum ſenſum ſuum turbãtes, ac turbulentum reddentes, idipſum patiuntur quod inſanientes, alia ſcilicet pro alijs phantaſticè paſſi, aliquando quidem imaginem dicentes ſancti corporis Chriſti intelligibile ſacrificium noſtrum; aliquando verò poſitione corpus. Porrò hæc paſſi ſunt quẽadmodum diximus, imaginalium formationum cultum ab Eccleſia volentes exterminare, gaudentes ſuper euerſionem Eccleſiaſticarũ traditionum:* hactenus de his Patres. Sunt poſt hæc alia recitata ex pſeudoſynodo Monothelitarũ, atq; pariter ab Orthodoxis Patribus confutata: ſicque clauſa eſt præſens ſexta Actio.

SEPTIMA ACTIO ET VLTIMA. Conuenerunt autem rurſus Patres ibidem loci, eodem anno atque menſe, nẽpe tertiò Idus Octobris, in qua (quod reliquum videbatur iam damnatâ perfidiâ Iconoclaſtarum) ſancita eſt Catholicæ Fidei definitio, in qua primùm mentio facta eſt reliquarum ſex Synodorum Vniuerſalium, & confirmatio earumdem eſt ſequuta: Catholicum pariter eſt Symbolum recitatum, vbi cum ad Spiritus ſancti confeſſionem ventum eſt, his eſt ipſa verbis expreſſa: *Et in Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem,* QVI EX PATRE FILIOQ. PROCEDIT, *qui cum Patre, &c.* habet id vulgata verſio eius Concilij. itẽ & vetus tranſlatio Anaſtaſij Bibliothecarij ad Ioannem octauum Papam conſcripta: idipſum continet & Græcus textus, ne quis impoſturam eſſe arguere poſſit.

Cùm enim eiuſdẽ Fidei definitio recitata eſſet in Concilio Florentino in Seſſione quinta Ferrariæ habita, hæc de germana textus lectione Acta habent: *Lectâ ſeptimi generalis Concilij definitione, Latini quemdam vetuſtiſſimum librum in medium attulere, in quo quidẽ eadẽ ipſa definitio, ſanctumq; Spiritum ex Patre Filioq; procedere, ſcriptũ erat. Qua de re non mediocris contentio in illa Seſſione fuit exorta.* Græcis videlicet reluctantibus; cùm & Iulianus Cardinalis S. R. E. tituli S. Sabinæ hæc ad Imperatorem qui præſens erat.

Septimi Concilij Symbolum, ſereniſſime Imperator, quod modo fecimus recitari, in vetuſtiſſimo volumine ſcriptum eſt, ita vt nemo poterit ſuſpicari corruptum fuiſſe, cùm præſertim quidam hiſtoricus noſter antiquus quidem ac litteratus inter alia id quoque teſtetur, hoc ipſum Symbolum in ſeptimo Concilio recitatum fuiſſe. Talia præterea Symbolo cum hac additione vel declaratione, EX FILIOQ. *non mediocrem tribuimus auctoritatem.* XXXIX.

Cæterùm liber ille dictus, Capitulare aduerſus Nicænam Synodum, miſſus à Carolo Magno per Engilbertum Abbatem & Capellanum ſuum ad Hadrianum Romanum Pontificem, quænam germana fuerit lectio eius textus, edocet, vtpote quia ab aduerſario reprehendatur, quod Taraſius in Actione tertia non dixerit A PATRE FILIOQ. Fuit enim iſta prima reprehenſio aduerſarii his verbis concepta: *Quòd Taraſius non rectè ſentiat, qui Spiritum ſanctum non ex Patre & Filio, ſecundum Nicæni Symboli fidem, ſed ex Patre per Filium procedentem in ſua crudelitatis lectione profiteatur.* Si ergo hoc ipſum ſcriptum fuiſſet in totius Synodi fidei profeſſione, quæ in hac ſeptima habetur Actione, Spiritum ſanctũ ſcilicet à Patre per Filium procedentem: & non potiùs (vt habet) à Patre Filioq; procedentem: certè quidẽ ab aduerſario non vnus Taraſius in crimen vocatus eſſet, ſed ipſa Synodus vniuerſa, quã acriter impugnabat. Sed quod (vt ſuperiùs dictũ eſt) Iconoclaſtarũ prima fuit illa reprehẽſio & prohibitio, ne diceretur Spiritus ſanctus à Patre Filioq; procedere: Patres ipſi ne vel in hoc cõmunicarẽt cũ illis, contra ipſorum ſententiam dixerint: A PATRE FILIOQ. PROCEDIT. Cùm igitur aduerſarius nõ vniuerſam Synodũ, ſed Taraſiũ tantũ erraſſe in tertia Actione dicat, euidens teſtimonium eſt, in Synodi profeſſione fidei Actione ſeptimâ aliter ſcriptũ eſſe, ſicq; germanam eam fuiſſe lectionem, quam vetus Latinus codex dicitur habuiſſe.

XL. Quod etiã ex reſponſione Hadriani Papæ colligitur, dũ Taraſius defenditur & aſſeritur ab Eccleſia Romana vtrumq; receptum fuiſſe, vt poſſet dici Spiritum ſanctũ à Patre Filioq; procedere, & à Patre per Filium. Et Gennadius: [b] *Diuinus (inquit) Taraſius Conſtantinopolis Patriarcha in epiſtola ad Orientis Pontifices, quæ incipit: Multis & ingentibus prouidentijs, ſic ait: Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filiũ procedit, & eũ eſſe Deũ cognoſcimus. Audis, ex Patre, inquit, per Filiũ procedere? Quod verò dicto, per cauſam ſignificat, anteà dictum eſt,* &c. hæc Gennadius, contendens quod idem ſit dicere, per Filium, quod ex Filio. At de his ſatis ad inſtitutum.

Quẽ verò cultũ à fidelib. impertiri voluerint ſancti Patres ſacris imaginib. hiſce verbis ſignificarũt: *His ita ſe habentib. regiâ quaſi euntes ſemitâ, ſequẽtes diuinitùs inſpiratũ ſanctorũ Patrũ noſtrorũ magiſterium, & Catholicæ traditionem Eccleſiæ (nam Spiritus ſancti hanc eſſe nouimus, qui nimirum in ipſa habitat) definimus in omni certitudine & diligentia, ſicut figuram pretioſæ & viuificæ Crucis, ita venerabiles ac ſanctas imagines proponendas, tam de coloribus, & taxellis, quàm ex alia materia congruenter in ſanctis Dei Eccleſiis & ſacris vaſis ac veſtibus, & in parietibus ac in tabulis, domibus & vijs, tam videlicet imaginem Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quàm intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Dei Genitricis eius, honorabiliumque Angelorum, & omnium Sanctorum ſimul & almorum virorum. Quantò enim frequentius per imaginalem formationem*

[a] Prou. 9.

[b] Gennad. pro Concil. Florent. cap. 1. ſect. 6. propè finem.

videntur, tantò qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad primitiuorum earum memoriam, & deſiderium, & ad oſculum, & ad honorariam his adorationem tribuendam: non tamen ad veram latriam, quæ ſecundùm fidẽ eſt, quæq; ſolùm diuinam naturam decet, impertiendam: Ita & iſtis, ſicuti figuræ viuificæ Crucis, & ſanctis Euangelijs & reliquis ſacratis monumentis incenſorum & luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum & antiquis piæ conſuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitiuum tranſit, & qui adorat imaginem, adorat in ea depicti ſubſiſtentiam, perſonam videlicèt.

XLI.

TRADITIO CONSERVANDA.

[a] Soph. 3.

Sic enim robur obtinet ſanctorum Patrum noſtrorum doctrina, id eſt, traditio ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines terræ ſuſcepit Euangelium. Sic Paulũ qui Chriſto locutus eſt, & omnem diuinum Apoſtolicum cœtum, & priſtinam ſanctitatẽ ſequimur, tenentes traditiones quas accepimus. Hinc triumphalis Eccleſia prophetice canimus hymnos[a]: Gaude ſatis filia Sion: prædica filia Hieruſalem: Iucundare & lætare ex toto corde tuo. Abſtulit Dominus iniuſtitias aduerſantium tibi: redemit te de manu inimicorum tuorum. Dominus Rex in medio tui: non videbis mala vltrà, & pax in te in tempus æternum. Eos ergo qui audent aliter ſapere & docere, ſecundùm ſceleſtos hæreticos Eccleſiaſticas traditiones ſpernere, & nouitate qualibet excogitare, vel proijcere aliquid ex his quæ ſunt Eccleſiæ deputata, ſiue Euangelium, ſiue figurã Crucis, ſiue & imaginalem picturam, ſiue ſanctas reliquias Martyrum, aut excogitare prauè & aſtutè ſubuertendi quamcumque ex legitimis traditionibus, ſiue Eccleſiæ Catholicæ, vel etiam quaſi communibus vti ſacris vaſis, aut venerabilibus miniſterijs: ſi quidem Epiſcopi vel clerici fuerint, deponi præcipimus; monachos autem & laicos à communione priuari. hactenus definitio Fidei ex verſione, qua vtimur, Anaſtaſij.

[b] In Damaſ. de hæreſ. prope finem.

EADEM CVM SYNODO IC. DAMASCENI SENTENTIA.

Eadem quoq; ſuis ſcriptis profeſſus eſt ſanctus Ioãnes Damaſcenus [b], qui libro primo & tertio Apologetici ſæpè ſæpiùs repetit, imagines nullo modo coli debere cultu latriæ numeratq; inter hæreticos illos, qui imagini cuipiam dixerint tribuendũ eſſe latriæ cultum, hoſq; nominat Chriſtiano catagoros, nẽpe accuſatores Chriſtianorum, eò quòd Chriſtianæ religioni magnam inurerent notam, quòd ipſorũ cauſa dicerentur ab aduerſarijs Chriſtiani idolorum cultores, qui vt deos imagines colerent.

XLII.

SCHOLASTICORVM VNA EADEMQVE SENTENTIA CVM NICÆNO CONCILIO.

Cęterùm nequaquam in horum claſſem coniecerimus Scholaſticos illos, qui Chriſti Redẽptoris imagini atque ſanctiſſimæ Crucis latriæ cultũ tribuẽdum eſſe dixêre. Nam cùm ipſi idem ſenſerint reuerà cum Orthodoxis, ob diuerſitatem tantùm vocum, adhibità aliquâ diſtinctione, ſeu declaratione, haud ab ijs vllo modo ſunt ſeparandi; ſiquidem conſtãtiſſima eſt etiam ipſorum aſſertio, nulli creaturæ diuinum cultum, qui ſoli Deo conuenit, eſſe impertiendũ. Cùm verò eiſdẽ ſacris Chriſti imaginib. latriæ adorationem eſſe impendendam ijdem aſſeruêre: vtiq; dicẽdum, intellexiſſe impropriè & non propter ſe, aut ex ſua natura, ſed per accidens, & relatiuè ad aliud: vt tunc non imago colatur vt Deus propriè, ſed Deus in imagine ſiue per imaginem: Sic etiam cùm coluerunt antiqui patres Deum (quem nemo [c] vidit vmquã neq; videre poteſt) in diuerſis formis ſeu imaginib. apparentem, in quib. conſtat repræſentatum fuiſſe Deum, non tamen illas ipſas fuiſſe Deum: eos non peccaſſe, ſed meruiſſe dicendum, dum illas ipſas imagines vt Deum coluere cultu latriæ, quas ſcirent repræſentaſſe Deum. Quod igitur nemo ipſorum dixerit adorandas imagines cultu latriæ propter ſe (id enim

[c] 1. Ioan. 4. 1. Tim. 6.

A eſſet reuera idololatria ſed propter aliud: vtiq; nõ propriam per ſe exiſtentem latriæ cultum illis tribuiſſe noſcuntur, ob quod damnandi eſſent, ſed cultum latriæ illum tantum qui fit ob aliud, & per accidens, relatiuè ad primum exemplar.

XLIII.

VNDE IN VNA SENTENTIA LOQVENDI ORTA DIVERSITAS.

Verùm cum reipſa vna eademq; ſit eorumdem & omnium Orthodoxorum ſententia de ſacrarum imaginum cultu; quod autem diuerſis eadem verbis expreſſa & penè contrarijs reperitur: non aliũdè accidiſſe puto, niſi quod eiuſmodi tam firma, conſtans, & certa, tamq; ſerio pertractata ac definita, atq; in canonem redacta ſentẽtia Nicæni poſterioris Concilij minimè iiſdem ſanctis & doctis viris innotuit. Nam etſi quid de eodem Concilio B per leuem aliquam hiſtoriarum lectionem perceperunt: cùm iidem illud improbatum eſſe in Synodo Francofordienſi intellexerunt, nullam de eo rationem eſſe habendam exiſtimarunt. Vel ſi ijdẽ (quod puto veriùs) ipſum Oecumenicum eſſe sciuerunt, approbatumque à Romano Pontifice, damnatum verò ab aduerſarijs; tamẽ quòd in eo mẽtirentur aduerſarij, definitum eſſe cultum latriæ ſacris Chriſti imaginib. tribuendũ: verum id eſſe putantes, in contrarium niſi, calumniam non intelligentes (de qua fuſius ſuo loco dicendum erit inferius, cùm erit ſermo de Francofordienſi Concilio) pro ipſo Concilio cauſam agere ſe putarũt, ſi quomodocumq;, improprietate verborum licet, latriæ C cultum in ſacris Chriſti imaginibus tuerẽtur: Sicq; ex ignoratione rerum geſtarum diuerſitas iſta loquendi accidiſſe cognoſcitur.

XLIV.

Cæterùm etſi ignoratio iſta Nicænę definitionis videatur reprehenſibilis, tolerabilis eſt tamẽ & in doctis viris etiam excuſabilis, ſicut in S. Auguſtino [d] (quam faſſus eſt publicè) ignorantia Nicæni prioris magni Concilij canonis toto orbe vulgati & vſu recepti, ne in vna Eccleſia duo ordinarẽtur Epiſcopi. Non enim omnia poſſumus omnes ſimul ſcire, & multa prætereunt multos etiam multa ſcientes. Quamobrem, ſi (vt diximus) ea quæ fuerũt in Nicæno Concilio ſtatuta, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate firmata, iſti de quib. eſt ſermo, nouiſſent, atq; certiùs intellexiſſent, non ex veritate, ſed per calumniam proclamatum ab aduerſarijs, definitũ eſſe D cultum latriæ ſacris imaginib. in Nicæno Cõcilio, atq; ſciuiſſent ab ipſo reuera penitùs fuiſſe contrarium decretum atq; firmatum, nimirum nulla imaginem colendam eſſe cultu latriæ: ſanè quidem (vt fuit ipſis ſemper Orthodoxis in more) nullâ penitus cõtrarietate ſiue diuerſitate verborum quouis prætextu veritatem Orthodoxæ Fidei circumduxiſſent: ſed eadem ipſiſſima verba atq; ſententiam ſacri Oecumenici Cõcilij defendiſſent, totidemq; verbis reddita & aſſerta firmaſſent.

[d] Aug. Aß. de trad. de ſig. ep. 110.

IGNORATA DEFINITIO NICÆNI SECVNDI CONC.

Sed & quod non minoris auctoritatis & roboris vlla ex parte eſt Oecumenicum Concilium Nicænum poſterius à priori Nicæno: ſicut antiqui Patres illi millies mortem pati parati erant quàm voE cẽ illam, Conſubſtantialẽ, ab illo Concilio in Symbolo poſitam & definitam deſerere, licet per æquipollẽtia verba idem dici poſſe ab aduerſarijs proponeretur: ita & iſti huius poſterioris Concilij Nicæni non ſolùm ſententiam, ſed ipſa quoque verba mordicùs tenuiſſent, cõſtantiùs defendiſſent, atq; firmiùs aſſeruiſſent, probè ſcientes, non eſſe moris in Eccleſia aduerſus Oecumenici Concilij decreta Romanorum Pontificũ auctoritate firmata quãtumuis doctos, quantumuis ſanctos inſurgere, & vel latum vnguem ab eorum ſententia, verbiſque recedere, ſed quàm conſtantiſſimè ad apicem vſq;

quæ-

quæcunq; in eis repetiuntur ſcripta defendere, tantum abeſt, vt alijs ab illis cõtrariis vel diuerſis verbis veritatem Catholicam fidelib. ſeruandam proponerẽt, quòd ſi ſecus feciſſent, magnam profectò ſuæ ipſorum exiſtimationi infamiæ notam inuſſiſſent, & hac ex parte an Catholici eſſent, qui Oecumenicæ Synodo aduerſati tam liberè viderentur, ſuſpicionem in nonnullorum animos induxiſſent, vel ſaltem temeritatis nomine redarguendi fuiſſent. Sed ab his omnibus hos excuſat ignoratio hiſtoricæ veritatis. At de his ſatis, iam quæ ſunt reliqua Nicæni Concilij videamus.

XLV. His igitur in Synodo definitis acceſſit omnium Epiſcoporum ſubſcriptio, quam ſubſecutæ ſunt publicæ eiuſdẽ ſanctæ Synodi acclamationes, quæ ſic ſe habuerunt additis anathematiſmis.

Sancta Synodus ita exclamauit: Omnes ita credimus: Omnes id ipſum ſapimus: Oẽs conſentiẽtes ſubſcripſimus.

ACCLAMATIONES SYNODI.

Hæc eſt fides Apoſtolorum: Hæc eſt fides Patrum: Hæc fides Orthodoxorum: Hæc fides orbem terrarum ſtabiliuit: credentes in vnum Deũ in Trinitate laudandum, honorabiles imagines oſculamur. Qui ſic non habent, Anathema ſint. Qui ſic non ſentiunt, procul ab Eccleſia pellantur.

ANATHEMATISMI SYNODALES.

Nos antiquam legiſlationem Eccleſiæ Catholicæ ſequimur. Nos leges Patrum cuſtodimus.

Nos eos qui addunt vel adimũt de Eccleſia, anathematizamus. Nos ſubinductam nouitatem Chriſtianos accuſantium anathematizamus.

Nos venerandas imagines recipimus. Nos eos qui ſic nõ ſe habent, anathematiſmo ſubmittimus.

Nos iis qui aſſumunt dicta, quæ à diuina ſcriptura cõtra idola proferuntur, in venerabiles imagines, dicimus Anathema.

His qui vocant ſacras imagines idola, Anathema.

His qui dicunt, quia vt ad deos, Chriſtiani ad imagines acceſſerunt, Anathema.

His qui communicant ſcienter iis, qui iniuriã & cõtumeliam venerabilib. imaginibus inferunt, Anathema.

His qui dicunt, quia præter Chriſtum alius exemit nos ab idolis, Anathema.

XLVI. *His qui audent dicere Catholicam Eccleſiam aliquando idola recepiſſe, Anathema. Multos annos Imperatorib. Conſtantino & Irenæ matri eius. Multos annos Victoriæ Imperatorum. Multos annos nouo Conſtantino, & nouæ Helenæ, æterna memoria: Dominus cuſtodiat Imperiũ eorum. Cæleſtis Rex terrenos cuſtodi. Omnib. hæreticis, Anathema. Frementi Concilio contra venerabiles imagines, Anathema. Theodoſio falſi nominis Epiſcopo Epheſino, Anathema. Siſinnio Epiſcopo cognomento Paſtilla, Anathema. Baſilio, qui obſcœna pronunciatione Tricacabus appellatus eſt, Anathema. Trinitas horum trium dogmata depoſuit. Anaſtaſio, Conſtantino, & Nicetæ, qui per ſucceſſionem throno Conſtantinopolitano præſederunt ac ſi nouo Ario, Neſtorio & Dioſcoro, Anathema. Sancta Trinitas horum trium dogmata depoſuit. Ioanni Nicomediæ, Conſtantino Nacoliæ hæreſiarchis, Anathema. Ad nihilum deduxerunt imaginem Domini & Sanctorum eius: ad nihilum deduxit eos Dominus. Si quis hæreſeos Chriſtianos accuſat, vel in ea hæreſi vitam ſuam tranſigentem defendit, Anathema.*

Si quis Euangelicas narrationes titulis, picturiſq; factas non admittit, Anathema. Si quis non oſculatur has tamquam nomine Domini & Sanctorum eius factas, Anathema.

Si quis omnem traditionem Eccleſiaſticam ſiue ſcriptã ſiue non ſcriptam irritam facit, Anathema.

XLVII. *Germani Orthodoxi æterna memoria, Ioãnis & [a] Gregorij æterna memoria, prædicatorum veritatis æterna memoria. Trinitas hos tres glorificat: quorum diſputationes ſequi mereamur miſerationibus & gratiâ primi & magni Pontificis Chriſti Dei noſtri, intercedente intemeratâ Dominâ noſtrâ ſanctâ Dei Genitrice, & omnibus Sãctis eius, fiat. Amen.* hactenus acclamationes. Porrò hi tres quib. acclamauit adeò fauſtè Synodus, ij ſunt, quos potiſſimùm Iconoclaſtæ in ſuo ipſorum conciliabulo diris deuouerunt, & anathematiſmis atque maledictionibus ſunt proſequuti, nẽpe ſanctum Germanum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Ioannem Damaſcenum & Georgiũ in Cypro Epiſcopum, de quib. ſuperiùs dictum eſt. Præter fidei Catholicæ decretum, ab eadem ſacroſancta Synodo canones ſanciti ſunt viginti duo, quos in poſteriori editione Conciliorum poſitos habes ex Heruetiana trãſlatione. Porrò eoſdem canones à Gratiano in Decretorum volumen ſub diuerſis titulis relatos inuenies. Omittimus hic omnes recitare prolixos ſatis.

[a] Georgij

Incipientes autẽ Patres ab Epiſcoporũ ordinatione, præceperunt nõ ordinandos Epiſcopos, niſi promittant ſe canones ſeruaturos, neq; etiam aſſumendos qui nõ eruditione & ſcientiâ ſacrarum litterarum atq; canonum eſſent inſtructi. Sed tertius canon itidem ad Epiſcoporũ electionẽ ſpectãs totidem hic reddendus eſt verbis, planè dignus, qui Regum omnium domus foribus inſcribatur vnà cum titulo ipſi ita præfixo [a].

[a] Diſt. 63. c. omnis electio

Quod non oporteat Principes eligere Epiſcopum.

XLVIII. NE A PRINCIPIBVS ELIGANTVR EPISCOPI.

Omnis electio à Principib. facta Epiſcopi aut presbyteri aut diaconi irrita maneat, ſecũdũ regulã quæ dicit: Si quis Epiſcopus ſæcularib. poteſtatib. vſus, Eccleſiã per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes qui illi communicant. Oportet enim vt qui prouehendus eſt in Epiſcopũ, ab Epiſcopis eligatur, quemadmodum à ſanctis Patrib. qui apud Nicæã conuenerunt, in regula definitũ eſt, quæ dicit: Epiſcopũ conuenit maximè quidẽ ab omnibus, qui ſunt in prouincia, Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit propter inſtantẽ neceſſitatẽ, aut propter itineris longitudinẽ: trib. tamen omnimodis conuenientib. & aliis per litteras conſentientibus, tunc conſecratio fiat, primatus tamẽ eorum quæ geruntur per ſuam quamq; prouinciã Metropolitano tribuatur Antiſtiti. hæc canon. quib. videas penitùs inhibitum eſſe Principibus, Eccleſiis præficere ſacerdotes. Habent tamen aliqui id ex Sedis Apoſtolicæ priuilegio.

Sed & illud à ſacroſancta Synodo ſtatutum fuiſſe reperitur [b], ad reparandas illatas (vt vidimus) per Iconoclaſtas hæreticos clades, cum Epiſcopia & monaſteria in vſum profanum conuerſa ſunt, vt in priſtinũ vſum eadẽ reſtituerentur. Hæc & alia quæ ob ingruentẽ perſecutionẽ defectu culturæ ſpineta Dei Eccleſiã occupárant, falx Apoſtolicę cenſuræ ſuccidit. Et inter alia illud fuit, vt ab iiſdem Iconoclaſtis introductum in Eccleſiam veſtitum pretioſum clericorum, eadem ſancta Synodus emendaret, ſanciens iſta.

[b] Ead. Synod. c. 12.

Quoniam radice amaritudinis exortâ, contaminatio facta eſt in Catholica Eccleſia Chriſtianos calumniãtium hæreſi, etiam hi qui hanc receperunt, non ſolùm imaginarias picturas abominati ſunt, ſed etiam omnem reuerentiam repulerunt, eos qui religioſè & piè viuunt offendentes; ac per hoc completur in eis quod ſcriptum eſt. [c] *Abominatio eſt peccatoris Dei cultus. Igitur ſi inuenti fuerint deridentes eos qui vilibus & religioſis veſtibus amicti ſunt, per pœnam corrigantur: priſcis enim temporibus omnis ſacratus vir cũ mediocri & vili veſte cõuerſabatur. Omne quippe q; nõ propter neceſſitatẽ ſuã, ſed propter venuſtatẽ accipitur, elationis habet calumniã: quẽadmodũ magnus ait Baſilius. Sed neq; ex ſericis texturis veſtem quis variatam induebat, neque apponebant variorum colorum ornamenta in ſummitatibus veſtimentorum: audierant* XLIX.

[c] Eccle. 1.

DE VESTITV CLERICORVM.

[a] Matt. 11. *enim ex Deiſona lingua,*[a] *quia qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt.* ſic igitur inſectata eſt ſancta Synodus omnem ſuperfluum veſtimentorum ornatum ab hæreticis, exploſâ antiquâ modeſtiâ, introductum. hæ & aliæ fuêre hæreticorum à ſanctis Patribus in hoc Concilio verrendæ quiſquiliæ. ex quo demum Synodales ſcriptæ ſunt litteræ ad diuerſos.

SYNODALES EPISTOLÆ.

Synodalis enim epiſtola data eſt in primis ad ipſos Imperatores, alia verò Encyclica ad omnes Eccleſias, tertia ad Hadrianum ipſum Romanum Pontificē, quam hîc tibi ex Anaſtaſij verſione reddituri ſumus; illud non prætermittentes ſignificare, ab eodem Taraſio ſcriptam haberi aliam epiſtolam eruditam ſatis atque prolixam ad eundem Hadrianum Pontificem de ſimoniaca hæreſi profliganda, quæ ab Anaſtaſio ad finem eiuſdem ſeptimæ Synodi poſita legitur, necnon apud Theodorum Balſamonem in appendice ad Nomocanonē Photij, de qua inferiùs, hîc tibi eam reddam, quę ab eodem Taraſio ex hac eadem Synodo ſcripta fuit, cùm ſe habeat tanquam recapitulatio omnium rerum geſtarum in Synodo his verbis:

L.

EPISTOLA TARASII AD HADRIANUM PAPAM.

Per cuncta ſanctiſſimo ac beatiſſimo fratri & comminiſtro Hadriano Papæ ſenioris Romæ Taraſius miſericordia Dei Epiſcopus Conſtantinopoleos Nouæ Romæ in Domino ſalutem.

Sufficeret quidem ſalutaris diſpenſatio magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ad pacem, vnanimitatem, & concordiam omnibus Chriſtianis: ipſe namque poſt ex mortuis reſurrectionem Apoſtolis ſuis inſufflans ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. cuius rei gratiā cōteſtatur omnibus nobis ille qui raptus in tertium cælum, & in paradiſum ingreſſus audiuit arcana verba, Paulus ſcilicet diuinus Apoſtolus aſſeruit, dicens:[b] *Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ diſſoluens inimicitiam in carne ſua.* [b] Epheſ. 2. *Et rurſum Theſſalonicenſibus præcipiens ait:*[c] *Itaq. fratres mei ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* [c] 2. Theſſ. 2. *Sed quoniam inimicus, qui ab initio nequam eſt diabolus, non dimiſit per diuerſa tempora ædificatam ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum Eccleſiam, ſecundùm quod ſibi viſum eſt, diſcindere atque diſrumpere, ſemet inſerens per quoſdam ſequentes ſe viros malos, & zizania superſeminare in regione hac, quæ culta eſt à cultoribus ſancti Spiritus, Apoſtolis ſcilicet ſanctis (ipſi enim virtute ex alto accepta, & hac diuina ſulcis operationis proſciſſa, eſcam æternæ vitæ reliquerunt his qui per ipſos crediderunt, tarpendam) horum Deiloquus doctrinam ſancti Patres noſtri, qui huius paſtores & cuſtodes per ſingula fuere tempora, ſuſcipientes, zizania, id eſt, hæreſes & nouitates addititias atque introductas radicitùs exciderunt, & meſſem mundam aruo conſeruauerunt.*

LI.

Veſtra ergo fraterna & ſummo Pontificio decorata ſanctitas cū his per Deiloquas ſuas doctrinas quodammodo ſermocinatur, & ab eis accepto veritatis verbo, ſpinoſas herbas quæ nunc germinauerunt, fideliſſimorum & pacificorum Imperatorum veritati concordans euellere macheræ ſpiritus feſtinauit, mittens ſecundùm ſcriptam ſibi petitionem noſtram ad vniuerſalem Synodum faciendam æquiuocos viros, Petros duos videlicèt, *principis Apoſtolorum Petri. Quibus aduenientibus, pij & trāquilliſſimi Imperatores noſtri eos benignè ſuſcipientes ad nos iubebant mitti, per eos litteras veſtras nobis ſuſcipientibus, & locatis cum illis quæ conueniebant, aduocauimus, & eos qui ab Oriente venerant ſacerdotio decoratos Ioannem & Thomam verbi & ſapientiæ participes, atq. virtutibus & modeſtiâ perornatos; aderant enim hic & ipſi, per idem tempus peruenientes.*

LII.

Itaque congregatis omnibus amabilibus Deo Epiſcopis intra diœceſeos, per nutum & diuinum zelum fideliſſimorū & piorum Imperatorum Seſſio Synodi facta eſt. Sed quidam ex inſenſatis ſenſibus moti, turbationemq. intra ſe facientes, exurgere nos fecerunt è conſeſſu, & prohibiti, anno vno taciti manſimus. At verò anno tranſacto, rurſus Deo amabiles Epiſcopi congregari in Nicænſium clara Metropoli Bithynenſium prouinciæ à pijs Imperatoribus noſtris iuſſi ſunt. Siquidem & nos comites adſciſcentes Deo amabiles viros[*] *& locs ſeruatores veſtros, ſimiliter & eos qui de Oriente venerunt: perreximus ad eandem Metropolim. Qui cùm omnes ſediſſemus, caput fecimus Chriſtum: iacebat enim in ſancta ſede Euangelium ſanctum, conteſtans omnibus nobis ſacratis viris qui conueneramus, iudicium iuſtum iudicare: Iudicare inter ſanctam Dei Eccleſiam & nouitatem quæ facta eſt.* [*] loca tenentes

Et cùm perlata primitùs veſtra fraterna ſanctitatis litteræ legerentur, præſtolabantur omnes, ſpiritualibus edulijs tanquam in regalibus cœnis fruenter, quæ Chriſtus per litteras tuas epulantibus præparabat: & ſicut oculus totum corpus ad rectitudinis & veritatis ſemitas oſtendebat: ſic ergo dirupta membra in vnum conueniebant; ſic vera conſonantia confirmabatur; ſic Catholica Eccleſia vnitatem recipiebat: cum quibus & earum quæ de Orientali diœceſi miſſa ſunt nobis litteræ, lectione factâ, integra Paterna traditionis pulchritudo demonſtrabatur, ac vis veritatis roborabatur, propoſitis videlicet pluribus teſtimonijs Patrum.

LIII.

His itaq. geſtis, prædicabatur à nobis omnibus, qui beneplacito Dei congregati eramus, recta & irreprehenſibilis confeſſio quæ vobis miſſa eſt à nobis, per relationem etiam miſſam pijs Imperatoribus noſtris: & omnes hæreticæ illius prauitatis hæreſiarchæ, & qui eos ſunt ſequuti & inconuertibiliter vitam ſuam finierunt, pari depoſitione damnati ſunt cum his qui ante Catholicæ hæretici fuerūt Eccleſiæ. Qui enim in vita ſua præſentes fuêre, ſalutem ſuā per ſcriptos à ſe libellos confeſſi ſunt. Et nequaquam dimiſit Chriſtus Deus noſter, petra viuorum in qua ſtabiliti ſumus, deſuper contextam per totum tunicam, id eſt, Eccleſiam ſuā, quæ ab ipſo & per ipſum ædificata eſt, diſciſſam & diruptam; ſed nec membra aliàs atque aliter ſeſe mouentia: quin potiùs vnà cum veteribus hæreſibus etiam errorem vanæ prauitatis eorum, qui Chriſtianos accuſantes contra venerabiles imagines rabidè latrant, verbo gratiæ ſuæ deſtruxit, & gladio ſpiritûs pupugit, & ſatisfacti ſumus per omnia, & per experimētum cognouimus, quia valet ſuper omnia veritas, & vincit ſecundùm non mentientem dicentis vocem:[d] *Reſiſtit autem ei nullus vniuerſorum, & eſt robuſtiſſima, ita vt eleuetur contra omnes inimicos, & eorum qui reſiſtunt ſibi legiones diſſoluat. Ecce enim ecce labia quidem falſa loquentium ceſſauerunt, & caligo procacium vituperationum quieuit; illuxit autem veritatis dogmatum ſpecioſitas, vbique abiecta eſt hæretica infamia, & Eccleſia ornamentum ſuum ſortita eſt, & accepit requiem ex opprimentibus ſe doloribus: immobilis enim eſt & expugnabilis; aduerſus cuius fidem portæ inferi & infidelitatis præualere non poterūt. Sicut ex Dominica voce audiuimus:*[e] *Et repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione, & facti ſumus lætantes in Eccleſia cui præſidemus ſecundùm voluntatem Dei. Hæc itaque facta ſunt, Chriſto, qui ſuper omnia Deus noſter eſt, volente per Orthodoxos & fortiſſimos Imperatores noſtros. Ipſi enim in omni loco venerabiles imagines erexerunt, tam ſcilicèt in celeberrimis templis quàm in regalibus palatijs ſuis: quibus Dominus Deus vicem ſplendidinem tribuat, exaltans cornu Regni eorum tam ad pacem Eccleſiarum ſuarum, quàm ad ſalutem omniū Chriſtianorum. Et ſit nomen eius benedictum in ſæcula ſæculorum. Amen.* hucuſq. ſacroſanctæ Synodi Acta. [d] Iob. 9. [e] Pſal. 125.

LIV.

Porrò ipſa dies, quâ eadem Synodus eſt feliciter

abſolu-

abſoluta. relata fuit à Patribus in tabulas Eccleſiaſticas, anniuerſariâ memoriâ celebranda, quâ Deo gratiæ agerentur de profligata hæreſi, & ſeruata veteri Eccleſiæ in cultu ſanctarum imaginum obſeruantia. In Græcorũ enim Menologio iuſſu Baſilij Imperatoris reſtituto iſta leguntur ſcriptis mãdata. Die duodecimâ menſis Octobris.

Sancta ſeptima Synodi trecentorum ſexagintaſeptem Patrum commemoratio. Sancta ſeptima Generalis Synodus Nicæa ſecundò conflata fuit ſub Conſtantino & Irene ipſius genitricis Imperio, cùm eſſet Conſtantinopoli Patriarcha Taraſius ſanctiſſimus Deifer Pater noſter. Sancti namque Patres numero trecenti ſexagintaſeptem aduerſus imaginum impugnatores conuenerunt Principis iuſſu; & in ſcriptis omnem excommunicauerũt hæreſim, & hæreſeon principes, & omnes Iconomachos, cunctis eadem voce dicentibus: Sanctas non adorans imagines, eſt ab Orthodoxorum alienus fide. Et imaginis honor (ſicut Magnus inquit Baſilius) ad primitiuum refertur. Qui namque colit imaginem & veneratur: in ea veneratur picti ſubſtãtiam & adorat. Et cum ita ſtatuiſſent, & in ſcriptis Orthodoxã firmaſſent fidem, ab Imperatore honorati, ad ſuum quiſq; miſſus eſt Epiſcopatum. hucuſque de ſeptima Synodo ſacrum elogium in cũctis Eccleſijs, dictâ die. apud eos, annis ſingulis ſacro præconio decantandum.

LV. De his autem quæ abſolutam ſanctã Synodum ſint conſequuta. Ignatius in Taraſio iſta habet:[a] *Tandem cùm Taraſius & pius qui cum eo collectus cœtus Patrum venerandum litterarum decretum tutis monumentis mandaſſent; & vt id ſaluum & integrum maneret precati eſſent, vt & Patres qui primam aduerſus furioſum Arium victoriam erant conſequuti, adiutores haberent, & eorum quæ decreta fuerant cuſtodem Deũ inuocaſſent; & vana inaniſq; huius ſententiæ auctores, & omnis hæreſis inuentores ab atrio Eccleſiaſtico per anathema ſeparaſſent: in vrbem regiam delata ſunt ab iſtis Orthodoxa dogmata. Quos ſummâ beneuolentiâ exceperunt Imperatores. Erectâ itaque cathedrâ ipſorum Imperatorum, & totius à Deo electæ Synodi iam dicta Magnaura inſigni æde, & nouo decreto recitato, cùm aures Imperatorias diuinum impleſſet Spiritus (audiebant enim eos in vnum cõueniſſe contentum auxilio eius qui omnia continet, & in vnam conſenſiſſe ſententiam) ijdem admirati ſunt accurationem; & eſſe doctrinam diuinæ inſpirationis quæ ab eis decreta fuerant, ſapienter iudicantes, pennâ & manu Imperatoriâ ea optimè comprobant & confirmant: & non vilibus donis Synodum proſequuti, vnumquemque mittunt in ſuã ciuitatem, & ad gregem eationis participes.*

[a] Apud Sur. die 25. Febr. tom. 2.

PATRES VENIVNT CONSTANTINOPOLIM.

LVI. *Taraſius autem & Apoſtolicarum ſedium myſtæ eximij, cùm ad ſacroſancta Eccleſiæ veniſſent præfecturas, & diuinis doctrinis populum inſtruxiſſent ac roboraſſent: ijs qui in clerum cooptati fuerant, aut Epiſcopatum tenebãt, nullum ante Synodum, aut in Synodo. aut poſt Synodum crimen intendunt de priori mala opinione, neque eos qui ordinati fuerant ab hæreticis à paſtus ſegregant Eccleſiaſticis; ſed Synodalem & Paternam ſequentes diſpenſationem, eos quidem qui ad piam tranſfugerant ſententiam, manibus ſuis complexi ſunt tamquam fratres & collegas in munere põtificatûs: eos verò qui in re aliqua claudicauerãt, & in his quæ ad fidem pertinent peruerſis aſpexerant oculis, & deinde à lapſu reſipuerant, & libellis cõprehendendam abrogarant opinionem, iiſdem amplectentes viſceribus, collocabant in ſuis ſedibus, & in pacifico ſtatu & tranquillitate nullis agitatam fluctibus conſeruauerunt Eccleſiam orbis terræ.*

QVALITER CVM LAPSIS SE GESSIT TARASIVS.

Et in ijs quidem quæ ad glorioſam fidem pertinent, ſic magnus Taraſius affectus ad eam rectè & apertè explicandam, & ad eos qui vacillabant & vtriſque pedibus claudicabant, vt recto pede incederent perſuadendos, magnum ſuſtepit certamen & immenſum laborem: quotidie quidẽ eos qui recedebant, honeſtis monitis inducens, & ſi quos videbat corde peruerſos, eos dirigebat verborum congreſſionibus, eoſq; legibus colligans veritatis, adducebat Eccleſiæ ſacras hoſtias, &c. hęc Ignatius huius tẽporis hiſtoriens. Eadem quoque de aduentu Patrum Conſtantinopolim & ſubſcriptione Imperatorũ Theophanes habet.

LVII. Sic igitur hoc anno accepit finem Nicænum Concilium, ab eoque reſtitutus eſt vetus & ab Eccleſia receptus ſacrarum imaginum vſus, cõfirmataque priſtina Eccleſiæ traditio; ſimulq; ſacrarum reliquiarum Sanctorum cultus: quę omnia improba hæreſis improbarat, penituſque perdiderat. Recepit Eccleſia nitorem ſuum hactenus murorũ dealbatione lugubris, atq; impuro candore funeſta. Imperatoribus igitur in primis (vt ex litteris vidiſti Taraſij) erigentibus tum in Eccleſijs tum in palatio ſacras imagines: idipſum ardentiorib. animis vbiq; locorum Orientalis Eccleſię pręſtitêre fideles, gratulantibus iiſdem cunctis qui in Occidente erant tunc Chriſtianis, paucis exceptis qui in Gallia reſpuebãt cultum ſanctarum imaginũ ex ſchola Sereni Maſſilienſis Epiſcopi primi (quod ſciatur) in Gallijs Iconoclaſtæ effractoris ſacrarum imaginũ, quem (vt diximus) ſanctus Gregorius monuit. Hi ipſi poſtea in Concilio Fracofordienſi ſua ſcripta, quibus eamdem ſanctam Nicænam Synodum ſugillabant, Carolo Magno obtulerunt, qui eadem ſimul collecta velut in faſcem vnum quæ quiſque ſcripſerat perſtringens, miſit ad Hadrianum Romanum Pontificem, qui eadẽ ſingula confutauit.

Sed & à Græcis & quidem haud mediocris ſanctitatis viris paſſa eſt eadem Synodus Nicęna obiectionem, ea ex parte ſcilicèt, quod lapſos Epiſcopos pœnitentes recepiſſet in Eccleſiam abſq; diſpẽdio dignitatis: nam in Epiſcopatu iuſſi ſunt permanere. Fuit ex eis vnus obijciẽs iſta Theodorus Studita. At de his dicendũ inferiùs ſuo loco. Sed quæ acciderunt Conſtantinopoli poſt celebratum Nicænum Concilium Taraſij opera videamus.

LVIII. Audiſti ſuperiùs ex Ignatio res geſtas Taraſij proſequente, ipſum poſt Synodum totum fuiſſe in recipiendis lapſis, & in priſtinum gradum reſtituendis, quod quidem magnam ipſi inuidiam peperit. Etenim ſanctiſſimi qui videbantur monachi, aduerſus eũ inſurrexêre, & qui inter illos eminebat Saba. De his autem Theodorus Studita in epiſtola ad Arſenium iſta ſcribit:[b] *De Simoniacis autem tum quidem in Nicæno Concilio prætermiſſum eſt, quia de eo capite poſt Synodum quærẽdum erat. Poſtquam verò quæſitum fuit .... primùm annua pœnitentiæ, aut aliquantò amplius præfixo ſpacio, ô facinus audax! cum monachis quibuſdam, quorum nominibus parco, data eſt ab eo, Taraſio ſcilicèt, relaxata perpetua depoſitione, ita vt Dei ſacerdotes, iterum forent, quos Deus per Apoſtolorum principem Petrum depoſuiſſet. Deinde cùm Saba in ea re non aſſentiretur, ſed illi planè aduerſaretur, quid facit? malùm rectè corrigit. Negat ſe pœnitentiam dediſſe, neque eos admittere qui per pecuniam ordinaſſent, ordinati ve eſſent. Conuincitur ab eius temporis Auguſta, à qua inductus fuerat, vt eiuſquam pœnitentiam daret. Aderat dies Theophaniorum Chriſti. Adueniunt illo die quibus impoſita pœna fuerat, & eâ iam peractâ, ſe abſolui petunt. Abnuebat ille, Auguſta vrgebat, vt admitterentur. Rectum iterum molo deſtruit Patriarcha. Cùm illis eo ipſo feſto palàm ſacrificat, non inuitus ſanè, ſed ſponte. Quandoquidem cùm poſſet cum depoſitis non ſacrificare, ſacrificauit, quoquo modo quis dicat, eum non potuiſſe. Hinc illa Saba tum eo contentio. Hinc emerſit amplior quam diu in canones ferant, abſolutio.*

[b] Theod. Stud. li. 1. ep. 38. ex Cod. Colum. Biblios.

TARASIVS CALVMNIAM PASSVS DE SIMONIACA ORDINATIONE.

uitio. At Roma hæc minime probauit, abſit. hæc Theodorus occaſione diſceſſionis Sabæ, & aliorum à cõmunione Taraſij. Sed & alibi idem Theodorus teſtatur, ſtatim poſt Synodum ab aliquibus factam eſſe diſceſſionem huiuſmodi à Taraſio, quod dicerent pecuniariam ab eo factam ordinationẽ, quod non fuiſſe verum idem tradit, licèt dicat in ſuſpicionem de ea re fuiſſe adductum. Sed audiamus quę de eo idem Theodorus ſcribat, qui ab eius communione nequaquam cum alijs receſſit. ait enim in epiſtola ad [a] Stephanum lectorem.

[a] Theod. ep. 53. lib. 1. cod. Cod. Columnẽſi Bibliot.

LIX.

Omnem quæſtionem ad Taraſium olim Patriarcham pertinere conieci. Ego autem hac de re iam dudum non ſine cura ſui multa mecum animo verſans, & rerum euentus conſiderans. Et quidem eos qui pro recto decertarunt, & diu gratiam perpeſſi ſunt, in honore habeo, & amplector, non tamen vſquequaque, vt mox dicam, & conſentientes eos habere cupio. Quidni enim, qui tam fortes pro pietate ſe præbuerunt? ſed tamen cũ veritatis verbo, & quatenus ritè poſſint, & expedit. Vt ergo ad rẽ veniam: Quidnam fuit, quod diſſentire nos fecit a Taraſio? fides? At qui palam quidem Orthodoxus erat, ſacras Synodos ſequebatur, & cum alijs Patriarchis conſentiebat, & maximum antea pro fide certamen ſuſtinuerat. Eorum ne cauſa qui ab hæreſi redierant ſuſceptio? At non ab illo hæc primum inuenta, cùm à ſanctis Patribus triplici modo ſuſcepti fuerint, vel repetito baptiſmo, vt Pepuziani, vel per vnctionem vt Ariani, vel per propriæ opinionis deteſtationem vt Neſtoriani. An ordinatio per pecunias, quæ in depoſitionem neceſſariò incurrit? Nec id prorſus verum eſt. Tam etenim paſtores in lupos rapaces conuerſi, altaria effoſſa, diuinæ reliquiæ dedecore affectæ, ſacri libri exuſti. Quid amplius? ipſa Chriſti imago cum alijs ſanctiſſimis contumelioſè tractata & conculcata. Et quis breui complecti queat quæ longam narrationem requirunt? Quid autem? Quod ſequens Patriarcha ex ſæculari ad Epiſcopalem dignitatem repentè prouectus, pro ſpiritu quantum ſatis erat, decertare non potuit? Hinc ſcandala, hinc illa quæ nunc conturbant, originem duxerunt. Vos itaque quemadmodum erga illum vos habeatis, noſtis. Nos verò quoniã ſigillatim eos qui pecuniâ ordinati fuerant, audiebamus non admitti ad communionem (quamuis non ita exiſtimabatur) operæ pretium duximus, pacis ſtudio cum eo concordiam retinere. Ad hanc ſiquidem quoad licet, flectendũ eſt, vt ait Theologus. Et vbi quod offendit, ſuſpicio eſt, melius eſt aſſentiri quam pertinacem eſſe. Nec verò ipſi vos de conſcientia recta deducimus. Nec vos rurſum id exigite, vt nos de non manifeſtata nobis cognitione; quandoquidem & perſona & tempus & experientia conciliare ſolet eos, qui de iiſdem rebus non eadem ſentiunt. & poſt alia: *Zelotæ qui tum erant, & exacti, & Taraſio ſe coniunxerant, & cum eo conſentiebant, & ſubitò poſt Synodum diſceſſionem fecerũt ob ſuſceptam (vt ipſis viſum eſt) pecuniariam ordinationem, & alias quaſdam quæſtiones,* &c. at verò perſeueraſſe Taraſij cum Romana Eccleſia communionem, idem ad finem teſtatur his verbis: *Manifeſtum eſt cum Romanorum Antiſtite Taraſij temporibus ſacrificaſſe Apocryſarios hinc miſſos, & illum fortaſſe cum Orientalibus,* &c.

LX. Quòd igitur in ſuſpicionem ſimoniacæ prauitatis ab aduerſarijs inductus eſſet Taraſius, ad hac abolendam eâ vſus eſt arte, vt ad huiuſmodi crimẽ radicitùs ab Orientali Eccleſia conuellendum viribus totis inſurgeret. Nam audi Ignatium monachum, qui in eius vita conſcribit de reb. ab eo geſtis poſt Nicænum Concilium: *Primùm quidem ſimoniacæ crumenæ ſcindens vinculum, quo Spiritus ſancti donum venale proponitur, ſtatuit vt ſacerdotum gratis fierent creationes & ordinationes, ex atrio Eccleſiaſtico omnem pecuniariam expellens conſuetudinem, & quicquid erat aſperum eijciens, rectas fecit ſemitas Fidei.*

TARASIVS INNOCENS COMPROBATVR A THEODORO STVDITA.

TARASIVS INSVRGIT ADVERSVS SYMONIACOS.

At reperitur (quod mirandum eſt, ſi verum eſſe monſtrari poteſt) eiuſdem Taraſij epiſtola [b] ad Hadrianum Papam aduerſus ſimoniacam prauitatẽ, arguẽs eumdem Hadrianum quod ea ſit labe pollutus. Certè quidẽ nuſquam apud quemlibet ſcriptorem aliquid huiuſmodi de Hadriano dictum inuenire quis poterit, vt mirum admodum videri poſſit, vt qui à ſuis eius erroris argueretur, ipſe in Romanũ Pontificem tale crimen impingat, eumq; corrigat acerbè nimis. Certè quidẽ qui eã primus edidit, Theodorus Balſamo Romanæ Eccleſiæ acerbiſſimus hoſtis in ſuſpicionem adducitur impoſturæ, vtpote ſchiſmate ſciſſus homo nihil magis ſcribendo laboret, quam vt Eccleſiæ Romanæ notam inurat, eamdemque contemptibilem reddat. Sed reddamus hic eius epiſtolæ Taraſij nomine ſcriptæ ſaltem exordium, de his quæ ad ipſum Hadrianum Romanum Pontificẽ ſpectant, ſic enim ſe habent.

[b] Extat apud Theodor. Balſ. in Append. ad Nomoc. & Iustus Grat. lib. 5. ſentẽt. Synod.

Sanctiſſimo ac beatiſſimo fratri & cõminiſtro domino Hadriano Papæ veteris Romæ Taraſius indignus Epiſcopus ſalutem in Domino. LXI.

Multipliciter, multiſq; modis, Euangelicè, Apoſtolicè, & paternè docemur, vt mores ab auaritia alienos in ſacerdotij conſecratione habeamus; & neque decurremur, vel declinemur, vel nobis aliquid vendicemus in cuiuſquam ſacerdotalis viri ordinatione; vt demonſtrabimus in ſententijs hic ſubiectis ex diuinis ſcripturis & Patrum doctrinis. Qui enim manus imponunt, ſunt miniſtri ſpiritus, non ſpiritus venditores. Et qui ſpiritus gratiam gratis accepêre, eam quoque gratis dare ijs qui illam participant, iuſſi ſunt, à Domino vero hac libertate acceptâ. Si quis autem eam auro emiſſe conuictus fuerit, diuinâ ei actione interdictum eſſe iubent. Etſi enim nomine ſacerdotium ſortitus eſt, vt tamen ipſa falſa eſſe eius oratio cõuincitur: Nemo enim poteſt Deo & Mammonæ ſeruire: vt ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum prophetice loquentem: Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem. Et rurſum minitantem & dicentem: Speculator ſi gladium exeuntem viderit, & id tubâ non ſignificauerit, & veniens gladius animam ex ijs abſtulerit, ſanguinem ex ſpeculatoris manu requiram, eò quod propter metum non denuntiarit, vel non condemnarit: Omnibus noſtrarum Eccleſiarum præſulibus vt liberè iuxta diuinum Apoſtolum loquamur: mundi ſumus à ſanguine eorũ, qui tranſgrediuntur canonicas conſtitutiones, & multò magis eorum qui pecunijs ordinauerunt, vel ordinati ſunt (vt cum diuino Apoſtolo loquamur) mundi ſumus à ſanguine eorum.

Cùm diuinum Petrus Apoſtolus, cuius cathedram ſortita eſt fraternitas veſtra, vt Simonem Magum eos depoſuerit: eam ob cauſam veritatem annuntiare non veremur, ſeruantes & retinentes ea, quæ à ſanctis Apoſtolis & inclytis Patribus noſtris canonicè tradita ſunt, & ſi quid eorum ab aliquibus eſt prætermiſſum, auerſamur. Fraternitas ergo veſtra & ſacerdotalis ſanctitas, quæ non iure, nec ex Dei voluntate Pontificale munus adminiſtrat: magnâ laborat infamiâ. Dicit enim per Prophetam magnus & primus Pontifex Chriſtus Deus noſter: Viuo ego. Sed eos qui me glorificant, glorificabo. Scis enim ô homo, Macedonij & eorum qui circa illum erant ſancti Spiritus hoſtium, tolerabiliorem eſſe hæreſim cupiditatibus ſpiritum. Cùm enim illi ſanctum Spiritum Dei & Patris creaturam & ſeruum nugentur: hi ipſum vt videtur, ſeruum ſuum faciunt. Omnis enim dominus id quod habet, ſi vult, vendit, &c. pluribus deteſtans Simoniacam labem, recitat canones veteres & diuerſorum Patrum ſententias, in eiuſmodi deteſtationem erroris. LXII.

Ad poſtremum verò ipſum HadrianũRomanũ

Pontificem cōpellare auctor videri voluit his verbis: *Sic nos quoque doce, vir Dei ſanctiſſime, & ſcriptura & Euangeliorum & Apoſtolorum & canonum & Patrū præcepta ſequi. Verbis enim oris veſtri paremus. In altum montem cōſcende, exalta in fortitudine vocem tuam: ambula in dilatationib. prædica cū libertate, vt tollatur, & ad interitum deducatur quæ pecunijs facta eſt per manuū impoſitionem ordinatio. & quicquid eam propter auaritiam, iniuſtitiā & mercaturam turpis lucri grātiā conſequitur. Ea enim cum ijs, quæ in eodem ſunt ordine, ex peculiari populo, qui Chriſti nomine eſt appellatus, & redēptionem gratis eſt aſſecutus, ſublata, omnia vitij inquinamenta quæ conſequuntur, funditus exciſa ſunt; & ſacerdotes vt palma florebunt, Chriſti bonum odorem ij qui ſeruantur inſpirātes, & Eccleſia epinicion canenter:*[a] *Abſtulit Deus à te iniquitates tuas* &c. ſic igitur Taraſius (ſi velimus rem ſeriò actam & non Taraſij nomine fictam) contra concitatam in ſe de ſimonia ſuſpicionem laborans, aduerſus eam ſtylum exerēs quomodocumque, & aduerſus quemcumq; pugnaſſe videri voluit. Sed de Taraſio hactenus, dicendum modò de Theodoro Studita in his quæ ſpectant ad Nicænum Concilium.

[a] *Iſai. 60.*

LXIII. Laborauit & ipſe Theodorus alia ſuſpicione, quod Nicænam hanc Synodum non Oecumenicā ſed Localem dixiſſet in epiſtola[b] ad Arſeniū. Certè quidem cùm eam epiſtolam legi, in eam exiſtimationem adductus ſum, vt exiſtimarem non eſſe ipſius Theodori, vtpote indignam quæ vel cuilibet homini Catholico adſcribatur, in qua tot adeò aperta mendacia proferuntur; nempe nō fuiſſe eam Oecumenicam, non miſſos Romā ad eā Legatos Apoſtolicæ Sedis, quod Papa non recepiſſet eam vt Oecumenicā ſed vt Localem, quodque qui ipſi ſubſcripſerant Apocryſarij Romanæ Eccleſiæ, cùm Romam reuerſi ſunt, ea de cauſa fuiſſent ab Hadriano depoſiti: quod denique non interfuerint aliæ legationes à Patriarchis miſſæ: hæc inquam, cùm (quod dictum eſt) adeò ſint Theodoro indigna & quolibet Orthodoxo, ex ijs quæ idem Theodorus ſcribit, ſe ipſum defendens in epiſtola ad Petrum Nicænum Epiſcopum, ſunt refutanda, ſic enim ait[c]: *Obiectiones & criminationes deducemus, quas contra nos, neſcio vnde, pacis opifices cōcinnarunt. Schiſmaticos nos depinxerunt, à diuini Pontificis noſtri conſortio auerſos Idionomos appellarunt, id eſt, priuati iuris auctores, in eorum pœnis, qui hæreticæ communioni adhæſerunt, aliaq; multa, quæ epiſtola includere moleſtum foret. Verùm ad ſingula, vt diximus, appoſitè precibus tuis reſpondentes: cum ſacro Pontifice communicare nos oſtendimus, qui & ſummâ humanitate nos excepit, & amanter tractauit, & dimiſit, nullo verbo de his quæ per dolum confictæ fuerunt, interiecto. Quin etiam cùm mentio fieret de domino & beato Taraſio (nam & ab eo dixerat, Patrum ſcilicèt amatores, nos deſciuiſſe, & ſecundam in Nicæa ſanctam Synodū Localem appellare) probauimus nos & illum in ſanctis Patribus habere, & Synodum verbis, ſcriptiſq; Oecumenicam cōfiteri.* hæc ipſe, & ſanè quidem multis in locis ſuarum epiſtolarum eamdem Nicænam ſecundam, Oecumenicam ſeptimam appellat & probat. Sed de his ſatis ad Theodori excuſationem atque defenſionem.

[b] *Theod. epiſt. 38.*

THEODORVS STVDITA ASSERTOR SYNODI OECVMENICÆ NICÆNÆ.

[c] *Theod. epiſt. 107.*

LXIV. Iam verò, ſerò licèt, res Occidētales inuiſamus: *Hoc namq; anno* (vt habent Annales Francorum, & qui eoſdem collegit Regino) *Carolus Magnus Romam venit, & à Pontifice Hadriano ſuſceptus, ibi aliquot dies moratus eſt, quod cùm audiſſet* * *Heregiſius Dux Beneuentanorum timore perterritus, miſit* * *Romaldum filium ſuum cum magnis muneribus ad Regem, poſtulans pacem, & promittens ſe omnem voluntatem eius facturum: ſed his ſuaſionibus minimè Apoſtolicus credidit* (quod peculiare eſſe Principum Longobardorum fidem frangere ſæpè fuiſſet expertus) *ſed magis exhortatus eſt Regem, vt Beneuenti fines intraret: quod & fecit. Et cùm Capuam veniſſet, Heregiſius reliquit Beneuentum, & Salernum ſeceſſit, ibiq; ſe muniuit. Et exinde miſit filium ſuum Grimaldum (nam Romaldum Rex ſecum retinebat) cum magnis muneribus offerens obſides, & promittens omnem fidelitatem, tātùm ab impugnatione ceſſaret. Tunc Rex cum conſulto fidelium & ſacerdotum, ne penitùs Epiſcopatus & monaſteria deuaſtarentur, elegit duodecim obſides, præter filium ſupradicti Ducis Grimaldum, & accepit munera, & iurauerunt omnes Beneuentani; & reuerſus eſt Romam, ibiq; celebrauit Paſcha cum Præſule Sedis Apoſtolicæ.* hęc Regino. Eadem reliqui omnes res Francorum proſequuti.

* Atichiſius. * Romualdum

CAROLVS MAGNVS BENEVENTVM CONTRA ARCHISIVM PERGIT.

LXV. Qui poſt Paulum diaconum proſequutus eſt res Longobardorum Herempertus vir illuſtris (ita enim inſcribitur) plura his addit quæ interceſſerūt inter Carolum Magnum & Epiſcopos Beneuētanum atque Salernitanū, & alios ab Arichiſio Duce Legatos miſſos, quæ cùm non in omnibus nobis probentur, quòd & fabuloſa multa commiſceantur, libentiùs præterimus, reddituri tantùm Pauli diaconi quod recitat epitaphium ſepulchro Ducis Arichiſij affixum: quem hoc anno, menſe Auguſti, eſſe defunctum, idem auctor docet, ſic enim ſe habet in mendoſo ſcripto codice.

EPITAPHIVM ARICHISII DVCIS BENEVENTANI.

Lugentum lachrymis populorum roſcida tellus
Principis hæc magni nobile corpus habet.
Hic namq; in cunctis recubans celeberrimus heros
Præpollens Arichis, ò decus, atque dolor!
Tullius ore potens cuius vix pangere laudes
Vt dignum eſt poſſit, vel tua lingua Maro:
Stirpe Ducum, Regumq; ſatus tranſcenderat ipſe
Nobilior gentis culmina celſa ſuæ.
Formoſus, validus, ſuauis, moderatus, & acer,
Facundus, ſapiens, luxq;, decorq; fuit.
Quod Logos effinxit, moderanſq; quod Ethica pandit,*
Omnia condiderat mitis in arce ſua.
Strenuus eloquij diuini cultor, & Iudex,
Peruigil in lachrymis tempora noctis agens.
Anteibat iuuenes venatu, viribus, armis.
Flaminibusq; ipſis flamina ſancta dabat,
Ter binis luſtris patriæ ſic rexit habenas,
Fluctibus vt ſæuis nauita doctus agit.
** Solliciteq; gratam pacis ſeruauit amator,*
Conſilio cautus, prouidus atq; ſagax.
Cum natis proprium nil ducens tradere cenſum,
Inſuper & patriæ promptus amore mori.
Sic noſtrum ſolamen erat, ſolamen egentum:
Hos ſatagens verbis, hos releuare manu.
Ornaſti patriam doctrinis, mœnibus altis;
Hinc in perpetuum laus tua ſemper erit.
** Turris, quieſq; tuis, portuſq;, ſaluſq; fuiſti,*
Gloria, deliciæ, tu generalis amor.
Heu mihi quàm ſubitò perierunt omnia tecum,
Gaudia, proſperitas, paxq;, quieſq; ſimul!
Planctus vbiq; ſonat: te luget ſexus & ætas
Omnis & ante omnes tu Beneuente, doles;
Nec minus excelſis nuper circumdata muris
Structorem orbatum clare Salerne gemis,
Appulus & Calaber, Bulgar, Campanus & Afer
Quoſq; Silar potat, Romuleuſq; Tyber.
Iam felix olim, nunc namq; miſerrima coniunx,
Regali in thalamo quam tibi iunxit amor:
Eheu perpetuo pectus transfixa mucrone,
Languida membra trahens, te moribunda dolet.
Viderat vnius heu nuper funera nati,
Aſt alium extorrem Gallia dura tenet.

* pangit

* Sollicitus gratam pacem ſeruauit amator

* Tu requieſque

Huic gemina nata vernanti flore ſuperſunt,
Solamenq́; mali, ſollicitusq́; timor.
Has cernens, reddi vultus ſibi credit amator:
Hu trepida fit, & fluctuabunda pauet.
Solatur tantos ſpes hæc vtcumque dolores,
Quod te pro meritis nunc paradiſus habet.
O Regina potens Virgo, genitrixq́; Creantis
Proſit ei hic ſacro membra dediſſe lari.*

* huic

hucuſque Pauli diaconi epitaphium, cui hæc quæ ſequuntur, inhærent. *Vixit autem quinquaginta tres annos, obijt ſeptimo Kalendas Septembris, anno ab incarnatiõe Domini ſeptingenteſimo octogeſimo ſeptimo, & ex dõna Adelperga Principiſſa filios Romoald & Grimoald, Egiſiſum, Theoraldam, & Adeleiſam ſuſcepit.* hactenus ibi.

LXVI. REDITVS GRIMOALDI. * Leo Oſtienſ. li. 1. c. 16.

Poſt mortẽ vero Arichiſij, [a]dimiſſum fuiſſe Grimoaldum filium obſidem à Carolo magno. Leo Oſtienſis teſtatur his verbis[a]: *Sequenti etiam tempore Grimoaldus filius eius, quem Carolo obſidem datum præmiſimus, cùm poſt mortem patris Beneuentum, permittẽte Rege, reuerſus, & Princeps eſſet effectus: per præceptum donationis conceſſit ſancto Benedicto vniuerſa dominicalia ſua cum ſeruis & ancillis in eodem territorio Gentiana,* &c. hæc Leo. Herempertus in hiſtoria Longobardorum de obitu Arichis & conceſſione Caroli, vt Romoaldus loco ipſius in Ducatum ſuccederet, dum agit, hæc inter alia habet: *Ipſe Rex Carolus è ſuis fidelibus duos præclariſſimos cum ipſo Romoaldo miſit, Autharim videlicèt & Paulipertum, vt quemadmodũ ſuæ dignitati, ſic per omnia illi fidem ſeruarent.* & paulò pòſt: *Dum ſimul (vt diximus) caperent iter, peruenerunt in Beneuentanos fines, non procul à Capuana vrbe. Sed antequàm Vulturnum fluuium transmearent, immenſa Lõgobardorum plebs in occurſum eius venit, atque cum gaudio eſt ab eis exceptus: qui cùm cateruatim Beneuentum properaſſent ferè milliarium viginti, ab vrbe exierũt cum hymnis & canticis, Deo gratias agentes, id ipſum concinẽtes: Veni paſtor noſter, & poſt Deum ſalus noſtra. Dum vrbẽ fuiſſet ingreſſus, ſtatim Dei Genitricis Eccleſiam adijt, & in faciem ſe in pauimẽto proſtrauit, & veniam ab ipſa Dei Genitrice efflagitauit* &c. hactenus de aduentu Romoaldi Ducis Beneuentani.

LXVII. * Leo Oſtiẽſ. lib. 1. c. 17.

Sed quæ de Paulo diacono poſt mortẽ Arichis [b]ſcribat Leo audiamus: *Defuncto autem (inquit) Arichiſi, mox ad hoc Caſinenſe monaſterium Paulus diaconus (vt ſupra retulimus) properauit: pluresq́; poſteà vixit annos. Rogatus quoq; ab Abbate fratribus, expoſitionem regulæ S. Benedicti perutilem edidit, vbi multa de veteri monaſterij huius cõſuetudine neceſſario ingerit.* hæc ipſe, qui & de Carolo Magno iſta habet[c].

* Leo Oſtiẽſ. lib. 1. cap. 14.

At verò idem Rex Carolus vbi victoriâ potitus à Beneuento redijt, orationis causâ Caſinum tetendit ad corpus ſancti Patris Benedicti, ſeq; fratrũ omnium Deo ſeruientiũ orationib. cõmẽdauit. Ab hoc primũ Rege memoratus Abbas Theodomarius præceptũ cõfirmationis de tota hac terra ſuſcepit: alio itẽ præcepto Rex ipſe monaſteria S. Mariæ in Cingla, & S. Mariæ in Plumbariola, & ſancta Sophiæ intra Beneuẽtum S. Benedicto ſuâ quoq; auctoritate firmauit vnà cum cæteris, quæ tunc temporis habere videbatur, vniuerſis quoque aquis cum vtriuſque partis ripis, vbicumque fuiſſent terris huius monaſterij iuncta. Ad hunc Abbatem idem Carolus per Aldigarium Epiſcopum, de Frãcia litteras miſit, rogans vt, aliquot ſibi de monaſterio beati Benedicti dirigeret fratres, qui regularem diſciplinã in illis partibus extinctam renouarent, quod & fecit, mittens illi etiam regulam & hymnos, qui tunc ex traditione regulæ in hoc monaſterio canebantur: pondus quoque libræ panis & menſuram vini, ſed & calicis menſuram, quam in mixto ſeruitores accipere deberent, & omnem conſuetudinem quæ tunc in hoc loco ſeruabatur ſcriptam tranſmiſit. hæc ipſe Leo, qui & adhuc iſta addit.

LXVIII.

His temporibus vir quidam de gente Anglorum mutus & ſurdus cum quibuſdam gentis ſuæ ſocijs ad Limina Apoſtolorum venit. Inde cùm ſocios ad Memoriam beati Michaelis Archangeli, quæ in Monte Gargano ſita eſt, properare conſpiceret, vna cum eis iter arripiens, ad hoc monaſterium venit. Cùmque oratorium ingreſſi ante corpus ſanctiſſimi Benedicti oraturi ſe pariter proſtrauiſſent, cùm cæteri poſt modicum ſurgerẽt, eumdem quoq; vt ſurgeret, pulſare cœperunt: verùm ille cœleſti viſitatione compũctus gemitibus cordis, mentisq́; clamoribus, prout poterat, oratione productâ, ſancti Patris Benedicti auxilium pectore pleno fiducia poſtulabat. Cùm ecce poſt vnam fermè horã de loco ſe in quo proſtratus fuerat, erigens (Benedictus & mirabilis Deus) recepto auditu pariter & loquela, non ſolùm in lingua patria, hoc eſt, Anglica, verùm & Romana cœpit abſolutiſſimè loqui. hactenus de his Leo ſed ad Carolum Romam redeuntem ad Hadrianum Põtificem veniamus.

MVTVS ET SVRDVS CVRATVS A S. BENEDICTO

In veteri Chronico Caroli Regis Francorum, quod Pithœus edidit, iſta Romæ tunc geſta leguntur: *Reuerſus eſt Rex pijſſimus Carolus, & celebrauit Romæ Paſcha cum domno Apoſtolico. Ecce orta eſt contentio per dies feſtos Paſchæ inter cantores Romanorum & Gallorum. Dicebant ſe Galli meliùs cantare, & pulchriùs quàm Romani. Dicebant ſe Romani doctiſſimè cantilenas Eccleſiaſticas proferre, ſicut docti fuerãt à S. Gregorio Papa; Gallos corruptè cantare, & cantilenam ſanam deſtruendo dilacerare. Quæ contentio ante domnum Regem Carolum peruenit. Galli verò propter ſecuritatem domni Regis Caroli valdè exprobrabant cantoribus Romanis. Romani verò propter auctoritatem magnæ doctrinæ, eos ſtultos, ruſticos, & indoctos velut bruta animalia affirmabãt, & doctrinam S. Gregorij præferebant ruſticitati eorum. Et cũ altercatio de neutra parte finiret: ait domnus pijſſimus Rex Carolus ad ſuos cãtores: Dicite palàm quis purior eſt, & quis melior, aut fons viuus, aut riuuli eius longè decurrentes? Reſponderunt omnes vnâ voce, fontem velut caput & originem puriorem eſſe; riuulos autem quantò longiùs à fonte receſſerint, tantò turbulentos & ſordidos ac immunditijs corruptos, & ait domnus Rex Carolus: Reuertimini vos ad fontẽ S. Gregorij, quia manifeſtè corrupiſtis cantilenam Eccleſiaſticam.*

ALTERCATIO INTER ROMANOS ET GALLOS DE CANTV ECCLES.

LXIX.

Mox igitur petijt domnus Rex Carolus ab Hadriano Papa cantores, qui Franciam corrigerent cantu: ille dedit ei Theodorum & Benedictum Romanæ Eccleſiæ doctiſſimos cãtores, qui à S. Gregorio eruditi fuerãt, tribuitq́; Antiphonarios S. Gregorij, quos ipſe notauerat notâ Romanâ. Domnus verò Rex Carolus reuertens in Franciam, miſit vnum Cantorem in Metis ciuitate, præcipiens de omnibus ciuitatibus Franciæ magiſtros ſcholæ, Antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis diſcere cantare. Correcti ſunt ergo Antiphonarij Francorum, quos vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vitiauerat, addens vel minuens, & omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quã nunc vocãt notam Franciſcam, excepto quòd tremulas vel vinnulas ſiue colliſibiles vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfectè exprimere Franci naturali voce barbaricâ, frangentes in gutture voces, quàm potiùs exprimerẽt. Maius autem magiſterium cantandi in Metis ciuitate remãſit. Quantumq́; magiſterium Romanum ſuperat Metenſe in arte cantilenæ, tantò ſuperat Metenſis cantilena cæteras ſcholas Gallorum. Similiter erudierunt Romani cantores ſupradicti cantores Francorum in arte organandi. Et domnus Rex Carolus iterum à Roma artis Grammaticæ & Computatoriæ magiſtros ſecum adduxit in Franciam, & vbique ſtudium litterarũ expandere iuſſit. Ante ipſum enim domnum Regem Carolum in Gallia nullũ ſtudium fuerat liberalium artium. hæc de his ibi. Porrò de cãtico Romano recitando in Gallijs eſt conſtitutio

ipſius

ipſius Caroli Magni his verbis: [a] *Monachi vt cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, ſecundùm quod beatæ memoriæ genitor noſter Pipinus Rex decertauit, vt fieret, quando Gallicanum cantum tulit, ob vnanimitatem Apoſtolicæ Sedis & ſanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam.* hæc ipſe.

[a] Capit. Franc. l. 1. c. 80.

LXX. Porrò hæc quæ ſpectant ad ipſum canendi ritũ, certum eſt eum curatum eſſe per Hadrianum Papam, poſcente Carolo Magno, miſſis cantoribus in Galliam, etſi ſub Pipino Caroli Magni patre à Stephano Papa id factũ, auctore Vualfrido [b] Strabone diximus. Inſuper certum eſt teſtificatione Amalarij Fortunati, qui temporibus Ludouici Imperatoris filij Caroli Magni vixit, ab ipſo Hadriano Romano Pontifice ſcriptum eſſe Antiphonarium. Nam in prologo de ordine Antiphonarij: *Inueni,* inquit, *in vno volumine memoratorum Antiphonariorum ex ijs quæ infra continebantur, eſſe illud ordinatum priſco tempore ab Hadriano Apoſtolico.* meminit idem auctor & de Metenſis Eccleſiæ Antiphonario. Porrò addit Antiphonarium à Romanis dici à cantu, Cantatorium, idemq; diuiſum in duas partes, duplici augeri nomine, nempe vt quæ Reſponſoria continet, Reſponſoriale nuncuparetur, quæ verò Antiphonas, Antiphonarium appellaretur. partem igitur priorem voluminis his verbis inſcriptam ſe inueniſſe teſtatur: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit Reſponſoriale de circulo anni temporibus ter beatiſſimi & Apoſtolici domini Hadriani Papæ per Indictionẽ ſeptimam.* item in fine. *Hoc opus ſummus reparat Pontifex dominus Hadrianus ſibi memoriale per ſæcula.*

[b] Vualfrid. de reb. Eccleſ. c. 25. in fin.

HADRIANI PAPÆ LIBER ANTIPHONARIVS VEL RESPONSALIS.

LXXI. VNDE ORTA DIVERSITAS SACRORVM OFFICIORVM.

Quod verò ex vno licèt fonte puriſſimo tã Romana quàm Gallicana ſacra manarent officia, tamẽ diuerſa interdum eſſe reperiantur, cantorum incuriâ atque deſidiâ accidere potuiſſe, idem Amalarius docet, vbi ait: [c] *Poſt officium quo dedicatur Eccleſia, ſcripſi Antiphonas de Euãgelijs, de quibus interrogaui magiſtros Romanæ Eccleſiæ, ſi illas canerent: reſponderunt nequaquam: Noſtri tamen magiſtri dicunt, ſe eas ab eis percepiſſe per primos magiſtros, qui melodiam cantus Romani docuerunt intra terminos Francorum. Deus ſcit ſi iſti fallant, aut ſi ipſi fefelliſſent, qui gloriati ſunt ſe eas percepiſſe à magiſtris Romanæ Eccleſiæ. aut Romani propter incuriam & negligentiam eas amiſiſſent.* Sed & inde diuerſitas pariter orta eſt (quod idẽ auctor teſtatur[d]) quòd eâ ſint vſi licentiâ, quam ſanctus Gregorius Auguſtino Anglorum Apoſtolo impertiuit, vbi hæc ad ipſum ita reſcripſit: *Nouit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit nutritã: ſed mihi placet vt ſiue in Romana Eccleſia ſiue in Gallicana, ſiue in qualibet Eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſollicitè eligas, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc ad fidem noua eſt inſtitutione præcipua, quæ de multis Eccleſiis colligere potuiſti, infundas: non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus loca amanda ſunt. ex ſingulis ergo quibuſque Eccleſiis quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige, & hæc quaſi in faſciculum collecta, apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.* hæc Gregorius, quâ inquam licentiâ alij etiam vſi, id effecère, vt quæ ab Eccleſia Romana acceperunt, longè diuerſa ab eius ritu in nonnullis poſteâ ſint inuenta, quâ pariter licentiâ ſe vſum eſſe Amalarius ipſe teſtatur. Sed ad Carolũ redeam[e].

[c] Amalar. de ord. Antiph. c. 68.

[d] Amalar. in prolog. de ord. Antiphonarij.

LXXII. LEGATI TASSILONIS ROMAM MISSI.

Dum adhuc Romæ ipſe commoraretur, Legati à Duce Bauariæ venerunt, de quibus hæc vbi ſupra: *Per ipſos dies Paſchales venerunt Romam ad domnum piiſſimum Regem Carolum Miſſi Taſſilonis Ducis Bauariæ Epiſcopus* [e] *Iſarnus & Abbas Henricus, petentesq; Apoſtolicum, vt pacem faceret inter domnum Regem Carolum & Taſſilonem Ducem Baioariorum. Et domnus Apoſtolicus multum ſe interpoſuit, poſtulando piiſſimum Regem. Cui ipſe reſpondit: hoc ſe voluiſſe, & per multa tempora quæſiſſe, & minimè inueniri potuiſſe, vt præferebat, ſtatim fieri. Voluitq; mox in præſentia Papæ cum ipſis Miſſis pacem firmare. Et renuentibus Miſſis, quia non auſi fuiſſent de eius parte firmitatem facere: cum cognouiſſet Apoſtolicus inſtabilitatem & mendacium eorum: anathema poſuit ſuper ducem eorum & ſuos conſentaneos, ſi ipſe Dux ſacramenta quæ promiſerat Pipino & domno Carolo Regi, non adimpleſſet, & obteſtatus eſt ſupradictos Miſſos, vt conteſtarentur Taſſilonem, vt non aliter faceret, niſi in omnibus obediret domno Regi Carolo & filijs eius ac genti Francorum, ne ſanguinis effuſio proueniret, vel læſio terræ ipſius. Et ſi ipſe Dux obdurato corde verbis Apoſtolici minimè obediret: tunc domnus Rex Carolus & ſuus exercitus abſoluti eſſent ab omni periculo peccati, & quicquid in ipſa terra de incendijs eueniret, vel de quacumque malitia, hoc ſuper Taſſilonem & eius conſentaneos recideret, & domnus Rex Carolus ac Franci innoxij ab omni culpa exinde permanſiſſent. His verbis expletis Miſſi Taſſilonis abſoluti ſunt,* dimiſſi ſcilicèt. addit verò Eginhardus, Carolum Magnum antequàm Romà recederet, conſumpſiſſe aliquot dies in veneratione locorum ſanctorum, ſed pergit auctor inſtitutam de reditu Caroli in Franciam orationem.

LXXIII. *Tunc inuicem ſibi domnus Apoſtolicus & domnus Rex glorioſus Carolus, Vale, dicentes, benedictione aſſumptâ, & oratione peractâ, in Franciam cum gloria reuerſus eſt: adducens ſecum cantores Romanorum & Grammaticos peritiſſimos, & calculatores, peruenitque idem mitiſſimus Rex Carolus ad coniugem ſuam domnam Faſtradam Reginam in ciuitate Vuarmatia, & ibi ad inuicem gauiſi ſunt lætificanter, ac Domini miſericordiam collaudantes, vbi Synodum cõgregauit. Et deinde miſit ad Taſſilonẽ, vt omnia impleret ſecundum iuſſionẽ Apoſtolici, vel ſicut iuſtitia erat, eò quòd ſub iureiurando promiſſum habebat, vt in omnibus obediens & fidelis eſſet ei, & filijs eius, & Frãcis, & ad eius præſentiã veniret. Quod renuit, & venire contẽpſit. Tunc domnus Rex Carolus ſentiẽs inſtantiã ſuam, pergit Baioariam, venitq; in loco qui dicitur Lechfeld ſuper ciuitatẽ Auguſtã, & iuſſit fieri aliũ exercitũ de Auſtraſijs & Thuringijs & Saxonibus, & coniunxerũt ſe per Danubiũ fluuiũ in loco qui dicitur Faringa, & tertiũ exercitũ iuſſit fieri de Italicis, vt filius eius Pipinus Rex veniret vſq; ad Tridentum, & ipſe ibi maneret, & exercitũ ſuũ pleniter in ante mitteret vſq; ad Baioariam. Taſſilo videns ſe circumdatũ ex omni parte, videnſq; quòd omnes Baioarij plus eſſent fideles domno Regi Carolo, quàm ſibi, & cognouiſſent domini Regis fideles & magis vellent iuſtitiæ conſentire quam contrarij eſſe: contriſtatus vndiq; tradidit ſemetipſũ domno Regi Carolo &c.* ſubdit enim dediſſe obſides Carolo Taſſilonem, & inter alios filium Theodonem annumeratum, ſicq; permiſſum eſſe Ducem Baioariæ permanere.

LXXIV. Quod autem illa Taſſilo in Carolum tentare præſumpſerit, tradit Eginhardus ipſum id feciſſe impulſu vxoris ſuæ, quæ filia fuerat Deſiderij Regis Longobardorum è Regno à Frãcis expulſi. Sed & quòd fœdus iniiſſet cum Hunnis, mente elatus inferre bellum magno Regi non formidauit; ſed diuinâ ope factum eſt, vt bellum, quod (vt ait) maximum futurum videretur, ſicut citiſſimè, ita & feliciſſimè confectum ſit: nam Taſſilo vilis redditus eſt & ignauus, vbi Apoſtolicæ cenſuræ gladio percuſſus fuit. hoc igitur anno cœptum eadem occaſione eſt bellum Hunnicum, quod teſte Eginhardo perdurauit annos octo, ſed quos alij Hunnos, alij Auares eos dixerunt.

IESV CHRISTI Annus 788.

HADRIANI PAP. Annus 17. CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 9.

I. QVi ſequitur annus Redemptoris noſtri ſeptingêteſimus octogeſimus octauus, vndecima indictione notatur, quo Imperat. Conſtantinus inuitus noleníque, Irenæ tamen matris impulſu, deſponſatam ſibi Caroli Magni filiam repudiauit, quam deperibat, vxoremque accepit Mariam Armenam à matre Irena ipſi procuratam, hęc Theophanes, ex quo quidem principio quot mala euenerint, dicemus inferiùs ſuis locis. Porrò Maria iſta humili loco nata, vt ſolium Imperatricis aſcenderet, ſanctitas effecit eius patrui S. Philareti cognomento Miſericordis: de quo agitur dies natalis in Menologio Baſilij die ſecundâ Decembris hoc elogio: *Sub Imperatrice piiſſima Irena fuit hic beatus à Paphlagonia. Cum autem ex labore ſuo diues fuiſſet, diabolicâ inuidiâ factus eſt pauper, nec tamen eleemoſynarũ oblitus eſt. Ex vno autem facto ipſius in omnibus miſericordiam oſtendemus. Defecit aliquãdo vicini bos. Qui veniens ad Sanctum, in agello deprehendit eum cum tenui iugo ſerentem. Qui videns ipſum mœrentem, ſolutum è duobus bouem alterum ipſi tradidit, ipſe verò cum altero iugum ſubijt. At Deus conſpicatus viri virtutem, fecit vt Irena Imperatrix neptem ipſius Mariam filio ſuo Conſtãtino iungeret in matrimonium, ex quo ille factus diues & copioſus in miſericordia, ſenex migrauit ad Dominum.* hæc ibi. quæ annis ſingulis, dictâ die, in Eccleſijs decantari conſueuêre.

De S. Philareto Miſericorde.

II. Vt autem Irena Imperatrix ſe à Francorum Regis fœdere, amicitia, & affinitate ſeiunxerit, alia nõ eſt quæ afferi cauſa poſſit, niſi quòd Carolus Ducatum Beneuentanum inuaſerit, quem vnà cum Duce in ſuum patrocinium Orientales Imperatores ſuſceperant. Porrò vnà cum Beneuentano Ducatu reliqua omnia à Carolo ablata eſſe, quæ interiacẽt vſque ad Adriaticum mare, certum eſt: nam de dominio Caroli Magni in Italia hæc Eginhardus in eius vita: *Totam Italiam, quæ ab Auguſta Prætoria vſq; in Calabriam inferiorem. in qua Græcorum & Beneuentanorum conſtat eſſe confinia, decies centum & ampliùs paſſuum millibus longitudine porrigitur, occupauit ſcilicèt.* & inferiùs: *Erat (inquit) ſemper Romanis & Græcis Francorum ſuſpecta potentia, vnde illud Græcorum extat prouerbium:* τὸν φράγκον φίλον ἔχε γείτονα μὴ ἔχε, id eſt, *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.*

Diſſoluta pax inter Imperatorem et Carolum Magnum.

III. Sed exæſtuans irâ femina, ſicut malo conſilio diſſoluit fœdera nuptiarum, ita imprudens aduerſus eumdem Carolum hoc eodem anno in Italia bellum mouit, de quo iſta Regino: *Eodem anno commiſſum eſt bellum inter Græcos & Longobardos, Ducibus Hildeprando Spoletano & Grimoaldo Beneuentano & Vuinigiſo à Rege Francorum directo cum Francis: & fugati ſunt Græci, & victores extiterunt Franci & Longobardi.* Qui putarunt non repudiatam ab Imperatore, ſed negatam fuiſſe à Carolo Magno filiam Conſtãtino: hac de cauſa huiuſmodi bellum conflatũ eſſe dixêre; nam in Annalib. ſub Ludouico Imperatore conſcriptis iſta leguntur: *Interea Cõſtantinus Imp. propter negatam ſibi Regis filiam iratus, Theodorum Patriciũ Siciliæ Præfectum cum alijs Ducibus ſuis fines Beneuentanorum vaſtare iuſſit. Qui cùm imperata exequerentur, Grimoaldus, qui eo anno poſt mortẽ patris Dux Beneuentanis à Rege datus eſt, & Hildeprandus Dux Spoletanorũ cum copijs quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habẽtes ſecum Legatum Regis Vuinigiſum, qui poſteà in Ducatu Spoletano Hildeprando ſucceſſit; commiſſoq; prælio, immodicam ex eis multitudinẽ occiderũt, & ſine ſuo ſuorumq; diſpendio victores facti, magnum captiuorum & ſpoliorum numerum in ſua caſtra retulerũt.* hæc ibi.

Victi Græci à Longobardis et Francis.

IV. Cæterùm quantùm ex Theophane colligi poteſt. Aldegiſus filius Deſiderij Regis Longobardorum, qui fugerat Conſtantinopolim, fuit malorum omnium architectus: ſperãs enim, ſi eiuſmodi nuptiarum fœdera inter Carolum atque Conſtantinum inita ſoluerentur, bellumq; inter eos accẽderetur: fore vt ipſe ad ſuos reuerſus, ab illis reciperetur, Francis exploſis, in Regem. Sed ſpes iſta fefellit eum: nam audi Theophanem: *Intereà, inquit, Irena miſit Ioannem Sacellarium & Logothetam in Longobardiam vnà cum Aldegiſo dudum maioris Longobardiæ Rege, quem illi à Deo datum dicebant ad vltionem inferendam, ſi poſſent, in Carolum, & quoſdam ſubducendos ab illo. Deſcenderunt ergo cum Theodoro Patricio Exarcho Prætore Siciliæ, & inito bello, ipſum à Francis, amarè interemptus eſt.* hæc Theophanes. Eſt mentio huius victoriæ in Epitaphio Grimoaldi Ducis, vbi inter alia hi de ſuperatis ab eo Græcis verſus leguntur:

Cum Danais bellum felici ſorte peregit,
Finibus & pepulit belliger ipſe ſuis.

V. Quo pariter anno Carolus Magnus Taſſilonẽ Bauariæ Ducem, maieſtatis reum conuictum damnatum legibus, commiſeratione motus exemptum à gladio, conceſſit ingredi monaſterium vnà cum filio Theodone, vbi ambo tonſurâ & monaſtico habitu ſuſcepto, permanſerunt. Porrò qui ab eo ſolicitati ſunt Hunni duobus comparatis exercitibus, altero Marcam Forolulienſem, altero Baioariam ſunt aggreſſi, ſed fruſtra: nam vtrobiq; victi, fugatiq; ſunt, & multis ex ipſis amiſſis magno cum damno ad ſua ſe loca in Pannoniam recepêre. Hæc igitur quã feliciſſimè hoc anno Carolo Magno ceſſêre.

Taſſilo Dux Bauariæ cum Theodone detruſus in monaſterium.

Si vis ſcire quem tandem octo annorum bellum Hunnicum conſecutum ſit finem, ab Eginhardo ſic accipe: *Maximum (inquit) omnium quæ ab illo geſta ſunt bellorum præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit illud videlicet, quod contra Auares ſiue Hunnos ſuſceptum eſt: quod ille animoſiùs quàm cætera, & longè maiori apparatu adminiſtrauit. Vnam tamen per ſe in Pannoniam (nam eam prouinciam ea gens tunc incolebat) expeditionem fecit, cæteras filio ſuo Pipino ac Præfectis prouinciarum, Comitibus etiam atque Legatis perficiendas commiſit. Quod cum ab his ſtrenuiſſime fuiſſet adminiſtratum, octauo tãdem anno completum eſt. Quot prælia in eo geſta, quantũ ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo Regia Cagani erat ita deſertus, vt ne veſtigiũ quidẽ in eo humanæ habitationis appareat.*

Bellum Hunnicum feliciter conſummatum.

VI. *Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota gloria decidit, omnis pecunia & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt. Neque vllum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti ſint: quippe cùm vſque ad id tẽporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argẽti in Regno repertum, tot ſpolia pretioſa in prælijs ſublata, vt meritò credi poſſet, hoc Frãcos Hunnis iuſtè eripuiſſe, quod Hunni priùs alijs gentibus eripuerant. Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt, Ericus Dux Forouliauus in Liburnia iuxta Tarſaticam maritimam ciuitatem inſidijs oppidanorum interceptus, & Gerollus Baioariæ Præfectus in Pannonia, cùm contra Hunnos præliaturus aciem strueret, incertum à quo, cùm duobus alijs qui eum obequitantem, ac ſingulos hortantem comitabantur*

bantur, interfectus: cæterum incruentum penè Francis hoc bellum fuit, & proſperrimum exitum habuit, tametſi diutiùs ſuâ magnitudine traheretur. hactenus Eginhardus: quę Annalibus contexta voluimus, quo fieret manifeſtum, quem tandem finem conſequuta ſit barbara illa gens Auarum orbis terror, quæ Occidentales atque Orientales innumeris cladibus affecerat, & Conſtantinopolitanum Imperatorem ſub tributo redegerat, ſæpeq; etiam mœnia Conſtantinopolitana ferro pulſauerat. Vt pariter intelligamus, ſic Deum permittere ad peccata populorum plectenda, barbaros interdum inuincibiles reddi, verùm eoſdem ipſos, cùm vult, per fideles pioſq; Duces ſubigi atque deleri. Porrò tot iſta tūtaque, potiùs pietate quàm armis ipſum Carolum obtinuiſſe, quę dicenda erunt oſtendent.

VII. Sedes Bremensis in Saxonia erecta.

Hoc anno Hadrianus Papa præfecit Bremenſi Eccleſiæ in Saxonia S. Vuillchadū probè ſibi Romæ cognitum cùm venit ad Limina Apoſtolorum. Cùm in tot bellorum anguſtijs Carolus Magnus pietatis cultum propenſiùs proſequutus, eiuſdem Hadriani Papæ iuſſa capeſſens, eumdem Apoſtolicum virum primum Epiſcopum ordinatum accepit, inſuper & Eccleſiam illam ampliſſimis reditibus auxit, fineſq; eius Eccleſię certis finibus circumſcripſit. Extat de his omnibus * diploma Regium eiuſdem Caroli, quo & gratias agit Deo de cōſecuta ſępè victoria aduerſus Saxones ipſi Domino totum adſcribens, ſic enim ſe habet.

* Apud Crant. in Saxon. li. 2. cap. 14.

Diploma Caroli.

In nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Carolus, diuinâ ordinante clementiâ, Rex.

Si Domino Deo exercituum ſuccurrente, in bellis victoriâ potiti ſumus: in illo, & non in nobis gloriamur, & in hoc ſæculo pacem & proſperitatem & in perpetuo futuro æternæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter nouerint omnes Chriſti fideles, quòd Saxones, quos à primogenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciæ perfidiam ſemper indomabiles, ipſiq; Deo & nobis tādiu rebelles, quouſque illius non noſtra virtute ipſos & bellis vicimus, & in baptiſmi gratiam, Deo annuente, perduximus, priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cēſu ſolutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubiugales deuotè addiximus, videlicet, vt qui noſtræ poteſtatis iugum hactenus ferre detrectarūt, victi iam, Deo gratias, & armis & fide Domino Saluatori noſtro Ieſu Chriſto ac ſacerdotibus eius, omnium ſuorum iumentorum ac fructuum, totiuſq; culturæ decimas ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter conſtricti perſoluant.

M. Adam. hiſt. Eccl. Septentr. lib. 1. cap. 10.

VIII. Ecclesiæ per provincias diviſa.

Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in prouinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, Septentrionalem illius partem, quæ & piſcium vbertate ditiſſima, & pecoribus alendis habetur aptiſſima pio Chriſto, & Apoſtolorum ſuorum principi Petro pro gratiarum actione deuotè obtulimus: ſibiq; in Vuigmodia, in loco Bremon vocato ſuper fluuium Vuiraam Eccleſiam & Epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos ſubiecimus, quos etiam adrectis eorum antiquis vocabulis & diuiſionibus, in duas redigimus prouincias, his nominibus appellātes, Vigmodiam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ, in ſupradictis pagis ſeptuaginta manſos, cum ſuis colonis offerentes, totius huius parochiæ incolas decimas ſuas Eccleſiæ ſuoq; prouiſori fideliter perſoluere, hoc noſtræ maieſtatis præcepto iubemus, donamus, & confirmamus.

* al. Lulli. Hadriani præceptum.

*Adhuc etiam ſummi & vniuerſalis Papæ Hadriani præcepto, necnon & Maguntiacenſis Epiſcopi * Lullonis omniumq; qui affuere Pontificum conſilio, eamdem Bremenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis appendicijs Villehado probabilis vitæ viro, coram Deo & ſanctis eius, commiſimus. Quem etiam primum eiuſdem Eccleſiæ, tertio Idus Iulij, conſecrari fecimus Epiſcopum, vt populis diuini ſemina verbi, ſecundùm datam ſibi ſapiētiam fideliter diſpenſando, & nouellam hanc Eccleſiam canonico ordine, & monſteriali competentiâ vtiliter inſtruēdo iterum plātet & riget, quouſque precibus Sanctorum ſuorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam venerabilis vir ſerenitati noſtræ eam quam diximus parochiam, propter barbarorum infeſtantium pericula, ſeu varios euentus, qui in ea ſolent contingere, ad ſuſtentacula ſiue ſtipendia Dei ſeruorum, inibi Deo militantium, minimè ſufficere poſſe. Quamobrem quia Deus omnipotēs in gente Freſonum, ſicut & Saxonum, oſtium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicèt Freſia, quæ huic contigua parochiæ eſſe dignoſcitur, eidem Bremenſi Eccleſiæ, ſuoq; prouiſori Vuillehado Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus perpetualiter delegauimus retinendam.*

Reditibus locupletat Brem. Eccl.

IX. Fines Bremensis diœcesis.

Et quia caſus præteritorum cautos nos faciunt in futurum: ne quis (quod non optamus) aliquam ſibi in eadem diœceſi vſurpet poteſtatem, certò eam limite fecimus terminari, eiq; hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluuiū, Liam, Steinbach, Haſalam, Vimarcham, Sueidbach, Oſtā, Mulinbach, Motam paludem, quæ dicitur Sigeſridiſmoer, Quiſtinam, Chiſemmor, Aſchroch, Viſebroch, Biuernam, Vternam, iterumq; Oſtam. Ab Oſta verò Bicinam vſque quò perueniatur ad paludem quæ dicitur Chaltenbach. Deinde ipſam paludem vſque in Vemnam fluuium. A Vemna verò Bricinam Farſtinam vſque in Virraam fluuius. De hinc ab Orientali parte eiuſdem fluminis viam publicam quæ dicitur Heſſeuech, Sturmegoe, & Lorgoe, diſterminantem Sethbaſam, Alapam, Chaldboua, iterumq; Virraam. Ex Occidētali autem parte viam publicam quæ dicitur Folnech, Derno, & Lorgoe diuidentem vſque in Huntam fluuium. Deinde ipſum flumē & Auerinum Lucum ſilueſtrem, quem incolæ loci Vildloch nominant, Finolam, Valdeſmor, Bercpol, Eddinriad paludem, Emiſgoe, & Oſtrigoe diſterminantē Bruſtlaho, Biberlach, iterumq; mare, firmos & intranſgreſſibiles circumſcribi iuſſimus. Et huius donationis ac circūſcriptionis auctoritas, noſtris futuriſq; temporibus, Domino protegente, valeat inconuulſa manere, manu propriâ ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Domini Caroli Regis inuictiſſimi.

X.

*Hildibaldus Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri Palatij Capellanus recognoui. Data pridiè Idus Iulij anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo octogeſimo octauo, Indictione * duodecimâ. Anno autem domini Caroli vigeſimoprimo. Actum in palatio Nemetenſi feliciter. Amen.* hactenus de fundatione Bremenſis Eccleſiæ diploma.

* vndecima

Porrò qui res Saxonum ſunt proſecuti, eumdem Vuillehadum annos tantùm duos ſediſſe, menſeſque tres & dies viginti ſex tradunt: relatumq; inter Sanctos, diemq; tranſitus eius, ſexto Idus Nouembris, quo obijt, Eccleſiaſtico ritu celebrari conſueuiſſe. Quòd autē tradant ante Epiſcopatum ipſum vnà cum ſancto Ludgero Romam peregrinatū eſſe, id minimè ex Ludgeri vitæ Actis probari: ſiquidem aduentus eiuſdem Ludgeri Romā contigiſſe ponitur ſub Hadriani ſucceſſore Leone Papa, cum iam non ampliùs S. Vuillehadus in humanis eſſet.

IESV CHRISTI Annus 789.

HADRIANI PAP. Annus 18. CONSTANT. ET IRENES IMPP. 10.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus octogeſimus nonus, Indictione duodecimâ, quo Orientale Imperiū domeſticâ diſſenſione

IESV CHRISTI
Annus 788.

HADRIANI PAP. Annus 17. | CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 9.

I.

QVi ſequitur annus Redemptoris noſtri ſe-
ptingēteſimus octogeſimus octauus, vnde-
cima indictione notatur, quo Imperat. Conſtan-
tious inuitus nolenſque, Irenæ tamen matris im-
pulſu, deſponſatam ſibi Caroli Magni filiam repu-
diauit, quam deperibat, vxoremque accepit Ma- B
riam Armenam à matre Irena ipſi procuratam, hęc
Theophanes, ex quo quidem principio quot mala
euenerint, dicetur inferiùs ſuis locis. Porrò Maria
iſta humili loco nata, vt ſolium Imperatricis aſcen-
deret, ſanctitas effecit eius patrui S. Philareti cog-
nomento Miſericordis: de quo agitur dies natalis
in Menologio Baſilij die ſecundâ Decembris hoc
elogio: *Sub Imperatrice piiſſima Irena fuit hic beatus à
Paphlagonia. Cùm autem ex labore ſuo diues fuiſſet, dia-
bolicâ inuidiâ factus eſt pauper, nec tamen eleemoſynarū
oblitus eſt. Ex vno autem facto ipſius in omnibus miſeri-
cordiam oſtendemus. Defecit aliquādo vicini bos. Qui ve-
niens ad Sanctum, in agello deprehendit eum cum tenui
iugo ferentem. Qui videns ipſum mœrentem, ſolutum è
duobus bouem alterum ipſi tradidit, ipſe verò cum altero* C
*iugum ſubijt. At Deus conſpicatus viri virtutem, fecit vt
Irena Imperatrix neptem ipſius Mariam filio ſuo Conſtā-
tino iungeret in matrimonium, ex quo ille factus diues &
copioſus in miſericordia, ſenex migrauit ad Dominum.*
hæc ibi, quæ annis ſingulis, dictâ die, in Eccleſijs
decantari conſueuêre.

DE S. PHILARETO MISERICORD.

II.

Vt autem Irena Imperatrix ſe à Francorum Re-
gis fœdere, amicitia, & affinitate ſeiunxerit, alia nō
eſt quæ afferi cauſa poſſit, niſi quòd Carolus Duca-
tum Beneuentanum inuaſerit, quem vnà cum Du-
ce in ſuum patrocinium Orientales Imperatores
ſuſceperant. Porrò vnà cum Beneuentano Ducatu
reliqua omnia à Carolo ablata eſſe, quæ interiacēt
vſque ad Adriaticum mare, certum eſt: nam de do-
minio Caroli Magni in Italia hæc Eginhardus in D
eius vita: *Totam Italiam, quæ ab Auguſta Prætoria vſq;
in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum & Beneuen-
tanorum conſtat eſſe confinia, decies centum & amplius
paſſuum millibus longitudine porrigitur, occupauit feli-
citer.* & inferiùs: *Erat (inquit) ſemper Romanis & Græcis
Francorum ſuſpecta potentia, vnde illud Græcorum extat
prouerbium:* τὸν φράγκον φίλον ἔχε γείτονα μὴ ἔχε, id
eſt, *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.*

DISSOLVTA PAX INTER IMPERATOREM ET CAROLVM MAGNVM.

III.

Sed exæſtuans irâ femina, ſicut malo conſilio
diſſoluit fœdera nuptiarum, ita imprudens aduer-
ſus eumdem Carolum hoc eodem anno in Italia
bellum mouit, de quo iſta Regino: *Eodem anno com-
miſſum eſt bellum inter Græcos & Longobardos, Ducibus
Hildeprando Spoletano & Grimoaldo Beneuentano &
Vuinigiſo à Rege Francorum directo cum Francis: & fuga-
ti ſunt Græci, & victores extiterunt Franci & Longobar-
di.* Qui putarunt non repudiatam ab Imperatore,
ſed negatam fuiſſe à Carolo Magno filiam Conſtā-
tino: hac de cauſa huiuſmodi bellum conflatū eſſe
dixêre, nam in Annalib. ſub Ludouico Imperatore
conſcriptis iſta leguntur: *Interea Cōſtantinus Imp. pro-
pter negatam ſibi Regis filiam iratus, Theodorum Patriciū
Siciliæ Præfectum cum alijs Ducibus ſuis fines Beneuenta-
norum vaſtare iuſſit. Qui cùm imperata exequerentur,
Grimoaldus, qui eo anno poſt mortē patris Dux Beneuen-
tanis à Rege datus eſt, & Hildeprandus Dux Spoletanorū*

VICTA GRÆCIA A LONGOBARDIS ET FRANCIS.

A *cum copijs quas congregare potuerunt, in Calabria eis oc-
currerunt, habētes ſecum Legatum Regis Vuinigiſum, qui
poſteà in Ducatu Spoletano Hildeprando ſucceſſit; com-
miſſoq; prælio, immodicam ex eis multitudinē occiderūt,
& ſine ſuo ſuorumq; diſpendio victores facti, magnum ca-
ptiuorum & ſpoliorum numerum in ſua caſtra retulerūt.*
hæc ibi.

IV.

Cæterùm quantùm ex Theophane colligi po-
teſt, Aldegiſus filius Deſiderij Regis Longobardo-
rum, qui fugerat Conſtantinopolim, fuit malorum
omnium architectus: ſperās enim, ſi eiuſmodi nu-
ptiarum fœdera inter Carolum atque Conſtanti-
num ita ſoluerentur, bellumq; inter eos accēde-
retur: fore vt ipſe ad ſuos reuerſus, ab illis reciperé- B
tur, Francis exploſis, in Regem. Sed ſpes iſta fefellit
eum: nam audi Theophanem: *Intereà, inquit, Irena
miſit Ioannem Sacellarium & Logothetam in Longobar-
diam vna cum Aldegiſo dudum maioris Longobardiæ Re-
ge, quem illi à Deo datum dicebant ad vltionem inferen-
dam, ſi poſſent, in Carolum, & quoſdam ſubducendos ab
illo. Deſcenderunt ergo cum Theodoro Patricio Exarcho
Prætore Siciliæ, & inito bello, tentus à Francis, amarè in-
teremptus eſt.* hæc Theophanes. Eſt mentio huius vi-
ctoriæ in Epitaphio Grimoaldi Ducis, vbi inter alia
hi de ſuperatis ab eo Græcis verſus leguntur:

Cum Danais bellum felici ſorte peregit,

Finibus & pepulit belliger ipſe ſuis.

V.

Quo pariter anno Carolus Magnus Taſſiloné
Bauariæ Ducem, maieſtatis reum conuictum da- C
mnatum legibus, commiſeratione motus exem-
ptum à gladio, conceſſit ingredi monaſterium vnà
cum filio Theodone, vbi ambo tonſurâ & mona-
ſtico habitu ſuſcepto, permanſerunt. Porrò qui ab
eo ſolicitati ſunt Hunni duobus comparatis exer-
citibus, altero Marcam Foroiulienſem, altero Ba-
ioariam ſunt aggreſſi, ſed fruſtra: nam vtrobiq; vi-
cti, fugatiq; ſunt, & multis ex ipſis amiſſis magno
cum damno ad ſua ſe loca in Pannoniam recepêre.
Hæc igitur quā feliciſſimè hoc anno Carolo Ma-
gno ceſſêre.

TASSILO DVX BAVARIÆ CVM THEODONE DETRVSVS IN MONASTERIVM.

Si vis ſcire quem tandem octo annorum bellum
Hunnicum conſecutum ſit finem, ab Eginhardo
ſic accipe: *Maximum (inquit) omnium quæ ab illo geſta
ſunt bellorum præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit illud* D
*videlicet, quod contra Auares ſiue Hunnos ſuſceptum eſt:
quod ille animoſiùs quàm cætera, & longè maiori appara-
tu adminiſtrauit. Vnam tamen per ſe in Pannoniam (nam
eam prouinciam ea gens tunc incolebat) expeditionem fe-
cit, cæteras filio ſuo Pipino ac Præfectis prouinciarum, Co-
mitibus etiam atque Legatis perficiendas commiſit. Quod
cùm ab his ſtrenuiſſimè fuiſſet adminiſtratum, octauo tā-
dem anno completum eſt. Quot prælia in eo geſta, quantū
ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vnà cum omni habitatore
Pannonia, & locus in quo Regia Cagani erat ita deſertus,
vt ne veſtigiū quidē in eo humanæ habitationis appareat.*

BELLVM HVNNICVM FELICITER CONSVMMATVM.

VI.

*Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota glo-
ria decidit, omnis pecunia & congeſti ex longo tempore
theſauri direpti ſunt. Neque vllum bellum contra Francos
exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi ma-
gis ditati & opibus aucti ſint: quippe cùm vſque ad id tē-* E
*poris penè pauperes viderentur, tantum auri & argēti in
Regno repertum, tot ſpolia pretioſa in prælijs ſublata, vt
meritò credi poſſet, hoc Frācos Hunnis iuſtè eripuiſſe, quod
Hunni priùs alijs gentibus eripuerant. Duo tantum ex
proceribus Francorum eo bello perierunt. Ericus Dux Fo-
roiulianus in Liburnia iuxta Tarſaticam maritimam ci-
uitatem inſidijs oppidanorum interceptus, & Geroldus Ba-
ioariæ Præfectus in Pannonia, cùm contra Hunnos præli-
aturus aciem strueret, incertum à quo, cùm duobus alijs
qui eum obequitantem, ac ſingulos hortantem comita-*

bantur

bantur, interfecimus: cæterum incruentum penè Francis hoc bellum fuit, & proſperrimum exitum habuit, tametſi diutiùs ſuâ magnitudine traheretur. hactenus Eginhardus: quę Annalibus contexta voluimus, quò fieret manifeſtum, quem tandem finem conſequuta ſit barbara illa gens Auarum orbis terror, quæ Occidentales atque Orientales innumeris cladibus affecerat, & Conſtantinopolitanum Imperatorem ſub tributo redegerat, ſæpeq; etiam mœnia Conſtantinopolitana ferro pulſauerat. Vt pariter intelligamus, ſic Deum permittere ad peccata populorum plectenda, barbaros interdum inuincibiles reddi, verùm eoſdem ipſos, cùm vult, per fideles pioſq; Duces ſubigi atque deleri. Porrò tot iſta tantaque, potiùs pietate quàm armis ipſum Carolum obtinuiſſe, quę dicenda erunt oſtendent.

VII. SEDES BREMENSIS IN SAXONIA ERECTA.

Hoc anno Hadrianus Papa præfecit Bremenſi Eccleſiæ in Saxonia S. Vuillchadū probè ſibi Romæ cognitum cùm venit ad Limina Apoſtolorum. Cùm in tot bellorum anguſtijs Carolus Magnus pietatis cultum propenſiùs proſequutus, eiuſdem Hadriani Papæ iuſſa capeſſens, eumdem Apoſtolicum virum primum Epiſcopum ordinatum accepit, inſuper & Eccleſiam illam ampliſſimis reditibus auxit, fineſq; eius Eccleſię certis finibus circumſcripſit. Extat de his omnibus [a] diploma Regium eiuſdem Caroli, quo & gratias agit Deo de cōſecuta ſępè victoria aduerſus Saxones ipſi Domino totum adſcribens, ſic enim ſe habet.

[a] *Apud Crantz in Saxon. l. 2. cap. 14.*

DIPLOMA CAROLI.

In nomine Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Carolus, diuinâ ordinante clementiâ, Rex.

Si Domino Deo exercituum ſuccurrente, in bellis victoriâ potiti ſumus: in illo, & non in nobis gloriamur, & in hoc ſæculo pacem & proſperitatem & in perpetuo futuro æternæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter nouerint omnes Chriſti fideles, quòd Saxones, qui à primogenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciæ perfidiam ſemper indomabiles, ipſiq; Deo & nobis tādiu rebelles, quouſque illius non noſtra virtute ipſos & bellis vicimus, & in baptiſmi gratiam, Deo annuēte, perduximus, priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cēſu ſolutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubiugales deuotè addiximus, videlicet, vt qui noſtræ poteſtatis iugum hactenus ferre detrectarūt, victi iam, Deo gratias, & armis & fide Domino Saluatori noſtro Ieſu Chriſto ac ſacerdotibus eius, omnium ſuorum iumentorum ac fructuum, totiuſq; culturæ decimas ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter conſtricti perſoluant.

M. Adam. hiſt. Eccl. Septentr. lib. 1. cap. 10.

VIII. ECCLESIÆ PER PROVINCIAS DIVISÆ.

Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in prouinciam redigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, Septentrionalem illius partem, quæ & piſcium vbertate ditiſſima, & pecoribus alendis habetur aptiſſima pio Chriſto, & Apoſtolorum ſuorum principi Petro pro gratiarum actione deuotè obtulimus: ſibiq; in Vuigmodia, in loco Bremon vocato ſuper fluuium Viraam Eccleſiam & Epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos ſubiecimus, quos etiam ad rectis eorum antiquis vocabulis & diuiſionibus, in duas redigimus prouincias, his nominibus appellātes, Vigmodiam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ, in ſupradictis pagis ſeptuaginta manſos, cum ſuis colonis offerentes, totum huius parochiæ incolas decimas ſuas Eccleſiæ ſuoq; prouiſori fideliter perſoluere, hoc noſtræ maieſtatis præcepto iubemus, donamus, & confirmamus.

Adhuc etiam ſummi & vniuerſalis Papæ Hadriani præcepto, necnon & Maguntiacenſis Epiſcopi Lullonis omniumq; qui affuere Pontificum conſilio, eamdem Bremenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis appendicijs Villehado probabilis vitæ viro, coram Deo & ſanctis eius, commiſimus. Quem etiam primum eiuſdem Eccleſiæ, tertio Idus Iulij, conſecrari fecimus Epiſcopum, vt populis diuini ſemina verbi, ſecundùm datam ſibi ſapiētiam fideliter diſpenſando, & nouellam hanc Eccleſiam canonico ordine, & monſterialis competentiâ vtiliter inſtruēdo iterum plātet & riget, quouſque precibus Sanctorum ſuorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam venerabilis vir ſerenitati noſtræ eam quam diximus parochiam, propter barbarorum infeſtantium pericula, ſeu varios euentus, qui in ea ſolent contingere, ad ſuſtentacula ſiue ſtipendia Dei ſeruorum, inibi Deo militantium, minimè ſufficere poſſe. Quamobrem quia Deus omnipotēs in gente Freſonum, ſicut & Saxonum, oſtium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Freſiæ, quæ huic contigua parochiæ eſſe dignoſcitur, eidem Bremenſi Eccleſiæ, ſuoq; prouiſori Vuillehado Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus perpetualiter delegauimus retinendam.*

*al. Lulli

HADRIANI PRÆCEPTUM.

REDITIBUS LOCUPLETAT BREM. ECCL.

IX.

Et quia caſus præteritorum cautos nos faciunt in futurum: ne quis (quod non optamus) aliquam ſibi in eadem diœceſi vſurpet poteſtatem, certò eam limite fecimus terminari, eiq; hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluuiū, Liam, Steinbach, Haſalam, Vimarcham, Sueidbach, Oſtā, Mulmbach, Motam paludem, quæ dicitur Sigefridiſmoer, Quiſtinam, Chiſemmor, Aſcbroch, Viſebroch, Biuernam, Vternam, iterumq; Oſtam. Ab Oſta verò Bicinam vſque quò peruenitur ad paludem quæ dicitur Chaltenbach. Deinde ipſam paludem vſque in Vemnam fluuium. A Vemna verò Bicinam Farſtinam vſque in Virraam fluuium. Dehinc ab Orientali parte eiuſdem fluminis viam publicam quæ dicitur Heſſeuech, Sturmegoe, & Lorgoe, diſterminantem Sethbaſam, Alapam, Chaldbona, iterumq; Virraam. Ex Occidētali autem parte viam publicam quæ dicitur Foluech, Derue, & Lorgoe diuidentem vſque in Huntam fluuium. Deinde ipſum flumē & Amrinum Lucum ſilueſtrem, quem incolæ loci Vildloch nominant, Finolam, Valdeſmor, Bercpol, Eddinriad paludem, Emiſgoe, & Oſtrigoe diſterminantē Bruſtlabo, Biberlach, iterumq; mare, firmos & intranſgreſſibiles circumſcribi iuſſimus. Et huius donationis ac circūſcriptionis auctoritas, noſtris futuriſq; temporibus, Domino protegente, valeat inconuulſa manere, manu propriâ ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Domini Caroli Regis inuictiſſimi.

FINES BREMENSIS DIOECESIS.

X.

Hildibaldus Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri Palatij Capellanus recognoui. Data pridie Idus Iulij anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo octogeſimo octauo, Indictione duodecimâ. Anno autem domini Caroli vigeſimoprimo. Actum in palatio Nemetenſi feliciter. Amen.* hactenus de fundatione Bremenſis Eccleſiæ diploma.

* vndecima

Porrò qui res Saxonum ſunt proſecuti, eumdem Vuillehadum annos tantùm duos ſediſſe, menſeſque tres & dies viginti ſex tradunt: relatumq; inter Sanctos, diemq; tranſitus eius, ſexto Idus Nouembris, quo obijt, Eccleſiaſtico ritu celebrari conſueuiſſe. Quòd autē tradant ante Epiſcopatum ipſum vnà cum ſancto Ludgero Romam peregrinatū eſſe, id minimè ex Ludgeri vitæ Actis probari: ſiquidem aduentus eiuſdem Ludgeri Romā contigiſſe ponitur ſub Hadriani ſucceſſore Leone Papa, cum iam non ampliùs S. Vuillehadus in humanis eſſet.

IESV CHRISTI
Annus 789.

HADRIANI PAP. Annus 18. CONSTANT. ET IRENES IMPP. 10.

I.

SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus octogeſimus nonus, Indictione duodecimâ, quo Orientale Imperiū domeſticâ diſſenſione

matris & filij Imperatorum mirum in modum exagitatur, de qua iſta Theophanes: *Anno decimo Imperij Irenæ monit diabolus linore impietatis Imperatorum homines, qui inſtigarent matrem aduerſus filium, & filiũ aduerſus matrem.* nimirũ, vt ipſa ſola regnare deberet, ex Dei voluntate eſſe, aſſeuerãtibus illis. Contrà verò auribus filij alij inſuſurrabant, haud decẽs eſſe, vt viginti iam annos natus Imperator adhuc ſub matris eſſet tutela atque regimine. Quomodo autem matris partes præualuerint, accipe: *Cùm,* inquit, *Imperator iam viginti eſſet annorũ factus robuſtus atque idoneus, cùm videret ſe nihil poteſtatiuè gerere, triſtabatur: intuens e contrario Stauratiũ Patricium a matre præfectum Logothetam omnia poſſidere, omneſq; ad illum accedere, & neminem ſe frequentare audere: conſilio inito cum familiaribus perpaucis hominibus ſuis & Petro magiſtro ſuo & Theodoro Patricio & Damiano Patricio atque firmauit comprehendere eam, & in exilium in Siciliam deſtinare, ſicq; ipſe teneret Imperium ſine matre ſua.* & paulò poſt.

DOMESTICUM BELLUM INTER IRENEM ET CONSTANTINUM.

II. *Cùm autem Stauratio nuntiata fuit & præſignata res; commouit Auguſtam contra filium. Quæ comprehenſos omnes Imperatoris homines cæcidit atq; totondit, vna cum Ioanne Protoſpathario & baiulo ipſius, & exilio relegauit in inferioribus partibus vſq; in Siciliam; Petrum verò magiſtrum dehoneſtationibus ſubijciens, in domo ſua ſedere præcepit, ſimiliter & Theodorum Patricium: Porrò Damianum Patricium cæſum ac tonſum in caſtrum Apolloniadem exulem fore deſtinauit, percutienſq; filium & tonitrijs multis laceſſens, egit ne procederet per dies nõ paucos, cœpit autem militiam ſacramentis ſubmittere ita dicentem: Quia quouſque tu viuis, non permittimus filiũ tuum imperare. Et iurabant omnes ſic, nemine contradicere audente.* hic ſtatus erat rerum Imperij nutabundus & turbulentus, quem & natura euidentiori expreſſit ſigno, dum (quod idem Theophanes ait) *eodem anno ſexto Idus Februarij horribilis factus eſt terræmotus, ita vt non auderet quiſquam domi dormire, ſed omnes in hortis ſub dio tabernacula facta & tentoria degebant. Aſt Imperatrix vnà cum filio ſuo egreſſa eſt ad ſanctum Mamantem.* hæc Theophanes.

AMICI CONSTANT. IMP. RELEGANTUR.

III. Porrò his diebus cùm Auguſta Præfectos & inter alios Protoſpatharium, quem Theophanes Ioannem nomine dictum tradit, inſequeretur: quomodo confugiens Iſte ad Eccleſiam, à Taraſio diu defenſus ſit, accipe abſgoatio, qui res eiuſdem Taraſij proſequutus hæc habet[a]:

[a] Extant apud Sur. die 25. Februar. tom. 1.

Aliquando quidam ex ijs, qui gerebant magiſtratus, ſplendore & gloriâ & diuitijs inſignis, qui etiam vt enſem Imperatorium geſtaret, honorem erat adeptus, pro magno pecuniæ pondere luens pœnas, cùm graues & acerbæ de eo haberentur quæſtiones, neque ei quidquam daretur laxamenti, ſed afflictione & cruciatu omni ex parte vrgeretur, deturbatur in profundã deſperationem præ animi ægritudine. Is cùm noctem obſeruaſſet intempeſtam, eos latens, quorum cuſtodiæ fuerat creditus, ad templi diuinum ſe contulit refugium. Cùm autem fuiſſet intra adyta, venerãda menſa mox apprehenſis cornibus, ea tenebat cũ magno tremore & timore. Cùm ergo eum cognouiſſent aufugiſſe, metu ne idem ſubirent ſupplicium, velocibus pedibus venerunt ad diuinum templum, & eum aſpicientes menſam diuinam apprehendiſſe, circumdabant adyti ambitũ, tempore cibi ſumendi reo aperientes ingreſſum, non dantes locum vt poſſet vti reliquis neceſſarijs, ſed ſperabant fore, vt eum proderet neceſſitas, quæ eum vel nolentem expelleret. Adhibebant itaque maiorem cuſtodiam: prohibebant enim omninò ingreſſum ad aram, vt nemo eum ſermone impertiret, aut ad eos qui erant extra, aliquod verbum ab eo tranſmitteretur.

IOANNES PROTOSPATHARIUS CONFUGIT AD ECCLESIAM.

IV. *Cùm hæc ita veniſſent ad aures Paſtoris, Taraſij videlicet Epiſcopi Conſtantinopolitani, eum repleuerunt maximâ animi ægritudine, vt qui videtat contemptionem diuinorum ſacramentorum mouere ad indignationem datricem Dei benignitatem, ſed videte à miſericordi Patre ſuppeditatum tunc ei auxilium, & admirandi animi prudentiam. Eo enim tempore quo oportebat cibum ſumere eum qui affligebatur, ſacrâ veſte ſe induẽs, proficiſcebatur ad adytum, & per dexteram portam ingrediens, quæ ad reficiendum virum erant neceſſaria ſuppeditabat, abunde ex ſe afferens, & deinde abibat eum relinquens. Si quando autem venter, cui negari non poteſt, eum cogeret facere, quæ ſunt requiſita naturæ: ex alto rurſum deſcendendẽs, & eum ad ſeceſſum educens & expectans, & eum poſtea manu capiens reſtituebat tribunali, idq; non ſemel & bis*
B *in die faciebat, ſed quoties euocatus erat ad hoc miniſteriũ ab eo qui grauiter periclitabatur. Hanc inſatiabilem diuini viri demiſſionem admirantes milites, & fieri non poſſe cogitantes, vt qui ſupplex erat, caperetur. quamdiu iuſtâ manu eum regeret, improbum in eum ſtruunt conſilium, quod ſuperabat omnem fraudem & aſtutiã. Clàm enim per alium aditum collocant inſidias, vt quando ex ſacris adytis ouem paſtor traheret naturæ ſeruientem, eam inſtar luporum raperent: quod etiam factum eſt. Nam cùm Sanctus vir, vt ſolebat, curam gereret, & ad requiſita naturæ eum duceret, ij qui ſecurè latebant in inſidijs, per aliam portam irrumpentes, eum rapiunt & ad Regiã per vim trahunt.*

RAPIUNT MILITES EXTRA ECCLESIAM QUI AD EAM CONFUGERAT.

V. *Poſtquam autem ſceleratam infelicium machinatio-*
C *nem in eum adunatam cognouit Paſtor ſanctiſſimus, irâ & dolore arreptus, nulla vtens dilatione, ad Eleutheriã auſam regiam (illic enim tunc fortè contigit degere Imperatricem) accedit. Cùm ij verò Patris aduentum ſenſiſſent, & eius præſentiam in ipſos futuram zelo plenam & inſtar acuti gladij ſuſpicarentur, eum fuerunt extra Regiã, ne ſermone quidem dignati. Ille videns ſuum aduentum nihil ſibi profuiſſe: Eccleſiaſtica pœna vinculo omnes communiter alligat, pronuntiãs indignos communione Chriſti ſacramentorum, ſi vllo graui damno afficerent eum, qui confugerat ſupplex ad Eccleſiam. Cùm hæc ergo tamquam ex Apoſtolica auctoritate liberè dixiſſet, eſt reuerſus. Illi anathematiſmi laqueis adſtricti, cùm non poſſent effugere ſacratæ: à pœna Eccleſiaſtica, de reo quiſtem non amplius*
D *habuere quæſtionem tormentis, ſed verborum ſolis examinationibus, de quibus agebant pecuniæ trutinam exinanientes, tamquam innocentem eum abſoluunt.* hæc Ignatius *de egregio facto Taraſij Patriarchæ religioſiſſimi.*

TARASIUS EXCOMMUNICAT IUDICES.

VI. Sed & illud præclarè accidit hoc eodem anno (vt idem qui ſupra Theophanes auctor eſt) quod Theophilus Præfectus Imperatoriæ claſſis, cũ ante aciem pugnans aduerſus Sarracenos, tentus eſſet, atq; perductus ad ipſorum Principem Aaron: cùm ſolicitaretur ab eo Chriſtianam Fidem negare, & ſectæ Mahumetanæ inhæreſcere, & ille facere omninò renuiſſet, & vi adhibitâ nequaquam aliquo modo flecti potuiſſet, ſubiectus gladio martyrij co-
E ronam conſecutus eſt, inq; Martyrum ſanctorum album relatus, vndecimo Kalendas Auguſti natali die, memoria anniuerſaria celebratur hoc elogio: *In Cypro S. Theophili Prætoris, qui ab Arabibus tẽtus, cùm nec donis nec minis flecti poſſet, vt Chriſtum negaret, gladio cæſus eſt.*

THEOPHILUS PRÆTOR CLASSIS MARTYR.

Quod ad res pertinet Occidẽtales, hæc de Carolo laude digna legũtur[b] in eius Capitularibus: *Anno Incarnationis ſeptingenteſimo octogeſimo nono, Indictione duodecimâ, anno vigeſimo Regni noſtri actum eſt huius legationis edictum in Aquiſgrani palatio publicè. Data eſt quartâ die decimo Kalendas Aprilis.*

[b] Capit. Franc. lib. 1. c. 72. 73.

Tempore Hadriani Papæ & Caroli Magni Imperatoris, quãdo Paulinus Epiſcopus tenuit vices Apoſtolicæ Sedis, in Aquis eſt factum iſtud capitulum propter hoc, quia

DE BONIS ECCLESIARUM NON

lati

LAICIS DANDIS DECRETVM CAROLI MAGNI.

lant homines ſolebant diuidere Epiſcopia & monaſteria ad illorum opus, & non remanſiſſet vlli Epiſcopo, nec Abbati, nec Abbatiſſæ, niſi tantùm vt velut canonici & monachi viuerent. & infra.

VII. *Quia iuxta ſanctorum Patrum traditionem nouimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum & patrimonia pauperum: cumq; non ſolum habita conſeruare, verùm etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus: tamen vt ab Eccleſiaſticis de nō diuidendis rebus illius ſuſpicionem dudum conceptam penitus amoueremus: ſtatuimus, vt neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitùs diuiſionem vel iacturam patiatur.* hæc ibi. In quam ſententiam ſancta Hildegardis Abbatiſſa res [a] proſecuta ſancti Deſibodi, hæc ait. *Poſt annos autem plurimos & aliquot Regum deceſſum, rurſum ingentia orta ſunt bella in regione iſta. Itaque maiores natu & Principes terræ illius Carolum Magnum, qui tunc Romanum imperium ſuſceperat, adeuntes, dixerunt, æquum non eſſe, vt ij quos non carni ſed ſpiritui; non mundo, ſed Deo ſeruire oporteret, mundi pompam & opes ſuperfluas obtinerent, quemadmodum facerent illi qui in monte S. Deſibodi degerent: cùm ipſi prælijs & anguſtijs preſſi, diuitijs & facultatibus egerent, vnde tum ſeruire Regno, tum ſibi conſulere poſſent. Eorum orationem Imperator & prudenter audiuit, & ſapienter diſſimulauit. Reſponditq; ſe fratribus illis nec fundos aut poſſeſſiones, neque alias res, quas eis fideles contuliſſent, vllâ ratione adempturum. Eo accepto reſponſo, illi deinceps quieuerunt.* hæc Hildegardis, quæ Principes audire debeant, ſi Caroli ſummæ gloriæ ſummique Imperij hic æmuli, & æterni in cœlo Regni eius velint eſſe participes.

[a] *Apud Sur. die 8. Iulij.*

NEGAT CAROLVS RES MONACHORVM DARE LAICIS.

IESV CHRISTI
Annus 790.

HADRIANI PAP. Annus 19. CONST. SOLIVS IMP. Annus 1.

I. NONAGESIMVS poſt ſeptingenteſimum annus Redemptoris Indictione decimatertiâ conſignatur, quo pulsâ matre Irenâ Conſtantinus ſolus regnare cœpit. Quod contigit factione legionum in Armenia degentium, quæ ipſum Conſtantinum dumtaxat acclamarunt Imperatorem: quorum exemplo alij, qui in alijs degebant prouincijs, milites moti, & ipſi Conſtantinum tantùm fore imperaturum, iuramentis etiam publicè conteſtati ſunt, licèt anteà Irenæ iuraſſent. Cuius rei gratiâ factum eſt, vt Irena ſibi timens, Conſtantinum à ſe dimitteret, quem penè carcere cuſtoditum hactenùs aſſeruâſſet. Qui habenas ſuſcipiens Imperij, vltus eſt in Præfectos à matre conſtitutos, in eos potiſſimùm, qui expelli procurauerant quos diximus Imperatoris amicos, vt Stauratium, & alios; ſicque annus iſte primus numeratus eſt eiuſdem ſolius Conſtantini abſque matre regnantis.

SOLVS CONSTANTINVS IMPERAT ABSQVE MATRE.

II. Sic igitur pax poſt longum bellum, quam Orientalis Eccleſia fuerat tot laboribus conſequuta, domeſtico Imperatorum bello turbatur. Inter tot tantaq; diſcordiæ flagrantis incendia eodem tempore conflagrâſſe etiam partem Cōſtantinopolitanę vrbis, & inter alias quoque domum Patriarchę, teſtatur Theophanes atque Cedrenus qui ait: *Incendium quoq; triclinium Patriarchæ domus, quod Thomaites appellatur, & ei ſubiectas cameras abſumpſit, vbi repoſita erant vniuerſa ſcripta, quibus ſacram ſcripturam ſanctus Ioannes Chryſoſtomus fuerat interpretatus; graſſatumq; eſt incendium vſque ad Milliarium & Quæſtorum, omnibus quæ in medio erant exuſtis.*

INCENDIVM CONSTANTINOP.

Eodem anno, quo Era Hiſpana numeratur octingenteſima vigeſima octaua, defuncto Mauregato Rege Gallęciæ, in locum eius ſucceſſit Veremundus diaconus, qui inde magnam comparauit ſibi laudem, quod Alfonſum ab illo è Regno eiectum reſtituit, ita benè conſulens rebus Chriſtianorum, & Regno iam omni ex parte collapſo. iſta Tudenſis & alij.

Quod ad res Francorum pertinet, vt produnt veteres Annales, quietus hic fuit annus à bellorum motibus, perdomitis iam anno ſuperiori (vt ijdem teſtantur) Sclauis à Carolo Magno. quo anno Albini reperitur ſcripta eſſe epiſtola de rebus Caroli Magni, cuius fragmentum in rebus geſtis Anglorum recitatum libro ſecundo continuationis hiſtoriæ Anglicanę, hic tibi opportunè ſuo loco reddendum putauimus. Eſt (inquit auctor) epiſtola Albini huiuſce rei index, cuius partem hic apponam, documentum ingens magnanimitatis & fortitudinis Caroli, qui omnem ætatem triuerit in bellis contra Paganos Deo rebelles.

Antiqui (inquit) *Saxones & omnes Freſonum populi, inſtante Rege Carolo, alios præmijs, alios minis ſollicitante, ad Fidem Chriſti conuerſi ſunt. Sed anno tranſacto, idem Rex cum exercitu irruit ſuper Sclauos, eoſq; ſubegit ſuæ ditioni. Auares, quos nos Hunnos dicimus, exarſerunt in Italiam, & a ducibus præfati Regis Chriſtiani ſuperati, domum cum opprobrio reuerſi ſunt. Similiter & ſuper* [*] *Bangariam irruerunt, qui & ipſi ab exercitu Chriſtiano ſuperati & diſperſi ſunt. Etiam & eiuſdem Chriſtianiſſimi duces Regis & Tribuni multam partem Hiſpaniæ tulerunt a Sarracenis, quaſi trecenta millia in longum per maritima. Sed heu, proh dolor! quòd ijdem maledicti Sarraceni, qui & Agareni, tota dominantur Africa, & Aſia maiori maxima de parte, neſcio quid de nobis venturum ſit. Aliquid enim diſſenſionis, diabolico fomento inflammante, nuper inter Regem Carolum & Regem Offam exortum eſt; ita vt vtrinque nauigatio interdicta negociantibus eſſet. Sunt qui dicant, nos pro pace eſſe in illas partes mittendos.* huc uſque ex epiſtola Albini. ſubdit verò his hæc auctor.

III.

[*] Baioariā

IV. *In his verbis, præter illa quæ ſuperiùs notaui, poterit curioſius animaduerti, quantum iam annorum effluxerit ex quo Sarraceni Africam & Aſiam inuaſerunt;* [a] *& profectò niſi Dei clementia ingenitum robur Francorum Imperatorem animaſſet: pridem Europam etiam ſubiugaſſent. Adeò contemptu Imperatoribus Conſtantinopolitanis, Siciliam & Sardiniam & Baleares inſulas & penè omnes terras quæ pelago cinguntur, præter Cretam, Rhodum & Cyprum occupauerunt.* ſed & bis poſtea potiti ſunt.

[a] quod

Videas ex his Lector quantum Chriſtianus orbis debeat Carolo Magno, qui ſolus exundanti ex Oriente in Occidentem torrenti, ne vniuerſam obrueret Chriſtianitatem, obicem ſe oppoſuit validiſſimum.

IESV CHRISTI
Annus 791.

HADRIANI PAP. Annus 20. CONST. SOLIVS IMP. Annus 2.

I. SEQVITVR ordine temporis annus Redemptoris ſeptingenteſimus nonageſimus primus Indictione decimaquartâ, quo (vt auctor eſt Theo-

phanes) Conſtantinus Imp. decimo octauo Kalendas Februarij rogatus à matre & ab alijs Optimatibus, pronuntiat eandem iterum Imperatricem, amboq; ſimul, vt anteà, acclamati ſunt Imperatores, adhuc tamen Armenis militibus contradicentibus. Quo item anno malè pugnatum eſt aduerſus Bulgaros, eũ ſcilicèt (vt idem teſtatur Theophanes) Imperator à pſeudoprophetis certam victoriam pollicentibus deceptus, dum minùs caotè bellum gerit, ab hoſtibus ſuperatur, fugatuſq; rediijt Conſtantinopolim, compluribus deſideratis ex primoribus magiſtratibus: occiſus pariter Pancratius Aſtronomus pſeudopropheta, qui certam ipſi victoriam vanè prædixerat. ſed quæ hæc acerbiora ſequuta ſunt mala, audi Theophanem.

VINCITVR IMPERATOR A BVLGARIS.

II.

CONSTANTINI IMP. CRVDELITAS IN PATRVOS.

Cum (inquit) *collecti eſſent ordines militares in vrbem, conſiliati ſunt educere Nicephorum filium Conſtantini ſeniorù, aui ſcilicet ipſius tunc regnantis, eundem & Cæſarem & Imperatorem conſtituere. Quo comperto, Conſtantinus Imperator miſit & eduxit ſuos patruos, filios Conſtantini aui ſui ad ſanctum Mammantem, & Nicephorum quidem oculis, Chriſtophorum atque Nicetam, Anthimum atq; Eudoxium linguis priuauit; cum quibus & prædictum Alexium Patricium, quem legiones Armeniæ quæſierant prouehere in Imperium, luminibus priuauit, obediens maternis, & præfati Stauratij ſuadelis, ei aſſeuerantibus, quòd niſi hunc cæcum redderet, in Imperatorem forent electuri.* acta ſunt autem hæc adeò crudeliter, vt ait, mẽſe Auguſto, die Sabbati, hora nonâ, Indictione * decimaquartâ. Subdit verò idem Theophanes: *Verumtamen non in longum Dei iuſtitia hanc iniquam vltionem miſit inultam. Poſt quinquennium namque, eodem menſe, & eodem die Sabbati, orbatus eſt oculis à propria matre idem Conſtantinus.*

* 15.

Sed ſicut in Oriente, vbi ſæuitia cum iniquitate graſſatur, barbari præualent in Imperatorem: ita è contra in Occidente, Caroli Magni Regis pietas inuictos hactenùs barbaros ſuperat. hoc ſiquidem anno (vt habent veteres Francorum ª Annales) triduano ieiunio & Litanijs, ſolemnique celebratione Miſſarum roboratus exercitus, fide potentior quàm armis aduerſus Auares bellum quàm feliciſſimè geſſit. *Nam Franci* (inquit auctor) *proſtrauerũt Auarum innumerabilem multitudinem, & reuerſi ſunt, ex vtraq; ripa Danubij ad propria, magnificantes Deum pro tanta victoria* planè incruenta.

CAROLI VICTORIA IN AVARES.

ª *Chronic. Franc edit. à Pithœo & Regino in Chronic. & alij.*

III.

CONC. FOROIVLIENSE.

Quod verò ad res Italiæ pertinet, hoc ipſo anno celebratum eſt in Italia Concilium Foroiulienſe ſub Paulino Epiſcopo Aquileienſi, ſub cuius Metropoli Foroiulium cõtinebatur. De tempore quidem ex Actis ipſius Concilij ſatis liquet, vbi in eorum exordijs iſta ſcribuntur: *Anno igitur feliciſſimo Principatus eorum, Caroli ſcilicèt tertio & vigeſimo, & Pipini decimoquinto: canonicis ſiquidem euocatum ſyllabis fraternum quorumdam Epiſcoporum contubernium Foroiulium municipium Metropolim Aquileienſem venerantes coaceruatum conuenit.* &c. Qui huic præfuit Paulinus Patriarcha, egregiâ enituit ſanctitate, & doctrinâ fuit inſignis, plurimuſque in Synodalibus coactis à Carolo Magno cõuentibus, ad quos ab eodẽ Rege vocari ſolitus eſſet: nam ipſe in hoc eodem Concilio dum ſe excuſat, quòd tardiùs & infrequentiùs conuocaret ad Synodum prouincialem ſibi ſubiectos Epiſcopos, præter excuſationem bellicorum tumultuum, hanc addit, quòd frequenter ad generales coactus fuerit proficiſci. Sed audi ipſum:

PAVLINVS EPISC. FOROIVLIENSIS QVALIS.

Per tot temporum curricula quòd minimè ſit venerendi Concilij Seſſio celebrata, veſtram ſcire non ambigo ſinceriſſimam caritatem. Nam propter improbos, qui ſolent A *irrumpere, mundanos tumultus, propterq; imminentia præliorum bella, quæ circumquaq; per gyrum finium noſtrorum fomenti ferocitatem ingruere non ceſſabant, intermiſſum interim hoc magnificũ opus, procul dubio poterit approbari. Verumtamen non penitus intermiſſum veridicis valebit aſſertionibus æſtimari. Nam quoties reuerendis principalibus accerſiti imperijs in generali celeberrima Synodi venerabilium Patrum conuentione humillimam paruitatis meæ præſentiam, quia ſæpiùs contigit adfuiſſe: veſtris eſt animis (vt opinor) non celatum, veſtriſq; etiam obtutibus aliquoties latiùs patuiſſe, in promptu non dubito.* hæc de præteritis.

IV.

De præſenti autem Synodo congreganda, accipe eius animi conſilium ex temporum opportuni- B tate quæſitum: *Nunc autem (inquit) diuina opitulante clementiâ, attritis vtique ferocium barbarorum ſuperbiæ typo erectis ceruicibus, auxilio per omnia adminiculante de cœlo, redditâ iam quietiſſimâ pace terris, supernâ prorſus largiente gratiâ, pauluſumq; reſpirantibus regalibus iuſſis, neceſſarium duximus ſummopere feſtinantes dilectiſſimam fraternitatem veſtram iuxta priſcorum canonum inuiolabiles ſanctiones in vno collegio aggregari,* &c. Sanè quidem Paulinum hunc vt inſignis nominis virum citat ᵇ Vualfridus Strabo, qui claruit paulò pòſt ſub Ludouico filio Caroli Magni, dum agit de ſacrorum hymnorum in Eccleſia vſu: *Traditur ſiquidem* (inquit) *Paulinum Foroiulienſem Patriarcham ſæpiùs, & maximè in priuatis Miſſis circa im-* C *molationem ſacramentorum hymnos vel ab alijs vel à ſe compoſitos celebraſſe.* hæc ipſe. Sed de his quæ ad res geſtas ſancitaſq; in hac Synodo ſpectant, agamus.

ᵇ *Vualfrid. Strabo de rebus Eccleſ. cap. 25.*

Duo erant quæ in Catholicæ Fidei ſacramentis, hoc tempore, Catholicam pulſabant Eccleſiam, in Oriente alterum, alterum verò in Occidente: in Oriente inquam quæſtio de proceſſione Spiritus ſancti magnoperè cœagitari cœpit, indeque dilapſa in Italiam, Gallis cum Hiſpanis contrà nitentibus, vt ſuperiùs eſt demonſtratum. In Occidente verò in Hiſpanijs ab Epiſcopo Toletano Elipando, & Felice Epiſcopo Vrgelitano Neſtorianiſmus reſtitui cœpit, dum aſſererent Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſecũdùm humanitatem D dicendum eſſe filium adoptiuum, ac proinde duos Dei filios in Chriſto naturalem, & adoptiuum eſſe. Ad vtrumq; errorem conuincendum & corrigendum Paulinus viſus eſt huiuſmodi Synodum potiſſimùm conuocâſſe, vtque etiam de his quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam bene reſtituendam & inſtituendam pertinent, canones ordinaret.

QVÆSTIO DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

V.

Quod ad primum ſpectat, hæreticos cùm nominet, negantes Spiritum ſanctum à Patre Filioq; procedere: diuerſum planè eſt ab eo, quod aliqui ſimpliciter dixêre ex ſancti Euangelij præſcripto, Spiritum ſanctum à Patre procedere, non negando tamen etiam ex Filio procedere. Hos quidem non eſſe cenſendos hæreticos, Hadrianus Papa ex- E cuſat in reſponſionibus ad Carolum Magnum datis aduerſus Synodi ſecundæ Nicenæ detractores, vbi Taraſium excuſat, qui Spiritum ſanctum dixerat ex Patre procedere per Filium, cum ait: ᶜ *Hoc dogma Taraſius non per ſe explanauit, ſed per doctrinam ſanctorum Patrum confeſſus eſt, quorum capitula pro veſtro nimio amore, quem erga veſtram * perfectiſſimam à Deo protectam regalem excellentiam gerimus, breuiter exaramus. Athanaſius* &c. Recitat nonnullorum Græcorum & Latinorum Patrum ſententias Taraſij aſſertioni conſentientes, quòd ſcilicet Spiritus ſanctus à Patre procedit per Filium. de quibus videas quæ diſputat diffuſius S. Thomas ᵈ. Non ergo cõſentit Hadrianus illis damnantibus Græcos, ob id

ᶜ *Hadri. ep. ad Car. c. 8.*

* *precellentiſſimam*

ᵈ *S. Thom. par. 1. q. 36. art. 3.*

quod

quod dicerent Spiritum ſanctum à Patre procedentem, non tamen negarent à Filio æquè ipſum procedere. At quòd addita Symbolo illa verba fuerint, FILIOQVE, hanc affert Paulinus rationem: *Hæc enim (inquit) & cætera quæ ſequuntur in Niceni Symboli ſacro dogmate non habentur. ſed & poſtmodum propter eos videlicet hæreticos, qui ſuſurrant Spiritum ſanctum ſolum eſſe Patris, & à ſolo procedere Patre, additum eſt: Qui ex Patre, Filioq; procedit.*

VI. Quomodo autem nonniſi ex diuinarum ſcripturarum auctoritate id factum ſit, pluribus idem Paulinus docet, licèt quando ſit, non dicat: Tu verò eius rei originem, ſuperiùs in Annalibus, tempore Leonis Magni fuſiùs declaratam, ſi libet, cognoſcere poteris, cùm oſtenſum eſt in Hiſpanijs id primùm factum, atq; poſtmodum in Gallijs: cùm etſi doctrinam eamdem Eccleſia Romana recepit, in Symbolum tamen numquam admiſit, niſi ſub Nicolao Papa, vt ſuo loco inferiùs pluribus dicturi ſumus. Eſt de his Pithœi compendioſa tractatio ad Iacobum Sermundum Societatis Ieſu profeſſorem.

Romana eccleſ. recepit in ſymbolum verba illa filioque.

Diſputans inſuper idem Paulinus in hac Synodo pluribus de ſanctiſſima Trinitate, hæreſes aduerſus eam obortas, prædamnatas confutat, atque demum de Verbi Incarnatione tractans, redarguit eos qui Filium Dei factum hominem nominant adoptiuum, eodemque Fidei Catholicæ Symbolo eoſdem cõdemnat errores. Quomodo autem eadem hæreſis de adoptione Chriſti ſequenti anno damnata eſt in Concilio Ratiſponenſi coram Carolo Magno Imperatore, ſuo loco dicturi ſumus. Demũ verò in hac eadẽ Synodo poſt tractationẽ dogmaticarũ diſputationũ abſolutam, ſanciti ſunt quatuordecim canones ad diſciplinã Eccleſiaſticã ſpectantes, in quibus quàm accuratus fuerit Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtitutor & cuſtos, vel ex eo quiſque poterit intelligere, dum nec cum permiſſis à Niceno Concilio mulieribus matre & ſorore, permiſerit ſuos clericos cohabitare.

VII. Hoc eodẽ Redemptoris anno migrauit ex hac vita ille Apoſtolicus ſanctitate illuſtris Burchardus Epiſcopus Herbipolenſis, cùm ſediſſet annos quadraginta, cuius res geſtas proſequutus eſt [a] Egilardus eius monaſterij monachus. Sed alia plura de eo è latebris vindicata accepimus, quæ ſi fuerimus conſecuti, in appendice collocabimus. Haud diu autem ante obitum ſanctiſſimus vir conſulens nouæ plantationi, imitatus exemplũ magiſtri ſui Bonifacij, ſicut ille auctoritate Apoſtolicæ Sedis delegerat ſibi ſucceſſorem, ita ipſe auctoritate Lulli Moguntini Epiſcopi Apoſtolicę Sedis, inſtar S. Bonifacij prædeceſſoris fungentis legatione, & aſſentiente Carolo Magno Mengingandum voluit ſibi in eius Epiſcopatus ſedem ſubſtitui: quod & feliciter conſequutus eſt. Porrò relatus ſanctus inter Sanctos, ab Eccleſia Catholica, anniuerſariâ commemoratione cœptus eſt celebrari. Eccleſia verò Herbipolenſis, Apoſtolicorum plantata laboribus, hactenùs Apoſtolico fulgore coruſcãt, Catholicâ ibi doctrinâ in tanto Germaniæ naufragio conſeruatâ.

S. Burchardi episc. obitus.

[a] Extant apud Sur. die 14. Oct. to. 5.

Quòd igitur in obitu ſancti Burchardi fit mentio Lulli Epiſcopi Moguntini, ſuperuixiſſe eum nõ ſolùm Burchardo & ſucceſſori eius, eadem citata Acta teſtantur, ex quibus redarguas eos qui eum longè ante hæc tempora deceſſiſſe ex hac vita tradiderunt.

Lullus ſuperſtes S. Burchardo.

VIII. In fine autem anni huius, nempe menſe Decembri Indictione decimaquintâ, mirum in modum exundans Tiberis, Romanæ Vrbis planitiem alluuione repleuit: hęc enim apud Anaſtaſium Bibliothecarium verbis iſtis enarrantur: *In vigeſimo huius prædicti eximij Pontificis anno menſe Decembris, decimaquintâ Indictione, fluuius Tiberis è ſuo egreſſus alueo intumeſcens, ſeſe per campeſtria dedit. Qui etiam præ nimia inundatione portam, quæ dicitur Flaminia, ingreſſus, ipſam è fundamentis euellens portam, vſque ad arcum, qui vocatur, Tres Facciolas, eam deduxit, & muros in aliquibus tranſcendit locis, atque vltra baſilicam ſancti Marci redundans, per porticum, quæ vocatur Palatina, ſe extendens, vſque ad pontem Antonini, ipſum euertens, egreſſus, in ſuum ſe iterum remiſit alueum, ita vt in Via lata ampliùs quàm duas ſtaturas eiuſdem fluminis aqua excreuerit, atque à ponte beati Petri vſque ad pontem Miluium aquæ ſe extenderint: Iuxta remiſſam vim ipſius fluminis perdidit domos & euertit, atque agros deſertauit, euellens & eradicans arbuſta & ſegetes: & propter hoc imminebat tribulatio magna.*

Tiberis inundatio inſignis.

Quo audito, ipſe præcipuus Præſul, per hoc triduum, quo ipſum flumen quaſi per alueum per ciuitatem currebat, ſe nimis in lamentationes dedit, & humi in oratione proſtratus perſiſtens, miſertus Dominus eius orationis, poſt triduum ceſſauit. Sed per plures dies aqua Romam detinuit. Intereaq; ipſe præcipuus Antiſtes diuinâ permotus inſpiratione, per ſandala, ſcaphas ſcilicèt, *morantes in Via lata cibis alebat, vt non fame necarentur, eò quòd oſtium domicilij exire nequibant præ nimia inundatione aquarum. Poſtmodum verò areſactâ aquâ, omnes ipſas regiones Via lata in domino conſolatus eſt.* hæc ibi de Tiberis inundatione, & Hadriani Papæ erga gregem ſuum paſtorali curâ propenſiore.

Hadriani Papæ tempore diluuium vrbis.

Hoc ipſo anno Alfonſus cognomento Caſtus à Veremondo Rege Gallæciæ, de quo dictum eſt anno ſuperiori, reſtituitur in Regnum, in collegã aſſumptus ab ipſo: quod ex veteribus monumentis Morales prodidit, cum ex priuilegio antiquiſſimi monaſterij S. Vincentij Montis fortis iſta refert. IX.

Erâ octingenteſimâ vigeſimanonâ vnctus eſt in Regno magnum Adefonſus decimo octauo Kalendas Octobris Erâ quâ ſuprà. hæc de vnctione. Cęterùm eodem anno, duodecimo Kalendas Auguſti, ipſum reuocatum in Regnum fuiſſe, auctor eſt Iſidorus Pacẽlis huius ſæculi non ignobilis ſcriptor. Fuit hic Froilæ Regis filius, ob ętatem infirmam prohibitus ne regnaret: vbi verò prouectioris eſt factus ætatis, tum bellicæ virtutis, tum bene inſtitutæ vitæ egregiũ ſpecimen edidit, adeò vt cum Berta propria coniuge, ſorore Caroli Magni continenter vixiſſe dicatur. De his autem quæ ad religionis cultum ſpectant, iſta promus ex Tudenſi, qui ait: *Multis virtutibus emicuit, ſolium ſuum fortis & pulchro opere Oueti firmauit. Saluatoris noſtri ibidem firmauit templũ, aulam ſanctæ Mariæ iuxta ipſum templum: ædificauit quoq; baſilicam ſancti Thyrſi Martyris, pulchro ædificio fieri fecit, omneſq; has Domini domos cũ arcubus lapideis atq; columnis marmoreis auro, argentoq; ornauit, palatiũ regale Oueti fecit & picturis varijs decorauit, omnem Gothorũ ordinẽ ſicut in Toleto fuerat, tam in Eccleſia quàm in palatio ordinauit.*

X. *Cùm eſſet homo caſtus & Catholicus, Arcam quam Pelagius Rex à Toleto detulerat in Aſturias, diuerſorum Sãctorum reliquijs plenã, Ouetum detulit. Ædificauit etiã altare meridianum in vltima parte S. Saluatoris, vnde aſcenſui ſit per gradus ad altare ſancti Michaëlis Archangeli, vbi tranſtulit ſanctiſſimã Arcam cum multis alijs Sanctorum reliquijs propter loci tuitionẽ & ſecuritatem. Hoc factum vides ad firmitatem & ſecuritatem Regni ſui & ſalutẽ totius populi Chriſtiani. Concurrerunt ad pia Sanctorũ ſuffragia ex multis partibus fideles, vota cum deuotione ferentes, & auctoritate Apoſtolica tertia partis ſuæ*

pœniten

pœnitentia indulgentiam conſequentes. Ea quidem Arca, gentili errore comitante, tempore Mahometi pſeudo-prophetæ ab Hieroſolymis nauigio Hiſpaliam eſt delata: deinde per annos ſeptuaginta nouẽ Toleti permanſit. rurſum cum à Mauris Toletum opprimeretur, Arcam Dei Pelagius rapuit, & per abdita loca ad Aſturias duxit, quam Rex Alfonſus (vt dictum eſt) in Eccleſia Ouetenſi honorificè cum multis Sanctorum reliquijs collocauit. Iulianus quoque quondam Archiepiſcopus Toletanus, qui à nefario Vittiza Rege ab Archiepiſcopatu fuit expulſus, cum prædicta Arca venit, & Oueti quieſcit.

XL. *Decoratur etiam dicta Ouetenſis Eccleſia Angelici miraculi nouitate. Dum enim quadam die Rex Alfonſus haberet caſu coram ſe pōdus auri ſplendidiſſimi, & quoſdam lapides pretioſos, cogitare cœpit intra ſe, quomodo ad opus diuini altaris inde Crux fieri poſſet, ita ſanctâ deuotione Regis exiſtẽte. Cum poſt auditam Miſſam à templo noſtri Saluatoris regale palatium peteret, obuiam habuit duos Angelos in figuram peregrinorum, qui ſe aurifices eſſe dixerunt. Rex autem Alfonſus illico tradidit eis aurum & lapides, & iuſſit illis dari domum, in qua poſſent ſine impedimento hominum operari. Sed Rex dum pranderet ad ſe reuerſus, quibus perſonis dederit aurũ inquirit, & ſtatim vnum poſt alium Legatum miſit, vt viderent quid ignoti aurifices agerent. Iam miniſtri domui fabricæ accedebant, cum ſubitò eſt a lux intra domum reſplenduit, vt non poſſent eam oculi humani aſpicere præ nimia claritate. Et cùm nuntiatum Regi fuiſſet, citò accurrit ad domũ, & Crucem ſolam ſine aurificibus reperit, atq; totam domum ſicut ſole irradiatam. Rex autem accipiens benedictam Crucem, conuocato omni clero, cum laudibus & hymnis Deo gratias agens, eandem ſuper altare S. Saluatoris reuerenter poſuit.* hæc ex ſcripto codice Tudenſis oomine: quæ etiam ab alijs qui nobili ſtylo proſecuti ſunt res Hiſpanorum narrantur [a].

[a] Deſcripſit Morales lib. 13. c. 38.

Cæterùm Crucem ipſam factam eſſe antequàm reſtitueretur in Regnum, quæ in ea legitur inſcriptio docet. Eſt enim ipſa ſancta Crux quaquauerſum inſcriptionibus conſignata in hunc modum. In cornu ſuperiori habet iſta:

SVSCEPTVM PLACIDE MANEBIT HOC IN HONORE DEI

OFFERT ADELFONSVS HVMILIS SERVVS CHRISTI

In cornu verò ſiniſtro ac dextero hęc quę ſequuntur:

QVISQVIS AVFERRE PRÆSVMSERIT MIHI

FVLMINE DIVINO INTEREAT IPSE.

NISI LIBENS VOLVNTAS DEDERIT MEA

HOC OPVS PERFECTVM EST ERA DCCCXXVI.

In ſtipite autem deorſum in hunc modum:

HOC SIGNO VINCITVR INIMICVS.

HOC SIGNO TVETVR PIVS.

IESV CHRISTI Annus 792.

HADRIANI PAP. Annus 21. CONST. SOLIVS IMP. Annus 3.

I. SYNODVS RATISPONENSIS. ANNVS ſequẽs numeratus ſeptingenteſimus nonageſimus ſecundus decimaquintâ Indictione notatur, quo celebratum eſt Cōcilium Reganesburgi ſiue Ratiſponæ, vbi damnatus eſt Felix Vrgelitanus Epiſcopus. quem ſic damnatum Angelbertus Abbas Romam perduxit ad Hadrianũ Pontificem, vbi confeſſione rectæ fidei factâ, hæreſim damnauit. hæc Annales Francorum, & apud Reginonem & alios. in iis autem qui ſub Ludouico Caroli filio ſcripti ſunt, iſta paulò latiùs explicantur verbis his: *Vrgelis eſt ciuitas in Pyrenæi montis iugo ſita. cuius Epiſcopus nomine Felix, natione Hiſpanus ab Elipando Toleti Epiſcopo per litteras conſultus, quid de humanitate Saluatoris Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſentire deberet, vtrum ſecundum id quod homo eſt, proprius, an adoptiuus filius credendus eſſet ac dicendus: valde incautè atque inconſideratè, & contra antiquam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam adoptiuum non ſolum pronuntiauit, ſed etiam ſcriptis ad memoratum Epiſcopum libris, pertinaciſſimè prauitatem opinionis ſuæ defendere curauit. Huius rei causâ ductus ad palatium Regis, Caroli* ſcilicèt, *qui tunc apud Reginum Baioariæ ciuitatem, in qua & hiemauerat, reſidebat. Vbi congregato Epiſcoporum Concilio auditus eſt, & errāſſe conuictus ad præſentiam Hadriani Pontificis Romam miſſus: vbi etiam coram ipſo in baſilica ſancti Petri Apoſtoli hæreſim confeſſus eſt, atq; abdicauit: quo facto, ad ciuitatẽ ſuã reuerſus eſt.* hęc ibi.

FELIX ROMÆ DETESTATVR HÆRESIM.

II. Sed expreſſius atque fidelius hęc habentur apud Ionam Aurelianenſem Epiſcopum, qui ſub eodem filio Caroli Magni Ludouico & eius filio Carolo Caluo claruit, atque ſcripſit aduerſus Claudium Epiſcopum Taurinenſem, vbi ipſius primi libri exordio de Felice dicturus, ſic incipit: *Diſertiſſimos viros & eloquentiſſimos atque Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei inuictiſſimos defenſores Hiſpaniam protuliſſe, manifeſtum eſt, quorum imitanda exempla & documenta ſequenda quia in promptu habentur, & Eccleſiæ amplectuntur, ab eis, Chriſto fauente, non ab re ſancta ſalubriter inſtruitur & fouetur Eccleſia. Sed quoniam ſæpiſſimè & hæreſiarchas ſimplicitatem Catholicæ Fidei peruerſis dogmatibus commaculare conantes, & multifariis ſuperſtitionibus auctoritati ſanctæ Dei Eccleſiæ contraeuntes creauit, & hactenùs creare non ceſſat, cunctis valde fidelibus dolendum eſt. Vt igitur cæteros omittam: emerſit ex eadem Hiſpania tempore ſanctæ memoriæ Caroli piiſſimi atque inuictiſſimi Auguſti quidam Felix nomine, actu infelix, Vrgelitanenſis ciuitatis Epiſcopus, qui iūcto ſuo ſcelerato errori* * *Eliphando Toletanæ vrbis Epiſcopo, ſecundùm humanitatem nō eſſe proprium Filium Dei, ſed adoptiuum prædicare auſus eſt. & hāc virulentā doctrinā vterque Hiſpaniam magna ex parte infecit.*

* Elipando

III. FELIX ET ELIPANDVS PSEVDOAPOSTOLI. *Deinde Apoſtolorum Chriſti actus imitari videri volentes, cū ipſi non Apoſtoli Chriſti, ſed præcones eſſent hoſtis antiqui, vnuſquiſque ſeparatim diuerſas prouincias eâdem inſanâ ſuâ doctrinâ imbuendas appetiuêre, Elipandus ſcilicèt Aſturias & Galleciam, cuius diſcipulos apud Aſtures me aliquando vidiſſe memini, quos & Catholicorum virorum regionis illius, qui eorum veſana doctrina ſecundùm ſanam doctrinam rationabiliter reniteban-tur, relatu, perſpicuitatuq; mea probatu ſecundùm eorum actum & habitum, certiſſimos Antichriſtos eſſe liquidò deprehendi, manifeſtum cernēs in illis illud beati Ambroſij compleri: Habitus mentis in corporis ſtatu cernitur. & illud cuiuſdam: Frons hominis propriæ mentis depromit affectum. Qualis vultus erit, talia corda gerit. Quibus veriſſimè & apertiſſimè cognitis, & quia iam ſecundùm Apoſtolicum præceptum ter, vt ab eadem ſua erronea prædicatione deſiſterent, admoniti fuerant, tamen in eodem errore permanebant, vt hæreticos deuitaui.*

Porrò idem Felix cùm multis apud Septimaniam eundem hauſtum peſtiferum propinarit, eum tamen Galliæ, Germaniæq; (quantum in illo fuit) propinare voluit. Sed diuinâ gratiâ adminiculante, nullum apud Galliam, Germaniamq; eius error locum inuenire quiuit: quoniam non ſolùm apud Germaniam ſtudium litterarum & amor ſanctarum ſcripturarum, verùm etiam apud eādem Galliam (quæ ſola, teſte Hieronymo, monſtra non habuit, ſed viris ſemper fortibus & eloquentiſſimis abundauit) eiuſdem memorabilis viri ſolertiſſimo ſtudio & feruentiſſimo deſiderio actum eſt, vt Domino opem ferente, in ſibi commiſſæ Eccleſiæ filijs & liberalium artium apprimè diſciplina & diuinarum ſcripturarum perfectè polleret intelligentia.

gentia. Quibus milites Chriſti, vtpote inuictiſſimis armis muniti, eius veſanam doctrinam propulſauerũt. Eiuſdem namque Principis iuſſu in vnum coacti, adhibita etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate, eundem Felicem damnauerunt, imò cum auctore ſui erroris Neſtorio, quem imitatus eſt, perpetuo anathematis mancipauerunt. hactenùs de his Ionas. ſed vnde emerſerit erroris iſtius occaſio, dicturi ſumus, cùm de Concilio Francofordienſi, vbi iterum Felix damnatus eſt, erit agendum. A

IV. Quod autem de Angilberto, ſiue Engelberto mentio facta eſt, quod perduxerit Felicem Vrgelitanum hæreticum ad Hadrianum Romanum Põtificem: fuit ipſe gener Caroli Magni, vitę bene inſtitutę meritis clarus, Abbas poſteà monaſterij ſancti Ricarij in Centulo, quod ipſe egregio opere B ſtruxit. de quo eius filius Nithardus [a] hæc obiter, dum agit de tranſlatione corporis eius: *Eâdem quoque, inquit, die, Angilbertus vir memorabilis Centulo tranſlatus, & anno poſt deceſſum eius vigeſimo octauo, corpore abſque aromatibus indiſſoluto, repertus eſt. Fuit hic ortus, eo tempore, haud ignota familia. Madhelgaudus autem, Richardus & hic ex vna progenie fuere, & apud Carolum meritò magni habebantur. Qui ex eiuſdem magni Regis filia nomine Berheta Harnidum fratrem meum & me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honorem omnipotentis Dei, ſanctiq; Ricarij conſtruxit. Familiam ſibi commiſſam mirificè rexit. Hinc vitâ cum omni felicitate defunctâ, Centulo in pace quieuit* anno C octingenteſimo decimoquinto. Meminit eiuſdem Angilberti Albinus Flaccus in epiſtola nuncupatoria ad Carolum Magnum quæ eſt præfatio ad vitam ſancti Ricarij quam ſcripſit [b].

[a] Nithard. hiſt. lib. 4.

[b] Extat apud Sur. die 26. April. tom. 2.

IESV CHRISTI
Annus 793.

HADRIANI PAP. Annus 22. — CONST. SOLIVS IMP. Annus 4.

I. SEQVITVR annus Redemptoris ſeptingenteſimus nonageſimus tertius Indictionis primæ, idemq; tertius incipit Alfonſi ſiue Adefonſi cognomẽto Caſti regnantis iterũ in Gallæcia, Erâ nimirũ D octingenteſimâ trigeſimaprimâ: *quâ idem Rex religioſiſſimus zelo exæſtuans diuinæ legis, cum indigno animo ferret proſtitui tributi nomine pudicitiam nobilium virginum Hiſpanarum, vindex exurgens, licèt longè imparibus viribus aduerſus Mauros collegit exercitũ, in eosq; irruẽs apud Aſturias, ad ſeptuaginta millia ex eis occidit, vnà cum Duce ipſorum Mugait.* hæc Tudenſis, qui & ſubijcit alia multa prœlia cum Sarracenis habita dum vixit in quibus ſemper victor extitit. Cæterũ tantam hanc partam victoriam plurima conſecuta ſunt bona, atque in primis quòd ſeruitutis preſſa iugo colla fidelium, Maurorum dirâ tyrannide ſe cœperũt erigere, ipſique animos ſumere, & de per- E fecta conſequenda libertate ſpem haud vanam cõcipere: contra verò fuerit audacia Maurorum cohibita atque retuſa, reddirique ipſi timore ſegnes. Acceſſit ad hæc, vt ex his Alfonſi nomine reddito celebri, ipſum Carolus Magnus amicum habere voluerit, ſicque initâ inter eos amicitiâ ſe inuicem legationibus frequentârint, quod æſtimationi ipſius plurimum attulit virium.

Adefonſus Caſtus vincit Sarracenos.

Cæterũ ipſe Rex Alfonſus gratias acturus Deo, cui tantæ victoriæ munus ferret acceptum: in honorem Saluatoris humani generis eam quam diximus Oueti erexit Eccleſiam, vbi fixerat Regni ſedem, in qua duabus lapideis tabulis inciſum ſuæ pietatis reliquit egregium monumentum; licèt (vt ferebant tempora illa) rude, ſed fide ornans, quod ſic ſe habet [c]:

II. QVICVNQVE CERNIS HOC TEMPLVM DEI HONORE DIGNVM NOSCITO HIC ANTE ISTVM FVISSE ALTERVM HOC EODEM ORDINE SITVM QVOD PRINCEPS CONDIDIT SALVATORI DOMINO SVPPLEX PER OMNIA FROILA DVODECIM APOSTOLIS DEDICANS BISSENA ALTARIA. PRO QVO AD DOMINVM SIT VESTRA ORATIO CVNCTORVM PIA.

[c] Ambroſ. Moral. hiſt. lib. 3. c. 32.

De templo erecto ab Adefonſo rege.

PRÆTERITVM HIC ANTEA ÆDIFICIVM FVIT PARTIM A GENTILIBVS DIRVTVM SORDIBVSQVE CONTAMINATVM. QVOD DENVO A FAMVLO DEI ADEFONSO COGNOSCITVR ESSE FVNDATVM ET OMNE IN MELIVS RENOVATVM.

SIT MERCES ILLI PRO TALI CHRISTE LABORE:
ET LAVS HIC IVGIS SIT SINE FINE TIBI.

In altera autem tabula iſta quæ ſequuntur, habentur: quæ eſt pia ipſius obteſtatio ad Dei miniſtros illic poſitos, vt pro ipſo orent.

QVISQVIS HIC POSITVS DEGIS IVRE SACERDOS PER CHRISTVM TE OBTESTOR VT SIS MEI ADEFONSI MEMOR QVATENVS SÆPE AVT SALTEM VNA DIE PER SINGVLAS HEBDOMADAS SEMPER CHRISTO PRO ME OFFERAS SACRIFICIVM VT IPSE TIBI SIT PERENNE AVXILIVM. QVOD SI FORTE NEGLEXERIS ISTA VIVENS SACERDOTIVM AMITTAS.

Pia regis Adefonſi obteſtatio.

TVA SVNT DOMINE OMNIA QVÆ TV INSPIRASTI VEL CONFERRE NOBIS DIGNATVS ES. TIBI DOMINE TIBI TVA OFFERIMVS HVIVS PERFECTAM FABRICAM TEMPLI.

EXIGVVS SERVVS TVVS ADEFONSVS EXIGVVM TIBI DEDICO MVNERIS VOTVM. ET QVOD DE MANV TVA ACCEPIMVS IN TEMPLO TVO DANTES GRATANTER OFFERIMVS.

Hactenùs Alfonſi Caſti caſta monumenta digna Deo, qui non verba, ſed animi penſat affectum.

III. Quod ad res Francorum pertinet, hoc ipſo anno Sarraceni pyraticam exercentes, improuiſo agmine inuadentes prouinciam Narbonẽſem, graue damnum Septimaniæ & Gothiæ ita tunc nominatis illis prouincijs intulêre. hæc habent veteres Annales Francorum. Quâ clade acceptâ Carolus monitus ita cuncta diſpoſuit præſidia in littoribus Mediterranei maris per ſubiectas ſibi prouincias, adeò vt à Sarracenorum incurſibus eaſdem tutas reddiderit. nam Eginhardus in vita ipſius hæc habet: *Per omnes portus & oſtia fluminum, quà naues recipi poſſe videbantur, ſtationibus, & excubijs diſpoſitis, ne qua hoſtis exire poſſet, tali munitione prohibuit. Fecit idẽ à parte meridiana in littore prouinciæ Narbonẽſis ac Septimaniæ, toto etiam Italiæ littore vſq; Romam contra Mauros nuper pyraticã exercere aggreſſos; ac per hoc nullo graui damno vel à Mauris Italia, vel Gallia atq; Germania à Northmannis diebus ſuis affecta eſt.* hæc ipſe.

Verùm cum alijs quàm cum pyratis Sarracenis rem actam eſſe, docet inſcriptio prope Arelatem in ædicula S. Crucis in monaſterio Montis maioris ſuper interiorem portam in marmore longiſſimo ita ſcripta:

IV. *Nouerint vniuerſi, quod cùm sereniſſimus Princeps Carolus Magnus Francorum Rex ciuitatem Arelatem, quæ ab infidelibus detinebatur, obſediſſet, & ipſam vi armorum cepiſſet, & Sarraceni in eadem exiſtentes pro maiori parte aufugiſſent in montana Montis maioris, & ibidem ſe retraxiſſent, & in eadem ſe muniſſent: & idem Rex ibidem cum exercitu ſuo veniſſet pro ipſis debellãdis, & ipſos debellando triumphum de ipſis obtinuiſſet. Et de ipſo gratias Deo agẽdo, in ſignum huiuſmodi victoriæ præſentem Eccleſiam in honorem S. Crucis dedicari fecit, & præſens*

monaſte-

monaſterium in honorem S. Petri Apoſtolorum principis dedicatum, quod ab ipſis infidelibus penitùs deſtructum fuerat, & inhabitabile redactum, idem Rex ipſum reparauit & readificauit, & monachos ibidem pro ſeruiendo Deo venire fecit, & ipſum dotauit, & plura bona eidem contulit. In quo quidem monaſterio multi nobiles de Frãciâ ibidem debellantes ſepulti ſunt. Ideo fratres orate pro eis. Accepimus à Franciſco Claret rerum antiquarum ſtudioſo Archidiacono Arelatenſi, & vnà ſimul diſtichon deſcriptum in valuis antiquiſſimæ Eccleſię ſancti Petri præ vetuſtate collabentis prope antiquum Mauſoleum vrbis Remigianæ diœceſis Auinionenſis, litteris ipſis præ nimia antiquitate ea parte corroſis.

SI CHRISTVS EST DEVS AT PETRVS CLAVIGER EIVS
IAM NISI PER PETRVM NEMO VIDEBIT SVM.

Sic vt lapides ipſi, ſi alij ſileant, contra Nouatores inclament.

IESV CHRISTI
Annus 794.
HADRIANI PAP. Annus 23. CONST. SOLIVS IMP. Annus 5.

I. ANNVS ſequitur Redemptoris ſeptingenteſimus nonageſimus quartus Indictione ſecùndà, quo Francofordiæ in Germania congregatum eſt Concilium, quod ob numeroſitatem Epiſcoporum, præſentiamque Apoſtolicæ Sedis Legatorum, Plenarium reperitur nominatum. Ex Italia namque, Gallia, atque Germania frequentes, circiter trecenti numero Epiſcopi conuenêre, quòd magni momenti cauſa id poſtularet: ſiquidem de Fide Catholica quæſtio verteretur, diſputandumque eſſet de Filij Dei Incarnationis alto myſterio. Num ſcilicèt idem Dei Filius, ſecundùm aſſumptã humanitatem, dicendus eſſet Filius Dei adoptiuus an proprius. Licèt enim ſancta Dei Eccleſia Catholica, nihil quod de his vel leuiter dubitaret haberet, vtpotè quòd in Concilio Oecumenico Epheſino, quid de his ſentiendum eſſet, fuiſſet pleniſſimè definitum, cum Neſtorium condemnaſſet, duos filios Dei introducentem, alterum ſecundùm diuinitatem, alterum ſecundùm humanitatem; atque nuper pariter damnaſſet Felicem Vrgelitanum Epiſcopum, aſſerentem, Chriſtum ſecundùm carnem eſſe dicendum Dei Patris filium adoptiuum (quem erroris pœnitentem diximus recantaſſe Romę palinodiam apud Hadrianum Romanum Pontificem) tamen quia infelix iſte, vt canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota redijt ad volutabrum luti: rurſus eundem quem damnauit errorem & Romæ execratus eſt hæreſim, profeſſus publicè Catholicæ Fidei confeſſionem ad altare principis Apoſtolorum: eandem ardentioribus animis iterum defendere eſt aggreſſus magno damno fidelium animarum: iterum ne malum longiùs ſerperet, & infuſum venenum ſana membra corrumperet, fuit ad plenarium iudicium reuocãdus, eò magis quòd non ſolus tanti reperiretur aſſertor erroris, cuius ipſe potiùs conſectator quàm auctor dicendus eſſet.

II. *Elipandus impœnitens perſeuerat.* Erat enim tantæ blaſphemiæ reſtitutor primatiæ ſedis Hiſpaniarum Antiſtes Elipandus Archiepiſcopus Toletanus, qui (vt vidimus) tantùm abfuit vt admonitus ab Epiſcopis atque presbyteris Orthodoxis ſibi ſubiectis emendaretur, atque damnatum ab illis deteſtaretur errorem, & Fidem Catholicam pœnitens ſequeretur: vt conuerſus in arcum prauum, etiam longè poſitos Eccleſiæ Catholicæ filios infectis veneno ſagittis appetere non deſiſteret, factus hæreſis non ſolùm propugnator acerrimus, ſed ſtudioſiſſimus propagator. Siquidem nunquam deſtitit, neque quieuit, donec reuerſum Felicem ad Orthodoxos, reuocârit ad caſtra impietâtis, & potentiùs armârit ad prœlium, & exacuerit diligentiùs ad certamen, probè ſciens relabenti in crimen maiora ſuppeti ſolere ab inferno ſubſidia, [a] vt loco vnius per pœnitẽtiam eiecti ſpiritus nequam, ſeptena dæmonia vni in auxilium adiungantur, eademq; nequiora mittantur ad ſuneſtiora patranda. *[a] Luc. 11.*

III. *Elipandus ſatagit hæreſim propagare.* Quid ampliùs? vorax eſt omnis iniquitas, multoq; magis inſatiabilis hæreſis; vtpote quæ ardentioribus inferni caloribus æſtuet, vt ſecundùm illud propheticum: [b] *Abſorbebit fluuium, & non mirabitur. fiduciam habens vt influat in os eius Iordanis.* Perindè ac ſi peranguſti eſſent termini latiſſimarũ Hiſpaniarum ad extaniorum ſemẽtem, Gallias, Germaniasque laborat illis implere, ſpargensque per litteras prauum ſemen, eousq; progreſſus, vt ipſorum Regem Chriſtianiſſimum, turrim munitiſſimam Fidei Orthodoxę, in ſuam ſententiam, ſi poſſet, conaretur adducere Carolum Magnum, ſcribens ad eum epiſtolam veneno refertam, ſed tamẽ ita melle delibutam, vt nihil continere videretur amarulenti. Cùm enim ipſum de ſua ſentẽtia redderet certiorem, ſimul petit, vt vbi quam ſcribit epiſtolam coram ſe legere fecerit, Theologos, quid ea in re ſentirent ſimul interrogaret, vt veritas poſſet exquiri, cuius ſe cupidiſſimum præſeferret. Addidit his alia plura, quibus cõciliaret ſibi animum tanti Regis, népe ſe pro ipſius ſalute inges ad Deũ preces offerre. Quibus præmiſſis, ſalubres admonitiones ingerere ſimulat, reddereque ipſum cautum aliorum exemplo ne ſcilicèt vti Conſtantinus bene cœptum opus (vt ait) malè conſummet, adeptamque ea pietate gloriam immenſam obſcuret. hæc & alia plura miſcẽs, ipſum Chriſtianiſſimumque Regem ad ſuum dogma ſolicitans, Neſtorianum hæreticum reddere ex Catholico ſtuduit. Nõ extant ipſæ quidem datæ ad Carolum litteræ Elipandi, ſed hęc ipſa omnia quę ſunt dicta ipſas continuiſſe, eius Caroli ad ipſum tunc redditæ litteræ docent. *[b] Iob. 40.*

IV. *Elipandi ſubdola artes.* Qui igitur ad tantum Regem eius argumenti ſcripſit epiſtolam priuatim ad ipſum datam, alias addidit publicas & generales ad omnes Galliarum Epiſcopos. Erubeſcere neſcit hæreſis: hinc enim propheticè [c] demonſtratum, Babylonem ſcriptam in fronte geſtare blaſphemiã. Haud enim erubuit, puduitue Elipandum ad Galliarum Epiſcopos de hæreſi ſua ſcribere litteras, licèt ſciret, eam haudpridem ab ipſis in Felice collega, & cum Felice fuiſſe damnatam. Sed quid callidus agit? ne ſui turpitudine deformis atque infamis hæreſis quam prodit, appareat inſectanda diris, & execrationibus explodenda: alienis indutam veſtibus inſtar Æſopi graculi, laborauit repræſentare formoſam, dum & diuinæ ſcripturæ dictis, & ſententijs ſanctorum Patrum eam ſtuduit exornare. Sed reddidit duplo deformem; nam ornamenta caſtiſſimæ virginis, Eccleſiæ Chriſti ſponſæ, nullatenùs meretrici congruere, fuit omnium ſententiâ patefactum. *[c] Apoc. 14. & 17.*

V. Sed veniamus ad eius fidei confeſſionem, immò perfidię profeſſionem, quam in eadem ſcripſit epiſtola, ipſo eius exordio. Recitât eam Patres in redditis ad ipſum Synodalib. litteris iſt s verbis: *Inueni-*

mus (in-

Google

mus (inquiunt) *in libelli veſtri principio ſcriptum, quo vos poſuiſtis*, ſcilicèt: *Confitemur & credimus, Deum Dei Filium ante omnia tempora, ſine initio ex Patre genitum coæternum & conſubſtantialem, non adoptione ſed genere. Item poſt pauca in eodẽ loco legebatur: Confitemur & credimus eum factum ex muliere, factum ſub lege, non genere eſſe Filium Dei, ſed adoptione, ſed gratiâ*, &c. hæc ſunt Elipandi venena, quę Patres præparato antidoto, ne cui poſſent obeſſe, cauenda ab omnibus docuêre. Iſta quidẽ cum Neſtorio ipſum ſenſiſſe (ne aliquo modo ex ignorantia excuſari poſſet) ex eo haud dubium edidit argumentum, prodiditque ſignum euidens & manifeſtum, quod in eodem ad Epiſcopos Galliarum dato libello ſiue ſcripta epiſtola, cũ ſingulos nominatim damnat hæreticos, Neſtorium indemnatum præteriit, quem primo loco, ſi bonâ fide rem egiſſet, nominatum omni execratione atq; deteſtatione, execrari, deteſtari, & anathematizare penitùs debuiſſet, quo ſignificaret, ſe quã longiſſimè ab eius ſentẽtia diſcrepare, licèt eidem affinis exiſtere videretur. Hinc iure Patres dum reſcribunt ad ipſum: *Nonne olim* (inquiunt) *hæreſis veſtra in Neſtorio à vniuerſali ſancta Eccleſia refutata eſt etiam & damnata? Quapropter fortè illum anathematizare noluiſtis, dum alios, Bonoſum ſcilicèt, Arium & Sabellium, Manichæumq; qui praua de Filio Dei ſenſerunt, in epiſtola anathematizaſtis?* &c. docentes Neſtorium idipſum de Filio Dei homine facto, quod ipſe Elipandus, ſenſiſſe, vtpote qui duos diceret filios Dei, alterum ſecundùm diuinitatem, ſecundùm verò humanitatem alterum & adoptiuum. Ex conſuetudine enim cum Mahometanis didiciſſe ita humiliter ſentire de Chriſto ſecundùm humanitatẽ, infelix Elipãdus exiſtimatur; inducens fortaſſè in animum, ſi hoc euincere potuiſſet, coniungeret ſimul Mahometanos & Chriſtianos in vnam fidem.

CVR PARCAT NESTORIO ELIPANDVS.

VI. Quod inſuper ter impius rem non ex inſcitia, ſed dolo malo ageret, ex eo etiã Patres perſenſêre, atque omnibus patefecêre, dum ciuitas ab eo Sanctorũ ſententias, eas vel per ipſum deprauatas eſſe, vel in prauum ſenſum longè à germano diſcrepãtem detortas, in redditis ad eum litteris oſtendêre, quas ſi legeris, ipſe intelliges. Ita planè à ſanctis Patribus ipſis eſt demonſtratum de ſententiis illis è ſacris Eccleſiæ doctoribus ab illo citatis ſed corruptis ac deprauatis. Sed vbi ab eo domeſtici ſunt teſtes adducti, dum, inquam, ex Toletanæ Eccleſiæ ritualibus, ſiue ex ſuis prædeceſſoribus Toletanis Epiſcopis nominatum eſſe Chriſtum ſecundùm carnem Dei Filium adoptiuum idẽ aſſeruit: quod non eſſet in promptu Patribus illis citatos inſpicère codices eius tantùm Eccleſiæ proprios, neque communes omnibus aliis: iidem nimis impoſtori credentes, eodem modo, quo ipſum Elipandum, eius quoque ſunt deteſtati quos citauit prædeceſſores, Eugenium, Ildefonſum, & Iulianum, qui tũ ex vitæ ſanctitate, tum etiam ex ſacrarum litterarum doctrina, magnum in Hiſpania nomen fuerant conſequuti.

FRAVDIBVS AGIT ELIPANDVS.

VII. Ne verò iuſti cum impio condemnentur, & maledictionem in quorum Sancti poſſideant, quorũ memoria in benedictione hactenus in Eccleſia Catholica perſeuerat: vendicandi ſunt iſti in primis à tanta calumnia Elipandi & à Synodi maledictione. Vt autem ipſa veritas clariùs elucèſcat, hîc tibi reddenda putamus, quæ idem perfidus Elipandus in ſuo libello in Gallias miſſo de iiſdem eſt mentitus prædeceſſoribus: reperiuntur enim iſta repetita in litteris à Patribus ex Synodo ad eum redditis his verbis: *Sequitur in eodem libello veſtro: Item prædeceſſores noſtri Eugenius, Ildefonſus, Iulianus Toletanæ ſedis Antiſtites in ſuis dogmatibus ita dixerunt in Miſſa de cœna Domini: Qui per adoptiui hominis paſſionem, dum ſuo non indulſit corpori. Item in Miſſa de Aſcenſione Domini: Hodie Saluator noſter poſt adoptionẽ carnis ſedem repetiuit Deitatis*, &c. Hæc ſuo inſeruit Elipandus libello fidei, non quod iſta acceperit ex eorum quos nominat ſcriptis, ſed quòd ſcripta ea in Miſſali Toletanę Eccleſiæ (vt ait) in ſacris oblationibus recitari ſolerent; ſed an fideliter, vel vt in aliis fraudulenter, quòd non adeſſet præ manibus qui eſſet codex inſpiciendus, ex quo (vt in aliis) idem Elipandus impoſturæ conuinci poſſet, Patres hæc tunc reſpondêre: *Hæc ex parentum veſtrorum dictis poſuiſtis, vt manifeſtum ſit, quales habeatis parentes, vt notum ſit omnibus, vnde vos traditi ſitis in manus infidelium. Quia hominem Chriſtum verum Dei Patris Filium eſſe negaſtis, vobis defenſor eſſe noluit, ſed tradidit vos in manus inimicorum ſuorum, qui dominentur veſtri qui eum recipere noluiſtis.* & paulò pòſt hæc in eumdem.

ELIPANDVS CALVMNIOSE SVOS PRÆDECESSORES CONSORTES ERRORIS TRAHIT.

Et melius eſt teſtimonio Dei Patris credere de ſuo Filio quam Ildefonſi veſtri, qui tales vobis compoſuit preces in Miſſarum ſolemniis, quas vniuerſalis & ſancta Dei non habet Eccleſia, nec vos in illis exaudiri putamus. Etſi Ildefonſus veſter in orationibus ſuis Chriſtum adoptiuum nominauit, noſter verò Gregorius Pontifex Romanæ Sedis clariſſimus toto orbe doctor in ſuis orationibus ſemper eum vnigenitum nominare non dubitauit, &c. hæc Patres quòd ſcilicèt, vt ille perfidus aſſerebat, putarent, ea Ildefonſo auctore in ſacris Miſſalibus verè legi. At quiſnam fuerit certus & primus huius erroris auctor in Hiſpania, dictum eſt ſuperiori tomo, ſi rectè memoriâ tenes, nempe ſucceſſorem S. Iſidori pſeudoepiſcopum, hæreticum hominem, qui & depoſitus tranſiit in Mahometanam impietatem, Theodiſcum nomine natione Græcum, hominẽ impoſtorem: Hic, vt dictum eſt, anno Redemptoris ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, primus in Hiſpania aſſeruit, Chriſtum Dei Filium eſſe adoptiuum Dei Patris omnipotentis.

PROSCINDITVR INVITE S. ILDEFONSVS.

Cæterùm tantum abeſt, vt S. Ildefonſus eius erroris aſſertor fuerit, vt potiùs in ſuis ſcriptis, crebris ſententiis tamquam ſpiculis tale monſtrum ſæpè confecerit. Eſt igitur in promptu, vt impoſtoris in eum tanta illata calumnia quàm apertiſſimè detegatur, nec ex dubiis quidem teſtibus, teſtimoniisq; obſcuris, ſed eiuſdem Ildefonſi germanis ſcriptis, quibus non ſemel totidem verbis eiuſmodi Neſtorianiſmũ in Hiſpaniis diſſeminatum impugnet, negans penitus Filium Dei ſecũdum carnem dici debere filium adoptiuum.

VIII. S. ILDEFONSVS A CALVMNIA VINDICATVR.

In primis igitur illud adducamus in mèdium, quod habet in libro de virginitate ſanctæ Mariæ, & in neceſſariam deducitur aſſumptionem, vbi poſt multa ſecundùm veritatem Catholicam diſputata: *Audiſte* (inquit [a]) *quod cum aliud ſit Deus, & aliud homo; non tamen eſt alter Deus, & alter homo, ſed vnus eſt Dominus meus Ieſus Chriſtus, idem Deus & homo.* & inferius [b] de S. Maria: *Ita in vtraque natura vnum generans filium, vt idem ſit Filius Dei, qui filius hominis; nec alter ſit filius hominis, quàm ſit Filius Dei.* Et in libro De perpetua virginitate ſanctæ Mariæ, & de eius partoritione, quem haud pridem in lucem edidit vir doctiſſimus Feuardentius Theologus Pariſienſis, hæc itèm in eamdem ſententiam: *Chriſtus Deus numquam non fuit ex quo homo factus eſt, & aſſumptus in vnitate perſonæ ſemper manſit & permanet verus Deus homo; non duo quidem, vt eſſet alter Deus & alter homo; ſed vnus idemque Deus & homo. Quamuis enim aliud per quod Deus, aliud per quod homo, in vtroque tamen*

[a] *Ildefonſ. de Virginitate S. Mariæ c. 6.*
[b] *De Virgin. S. Mariæ c. 11.*

Digitized by Google

Deus & homo, quia non fuit aliquando purus ſine Deo conceptus vel natus homo: ſed quia de. eptus de Spiritu ſancto ex virginea carne, & natus homo verè: mox ex ipſa conceptione ineffabili natiuitate Deus verus proceſſit, & natus eſt homo. hæc cum ipſe tradat, omnem excludit in Filio Dei ſecundùm carnem adoptionem, cùm numquam fuerit ſine Deo homo, qui in filium potuerit adoptari.

IX. Poſſent quidem iſta ſufficere ad coarguendum calumniæ, ſicut & impietatis perfidum Elipādum, ſed Deo agendæ ſunt gratiæ, Deiq; Matri ſanctiſſimæ Virgini, quòd laudator eius Ildefonſus diſertis verbis ſæpè inferiùs omnem prorſus in Filio Dei Chriſto Ieſu excludit adoptionem, vbi in eadem tractatione iſta ſubiungit: *Ac per hoc talis partus non eſt communis lege naturæ, ſed ſicut mirabiliter conceptus, ita mirabiliter Deus & homo natus. Ergo non illum, vt cæteros filios Dei adoptiua fecit filium, ſed diuinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltauit, donauit & illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt eſſet idem Dei Filius homo & Verbum; quia numquam non fuit Dei Filius ſempiternus, permanet vnici Genitoris vnigenitus.* Et poſt

TESTIMONIA ILDEFONSI CONTRA ERRORES ELIPANDI. nonnulla eodem argumento accuratiſſimè diſputata, hæc ſubiicit ex S. Gregorij Papæ auctoritate: *Quoniam ſicut ipſe ait in eiſdem Moralibus, aliud eſt natos homines gratiam adoptionis per eam accipere; aliud eſt ſingulariter per diuinitatis potentiam Deum ex ipſo conceptu prodiiſſe.* Ac poſt nonnulla, dum tuetur ſicut in conceptione, ita in partu nullam contraxiſſe Mariam Virginem corruptionem, iſta mox ſubijcit: *Alioquin ſi ipſe ex matre coinquinatus eſſet, aut materna viſcera quaſi pro peccato corrumperet, & ſordibus ex vitio primæ damnationis coinquinaret, non eſſet Dei Filius, ſed adoptiuus, vt cæteri; quinimmò nec adoptiuus, & nullus eſſet per quem adoptaretur ipſe, ſi non eſſet proprius.* & inferiùs: *Et ideò non eſt ille adoptiuus, ſed adoptator (vt ita dicam) cæterorum.* ac ſubiungit: *Chriſtus non adoptiuus, ſed proprius Dei Filius in plenitudine temporum venit, miſſus à Patre, natus ex muliere, factus ſub lege, qui ſalus non eguit regenerationis ſacramento, neque renaſci, quoniam proprius Dei Filius, qui nobis per adoptionis gratiam ſuâ dignatus eſt benignitate per lauacrum regenerationis largiri fraternitatis conſortium. Vnde Ioannes:* [a] *Quotquot autē receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: quam ſanè poteſtatem à Patre genitus ipſe ex ſua natura in ſe habuit, & non aliunde vt proprius eſſet Dei Filius, & daret quibus vellet adoptionis gratiam.*

[a] *Ioan. 1.*

X. Hęc & alia ipſe Ildefonſus, quibus omnibus magis magiſq; coarguas hæretici impoſtoris illatam in ipſum calumniam, vendiceſque eum pariter à Patrum concepta de ipſo ſanctiſſimo atq; doctiſſimo viro ex teſtificatione Elipandi mala exiſtimatione atq; afferta falſa ſententia: vt planè appareat, nihil adeò alienum fuiſſe à tanto Patre, quàm de adoptione Chriſti Filij Dei ſecundùm carnem aſſertio. Dolendum fuit, eiuſmodi lucubrationes viri ſanctiſſimi, dolo fortaſsè perfidi Elipandi, fuiſſe diu ſuppreſſas & occultatas ne proderentur in lucem, ex quibus ipſe filius tenebrarum redargui poſſet à lumine, dum vocat lucem tenebras, & tenebras lucem. Gaudendum verò quòd in tanto Hiſpaniarum naufragio, ſuperfuerint tam præclara nobiliſſimi ingenij monumēta, eademq; è latebris vendicata, atq; in lucem edita à viro veritatis amantiſſimo, antiquitatum Eccleſiaſticarum ſtudioſiſſimo, non Hiſpano (ne vel leuis ſuſpicio priuatæ affectionis erga gentilem ſuum alicuius animum pulſare potuiſſet) ſed Gallo, Pariſienſis Academię profeſſore, cultore integritatis & pietatis, & claritudine nominis in Eccleſia Catholica optimè noto, quem nominauimus, Feuardentio.

XI. His igitur de Elipandi litteris ante Synodum cōuocatam conſcriptis iam enarratis, ad ipſam Synodi indictionem veniamus. Vbi igitur Elipandi dictæ litteræ ad Carolum Magnum redditæ ſunt: nihil antiquius ipſe habuit, quàm ad vniuerſalem cogendam Synodum ex totius Occidentalis orbis Epiſcopis, operam dare, crebros ea de cauſa ad Hadrianum Romanum Pontificem Legatos mittens, exploraturus eius ſententiam quid de propoſita per Elipandum quæſtione ſentiret. Quale enim in his peragendis fuerit Caroli Magni vigilantiſſimū ſtudium, à nullo fideliori teſte, quàm ex ipſius ad Elipandum redditis litteris cognoſcemus, in quibus hæc inter alia de his leguntur: *Ad impletionem verò huius gaudij,* nempe hęreticorum conuerſionis, *fraternâ cogente caritate iuſſimus ſanctorum Patrum Synodale ex omnibus vndique noſtræ ditionis Eccleſiis congregari Concilium, quatenus ſancta omnium vnanimitas firmiter decerneret, quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quam nuper nouis aſſertionibus & ſancta Dei vniuerſalis Eccleſia antiquis temporibus inauditis vos ex veſtris ſcriptis intuliſſe cognouimus. Immò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem de hac noua inuentione noſtræ deuotionis ter quaterq; direximus Miſſos,* Legatos ſcilicèt, *ſcire cupientes quid ſancta Romana Eccleſia Apoſtolicis edocta traditionibus de hac reſpondere voluiſſet inquiſitione. Necnon & de Britannia partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros conuocauimus, vt ex multorum diligenti conſideratione veritas Catholicæ Fidei inueſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hinc inde roborata teſtimoniis abſque vlla dubitatione teneatur.* & inferiùs, vocatos ad Synodum tradit Petrum Mediolanenſem Archiepiſcopum, & Paulinum Foroiulienſem vel Aquileienſem (vt ait) Patriarcham, Epiſcopos præterea ex Germania, Gallia, Aquitania atq; Britannia. Paulinus autem Aquileienſis Epiſcopus in libello Sacroſyllabo addit ex Heſperia, Liguria, Æmilia, & Auſtria prouinciis eſſe ad Synodum vocatos Epiſcopos.

CAROLVS MAGNVS GENERALEM SYNODVM CONVOCARE LABORAT.

Vbi autem Hadrianus Papa crebris legationibus Caroli Magni permotus eſt, vt de ſententia Elipandi decerneret; eâ iterum examinatâ atq; diſcuſsâ, inuentâq; in hæreſim declinare, publicas litteras conſcripſit ad Epiſcopos Gallæciæ & Hiſpaniarum, in quibus prouinciis fuerat error diſſeminatus; de hiſq; diſputans, pluribus confutat aſſertam de Chriſti adoptione ſententiam; atque demum, eiuſmodi oratione deuios omnes à veritate in fine compellat ſic dicens: *Priuſquam libellis imponatur terminus finalis, adhibenda eſt litigatorum optio ſententialis: eligant namque quæ volunt, vitam aut mortem, benedictionem aut maledictionem. Optamus namq; & infinitam boni Paſtoris Domini precamur benignitatis clementiam, qui ouem* [b] *perditam ad ouile propriis humeris portauit, vt relictis carnis anfractibus, in quibus mala beſtia, id eſt, malignus ſpiritus commoratur, vt ad viam quæ ducit ad vitam æternam fidei paſſibus, Chriſto redeant pertrahente; quatenus in ſinu matris Eccleſiæ ſuſcepti per lamentum pœnitentiæ ſordes abluant peccatorum, & infamatâ eorum modeſtiâ bonæ famæ recipiant priſtinam dignitatem, nec honoris periclitentur naufragio, & à noſtra non disiungātur conſortio, ac per hoc reconciliati communioni Catholicæ Fidei, diuina illos pietas cæleſtium faciat eſſe participes gaudiorum.*

OPTIO DATA HÆRETICIS A HADRIANO PAPA.

[b] *Luc. 15.*

Quòd ſi exigentibus indignis meritis, tam inſolubili eos malignus ſpiritus perfidiæ laqueo iuſta Dei iudicia ſtrangulauit, vt reſalui nequeant: Ex auctoritate prorſus Sedis Apoſtolicæ ac beati Petri Apoſtolorum principis, ac per eum

HADRIANI PAP. SENTENTIA IN HÆRETICOS.

qui illis magiſter & Dominus tradidit poteſtatem, & ſoluē- A
di ligandiq́; licentiam tribuit (quod ſine graui mærore dicere non poſſumus) perpetuo eos anathematis vinculo religates vltrici cum ſequacibus ſuis iudis armis vindictâ plectendos, ac per hoc à gremio matris Eccleſiæ & à noſtro conſortio definio alienos.

XII. *Si quis autem fidelium Deumq́; timentium caritatem* * precum *eis benignitatis impertiēdo, & Chriſti amore, pro eis *precis oblationem Domino offerre voluerit: non ſolùm non inhibemus, ſed vt faciat, Apoſtolicâ admonitione & optamus,* [a] 1. Tim. 2. *& ſalubri incitamus adhortatione, vt Deus omnipotens [a]* ORARI VVLT PONTIFEX PRO HÆRETICIS *qui neminem vult perire, & omnes homines propter nimiā bonitatem ſuam vult ſaluos fieri, reuocet eos ad viam veritatis, & ad agnitionem pertingere (ſicut dignum eſt) rectæ fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro,* &c. iſta habent litteræ Hadriani, quæ & poſteà ſunt in hac de B qua agimus Synodo recitatæ.

Vbi igitur Synodus conueniſſet, præſente Carolo Magno Rege, ab eodem iuſſæ ſunt legi litteræ
QVID IN SYNODO CAROLVS EGERIT. Elipandi Archiepiſcopi Toletani: *quibus recitatis* (inquit Paulinus) *ſtatim ſurgens venerabilis Princeps de ſella regia, ſtetit ſuper gradum ſuum, & locutus eſt de cauſa fidei prolixo ſermone, & adiecit: Quid vobis videtur? Ab anno prorſus præterito, ex quo cœpit huius peſtis, inſaniâ tumeſcente, perfidia vlcus diffuſius ebulliſſe, non paruus in his regionibus, licèt in extremis finibus Regni noſtri, error inoleuit, quem cenſurâ fidei neceſſe eſt modis omnibus reſecari. Cùmq́; imprecata & conceſſa eſſet moroſa dilatio per dies aliquot, placuit eius manſuetudini, vt vnuſquiſque* C *quicquid ingenij captu rectiùs ſentire potuiſſet, per ſacras ſyllabas, die ſtatuto, eius clementiæ oblatum ſui pectoris fidei munus ſtyli ferculo mentis viuacitate deferret.* hæc de iuſſione Caroli Magni Paulinus.

XIII. Qui ingenij ſui nobile edens fœtum, commentariolum inſcriptum, libellum Sacroſyllabum, aduerſus nouam reſurgentem hæreſim elaboratum obtulit ſanctæ Synodo, cui placuit vt in Hiſpanias mitteretur ad conſutandos exortos in eis errores. extat ipſe integer, quem tu conſulas: ſcriptus enim ab eo eſt non ſuo ipſius tantùm nomine, ſed & Petri Mediolanenſis Archiepiſcopi & aliorum ipſis ſubiectorum Epiſcoporum, ad cuius libelli finem eiuſmodi aduerſus eumdem Elipandum atque Fe- D
SENTENTIA AB ITALIÆ EPISCOPIS IN HÆRETICOS. licem ſententiam profert iſtis verbis: *Elipandum namque atque Felicem nouos hoſtes Eccleſiæ, ſed veternosâ face perfidiæ pollutos, niſi ab hac ſtultitia reſipiſcant, & per rectæ fidei ſatisfactionem lamentis ſe abluant pœnitentia, indignos & ingratos eos etiam qui poſt hanc tam ſaluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus ſancto afflata Spiritu concorditer ſubtili ſinceritate terminauit, falſiſſimis eorum aſſertionibus ſiue clàm, ſiue in publica voce præbuerint aſſenſum: ſimili eos ſententia vindictâ ſancimus eſſe plectendos, reſeruato per omnia iuris priuilegio ſummi Pontificis domini & Patris noſtri Hadriani primæ Sedis beatiſſimi Papæ.* ſed quod priuilegium? illud nimirum, quod (vt ſæpè dictum eſt) nouas condemnare hæreſes & hæreſiarchas, eſſet ſolius Ro- E mani Pontificis: vel illud fortaſſe intelligit priuilegium, quo Romana Eccleſia (vt ſuperius demonſtratum eſt) Conciliorum omnium Acta cognoſcit, probatq; vel improbat ipſa.

XIV. Demum verò pro ipſo Rege eiuſmodi ad Deum
PRECES PRO CAROLO MAGNO. obtulit pias preces. *Catholicum atq; clementiſſimum, ſemperq́; inclytum dominum Carolum Regē per interceſſiones beatæ & glorioſæ ſemperq́; Virginis Dei Genitricis Mariæ, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, & beati Petri primi Paſtoris Eccleſiæ, omniumq́; Sanctorum, verùm etiā ſuffragantibus precibus veſtris, omnipotens & S. Trinitas ſuâ eū gratiâ circumcingat, ſuâq́; dexterâ ſemper protegat & defendat, vt faciat ſemper quæ illi ſunt placita,* A *quatenus cæleſtibus fretus armis inimicos ſuos manu Chriſti, auxilio fultus de cælo, ad terram proſternat; barbaras etiam nationes infinitas Deus omnipotens ditioni eius potentiæ ſubdat, vt ex hac occaſione ad agnitionem perueniant veritatis, & agnoſcant verum & viuum Deum Creatorem ſuum,* &c.

Recepto autem atq; perlecto à Paulino oblato
SYNODALIS EPISTOLA AD HÆRETICOS. nomine Epiſcoporum libello ab ipſa ſancta Synodo condemnata eſt hæreſis, & aduerſus eam & ab Elipando Epiſcopo Toletano miſſum perfidiæ libellum ſcripta fuit Synodalis epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos, quâ Patres confutauerunt ſingulas ab hæreticis aſſertas pro errore defendendo ſententias. Extat ipſa integra habēs in fine admonitionem B ad eoſdem, vt abdicato errore, ſanam ſequantur Eccleſiæ ſanctæ doctrinam. Sed & ipſe Carolus Magnus, quòd priuatas ab Elipando (vt diximus) pro errore defendendo litteras accepiſſet, ad eumdem & alios Hiſpaniæ Epiſcopos ſcripſit epiſtolam tanto Principe dignam, qui pietate & doctrinâ præſtaret, eamdemque vnà cum litteris Pontificiis, libelloque à Paulino conſcripto, & Synodali epiſtola ad eos miſit, quâ omnibus ſuaderet, vt ab errore Elipandi deſiſterent. Porrò quòd tanti Principis ſcriptorum monumento ipſa ſancta Synodus eſt magnoperè illuſtrata, vt iſtud ipſum intexatur Annalibus, à nobis exigit perſonæ dignitas & argumenti, & multiplex vtilitas, quam quia eam le- C gendo percipies. ſic enim ſe habet:

Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Langobardorum XV. *ac Patricius Romanorum,* FILIVS ET DEFENSOR *ſanctæ Dei Eccleſiæ, Elipando Toletanæ ciuitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hiſpaniæ conſacerdotibus Orthodoxæ Fidei & fraternæ caritatis in Chriſto Dei Filio proprio & vero optamus ſalutem.*

Gaudet pietas Chriſtiana diuina ſcilicèt atq; fraterna EPISTOLA CAROLI MAGNI AD ELIPANDVM. *per lata terrarum ſpatia duplices caritatis alas extendere, vt materno foueat affectu, quos ſacro genuerat baptiſmate. Et maxima eſt ſanctæ matris Eccleſiæ exultatio ſuorum adunatio filiorum, vt ſint cōſummati in vnum qui redempti ſunt ab vno, dicente eodē Redemptore noſtro Ieſu Chri-* D *ſto: [b] Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi-* [b] Ioan. 17. *hi, vt omnes vnum ſint, ſicut & nos vnum ſumus. Vnde & in Cantico Canticorum de ſancta dicitur Eccleſia: [c] Terri-* [c] Cant. 8. *bilis vt caſtrorum acies ordinata. Coaſtipata exercitus ordinatio & vnanimis bellatorum fortitudo magno ſolet hoſtibus eſſe terrori: ſic filiorum ſanctæ matris Eccleſiæ intra* VNITAS ECCLESIÆ CATHOLICÆ INSVPERABILIS. *murum Catholicæ Fidei pacifica adunatio aëreis poteſtatibus nimium conſtat terribilis, & igneis malignæ perfidiæ ſpiculis omnino impenetrabilis extat, ſicut & veriſſimus Gentium prædicator & fortiſſimus Eccleſiæ præliator præcipit, dicens: [d] In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſ-* [d] Epheſ. 6. *ſitis omnia tela nequiſſimi ignita extinguere, & hoc ſaculum nequam libero ad cæleſtia volatu euadere: [e] Sine fide* [e] Hebr. 11. *enim impoſſibile eſt placere Deo: impoſſibile eſt quod omnino ab homine fieri non poteſt. Principium eſt ſalutis noſtræ* E *fides, quâ intemeratâ & integrâ ſanitate confirmatâ, totius vitæ curſus per bonorum veſtigia operum feliciter ſine ceſſu curris: per fidem enim (ſicut idem præfatus [f] doctor* [f] Ibidem. *in epiſtola ad Hebræos teſtatur) omnes Sancti placuerunt Deo.*

Hanc igitur Fidem Orthodoxam & ab Apoſtolicis tra- XVI. *ditam doctoribus, & ab vniuerſali ſeruatam Eccleſia nos pro virium noſtrarum portione vbiq; in omnibus ſeruare & prædicare profitemur: quia non eſt in alia aliqua ſalus, niſi in illa, quam pacifica ab initio ſalutis noſtræ vnanimitate* DE LITTERIS AB ELIPANDO MISSIS. *ſemper ſeruabat Eccleſia. Pro qua etiam, viri fratres, & veſtra bona deuotio, quā vos habere decet in Domino, his partibus fidei veſtræ litteras dirigere curaſtis nēpe & genera*

les ad ſacerdotales ſanctiſſimas aures, ad nos quoque ſpeciales: In quarum vtique ſerie literarum non ſatis nobis elucebat, an quaſi ex auctoritate magiſterij vos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis: tamẽ ſiue hoc ſiue illud veſtris ineſſet animis, petitionem veſtram, caritate Chriſtianæ religionis cogente, non ſpernendam eſſe cenſuimus, valde deſiderantes, Deumq́; ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in vera fidei ſoliditate firmiter vtrimque permaneamus, contra fluctiuagos huius ſeculi æſtus, Spiritu ſancto nauigium veſtri curſus regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis peruenire mereamur.

XVII. *Ad hanc tranquillitatem capiendam oculus cordis fide purificandus eſt, & aſſiduis ſanctarum orationum precibus mentis acies illuſtranda vt pura veritatis lumen, omni errorum nube expulsâ, contemplari valeat, ne in opiniones noxiæ falſitatis temeritas inordinata incautiùs gradientes præcipitet. Non pudeat Chriſtianum, vbi hæſitat, quærere; vbi neſciat, diſcere: quoniam pia humilitas diſcendi ſapientiæ inerat ſecreta: Et melius eſt diſcipulum eſſe veritatis quam doctorem exiſtere falſitatis; ille ad altiora ſemper prouehitur; iſte ad inferiora ſemper dilabitur, & inde magiſter efficitur erroris, vnde auditor contempſit eſſe veritatis.*

PATRIBVS INHÆRENDVM. *Hanc igitur, fratres, pernicioſam deuitantes elationem, ſanctorum Patrum & ſanctorum doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus: diſcamus quæ ſcripſerunt, credamus quæ docuerunt, & non declinemus ad dexteram neq; ad ſiniſtrã, ſed per viam regiam ad Regem & Redemptorem & Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cõcordi fidei & veritatis curramus profeſſione:* [a] Rom. 10. *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, eodem atteſtãte Apoſtolo:* [b] Rom. 1. *Iuſtus autem ex fide viuit: Si iuſtus ex fide viuit, quomodo qui fidem non habet rectam, ſe viuere æſtimat?* [c] Hebr. 10. *Nos nempe non ſumus infidelitatis filij in perditionem, ſed filij ad acquiſitionem animæ. Sequamur ſanctorũ Patrum venerabilia in caritate præcepta.*

Decet enim vt omnium Chriſtianorum vna ſit fides & vnus animus, [d] Ioan. 10. *ſicut eſt vnum ouile & vnus paſtor. Qui enim extra Eccleſiaſtici ouilis ſepta inueniuntur, lupinâ rabie deuorabuntur, qui vocem boni paſtoris non audiunt, qui ante ſuas oues ingreditur & egreditur, vt eos ad paſcua vitæ perducat æterna. Nobis itaq; dictũ intelligamus quod egregius prædicator ſuis cariſſimis filijs præcipiebat, dicens:* [e] 1. Cor. 1. *Obſecro vos per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt vnũ dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autẽ perfecti in vno ſenſu & in eadem ſententia. Hæc habentes Apoſtolicæ auctoritatis præcepta, concordate nobiſcum. Diligimus vos: hoc vobis volumus in Domino quod & nobis, quia perfecta quam habemus in Chriſto, caritas congregare gaudet non ſpargere, adunare non ſcindere, & inconſutilem Saluatoris noſtri tunicam* [f] Ioan. 19. *integram ſeruare non diuidere, prouidentes hoc idem in pace Chriſti cuſtodire, quod milites in paſſione eius obſeruabant.*

XVIII. DE VNITATE ET CARITATE SEKVANDA. *His ita prælibatis, veſtris in Domino valde congaudemus profectibus, ita vt in cordibus noſtris fraterno vulnerati amore veſtram quam patimini lachrymabili gemitu condoleamus oppreſſionẽ; ſed maiore multò* [g] Rom. 9. *triſtitiâ ingemus, ſi aliquid diabolicâ fraude interiùs oppreſſionis per infidelitatẽ vel cuiuſlibet ſchiſmatici erroris patimini in cordibus. Ipſe eſt continuus dolor pectoribus noſtris, & penè irremediabile vulnus, niſi per eius miſericordiam qui ſanat* [h] Pſal. 146. *contritos corde, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire, illi nos lætificent qui triſtauerunt: Veſtra igitur correctio, noſtra eſt lætificatio. Deſiderantes vos ſocios habere in fide Catholica & cooperatores in prædicatione veritatis, vt* [i] 1. Tim. 2. *gaudium quod Chriſtus ſuis promiſit diſcipulis, habitet in nobis, & gaudium noſtrũ impleatur in vobis.*

Ad impletionem verò huius gaudij, fraternâ cogente caritate, in vnum ſanctorum Patrum Synodale ex omnibus vndique noſtræ ditionis Eccleſiis congregari Concilium, quatenus ſancta omnium vnanimitas firmiter decerneret quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quam nuper nouis aſſertionibus, & ſancta Dei vniuerſalis Eccleſia antiquis temporibus inauditis vos ex veſtris ſcriptis intuliſſe cognouimus; immò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Pontificem de hac noua inuentione noſtræ deuotionis ter quaterq́; direximus Miſſos, ſcire cupientes, quid ſancta Romana Eccleſia Apoſtolicis edocta traditionibus in hac reſpondere voluiſſet inquiſitione. Necnon & de Britanniæ partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros cõuocauimus, vt ex multorum diligenti conſideratione veritas Catholicæ Fidei inueſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hinc inde roborata teſtimonijs abſque vlla dubitatione teneatur.

QVÆ FVERIT RATIO COGENDI CONCILII.

XIX. *Idcirco vobis per ſingulos libellos dirigere curauimus, quid prædictorum Patrum pia vnanimitas & pacifica perſcrutatio auctoritate Eccleſiaſticâ inuenire, ſtatuiſſet, confirmaret. Primò quid dominus Apoſtolicus cum ſancta Romana Eccleſia & Epiſcopis in illis partibus quaqua verſum commorantibus, & Catholicis doctoribus ſentiret, ſub vnius libelli tenore ſtatuimus. Deinde ſecundo loco quid Eccleſiaſtici doctores & ſacerdotes Eccleſiarum Chriſti de propinquioribus Italiæ partibus cum Petro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Paulino Forojulianenſi vel Aquileienſi Patriarcha, viris à Domino valdè venerabilibus intelligi, vel firmiter credi voluiſſent, ſuis proprijs reſponſionibus exaratum poſuimus libellum; quia ipſi quoq; præſentes noſtro Synodali conuentui adfuerant. Poſt hæc tenet & tertius libellus Orthodoxorum ſanctorum Patrum Epiſcoporum & virorum venerabilium fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, & Britanniæ partibus dignis Deo ſeruiunt officijs, veſtrumq; obiectionibus ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs roboratas obtinet reſponſiones. Deinde quarto loco mea propria vnanimitatis cum his ſanctiſſimis prædictorũ Patrum decretis & Catholicis ſtatutis cõſenſum ſubnexui, ſicut voſmetipſi in veſtra epiſtola quam meo ſpecialiter deſignaſtis nomini, rogare curâſtis, id eſt, ne ſubdolis paucorum aſſertionibus conſentirem ſed plurimorum teſtimonijs roboratam fidem tenerem.*

QVÆ CONSENSERIT CAROLVS ANTE EDVCENDOS AD FIDEM HÆRETICOS.

XX. *Facio certiſſimè, Deo Domino meo Ieſu Chriſto donante, horum me ſanctiſſima multitudini & probatiſſima auctoritati vera fidei profeſſione aſſocians, nec veſtra me paucitati in conſenſione huius nouæ aſſertionis ſocium admitto, ſed Apoſtolicæ Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & Catholicis traditionibus tota mentis intentione, tota cordis alacritate coniũgo. Quicquid in illorum legitur libris, qui diuino Spiritu afflati, toti orbi à Deo Chriſto dati ſunt doctores, indubitanter teneo, hoc ad ſalutem animæ meæ ſufficere credẽs, quod ſacratiſſima Euangelicæ veritatis pandit hiſtoria, quod Apoſtolica in ſuis epiſtolis confirmat auctoritas, quod eximij ſanctæ Scripturæ tractatores & præcipui Chriſtianæ Fidei doctores, ad perpetuam poſteris ſcriptum reliquerunt memoriam: cum his quoque doctoribus, & ſanctæ Eccleſiæ paſtoribus veram prædico fidem, quos in præſenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit:* [k] Matt. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Hi ſunt propugnatores fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diuerſas ſedes ciuitatis Chriſti, cuius antemurale eſt Fides Catholica, & caritas firmiſſimus murus, & propugnacula diuinarum teſtimonia ſcripturarum, & diuitiæ ſalutis in ea ſunt* [l] Iſai. 26. *ſapientia & ſcientia & ſpes portarum cuſtodia: quæ quatuor clauibus, id eſt, prudentiâ, iuſtitiâ, fortitudine, & temperantiâ pijs aperiuntur animis. Huius verò ciuitatis ipſe Dei verus & proprius filius, Deus verus homo verus Ieſus Chriſtus Dominus noſter regali præſidet potentiâ, cuius gratiâ totam illius ciuitatis ſtructuram regit, defendit, & exaltat. Quiſquis ad hanc ciuitatem, rectâ ſibi præeunte fide, manum bonorum operum habens pleniſſimas peruenire*

feſtinat:

VBI INQVIRENDA SIT VERA FIDES SCITA CAROLI SENTENTIA.

feſtinat: apertas inueniet portas, & Regem Regum cum millibus ſanctorum agminum obuiare ſibi gaudebit.

XXI. PRECES HÆRETICORVM NON MERENTVR EXAVDIRI.

Sed & gratias vobis agimus de inſtantia orationum veſtrarum, quibus memoriam noſtri aſſiduè vos habere dixiſtis, optantes vt preces veſtræ acceptabiles ſint Domino Deo Saluatori noſtro; & vt ipſe per ſuam miſericordiam dignos vos efficiat exaudiri, & ad vnitatem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ reuocare dignetur, & eiuſdem pietatis humeris in ſanctæ matris Eccleſiæ reportet ouile, qui de cælis veniens ouem requirere perditam, inuentamq́; cum triumpho gloriæ ad ſedem Paternæ Maieſtatis reuexit.

LIBELLVS HÆRETICORVM IN SYNODO DISCVSSVS.

Illud quoq; quod vobis noſtram pietatem flagitare placuit, quatenus in præſentia noſtra libellus veſtri legeretur textus, & perſcrutante plurimorum conſilio, quid in eo rectæ fidei ſanctionibus conſentiens inueniretur: fecimus ſicut petiſtis, collectisq́; vndique, veluti præfati ſumus, Eccleſiaſticis doctoribus & populi Chriſtiani rectoribus, nobiſq́; omnibus pacifico vnanimitatis choro conſidentibus, eumdem libellum à capite calcetenùs per diſtinctiones vniuſcuiuſq; ſententiæ, & per interrogationes & reſponſiones, prout cuiq; libuit, perlegere iuſſimus. Quid verò de illo libello Præſules Eccleſiarum Chriſti, Fideiq́; Catholicæ doctores intellexiſſent: non eſt opus mihi in hac mea iterare epiſtola, dum illorum libellus proprius hoc vobis euidenter oſtendet.

XXII.

Scriptam itaq; in epiſtola veſtra huiuſmodi obſecrationem inuenimus (Poſcentes vos per eum, qui pro te in Cruce manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro te mortem pertulit & ſepulturam, ad liberandum electos ad infernum deſcendit, & pro te reſurgens, tibi viam ad cælos reuertendi, ſcilicèt ad cæleſtem patriam demonſtrauit, vt per teipſum arbiter ſedeas) Ecce ego veſtris petitionibus ſatisfaciens, congregationi ſacerdotum auditor & arbiter adſedi. Diſcernimus, & Deo donante decreuimus quid eſſet de hac inquiſitione firmiter tenendum: ſed modò per eamdem obſecrationem vos iterum atq; iterum obteſtor, vt in pacifica vnanimitate & Catholicæ Fidei profeſſione nobiſcum firmiter maneatis, nec vos doctiores exiſtimetis vniuerſali ſanctâ Dei Eccleſiâ.

SALVBERRIMA CAROLI MAGNI ADMONITIO AD HÆRETICOS.

Eam fidem tenete, quam Orthodoxi Patres in ſuis nobis ſymbolis ſcriptam reliquerunt; & nolite plùs ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio diuina vos myſteria inueſtigare arbitremini, ſed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temerè perſcrutando inuenire non valet.

EXEMPLVM CAROLI CONSERVANDÆ CATHOLICÆ FIDEI.

Exemplum mihi Conſtantini Imperatoris propoſuiſtis, cuius initium beatum Iſidorum laudâſſe dicitis, & finem doluiſſe: quod ne mihi accidat, per quemdam Beatum (quem per antiphraſin cognominâſtis) benignè ſuadetis: Hæc otiâ, diuinâ miſerante gratiâ præcauere ſatago, non ab illo tantummodò, ſed etiam ab omnibus qui aliquid rectæ fidei contrarium docere videntur: aſſiduaque deuotione Dominum depoſco, & quoſcumq; ex filijs ſanctæ matris Eccleſiæ valeo mihi in hac petitione adiutores conuoco, ne me alicuius verboſa adulatio, vel fraudulenta laudatio decipiens à via veritatis euertat, ſæpius cum Propheta decantans: [a] Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

[a] Pſal. 140.

XXIII.

Vos verò vobiſmetipſis cauete, quos vos fraterno monuiſtis amore procurantes diligentiſſimè, omnipotentiſq́; Dei vobis aſſiduis precibus clementiſſimam inuocate gratiam, ne callida antiqui hoſtis verſutia ſenſus veſtros in aliqua parte corrumpat, & peius fiat interiùs diaboli ſeruitium quàm exteriùs gentis inimicæ. hæc Carolus, alludens ad ſeruitutem, quâ à Sarracenis miſeri Hiſpani tenebantur oppreſſi, quod hac eadem epiſtola inferiùs ſæpè ingerit, ſed pergit: *Eumq́; expectate Redemptorem, quem ſalutis veſtræ habuiſtis auctorem. Illum glorificate in corde & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in fide quæ per dilectionem operatur, quatenus vos illius glorioſâ potentiâ & ineffabili miſericordiâ ab vtriuſque ſeruitutis moleſtia, exteriore ſcilicèt & interiore liberet & cuſtodiat, & in magno Iudicio ante conſpectum gloriæ ſuæ cum multiplicibus laboris veſtri diuitijs ſtare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apoſtolicæ Fidei audire faciat: [b] Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Paratum igitur vobis Regnum ab origine mundi, indubitatâ veritatis profeſſione ſperatis, ſi Catholicæ Fidei vnanimitati vosmetipſos adiungere curetis; exteriores ſeruitutis moleſtias internâ fidelitatis ſpe conſolamini: Oculos mentis veſtræ ad eum erigite, qui vos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ.*

SPERNONDVM NVLLA ABSQVE RECTA FIDE.

[b] Matt. 25.

XXIV. EXHORTATIO AD FIDEM CATHOLICAM

Haſtenus antequàm huius adoptionis in Chriſto nomen à vobis exortum noſtros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus; & ſi nos veſtrum corporale ſeruitium contriſtaret, rectitudo tamen Fidei Catholicæ lætificauit in vobis: Nunc verò duplici pro vobis affligimur mœrore, diaboli à fraude deceptis in corde, & inimicâ ſeruitute oppreſſis in corpore. Sed redite, obſecro, ad vnitatem ſanctæ matris Eccleſiæ, vt vos eruat de anguſtia ſeruitutis terrenæ, qui vos per baptiſmi gratiam à vinculo liberauit originalis peccati. Expoliaſtis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti malignâ induimini illum? Adoptionis filij Deo Patri facti eſtis per eum qui non eſt adoptiuus ſed proprius. State per fidei inuiolabilem confeſſionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis iugum ſubire: expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Chriſtus qui ſoluit compeditos excutiat catenam gentis inimicæ de manibus veſtris. Habetis nos, diuinâ auxiliante gratiâ, cooperatores gaudij veſtri, ſi vos nobiſcum Catholicæ Fidei vultis eſſe prædicatores: Certiſſimum namque erit diuinæ miſerationis auxilium, vbi vna eſt totius Eccleſiæ caritas, & vna vera fidei confeſſio.

Ad multitudinem populi Chriſtiani & ad ſacerdotalis Concilij vnanimitatem reuertimini: Si enim duorum vel trium ſancto pioq; conſeſſui, ſecundùm ſuam promiſſionem Dominum eſſe præſentem non dubitamus; quantò magis vbi tot ſanctiſſimi fratres, tot filij matris Eccleſiæ in nomine illius pacificâ conueniunt vnanimitate, eum adeſſe medium non eſt dubitandum, & illorum vigore conſilia, qui ſui nominis laudem quærere dignoſcuntur? Ad confirmandum igitur corda veſtra in fide & veritate, hanc noſtri nominis, fraternâ inſtigante caritate, epiſtolam ſcribere curauimus, optantes vt noſtra quam habemus pro Fide Catholica proficiat deuotio, & vos diuina clementia ad Fidem reducat Catholicam.

XXV. IMPERATOR NON DAT AVXILIVM HÆRETICIS.

Antè igitur quàm huius ſæpe dicti ſcandali à vobis oriretur offenſio, duplici caritate (ſicut prædiximus) dileximus vos, id eſt, in orationibus noſtris per omnes Regni noſtri Eccleſias habuimus ſocios, & veſtri memoriam quotidie facientes: itidem quoq; & Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare à ſeruitio ſæcularis neceſſitatis ſecundùm temporis opportunitatem & veſtri conſilij adhortationem: nunc verò hac duplici caritate (quod ſine dolore non dicimus) fraudâſtis vosmetipſos, non intelligentes, fraude diabolica eſſe deceptos, vt vtroq; iuuamine vos denudaret, id eſt, participatione fidei & orationum noſtrarum, vel ſolatio auxilij noſtri. Videte, videte quàm grande malum aduerſus vosmetipſos habetis factum, quod nequaquam auſi ſumus orare pro vobis, ſicut pro fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ filijs, nec vos adiuuare, quomodo fratres in veſtris maximis neceſſitatibus. Quapropter reuertimini ad hanc duplicem conſolationem, & abijcite à vobis hanc malignam diabolicæ fraudis verſutiam, vt poſſitis nobiſcum conſortium habere in omni caritate & gaudio opportuno.

Poſt hanc verò correctionem ſiue admonitionem Apoſtolicæ auctoritatis & Synodalis vnanimitatis ſi non reſipiſcitis ab errore veſtro: ſcitote omninò vos pro hæreticis

haberi, nec vllam vobiſcum communionem pro Deo audeamus habere. Currite dum [a] *lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis comprehendant, vnde non poteſtis pedes veſtros explicare, ſed interna damnatione irretitos eſſe lugebitis. Adhuc enim pia mater reuocat vos in gremium ſuæ miſericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantum nolite vos abſtrahere ab eius pietate, quæ* [b] *vos vocauit in Regnum filij dilectionis ſuæ.* ſubiicit his Catholicæ Fidei Symbolum, quo & aſſeritur Dei filius non eſſe adoptiuus, ſed proprius. poſteà verò ſic perorat.

[a] Ioan. 12.
[b] Gal. 1.

XXVI. *Hanc fidem vos, fratres cariſſimi, firmiter tenete, in cõmune prædicamus: & ſi aliter antè in quolibet verbo ſenſiſtis, corrigite voſmetipſos, & ad vnitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ purâ fide feſtinate, & contentiones hominum, nouitatesq; vocum deuitate, quia iuxta Apoſtolum, non eſt hæreticus niſi ex contentione. Vos igitur quia pauci eſtis, vnde putatis vos aliquid verius inuenire potuiſſe, quã quòd ſancta & vniuerſalis tota orbe diffuſa tenet Eccleſia? Sub tegmine alarũ illius requieſcite, ne vos auida diaboli rapacitas (ſi foris inuenerit) nefando gutture deuoret. Redite ad pium matris Eccleſiæ gremium, illa vos foueat & nutriat, donec occurratis in virũ perfectum, & in plenitudinẽ corporis Chriſti. Habete nos cooperatores ſalutis veſtræ, Catholicæ pacis auxiliatores; & ſocietas veſtra ſit in Chriſto Ieſu Domino noſtro,* [c] *qui vos nobiſcum incorruptos & immaculatos fide pariter & opere cuſtodiat, & cõſtituat ante conſpectum gloriæ ſuæ incõtaminatos, & irreprehenſibiles, & perpetuæ hæreditatis hæredes pariter perficiat in æternum. Amen.* hactenus ad Elipandũ Carolus Magnus & ad alios eius perfidiæ ſocios; finemq; accipiũt hic Acta, quæ extant eiuſdẽ Francofordienſis Cõcilij.

[c] 1. Ioan. 1.

C

DE REBVS GESTIS IN FRANCOF. CONC. ADVERSVS NICÆNAM SYNODVM SECVNDAM.

Quoniam autem eſt nonnullorum aſſertio, in hac eadem Synodo damnatum eſſe Nicænum Cõcilium ſecundum, idemque dictum, ſeptimam Synodum Occumenicam, verũ ne id ſit, & ſi aliquod attulerit præiudicium veritati, & dicta Nicæna Synodus ex iis aliquod acceperit detrimentum, ſolicitiùs inueſtigandum remanet, & accuratiùs diſquirẽdum, quòd res ſit grauiſſima, maximiq; momenti. Scimus ex Orthodoxis complures, cum obiicerentur iſta à Nouatoribus quàm audaciſſimè, nimirum in Francofordienſi Concilio damnatam eſſe ſeptimam Synodum, eò confugiſſe, vt aſſererent, non eſſe damnatam ibi eam ſeptimam Synodum, quam Orthodoxi Nicææ in Bithynia cõgregarunt, ſed eam, quam Iconoclaſtæ Conſtantinopoli ſub Conſtantino Copronymo collegerunt, eamdemq; pariter ſeptimam Synodum Occumenicam appellarunt. Fauebant huic Orthodoxorum reſponſioni, quod veteres qui aſſeruerũt, damnatam in Francofordienſi Concilio ſeptimam Occumenicam Synodum, eam non Nicænam, ſed Conſtantinopolitanam nominauerunt, quam fuiſſe conſtat hæreticorum.

D

XXVII. Hæc quidem cùm iure dici poſſent, niſi alia addita eſſent, euicta penitùs cauſa fuiſſet: verùm cùm conſtet, eam ab illis aſſertam damnatam fuiſſe ſeptimam Synodum, quæ pro cultu ſanctarum imaginum ſtatuta fuit: vtiq; ad Nicænam, non ad Cõſtãtinopolitanam, eamdem ſeptimam damnatam Synodum eſſe referendam, licèt ſit ab illis erratum in nomine: æquus arbiter iudicabit; nec nos tale iudicium ſubterfugimus: Gaudet enim innocentia veritate, nec indiget ficus foliis quibus pudẽda, quæ nulla ſentit, contegere debeat. Tantum abeſt igitur, vt negemus Nicænam ſecundam Synodum, eamdemq; ſeptimam Occumenicam dictam, damnatam dici in Francofordienſi Cõcilio: vt etiam augeamus numerum teſtium id profitentium, & quidem haud dubiæ fidei, vel reiiciẽdæ auctoritatis.

DAMNATA NICÆNA SYNODVS SECVNDA IN CONCIL. FRANCOF.

A Sic igitur iuſtæ cauſæ confiſi, id ſponte ac liberaliter concedimus aduerſariis, quod ab aliis penitùs negatum ſciunt; vt nos nonniſi cupidos eſſe veritatis intelligant, remq; agere ſine fuco & fallaciis more maiorum noſtrorum ſanctorum Patrũ, vt quæ ſint vera firmemus, & quæ falſa à quouis ſint dicta negemus.

Tanti ponderis aggredientes nos quæſtionem, in ipſo eius exordio (ne quâ ambiguitate verborũ currẽs veritas quaſi compedibus teneatur) in ſententiarum diuerſarum biuio conſtituti, quo quis gradiatur aperientes, illud in primis aſſerimus: longè inter ſe eſſe iſta diuerſa, vel dicere eſſe damnatum aliquid in Concilio, vel damnatum per Concilium, vt primum actum habeat imperfectum, ſecundum doceat cõſummatum. Cùm enim aliquid in Concilio agitur à malè ſentientibus, nec accedit conſenſus eorum, quorum eſt ſtatuta firmare, quò ſi careat, omne quod decretum eſt, nullius eſt ponderis & penitùs euaneſcit: tunc id ſtatutum tantum dici poteſt in Concilio, nec alicuius roboris eſſe, deficientibus neceſſariò requiſitis. Sed tunc per Conciliũ, cùm omnia ad actus perfectionem concurriſſe, remq; eſſe perfectam liquet. Sic igitur, quod ad rem de qua agimus ſpectat: Sic aſſerimus cũ antiquis auctoribus, damnatam in Francofordienſi Concilio Nicænam ſecundam Synodum, vt deficiente conſenſu eorũ, quorum erat Synodum comprobare, negemus omninò per Francofordienſe Concilium Nicænam ſecũdam Synodum eſſe damnatam; cùm haud dubium, quæcumq; ab illis facta fuiſſent, irrita penitùs atq; caſſa reddita eſſent; vt non mireris, ſi quæ ſunt ab eis tunc Acta conſcripta nuſquam appareant, vtpote quòd abolita, perpetuoque fuerint ſepulta ſilentio, quæ non probâſſent Legati Apoſtolicæ Sedis, nec qui eos miſerat Hadrianus Rom. Pontifex confirmâſſet.

B

XXVIII. Sanè quidem contradixiſſe Legatos Apoſtolicæ Sedis iis quæ aduerſus Nicænam ſecundam Synodum ibi decreta fuiſſent, nec ipſi quidem Nouatores aduerſantes [d] negant. Sed & ab Hadriano Papa non ſolùm non aſſenſum, ſed magnoperè contradictum: eius quæ extat cõfutatio & redargutio aduerſariorum ad Carolum Magnum conſcripta palam oſtendit. Quin & cum Hadriano alios Epiſcopos paria ſenſiſſe, Hincmarus [e] affirmat. Vnde & eiuſdem Caroli factum eſſe præcepto exiſtimandũ eſt, vt explosis atq; reiectis iis quæ contra Nicænã Synodum geſta fuiſſent, ipſa tantum Acta quæ cõtra Elipandum atq; Felicem omnium cõſenſu firmata fuiſſent, eiuſdem Synodi integra remanerẽt; quod probè ſciret ipſe Carolus, quod profitetur, nulla Conciliorum decreta ſubſiſtere, quibus Romani Pontifices contradicerent, quod & tum Latinorum tum Græcorum auctoritate ſæpè ſuperiùs apertiſſimâ luce declaratum conſtat: vt nec ipſe quidem (quiſquis ille fuerit, qui aduerſus Nicænam ſecundam Synodum commẽtarium ſcripſit, qui fertur nomine Caroli) id negare audeat; immò & firmiſſimè aſſerat atque confirmet, eſſe ſententiam eiuſdem Francofordienſis Concilij, aſſerentis Iudicium vltimum controuerſiarum eſſe ſolius Romani Pontificis. quo argumento reiicit ſeptimam Synodum, vt quæ (quod turpiter mentiretur) non fuerit à Romano Pontifice confirmata.

[d] Magdeburg. Cent. 8. c. 9. col. 639.
[e] Hincm. Episc. Rom. contra Laudun. Episc. c. 20.

E

NIC. SYNODVS NON EST DAMNATA PER FRANCOF. CONC.

Sic igitur caruit his Actis Synodus Francofordienſis; quæ cùm nullum acceperit à Sede Apoſtolica robur, ſed ab ea penitùs cõfutata atq; damna-

CAROLVS SECVTVS SENTENTIAM ROM. PONTIF.

ta, fuerint etiam eiuſdem Caroli Principis maximè pij auctoritate reiecta, penitusq; deleta. Quod affirmare ea ſaltem ratione oeceſſe eſt, cùm videlicèt certum ſit, ipſum Carolum nequaquam contra Hadrianum Pontificem contentiuſum funem trahere perſeueràſſe, vt ſe ab eius eummunicatione diuiſerit: oam & exploratiſſimum eſt, eum uoo deſijſſe aliquando à communicatione & amicitia eiuſdem Pontificis: quem oou tantùm viuentem coluit, ſed etiam mortuum eelebrârit, atque immenſo honore fuerit proſecutus, vt oſtendent inferiùs quæ ſuo loco dicturi ſumus. Sieque, vt diximus, affirmare oeceſſe eſt, ipſum eidem Pontifici in ijs penitùs acquieuiſſe, atque ex eius ſenteotia malè ſaucita damnaſſe.

XXIX. Certè quidem uonniſi ad ipſam Sedem Apoſtolicam in Eccleſiaſticis coutrouerſijs ipſum Carolum recurrere conſueuiſſe, ab eaq; reſpooſa accipere ſolicitè procuràſſe, atque ex ipſorum præſcripto perficere omnia laboràſſe: ipſamet Acta Francofordienſis Coucilij docent in eiuſdem Caroli ad Elipandum epiſtola ouper reddita, ex qua hic illa de his eſt tibi repetenda ſententia, quâ ait:

ROM. ECCLESIAM CONSVLVIT SEMPER CAROLVS.

Ad beatiſſimū Apoſtolicæ Sedis Pontificem de has uona inuentione, noſtra deuotionis ter quaterq́; direximus Miſſos, ſcire cupientes, qua ſancta Romana Eccleſia Apoſtolicis edocta traditionibus de has reſpondere voluiſſet inquiſitione. & inferius de acceptis ab illa reſpouſis ſolicitiùs cuſtoditis, ſubijcit iſta: *Apoſtolica Sedi, & antiquis ab initio naſcentis Eccleſia & Catholicis traditionibus totâ mentis intentione, totâ cordis alacritate coniūgor.* hæc ipſe, tanto quidem Principe digna ex ipſo Concilio ſcripta, quibus adeò perſpicuè ex ipſius verbis ſignificatis, reliqua cur Acta illa non extant, iutelligas, vindieeſque à calumoia Principem, quem Nouatores Nicænæ ſecuudæ Syoodi deſtructorem conclamaut: quem ab Apoſtolicæ Sedis ſententia per Hadrianum declarata vel latum vnguem aliquando receſſiſſe, oemo iure poterit affirmare, cùm præſertim ipſe Hadrianus teſtatus [a] ſit epiſtolâ ad eum ſcriptâ, quòd ea de imaginibus ſecuudùm antiquas Patrum traditiones, ſub Gregorio Secundo Pontifice in Romano Concilio fuerint conſtituta, & poſtea iterum alio itidem Romano Concilio ſub Stephano Papa præſentibus Epiſcopis è Francia miſſis firmiùs confirmata.

[a] *Epiſt. ad Carolum Magnum de imagin.*

XXX. Quod autem calumoia iſta contra Carolum conflata à Nouatoribus ſit ex libro illo contra Nicænum Concilium ſcripto & ad Hadrianum Pootificem miſſo, quem eſſe eiuſdem Caroli, qui illi præfatur, incertus auctor affirmat, necnon ex Synodali epiſtola Pariſienſis Concilij ſub Ludouico in eadem cauſa habitirid ne verum ſit, remanet accuratiſſimè diſquirendum. Erroris autem inde emanaſſe videtur occaſio, quòd cùm eius confutatio ad Carolum ſit ab Hadriano Papa conſcripta: ipſum ſcriptionis illius fuiſſe auctorem leuiter exiſtimarint, cùm ad eum quis ſoleat reſcribere litteras à quo ſcriptas acceperit. At nou negandum de his ſcripſiſſe litteras Carolum ad Hadrianū, quibus tamen alias non ſuas alligârit, faſcē ſcilicèt contradictionum illarum: quas tamen ipſius Caroli non fuiſſe, ſed aliorū auctorum, licèt miſſæ ab illo eſſent, ex eadem ipſius Hadriani reddita ad Carolum reſponſione, ſi quis accuratè perſpiciet, facilè intelligere poterit, vel illa vna ſaltem ratione, quòd cùm ſæpè Hadrianus acerrimè inuehatur in aduerſarios. Carolum ipſum perſtringit oumquam, nec leuiter ſaltem de ipſo queritur.

CAROLVS NON ESSE LIBRVM AD HADRIANVM MISSVM CONTRA SEPTIMAM SYNODVM.

XXXI. Verùm oec libri illius aliquem certum fuiſſe demouſtrat auctorem, ſed plures fuiſſe, qui aduerſus Nicæuum Concilium coutradictionis ſtylum exacuerunt, nā audi ipſum: [b] *Addendum eſt* (inquit) *ad incredulorum ſatisfactionem, & directionem Franciscam.* Et paulò pòſt. *O inſania frementium contra Fidem & religionem Chriſtianam, vt aſſerant non colere aut venerari imagines in quibus figura ſunt Saluatoris, eius Genitricis, vel Sanctorum, quorum virtute ſubſiſtit orbis, atq; potitur humanum genus ſalute!* Et poſt pauca: *Abſit talium nefaria temeritatis cedere amentia: Patrum priſcas ſequamur traditiones, & ab eorum doctrina nullâ declinemus ratione.* hæc & alia his ſimilia ſæpe. Vides igitur nou in Carolum, vt auctorem libri illius ſpicula dirigi, ſed planè in multos, qui per Carolum ipſum ea ad Hadrianū mitti curaſſent. ſicuti & cùm poſt nooonulla idem de illis Hadrianus ſubijcit iſta: *In hoc capitulo qui hac ſcripſerunt, incriminari moliuntur, & contradicere veritati nituntur,* &c. Sed & omnibus intuentibus liquet ex ipſo coutextu rerum, quòd oon vous auctor in eo volumine à principio vſq; ad finem abſque rerum ordine pergit impugnare Nicæuam Syoodum, ſed quæ ex aduerſarijs quiſq; impugnanda ſuſcepit (cùm fuerint plures) io vnū congeſta, eademq; in vno ſimul faſciculo alligata, data Carolo fuerint, & ab ipſo miſſa ad Hadrianū.

[b] *Hadrian. ep. ad Carol. cap. 26. Reſponſ.*

NON CAROLVS AVCTOR SCRIPTORVM IN CONC. NIC.

Has autem ipſorum contradictiooes cùm capitulorum ſerie diſtioctæ eſſeot, Capitulare, librum illum idem uominat Hadriauus, quod multa aduerſus Nicænum Coneilium capitula contineret; quæ quidem ſcripta io eodem Franeoſordienſi Coocilio, & Acta eootinere eiuſdem Concilij Francofordieuſis, idem qui ſupra Hioemarus aſſerit, eiuſdem fermè temporis ſcriptor, vt de his non ſit dubitaudum. Qui enim ea prurigine laborâruut, vt quæ ſtatuta eſſent io dicto Nicæno Cōcilio diſſuluerent; ea ſeorſum ſinguli eorum aduerſus idem Cuncilium conſcripſere, quæ ab illis ſingulis cootradictorib. oblata fueruot ipſi Francofórdieoſi Concilio. Ex his autem eſſe permotos Epiſcopos, vt damoarent Nicæoum Concilium: ex eo liquet, quod ex falſis ipſorum aſſertiooibus ipſi pariter affirmâruot, idcirco damnandū eſſe Nicænum Coucilium, quod cultum latriæ vni Deo debitum tribuendum eſſe ſtatuerit imaginibus. Quod planè falſiſſimum eſſe, paulò inferiùs dicturi ſumus.

CAPITVLARE ADVERSVS NICÆ. CONC.

XXXII. Vbi verò ſeuſiſſet Carolus impugnari ab illis Nicænam Synodum, defendi verò à Legatis Apoſtolicæ Sedis: tunc illud more ſuo, ſalubre conſilium inijt, vt collectas io vnum propoſitas cootradictioues illorum, eaſdem per Legatum ad hoc opus ab eo delectum Angilbertum Abbatem S. Ricarij mitteret Romam ad Hadrianum Poutificem. Quod cùm plures teſtentur, profitetur idipſum Hadrianus in epiſtola ad Carolum miſſa, io cuius fermè exordio iſta leguotur: *Prætereà directum à veſtra clementiſſima præcelſa regali potentia ſuſcepimus fidelem familiarem veſtrum, videlicèt* * *Engelbertum Abbatem, & miniſtrum Capellæ, qui penè ab ipſis infantiæ rudimentis in palatio veſtro enutritus eſt, & in omnibus conſilijs veſtris receptus, vt ideò ſicut à vobis in omni familiaritate recipitur, ita & à nobis reciperetur & condecenter honoraretur.*

LIBER NON VNIVS AVCTORIS SED PLVRIVM MISSVS A CAROLO AD HADRIANVM PAP.

* Angilbertum.

Vnde pro nimio amore, quem erga veſtram melliſluam gerimus regalem excellentiam, ſicut miſiſti cum nimio amore dulcedinis eximia eum recipientes, prout voluit, & qualiter voluit cum magna familiaritate nobis enarrante aure placabili, & mēte benignâ eū ſuſcepimus, & quaſi veſtrâ corporali excellentiâ nobis narrante, ei patētius credi-

dimus conſilium ad profectum ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & veſtra à Deo protecta regalis potentia exaltationem. Inter quæ edidit nobis Capitulare aduerſus Synodum, quæ pro ſacrarum imaginum erectione in Nicæa acta eſt. Vnde pro veſtra melliflua regali dilectione per vnumquodque capitulum reſponſum reddidimus, non quemlibet (abſit) hominem defendentes, ſed olitanam traditionem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ tenentes priſcam prædeceſſorum noſtrorum ſanctorum Pontificum ſequimur doctrinam, rectæ fidei traditionem modis omnibus vindicantes. hæc de miſſo aduerſariorum Capitulari per Angilbertum præfatus eſt ad Carolum Hadrianus. Cuius quidem operis cùm plures fuerint auctores, Caroli Magni vltimum dumtaxat eſſe capitulum: monet idem Pontifex Hadrianus, quod & teſtatur, ad illud in fine reſpondens. nos verò reddemus ipſum inferiùs.

XXXIII. Quid in Synodo de imaginibus.

Cæterùm liquet pariter eiuſdem qui ſuprà Hincmari auctoritate, in eodem Francofordienſi Concilio, duo eſſe Concilia condemnata, Conſtantinopolitanum hæreticorum, quo imagines confringi iuberentur, & Nicænum ſecundum quo eas coli præciperetur: quod etiam ex Capitulari illo libro ad Hadrianum per Carolum miſſo intelligi poteſt. fuiſſeque eam ſententiam Epiſcoporum, ſecundùm quod aiebant, perperam intellectam ſententiam S. Gregorij Papæ in epiſtola ad Serenum, vt imagines non confringerentur, ſed eſſe ſinerentur, ita tamen vt non colerentur.

Quod igitur ex dicto Capitulari volumine haud accuratè perſpectis ijs, quæ in eo eſſent conſuta mendacia, cõclamata fuerit in eodem Francofordienſi Concilio damnatio ſeptimæ Synodi eiuſdemq; Nicenæ ſecundæ; quodq; idem liber aduerſarius vbique vulgatus, & abſque veritatis diſcuſſione receptus à compluribus fuerit; Synodoque abſoluta, æquè putauerint in eo tractata retractatione minimè indiguiſſe: ex his accidit, vt nõnulli abſque aliqua hæſitatione conſcripſerint, in eodẽ Francofordienſi Concilio damnatam fuiſſe Nicænam Synodum. Poſteriores verò nonnulli id ex eius Actis, nempe dicto Capitulari volumine, ſiue ex Actis Pariſienſis Concilij, falsâ ipſorum aſſertione decepti, putantes eſſe vera, quæ in eis falsò reperirentur aſſerta: abſque vlla dubitatione id ipſum aſſeruerunt, nempe condemnationem Nicenæ Synodi in Francofordienſi Concilio.

XXXIV. Auctores qui aſſeruerunt damnatum Nicænum Concil. in Synodo Francoford.

Sed iam ipſos ſingulos audiamus antiquiores auctores, qui aſſerunt damnatum eſſe ipſum Nicænum Concilium ſecundum, ſeptimam Synodũ Oecumenicam dictam, per Francofordienſe Cõcilium, eorumque ſingula verba reddamus, quò in tanta controuerſia ipſa veritas apertiùs eluceſcat, quæ aduerſantium denſâ caligine, ne appareat, obſcuratur. Vetuſtiſſimum omnium Chronicon hac ætate conſcriptum ſub Ludouico Imper. Caroli filio in primis hæc habet, vbi agit de eodẽ Francofordienſi Concilio hoc anno habito, deq; damnata in eo (vt ait) hæreſi Feliciana: *Synodus,* inquit, *etiam quæ ante paucos annis Conſtantinopoli ſub Irene & Conſtantino filio eius congregata, & ab ipſis non ſolum Septima, verùm etiam Vniuerſalis erat appellata: vt nec ſeptima nec vniuerſalis haberetur, diceretur ve, quaſi ſuperuacua omninò ab omnibus abdicata eſt:* hæc ibi. eadem totidem verbis apud Aimoinum deſcripta leguntur. Chronicon itidem eodem tempore ſcriptum, à Pithœo nuper editum hæc eodem anno de ijſdem habet: *Pſeudoſynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, ab Epiſcopis damnatur,* in eodem videlicet Francofordienſi Concilio; Et Ado Vienneſis Epiſcopus, qui ſcripſit ſub Carolo nepote huius Caroli Magni: eadem verbis ijſdem; idem Regino, ſed & alij complures longè nobiliores auctores, quos inferiùs recenſebimus. Verùm de ipſis primis auctoribus, Epiſcopis, inquam, qui interfuerunt eidem Francofordienſi Concilio, primum peruestigandum eſt: quomodo ex aduerſantium ſcriptis, Capitulari ſcilicèt libro illo inducti ſint, vt Nicænam Synodum condemnarent.

XXXV.

Certum quidem & exploratum omninò habetur, eos ipſos Epiſcopos ab iiſdem aduerſarijs dolo malo deceptos eſſe, atq; per impoſturam & falſitatem cuncta eſſe tranſacta, vt locum nullum veritas inueniret. Hæc niſi tu ipſe, Lector, manu tetigeris, nolim credas. Non enim à longè petitis teſtificationibus vtimur, ſed ex ipſorum ſcriptis, vt nulla poſſit tergiuerſatione veritas falli. Qua in re ſicut Patres illos qui Synodo interfuerunt dolo caruiſſe facilè dixerim: ita eorum oſcitantiam non excuſo. Quomodo inconſultis legitimis Synodalibus Actis, de re tanta, aduerſantibus præſertim Legatis Apoſtolicæ Sedis, aduerſarijs credere maluerunt? Et quonam pacto, eos quidem potuiſſe fallere, vel falli (quod humanum eſt) non putantes, omnem illis adhibere fidem in omnibus in re tanta minimè detractârint? Hæc mihi diu cogitanti, & planè fateor obſtupeſcenti, illud occurrit, his temporibus res Græcorum Francis peſſimè oluiſſe, ex eo quod Conſtantinus Imp. Irenæ matris ſuæ impulſu recusârit pollicitas nuptias diu expectatas filiæ Caroli Magni (vt ſuo loco ſuperiùs dictum eſt) ob idq; quamlibet oblatam occaſionẽ arripuiſſe, rebus ab eo geſtis, pietatem licèt præſeferentibus, detrahendi pariter & inſultandi; atque adeò ipſam Nicænam Synodum, ipſorum operâ collectam & abſolutam non ſine ſtomacho audiuiſſe: homines ſumus, & quamdiu in hac vita degimus, hiſce interdum priuatis pulſari affectibus inuiti cogimur. Mitior ſit iſta reprehenſio, & tolerabilior redargutio, quàm eos omnes falſitatis arguere & impoſturæ, dum illis acquieuêre, qui his malis artibus in eamdem Nicænam Synodum irrupêre, in quos omnis culpa vertatur.

XXXVI. Adverſarii ſeptimæ Synodi fraudibus agunt.

Etenim aduerſarij illi concinnatores mendaciorum, & fraudum architecti, dolis atque fallacijs circumuenerunt eoſdem ipſos Epiſcopos qui venerunt ad Synodum, atque ſpecie quidem pietatis ad condemnationem Nicænæ Synodi permouerunt, mentientes in primis (vt apparet ex libro illo Capitulari dicto ad Carolum Magnum miſſo) Nicænam Synodum minimè confirmatam eſſe à Romano Pontifice, ſine quo (vt idem ibi auctor ait) Cõcilium ſubſiſtere minimè poſſit, quod omnis de fide controuerſia ad Romanum Pontificem ſpectet. Sed & quod planè nefandum eſt, addiderunt eamdem Synodum promulgâſſe manifeſtiſſimam impietatem, eò quòd ex ea hæreſis firmaretur, quâ (vt aiunt) aſſererentur imagines eodem honore & cultu quo Deum, eſſe à fidelibus venerandas: hæc enim in præfatione eiuſdem libri Capitularis ad Hadrianum miſſi leguntur, cùm agitur de rebus geſtis in Francofordienſi Concilio: *Allata eſt* (inquiunt) *in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Conſtantinopoli fecerant, in qua ſcriptum habebatur, vt qui imaginibus Sanctorum, ita vt deificæ Trinitati ſeruitium aut adorationẽ non impenderet, anathema iudicaretur. Qui ſuprà ſanctiſſimi Patres noſtri omnimodis adorationem & ſeruitutem eis impendere renuentes, contempſerunt, atq; conſentientes condemnarunt.* Citantur inſuper in ipſo

Capitu-

A Capitulari Acta einſdem Nicæn Concilij, quibus falsò aſſereretur Conſtantinus Epiſcopus Cypri in eodem Concilio Nicæno anathema dixiſſe ijs, qui non adorant imagines eâ adotatione, quâ ſanctiſſima Trinitas adoratur: quæ ad rem ipſam exploratiùs cognoſcendam, hic voluimus deſcripſiſſe. ſic enim ſe habent [a].

[a] Concil. Nic. 2. Act. 3.

XXXVII.

Quod infauſtè & præcipitanter ſiue inſipienter Conſtantinus Cõſtantia Cypri Epiſcopus dixit: Suſcipio & amplector honorabiliter ſanctas & venerandas imagines: adorationem autem quæ fit ſecundùm latriam, id eſt, Dei culturam, tantummodò ſubſtantiali & viuificæ Trinitati cõſerue: Et qui ſic non ſentiunt, neque glorificant, à ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſegrego, & anathemati ſubmitto, & parti eorum qui abnegauerunt incarnatam & ſaluabilem diſpenſationem Chriſti veri Dei noſtri emitto. hæc aduerſarij tamquam ex Nicæna Synodo. Quos Hadrianus iure redarguit, nimirũ neq; Cõſtantinum, neque alios tunc cum eo ad Eccleſiam Catholicam reuertentes aliter ſe credere eſſe profeſſos, quàm quæ ab eadem Nicæna Synodo ſunt ſtatuta; nimirum ſic imagines ſacras venerandas eſſe, vt tamen latriæ cultus illis nullo modo daretur, qui ſoli Deo deberetur impendi.

Ita quidem & non alter ſe habere Conſtantini Epiſcopi Conſtantiæ Cypri aſſertionem, ipſa Nicæna Acta quæ adhoc extant integra docent his verbis: *Conſtantinus Epiſcopus Conſtantiæ in Cypro dixit: In nullis peccantes, cùm videam litteras quæ nunc lectæ ſunt, & ab Orientalibus Epiſcopis ad Taraſium ſanctiſſimũ ac beatiſſimum Archiepiſcopum & vniuerſalem Patriarcham miſſa; item cum his eamdem fidei confeſſionem cognoſcam: ego indignus etiam aſſentior, & vno animo idem prædico. Suſcipio enim & amplector venerandas imagines: adorationem autem quæ fit ſecundùm* λατρείαν, *hoc eſt Dei culturam, tantummodo ſuperſubſtantiali & viuificæ Trinitati conſeruo: Qui verò aliter ſentiunt, quiq; glorioſos Sanctos non approbant, à Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſeparo, & anathemati ſubijcio, & ad eos relego qui incarnatam Chriſti Dei noſtri œconomiam pertinaciter negant.* hucuſque ſententia Conſtantini Conſtantiæ Epiſcopi, ſecundùm aſſertionem recitatarum ſuperiùs litterarum Orientalium ad Taraſium Patriarcham, quas citat, quâ declaratur Deiparæ & Sanctorum imagines, non vt Dei, ſed (vt habent) Dei amicorum coli debere.

B *C* *D*

XXXVIII.

Sed & ipſa Synodus Nicæna eadem his omnibus conſentientia habet in Fidei Catholicæ definitione, Patrum omnium ſubſcriptione firmata, verbis iſtis: [b] *Definimus cum omni cura & diligentia, venerandas & ſanctas imagines ad modum & formam venerandæ & viuificantis Crucis è coloribus & taxillis aut alia quauis materia cõmodè paratas dedicandas, & in templis ſanctis collocandas, habendasq; tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus, in vijs publicis, maximè autem imaginem Domini & Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemeratæ noſtræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorũ. Quò ſcilicèt per hanc imaginum pictarum inſpectionem omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illisq; ſalutationem & honorariam adorationem exhibeant, non tamen ſecundùm fidem noſtram, veram latriam, quæ ſola diuinæ naturæ competit.* hæc ſacroſancta [c] Nicæna Synodus ex vulgata editione, in hoc non diſſimili ab editione Anaſtaſij, ex qua eadem ſunt ſuperiùs recitata. Habes igitur detectam fraudem, proditam impoſturam de textu falſato, & lectione vitiata, atq; in cõtrarium penitùs detorta ſenſum in Synodo plena edita ad deſtructionẽ Synodi Oecumenicæ, à Pa-

[b] Nic. Concil. 2. Act. 7.

[c] Nic. Concil. 2. Act. 7.

E

A tribus autem illis inconſultè nimis accepta abſque aliqua facta inſpectione legitimæ lectionis vel Græco inſpecto textu, collationeque habitâ codicum diuerſorum, vt in re tanti momenti perfici neceſſe erat.

XXXIX. Alii adverſarii ſeptimæ ſynodi.

Sed quod deterius videri poteſt & magis admirandum, quòd non ſolùm apud Patres illos, qui eidẽ Francofordienſi interfuerunt Synodo, tot tantaq; mendacia fidem inuenere; ſed apud poſteros, & quidem viros eruditione cõſpicuos, & magni in eo ſæculo nominis, exiſtimantes atq; ſcriptis affirmantes, à noſtris coli ex præſcripto eiuſdem Nicæni Concilij ſicut Deum venerandas imagines. Hi enim duas conſtituerunt claſſes in ſacris imaginibus errantium; alteram eorum, qui eas frangerent, exurerent vel quouis modo delerent: atq; hac ex parte damnarunt ſeptimam illam Synodũ Conſtantinopoli à Copronymo habitam: alteram verò eorum, qui (vt putabant) ex Nicæni Concilij decreto aſſererent, debito Deo culto eſſe colendas imagines: in hanc claſſem reijcientes omnes Nicænæ ſecundæ Synodi profeſſores, & Romanam quoque Eccleſiam inter eos annumerantes, quæ profiteri inueniretur eamdem Synodum eſſe auctoritate Romani Pontificis celebratam & confirmatam, atq; ſcriptis defenſam, poſterioribuſque Conciliis roboratam. Vt planè obſtupeſcas adeò leuiter ex ipſorum falſa illa aſſumptione, quâ dicerent, à Nicæno Concilio ſtatutum, vt adoratione latriæ colerentur imagines, Orientem ſimul & Occidentem, quod reciperent illam Synodum, vnâ eorum ſententiâ damnationis incluſos.

B *C* *D*

Sed quòd tam patens error, tamque apertum mendacium poſſit haberi pro monſtro, nec fidem fortaſſe inueniat præ tanta ſui deformitate apud fidelium aures: hic tibi iſta dicentium catalogum texam, ſingulorum ſententias verbatim referens. Fuerunt iſti viri doctrinâ inſigniores, qui ſub Ludouico Imp. Caroli Magni filio clarvêre, vt ſuo loco dicturi ſumus: Simulq; alij qui in Pariſienſi cõuenticulo tunc eadem ex cauſa collecto, in eumdẽ errorem ab ijſdem traducti ſunt, vt ſeptimam Synodum dicerent docuiſſe coli debere vt Deũ imagines: quam ob cauſam & magnâ temeritate atque proteruiâ aliqui ex illis etiam inueherẽtur in Romanum Pontificem, qui eiuſdem Synodi eiuſmodi decretum aſſereret atque probaret.

XL.

Fuit ex eis vnus & pars magna Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, qui ea de cauſa tunc functus eſt legatione, ad Eugenium Romanum Pontificem miſſus à Caroli Magni filijs Imperatoribus Ludouico atque Clothario, vt eiuſdem Pariſienſis conuenticuli Acta ſignificant. Hic enim dum aduerſus Claudium Taurinenſem Epiſcopum perfidum Iconoclaſtam ſtylum exacuit, hæc de imaginum cultu, quæ ad propoſitum argumentum pertinẽt, in medium profert: [d] *Illud quod imaginum adoratores tibi, ad ſuum errorem muniendum, reſpondiſſe ſcripſiſti, ita inquiens: Non putamus imagini quam adoramus aliquid ineſſe diuinum, ſed tantummodò pro honore eius effigies tam, eam veneratione adoramus: Vnũ autem reprehendimus, ac deteſtamur; quia cùm eorum ſcientiam non ſubterfugerit, imaginibus nihil eſſe diuini, maiori digni ſunt inuectione. eò quòd debitum honorem diuinitatis impenderint infirmo & egeno ſimulachro. Quantumq; huius erroris ſectatores ac defenſores à vera exorbitent religione: non opus eſt per ſingula meâ declarare narratione. Id ipſum etiam nonnulli Orientalium, qui eodem ſceleratiſſimo mancipantur errori, ſe obiurgantibus reſpondere ſolent. Tribuat Dominus ſuâ gratuitâ pietate,*

[d] Ion. de cul. imag. lib. 1. Ionas Aurelianenſis adverſarius ſeptimæ ſynodi.

E

vt tandem aliquando & iſti & illi ab eadem eruantur ſuperſtitione, & Apoſtolicæ diſciplinæ ſalubriter inſtructi traditioni reuocentur Eccleſiaſticæ. & paulò inferius ad Claudium, qui eiuſmodi imaginum adoratores idololatras appellabat, iſta ſubijcit: *Illi qui nimio & indiſcreto amore ob honorem Sanctorum imaginibus ſupplicant, neſcio an temerè idololatræ ſint vocandi. Videntur ſanè potiùs ab hac ſuperſtitione, adhibito rationis moderamine reuocandi, quàm idololatræ, cùm vtique ſanctæ Trinitatis fidem veraciter credant & prædicent, nuncupandi. cetera verò in eadem aſſertione tua faciunt nobiſcum* &c. hæc quidé Ionas, q cùm validiſſimè pugnet aduerſus Claudium imaginum effractorem, æquè exagitat & perſtringit earumdem cultores, illud aſſerens, imagines in Eccleſijs conſeruandas, tum ad ornatum ipſarum Eccleſiarum, tum & ad populi hiſtoricam inſtructionem: idq; vt ait, ex ſententia ſancti Gregorij Papæ, ſcribentis ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum. Sed cùm idem ipſe aduerſus eumdem Claudium diſſerat toto illo quod reliquum eſt eius operis, & imaginem ſanctæ Crucis adorandam eſſe confirmet, nitens in primis auctoritate eiuſdem ſancti Gregorij Papæ & Catholicæ Eccleſiæ traditione: totum quod ædificarat, deſtruit, vel potiùs erigit quod malè deſtruxerat: nā ſi Crucis imago eſt adoranda, cur non Chriſti imago pariter eſt colenda?

XLI. Eiuſdem planè ſententiæ fuiſſe reperitur Walfridus Strabo eiuſdem ſæculi auctor, qui duas pariter claſſes in his errantiū conſtituens, ait: [a] *Nunc iam de imaginibus & picturis, quibus decor Eccleſiarum augetur, dicenda ſunt aliqua; quia & earum varietas nec quodam cultu immoderato colenda eſt, vt quibuſdam ſtultis videtur; nec iterum ſpecioſitas iſta eſt quodam deſpectu calcanda, vt quidam vanitatis aſſertores exiſtimant.* & inferiùs: *Notandum verò quòd ſicut quidam eaſdem imagines vltra quam ſatis eſt venerantur; ita alij dum volunt cautiores in religione videri, illas vt quaſdam idololatriæ ſpecies reſpuunt* &c. citans autem Concilia aduerſus deſtructores imaginum habita, reticens verò illa quæ pro imaginum cultu fuerunt anteà celebrata, iam planè cuius ipſe fautor fuerit, liquidò eſt aſpicere, dum & illum tantùm honorem docet ſacris imaginibus tribuendum, ſi non deijciantur & conculcentur. nam ſubdit: *Non ſunt omnimodis honeſti & moderati imaginum honores abijciendi: ſi enim ideò quia nouimus non adorandas nec colendas iconas, conculcandæ ſunt & delendæ picturæ, quaſi non neceſſariæ vel nociuæ: ergo* &c. docens eas conſeruandas tantùm ad ornatum, & ad inſtructionem populi hiſtoricæ veritatis.

[a] *Vualfrid. de reb. Eccl. cap. 8.*

VVALFRIDVS ETALII SIVE AEQVALES ADVERSARII SEPTIMÆ SYNODO.

Eiuſdem fuit claſſis Amalarius, Altigarius ſiue Elſagarus, Treuolphus, & Adegarius, vt ex dicto Pariſienſi Concilio ſub Ludouico Imp. apparet, vnà cum alijs, qui eidem Synodo interfuerunt. Inter hos eſt annumerandus Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, dum hæc ait: [b] *Septima autem apud Græcos vocata vniuerſalis pſeudoſynodus de imaginibus, quas quidam confringendas quidam autem adorandas dicebant neutra verò pars intellectu ſano definiens ſine auctoritate Apoſtolicæ Sedis, non longè ante noſtra tempora Nicææ eſt à quamplurimis Epiſcopis habita & Romam miſſa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Vnde tempore Caroli Magni Imperatoris, iuſſione Apoſtolicæ Sedis, generalis Synodus in Francia* Francofordiæ ſcilicèt, *conuocante præfato Imperatore celebrata, & ſecundùm ſcripturarum tramitem, traditionemque maiorum, ipſa Græcorum pſeudoſynodus deſtructa & penitus abdicata. de cuius deſtructione non modicum volumen, quod in palatio adoleſcentulus legi, ab eodem Imperatore Romam eſt per quemdam Epiſcopum miſſum* & paulò poſt de titulo vniuerſalis Synodi iſta ſubnectit: *Auctoritate itaque huius Synodi Francofordienſis videlicèt nonnihil repreſſa eſt imaginum veneratio: ſed tamen Hadrianus & alij Pontifices in ſua opinione perſeuerarunt, & mortuo Carolo, ſuarum puppparum cultum vehementius promouerunt, adeò vt Ludouicus Caroli filius libro longè acriori inſectatus ſit imaginum cultum quam Carolus.* hæc ipſe, & certè nimis inconſultè, atque adeò temerè: Si enim ipſa, legitima Acta Nicænæ Synodi, quam adeò impugnat, inſpexiſſet: ſtylum à tanta inſultatione continuiſſet, & magis ſobriè rem egiſſet.

[b] *Hincm. contra Ia. Epiſc. c. 20.*

HINCMARVS ADVERSARIVS SEPTIMÆ SYNODO.

XLII. De his quidem intelligit, hoſq; omnes ſugillat Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione quam præmiſit ſeptimæ Synodo à ſe in Latinum tranſlatæ, dum ait, ſcribens ad Ioannem octauum Romanum Pontificem: *Quæ enim ſuper venerabilium imaginum adoratione præſens Synodus docet,* Nicæna ſcilicèt, *hæc & Apoſtolica Sedes veſtra, ſicut nonnulla conſcripta innuunt, antiquitùs tenuit, & vniuerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenus veneratur quibuſdam duntaxat Gallorum exceptis, quibus, vtique nondum eſt harum vtilitas reuelata: aiunt namq; quòd non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandum; quaſi non ſit codex Euangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie oſculantes adorant. venerabilior cauis, quem non eſſe opus manuū hominum, proculdubio non negabunt. Similiter & forma ſanctæ Crucis, quam ſe adorare omnes vbique Chriſtiani fatentur, in quo videlicèt conſiderare libet, quia ſi quamlibet Crucem auream aut argenteam aut ligneam adoramus, quæ vtique non eadem eſt ipſa Crux in qua ſalus noſtra parata eſt, ſed figura & imago eius: quare non adoremus figuram & imaginem eius, qui eamdem ſalutem operatus eſt in medio terræ? Venerabilior namque eſt qui ſalutem operatus; ac per hoc magis eſt adoratione digna imago Chriſti ſalutem operantis, quàm imago Crucis ſalutem tantummodò baiulantis.* hæc Anaſtaſius aduerſus Nicænæ Synodi aduerſarios. ex quo illud pariter accepiſti (quod obſeruare debes, ne decipiaris) non vniuerſalem Gallicanam Eccleſiam eo fuiſſe errore implicitam, ſed (quod idem ait Anaſtaſius) quoſdam dumtaxat Gallorum fuiſſe eius peruerſæ ſententiæ ſectatores, ſugillans eos quos ſuperiùs nominauimus.

ANASTASIVS SVGILLAT FRANCOS SEPTIMAM SYNODVM NON RECIPIENTES.

XLIII. Quoniam verò ijdem ipſi qui Nicænæ Synodo aduerſabantur, Hadrianum quoque Romanum Pontificem præſtringebant, quem eamdem comprobaſſe ſcirent: hîc etiam de his agendum erit, & coaceruata in eum mendacia confutanda. Poſt multos enim annos ab obitu eiuſdem Hadriani Pontificis, qui ſub Ludouico Pio eius filio conuenêre in conuenticulum illud Pariſienſe, eodem falſo prætextu, quod idem Romanus Pontifex Nicænam Synodum comprobaſſet, quæ imagines veluti Deum (vt mentiebatur) venerandas eſſe ſanxiſſet: aduerſus eum ſtylum exeruêre, atq; calumnioſè agentes non ſunt veriti dicere eumdem Hadrianum palinodiam recantaſſe, atque tandem eadem cum ipſis ſenſiſſe.

DE HADRIANI SENTENTIA QVID GARRIERINT ADVERSARII.

De his acturi, te cupimus, Lector intentum, cùm de re magni momenti ſit ſermo. Agemus hîc igitur de eodem conuenticulo Pariſienſi, in his tantùm quæ ſpectant ad Hadrianum: de reliquis autem prolixior erit diſceptatio ſuo loco & tempore opportuno. Aduerſarij igitur, qui illic conuenerunt, in epiſtola Synodali ad Ludouicum atque Lotharium Imperatores, poſt multa aduerſus Hadriani Apologiam pro Nicæno poſteriori Cōcilio ſcriptam, hæc habent: *Sed licet in ipſis obiectio-*

nibus

Digitized by Google

CALVMNIA PATENS IN HADRIANVM.

A *nibus aliquando abſona, aliquando inconuenientia, aliquando etiam reprehenſione digna teſtimonia defenſionis gratiâ, proferre viſus ſit: in fine tamen eius Apologiæ ſic ſe ſentire, & tenere, & prædicare, ac præcipere de his quæ agebantur profeſſus eſt, ſicut à beato Papa Gregorio inſtitutum eſſe conſtabat. Quibus verbis liquidò colligitur, quod non tantùm ſcienter quantùm ignoranter eodem facto à recto tramite deuiauerit. Niſi enim in concluſione obiectionum ſuarum retinaculis veritatis, beati ſcilicèt Gregorij inſtitutis adſtrictus iter deuium præcauiſſet, in ſuperſtitionis præcipitium omninò labi potuiſſet.* hæc ipſi de Hadriano.

Sed quam iſta mendaciſſima ſint, tu ipſe Lector (quiſquis es, nec hæreticum quidem excipio) cùm legeris, quæ Hadrianus habet in fine dictæ epiſtolæ Apologeticæ, ſatis intelliges: ſumus enim B ea proximè reddituri.

XLIV. ADVERSANTES SEPT. SYNODO MALE VTVNTVR AVCTORITATE S. GREGORII.

Sed primùm, quæ priores aduerſarij in Capitulari libro miſſo Romam à Carolo ad Hadrianum, in ipſum ex eodem S. Gregorio obiecerunt aduerſùs ipſam ſeptimam Synodum videamus, ſimulq; & quomodo eoſdem ipſos Hadrianus confutet oſtendamus, vt facilior ſit reſponſio ad ea quæ olij quos diximus poſt obitum obiecerunt ex dicto Synodo Pariſienſi: Ipſi enim eo prætextu potiſſimùm aggreſſi ſunt impugnare Nicænam poſteriorem Synodum, quod dicerent, eam eſſe contra doctrinam ſanctiſſimi Papæ Gregorij, cui ſe tamquam C ſirmiſſimæ anchoræ inhærere profitebantur, à quo diuelli ſe nullo modo poſſe iactarent. Extat enim ibi eiuſmodi eorumdem aduerſariorum ad Hadrianum ſcripta reprehenſio verbis iſtis: *Quod contrà beati Gregorij inſtituta ſit, imagines adorare, ſeu frangere: & quia vetus & nouũ teſtamentum, & penè omnes præcipui doctores Eccleſiæ conſentiunt beato Gregorio in non adorandis imaginibus; nec vt aliquid prætereà adorare debeamus, in multis locis confirmat S. Gregorius Papa.* hęc aduerſarij.

EX GREGORIO PROBATVR CVLTVS SS. IMAGINVM.

His autem aduerſatus Hadrianus ita reſpondet: *Nequaquam ſacras contempſit imagines aliquando*, ſanctus Gregorius ſcilicèt, *ſed magis conſtantiſſime obſeruauit, & earum veneratus eſt figuras.* Et inferiùs de D earum veneratione probat ex verbis ipſius Gregorij in epiſtola [a] ad Ianuarium Calaritanum, cùm agit de imagine Dei Genitricis, & Cruce illatis in Iudæorum ſynagogam, & vt inde auferantur, admonet, iſta ait: *His hortamur affatibus, vt ſublatâ inde cum ea qua dignum eſt veneratione, imagine atque Cruce, debeatis quod violenter ablatum eſt reformare*, &c. Quomodo igitur quis negare poterit in Gregorio venerationem imaginum, cum veneratione eas iubet è ſynagoga tolli, & in locum priſtinum reportari?

[a] Greg. li. 7. epiſt. 5. Indict. 2.

XLV. QVOD S. GREGORIVS CVLTOR ET ADORATOR SS. IMAGINVM FVERIT.

Sed præter hæc omnia rurſum adorationem ipſam ſacrarum imaginum docuiſſe S. Gregoriũ, idem Hadrianus inferiùs poſt alias ad obiecta defenſiones ſic docet: E *Et ne aliquis propter adorationem, quæ à prædeceſſoribus noſtris ſanctiſſimis Præſulib. promulgata eſt, oblatrare præſumat, ſciat ipſe talem adorationem docuiſſe, qualem prædeceſſor noſter ſanctus Grego. ius egregius doctor & Papa epiſtola ſua, quam in præfato Concilio domni Stephani Papæ Herulphus Epiſcopus prouinciæ Galliarum ciuitatis protulit, vbi inter cætera Secundinum ſeruum Dei incluſum Galliæ docuit, dicens:* [b] *Scimus quia tu imaginem Saluatoris noſtri ideò non petis, vt pro Deo, aut quaſi Deum colas, ſed ob recordationem Filij Dei, vt in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus quem per imaginem aut natum, aut paſſum, aut in throno ſedentem recordamur*, &c. hæc ibi ipſe. Sed ponenda hîc illa, quæ idem habet in fine cum pluribus diſſerit de ſententia S. Gregorij circa cultum ſanctarũ imaginum, vt ex his appareat: tantùm abeſſe, vt per Gregorij ſententiam Hadrianus reſilierit à decretis Nicæni Concilij, vt per eumdem S. Gregorium eadem firmare ſtuduerit.

[b] Greg. li. 7. epiſt. 53. Indict. 2.

Sed ad confutandas penitùs aduerſariorum calumnias, in quem ſenſum dicta à S. Gregorio Hadrianus acceperit, & quidnam Carolus, quidue de eodem cultu SS. imaginum ipſe idem ſenſerit Hadrianus, non aliunde certiùs quàm ex eorum ſcriptis id accipere poſſumus: in vltimo enim Capitularis libri ab eodem Carolo ad Hadrianum miſſi capitulo iſta leguntur:

XLVI. QVÆ SENTENTIA CAROLI DE SACRIS IMAGINIBVS.

Vltimum Capitulum eſt: Vt ſciat domnus Apoſtolicus & Pater noſter & cuncta ſimul Romanorum Eccleſia, vt ſecundùm quod continet in epiſtola beatiſſimi Gregorij, quã ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum direxit. Permittimus imagines Sanctorum, quicumq; eas formare voluerint tam in Eccleſia, quamq; extra Eccleſiam, propter amorem Dei & Sanctorum eius: Adorare verò eas nequaquam cogimus, qui noluerint. Frangere vel deſtruere eas ſi quis voluerit, non permittimus. Et quia ſenſum ſanctiſſimi Gregorij ſequimur hac epiſtola, vniuerſalem Catholicam Eccleſiam Deo placitam, indubitanter liberè profitemur: hactenus vltimum eius libelli capitulum: quod vnum eſſe Caroli Magni, reliqua verò aduerſariorum, teſtificat one eiuſdem Pontificis Hadriani apparet, vbi ait mox ſubdens:

Hoc ſacrum & venerandum Capitulum multum diſtat à totis ſupradictis capitulis. Et ideirco eum agnouimus veſtra à Deo ſeruata, Orthodoxaq; regalis excellentiæ eſſe proprium in eo, vbi recta fidei plena, penitus confeſſa eſt, ſenſum ſanctiſſimi Gregorij ſequi: Meminit veſtra præcelſiſſima regalis præexcelſa ſcientia, qualiter in ipſa S. Gregorij Papæ epiſtola Sereno Maſſilienſi [illegible] *ecta fertur. inter cætera continet, vbi eumdem Epiſcopum increpans, inquit:* [c] *Aliud eſt enim picturas adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid eſt adorandum addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa etiã ignorantes vident, quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui litteras neſciunt: vnde præcipuè gentib. pro lectione pictura eſt: quod magnoperè te ſequi q inter gẽtes habitas, attendi decuerat.* & poſt pauca: *Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi hiſtorias non ſine ratione vetuſtas admiſit.* & interuallo: *Quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi fuerant facta, vt neſcientes litteras, ipſam hiſtoriam intendentes, quid actum ſit diſcerent.* iterum poſt pauca: *Sed hoc ſollicitè fraternitas tua admoneat, vt ex viſione rei geſta ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem ſolius omnipotentis S. Trinitatis humiliter proſternantur. Simili modo & de alia ſua epiſtola Ianuario Calaritano Epiſcopo directa pro ſanctarum imaginum veneratione, breuiter ſuperiùs exarauimus.*

[c] Gregor. lib. 9. epiſt. 9.

HADRIANVS S. GREGORII SENTENTIAS EXPENDIT.

XLVII.

Sed & de epiſtola Secundino ſeruo Dei clauſo in Gallias directa ſimiliter intimauimus vbi in ea ita fertur: Imagines enim quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogaſti: valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras, vt viſio corporalis quotidiana te ſemper reddat exercitatum, vt dum picturam vides, ad illum animo ardeſcas, cuius tu imaginem videre deſideras. & poſt pauca: *Scimus quia tu imaginem Saluatoris noſtri ideò non petis, vt quaſi Deum colas, ſed ad recordationem Filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre, deſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem, ante ipſas proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, aut in*

throno

throno ſedentem recordamur. Et dum nos ipſa pictura, quaſi ſcriptura ad memoriam filij Dei reducit, animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoq́ direximus tibi ſurtarias duas, imagines Saluatoris, ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, beatorumq́ Apoſtolorum Petri & Pauli, per ſupradictum filium noſtrum diaconem, & vnam Crucem, & Clauem pro benedictione, vt ab ipſa à maligno defenſus permaneas, cuius ſigno te eſſe munitum credis, &c. his ex Gregorio recitatis, quæ ab aduerſarijs in medium adduci ſolerent, mox idem Hadrianus Pontifex iſta ſubdit:

XLVIII. *Et quoniam in his veſtrum à Deo inſpiratum regalem Orthodoxum ſenſum:* memorandum eſt etiam & docendum, qualiter ſanctus Gregorius Papa Sereno Epiſcopo docuit de ſacris imaginibus, vt ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant: hoc eſt, eaſdem ſacras imagines aſpicientes, in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. Eo ipſo tenore Secundino ſeruo Dei incluſo inquit: Ideò enim petis, vt non quaſi Deum colas, ſed ad recordationem Filij Dei in eius amore caleſcas, cuius imaginem te videre deſideras. Et nos quidē non quaſi ante diuinitatem, ante ipſas proſternimur, ſed illū adoramus, quem per imaginem aut natum aut paſſum aut in throno ſedentem recordamur. Sicut verò inquit Sereno Epiſcopo, aſpicientem ſacras imagines in adorationem humiliter ſe proſterni, ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis, ſic & Secundino incluſo ſeruo Dei docuit, non quaſi Deum colere, ſed ante eaſdem ſacras imagines ſe proſternens, non quaſi ante diuinitatem, ante ipſas proſterni, ſed proſternente ſe, illum adorare, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, aut in throno ſedentem recordamur.*

* acceptimus

HADRIANVS EX S. GREGORII SENTENTIA DOCET ET RECIPIT CVLTVM IMAGINVM.

Iam verò & nos eundem ipſum irreprehenſibilem & Orthodoxum ſenſum ſancti Gregorij Papæ ſequentes & amplectentes, dudum Irenæ & Conſtantino Imperatoribus pro ſacris imaginibus prædicandis, & ipſarum erectione emiſimus dicentes. Quia in vniuerſo mundo vbi Chriſtianitas eſt, ipſæ ſacræ imagines permanentes, ab omnibus fidelibus honorantur, vt per viſibilem vultum ad inuiſibilem diuinitatis Maieſtatem mens noſtra rapiatur ſpirituali affectu pro contemplatione figuratæ imaginis ſecundùm carnem, quam Filius Dei pro noſtra ſalute ſuſcipere dignatus eſt, eundem redemptorem noſtrum qui in cœlis eſt adoramus, & in ſpiritu glorificantes collaudamus: quoniam iuxta quod ſcriptum eſt, Deus ſpiritus eſt, & ob hoc ſpiritualiter diuinitatem eius adoramus. Nam abſit à nobis, vt ipſas imagines (ſicut quidam garriunt) deificemus, ſed affectum & dilectionem noſtram, quam in Dei amorem & Sanctorum eius habemus, omnimodò proferimus, & ſicut diuinæ ſcripturæ libros ipſas imagines ob memoriam venerationis habemus, noſtræ fidei puritatem obſeruantes, & reliqua. Quidquid namque de ſanctis Patrum opuſculis aliquantula ibidem exarauimus teſtimonia, in eodem ſenſu atque tenore (vt in præſenti diximus) cum prædeceſſore noſtro S. Gregorio Papa eundem ſenſum fidei tenentes, emiſimus prædicantes.

XLIX. *Illi verò (vt nobis Miſſi noſtri, videlicèt Petrus Archipresbyter ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, Petrus religioſus presbyter & Abbas venerabilis monaſterij S. Sabæ viuâ voce dixerunt) ſtatim noſtras Apoſtolicas amplectentes ſyllabas, Concilium fieri iuſſerunt. Sed ab hæreticis ſeditione factâ, in Siciliam inſulam Miſſi noſtri, ſine reſponſo reuerſi ſunt. Et* denuò poſt eos mittentes iterum Conſtantinopolim eos aſcendi fecère, & ſic Synodum iſtam ſecundùm noſtram ordinationem fecerunt: & in priſtino ſtatu ſacras & venerandas imagines erexerunt. Et ſicut de imaginibus ſancti Gregorij ſenſus & noſter continebatur: ita & ipſi in eadem Synodi definitione confeſſi ſunt: hu oſculum & honorabilem ſalutationem reddidère, nequaquam (ſecundùm fidem noſtram) veram culturam, quæ decet ſolùm diuinæ naturæ.*

* demum

Inſuper & pſeudoſyllogum illud, quod ab hæreticis factum eſt ſub Conſtantino hæretico, in primis anathematizantes, cum eorum ſequacibus atq; complicibus condemnauerunt. Et ad Fidem Orthodoxam ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ reuerſi, per libellos eorum fecerunt rectæ fidei confeſſionem. Et ideò ipſam ſuſcepimus Synodum: Nā ſi eam minimè recepiſſemus, & ad ſuum priſtinum vomicum erroris fuiſſent reuerſi: quis pro tot millium animarum Chriſtianorum interitu habuit reddere rationem ante terribile & tremendum diuini Iudicis examen, niſi nos ſolummodò? Si enim ſuper vnum peccatorem pœnitentiā agentem gaudium factum eſt in cœlis: quantò magis de tot millibus Chriſtianorum, qui ſunt ab errore reuerſi, quis nō gaudeat? & cum Pſalmiſta canat?* Accedite ad eum & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcent, & reliqua.*

[a] Luc. 15.

[b] Pſal. 33.

L. *Nos verò adhuc pro eadem Synodo nullum reſponſum hactenus eidem Imperatori reddidimus, metuentes ne ad eorum reuerterentur errorem. Dudum quippe, quando eos pro ſacris imaginibus erigendis adhortati ſumus, ſimili modo & de diœceſi tam Archiepiſcoporum, quàm etiam Epiſcoporum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ commonentes, quæſiuimus reſtitui eidem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ quæ tunc cum patrimonijs noſtris abſtulerunt, quando ſacras imagines depoſuerunt: & nec reſponſum quodlibet exinde dederunt.*

QVID ACTVM AB HADRIANO CVM IMP. PRO RESTITVTIONE RERVM ABLATARVM.

Et in hoc oſtēditur, quia ex vno capitulo ab errore reuerſi ſunt, & ex alijs duobus in eodem permaneant errore. Si enim vbique Chriſtianorum Eccleſiæ canonicè intactas ſuas poſſident diœceſes: quanto ampliùs ſancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, ſua diœceſi, videlicèt Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, immò & patrimonia pro luminarium concinnatione atque alimonijs pauperum, irrefragabili iure & tenere & poſſidere omnibus modis debet?

INSTAT PRO RESTITVTIONE IVRIVM ET BONORVM ROM. ECCLES.

Vnde ſi veſtra annuerit à Deo protecta regalis excellentia, eundem adhortamur, impetu pro ſacris imaginibus, & in priſtinum ſtatum erectione gratiam agentes. Sed de diœceſi ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ tam Archiepiſcoporum quàm Epiſcoporum, ſeu de patrimonijs iterum increpantes commonemus. Et ſi noluerit ea ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ reſtituere: hæreticum eum pro huiuſmodi erroris perſeuerantia eſſe decernemus. plus enim cupimus ſalutem animarum, & rectæ fidei ſtabilimentum conſeruare, quam huius ambitum mundi poſſidere.* hîc iterum audis Lector, quod & initio ſuperioris tomi verbis ſancti Gregorij Papæ audiſti, nimirū tranſire in hæreſim obſtinatam occupationem iurium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & hæreticum eſſe dicendū & vt hæreticum condemnandum, qui in huiuſmodi errore tentus, monitus non corrigit, quod deliquit. Sed de his alias pluribus.

* huiuſmodi habitum

HÆRETICVS ARGVITVR QVI MONITVS NON RESTITVIT BONA ECCLESIÆ.

LI. Ad poſtremùm verò ad ipſum Carolum Magnum conuertens Hadrianus orationem, Apologeticam claudit epiſtolam iſtis verbis: *De veſtra verò præcelſiſſima à Deo protecta excellentia Orthodoxa Fidei ſtabilitate roborata freti exiſtimus, quia radix eius firmiſſima, à prauis & infidelibus hominibus nequaquam concutitur vel mouetur, ſed in ea quam cœpit rectæ fidei traditionis doctrinam* ſpiritualis matris ſuæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ tenere & amplecti, incunctanter vſque in ſæculum ſæculi ſine reprehenſione manere credimus. Et ideò confidimus de Dei noſtri potentia, quia quantum erga beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli Eccleſiam fidem geritis, & amorem ſemper pro eius profectu & exaltatione, regali niſu, vbiq; certantes, habueritis: tanto brachijs ſuis propitius in regalibus triumphis ab aduerſis & iniquis hominibus vos defendere & circumtegere* dignabitur: vt vnà cum ſpirituali filia noſtra, domina Regina, veſtraq; præcelſa nobiliſſima prole*

* ſpecialis

PROTECTIO S. PETRI PROFICVA REGIBVS.

* dignetur

lon giori

langia tuo in hoc regnantes mundo in futura ſine fine vitam cum Regnantem arce poli habere mereamini. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. hic finis epiſtolæ, ex qua videt quiſquis legit, quam euaneſcant pudendæ aduerſariorum calumniæ de Hadriano ab aduerſarijs procaci ſtylo cōſcriptę, quod ipſe aduerſus ſeptimam Synodum, permotus auctoritate S. Gregorij, ei conſentiens calculum tulerit, cùm potius ad defenſionem eiuſdem Synodi ipſius S. Gregorij teſtimonijs vſus fuerit.

LII. Sed quod hac ſua reſponſione Hadrianus minimè tetigerit ea Caroli verba quibus dixerat: *Adorare verò eas nequaquam cogimus qui noluerint.* ratio id temporis poſtulabat, ne cogendò ſchiſma aliquod conflaretur, cùm (vt vidimus) eius ſententiæ eſſent viri qui ſcientiâ in hoc rudi ſæculo eminere viderentur: Videbat enim prudentiſſimus Pontifex id quod ex Anaſtaſio recitauimus in epiſtola ad Ioannem Papam, eos, de quibus ſcribebat, nondū veritatis eius eſſe capaces. Verùm ipſe Hadrianus obliquè verba illa reprehendit, dum laudat S. Gregorij Papæ ſententiam, ex qua colligeretur, imagines quidem non eſſe adorandas, quaſi eædem eſſent dij quidam, ſed tantùm eſſe venerandas ob relationem, quam habent ad Chriſtum & Sanctos, quos effigie repræſentant. Et ideò cautè Hadrianus non laudat omnia quæ habentur in vltimo capitulo epiſtolæ Caroli, ſed ea ſolum quæ pertinent ad ſententiam S. Gregorij, quam recipi tum à Carolo tum ab aduerſarijs (vt profitebantur) Synodi Nicænæ videbat: Sic enim loquitur Hadrianus: *Et idcirco eum agnouimus, veſtra à Deo ſeruata Orthodoxaq́; regalis excellentia eſſe proprium, in ea vbi recta fides plenè penitùs confeſſa eſt, ſenſum ſanctiſſimum Gregorij ſequi.* Viſum eſt autem ſummo Pontifici ad tempus diſſimulare in eo, vt ijdem non cogerentur ſacras imagines quas habere ſolerent adorare, eò quòd ſic errantes nondum inter hæreticos erant annumerati ſicut Iconoclaſtæ, ſed tolerabantur quamdiù diuinæ gratiæ lumine illuſtrarentur, quod poſteà factum eſt.

ALIQVA DISSIMVLAT HADRIANVS PAPA.

LIII. Confutatis igitur ijs quæ ab aduerſarijs in eodem libro Capitulari ex Gregorij Papæ ſcriptis objicerentur eidem Hadriano Pontifici: ad ea modo tranſeundum, quæ longè poſt eiuſdem Pontificis obitum in conciliabulo Pariſienſi ab ijſdem aduerſarijs habito ex eiſdem Gregorij Papæ epiſtolis ſunt objecta. Atque primùm quomodo aduerſarij ipſi conati ſint trahere ſancti Gregorij verba in ſui defenſionem erroris, locumque in epiſtola ad Secundinum, quo ſcribuntur, in ſuam ipſorum ſententiam detorquere, audi ex Actis citatæ ſuperius pſeudoſynodi Pariſienſis, cuius hæc ſunt verba*:

Sed quia hic ordo verborum ita præpoſterus, atq; à non intelligentibus confuſus videri poteſt, vt niſi cautè conſideretur, ita à nonnullis minùs capacibus intelligi poſſit, quaſi beatus Gregorius id quod prius omnibus illicitum eſſe prædixit, ſe feciſſe, ſibiq; faciendi licitum eſſe teſtetur: quod quàm abſurdum, quamq; contra Dei Eccleſiæ religionem de tanto Eccleſiaſtico Doctore ſentire indignum ſit, nullus qui dicta eius ſcrutando vel legendo cognouit, ignorare permittitur. Nam vt ſibi ipſi contrarius eſſe debeat: iuſtitia vel rectitudo ſancta Dei maximeq; Romana Eccleſia ſuſtinere non valet. Quòd & ſi paupertas inſipientiæ noſtra id intelligere non valet: melius, vt contra inſipientiam, quàm contra tantam à Deo datam ſapientiam inſurgere præſumat. Sed & ſi ipſi inimodicum ſenſum noſtrum virtus miſericordiæ Dei aliquantulam illuminare dignatur; quomodo id ipſum contrarium ſibi non ſit, facillimè intelligetur.

FRVSTRA LABORANT ADVERSARII NE GREGORIVS PROBATVR ADORATOR SACRARVM IMAGINVM.

*Concil. Pariſienſ. ſub Ludouic. pag. 141.

LIV. *Nam quia ab imaginum adoratione adorantes compeſcuerit, nulla dubitatio eſt: in eo verò quod ad Secundinum ſcripſit: Nos quidem non quaſi ante diuinitatē, ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, natum aut paſſum vel in throno ſedentem recordamur. Vbi (vt præmiſſum eſt) ac ſi ſibi contraria dixerit, intelligentia noſtra ſe caligo confundit. ſed ne nos non neceſſaria ignorantia id non intelligendo, diutius torqueat; ſenſus eiuſdem ſententiæ talis eſt: Nos quidem ante ipſam nō proſternimur, quaſi ante diuinitatem, ſed illum adoramus &c. Quod tale eſt, ac ſi Regi in throno ſedenti dicas: Nos quidem, ô Rex, non quaſi ante diuinitatem, ante te proſternimur, ſed illū adoramus, quem per imaginē tuam, quia homo es, Dominum Ieſum Chriſtum hominem recordemur natum aut paſſum, vel in throno ſedentem cuius imitator es tu ſedens in throno. Nunquid tali dicto mox conſequens eſt, vt eumdem Regem adorare compellar ſedentem in throno? Ita nec in eo quod dicitur: Nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus &c.*

Ad imaginum adorationem inuitamur; quia ſicut in multis diuinæ auctoritatis voluminibus ſententias ordine verborum præpoſtero ſcriptas inuenimus; ita quoque factum eſſe, eo ſenſu vt ſupra dictum eſt, hoc in loco minimè dubitamus. Cùm enim ibi ſcriptum ſit: Nos quidem non quaſi ante diuinitatem, ante ipſam proſternimur: Quis non animaduertat, id ipſum magis refutando, quàm imperando, vel adorando eamdem adorationem imaginum dictum eſſe, ita vt dictum eſt? Quantò magis (ſi ut ſupra factum eſt) ordo verborum ſuo reſtituatur in ordine, omnem quemcunque ob nimiam ſimplicitatem errantem, in eaquod earum ſancta Dei Eccleſia Doctorem aduerſum ſe ipſum ſenſiſſe æſtimabat, corrigere poterit? Inſuper etiam ſi quemquam ſubtiliùs intelligentem hoc negligentius minùs veſ intentè legere contigiſſet, facillimè ſe ipſum dijudicando, cur aliquando aliter ſenſerit, ad ſobrium intellectum renouare poterit.* * fatum

LV. *Si quis autem (quod quidem à ſanè ſapientibus omnibus abſit) magis ſuum ſenſum ſequendo; illum voluerit condemnare, quam ſe corrigere: nulli dubium, quin ab vniuerſa, maximè tamen à ſancta Dei Romana Eccleſia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri poteſt, vt hæ duæ ſententiæ ſibimet contrariæ non exiſtant, vna quâ populus ab adoratione imaginum, ne criminis, id agendo, reus appareat, prohibeatur: altera verò qua illum id ipſum egiſſe, cæterosq́; vt hoc faciant docuiſſe perhibeatur. Sed abſit hoc in tanto taliq; generali Catholicæ Eccleſiæ magiſtro, vt qui vniuerſas perplexas ſcripturæ quæſtiones, quæ ſibi contrariæ videbantur, eiq; ad explanandum vel tractandum occurrerunt numquam diſſidentes relinquere conſueuit, ſua ſibimet dicta diſcordantia reliquiſſet.* hucuſque in Synodo Pariſienſi ſapientes illi, quos ſuperiùs numerauimus, hæreticos in ſalebris, in ſyrtibus nauigantes, è quibus emergere neſciāt, præcluſo ſemel ab ijſdem aditu veritati, qui ſi patuiſſet, apertâ luce, ipſius veritatis radiante fulgore, perſpicuè intellexiſſent, his S. Gregorij ſcriptis ad Secundinum illuſtratam eſſe obſcuritatem eiuſdem litterarum ad Serenum, nimirum vetitum in illis à S. Gregorio cultum latriæ impendi imaginibus ſacris, rationi verò decentem aſſertum & ſuo exemplo demonſtratum in dicta epiſtola ad Secundinum.

LVI. Sed vt hæc certiora fiant, quid de huiuſcemodi ante ſacras imagines proſtratione & adoratione eiuſdem S. Gregorij Papæ oecnoo Eleutherij viri ſanctiſſimi idem eodē volumine Hadrianus Pontifex ſcribat, ſic accipe: *Sed & S. Gregorius Papa in*

monaſterio ſuo publicum facit aratorium, & ipſum diuerſis hiſtorijs pingi fecit, atque ſacras ibidem erexit imagines: vbi & cum beato Eleutherio pro ægritudine ſtomachi ſui ingreſſus, in oratione pariter exauditi ſunt. Et ille vir ſanctus Eleutherius, quem dicunt & mortuum ſuſcitaſſe, ante ipſas ſacras imagines ſe proſternens, diuinam exorare clementiam cum ſancta Gregorio non dubitauit; ſed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi ſunt, & vſque hactenus apud nos eaedem venerantur. hæc de ſancto Eleutherio atque Gregorio.

Vidiſti, Lector, re ipſa proſtratum ante ſacras imagines ſanctum Eleutherium cum Gregorio pro recuperanda eius valetudine exoraſſe, vt nihil ſit quod quæras interpretationem verborum, vbi ipſa facta proclamant. Ex quibus pariter intelligas, quam procul abſit ab aduerſariorum fatua illa aſſertione, quod Hadrianus profeſſus ſe cum S. Gregorio eamdem ſequi ſententiam, aduersùs ſeptimam Synodum adorationem ſacrarum imaginum condemnarit, cùm potiùs ex eius ſcriptis validiſſimè roborauerit.

Mirandum planè atque dolendum eſt, præclariores huius ſæculi eius prouinciæ viros nominatim ſuperiùs recenſitos ſub duobus Imperatorib. Carolo & Ludouico adeò contentioſè, & animo penitùs refractario, pertinaci ſtudio, indefeſſo conatu, inflexibili propoſito voluntatia aduersùs adorationem ſanctarum imaginum contra ſeptimã Synodum obſtrepuiſſe, clamâſſe, & (pace eorum dixerim) inſanijſſe, vt nihil reueriti Oecumenicæ Synodi maieſtatem, neque tot pro ea pugnantium Romanorum Pontificum poteſtatem, vſi patentibus (vt vidiſti) mendacijs, malè perceptæ Gregorij Papæ ſententiæ innitentes, à communi Eccleſiæ Catholicæ ſententia reſilierint, atque aduerſus eius vſum atque doctrinam ſcripſerint, turbaſque miſcuerint, ſpicula calumniarum intorſerint, aliaque plura confinxerint ſua ipſorum exiſtimatione prorſus indigna, dum in ſuum ipſorum errorem Gregorium ipſum penitùs reluctantem & contra ſentientem adducere, & eius erroris auctorem cogerent profiteri.

ADVERSARII REPREHENSIONE DIGNI.

LVII. At inſuper & ijdem ipſi aſſerunt, fuiſſe Gregorium imaginis ſanctæ Crucis adoratorem: quod ſumma cum laude, magnaque gloria vnus ex nominatis idem qui ſupra Ionas Epiſcopus Aurelianenſis aduerſus Claudium Taurinenſem Epiſcopum agens, ſic oſtendit, cùm hæc ait: *Beatus Gregorius, de cuius dictis nemo, niſi immemor ſalutis ſuæ ambigit, in libro ſacramentorum ita meminit: Deus qui vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propitius, vt qui ad adorandam viuificam Crucem adueniunt, à peccatorum ſuorum nexibus liberentur.* Hæc & alia plura quibus aſſeritur Gregorius S. Crucis imaginem adoràſſe, & alios vt idem facerent docuiſſe, Ionas affert.

GREGORIVS CVLTOR IMAGINIS S. CRVCIS.

Sed qui bene offert, malè diuidit Ionas, dum videlicèt aſſerens in Gregorio cultum Crucis, neget in eodem cultum ſacrarum imaginum. Cur malè diuidis quæ ipſe bene coniungit? Nónne ipſe ſimul eadem veneratione imaginem ſanctiſſimæ Dei Genitricis & imaginem Crucis ex Iudæorum ſynagoga in Eccleſiam voluit reportari, vt dictum eſt nuper ex eius epiſtola ad Ianuarium? An non etiam idem ipſe ſimul imaginem Saluatoris Crucis coniunxit imagini, dans ambas Auguſtino, vt iiſdem munitus ingrederetur (quod Beda teſtatur) in Angliam? Cur, inquam, cultu malè diuidis, quas ipſe vnâ eâdemque religione ſanctè pieque coniunxit imagines Crucis & Saluatoris? At nihil eſt quod in contrarium afferri poſſit: hæc ſatis ad Concilij Nicæni, Gregorij atque Hadriani defenſionem. Deducta iam è controuerſiarum ſpinetis & carduis, in planum & latum campum emergat oratio. At Carolo nulla quies: qui poſt Concilij Francofordienſis tumultus, ad bellicos reuocatus labores, cum expeditione aduerſus Saxones rebellantes profectus, eos Dei beneficio in deditionem accipit. hæc Annales ſæpè citati Francorum.

Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, hoc anno Theodorus ille cognomento Studita, lumen Orientalis Eccleſiæ in tanta huius ſæculi, obſcuritate refulgens, vbi annos tredecim vixiſſet ſub regulari obſeruantia, in monaſterio ſancti Platonis: creatus eſt eiuſdem Præfectus, natus annos triginta quinq; coactus planè, ſeu potiùs deceptus à magno illo S. Platone præfecto eiuſdem monaſterij: Cùm enim retinentem omninò, prorſuſq; reluctantem expertus eſſet, ad dolos ſe conuertit, non immemor Pauli Apoſtoli dicentis: [a] Cùm aſtutus eſſem cepi vos dolo. Michael enim monachus eiuſdem temporis ſcriptor, quæ inſpexerat hiſtoriâ proſequutus, hæc de his habet: LVIII.

[a] 2. Cor. 12.

Poſtquam animaduertit Plato ſe nullis verbis, precibusve illi perſuadere, rem comminiſcitur prudentiâ ſuâ & vrbanitate dignam. Morbo enim repentè correptus, extrema ſibi inſtare ſimulans, monachos omnes ad ſe vocat, & in his diuinum virum, quibus cum periculoſam eſſe ægritudinem indicaſſet, atq; adeo lethalem, & ſe ipſe ad exceſſum comparabat, & illos quemadmodum, ſe mortuo, victuri eſſent, edocebat: de præfectura etiam obteſtabatur, quiſnam poſt ipſum præpoſitus futurus eſſet, & quemnam ipſi communi ſuffragio electuri eſſent. Quem enim illi, aiebat, dignũ iudicaſſent, eumdem ſibi pariter probatum iri. Norat enim vir ſapientiſſimus, in quem eorum ſuffragia propenderent. At verò vnâ voce conſentientia reſponderunt, Theodorum omnium ad præfecturam & ad regendas animas aptiſſimum eſſe tamquam vitâ & doctrinâ excellentem.

THEODORVS STVDITA ABBAS MONAST. S. PLATONIS CREATVR.

LIX. *Id in rem ſuam vertens Plato vt maximè opportunum, nihil ampliùs adijciens, adminiſtrationem ſuam illi nec opinanti ſtatim imponit, annuentibus diſcipulis vniuerſis, & magiſtri conſilium collaudantibus. Quibus ille cùm refragari omnibus non poſſet, nec adeo conſpirantibus ſuffragijs abnuit, impoſitum onus non ſine animi dolore vix tandem ſubijt, annum agens vitæ quintum & trigeſimum, inſtituti verò monaſtici decimumtertium.* quæ in præſentem Domini annum incidiſſe, ex eo conſtat, quod ex eodem auctore aſſeritur natus anno decimonono Copronymi Imp. qui eſt annus Domini ſeptingenteſimus quinquageſimusnonus. Etenim qui Indictione quintâ menſe Nouembris ſub Michaele Balbo defunctus aſſeritur anno ſuæ ætatis ſexageſimoſeptimo, qui eſt annus Chriſti octingenteſimus vigeſimusſextus, vtique natum eſſe oportuit anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimonono; Abbas verò creatus hoc anno ſuæ ætatis trigeſimoquinto. Quæ autem poſt hæc ab eodem ſunt facta, atque pariter ſcripta, ſuis locis dicturi ſumus.

ÆTAS THEODORI STVDITÆ.

IESV CHRISTI
Annus 795.

HADRIANI PAP.	CONST. SOLIVS IMP.
Annus 24.	Annus 6.

I. ANNVS Redemptoris ſeptingenteſimus nonageſimusquintus qui ordine ſequitur, Indictione tertiâ conſignatur, quo ſummus Pontifex

HADRIANI PAP. OBITVS.

ſex Hadrianus cùm ſediſſet annos vigintitres, A menſes decem, dies ſeptendecim ſeptimo Kalendas Ianuar j ea hac vita migrauit. Huius ſedes omnium feliciſſima exiſtimanda eſſet, ſi potiùs rerum temporalium proſperitate, more principatuum terrenorum, & non magis gloriâ Crucis eſſet ipſius expendenda proſperitas: ſiquidem diuturnior, & ſub Principibus Chriſtianiſſimus eidem obſequentibus, defendentibus, locupletantibus, & in omnibus eam venerantibus floruit, aucta nouâ ſobole conuerſorum ad fidem infidelium populorum, vendicata à Lõgobardorum perfidia, & protecta à ſuperba Græcorum & illis cohærentiũ inſolentia. Sed & in his omnib. magnoperè virtus Euangelicæ Crucis enituit nimirum, quòd cùm B ipſa duro Græcorum iugo iugiter teneretur oppreſſa, & lugeret ex iterata ſæpè obſidione Longobardorum: noua velut ex obſcuris denſiſque nubibus ſol emergens effulſerit, illo iubente, qui imperans mari & [a] vento, reddidit mare tranquillũ, atque [b] Petri pedibus præbuit percalcandum fluidum elementum.

Felicitas Hadriani Pontificis.

[a] Luc. 8.
[b] Matt. 14.

Fuiſſent tanta iſta copioſiori atque luculentiori ſtylo narranda, & non ferreo, eodemq; obducto rubigine detruncata, nimiâq; e breuitate decurtata potiùs quàm declarata poſteritati tradenda. Sed acceſſit ad damnum, quod cùm quadragintaquatuor eiuſdem Pontificis Hadriani Bibliotheca Vaticana poſſideret epiſtolas, ex quibus locupletanda fuiſſet hiſtoria, illis deperditis, earumdem fuerint tantummodò argumenta relicta, ſummatim elicita, quorum hauſtu maiorem ſibi ſitim Lector accendat, ad fontem anhelans, non ſine ſpe, vt aliquando (ſi quis eſt earumdem bonæ fidei poſſeſſor) eaſdem in lucem prodat, quæ ſuis ſingulæ locis reddantur. Tu verò interim illarum hîc tibi deſcripta ſummaria legito, quibus quæ ſuperiùs ſunt dicta confirmes, aliaque ignorata perdiſcas: quæ ſic ſe habent, vt deſcripta extant in codice.

II. 1. *Prima de Arechiſo Duce Beneuentano, quòd poſtquàm Carolus Rex Capua reuerſus eſſet, ad Imp. Conſtantinopolit. Legatos direxerat, petens auxilium & honorem Patriarchatus, promittens tam in veſtitu quàm in tonſura* D *tum Græcis ſimilitudinem. Hac Gregorius presbyter Capuanus Hadriano Papæ narrauit. Hadrianus Capuanos ſibi & B. Petro iurare fecit. Carolum in auxilium pro exaltatione Sanctæ Eccleſiæ vocat.*

2. *Pro exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ gratias Regi agit. Ermemberto Epiſcopo, vt Carolus petierat, vſum pallij concedit.*

3. *Gratias agit pro Roſellis, Populonio & Beneuento, quas vrbes Carolus ipſe dederat. Queritur de inobedientia horum: item de inſidijs & malitia Græcorum. Exercitus, vbi neceſſe fuerit, vt Carolus paratos habeat, atq; tranſmittat ſicut promiſerat, petit.*

4. *Multa de ſuo erga ipſum amore indicat. Item* E *quòd pro eo in confeſſione B. Petri totis viribus preces fundat. Gratulatur Carolo, quòd per eius laborioſa certamina, ſancto Petro ſuffragante, hoſtium Eccleſiæ conatus ad nihilum redacti ſint. Hortatur vt vſque in finem perſeueret. Quod promiſerit, ſi nihil pro Eccleſiæ deminoratione, ſed pro eius exaltatione omnia facturum, gratias agit. Si quis mendacia de ſe ſparſerit: eum vt Romam mittat, rogat; vt ſecundùm ſua peruerſa merita puniatur. Poſteà multa ſcribit de paræcijs Epiſcoporum.*

5. *Indicat ſe iuſſiſſe, vt Veneti Rauennâ ſeu Pentapoli expellerentur. Germanum Ducem res ac poſſeſſiones Rauennatis Eccleſiæ inuaſiſſe exponit. Quare Carolum orat,* A *vt pro amore ſancti Petri eum expellat, vt ſua territoria illibata remaneant.*

III. 6. *Paulum Ducem ſuum Carolo commendat, qui ad ipſum miſſus fuit, vt ſe & Conſtantinum Ducem de mendacijs falſo apud Carolum ſparſis purgaret.*

7. *Gratiarum actiones ſeu benedictiones continet, & ſimul indicat, Sacramentarium quod Carolus Rex petierat, ſe per Ioannem monachum atque Abbatem Rauennatem miſiſſe.*

8. *Pro Cruce miſſa gratias agit: & ſcribit ſe ſemper pro Carolo orare, & pro genitore eius ſanctæ memoriæ Pipino. Precatur vt Legatos dirigat, qui Romanæ Eccleſiæ Populonienſem ac Roſellanum agrum cum Ducatu Beneuentano reſtituant: mercedem eius rei à B. Petro promittit.* B

9. *Indicauerat Carolus Rex Hadriano per Itherium & Monegarium Abbates, Saxones quoſdam in Paganiſmũ relapſos eſſe, deq; his quid agendum eſſet interrogauit. Reſpondit Hadrianus Papa, poſt longam pœnitentiam illos ad conſortium Eccleſiæ poſſe recipi.*

10. *Pro Abbate monaſterij S. Vincentij interredit, qui falsò apud Carolum accuſatus fuerat.*

IV. 11. *De Epiſcopis ac presbyteris agit, ne arma militaria induant, ſed ſpiritualia, id eſt, ieiunijs, & orationibus vacent. Laudes quaſdam Caroli commemorat cum gratiarum actione pro exaltatione S. Dei Eccleſiæ. Indicat de agro Sabinenſi, quod [*] Monegarius fideliſſimus eiuſdem Regis ipſum ſancto Petro tradere voluerit, ſed quod pro-* C *pter iniquos atque peruerſos homines id minimè præſtare potuerit.*

[*] Machinatus, ita in Centur. 8. col. 740.

12. *Carolo Regi muſiua & marmora vrbis Rauennæ, tam in templis quàm in parietibus & ſtratis ſita, ſicut petierat, donat. Pro equo miſſo gratias agit. Orat ſibi mitti equos, qui ad ſuam faciant ſeſſionem, oſſibus atque plenitudine carnis decoratos.*

13. *Ad Carolum. Indicat, Itherium & Monegarium agrum Sabinenſem S. Petro reddere voluiſſe: ſed propter iniquos homines id minimè præſtare valuiſſe.*

14. *Gratiarum actiones pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ: & de agro Sabinenſi petit, vt ſicut pollicitus fuerat S. Petro, in integrum contradi iubeat.*

15. *Carolum rogat, vt trabes maiores, quas ad Eccleſiarum reſtaurationes pollicitus fuerat, celeriter, & ſtan-* D *num ad Eccleſiam B. Petri cooperiendam mitteret. Præterea de diſſidijs inter Neapolitanos & Amalfitanos nonnihil monet.*

V. 16. *De ſuis & Romanorum orationibus pro Carolo indicat. Romanos excuſat, quod non vendiderint Sarracenis Chriſtianos; ſed in Longobardos ac Græcos culpam iſtam transfert. Sacerdotes etiam ſuos defendit, quòd non ſint polluti libidinibus: de quibus ad Carolum accuſati fuerant. [*] Quod Græcorum naues plurimas combuſſerit, & ipſos Græcos in vinculis diu detinuerit, eum deinum monet.*

[*] addicum hoc in Centur 8. Inuocationem Sanctorũ tradit.

17. *Apud Carolum Neapolitanos ac Græcos accuſat, quod conſilio Arichis Beneuentanorum Ducis Terracinam* E *inuaſerint. Et à Carolo S. Petri amore auxilia poſtulat, vt ipſam & alia in Ducatu Neapolitano ad Beatum Petrum pertinentia recipere poſſit, quòd virtus atque gloria Pontificis vnà cum beato Petro ipſe Carolus ſit.*

18. *De ſuo ac populi amore erga Carolum multa ſcribit: & orat, vt, quod pollicitus fuerat reuertens è Saxonia ad Limina S. Petri Apoſtoli properet: & Legatos eius Poſſeſſorem Epiſcopum & Rabigandum à fidelitate in ſeruitio ſancti Petri commendat.*

19. *Orat pro exaltatione S. Dei Eccleſiæ & ſimul de orationibus Romanorum pro Carolo & ſuis indicat.*

20. *Per Oddonem diaconum, trabes ſeu ligna ad Eccleſiam S. Petri cooperiendam à Carolo petit. Orat etiam vt Vulcharius Archiepiſcopus Romam mittatur. De cor-*

pore ſancto quod Oddo diaconus cum Fulrado Abbate olim ſibi dari petierat : indicat, quomodo abſterritus ſit ad ipſum mittere. Promittit ſe miſſurum Candidi Martyris corpus, ſi petat Carolus. Quod Beneuentani ac Neopolitani conſultare cum Græcis ſoleant, aperit ; ſed quid, Oddonem diaconum indicaturum promittit. A

21. Conſtantinum Imperatorem obijſſe indicat, adiunctis ea de re litteris Stephani Neapolitani Epiſcopi. Reginaldum Ducem Cluſanæ accuſat, quod multa mala in caſtello Fœlicitatis continuè committat, beati Petri bona auferendo. Petit vt officio amoueatur.

VI. *22. Queritur, Hildebrandum, Arogin, Rodgaum, & Reginaldum Duces, conſilium iniſſe cum Græcis & Aldagiſo, terrâ mariq; contra Romam & Italiam dimicare: quare multis adiurationibus auxilium contra eos poſtulat.* B

23. Indicat quale conſilium Legatis eius dederit. Item monet de Legatis Græcorum, qui cum Diſpoſitore Siciliæ, & cum relicta Arichiſi Ducis egerint, quânam ratione Ducatum Beneuentanum Carolo Regi eriperent. Orat itaq; Carolum, vt ſit omnia pertractet, vt ſuam & Eccleſiæ Romanæ tutelam procuret.

24. Queritur, ſe deſpectum à Poſſeſſore Epiſcopo, & Rabigando Abbate, Caroli Legatis. Indicat ipſos non veniſſe Romam, ſed Spoletum ad Hildebrandum Ducem : & inde Beneuentum profectos eſſe. In quanto ob id mœrore conſtitutus ſit, ſcribit : orat Carolum vt ſe conſoletur exaltando Eccleſiam Romanam, & Spoletinum Ducatum reddendo.

25. Indicat, quod patrimonium S. Petri apud Rauennates non integrè receperit, teſtificantibus id ſenioribus Eccleſiæ, teſtibus eiuſdem vrbis. Petit patrimonium Sabinenſe in integrum S. Eccleſiæ reſtitui : indicat ſe nullorum irrationabiliter finibus indigere. C

*Ausfridoo *26. Gratulatur Carolo pro victoria, quam ipſi * Ausfridus Piſanus Abbas narrauerat: Quàm diligenter pro ipſo preces faciat, indicat. Ausfridum Carolo commendat. Pro Piſano & Lucenſi Epiſcopis orat, vt ipſos pro ſua pietate ad proprias ſedes atque Eccleſias redire permittat.*

27. Indicat, quòd in partibus Italiæ atque Tuſciæ Epiſcopi quidam alienas diœceſes & parœcias inuadant, veſtem monaſticam contra ſanctos canones relinquant, matrimonia contrahant veſtibus ſæcularibus induti. Orat itaque Carolum, vt iſta emendet. fidem Catholica & Apoſtolica S. R. E. ſemel amplexam continuò tueatur, vt cum ſanctis omnibus felix permanere poſſit. D

28. Propter inobedientiam Leonem Rauennatem Epiſcopum accuſat.

29. Vberrima benedictionis pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ continentur. Indicat ſe mittere epiſtolam Gradenſis Patriarchæ. Hanc à Leone Archiepiſcopo Rauennate priùs apertam & lectam fuiſſe queritur. Idem Leonem iterum accuſat.

VII. *30. Orat Carolum, vt meminerit, quæ Petro Apoſtolo promiſerit: quanta etiam ab ipſo beneficia acceperit, ſcilicèt prouinciam Longobardorum : & quòd eius circumuallatus ſuffragijs, cæteras omnes nationes ſibi ſubijcere poſſit. De Leone Archiepiſcopo Rauennate indicat, gratum ſibi eſſe quod ad Carolum profectus ſit.* E

31. Iterum vehementer Leonem Rauennatem Archiepiſcopum accuſat, quòd inobediens ac proteruus factus ſit, ab illo tempore quo à Carolo redijt. Et Carolum orat, ne S. Petro auferri patiatur, quæ ab ipſo & Pipino patre eius ipſi beato Petro oblata ſunt.

32. Multa admodum de fide & conſtantia ſui amoris Carolo ſcribit. admonet illum, vt amicitiæ & promiſſionis ad Confeſſionem B. Petri factæ recordetur. Cùm eodem expoſtulat, quòd Legatum ſuum Anaſtaſium in Francia detineat. Accuſat Longobardos : hortaturq; Carolum, vt in ipſos vindictam exerceat, & S. Petri iuſtitias, quas promiſit faciat. Indicat ſe Carolo Paulinum quemdam vinctum miſiſſe, quòd malè de eo locutus eſſet ; ipſumq; adiurat, vt idem de ſuis inimicis faciat. A

33. Gratiarum actiones continentur, cum petitione pro exaltatione ſanctæ Dei Eccleſiæ. Item de Legatis Caroli Regis, qui autumni tempore Romam venire debuerant.

34. De præda Perſarum in finibus Græcorum, & inter ipſos diſcordia indicat.

35. Gratiarum actiones continentur, & plurima petitiones pro reſtitutione patrimonij B. Petri. Meminit donationis Conſtantini temporibus S. Silueſtro Papa factæ, & aliorum qui pro anima ſua ſalute multa donarint B. Petro, quæ à Longobardis erepta ſint : ac dicit in Lateranenſi ſcrinio eas donationes haberi. Carolum nouum Conſtantinum nominat. Orat vt ſibi filium eius ex ſacro baptiſmate ſuſcipere liceat. B

36. S. Petrum Carolo maximè commendat, & orat, vt Sabinenſem agrum integrum Eccleſiæ Romanæ reſtitui faciat. Profitetur Romanam Eccleſiam totum quartum Chalcedonenſe Concilium amplecti & venerari. VIII.

37. Ipſum fidei ac dilectionis, quam erga B. Petrum Apoſtolorum principem habere viſus eſt, admonet, vtq; illam inconcuſſam & inuiolatam conſeruet, & nullâ callidâ verſutiâ ab Apoſtolico amore animum diſiungi patiatur, orat. Poſteà Eleutherium & Gregorium quemdam accuſat, & petit ne illos apud ſe agere ſinat, ſed Romam mittat.

38. Commendat Carolo Legatos monaſterij S. Hilarij in Calligata. orat, ne ipſum ſeu hoſpitales domos, quæ per colles Alpium ſita ſunt in ſuſceptionem peregrinorum, ab vlla magna paruaq; perſona inuadi permittat: & Gundibrando Duci Florentino mandet, vt quæ eidem monaſterio abſtulerat, reſtitueret. C

39. Ipſum mendacij arguit & obiurgat, quod Rauennam ad electionem noui Pontificis Legatos ſuos direxerit.

40. Indicat quomodo contentionem monachorum ad ſe miſſorum compoſuerit: & quod Potho Abbas cum decem monachis, ad Carolum Regem proficiſci voluerit, vt ibidem quoque de obiectis criminibus ſe purgaret.

41. Carolus per Georgium Epiſcopum Papæ de ſuis certaminibus & laboribus pro B. Petro ſuſceptis indicauerat : quare Hadrianus ipſi gratias maximas agit, commendat ipſi Georgium Epiſcopum.

D *42. Indicat, * Adalchiſum Deſiderij filium in Calabriæ partes aduenisse orat Carolum vt contra hunc bellum gerat, & Beneuentanos cum alijs obedire cogat. Itẽ ne Grimoaldum Ducem Beneuentanum conſtituat : vt Beneuentum, Roſellas, Populonium, & alia loca S. Petro reddat.* * Adalgiſum

43. Indicat Offa Regis Anglorum Legatos cum Caroli oratoribus honorificè abs ſe ſuſceptos fuiſſe, quod Carolus per nuntios petierat. Adijcit ſe permittere diuinum verbum Gentilibus prædicare.

44. Indicauerat Carolus Rex, quòd per laborioſa certamina Saxones ad Fidem Catholicam, ac baptiſmatis fontem perduxiſſet : Petierat ob id ab Hadriano vnâ aut duabus ſe ijs litanias fieri. Reſpondet Papa ei, in omnibus Occidentalibus partibus xxiij. xxvj. & xxviij. menſis Iunij, id eſt, vigiliâ Ioannis Baptiſtæ, natale SS. Ioan. & Pauli, & vigiliâ SS. Apoſtolorum Petri & Pauli debere fieri litanias. Iubet, vt Carolus ijſdem diebus in omnibus ſuis regionibus litanias celebrari curet. Indicat quòd Romæ continuò pro Carolo gratias agant & Deum orent. IX. E

Scripſit etiam ad alios, vt ad Egilam in Hiſpania Epiſcopum, ipſumq; hortatur de Fide Orthodoxa tuenda. Pro ieiunio ſextâ feriâ ac Sabbatis celebrando Idem ad Egilam Epiſcopum, ſeu Ioannem presbyterum de conſeruatione continentiæ in Hiſpaniæ partibus prædicanda epiſtolam ſcripſit. Ac de Paſchalis feſtiuitate, vt eo tempore celebretur, quando a Romana celebratur Eccleſia. Item eum monuit de prædeſtinatione hominis ſiue ad bonum ſiue ad malum : de coinquinatione eorum tam in eſcis, quàm in

poti

*pern, de diuerſis erroribus, & de eorum pſeudoſacerdatibus, qui * viuente viro ſortiuntur vxores, de libertate arbitrij, ac de alijs multis capitibus in partibus illis contra Fidē Catholicam exortis. In fine ipſos hortatur, vt omnes ſint concordes, vt canones ſciant, vt omnes non obedientes ſalubribus præceptis excommunicent.*

Idem Hadrianus ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos ſcripſit, maximè tamen ad Elipandum & Aſcaricum. in cuius epiſtolæ initio Romanam Eccleſiam caput omnium Eccleſiarum nominat: & quicunq; ſe ab hac abſcindit, hunc Chriſtianæ religionis exortem fieri dicit. Deinde refutat Elipandi, ſeu Aſcarici errorem, quo Filium Dei adoptiuum dicerat, opponens inter alia dictum ad Romanos [a]: Proprio Filio ſuo non pepercit Deus. & citat Athanaſium Alexandrinum, Gregorium Magnum, Amphilochium Iconij, Gregorium Nyſſenum Epiſcopos. Chryſoſtomum, Auguſtinum, Hilarium, Leonem Papam & alios. hactenus ex Hadriani Papæ epiſtolis iouecta ſummaria.

[a] Rom. 7.

X. De reliquis Hadriani Papæ ſcriptis.

Quod rurſum ad alia eiuſdem Pontificis ſcripta pertinet, præter alias epiſtolas à nobis ſuperiùs recitatas, conſtat collegiſſe Conciliorum volumen, illudq; miſiſſe ad eumdem qui petierat Carolum Magnum, præfixâ ad eum præfatione, & epigrammate acroſtichicis verſibus. Eſt prætereà auctor Ioannes diaconus, ab eodem Hadriano ex epiſtolis S. Gregorij Papæ duos conſcriptos libros: Meminimus ſuperiùs de aliis eiuſdem Pontificis lucubrationibus ad Eccleſiaſticos ritus ſpectantibus. Sed iam quæ poſt eius mortem ſecuta ſunt, videamus.

Obitum eius multis lachrymis proſequutus eſt Carolus Magnus, qui eum vt patrem coluit, & vt amicum plurimùm dilexit: Nam audi quæ habeat Eginhardus: [b] *Nuntiato etiam ſibi Hadriani Pontificis obitu, quem amicum præcipuum habebat, ſic fleuit ac ſi fratrem aut cariſſimum filium amiſiſſet.* At non fletu tantùm, ſed religioſis officijs, atque ſuffragijs eius proſequutus eſt animam, pro ipſa longè lateq; per prouincias ſibi ſubiectas, & alias externis Regibus ſubditas erogans eleemoſynas.

[b] Eginhar. in Vit. Carol.

Deo plurimas agimus gratias, quòd tantæ pietatis magni Principis aliquod ſaltem relictum fuerit monumentum in epiſtola ad Offam Merciorum Regem in Anglia, quæ ſic ſe habet, reſpondens [c] ad litteras ab eodem Rege acceptas, quibus commendauerat peregrinos ex Anglia Romam petentes.

[c] Recitat eā Gulielmus Malmesberiens hiſtoricus qui claruit an. 1100 cuſa extat in hiſtor. Angl. in add. ad Bed. lib. 2. ca. 14. facta coll. demer lect.

XI. Epiſtola Caroli ad Offam Regem Merciorum.

Carolus gratiâ Dei Rex Francorum & Patricius Romanorum viro venerando ac fratri cariſſimo Offæ Regi Merciorum ſalutem.

*Domino gratias agimus omnipotenti Deo * de ſalute animarum, de * Fidei ſinceritate, quam in veſtris laudabiliter paginis reperimus exaratam. De peregrinis verò, qui pro amore Dei & ſalute animarum ſuarum beatorum Apoſtolorum Limina deſiderant adire: cum pace ſine omni perturbatione vadant. Sed ſi aliqui non religioni ſeruientes, ſed lucra ſectantes inueniantur inter eos, locis * opportunis ſtatuta ſoluant telonea. Negociatores quoque volumus, vt ex mandato noſtro patrocinium habeant in Regno noſtro legitimè; & ſi in aliquo loco iniuſtâ affligantur oppreſſione, reclament * ad nos, vel noſtros iudices, & plenam iubebimus iuſtitiam fieri.*

*Cognoſcat quoq; dilectio veſtra, quòd aliquam benignitatem de dalmaticis noſtris * vel pallijs ad ſingulas ſedes Epiſcopales Regni veſtri, * vel Ethelrhedi direximus in eleemo yna domini Apoſtolici Hadriani, deprecantes, vt pro eo intercedi iubeatis, nullam habentes dubitationem, beatam illius animam in requie eſſe, ſed vt fidem & dilectionem oſtendamus in amicum nobis cariſſimum. Sed & de theſauro humanarum rerum, * quem Dominus Ieſus * gra-*

* & Saluatori: * Catholicæ * opportunis * ad ſe * & * & Pro anima Hadriani Carolus multas erogat eleemoſynas. * quos * id. noſter nobis

A *tuitâ pietate conceſſit, * aliqua per Metropolitanas ciuitates direximus; veſtræ quoque dilectioni vnum baltheum, vnum * vniſcum, & duo pallia ſerica.* huc uſque recitat auctor ex epiſtola Caroli ad Offam Regem, quæ tamen videtur fuiſſe longè prolixior. nam auctor iſta ſubijcit: *Hæc ſaltem verba epiſtolæ decerpens idcirco appoſui, vt poſteris elucеſcat amicitia Offæ & Caroli, cuius familiaritate fretus, licèt multorum impeteretur odio & dulci tamen vitam conſumpſit otio, & Ecfertum filium ante mortem ſuam in Regem inunctum, ſucceſſorem dimiſit.* hæc ipſe intentus rebus geſtis Anglorum. Toto planè Catholico orbe diffuſam fuiſſe Caroli pro animâ Hadriani Pontificis largitatem intelligere poſſumus, quam in Anglia etiam exercuiſſe comperitur: Siquidem nulla ratio ſuadet vt in Anglia potiùs quàm in Italia alijsve prouincijs ipſi ſubditis eiuſmodi exercuerit pietatis officium.

* aliquid * Huniſcū

B

XII. Caroli eleemoſynæ toto orbe diffuſæ.

Quàm multus Carolus fuerit in eleemoſynis erogandis toto orbe Chriſtiano, Eginhardus earū omnium præſens inſpector habet hæc in vita ipſius: *Circa pauperes ſuſtentandos & gratuitam liberalitatem (quam Græci eleemoſynam vocant) deuotiſſimus, vt qui non in patria ſua ſolùm, & in ſuo Regno facere curauerit, verum etiam trans maria in Syriam, & Ægyptum atq; Africam, Hieroſolymam, Alexandriam atq; Carthaginem, vbi Chriſtianos in paupertate viuere comperérat, penuriæ eorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat. Ob hoc maximè tranſmarinorum Regum amicitiam expetens, vt Chri-* C *ſtianis ſub eorum dominatu degentib. refrigerium aliquod ac releuatio proueniret.* hæc Eginhardus.

Quod rurſum ſpectat ad ea qua ab ipſo Carolo ſunt poſt mortem exhibita eidem Hadriano Pontifici pietatis officia: Non ſolùm hiſce eleemoſynis amico cariſſimo parentauit, & extrema perſoluit, verùm etiam ſepulchrum eius in Vaticana baſilica collocatum regio ipſemet epitaphio decorauit, quod hodie extat pro foribus eiuſdem baſilicæ his verſibus ſcriptum:

Hic pater Eccleſiæ, Romæ decus, inclytus auctor
Hadrianus requiem Papa beatus habet.
Vir cui vita Deus, pietas lex, gloria Chriſtus,
Paſtor Apoſtolicus, promptus ad omne bonum.
D *Nobilis ex magna genitus nam gente parentum,*
Sed ſacris longe nobilior meritis.
Exornare ſtudens deuoto pectore Paſtor
Semper vbique ſuo templa ſacrata Deo.
Eccleſias donis, populos & dogmate ſancto
Imbuit, & cunctis pandit ad aſtra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate ſecundus,
Et pro plebe ſacris peruigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Vrbs caput orbis honor inclyta Roma tuas.
Mors cui nil nocuit, Chriſti qua morte perempta eſt,
Ianua ſed vitæ mox melioris erat.
Poſt Patrem lachrymans Carolus hæc carmina ſcripſi:
Tu mihi dulcis amor: te modo plango, Pater.
E *Tu memor eſto mei: ſequitur te mens mea ſemper,*
Cum Chriſto teneas regna beata poli.
Te Clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus vnus amor, optime Præſul, eras.
Nomina iungo ſimul titulis, clariſſime, noſtra
Hadrianus, Carolus Rex ego, tuq; Pater.
Quiſque legas verſus, deuoto pectore ſupplex,
Amborum, mitis, dic, miſerere Deus.
Hæc tua nunc teneat requies, cariſſime membra,
Cum Sanctis anima gaudeat alma Dei.
Vltima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro ſurge videre Deum.
Auditurus eris vocem, ſcio, Iudicis almam:
Intra nunc Domini gaudia magna tui.

Epitaphium ad ſepulchrum Papæ Hadriani à Carolo ſcriptum.

A *Tum memor eſto tui nati, Pater optime, poſco,*
Cum patre, dic, natus pergat & iſte meus.
O pete Regna Pater felix cæleſtia Chriſti,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum ſol ignicomo rutilus ſplendeſcit ab axe,
Laus tua, ſancte Pater, ſemper in orbe manet.
Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa
Annos XXIII. M. X. D. XVII. obijt VII. Kal. Ian.

XIII. Sic igitur Rex Chriſtianiſſimus maximè pius quem viuentem mirificè coluit, & poſt obitū eodem proſequutus amore, & quibus potuit frequētauit & cumulauit officijs, qui ipſi viuenti auctor fuerat, vt admirabili ſumptu Romanæ Vrbis exornaret Eccleſias; quænam iſta fuerint ornamenta, ex Anaſtaſio dicturi ſumus, B ſed antè quæ de his ſummatim habeat Eginhardus[a], audi.

[a] Egin. in vita Caroli Magni.

CAROLI MAGNI ERGA ROM. ECCLESIAS MVNIFICENTIA.

Colebat Carolus præ cæteris ſacris & venerabilibus locis apud Romam, Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, in cuius donaria, magna vis pecuniæ tam auri quàm argenti, nec non & gemmarum ab illo congeſta eſt; multa & innumera Pontificibus munera miſſa: nec illo toto Regni tempore quicquam duxit antiquius, quàm vt Vrbs Roma ſuâ operâ, ſuoq; labore veteri polleret auctoritate. & Eccleſia ſancti Petri non ſolùm per illum tuta & defenſa, ſed etiam ſuis opibus præ omnibus Eccleſijs eſſet ornata ac ditata. hæc ipſe. Vidiſti, Lector, quibus depictum coloribus reddat antiquitas magnum & Chriſtianiſſimum Principem erga Romanam Eccleſiam ſtudioſiſſimum; de quo ſæpè legiſti ſuperiùs, & inferiùs æquè C lecturus eris quot quantaq; ipſe à Deo conſecutus ſit pro his in hac vita etiam beneficia.

Iam verò quæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Hadriano leguntur, de mirifico Eccleſiarum ornatu videamus. reddemus hîc ea cuncta eo ordine quo apud ipſum ſcripta reperiuntur, prout ab eodem Pontifice dari Eccleſijs contigerunt, & ab auctore eius temporis ſcribi, veritate ſincerâ, licèt ſermone rudi, impolito, ſemigræco ac penitùs barbaro. Anaſtaſius enim, apud quem magis cum ſimplicitate veritas, quam cum fuco mendacia valuerunt, eadem vt ſcripta reperit, in ſuum volumen deſcribendo tranſtulit, in ipſum de Ro- D manis Pontificibus commentarium, quæ hîc à nobis ad finem eius vitæ ex more ſcribuntur, quod quo ſingula anno ſint facta, non liquet. ſunt huiuſmodi:

XIV. *Erat ſæpè fatus beatiſſimus Pontifex amator Eccleſiarum Dei, magnam indeſinenter gerens curam pro ornatu & reſtauratione procuranda omnium earumdem Eccleſiarum. Hic enim euangelicus vir fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli veſtem miræ pulchritudinis ex auro & gemmis habentem præfiguratam hiſtoriam, qualiter beatus Petrus à vinculis per Angelum ereptus eſt. Item in eadem baſilica ab introitu rugas vſque ad confeſſionis pauimentum veſtiuit de argento puriſſimo, quod penſat libras centum quinquaginta. Fecit etiam in eadem ipſa baſilica beati Petri iuxta ianuas maiores argenteas cortinas miræ magni-* E *tudinis de pallijs ſtauracinis, ſeu * quadraplis: nam & per vniuerſos arcus eiuſdem Apoſtolorum principis baſilicæ de pallijs Tyrijs atque fundatis fecit vela numero ſexaginta quinque.* hæres hîc tu mecum, vt video, Lector, in ſalebris, dum obſcurarum vocum interpretationem exoptas, quid rugæ, quid ſtauracium, quadraplum quid, atque fundatum ſibi velint, quæ & frequenter cum alijs huiuſmodi vocibus continget apud Anaſtaſium reperiri, qui vt vulgò tunc notiſſima, eadem abſque interpretatione reliquit: Vt niſi aliquem eiuſdem temporis gloſſarium reſurgere contingat, deſperata res ſit, vt ſingularum vocum peregrinarum in Latinam linguam tunc acceptarum interpretationem aſſequi valeas. pergit vero Anaſtaſius:

HADRIANI RES GESTÆ IN CVLTV ECCLESIÆ S. PETRI.

* quadruplis

XV. *Denique eius beatitudo fecit & pharum maiorem in eadem beati Petri Eccleſia in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium habens candelas mille trecentas ſeptuaginta, & conſtituit vt quater in anno ipſum pharum accendatur, id eſt, in Natali Domini, in Paſcha, in natali Apoſtolorum, & in natali Pontificis. Item præfatus ſanctiſſimus Pontifex fecit in ea baſilica calicem fundatum argenteum penſantem libras quinque, quem & poſuit in presbyterio pro ea qui perierat temporibus domni Pauli Papæ. nam & in Eccleſia beati Andreæ Apoſtoli ſita iuxta eamdem beati Petri Apoſtoli Eccleſiam * ciborium nouum ex argento puriſſimo ipſe ter beatiſſimus Pontifex fecit, quod* B *penſat libras centum trigintaquinque.* & inferiùs rurſum de his quæ ſpectant ad eamdem baſilicam, de ipſius ornatu ſumptuoſo.

MVNIFICVM CANDELABRVM.

* ciborium

Hic verò egregius ſacerdos ob nimium amorem beati Petri Apoſtoli, totam eius Confeſſionem ex auro puriſſimo in laminis cum diuerſis hiſtorijs compte ornauit ponderis triginta librarum, ponens & poſtem ſuperiorem eiuſdem ſacræ Confeſſionis auri mundiſſimi librarum tredecim, pari modo & liminare inferius eiuſdem Confeſſionis auri mundiſſimi librarum viginti quinque. Aſpectum verò altaris ſuper eamdem Confeſſionem atque dexterâ læuâq; parte iuxta gradus iam dictæ Confeſſionis, addens in eis argenti libras centum triginta ſex, cariuſum renouauit, eiuſq; hiſtorias ex auro puriſſimo librarum centum & octo nitidiſ- C *ſimè decorauit. Simulq; & canthara in eadem Eccleſia dicti Apoſtoli numero decem renouauit, addens in eis argenti libras centum.*

XVI. *Ante ianuas verò argenteas fecit caniſtros argenteos penſantes libras triginta ſex, ſimili modo & in turre caniſtros argenteos duodecim penſantes libras quadraginta quinque. In eadem quippe beati Petri Eccleſia per diuerſas coronas fecit delphinos ex argento librarum centum.* & paulò pòſt: *Et in Eccleſia beati Petri per diuerſa oratoria caniſtra argentea numero duodecim ſimul librarum quadraginta, & rugas in presbyterio à parte virorum & mulierum ex argento puriſſimo quinquaginta, librarum centum triginta, necnon alias rugas in caput presbyterij ante Confeſſionem ex argento penſantes ſimul libras centum* D *tres.* & inferiùs: *Item fecit patenam & calicem in baſilica beati Petri Apoſtoli in quotidianis minſterijs ex auro puriſſimo penſantes ſimul libras viginti quatuor.* & paulò pòſt: *In altari maiori Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli fecit ex auro puriſſimo diuerſas hiſtorias ponderis librarū quingentarum nonaginta duarum. Et intùs in Confeſſione imaginem in modum Euangeliorum ex auro obrizo librarum viginti: ſimul & cancellos ante eamdem Confeſſionem ex auro puriſſimo penſantes libras quinquaginta ſex. Quæ fiunt ſimul quæ ſunt in altari intùs, & in ſacra, vltrò citroq; Confeſſione, & in ambone Euangeliorum, & in poſtibus inferiorib. & ſuperiorib. atq; cancellis ſimul & corpore auri obrizi libræ mille trecentæ viginti octo.*

ALIA ORNAMENTA ECCLES. S. PETRI.

XVII. Quod rurſum ad eiuſdem baſilicæ ornatum E ſpectat, hæc poſteà apud eumdem Anaſtaſium leguntur: *Fecit etiam ter beatus ille imagines ſex laminis argenteis inueſtitas, ex quibus tres poſuit ſuper rugas, quæ ſunt in introitu Eccleſiæ presbyterij, vbi & regularem ex argento inueſtito fecit & poſuit ſuper eamdem regularem præfatas tres imagines in medio exiſtentes, vnam quidem pictum habentem vultum Saluatoris & in vtriuſque lateribus imagines habentes depictas, vnam beati Michaelis, & aliam beati Gabrielis Angelorum: in ſuperiore verò ruga, id eſt, in medio presbyterij faciens alium regularem ex argento inueſtitum, conſtituit ſuper eum tres reliquas imagines, in medio quidem habentes præfiguratum vultū ſanctæ Dei Genitricis, & ex duobus lateribus vnam habentem vultum depictum S. Andreæ Apoſtoli, & aliam ſancti*

ALIA ADDITA ORNAMENTA.

Ioannis

Ioannis Euangeliſtæ: eaſdem verò ſex imagines (vt dictum eſt) ex laminis argenteis mira pulchritudinis factas deaurauit, in quibus imaginibus poſuit libras centum. & inferiùs: *Idem præſtantiſſimus Antiſtes fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ad corpus eius imagines, quæ dudum ex argento factæ erant, Saluatoris, ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ de auro puriſſimo miræ magnitudinis, penſantes libras ducentas: ipſe verò præcipuus Pontifex fecit imaginem ex laminis argenteis deauratis habentem effigiem Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ poſita eſt ſuper introitum baſilicæ beati Petri Apoſtoli, vbi portæ argenteæ exiſtunt, quæ penſant libras quinquaginta.*

XVIII. De restauratione basilicæ.

In his verò quæ ad ædificium ſpectant eiuſdem baſilicæ hæc apud eumdem Anaſtaſium habentur: *Pro honore beati Petri Apoſtolorum principis & ornatu ipſius ſancti Patriarchij inſtruxit & ædificauit ibidem nouiter turrim miræ pulchritudinis decoram, cohærentem porticui quæ aſcendit ad balneum, vbi & deambulatorium ſcilicet ſolarium ſuum cum cancellis æreis miræ pulchritudinis conſtrui fecit. Sed & porticum ipſam quæ vetuſtate diruta erat, vtiliter renouauit, & picturis atque marmoribus eamdem turrem & cuncta ædificia ab eo nouiter reparata decorauit.* & poſt nonnulla: *Cameram verò beati Petri Apoſtolorum principis in omnibus deſtructam atque dirutam reſtituit atque pinxit diuerſis coloribus.* rurſum de his quæ ſpectant ad eamdem baſilicam: *Duos eius gradus maiores qui aſcendunt in atrium ſimul, & qui ex duabus porticibus aſcendunt in eamdem Eccleſiam, ex vtriuſque lateribus renouauit; ſed & cunctum pauimentum ipſius Eccleſiæ, vbi marmora confracta erant, adhibitis alijs pulcherrimis ac melioribus marmoribus renouauit, porticus verò ex vtriuſque lateribus ſupraſcriptæ Eccleſiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum quod ruinæ vicinum poſitum erat, poſitis nouis trabibus, & ipſum tectum nouiter faciens, reſtaurauit.* ſubiicit verò de Forma Sabbatina, quæ eidem Eccleſiæ affluenter aquas miniſtrabat, ab eo reſtaurata his verbis:

XIX. Forma Sabbatina restaurata.

*At verò per euoluta viginti annorum ſpacia, Forma quæ vocatur Sabbatina nimis confracta exiſtens, per quam decurrebat aqua per Centenarium in atrium beati Petri Apoſtoli, ſimul & in balneum iuxta eamdem Eccleſiam ſitum, vbi fratres noſtri, Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemoſynam in Paſchalem feſtiuitatem annuè occurrere & lauari ſolebant, & ex qua diuerſa mola macinabant, aqua ex eadem Forma, neque in atrium beati Petri, neque intra ciuitatem decurrebat, dum ipſa Forma (quod dictum eſt) diruta extitit ob arcus ipſius Formæ magna altitudine conſtructos à fundamentis demolitos atque deſtructos, vt nulla ſpes videretur eſſe eoſdem arcus vel fractam Formam reædificandi atque reſtaurandi: ipſe beatiſſimus ac ſanctiſſimus Præſul aggregans multitudinem populi per ſemetipſum ad faciendam & reſtaurandam eamdem Formam præparauit, & tantam curam & ſolicitudinem in eiuſdem Formæ fabricam exhibuit, quod eam nouiter à fundamento renouauit atque reſtaurauit. Et confeſtim per Centenarium ex eadem Forma in atrium S. Petri aqua decurrebat. Et cùm per nimium neglectum & incuriam plumbum ipſius Centenarij furtim iam plurima ex parte exinde ſublatum fuiſſet, & reliquum plumbum conquaſſatum fuiſſet: protinùs idem Paſtor, addita multitudine plumbi, ipſum Centenarium nouiter fecit, & Deo auſpice aqua in atrium beati Petri ſimul & in præfatum balneum, verùm etiam & intrà ciuitatem, id eſt, in * Cœnaculum vbi molendina macinabant, ſicut antiquitùs abundanter decurrere fecit.* & inferiùs: *Idem verò ſanctiſſimus Præſul portas æreas maiores miræ magnitudinis de oratas ſtudioſè à ciuitate Peruſina eas deducens, in baſilicam beati Petri Apoſtoli ad turrem comptè erexit.*

Rurſum quod pertinet ad reſtaurationem eiuſdem baſilicæ hæc ibidem: *Simili modo & in famoſiſſima toto orbe terrarum præclara & veneranda baſilica beati Petri Apoſtolorum principis per olitana tempora vetuſtiſſimas trabes, quæ ibidem exiſtebant cernens idem præcipuus Pontifex, mittens Ianuarium Veſtiarium ſecum, cognoſcens eam idoneam perſonam, cum multitudine populi mutauit ibidem trabes numero quatuordecim, atque tectum eiuſdem baſilicæ ſancti Petri & protinus nouiter reſtaurauit.* & inferiùs de via quæ ducebat ab Vrbe ad baſilicam eamdem hæc habet.

Trabes renovatæ.

XX. Restaurata porticus.

*Hic item * præſagus vir conſiderans plurimi populi ſalutem, ſuper ripam fluminis porticum, quæ ducit ad beatum Petrum Apoſtolum arctam & anguſtam exiſtentem, per quam viam tranſeuntes ad eumdem beatum Petrum Apoſtolorum principem perueniebant: pluſquam duodecim mille tufos in littore alueí fluminis in fundamentis ponens, à ſolo vſque ad tectum miræ magnitudinis porticum, vſque ad gradus beati Petri reſtaurauit.* & de relictis bonis eidem baſilicæ in vſum pauperum, hæc idem auctor habet.

* præfatus

*Huius temporibus defunctus Leoninus Conſul & dux, poſtmodum verò monachus, ob veniam ſuorum delictorum reliquit tres vncias maſſæ * Ariſtanæ, quam ex hæreditate parentum ſuorum fruebatur, ſita longè ab hac Romana Vrbe milliario decimoſexto viâ Ardeatinâ, in qua & Eccleſia beati Ediſtij eſſe dignoſcitur: quam ipſe beatiſſimus Papa conſtruens, fabricis decorauit, amplificauitque, ad eaſdem tres vncias ſupradictæ maſſæ Aricianæ alias tres vncias à Petro Comite, atque Agnete relicta Agathonis ſcriniarij, & Theodora relicta quondam Domnici Præfectorij addidit: fines enim ex omni parte conquiſiuit, & data dignâ compenſatione, nemini vim inferens, ſed magis (vt condecet patri) cuncta ſecus eumdem locum emit prædia & Domum cultam beato Petro eumdem locum iure perpetuo ſtatuit permanendum. Quam & domum cultam ſancti Ediſtij vocant vſque in hodiernum, pariter & maſſa quæ vocatur * Acuciaſa, quæ iuxta eamdem Domum cultam eſſe videtur, ab eodem Leonino beato Petro conceſſa eſt.* obtulit & villam beato Petro quæ Capracorum dicebatur, de qua inferiùs.

* Aricinæ

Domus culta S. Edistii.

* Anisiana

XXI. De psalmodia S. Petri.

Quod verò ſpectat ad cultum diuinum in pſalmodia in eadem baſilica exhibendum, hæc apud eumdem Anaſtaſium habentur: *Hic beatiſſimus Præſul diuinâ inſpiratione ignitus, conſtituit in monaſterio S. Stephani cata Barbaram Patriciam ſito ad beatum Petrum Apoſtolum congregationem monachorum, vbi & Abbatem idoneam perſonam ordinans, ſtatuit vt ſedulas laudes in Eccleſia S. Petri perſoluant, ſicut & cætera tria monaſteria, vt duo monachi pro latere Deo noſtro canant laudes: quoniam ipſum monaſterium in magna deſidia, incuria, & negligentia poſitum erat, & nullum diuinum officium cultui ibidem exhibebatur.* Hæc ſunt quæ ſpectant ad baſilicam S. Petri diuerſis in locis in Hadriano apud Anaſtaſium recitata, ſuo ordine collocata: quod & fecimus in iis quæ pertinent ad alias Vrbis Eccleſias, de quibus ſingulis ex eodem auctore dicendum eſt, atque in primis de baſilica S. Pauli. ait enim:

De basilica S. Pauli.

Idem beatiſſimus Pontifex in Eccleſia beati Pauli Apoſtoli veſtiuit corpus eius Doctoris mundi (Confeſſionem ſcilicet vbi corpus eſt ipſius) *ex laminis argenteis penſantibus libras triginta, quas addidit idem ſanctiſſimus Præſul, quoniam argentum illud quod primitus erat, nimis confractum exiſtebat. Item fecit in eadem baſilica beati Pauli cortinam maiorem iuxta ianuas principales ex pallijs * quadrapli ad inſtar cortinæ quam in Eccleſia beati Petri fecit: Sed aliam cortinam maiorem fecit ex pallijs quadrapli, quæ pendet ſub arcu maiori ſub eodem altari. Etiam per diuerſos arcus eiuſdem Eccleſiæ ex pallijs quadrapli fecit vela numero ſeptuaginta. Atrium verò beati Pauli Eccleſiæ, quod anteà nimis deſolatum exiſtebat*

* quadruplis.

A *(nam ibi boues & caballi ingrediebantur ad pabulandum propter herbam quæ ibidem naſcebatur) inſpiratus à Deo idem ſummus Pontifex ex marmoribus pulchris ſternere fecit.* & rurſus inferiùs de eiuſdem baſilicæ aliis ornamentis.

XXII. ORNAMENTA BASILICÆ S. PAVLI.

Idem ſanctiſſimus Pontifex fecit in baſilica beati Pauli Apoſtoli ex laminis argenti imagines tres, quæ ponuntur ſuper rugas in introitu presbyterij, vnam quidem habẽtem depictum vultum Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in vtroq; latere imagines depictas habentes effigies Angelorum vigintiquatuor. & inferiùs: *In Eccleſia beati Pauli, ad inſtar eorum quæ fecerat in baſilica S. Petri fecit delphinos argenteos cum coronis penſantes libras centum octuaginta.* & poſt aliqua.

B *Fecit & in Confeſſione beati Pauli Apoſtoli ex auro puriſſimo imaginem in modum Euangeliorum,* ſeu Euangeliſtarum, *intus ſuper eiuſdem ſanctiſſimum corpus, pẽſantem libras viginti.* & poſt multa: *Hic idem eximius Papa altare beati Pauli Apoſtoli vnà cum eiuſdem Confeſſionis foribus auro mundo ſacras deſignans hiſtorias mirificè ornauit, penſante libras centum triginta.* Et paulò pòſt: *Hic ipſe almificus Præſul fecit in baſilica beati Pauli Apoſtoli patenam ex auro obrizo, & calicem, penſantes ſimul libras viginti.*

DE RESTAVRATIONE BASILICÆ.

De his verò quæ ſpectant ad reſtaurationem eiuſdem baſilicæ, idem auctor ex ordine quo ſunt facta ſcribeos hæc ſuperiùs habet: *Reſtaurauit baſilicam S. Pauli cernens ibidem exiſtentes trabes è priſcis tẽporibus iam ruituras fecit, ſicut ſuperiùs dictum eſt in* C *baſilica principis Apoſtolorum, cuncta diſponens per Ianuarium Veſtiarium ſuum cum multitudine populi. Sed & ipſe ter beatiſſimus Paſtor per ſemetipſum frequentans totã nouiter reſtaurauit, in qua & mutauit ibidẽ trabes maiores trigintaquinque, & per circuitũ eamdem baſilicã renouauit.* & poſt plurima: *Porticum verò quæ ducit ad beatum Apoſtolum à porta vnà cum Eccleſia S. Eupli vſq; ad prædictam Eccleſiam S. Pauli de nouo reſtaurauit.*

XXIII. DE DONIS OBLATIS BASILICÆ LATERANENSI.

De his verò quæ ſpectant ad baſilicam Lateranenſem idem auctor hæc habet: *In baſilica Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti iuxta Lateranas ſimiliter fecit veſtem de ſtauracio, ſed & cortinam maiorem ex pallijs * quadraplis; ſed & per diuerſos arcus vela ſerica numero quinquaginta ſeptẽ, omnia ex pallijs quadraplis, ſeu ſtau-* D *racinis.* Et poſt multa iſta ſubiicit: *In Eccleſia Saluatoris quæ vocatur Conſtantiniana fecit ante veſtibulũ altaris aureas tres gabathas penſantes libras decem.* & inferiùs: *In Eccleſia Conſtãtiniana fecit delphinos argenteos librarũ triginta.* Et rurſum, quod ad reſtauratioẽ ptinet: *Item & baſilicam Saluatoris, quæ Conſtantiniana vocatur iuxta Lateranenſe Patriarchium in ruinis poſitam nouiter reſtaurauit, & quadriporticum & fornices, ſicut in Eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, renouauit, in qua trabes maiores mutauit quindecim.*

* quadruplis.

DE PSALMODIA IBI CONSTITVTA.

Rurſum de his quæ ſpectant ad eiuſdẽ Eccleſiæ ſacrarum laudum functionem hæc ibidẽ habẽtur: *Hic idem beatiſſimus & Apoſtolicus vir cum diligentiſſima inquiſitione reperiſſet monaſterium Honorij Papæ in nimia deſolatione propter quorumdam negligentiam, diuinà inſpiratione motus, nouiter ædificauit, atq; ditauit, & Abbatem cum cæteris monachis regulariter ibidem vitam degẽtes ordinauit, & conſtituit eos, vt in baſilica Saluatoris, quæ Conſtantiniana dicta eſt, iuxta Lateranenſe Patriarchium poſita, officium celebrarent, hoc eſt, matutinam horam, Primam, Tertiam, Sextam, ſed & Nonam etiam & veſpertinam; & quidem ab vno choro monachi monaſterij ſancti Pancratij ibidẽ poſito; ab altero monachi monaſterij ſanctorum Andreæ & Bartholemæi, Honorij Papæ, quatenus pijs laudibus pariter pſallentes hymniſoris choris laus reſonarent cantus, reddentes Domino gloriã ac melos, perſæpiùs memorantes venerandi Pontificis nomen, ſcilicet in * tabula memoriale eius pangentes carminibus.* hæc de his ibi.

*

XXIV. AQVA CLAVDIA REVOCATA.

Sed & de reſtituta ab eodem Pontifice aqua Claudia in baſilicam Lateranenſem hæc habet: Dum verò Forma quæ Claudia vocatur per annorum ſpacia demolita eſſe videretur, vnde in balneis Lateranenſibus de ipſa aqua lauari ſolebat, & in baptiſterio Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in plures Eccleſias in die ſancto Paſcha decurrere ſolebat, & cùm modica aqua de prædicta Forma decurreret: proficiſcẽs præcipuus & coangelicus Præſul aggregans multitudinem populi à partibus Campaniæ, per ſemetipſum ad fabricandam & reſtaurandam eamdem Formam totis viribus properauit, & tantam curam & ſolicitudinẽ in eius Formæ fabrica exhibuit, & eam nouiter renouauit & reſtaurauit: atq; confeſtim ex eadem Forma aquam in præfata balnea, & intùs ciuitatem, ſicut antiquitùs, abundanter decurrere fecit. hæc ibi.

FORMA AQVÆ VIRGINIS RESTAVRATA.

Et poſt aliqua de Forma aquæ Virginis habet iſta: *Hic idem almiſſimus Præſul diuinâ inſpiratione repletus, & miſericordiæ motus Formã quæ Virginis appellatur, quæ per annorũ ſpacia demolita atq; ruinis plena exiſtebat, perſpiciens hic benigniſſimus & pius Paſtor, nouiter eam reſtaurauit, quæ in tantam abundantiam aqua profluxit, vt totam penè ciuitatem ſatiaret.* & de alia Forma Iouia nuncupata hæc ait: *Item ipſe ſanctiſſimus Præſul Formam quæ Iouia vocatur, quæ euolutis viginti annorum ſpacia confracta iacebat, à fundamentis reſtaurare fecit.*

XXV. DE BASILICA S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

C Iam verò quæ in baſilica Dei Genitricis Ad Præſepe dicta apud eumdẽ Anaſtaſium leguntur facta ab Hadriano Põtifice, hic reddamus: *In primis habet hæc de veſtibus altaris, velis atq; cortinis: In Eccleſia ſancta Dei Genitricis Ad præſepe fecit veſtes duas ſuper altare maius, vnam ex auro puriſſimo, atq; habentẽ Aſſumptionem S. Dei Genitricis, & aliam de ſtauracio ornatã in eis cum blattis. Fecit & in ea Eccleſia cortinas maiores ex pallijs * quadraplis ad ſimilitudinem earũ quas fecit in Eccleſia S. Petri, ſed & per diuerſos arcus eiuſdem baſilicæ vela fecit ex pallijs quadraplis numero quadraginta duo.* Et poſt multa: *In baſilica ſancta Dei Genitricis quæ eſt Ad præſepe, in altare ipſius præſepij fecit laminas ex auro puriſſimo hiſtorijs depictas penſantes libras centumquinque. Et intra* D *ſupra Confeſſionem tabulas duas ex argento penſantes libras quindecim.* Et paulò pòſt: *In baſilica beatæ Dei Genitricis Ad præſepe fecit delphinos argenteos per diuerſas coronas penſantes libras vigintiquatuor.*

* quadruplis

Sed & de his quæ ſpectant ad ſacrarum laudum functionem à monachis exhibendam idẽ hæc habet: *Monaſterium ſanctorum Hadriani atq; Laurentij, quod in ruinis marceſcebat, & à priſcis temporibus tamquam * crypta à ſæcularibus inhabitabatur: ipſe verè egregius Antiſtes à nouo reſtaurauit, & prædictorũ ſanctorũ videlicèt Hadriani atq; Laurentij nomine * ædificauit, in quo multa donauit tam in auro quàm in argento, ſeu agris atq; familijs, diuerſiſq; peculijs, & mobilibus. & conſtituit in baſilica Dei Genitricis Mariæ Ad præſepe, ſicut in cæteris monaſterijs ibidem conſtitutis, Deo diu noctuq; canentes ſolitas* E *dicere laudes.* Sed & de reparatione eiuſdẽ Eccleſiæ hæc inferiùs: *In baſilica ſancta Dei Genitricis Ad præſepe, poſuit trabes maiores numero viginti.*

* ſepta crypta

* dedicauit

XXVI. DE BASILICA S. LAVRENTII EXTRA MVROS.

In baſilica autem S. Laurentij hæc ab eodem Hadriano Pontifice facta eſſe narrantur. *Fecit in baſilica beati Laurentij Martyris, foris muros ſcilicèt, vbi ſanctũ corpus eius requieſcit, veſtẽ de ſtauracio & in eius Eccleſia maiori altari ſimiliter fecit veſtem. Sed & tectum eiuſdem beati Laurentij baſilicæ, quæ iam diſtecta erat, & trabes eius confracta, nouiter fecit.* Et poſt multa rurſum hæc habet: *Fecit idẽ præfatus Antiſtes in Cõfeſſione beati Laurentij Martyris foris murum, imaginem ex auro puriſſimo in modum Euangeliorum, eiuſdem beati Laurentij effigiem continentem.* ac rurſus inferiùs.

Similiter

Similiter & in Eccleſia beati Laurentij Martyris foris murum fecit ex auro puriſſimo patenam cum calice penſantem ſimul libras quindecim. item de porticu ſancti Laurentij. *Porticum quæ ducit ad ſanctum Laurentium foris murum, à porta vſque ad eamdem baſilicam de nouo conſtruxit, & ipſam baſilicā S. Laurentij reſtaurauit, immò & Eccleſiam ſancti Stephani iuxta eam ſitam, vbi corpus ſancti Leonis Epiſcopi & Confeſſoris requieſcit, ſimiliter vndique renouauit vna cum cœmeterio beatæ Cyriacæ & aſcenſum eius. Inſuper in dicta Eccleſia fecit vela ex pallijs ſericis viginti, linea viginti.*

XXVII. S. MARIÆ TITVLI CALLISTI ET S. MARIÆ AD MARTYRES.

Quæ autem fecerit in baſilica S. Mariæ Transtiberim, titulo Calliſti, hæc ab eodem auctore notantur diuerſis in locis, atque primùm: *Itemq; titulum ſanctæ Dei Genitricis ſemperq; Virginis Mariæ, quæ vocatur Calliſti Transtiberim, à nouo in integrum ex omni parte reſtaurauit.* Et inferiùs: *Fecit in ea caniſtra quinque argentea, penſantia ſimul libras quindecim.* Et de Eccleſia S. Mariæ Ad Martyres habet iſta: *In baſilica Dei Genitricis Ad Martyres ſimili modo fecit vela de pallijs ſericis numero viginti, & linea viginti.* Et inferiùs: *In Eccleſia S. Mariæ quæ Ad Martyres vocatur, renouauit ciborium de argento, quod ex vetuſtate conſumptum erat, & addidit in eo argenti libras ſexaginta, & in priſtinum erexit eum nouiter locum. Sed & arcum in eadem venerabili Eccleſia fecit de argento penſantem libras duodecim.*

ECCLES. S. MARCI.

De Eccleſia autem S. Marci hæc in eam ab eodē Pontifice collata idem auctor affirmat: *Eccleſia verò beati Marci, cuius tectū erat iam vetuſtate putridum, vicinum ruinæ, depoſitis vetuſtiſſimis trabibus, & alijs impoſitis nouiter, ipſum tectum atque porticus in circuitu fecit, eamq; Eccleſiam reſtaurauit. Arcus verò tres qui vetuſtiſſimi erant, addens ipſe Pontifex beatiſſimus libras argenti duodecim, nouiter fecit. Et in eadem Eccleſia ſuper altare maius fecit veſtem de ſtauracio ex pallijs quadraplis. Fecit & in ea vela numero vigintiſeptem, ſimiliter & cortinam ex ijſdem pallijs quadruplis ſub trabe fecit.* & inferiùs: *In præd cta baſilica S. Marci fecit alios arcus argenteos numero ſex, penſantes ſimul libras quinquagintaquinque, pariter & calices miniſteriales à Catholica procedentes ex auro puriſſimo reſtaurauit, penſantes libras nouem & ſemis.* & in fine: *In titulo beati Marci nutritoris ſui fecit patenam & calicem ex auro obrizo, penſantes pariter libras vndecim, & calices argenteos quatuor, penſantes libras duodecim.*

XXVIII. ECCLES. SS. APOSTOLORVM.

De baſilica verò SS. Apoſtolorum iſta habet: *Baſilica quoque Apoſtolorum in Via lata, porticus in circuitu renouauit, quas antea initiauerat eius prædeceſſor dominus Paulus Papa, & non compleuerat omnia: Deo propitio reparauit præfatus Pontifex ſimul & tectum. Sed & apſidem ipſius Eccleſiæ cernens iam ruinæ vicinā exiſtere, cancanis ferreis eamdem apſidem confirmare fecit, & ita eam renouauit. Fecit & veſtē in eadē Eccleſia ſuper altare maius de ſtauracio.* Et inferiùs: *Fecit in eadē baſilica vela de pallijs ſericis numero viginti, & linea viginti.* Et poſt iſta.

Item ter beatiſſimus Præſul in baſilica maiore, quæ appellatur ſanctæ Dei Genitricis, quæ eſt iuxta baſilicam beati Laurentij Martyris & Leuitæ, vbi corpus eius requieſcit foris muros huius ciuitatis Romanæ obtulit vela de ſtauracio, ſiue quadrupli numero quindecim.

S. PANCRATII MONASTERIVM.

De baſilica verò S. Pancratij hæc idem: *Simili modo fecit & in baſilica beati Pancratij Martyris, quæ eſt foris muros huius ciuitatis Romanæ, vela de ſtauracio ſeu Tyria numero trigintaocto.* & inferiùs: *Item in baſilica S. Pancratij monaſterium, vnà cum monaſterio S. Victoris, ibidem ſitum reparauit.*

S. VALENTINI ECCLES. S. LAVRENTII AD TAVRELLVM.

In baſilica autem beati Valentini, ſimili modo fecit veſtem de ſtauracio. & inferiùs: *Tectum verò baſilicæ beati Laurentij ad Taurellum dum nimis vetuſtiſſimum eſſet, omnes eius trabes nouas ibidem poſuit, eumq; reſtaurauit, ſimulq; & veſtem de quadraplo ſuper altare eiuſdem Eccleſiæ fecit & obtulit.*

XXIX. FELICIS IN PINCIIS.

Baſilicam verò beati Felicis poſitam in Pincijs, quæ in ruina erat, & tectum eius diſcoopertum exiſtebat, facto eodem tecto, nouiter ipſam Eccleſiam reparauit, & veſtem ſuper altare eius de quadraplo ſa iens, obtulit.

LAVRENTII IN DAMASO.

Renouauit etiam & tectum baſilicæ S. Laurentij quam Damaſi dicunt, vbi & veſtem ſuper altare eius de ſtauracio obtulit; ſimulq; & aliam veſtem poſt altare fecit, vbi requieſcit corpus S. Damaſi. & paulò pòſt.

PETRI ET MARCELLINI.

Cœmeterium item Petri & Marcellini via Lauicana iuxta baſilicam beatæ Helenæ renouauit, & tectum eius, id eſt, S. Tiburtij, & eorumdem SS. Petri & Marcellini nouiter fecit, quoniam nullus erat iam deſcenſus ad ipſa ſancta corpora.

S. HADRIANI.

Item in baſilica beati Hadriani fecit canoſtrata argentea penſantia libras duodecim, ſimul & laudanas duas ex argento penſantes libras octo, quas poſuit ſuper rugas presbyterij, vbi arcus de argento exiſtit. Fecit etiam & veſtes duas de ſtauracio, vnam ſuper altare beati Hadriani, & aliam ſuper altare S. Martinæ, ſed & vela de pallijs quadraplis numero quindecim in eadem Eccleſia fecit. & poſt multa.

XXX. SS. COSMÆ ET DAMIANI.

Idem egregius Præſul baſilicam beati Hadriani Martyris, & SS. Coſmæ & Damiani, quas de nouo reſtaurauit, diaconias cōſtituit, in quibus & multa bona fecit per ſuam ſempiternam memoriam, cōcedens eis agros, vineas, oliueta, ſeruos, & ancillas, & peculia diuerſa atq; res mobiles, vt de reditibus eorum crebris exactionibus diaconia proficientes, pauperes Chriſti reficerent. In præfata verò diaconia S. Hadriani obtulit ex argento caniſtra duodecim, amam vnam, ſcyphum vnum, patenam vnam, calicem vnum, amulam offertoriam vnam, penſantes omnes libras ſexagintaſeptem. Et de iiſdem diaconiis inferiùs: *Item & in baſilica beatorum Coſmæ & Damiani ſimiliter obtulit calicem & patenam de auro obrizo, penſantes omnes libras vndecim. Verùm etiam in diaconia ſancti Hadriani patenam & calicem ex auro mundo obtulit, penſantes item libras vndecim. Fecit & in diaconia S. Hadriani arcus argenteos duos penſantes libras viginti.* & de eadem: *Eidem altari veſtem de ſtauracio fecit, ſimul & cortinam ante baſilicam ex pallijs de quadraplis, necnō vela ex eiſdem quadraplis numero viginti, linea viginti.*

S. MARTINI.

Et in Eccleſia ſancti Martini fecit arcus argenteos tres penſantes libras triginta.

S. CLEMENTIS.

Tectum verò tituli beati Clementis, quod iam caſurum erat, poſitum in regione tertia reſtaurauit. Necnon in baſilicam beati Silueſtri Confeſſoris atque Pontificis ſitam in Orphea, quæ in ruinis poſita erat, & tectum eius dirutum erat, facto tecto, ipſam Eccleſiam renouauit. Et poſt aliqua.

S. IANVARII.

Tectum denique baſilicæ beati Ianuarij Martyris ad portam beati Laurentij Martyris & Leuitæ reſtaurauit.

ABDON ET SENNEN.

Item in cœmeterio beatorum Martyrum Abdon & Sennen foris portam Portuenſem, veſtem de ſtauracio fecit atq; obtulit. Et inferiùs: *Simulq; etiam baſilicam ſanctorum Abdon & Sennen, atque beatæ Candidæ, vnà cum cæteris Sanctorum cœmeterijs pariter renouauit.*

XXXI. S. PRISCÆ.

Tectum denique tituli S. Priſcæ quod iam caſurum erat, in ruinis poſitum nouiter fecit, vbi & veſtem de ſtauracio fecit. Et inferiùs.

S. STEPHANI.

In baſilica S. Stephani Protomartyris in Cœlio monte fecit vela de ſtauracio. ſeu Tyria numero viginti. Et poſt multa de eadem baſilica hæc addit: *Pariter & in baſilica beati primi Martyris Stephani ſita in Cœlio mōte, quæ per olitana tempora marcuerat, maximas deficiēs trabes, tam vaſtam molem baſilicæ porticu mirificè intrinſecus & extrinſecus renouauit.* Et rurſum.

S. APOLLINARIS.

In baſilica beati Apollinaris ſimili modo vela de octaplo numero decem, & linea decem fecit. Et inferiùs.

Digitized by Google

S. VALENTINI. *Item in baſilica beati Valentini Martyris, qua ſita eſt foris muros huius ciuitatis Romana ſimiliter fecit vela de ſtauracio, ſeu octaplo numero viginti duo, & linea viginti-duo.* & inferiùs.

S. SVSANNÆ. *Titulum beatæ Suſannæ Martyris inter duas domos ſitam iuxta ſanctum Quiriacum, cuius tectum iam caſurum erat, & in ruinis poſitum nouiter reſtaurauit. Similiter &* S. QVIRIACI *titulum beati Quiriaci Martyris, & Eccleſiam S. Laurentij ad Formoſam pariter reſtaurauit.* Sed & de alia Eccleſia S. Laurentij in Palatino ſita, & de monaſterio ibi poſito ita ſubiicit.

S. LAVRENTII IN PALATINO. *Itē hic almificus Præſul monaſterium S. Laurentij, quod in Palatinis deſertum reperit, nouiter reſtaurans & ditans, coniunxit cum alio monaſterio iuxta ipſum poſito S. Stephani, quod cognominatur Baganda, & ordinauit monachos, & conſtituit vt in titulo beati Marci Pontificis & Confeſſoris officio fungerentur, id eſt, Matutina hora, Prima, Tertia, Sexta, atq; Nona, & Veſpertina pſallerent pro requie animæ ſuæ.* & inferiùs.

XXXII. S. MARIÆ IN SCHOLA GRÆCA. *Diaconiam verò ſanctæ Dei Genitricis ſemperq; Virginis Mariæ Schola Græca, quæ appellatur Coſmedin dudum breuem in ædificijs exiſtentem ſub ruinis poſitam reſtaurauit: nam maximum monumentum de Tiburtino tufo ſuper eam dependens ſuper amnem Circi, plurimam multitudinem populi congregans, multamq; lignorum ſtruem incendens, demolitus eſt: ſimulque collectionem ruderum mundans, à fundamentis ædificans prædictam Eccleſiam vltrò citroq; ſpacioſè dilatans, treſq; apſides in ea conſtituens præcipuus Antiſtes, verè Coſmedin ampliſſimam à nouo reſtaurauit.* C

S. LAVRENTII IN LVCINA. *Pariterque reſtituit titulum beati Laurentij Martyris quem Lucinæ dicunt, ſeu Eccleſiam beati Martini ſitam iuxta titulum beati Silueſtri.*

S. AGAPITI. *Simili modo Eccleſiam beati Agapiti Martyris foris muros iuxta ſanctum Laurentium poſitam reparauit: quæ à priſcis temporibus marceſcens in ruinis defecerat: eam verò vnà cum porticibus idem Antiſtes feruens amore Dei è nouo miro decore reſtituit.*

S. SIXTI. S. EVSEBII. *Item titulum S. Sixti renouauit. Itemq; titulum S. Euſebij vndiq; renouauit.* & paulò pòſt.

BASILICA HIERVSALEM. *Verùm etiam baſilicam Hieruſalem quæ in Seſſoriano ſita eſt, in qua trabes olitanæ,* id eſt veteres, *marcuerant, mutans eas in omnibus reſtaurauit.* D

XXXIII. S. PETRI AD VINCVLA. *Pariter templum Apoſtoli, quod appellatur Eudoxiæ, ad Vincula totū reſtaurauit.* & inferiùs: *In titulo Eudoxiæ, videlicèt beati Petri Apoſtoli ad Vincula fecit cauſtra duodecim penſantia ſimul libras triginta ſex, & delphinos per diuerſas coronas triginta quinque penſantes libras octo.*

SS. RVFFINÆ ET SECVNDÆ. *Item baſilicam ſanctarum Ruffinæ & Secundæ, quæ ponitur in Epiſcopio Siluæ Candidæ, quæ olitana vetuſtate marcuerat, vnà cum baptiſterio, ſummo ſtudio renouauit.*

S. PETRI IN VIA APPIA. *Sed & baſilicam beati Petri ſitam in Via Appia in ſilice vltra ſanctum Thomam Apoſtolum non procul à trigeſimo, deſolatione & ruinis præuentam de nouo vnà cum baptiſterio reſtaurauit mole magnitudinis decorā.* & poſt

S. IOANNIS EVANGELIS. nonnulla: *Eccleſiam beati Ioannis Euangeliſtæ ſitam iuxta portam Latinam ruinis præuentam in omnibus renouauit.* E

SS. APOSTOLORVM. *Verùm etiam Eccleſiam Apoſtolorum foris portam Appiam milliario tertio, in loco qui appellatur Catacumbas, vbi corpus beati Sebaſtiani Martyris cum alijs requieſcit, à ruinis præuentam reſtaurauit.*

S. PVDENTIANÆ. *Item & titulum Pudentis, id eſt, Eccleſiam ſanctæ Pudentianæ in ruinis poſitam nouiter reparauit.*

S. THEODORI. *Sed & baſilicam ſancti Theodori ſitā intra Velum iuxta Domum cultam Sulpicianam reſtaurauit.*

S. PETRI. *Item baſilicam S. Petri poſitam in Maſſa Merulana per vetuſta tempora dirutam renouauit.* & inferiùs.

S. PETRONILLÆ. *Hic fecit in baſilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum* A *Apoſtolum arcus argenteos ſex penſantes libras quinquaginta.*

S. PRAXEDIS. *Titulum verò ſanctæ Praxedis ex parte ruentem reſtaurauit.*

XXXIV. S. EVGENIÆ. *Baſilicam S. Eugeniæ tam intus quàm foris de nouo reſtaurauit.* de qua baſilica rurſus inferiùs hæc habet: *Porrò in baſilica S. Eugeniæ vt iugiter illi Domino cantarent laudes, videlicèt horâ Primâ, Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Veſpertinâ, & Matutinâ. In qua & plura dona obtulit, id eſt agros, vineas, domos, ſeruos & ancillas cum diuerſis peculijs & cæteris mobilibus rebus.*

SS. GORDIANI ET EPIMACHI. *Simili modo baſilicam S. Gordiani atq; Epimachi, & cœmeterium eiuſdem Eccleſiæ renouauit.*

CŒMETERIA RESTAVRATA. *Cœmeterium ſanctorum Simplicij & Seruiliani atque* B *Quarti & Quinti Martyrum & beatæ Sophiæ vnà cum cœmeterio ſancti Tertullini foris portam Latinam renouauit.*

Necnon & Eccleſiam beatorum Tiburtij & Valeriani atq; Maximi renouauit.

Item baſilicam S. Zenonis vnà cum cœmeterio ſanctorū Vrbani Pontificis, Feliciſſimi & Agapiti atq; Ianuarij & Cyrini Martyrum foris portam Appiam vno cohærentes loco, renouauit.

Simili modo titulum ſancti Marcelli in Via lata ſitum de nouo reſtaurauit.

Baſilicam cœmeterij ſanctorum Martyrum Hermetis, Proti & Hyacinthi atque baſilicam miræ magnitudinis renouauit.

XXXV. C *Cœmeterium ſanctæ Felicitatis viâ Salariâ vnà cum Eccleſia ſancti Silani Martyris, & ſancti Bonifacij Confeſſoris atque Pontificis vno hærentes ſolo, mirâ magnitudine reſtaurauit.*

Baſilicam ſancti Saturnini in prædicta via Salaria poſitam vnà cum cœmeterio ſanctorum Chryſanti & Dariæ renouauit.

Atq; cœmeterium ſanctæ Hilariæ innouauit.

Item & cœmeterium Iordanorum, videlicèt ſanctorum Alexandri & Vitalis & Martialis & ſanctarum ſeptem virginum à nouo reſtaurauit.

Cœmeterium ſancti Silueſtri Confeſſoris atq; Pontificis aliorumq; multorum Sanctorum foris portam Portuenſem in ruinis poſitum reſtaurauit.

D *Similiter & ſanctorum Abdon & Sennen vnà cum cæteris Sanctorum cœmeterijs pariter renouauit.*

Eccleſiam beatæ Agnetis ſeu baſilicam beatæ Emerentianæ pariter & Eccleſiam ſancti Nicomedis ſitas foras portam Numentanam, ſimul & cœmeterium beati Hippolyti Martyris ſimiliter reſtaurauit. & inferiùs: *Sed & ſarta tecta tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum quæ in ruinis exiſtebant, trabes plures imponens reſtaurauit.* pariter inferiùs: *Eccleſiam ſanctæ Sabinæ ſitam in territorio Ferentiſſo de nouo reſtaurauit.* & paulò pòſt. *Item diaconiam ſanctorum Sergij & Bacchi reſtaurauit.* ſed quæ ſubiicit de Eccleſia S. Anaſtaſii videamus.

XXXVI. *Baſilicam verò beati Anaſtaſii Chriſti Martyris vnà cū baptiſterio & egumenarchio cæteriſq; ædificijs per incuriam monachorū in nocturno ſilentio exuſtam à fundamento vſque ſummum, cùm audiuit miſericordiſſimus Præſul:* E *valde diluculo velociter currens, reperit eam adhuc ardentem, & ſolummodò arcam eiuſdē Martyris erutam in media curte iacentem. Cætera verò ſanctuaria ſeu miniſteria tam in Eccleſia quàm in veſtiario ab ipſo igne conflagrata ſunt. Qui nimio mœrore affectus, vnà cum ſanctorum miniſtris certatim extinguere ignem curauit. Atq; confeſtim viribus totis à flamma ruinis erutam de nouo in meliorem ſtatum prædictam Eccleſiam cum veſtiario & egumenarchio & cæteris ædificijs renouauit atq; reſtaurauit. Et ampliùs in ea Eccleſia ſanctuaria atq; miniſteria & ornamenta maiora quam quæ ibi combuſta ſunt contulit.*

De diaconijs autem ab ipſo reſtitutis hæc ibidē

Digitized by Google

DE DIACONIIS RESTAVRATIS

leguntur: *Reſtituit diaconias tres foris portam beatorum Apoſtolorum principis, id eſt, vnam quidem ſancta & glorio a ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ Dominæ noſtræ quæ ſita eſt in atrio, aliam quæ ſita eſt foris portam beati Petri Apoſtoli in caput portici item nomine ſanctæ & intemeratæ dominæ noſtræ. necnõ aliam diaconiam, quæ appellatur S. Silueſtri iuxta Hoſpitale S. Gregorij. Quas ſupraſcriptas diaconias reſtaurauit & dona plurima mobilia & immobilia pro remedio animæ ſuæ obtulit; conſtituitq́; per vnamquamque hebdomadam quintâ feriâ cum * pſallentio vt à diaconia pauperes vſque ad balneum pergerent, & ibi per diſpenſationem eleemoſynas fieri.*

* cãtu pſalmorum

XXXVII. COLLATA S. PETRI BASILICÆ PRO ELEEMOSYNIS PAVPERVM.

Quod verò ſpectat ad eleemoſynas in pauperes erogandas, quænam harum cauſa idem obtulerit baſilicæ Vaticanæ, ita idem auctor docet de villis ab eo conſtructis, ex quibus annona pauperibus miniſtrari poſſet: ait enim: *Hic beatiſſimus Præſul fecit & cõſtituit noniter Domos cultas quatuor* (ita villas nominat) *vnam quidem quæ vocatur Capreorum, poſitam in territorio Vigentano, milliario ab Vrbe plus minus quintodecimo, atque primitus fundum ipſum Capreorum cum alijs pluribus fundis ei cohærentibus ex hereditaria parentum ſuorum ſucceſſione eius proprijs exiſtentibus, & aliquibus pluribus fundis caſalibus & maſſis, datâ iuſtâ compenſatione à diuerſis perſonis emptis, & eidem Domui cultæ additis coniunxit. Quam videlicèt Domum cultam * Capreorum cũ alijs maſſis, fundis, caſalibus, vineis, oliuetis, aquimolis,* ſeu molendinis, *& omnibus ei pertinentibus ſtatuit per priuilegium Apoſtolicum ſub magnis anathematis obligationibus vt in vſum fratrum noſtrorum Chriſti pauperum perenniter permaneat; & triticum & hordeũ quod annuè in locis eiuſdẽ Domus culta fuerit, diligenter in horrea ſanctæ noſtræ Eccleſiæ deferantur, & ſequeſtrata reponantur. Vinum etiam & diuerſa legumina, quæ in prædijs & locis eiuſdẽ antefatæ Domus cultæ annuè nata fuerint, ſimili modo curioſè in paracellario prænotatæ ſanctæ noſtræ Eccleſiæ deducantur & ſeparatim reponantur. Sed ex porcis qui annuè in caſalibus ſæpius dictæ Domus cultæ inglandati fuerint, capita centum exinde occidant, & in eodem paracellario reponantur. decernens eius ter beatitudo atq; promulgans ſub validiſſimis obligationibus, interdictionibus, vt omni die cẽtum fratres noſtri pauperes, etiam ſi plures fuerint, congregati in Lateranenſi patriarchio conſtituantur in portica quæ eſt iuxta ſcalam quæ aſcendit in patriarchium, vbi & ipſi pauperes depicti ſunt, & quinquaginta panes penſantes per vnumquemq; libras duas, ſimulque & decimatas vini duas, penſantes per vnamquamq; decimatam libras ſexaginta, & caldaria plena de pulmento. erogeturq́; omni die per manus vnius fideliſſimi paracellarij eorumdem pauperum, accipiẽs vnuſquiſque eorum portionem panis & portionem vini, id eſt, cuppam capientem calices duos, necnon & carnem de pulmento. ita videlicèt ſtatuens eius beatitudo promulgauit, vnà cum ſacerdotali collegio, vt in nullis alijs vtilitatibus fruges ex redditibus & diuerſa peculia anteſata Domus cultæ erogentur aut expendantur, niſi ſolummodò in proprijs ſubſidijs & quotidianis alimentis prædictorum fratrum noſtrorum Chriſti pauperum, quibus cuncta proficiant, & perenniter erogentur.*

* Capracorum

XXXIIX. *Alias verò tres Domos cultas, videlicèt Galeria poſita viâ Aureliâ, milliario ab Vrbe plus minus decimo ad ſanctam Ruffinam cum fundis & caſalibus, vineis, aquamolis, oliuetis & omnibus ei pertinentibus, reliquas verò duas, id eſt, aliam Galeriam poſitam in Portuenſi, milliario ab Vrbe plus minus duodecimo cum fundis & caſalibus vineis, aquamolis, ſeu monaſterium beati Laurentij poſitum in inſula Portus Romani cum vineis pertinentibus, ſimulque & lecticariam quæ vocatur Aſprula: verùm etiam aliam Domum cultam quæ vocatur Caluiſianum cum fundis & caſalibus, vineis & oliuetis, aquamolis & alijs omnibus ei pertinẽtibus poſita viâ Ardeatinâ milliaribus ab Vrbe plus minùs quindecim, quas videlicet tres Domos cultas, ſcilicèt Galeriam, Caluiſianam & aliam Galeriam ſtatuit eius beatitudo per Apoſtolicum priuilegium ſub validis anathematis obligationibus vt in vſu proprio & vtilitate ſanctæ noſtræ Eccleſiæ permaneant.*

Et inferiùs de Eccleſia erecta ab eodẽ in Capracoro villa iſta habet: Hic item *ſanctiſſimus Pontifex in Domo cultâ quæ Capracorũ appellatur, quã obtulit pro alimonijs pauperum beato Petro Apoſtolorum principi nutritori ſuo, à ſolo fundauit Eccleſiam, ſimulq́; ſpecioſè ornauit, & in nomine eiuſdem. Deo factori ſuo dicauit, recondens in ea reliquias ex veſtimẽtis Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eiuſdem Genitricis ſemperq́; Virginis Mariæ, atq; duodecim Apoſtolorum, & aliorum venerabilium Martyrum. In quam ſanctiſſimam Eccleſiam cum clero, Senatuq́; Romano pergens cum mira gloria & exultatione, ac pariter ouantes, & in pauperes Chriſti ibidem magnã conſuetam eleemoſynam faciens, tranſlatauit & introduxit in eã corpora ſanctorum Martyrum ſimulq́; Pontificum, videlicèt corpus S. Cornelij Martyris atq; Pontificis, pariterq́; S. Innocentij Confeſſoris atq; Pontificis, quos vt patronos in Domino almus ſacer Pontifex ob amorem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ in qua præſiderunt, ſicut decuit, honorauit.*

XXXIX. *Ad poſtremum de muris Vrbis collapſis & ab eo reſtitutis hæc ibidem leguntur. Ipſe verò à Deo protectus Præſul conſpiciens muros huius ciuitatis Romanæ per olitana tempora in ruinis poſitos, & per loca plures turres vſq; ad terram euerſas: per ſuum ſolemne ſtudium omnes ciuitates tã Tuſciæ quam Campaniæ congregans vnà cum populo Romano, ſiuiſq́; ſuburbanis, necnon & toto Eccleſiaſtico patrimonio, omnibus prædicans, diuidens ex ſumptibus, & dapibus Apoſtolicis totam Vrbem in circuitu reſtaurans, vniuerſa renouauit atq; decorauit.* habet ſuperiùs idem auctor expenſas eſſe in opus mille centum auri libras, ſecundùm veriorem lectionem. in fine verò: *Hic beatiſſimus Pontifex omnia vtiliter tam in eleemoſynis pauperum quàm in ornamentis Eccleſiarum perficiens, curſum conſummans, atq; Fidem Orthodoxam ſolertiſſimè ſeruans, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam requiem migrauit. Qui fecit ordinationes duas per menſem Martij creans presbyteros viginti quatuor, diaconos ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca numero centum octoginta quinque, & ſepultus eſt in baſilica B. Petri Apoſtoli ſeptimo Kalendas Ianuarij Indictione quartâ. Fuit autem temporibus Caroli Magni Regis.* hucuſque apud Anaſtaſium. Nõ prætermittendum quod vltimis Hadriani temporibus * Offa Rex Anglorum, reperto corpore S. Albani Martyris cum aliis reliquiis, Romam venit, vt probarentur ab Hadriano, priuilegiumq́ue acciperet pro monaſterio eius nomine Verolumij erigendo, vtq; ſuorum peccatorum remiſſionem à Chriſti Vicario conſequeretur. quibus omnibus acceptis, eſt reuerſus in Angliam.

* Matth. Vueſt. monaſt. an. 794.

XL. LEO PAPA TERTIVS CREATVR.

Poſt obitum verò Hadriani Pontificis neq; die integrâ Sedes ipſa vacauit, ſiquidem eâdem quâ obiit Hadrianus die creatus eſt eius ſucceſſor Leo, huius nominis tertius. de quo hæc apud eumdem Anaſtaſium legũtur: *Leo tertius natus eſt Romæ ex patre Aſuppio: qui à parua ætate in veſtiario patriarchij enutritus & educatus, in omnemq; Eccleſiaſticam diſciplinam ſpiritualiter educatus, tam in pſalterio, quam in ſacris, diuinis Scripturis pollẽs ſubdiaconus factus, in presbyterij honorẽ prouectus eſt. Erat enim vir caſtus, loquelâ facundus, & animo conſtans. Vbi inueniebat aliquẽ præcipuum monachum vel ſeruũ Dei, in colloquijs diuinis & orationibus cum eo penitùs vacare non ceſſabat. Et valdè, nimiſq; hilaris in eleemoſynis exiſtebat; verùm etiam & infirmorum maximus fuit viſitator, prædicans illis ſpiritualiter, vt eorũ animas eleemoſynis redimerent. Plures eius prædicationibus*

A *nibus annuentes, quicquid ille pro Chriſto commendabat, die noctuq; pauperibus erogabant: fructum animarum crebrò offerens ſalubriter Deo. Et dum taliter in ipſo Veſtiarij præcipuè docens ſplenderet, & eum ſolertiſſimam curam ipſe Veſtiarius diligeret: ab omnibus amantiſſimè diligebatur. Quapropter diuinâ inſpiratione, vnâ concordiâ, eâdem voluntate, à cunctis ſacerdotibus ſeu proceribus & omni clero, necnon ab Optimatibus, & cuncto Populo Romano, Dei nutu, in natali die beati Protomartyris Stephani electus eſt, & ſequenti die in natali S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in Sede Apoſtolica ordinatus eſt. Erat enim Eccleſiaſticarum rerum defenſor & contrariorum fortiſſimus expugnator, & mitiſſimus, & Eccleſiæ beneuolus & præclarus amator,* E *tardus ad iraſcendum & velox ad miſerandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam ſecundum merita tribuens, ſed pius ac miſericors à tempore ordinationis ſuæ omnibus ſtuduit iuſtitiam facere.* hæc ibi.

Leonis virtutes inſignes.

XLI. Probat quidem inſignem Leonis ſanctitatē ipſa omnium conſenſu electio quàm celerrimè facta, vtpote qui eximio virtutum fulgore mox omnium oculos in ſe conuertit, neque filij tenebrarum (ſi qui eſſent inter eos) auſi ſunt reſiſtendo tantam eius gloriam obſcurare. Electus planè à Deo, vt magna pateretur, ſicut de Paulo [a] dictum eſt ad Ananiam à Domino: *Oſtendam illi quanta eum oporteat pro nomine meo pati.* Electus pariter vt magna præſtaret, qui videlicèt Apoſtolicâ auctoritate Imperiū reſtitueret Occidētalibus oris, ſed de his fuſiùs D ſuo loco dicendum. Reiicitur verò quæ nulla ſubſiſtit firmitate fabella de Leone, quòd ſui exordio Pontificatus paſſus carnis incendium ob mulierem eius manum exoſculantem, eam ipſe ſibi præciderit, ſtatueritq; ne manus ſed pedes quis deberet oſculari Pontificis: cùm ante hęc tempora reperiatur moris fuiſſe oſculari pedes, manus numquā. multaq; alia cùm ſint quæ repugnent, prorſus ſit vt audiatur indigna.

[a] Act. 9.

Quod ad res pertinet Orientalis Imperij, hoc anno Conſtātinus ſine matre regnans iuuenili temeritate, ardore libidinis, abdicatâ iam Mariâ legitimâ coniuge, Theodotem cubiculariam ducens, Auguſtamq; coronans menſe Auguſto, nuptias in palatio ſancti Mennę celebrauit. hæc Theophanes anno hoc ipſo ſexto (vt ait) eiuſdem Imperatoris. apud quē corrigas, dum eiuſdem ſextus annus ſignatus Indictione primâ reperitur, cùm tertius ipſius Imperij annus ab eodem auctore ſuperiùs conſignetur notâ Indictionis primę, vt planè hic ſignandus ſit (vt ſuperiùs dictum eſt) Indictione tertiâ. hæc quidem in his quæ ad temporis notam ſpectant, ſuper quam omnis vertitur cardo hiſtoricæ veritatis. Porrò ex huiuſmodi Conſtantini Imperatoris ſcelere perpetrato, magnę ſunt in Eccleſia illa inter Catholicos conflatæ diſcordiæ, cùm pij adulatione alij probantibus nefarium ſcelus Imperatoris, alijs verò quibus Eccleſiaſtica diſciplina cordi erat illud ipſum magnoperè deteſtantibus, & exſecrationibus inſectātibus; cuius rei cauſâ & perſecutionem ab eodem Principe paſſi ſunt. Vt igitur rerum geſtarum ſeries omnibus legentibus pateat, primùm quæ de his breuiter Theophanes habet, in medium adducamus, qui ait:

Nuptiæ Conſt. Imp. cum Theodote Imperatrice dicta.

XLII. *Conſtantinus odio habens Mariam vxorem ſuam, ſummiſſione matris ſuæ Imperium appetentis, & (quod ab omnibus reprehenſibilis iudicaretur) affectantis, coëgit vt fieret monacha: quam cùm inſtruxiſſet, totondit menſe Ianuario. & Aprili menſe mouit exercitum aduerſus Arabes, & menſe Maio bellum iniens cum vno curſu ipſorum, in loco qui dicitur Anuſan, vicit, vertit, & hos inſequutus eſt vſque ad amnem. Et cùm veniſſet Epheſum, & apud Dei locum orationes feciſſet, commercium nundinarum quod centum eſſet auri librarum indulſit ad famulatum ſancti Ioannis Apoſtoli. Auguſto verò menſe coronauit Imperator Theodotem cubiculariam in Auguſtam & deſponſauit eam Imperator anno ſexto Imperij ſui* ſolus regnātis, *Indictione* * *primâ celebrauit Imperator nuptiarum principia in palatio ſancti Mennæ.* hæc de nuptiis, ſed & de diſſidia, de quibus idem auctor hoc eodē anno inferiùs habet his verbis:

Dimiſſa Maria aliam vxorem accipit Imperator.

** tertia*

Eodem quoq; anno Sacundionis Abbas abſcidit ſe à communione Taraſij Patriarchæ pro eo quòd Imperatorem receperit in communionem, & permiſerit eum tondere vxorem ſuam Mariam, & Ioſepho monacho & Abbati monaſterij, quod appellatur Cæſarata, coronare Theodotem præcipitè. Quod cùm didiciſſet Imperator, miſſo Bardanio Patricio & ſcholarum domeſtico, cum Ioanne Comite Obſequij Platonem introduxit in vrbē & retruſit in ecclēſiola in templo Principis militiæ, quod eſt in palatio, reliquosq; monachos eum à poſtibus eius percuſſos exilio relegauit apud Theſſalonicam, quibus auxiliabatur mater Imperatoris, tamquam quæ filio reſiſtebant, & eum confundebant. hæc Annales ex Theophane, & nihil præterea. Cæterùm ex Theodoro Studita luculentiſſimo huius temporis rerum geſtarū ſcriptore petenda ſunt multa, quæ ad deformem tragœdiam iſtam ſpectare noſcūtur, qui in primis in rebus geſtis S. Platonis iſta habet:

Plato abbas à Taraſio Patriarcha abſtinet.

XLIII. D *Tempus igitur quo præſidendi munus pater exercuerat, iam abſolutum, orationem deinceps ad id quod cælebyme eſt, conuertemus. Sed in mentem mihi venit ingemiſcere quæ vera ſunt dicere aggredientes quidem, ſed harum tamen rerum narrationem recuſantis eorum causâ qui ea fecerunt. Verùm cùm fieri non poſſit, vt aliter manifeſta fiant quæ occultari non debent (quamuis vbique ea vulgata ſint) veniam tamen ad eorum narrationem, non quòd velim his qui hæc egerūt obtrectare, ſed vt viri beatiſſimi virtutem monumentis litterarum conſignem. Væ tibi ciuitas (inquit [b] Salomon) cuius Rex iunior eſt: id quod à litteris diuinis olim audieram, nunc etiam expertus ſum: Conſtātinus Irenes filius, cuius quidem fides recta fuit, vita verò peruerſa ex imperij poteſtate, intemperantiæ velut ſtimulo quodam excitabatur.* C *Cùm enim pubeſcente ætate, nuper Imperium habere cœpiſſet, partim materna reuerentia & cuſtodia freno abiecto, partim diuinis legibus pro nihilo habitis, vxorem ſibi legitimè copulatam eiecit, & Herodis exemplo mœchus factus eſt.*

[b] Eccleſ. 10.

Sed quorſumnam hæc ſpectat hiſtoria? vt noſtrum hunc magiſtrum Platonem ſciatis, præcurſoris illius Ioannis imitatorem quodammodo fuiſſe intelligatis. Cùm enim omnes ferè iniquo illi facto aſſentirentur, ſolus hic (vt ita dicam) cum ſuis pueris, hoc eſt, diſcipulis, ſtabilis permanſit. Ob idq; quot & qualia per totum annum certamina eum ſubiiſſe putamus? Nam & minis, minæ minis addebantur, flagella, exilia, membrorum mutilationes proponebantur. Cùm verò nihil eorum, quæ Cæſar ipſe ſtudebat, perfici B *poſſet; verbo quidem alij perſequebantur, re autem verà Imperatoris manus illi infeſta erat. Noſtri monachi illos & litteras ad eum miſſas. Poſtremò cùm ea ipſa inania atque infirma deprehenſa eſſent, viro illo ſancto quod decebat faciente, & contrarias litteras mittente: tunc Imperatoris perſona detecta fuit, cùm non ampliùs ficta ſpecies locum habere potuiſſet. Rem quidem apertè oſtenderunt, quæ à duobus illis exercitus ducibus, ab eo velutì hoſtibus quibuſdam, ad monachos Chriſtianos, vbi diuinâ lege armatum, miſſu facta ſunt.*

Platonis certamen aduerſus Imp.

XLIV. *Paſtor igitur è medio ſublatus eſt & oues gregis diſperſa ſunt, alijs verberatis, alijs in exilium miſſis, alijs perſecutores fugientibus. Quodq; mirabilius eſt, regium edictum prohibebat ne quis eorum vmquam Dei causâ per, e. vt non*

paroban-

ADVERSVS PLATONIS MONACHOS PERSECVTIO.

patiebantur, alicubi reciperetur. Eiuſmodi edicto monaſteriorum præfecti obtemperauerunt. nec quotuſquiſque inuentus eſt qui virum illum accipere auſus fuerit. Interea, Chriſtus dormiebat ob eam quam ipſe nouit rationē, probans & explorans aliorum animum num firmior eſſet; aliorum verò inhumanitatem patiētiâ ſuâ flectens ad miſericordiam, & ad pœnitentiam prouocans. Ille igitur Chriſti athleta ſponte à proprijs membris abſcinditur, atque omninò ſolus relinquitur, animam pro ouibus ſuis exponens, verè bonus paſtor, vt in [a] *Euangelio dicitur.*

[a] Ioan. 10.

Idem ad Cæſarem Briareium anu ductus, coràm profitetur (audeo dicere velut præcurſor Domini Ioannes) niſi quod ille vltrò, hic ab alio ductus id fecit. O fortem illius viri mētem & animum, qui non Imperium formidauit, non minis ceſſit, non illecebris fractus eſt, cùm præſertim cognata illi eſſet fœmina, quæ Herodiadis mentem habebat: quinimmo intrepidâ oratione vſus, ac nihil veritus, id quod verum erat, confeſſus fuit: Non licet tibi (inquit [b] *præcurſor) vxorem habere Philippi fratris tui. His ſimilia & præcurſoris imitator dixit illi, qui Herodis erat ſimilis. Non iſte quidem fuit ſecuri percuſſus, quoniam noluit Cæſar ipſe Martyrem eum virum eſſe, qui animo & propoſito iam fuerat, & ijs quæ vixerat ante, ſe certaſſe, ſatis oſtenderat; ſed imprudens tamen Chriſti Confeſſorem eum eſſe probauit, cùm in cellula quadam, vt maleficum hominem, illum veritatis theſaurum concluſiſſet, clauibus alijs alias addens, ac cibum per foramen quoddam ei dari iubens, vt à nullo prorſus videri poſſet, qui à Deo ipſe videbatur.*

B

[b] Matt. 4. Marc. 6.

XLV. GRAVIA SVSTINET PLATO CVM SVIS.

Hæc vnà cum Cæſare agebant monaſteriorū præfecti quidam, quos pudet me nominatim proferre: quodque miſerabile eſt. Carcer erat monaſterium Imperatoris palatio adhærens, & eiuſmodi cuſtodiæ princeps erat is, qui adulteros coronauerat. Hei mihi (vt cum Propheta [c] *clamem) quoniam perijt vir Deum timens à terra, & qui recta faciat in hominibus non eſt! Quid dicam de illo, qui ſanctum virum cuſtodiendum ei tradidit; qui adulteros viros coniugauit? Quid de illo, qui mandato Imperatoris virum nullis rationibus reddendis obnoxium, tamquam reum conquiſiuit? Quid eos in medium afferam, quos Cæſar ipſos ſacrorum miniſtros inſignes in carcerem miſit ad perſuadendum iuſto illi viro, vt verbo tantum aſſentiretur ijs quæ fiebant, ſi à carcere dimitti vellet, & omnibus ſuis dominari? Quid denique illos proferam, qui ei valdè illudebant & obtrectabant tam conſanguinei quàm alieni, tam qui eodem, quàm qui diuerſo habitu induebantur? O rem abſurdiſſimam, immò verò, ô factum contra veritatem iniurioſum! Inſimulabant generoſum hominem adulterorum comprobatores quod mente deliraſſet; falſæ gloriæ ſtudioſum eſſe iactabant eum, qui pro Chriſti gloria certamen ſubierat; illi nimirum homines hæc dicebant, qui cùm ad Cæſaris voluntatem omnia loquerentur & facerent, à Deo ipſo Domino exciderant. Illius temporis calamitoſam inhumanitatem Chriſti cultor ferebat, veritatem ipſam ſolam propoſitam habens, & quæ veritatem defendenti retribuenda ſunt, ſecum cogitans. Itaque ærumnas illas ita tranſegit, vt ſi cum tranquillitate in aliquibus locis occultus requieſceret. Cuius enim viri ſtudium Deus eſt, eius religionem & in Deum caritatem nihil ſuperare poteſt.* hæc Theodorus Studita de certamine S. Platonis, quod anni vnius ſpacio perdurauit.

C

[c] Mich. 7.

D

E

XLVI. TARASIVS CONSTANTINOP. EPI. QVID IN HOC CERTAMINE.

Sed quæ in hoc certamine fuerunt Taraſij Patriarchæ partes, dicendæ ſunt. *Non ſic eum auerſatus eſt Plato, quod ipſe probauerit ſcelus Imperatoris: id quidem nequaquam accidit vnquam, neq; quod coronauerit Theodoten pellicem; nam & ab hoc longè longius remotus fuit. Probatur ipſe quidem de abiecta coniuge acerrimè redarguiſſe Imperatorem, & deteſtatum eſſe nouum contra leges ſacras initum coniugium, neque coronare vllo modo voluiſſe nouam pellicem ab ipſo Imperatore nominatam Auguſtam. Verùm eò quòd redargutum Imperatorem nequaquam ab Eccleſia ſeparaſſet, ſed cum illo communicaret, neque eum qui adulteram coronaſſet ab Eccleſia abſciſſet: idcircò ipſe Plato ab eius ſe communione abſtinuit. Cùm verò poſt obitum Imperatoris in ſuum monaſterium Plato reſtitutus fuiſſet (vt teſtatur idem qui ſuprà Theodorus Studita) idem Taraſius ſe apud Platonem purgans, cum eo eſt communione coniunctus.*

A

Grauis anguſtia premebat animum Patriarchæ, cùm vereretur ne nimis exaſperando animum Imperatoris, & ab Eccleſia remouendo, eum faceret Fidei Catholicæ deſertorem: adhuc recentia Eccleſiæ vulnera, & vix obducta erant per Concilium eius operâ celebratum Nicææ aduerſus Iconoclaſtas: adhuc vigebant hoſtes Eccleſiæ: erat ipſe adoleſcens animo mobilis & inſtabilis, & hæreticorum parentum mala propago, perfaciléq; vt leui flatu in hæreſim præceps impelleretur: hæc inquam, & alia huiuſmodi alto mētis conſilio verſans Taraſius, ſic errores redarguere voluit Imperatorem, vt tamen eum, licèt pœnâ illa dignum, noluerit ab Eccleſia ſeparare. Verùm tanti viri digna audi in hac pugna exantlata certamina. In rebus enim ab eo præclarè geſtis hæc ab eius temporis ſcriptore Ignatio monacho narrata leguntur his verbis, dum agit de Conſtantino Imp. ſolo, ſine matre Irene regnante.

TARASII CONSILIVM.

B

Is aggreditur infirmare leges, & quod à Domino dictum eſt in Euangelijs, patrocinio vtens ſua potentia. Et cùm ſtatuiſſet à ſua coniuge facere diuortium, & aliam in animo haberet extollere ad Imperij altitudinem iunctus, adornat facinus indignum ſuâ poteſtate. Id autem fuit, quod mortifera inſidia à coniuge Imperatrice ei parata dicuntur. Affirmabat autem id eſſe venenum, quod cum potu hauſtum, mortem ſimul attrahebat, quod quidem conabatur probare, & cuilibet perſuadere: putabat enim fieri non poſſe, vt fides ſibi non haberetur, cùm eſſet Imperator, & verba faceret apud eos qui ſubiecti erant eius Imperio. Nullus verò perſuadebatur, niſi qui gratificans Imperatori, propter gloriam in animum inducebat iuſto ius adimere. Poſtquàm autem, excitata fama, hoc tranſmiſit vſq; ad atria Eccleſiæ, & nefaria actio peruenit vſque ad aures pontificis: id eū reddidit valdè dubium & perplexum, dum apud ſe cogitat quomodo ſe armaret aduerſus hanc decertationem, & in ipſum Imperatorem rei bellicæ peritiſſimum, & fortiſſimū pugnatorem ex pharetra & arcu telum iacularetur, iam olim honoratus ſacerdotali horum omnium nuditate.

XLVII. FALSI PRÆTEXTVS IMPERATORIS FACIENDI DIVORTII CVM VXORE.

C

D

Cum autem hæc apud ſe magnus mente verſaret Taraſius, & pararet ſe ad congrediendum cum Imperatore, & decertandum armis ſacerdotalibus: ecce quidam ex ijs qui gerebant magiſtratus ab Imperatore inſtructus, nuntians quod factum & comparatum inaniter dicebatur veneficium, acceſſit ad gnomonem caſtitatis: cùmq; id quàm potuiſſet accuratiſſimè & ſubtiliſſimè contexuiſſet, omnia eſſe veriſſima, & quæ nullam admittant calumniam affirmabat; & vt conſentiret, vt Imperator poſſet venire ad ſecundum matrimonij contractum, inſtabat. Hæc cùm dixiſſet, expectabat, vt de his reſponſum acciperet.

INGENS SCELVS OBVOLVI QVERITVR IVSTITIA.

Cui cùm ex imo ſuſpiraſſet, & lachrymabiliter ſubriſiſſet ſanctus, reſpondit: Si hæc (vt tu dixiſti) cogitauit Imperator, & carnem diuinâ lege conglutinatam, & quæ vnà cum ipſo facta eſt, ſtatuit exſcindere: neſcio quemadmodū feret grauiſſimum quod in eum à Gentilibus inferendū eſt probrum; aut quemadmodum eius poteſtas gregem cog. ad temperantiam, & fornicationem puniet & adulteriū, cùm ipſe ſit tam turpium conuictus flagitiorum. Nam etiamſi dederimus fide digna eſſe, quæ à te adducuntur: & eſſet mulieris euidens maleficium; ſic etiam oporteret id cauere propter reuerentiam vocis Domini, quæ dicit [d]*: Qui dimittit vxorem ſuam præterquàm propter fornicationē, mœchatur. Quemnam autem Imperio excellentiorem ſibi ſocietate matrimonij voluit coniungere, quæ ad tantū proceſſit flagitium? Sed hoc ideò prætexitur, vt honorabiles nuptiæ & thorus immaculatus violetur: introducatur verò*

E

XLVIII. TARASIVS RESISTIT IMPERATORI.

[d] Matt. 5.

dedecus fornicarionis, & germanum ſemen fiat adulterinum, & alienet id quod eſt cognatum, introducto furtiuo & turpi concubitu. Hanc ergo à nobis, & ijs qui ſunt noſtri ſimiles accipe reſponſionem, & eam aperi ijs qui miſerunt: non enim cedemus ijs quæ à te iactantur: mortem potiùs & grauia ſubibimus ſupplicia, quàm in rebus eiuſmodi ei vllo modo velimus inſeruire. Audiat Imperator, nos huic improbabili conſilio non eſſe parituros.

IMP. ACCERSIT TARASIVM.

His verbis cœleſtibus attonitus is qui Imperatorijs ſeruiebat reſponſis: vultu tegens triſtitiam, venit quàm citiſſime ad eum qui miſerat, eorũ quæ ille ſperabat nihil quod ei eſſet cordi, omninò afferens. Poſtquam autem ſacroſancti paſtoris conſtantiam vidit Imperator quercu firmiorem eſſe, quæ ab impetu ventorum non concutitur: in admiratione habuit quod factum fuerat, timens ne inclyti patris B mens inflexibilis nullo ſtrepitu terreretur. Rurſus ergo mittens, iubet adeſſe ſanctum, credens ſi coràm affuiſſet, fore, vt ſe ſubmitteret poteſtatis auſteritati.

XLIX. TARASIVS VENIT AD IMP.

Cùm ergo veniſſet in Regiam, & ad ipſum Imperatorem, & cum eo de more conſediſſet habens ſecum ſenem illum Ioannem, quem cùm in Synodals verſaretur expoſitione, admonuit oratione fuiſſe Legatum diœceſis Orientalis; multisq́; ſalutaribus admonitionibus apud Imperatorẽ iſſet vſus princeps paſtorum, & non perſuaſiſſet; erat enim (vt in prouerbio eſt, hydram ſcindere) ipſum à lapſu liberare, qui iam ſuis inſtar volutabatur in fornicatione: impulſus enim ab impudentia, his verbis vſus eſt ad pontificẽ:

Ego quidem id quod iam pridem mihi accidit, ad veC ſtram retuli ſanctitatem. Nihil enim te volui celare, affectionem ac beneuolentiam patris in te iudicans: porrò autem nunc quoque per meam linguam Imperatoriam ſtatui clarius agere cauſam meam. Meo enim Imperio inſidiantẽ,

QVERELA IMPERATORIS ADVERSVS AVGVSTAM.

quæ non ex Deo mihi vnita fuerat, adiutricem, cùm lex apertè iubeat, quin ab ea poſſim diuertere, nemo contradicet. Nam cùm ſint manifeſta crimina, aut mors eam excipiet, aut (quod eſt benignius) per totam vitam aget pœnitentiam. Non enim ad quempiam ex vulgo erat tranſiturum, quod ab ea adornatum erat ſcelus, ſed ad germanum coniugem, & fideliſſimum Imperatorem & Gentibus terribilem, & ad vniuerſum orbem terræ peruaſurum erat maleficium. Quo quid eſſe potuerit periculoſius, & magis horribile? adeò vt ipſa deinceps ad nullam poſſit confugere D defenſionem: eſt enim priuata omni oratione, & quæ ipſam commendare poſſint probationibus, & quæ argumentorum, quæ vitari non poſſunt, habeant contra ſe veritatem ad perfectam condemnationem.

L.

De cætero autem vocat tempus, vt ipſa lethifera potionis venena aperiam, vt ſancta veſtra paternitas iam viderit ſceleris magnitudinem, id certum habens & exploratũ, non ampliùs dubitet, neque vllam expectet morã, aut temporis dilationem, ſed quamprimùm eam legibus ſubiiciat canonicis, & perſuadeat ei vitam eligere quietam ac monaſticam, ſi velit eam manere inter viuos. Nam cùm hoc maleficium mihi ſit poſitum ante oculos, fieri non poteſt, vt cum ea ſeruem ampliùs iura coniugij, aut amicè ampliùs cum ea coniungar, & fœdus ineam. Nocentem enim (vt dicit prouerbium) Deus quoque perſequitur.

E Innuit ergo, & allata ſunt vaſa vitrea cum liquore turbido curioſè cõpoſito ad falſam accuſationẽ. quæ ante faciẽ eius & magni patris ſtatuerunt qui aſſeuerabãt, quibus dicebat, coniugẽ vel mortẽ ei eſſe machinatam, vel mentis emotionẽ. Videns ergo magnus Taraſius, ijs quæ nequaquã conueniebant nexibus captum Imperatorem, & falſis labyrinthis iræ inuolutũ, vt euadere non poſſit, labi in peccati periculum: acerrimum zelum infigit in corde eius, ſic dicens:

LI. PVLCHRE ADMONET TARASIVS IMPERATOREM.

Ne moueas ô Imperator, arma ſurda aduerſus Dei leges, neq; propter horum tranſgreſſionem clanculum contra milites. Eſt enim Imperatoriæ poteſtatis indicium, omnia cũ libera facere conſcientia, & nihil tectum ac diſſimulatum mente agitare aduerſus eum qui dedit coronam, & maxiA mè euertendo diuinum eius mandatum & voluntatẽ. Neminem enim latet, nullum interceſſiſſe ſcelus ad ea quæ nũc nefariè ſtruuntur aduerſus Imperatricem, & qui eam volunt ſubiicere maleficorum veneficijs, & affirmant eam machinatam eſſe mortem maieſtati tuæ incomparabili. Quis enim (vt priùs dixi) gloriam ſpeciei iuuentutis comparari potuerit cũ tua pulchritudine, vt à fraude ineſcata tibi venenum præberet mulier cula, & ſe ab ea quæ eſt in te abduceret amicitiâ & germano ardore? Quiſnã apparet maiori gloriæ excellentiâ, quàm veſtri Imperij quadruplici purpurâ? quẽ oculis & nutibus pellectũ ſummæ veſtræ prætulit dignitati? Quis contra aduerſarios in tot prœlijs tam præclare ſe geſſit ſupra veſtrã plus quam Dauidicam fortitudinẽ, vt ab ipſa amaretur plus quã tua Imperatoria doB minatio: Non eſt, non eſt ita. Fuerunt hæc inuecta & excogitata, vt prætenderentur ad omne vitiũ propoſita, vt labẽ inurant ſceptro Imperij, parabolam in Gentibus, & commotionem capitis in populos vos ponere, grauiter vrgentia.

LII.

Propterea legitima iura veſtra coniugalis & Imperatoria vnionis non audemus diſſoluere, Dei legulatoris timentes ſententiam. Neque verbis quæ ſpectant ad accuſandam tuam coniugem credere ſuſtinemus, etiam ſi mille mortibus atque tormentis ſubiecti fuerimus, vt qui ſciamus diuturna inflammatione teneri tuam affectionem in muliercu-

EXCOMMVNICATIONIS COMMINATIO.

lam illam fornicatricem. Quis etiam hoc quoq; notum facimus corã Deo in primis honoranda tua purpura, quod intra cancellos inueniat a menſa, in qua ſacrificium magnæ hoſtiæ Chriſti venerabiliter peragitur, non ſinemus amC pliùs nobiſcum ingredi veſtram potentiam: ne nos quoque audiamus, quod in execrationibus iam olim dicitur ad ſacerdotes [a]: Calcare atrium meum non adiicietis.

[a] Ezec. 44.

Hæc Taraſius, qui primi Paſtoris Chriſti oues regebat ſpiritualiter, cùm coram Imperatore pronuntiaſſet in cordis contritione, orationem concluſit ſilentio. Prædictus autem Ioannes cùm ipſe quoque ad Imperatorem multis vſus eſſet admonitionibus, ſuſtinuit maximos fluctus ignominiæ ab ijs qui Præturæ dignitate gloriabantur & honore Patriciatus; qui etiam minabãtur, ſe enſem adacturos per inteſtina ſenis, vt qui Imperatoriæ poteſtati verba expueret contraria, & non citò acquieſceret voluntati Imperatoris. Cùm autem firmam ac ſtabilem manere vtriuſque ſententiam Imperator his verbis ſenſiſſet; & minus feruente irâ D ſuccenſus ſciens ſe non poſſe contra hæc dicere, iuſſit eos à ſe expelli, victores ſine vulneribus & Martyres quod ad ſe attinet proclamans corona redimitos. Quid hoc abeſt à [b] Ioan. miraculo? Ille enim Herodem, qui poſt mortem fratris ſui ſponſa inſano amore tenebatur arguit: hic autem cum adhuc eſſet ſuperſtes vxor Imperatoris, & cùm ea ornata eſſet Imperij diademate, & deinde expulſa eſſet, non ferendum eſſe ratus quod factum fuerat: ſuit conuenienter [c] Pſalmographo ad matutinum acutiſſima reprehenſio: etiamſi cribro (vt dicitur) aquam hauſerit, & acinum inflarit, cùm ſaucia eſſet & perflueret mens Imperatoris.

[b] Matt. 14.

[c] Pſal. 100.

LIII. TARASIVS INVICTVS PERMANET.

Etenim cùm ſtatim eam quæ ſibi matrimonij iure coniuncta erat, à ſe amandaſſet, & ab Imperatoria aula alienaſſet, & priuato habitu & loco eam circumſcripſiſſet, à E tempeſtate & caliginoſo illo ſalo, quod ſubierat, animo, deſluit per ſeparationem à germano ſuo membro. Cùm verò volutaretur in cœno introducti illius concubitus, & maxima vi ei illata, crebrò Pontificem incitaſſet, vt eius vertici contexeret coronam tenebroſi illius & occulti contractus: non fuit quod volebat aſſequutus: De cætero autem huc obibat quærens ſacerdotem qui coronam cõtexeret, vt turpem illum celebraret hymenæum. Et de Imperatoris quidem infirmando præcepto, recuſatione, & diuini patris forti ac generoſa conſtantia hactenus. neque enim fas eſt res illius vlteriùs mandare monumentis litterarum, quæ ijs qui audiunt nullam afferunt vtilitatem.

Hoc autem oportet cõmemorare, quod à tempore illius lapſus Imperator magnũ oppreſſit Taraſium multis tenta-

tionibus,

A *tionibus, ei adhibens cuſtodes, qui nomine quidem vſi ſunt Syncellorum, moribus vero longè aberãt à pietate: quos niſi aſſumpſiſſet, & niſi per eorum oculos tranſiiſſet, non licebat cuiquam ad diuinum & ſapientem paſtorem principẽ accedere, & ea quæ videbantur eloqui. Taceo quantã Imperator oſtenderit crudelitatẽ in eos qui illi appropinquabant & eum obſeruabant germanâ ſeruitute, plagis affligens & condemnans exilijs nulla iuſta de cauſa, ſtudens eũ deijcere de cura rerum diuinarum, & tentans eum afficere triſtitia: ille autem forti & conſtanti excelſoq. & infracto animo ea quæ accidebant tanquam quæ erant vtilia reputans, graues illos Præfectos, tanquam* [a] *Ægyptiacos operum exactores ſuſtinuit, & in omni tentatione & labore ſe promptum eſſe oſtendit, adamantinâ Iobi ratiocinatione tanquam armis munitus, & illius inexpugnabilem imitatus patientiam; adeò vt ignaue verbum inſipientiæ è labijs ſuis numquam emitteret. Neque enim habebat humilem & abiectum animum vir ille iuſtus in ijs quæ accidebant; ſed virtutibus ſublimem & excelſum, & pontificalibus canonibus & legibus pulchrè erectum, & planè expertem omnis limoſæ nequitiæ.* hucuſque de rebus Taraſij cum Imper. Ignatius monachus horum inſpector.

[a] Exod. 5.

LIV. His conſentientia Michaël monachus rerum ipſe quoque ſui temporis ſcriptor in rebus geſtis illius Theodori Studitæ magni pro Fide Catholica & Eccleſiaſticis legibus aduerſus hæreticos & ſceleratos Principes agoniſtæ, de quo iam dicturi ſumus; ſed quæ primum de Taraſio Patriarcha habet hic deſcribamus: *Neque enim*, inquit, *vel Patriarcha ipſe,* C *quantum in eo erat, aut factum id approbabat, aut non abſurdum illud & alienum ab Eccleſia iudicabat, aut Patrum ærumnis non compatiebatur. Sed ſapiens quoddam conſilium & altâ mente quale eius fuit, dignum agitans: non habuit tum vlciſcendi auctores facultatem, temporis iniuriâ quæ vellet agere, non permittente. Quamobrem Regina ipſa vtriuſque prudentiam amplectens & magnoperè collaudans ſummam vtriuſque virtutem, & vtili diuidi tando intelligentiam, boni conſulebat: Quod Patriarcha quidem de ſummo iure nonnihil remittens, veſanum Imperatorem à grauiori malo reuocaſſet, minantem iam ſe, maiorum exemplo ſacrarum imaginum hoſtem fore, niſi quod animo conceperat, peragere ſineretur: Pater autem,* D Theodorus videlicèt, *flagitium propalàm arguendo, & acri reprehenſione atq. obiurgatione longiùs progredi prohibendo, tum eos qui peccarant, tum eos qui ſimile aliquid moliebantur, omnes affectibus ſuis non intemperanter vti edocuiſſet. Prorſus autem & relaxare interdum aliquid in iudicio, bonum eſt, & exactum ius non præterire, vtiliſſimum; vnum in finem vtrumque ſpectans, vt quod melius eſt, id pro re nata præſtetur. Quod nimirum diuini ambo ratiocinantes, altiore quàm captus noſter fuerat, conſilio præſentia adminiſtrabant, ita vt caritatis vinculum nullâ ratione ſoluerent, quo coniuncti ſemper fuerant, & diuino inter ſe Spiritu colligati. Quod nos rectè nobis debemus, & opportunè de his quæ opportunè geſta ſunt, iudicare, & propoſitum vtrique finem laudemus & amplectamur, & eos qui aliter ſentiunt, vel affecti ſunt, de ſententia dimoueamus.* hæc de his Michaël in Theodoro Studita.

TARASII CONSILIVM COMMENDATVM.

LV. Sed res admiratione planè digna, quod cùm eoſdem conflictus idem ipſe Theodorus recenſet, omnia Platoni tribuit, certamen atque victoriam; cùm tamen vel ſaltem præfecturæ ratione, ipſum Theodorum oportuerit aduerſus hoſtes progredi anteſignanum. Quæ igitur ipſe modeſtiæ causâ de ſe tacuit, Michaël diſcipulus ſpectator rerum ita deſcribit: *Sed iam tempus admonet, vt ad ſtrenui athletæ certamina tranſeamus, quo eius animi robur, & in aduerſis patientia magis eluceat. Per id ergo tempus Conſtantinus piæ Irenes filius audacium & proiectorum hominũ collectâ manu, & quem iuuenilis ætatis impetus agebant, &* A *matrem Regno pellens, eius Imperium occupauit, & ſummâ vitæ licentiâ, indomiti & effrenati equi more, totum ſe dedidit voluptati. His ad cætera quæ perpetrauit, nihil flagitij intentatum relinquens, legitimâ coniuge eiectâ, & ad monachalem habitum vi compulsâ, alteram duxit Theodotem nomine, & genere (vt ferunt) patri propinquã, quam in Auguſtæ thorũ induxit, fornicationem auſus infelix & fornicationem peſſimam ac penitùs deteſtandam.*

THEODORI STVDITÆ CERTAMEN ADVERSVS CONSTANTINVM IMP.

LVI. *Quæ cernens Patriarcha Taraſius, nec manus illis imponere voluit, nec vllâ prorſus ratione factum approbauit; quis cuique nefariam eſſe hanc coniunctionem & ſacris legibus vetitam ſciebat. At repertus eſt presbyter quidam, Ioſeph nomine, gradu verò œconomus Eccleſiæ, qui plus illo ſapiens, diuinaq. omnia contemnens, illicitarum nuptiarum* B *(quod minimè debuit) lenonem ſe præſtitit, initiatoremq. & conciliatorem coniugij, obſequentem ſe per omnia Imperatori præbens, vir fide ſeruus æquè ac voluntate. Quamquã ille haud multò pòſt temeritatis ſuæ pœnam ſenſit, ſacris templi ſeptis ob ea quæ confidens ingeſſerat exturbatus. Fuit autem ea res peſſimi exempli, viamq. multis ad grauia quæq. aperuit non ſolum in regia, alijſq. ciuitatibus, verum etiam in remotis regionibus. ſic Boſphori, ſic Gothiæ, ſic reliqui prouinciarum Duces, quique aliqua cum poteſtate præerant ciuitatibus, impunè flagitia committebant, vxoribus partim eiectis, partim nouis inductis, impuraſq. animi libidines, eius qui viam oſtenderat exemplo & patrocinio defendebant.*

NEQVISSIMVS IOSEPH NEFARIAS BENEDICIT NVPTIAS.

LVII. *Quibus cognitis, magnus Theodorus incredibili dolore* C *tactus angebatur animo, grauiter ingemiſcens, & talium hominum ſortem miſerans, qui tanto ſcelere tam multi ſe obſtrinxiſſent: Id reformidans vehementer, ne ad omnes tandem permanaret malum, & in legem abiret flagitium, auctoris ſui viribus & potentiâ ſubnixum. Quare omnes animo cogitationes verſans, omneſq. coercendi mali rationes circumſpiciens, rem ſuſcepit digniſſimam ſua virtute. Imperatorem qui peccarat, in omnium oculis excommunicat, in ipſum eiuſque factum inuehitur, ipſumque omnibus monachis lapſum denuntiat.* Quod autem audis Theodorum Archimandritam excommunicaſſe Imperatorem, non ſic accipias, vt quæ ſunt Epiſcoporum ſibi vſurparet iura, ſed ob flagitium eum à Deo ſeparatum exclamaret, indignumque quo cum quis ſuorum communicaret, denũtians ſcilicèt ſuis mo- D nachis Imperatorem ob ſcelus à Deo ſeiunctum & ab Eccleſiaſtica communicatione ob facinus ſeparatum, ne quis cum eo vt publicè peccante aliquo ſymbolo communionis Eccleſiaſticæ iungeretur. ſed pergit auctor.

THEODORVS PRONVNTIAT EXCOMMVNICATVM IMPERATOREM.

LVIII. *Cum vti fama diuulgata ipſius quoque Imperatoris aures attigit; qui tametſi acerrimâ irâ exarſerat, ſerenitatis tamen ſpeciem induendam ſibi exiſtimauit, vt remiſiſſe animum placatuſque videretur. Cum enim ſanctum virum timeret, vt qui primas in omnium animis teneret, ſuã ſtatim acerbitatem prodere non placuit, ſed ipſum potiùs blãdè aggredi, ſi quâ forſitan ratione demereri queat: ſic enim facile cæteris potiturum, ſi hunc vnicum deuinceret. Stultè* E *id ille prorſus & valdè abſurdè coniectans, attamen omnia ſecum agitabat, atque omnes machinas fruſtra parans, vitiumq. animi & vitia patefaciens. Quin & coniugem ipſam ad captandum ſanctum virum ſubmiſit: quæ viri cõſilijs parens multo illum auro, muneribuſque tentare adorta eſt; & quod precum omnium vim haberet, generis propinquitatem oppoſuit (erat enim Theodote ipſi Theodoro ſanguine coniuncta.) Poſtquàm verò irrita hæc omnia animaduertit, manente nihilominùs firmo ac ſtabili, aliud mox promptus mali artifex conſilium excogitat.*

THEODORVS FRVSTRA TENTATVR.

Proficiſcitur ipſemet ad ea loca, in quibus ſanctus habitabat, ſpecie quidem repentini alicuius vrgentiſque illic negotij, reuera autem, vt in patris congreſſum veniret, eumq. ſibi adiungeret, quorum alios quoque habiturus erat cum

MONACHI OMNES VITANT COLLOQVIVM IMPERATORIS.

A ipſo iam animo ſalſaq; coniunctos. Verum vbi nec pater ipſe nec alius quiſpiam ex ſocijs repertus eſt, qui ad Imperatorem propiùs accederet, vel cum eo colloqueretur, vel vſitatam ſalutationem impertiret: tunc ille irâ incenſus ardentiore celeriter rediit ad palatium, accitóq; vno ex domeſticis, qui ſcholarum ordines regebat, flagellis cædi ſanctum iubet, & ſimul è monachis eos qui conſtantiores narat, firmioreſq; in ſententia perſiſtere.

LIX. THEODORVS CVM SVIS FLAGELLATVS EXVLAT.

Ille autem qui gratificari & placere cuperet imperanti, nullâ ſanctorum nec reuerentiâ nec miſericordiâ motus, atrociter eos flagellauit, vt carnes paſſim diſſecarentur, & ſanguinis riui diffluerent. ſic porrò vexatos, verberibuſque conciſos Theſſalonicam extemplo relegat, & addixit, prout fuerat imperatum. Vndecim numero erant cum patre vincti, qui cum eo certaminis ſocietatem coëuntes, dura omnia
B ſereno & alacri animo perferebant. verùm exilium contigit anno ſequenti, dicemus de eo ſuo loco fuſiùs. pergit verò auctor.

Cæterùm quid boni attulerit hæc ſanctorum concertatio, perſpicuum multis poſtmodum euaſit. Etenim Cherſoneſi ac Boſphori ſacerdotes & monachi & quotquot per vicinas circum oras atque inſulas populos regebant, ea quæ ſanctis acciderant audientes, & quemadmodum magnus Theodorus intrepido animo nefariæ libidini ſe oppoſuiſſet: æmulantur & ipſi beatum virum, eiuſq; exemplum ſequẽtes, Imperatorem excommunicatum pronũtiant, & à ſorte ſua alienum, nullis illius vel minis cedentes, vel muneribus animum emollientes. Vtriſque ſiquidem eorum conſtãtiam impius explorauit: & cùm flecti poſſe diffideret: patrijs
C tandem finibus exulare iuſſit, hoc nimirùm ſpectans, vt bonis omnibus remotis, nequitiam ſuam latiùs nullo reclamante propagaret. Quid ergo inde conſecutum eſt? fiduciã ſumpſerunt plurimi, & pro veritate adeò fortiter loqui cœperunt, vt terrorem inijcerent ijs qui talia facere audebant, vel auſi iam fuerant, atque ita paulatim minui ac reprimi malũ cœpit, dãnata palam eius turpitudine, multiſq; in eorum ſenſibus venientibus quæ incautè commiſerant. Quo illuſtrior apud omnes & clarior diuini patris fama facta eſt; qui ne tot quidem ærumnis afflictus egregium conatum remiſit, tum alios plures ad ſceleris vltionem excitans, tum exules litteris ſuis confirmans, ne laboribus ſuccumberent, ſed viriles potiùs animos demonſtrarent.

ALII MONACHI ET SACERDOTES IMITANTVR THEODORVM.

LX. THEODORVS SCRIBIT AD ROM. PONT.

D Miſit etiam ad Romanæ Vrbis Antiſtitem epiſtolas & tabellarios, et quæ geſta fuerant indicans, & quæ ab Imperatoribus pertulerat, cùm illorum refrænare vellet intemperantiam. A quo reſponſa viciſſim accepit, quibus ipſius prudentiam & conſtantem atque inuictum animum diuinis laudibus efferebat. Sed quoniam Rex ferus incidit in mala (ſicut ait Propheta) & via eius tenebroſa, hoc ipſum ſenſit impudens Conſtantinus, & pœnas iniquitatis ſuæ æquiſſimas perſoluit, Imperio breui orbatus, atque ante Imperium oculis, vt quibus videns improbè vſus erat, eorum lumine priuaretur. planè accidit miſero ſecundùm illud ſacrorum Prouerbiorum [a]: Qui expellit mulierem bonam: expellit bonum. Qui autem tenet adulteram: ſtultus eſt & impius. Quanta poſt hæc illi mala? ſed de
E his pluribus ſuo loco inferiùs agendum.

[a] Prou. 18.

Optaſſemus Theodori epiſtolam ſcriptã ad Romanum Pontificem hîc tibi reddere: ſed quæſitam diu inter multiplices eiuſdem Theodori epiſtolas, quæ in diuerſis bibliothecis Romæ extant, hactenùs inuenire minimè cõceſſum eſt. Sed loco ipſius duas hîc reddemus eiuſdem eodem argumento cõſcriptas, alteram ad Stephanum à ſecretis, alteram ad Nicephorum conſobrinum eumdemq; Præfectum. Aulicorũ enim & aliorũ Imperatori adulantium illa erat aduerſus Theodorum & alios accuſatio, ſiue querela, quod nõ niſi ob læſam Catholicam Fidem communicationem Catholicam licere dirumpere, deq; his corâm egerat cum Theo-
A doro idem Stephanus: poſtquam concertationem idem Theodorus ad ipſum iſtam reſcripſit epiſtolam, quæ apud ipſum in codice Columnenſis bibliothecæ numeratur ordine quinta, atque ſic ſe habet.

LXI. EPISTOLA THEODORI AD STEPHANVM.

Heſternâ die cùm glorioſâ præſentiâ tuâ frueremur, poſt alia quædam colloquia, quorum causâ huc veneras, deuenimus tandem ad ſcripturæ quæſtiones. & in ambigua habentes diſputatione, re infectâ, digreſſi ſumus. Et nos quidem, domine, rudes & ignari, ſapientia tua minimè pares ſumus. Ne tamen eorum quæ dici debent, ſilentio nobis iudicium accerſamus (Arguendo enim, ait [b], argues proximum tuum, & non habebis ſuper illo peccatum, maximè cum ſapientem [c] arguentes magis diligamur) neceſſarium duximus, congruentia tibi commemorare. Tu, domine mi
B (vt compendio dicam) interrogationes multas, reſponſioneſque prætidens, hæc dixiſti: Non debere Antiſtitem qui gregi præeſt, extra Fidei cauſam, ſi quid in alijs Domini mandatis vel imprudẽns vel ſpõte ſuâ faciat quod vetitum ſit, ab vllo admoneri. Nobis contra affirmantibus, omninò debere, ſed ab ijs qui inter alios ſapientiâ & prudentiâ eminent. Vndenam verò dicti huius abſurditatem tibi oſtendemus? Primùm quidem ex veteri Teſtamento. Quid enim de Daniele cenſes [d]? Num ſeniores, quamuis nondum eâ ætate, quæ legitimam loquendi libertatem daret, in diuina Suſannæ condemnatione præuaricantes, non ſolùm admonens, verùm etiam condemnans, laudatus eſt, an non? Deinde non animaduertis Ioab [e] in populi enumeratione, cùm in Dei tentationem res vergeret, ſupplicantem, obteſtan-
C tem, perſuadere Dauidi conantem, ne id faceret? nota enim tibi eſt hiſtoria. Me verò mouet & Ietro [f] magnum Moſem admonens & exhortans non ſic regere populum, hominemque rudimentis quodammodo inſtituens, traducenſq; ad conſilium ſuum. & quidnam ipſe? Alienigena, etſi ſocer. cui loquens? ei qui omnia ex diuina relatione agebat. Atq; hæc quidem pauca, ne longiores ſimus. tranſeundum eſt ad nouum Teſtamentum ſcilicet.

[b] Leuit. 19. [c] Prou. 9. [d] Dan. 13. [e] 2. Reg. 24. [f] Exod. 18.

LXII.

Reuereamur, ſi placet, glorioſiſſime, clariſſimi orbis terræ præconis edictum [g]: Si poſtremò reuelatum fuerit, primus ſileat. non ſicut obiicit caritas tua, de fide ſola. Et quod me propemodum fugiebat: Magnus præco veritatis Ioannes [h] Herodem reprehendit. quæſo reſponde mihi. Sed explodat (vt video) & deridebor, quod æquiparem me Prophetæ.
D Abſit. non ita eſt, optime. Hæc verò (inquit [i]) ſcripta ſunt ad correctionem noſtram. Et iterum Paulus [k]) Imitatores mei eſtote, ſicut & ego CHRISTI. Qui autem fieri poteſt, vt rectè quis ſentiat, agens peruerſè, diuino Iacob [l] affirmante, ex operibus oſtendi fidem, & ijs qui circa vnum aberrent, neque alterum ineſſe? Tot igitur & tanta cum ſint teſtimonia, non puto habere nobilitatem tuam quid contradicat. Sic autem: mittat impari amicitia noſtra ſolutiones propoſitionum noſtrarum, tum clariores contrarias oppoſitiones eorum quæ aſtruo. Vtinam verò ſuppetant, & nos ſilebimus, veniamq; contentionis noſtræ, quamuis cum zelo coniunctæ, poſtulabimus. Reprehendere enim tantummodò, facile eſt, & cuilibet volenti promptum, vt legiſti; ſuam verò ſententiam ſacræ ſcriptu-
E ræ teſtimonijs confirmatam inducere, hominis eſt ſanæ mentis ac iudicij. Ne ergo in immenſum creſcat epiſtola, finem hîc faciemus, adiectis quoque Magni Baſilij ſententijs ad pleniorem demonſtrationem. Saluus ſis cum tota familia, domine dilectiſſime, vtrumque bene valens. Nos enim caritatis tuæ bonum & ſcribentes & non ſcribentes cupimus retinere. ſubijciuntur ijs in codice loca S. Baſilij, quibus quæ dicta ſunt confirmantur, quæ breuitatis cauſa prætermittimus.

[g] 1. Cor. 14. [h] Matt. 14. [i] 1. Cor. 10. [k] 1. Cor. 11. [l] Iaco. 2.

LXIII.

In ea autem, quam ad Nicephorum conſobrinum ſuum, eundemq; præpoſitum epiſtolam [m] ſcripſit, poſt alia verſatur in eo tantum argumento, vt demonſtret perperam factum ab Imperatore dimittendo vxorem & aliã ducendo contra Apoſtoli

[m] Theod. ep. 4. ex Co. Columnen.

Pauli præceptum & ſanctorum Patrum doctrinam [b]: ait enim poſt alia.

[b] *Theod. ibi.*

Quod ergo à me indocto diſcere voluiſti: ſit penitus habet, vt dictum eſt à domino diacono. Neque id nos temerè aſſirmauimus, aut locuti ſumus: ſed inueſtigandis & perſcrutandis ſacris litteris confirmati & corroborati, ijſque etiam interrogatis, quos conueniebat. Et profectò ex veritate eſt. diuinâ lege manifeſtè vetante, non per Paulum Apoſtolum modò, ſed per alios etiam Theologos Patres, qui hoc ipſum diiudicant & declarant & conſentiunt cum Apoſtolico mandato. Et quorſum ego ampliùs abſurdè diſſimulabo, ac non potius retraham me ipſum, & ſubducam ab ijs qui infelicem animam meam opprimunt?

LXIV. *Quantum porrò eſt periculū, cùm Patrum ſummus vociferetur, & dicat: Si quid ſit præter mandatum aut mandato officiens, nequaquam ferendum eſt, quamuis promiſſionem vitæ, quamuis mortis minas habeat? Mitto dicere quàm multa alia ſint ſententiæ, quæ nos vel minimum à mandato diſcedere prohibent, cùm Magni iterum Baſilij edictum habeamus: Quod omnia prorſus per Euangelium & Apoſtolos à Domino tradita, ſeruanda ſint. Hæc ego tibi vt patri & amico patefacere non dubitaui, quandoquidem nos (vt teſtis eſt cordium inſpector Deus) neque prædicamus; non enim præminentes ſumus; neque odia profitemur. Sed & Imperatorem ipſum, Regemq; piiſſimum in pectore gerimus, caritate & ſanguine mihi coniunctos omnes, cùm neceſſariorum ſtudioſus ſim, vt ipſi noſtis; & mentionem eius facimus etiam in diuina liturgia, & pro illo precamur priuatim ac publicè: Et Eccleſiæ communionis participes ſumus. Abſit vt ab ea vnquam ſeparemur. Ignoſcite mihi ſoli peccatori. delegi hunc mihi angulum, vt defleam peccata mea, & miſcear cum mundo. Quodnam hoc crimen eſt? Concede hoc mihi, dilectiſſime conſobrine, potes enim, ſat ſcio, vt quietus hic agam, ab omnibus quoad licet ſegregatus. Et acri ſolertiâ tuâ obliqua dirige; & aſpera complana, paciſque noſtræ conciliator eſto, & quietis adiutor. Vt ſi quid hinc nobis commodi extet, iuſtè atque ex ratione diſpenſetur.* hæc Theodorus, cuius verbis etiam intelligas quo ſenſu ſit accipiendum quod dicunt ab eo excommunicatum fuiſſe Conſtantinum Imperatorem, non more Eccleſiaſtico, vt communione precum priuatarum vel publicarum priuaret illum. Vel quod ſe ipſum Theodorus ſeparauerit, & ab Eccleſia, quod omninò factum negat, ſed negauerit Imperatori communis vitæ vſum; cuius rei causâ (vt ait) latebat in angulo. Porrò conſobrinus Theodori Nicephorus & alij affines; quod ex huiuſmodi matrimonio Imperatoris cum Theodote ipſorum propinqua iam Auguſta creata contrahere magnum ſperarent emolumentum: in Theodorum iſta nihili facientem ſed aduerſantem commouebantur. At de his modò ſatis.

Hoc eodem anno, vt habetur ex Theophane, Ioannes præficitur Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

LXV.
QVÆ HOC ANNO GESSERINT PROSPERA CAROLO.

Quòd verò ſpectat ad res Occidentales, hoc ipſo anno Carolus Magnus deſertores Chriſtianæ religionis Saxones rebellantes, cum exercitu aduerſus eos profectus coërcuit. Vbi dum manet, excipit Legatos Hunnorum ſiue Auarum Regis Theodonis ſiue Thuduini, qui ſe cum ſuis ſubiceret Carolo, ſpondens etiam Fidem Chriſtianam omnes ſuſcepturos. Addit his hæc Ado Vienneſis: *Thuduin Princeps Auarum ad pium Carolum Regem ſe contulit: & cum populo ſuo credens, baptizatus, muneribus regijs donatus, fidelis rediit.* Sed id in annum ſequentem reijcit alij, defeciſſeque eum à Chriſtiana Fide ſuſcepta confirmant.

Bellum verò aduerſus Hunnos ſiue Auares per Henricum Ducem Foroiulienſem geſtum, teſtatur Ado. *per eumq; debellatos, atque auri theſauris ſpoliatos, quos (idem inquit) pio Regi Carolo poſtmodum miſit. Et ille Deo gratias referens, ad Memoriam ſanctorum Apoſtolorum partem inde miſit, partem officialibus Regis, & Eccleſiis alijs diſtribuit.* hæc Ado.

CAROLVS CVMVLAT DONIS BASILICAM S. PETRI.

LXVI. Conuerſos verò poſt hæc Hunnos ad Chriſtianam Fidem, ab eiſque primam erectam Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, produnt Annales Hungarici. Oblationem verò Caroli ex theſauro Hunnorum ad baſilicam ſancti Petri Romam miſſam; in annum ſequentem reiciont.

Sed & hoc ipſo anno primum Epiſcopum datum Paderburnenſi Eccleſiæ in Saxonia * Harimarum, Saxonem hominem, diſcipulum S. Burchardi, virum ſanctitate clarum, produnt [b] Annales Saxonum. Verùm qui proſecutus eſt res Saxonum, & ipſe Saxo antiquior ſcriptor res S. Liborij proſequutus, non hoc anno, ſed longè poſteà, paucos ante annos obitus ipſius Caroli Magni, factū eſſe teſtatur.

* Hathumarum
[b] *Crant. hi. Eccl. Sax. li. 1. c. 11.*

IESV CHRISTI
Annus 796.

LEONIS PAP. III. Annus 1. CONSTANT. SOLIVS IMP. Annus 7.

I.
PERSECVTIO CONST. IMP. ADVERSVS MONACHOS.

QVI ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus nonageſimus ſextus Indictione quartâ ſignatur, cuius initio ab Imperatore Conſtantino decernitur exilium Theodoro Studitæ, & alijs ſanctis monachis, à quibus iuſtiſſimè (vt par erat) redargutus eſſet, quod dimiſſâ legitimâ coniuge, aliam præter ius faſq; ſibi matrimonio copulaſſet. Scribit ipſe Theodorus ad Platonem de ſuo exilio epiſtolam tertiam ordine poſitam in antiquo codice Columnenſis bibliothecæ, ex qua hic deſcribamus ea quæ ad rem ſpectare videntur. Incipit ipſa: *Profluunt mihi lachrymæ ante verba &c.* Quibos declarat lætitiam quam acceperat ex eiuſdē Platonis litteris. Et poſt alia: *Et quoniam diſtinctè narrare me iubes ab illa die, quâ luctuoſam ſeparationem ſuſtinuimus, totum iter noſtrum, tum quæ in eo nobis contigerunt: equidem impar ſum; aggrediar tamen impigrè quod iubes. Illo ergo die quo abiiſti tu quidem, pater, ad mortem tuâ voluntate: miſſi & nos in exilium ſumus, obuijs (vt res tulit) iumentis ſubuecti. Et primum quidem, tanquam harum rerum rudes atque inexperti, nonnihil animo conſternati ſumus. Appulimus enim ad pagos quoſdam, ſpectaculum facti omnis hominum ſexûs & ætatis: vbi tumultu clamoribuſque impletæ nobis aures fuerunt, cùm ſoluerent, & ſubſiſterent ad comparanda victui neceſſaria, qui nos ducebant. Poſtquam aſſuefacti tandem fuimus faciliùs & leniùs ferre cœpimus aduerſa. Omnium porrò maximè nos angebat patris & domini diaconi infirmitas. atque hoc modo triſtes & exhauſti iter confecimus.*

THEODORVS STVDITA CVM SVIS EXVLAT.

II.
THEODORI EXVLANTIS ITER RELEGITVR.

Manſiones autem hæ fuerunt, à Cathara ad Libiana, inde ad Leucas, tum Phyranum. quo in loco lugubre quiddā nobis accidit. Cùm enim ex improuiſo ſe obtuliſſent nonnem ex primarijs fratribus, omnium inſtar diſperſarum, circumſederunt nos flentes & ſordida noſtra conſpicientes. At ductor noſter nec aliqui eos ſinebat. Ita miſerum in modum aſpectantes mutuò, & Vale dicentes, cum lachrymis tandem diuulſi & ſeparati fuimus. Deinde Paulam ducti, inuenimus venerandam ſororem tuam cum domina Sabba, & clam venimus in conſpectum; totamq; noctem congruo ſermone duximus: tum inuicem tanquam morti addictos ſalutantes, diſceſſimus cum gemitu & eiulatione. Ac tunc videre erat conuulſa pectora & fatiſcentia, cum decenter victa cederet natura. Ex hoc loco digreſſi ſubſtitimus in Lupadio, vbi peramanter ab hoſpite habiti fuimus

balneoq; vſi propter vibices: nonnullis enim pene inſanabiles eaſ eruerunt ex itineris agitatione. Et diuertimus Tilin. Illic ergo aſſecutus nos Abbas Zacharias cum Pionio. præ animi ardore nobiſcum venire cupiebant, ſed permiſſum id eis non fuit. Inde Alceriz imus, tum ad Anagegrammenos, deinde Perperinam, atque illinc Parium, cum Epiſcopis communicantes, & de iureiurando modeſtè admonentes. Poſt hæc Horeum, inde Lampſacum, vbi Heracleotas nacti, triduo hæſimus nauigare non valentes.

III. NAVIGATIO THEODORI EXVLANTIS.

Deinde ſoluentes appulimus Abydum, à Præſide humaniter excepti; cùmque ibi vſque ad Sabbatum octo dierum ſpacio manſiſſemus, vela fecimus ad Eleuntes, vbi hebdomadem commorati, quod nauigari non poſſet, ſecunda vento flante, peruenimus in Lemnum nouem horarum velificatione. Orationem hic moratur pietas Epiſcopi, qui me (ſi quis alius) benignè ſuſcepit, conſolatus eſt, & viatico inſtruxit. Inde ergo ſoluta naui, non ſine metu, propter ſæuiſſimam gentem, in aduerſam oram, valido ſpirante Boreâ, tranſmiſimus, cētum quinquaginta milliũ pelagus duodecim horis emenſi, appulimus Canaſtrum in finibus Theſſalonicæ, deinde Palinam Sinui contiguam. Tum ad portum, ex quo in animalibus iterum ſedentes, in vrbem ingreſſi ſumus Sabbato die feſto Annuntiationis, horâ tertiâ. Qualis verò ingreſſus? neque hoc præterire fas eſt.

PERVENIT THEODORVS AD LOCVM EXILII.

Præmiſſum à Præfecto vnus ex primoribus cum militum manu, ad Orientalem portam expectabat. Et appropinquantibus nobis, occurrerunt rectâ acie, ſilentio, & clauſis poſt ingreſſum noſtrum portis, per forum nos duxerunt celebri pompâ, in oculis eorum qui ad ſpectaculum accurrerant, perduxeruntque ad Præſidem. O præclarum virum! placidum enim vultum nobis exhibens, cum proſtratus ſalutaſſet, miti nos ſermone affatus eſt, miſitq; ad Archiepiſcopum, precibus ante fuſis in S. Sophia. Vbi ergo in oratorio ſuo precatus eſt ſanctiſſimus, excepit nos, & opiporè tractauit, conſentaneis verbis alloquens, tum balneo, cibiſque reficiens ac reſtituens. Poſtridiè mane abducti ſumus, & per ſpeciem quaſi ad S. Demetrij precum cauſa duceremur: ſeparauerunt nos omnes, orantes mutuo & Vale dicentes. Nos verò fratres duas, cùm in hunc, in quo nunc dego, locum perduxiſſent, ſeiunxerunt, flebiliter amplectentes mutuò, adeò vt ſpectantium nonnullis miſericordiâ commouerentur. Sic ſe habent res noſtræ, pater, & ego vitam hic ago luctuoſam & lamentabilem, &c.

IV. Porrò non his tantum cruciabatur Theodorus, ſed maximoperè eum angebat cura ſuorum quos reliquerat: quorum muniendorum cauſâ ſanctus Plato monuit ipſum, vt hortatorias litteras ad ſe ipſum daret, quibus reliqui commoneri potuiſſent, ne timore vel blanditijs à cœptis aliquando deſiſterent, & Imperatori aſſentirentur. Præſtitit id egregiè Theodorus, ad eundem Platonem eo argumento epiſtolam verbis iſtis conſcribens:

Platoni patri ſpirituali Theodorus [a].

[a] *Theo epiſt. 1 ex Co Columnenſi.*

Quibus verbis te affabimur, pater dulciſſime, ſanctis viſceribus tuis orbati? Quid læti aut iucundi loquemur? neque enim luctuoſa & triſtia, quaſi acerbè ferentes hoc quod exilium exiſtimatur, quod nos a te didicimus non agnoſcere, vt qui incolæ ſimus vniuerſæ terræ; ſed illud ſolum, quo quis a Deo per cuiuslibet eius mandati præuaricationem excidit, longèq; proijcitur. Quapropter gaudemus ſanè, & lætamur, quod qui omnis indigni cœlo & terra ſimus: tecum tamen ſpirituali patre noſtro digni habiti ſumus qui pro eius mandato hæc pateremur, tuaq; ſecundùm carnem conſuetudine priuaremur. Cæteroqui enim nobiſcum ſemper es, pater, in oculis atque ore omnium noſtrum. Ecqui aliter viuere poſſimus, niſi à te ſanctarum precum præſidio tegimur, & à malo ſeruemur innoxij? Seorſim abiuncti ac ſegregati omnes ſumus, ſalui tamen omnes atque integri ac ſtabiles permanſimus. Et quamquam parua quædam incommoda in via pertulimus, nonnullis noſtrum etiam morbo affectis: ille nihilominus qui dixit: Reſpicite volatilia cœli & lilia agri, qui minime fallit in promiſſis ſuis, incolumes nos tandem præter ſpem noſtram huc perduxit, ad ærumnæ noſtræ commiſerationem incolarum corda inflectens, ſed potiſſimum Archiepiſcopi.

V. *Reliqua vera vna eſt cura noſtris, & aſſidua meditatio, cum prolixis precibus & immeritis, vt ipſe corroboreris, pater deſiderabiliſſime, & in inſtituta pro veritate Dei confeſſione fixus atque immobilis maneas, nihil trepidans aut animum conturbans ad eorum inſultus, qui certaminum gloriam, quæ pro pietate cum diuina gratia obiiſti, euertere conantur. Sparſa enim vbique fama eſt, omneſq; propemodum homines ſtupore compleuit, & carnis ſalutis erexit in Chriſtianis, infamiam auferens ex ordine monachorum. Atque hoc, ſcio, vnuſquiſque fatebitur compos rectæ mentis, viuere Chriſtum in nobis & regnare, eique obedire nos magis quam hominibus, quos creauit, vt non contemnatur ſed glorificetur ab eis. Omnia ergo tibi perſpecta ſunt: ſin quid facto opus: commonitione noſtrâ non eges, verumtamen hæc ita nos ſcribere præcepiſti. Quare noli hominem timere, pater, aut hominum vexationes. Noſti ſanctos, cùm vmbram & ſomnium hæc ducerent, admirabiles cœlo, terræq; extitiſſe. Modicum quæſo laboremus: modicum adhuc ſuſtineamus, & egregium curſum conſummabimus. Iam corona texitur, merces æterna præparatur, & cœleſtis Regis amicus, Sanctorumq; particeps vocabere, & apud homines Confeſſor. Sic, ſic, oro atque obteſtor pater. Tu viſcera mea. eſto nobis fortitudo, patientia, conſtantia. Imo enim pater, ſi ſteteris, nos imbecilles filij tui valentiores pares reddemur, & viriles animos capiemus, caſus omnes pariter feremus, Dei virtute ac precibus tuis: à Deo ſiquidem eſt hic receſſus, ſic approbante omnino res noſtras, viresq; ſuppeditante.*

HORTATIO THEODORI AD S. PLATONEM EFFICAX.

VI. *Facundiam eorum qui te à veritate dimouere conantur, haudquaquam formides, pater. Simplex ſermo. Ait enim vſpiam S. Epiph. in oratione ſua de Paſchate, qualis ſit homo, præter ea quæ in diuinis litteris ſcripta ſunt; confingens ex corde loquitur & enarrat mandata hominum: Et de his ipſis Apoſtoli verba producens: Licet* [b] *inquit, Angelus de cælo ſit, Anathema ſit. Quæ autem numero illud canimus* [c]*: Sacerdotes mei contempſerunt legem meam & polluerunt ſanctuaria mea? Quod Propheta dictum vſurpans Theologus in magno Apologetico hæc addit: Profana & ſacra non diſtinguebant, ſed omnia illis communia erant. Quam multa ſunt alia, ſiquis audire velit: Deſinant ergo qui falſis ſermonibus peruertunt Dei veritatem, ſibique ipſis attendant. Nos enim, cum perſpicuum ſit mandatum, & ignem æternum præuaricantibus minetur, nequaquam cedemus humanis terroribus, aut ſupplicijs, per ſuſcepta pro veritate certamina. Quin ſi ſanguinem profundere opus ſit, lubentes atque hilares profundemus. Deo nos per ſanctas preces tuas corroborante.*

[b] *Gal. 1.*

[c] *Ezec. 22.*

Viriliter age, & tu domine frater Euthymi, bonum certa certamen, ne deſeramus nos lux mea, & viſcera mea ne pro exiguo & breui lætitia fructu beatam vitam amittamus, ne præſentium rerum iucunditate capiaris, neue ad tribulationes ſuccumbas, frater, noli terga dare. Gauiſus eſt Chriſtus, videns te ſua cauſa flagellatum. Caue illum contriſtes, dilecte mi, vel collætantes Angelos. vel dominum Patrem, vel quæ nos Spiritu ſancto enixa eſt, venerandam matrem, vel fratres tuos omnes, meque præcipuè, quem amare te dicis. Tres ſumus carne fratres, ſimus & ſpiritu, ne violemus ſacrum & diuinum numerum. Exponamus nos ipſos pro Dei mandato ad ſupplicium, vt in æternum viuamus.

HORTATVR EVTHYMIVM FRATREM.

VII. *Quod ſupereſt, ſoliciti etiam, pater, ſumus de reliquis fratribus noſtris dulciſſimis, quàm rectè illos Dominus direxerit. Hoc enim peccatores oramus, vt ipſe illorũ curator ſit, diſpenſator & ductor, prout ipſe nouit, & vult, res illorum adminiſtrans. Reuerâ enim vberes lacrymas pro illis*

fundimus, ſemper in oculis noſtris illorũ vultus verſantur, dum eorum preces implor amus ſubſidio negligentia noſtra. Verùmtamen tu pro omnibus precare, pater, vt patientiam adipiſcamur, felicitatem, præſidium a Deo, & auxilium aduerſus diaboli tentationes, & quod Deo placuerit, vt te in carne aut alios fratres noſtros videamus. Fiat, Fiat. Quæſiuimus, & audiuimus, ex nobis ſalutare dulcem fratrem noſtrum ſi tecum eſt, aut ſi quis alius fratrum noſtrorum, quiſquis erit, cui nuntiabis. Salutat mecum ſanctam animam tuã dominus diaconus, & pater noſter, egregius frater meus & filius tuus œconomus, cæteri honorandi fratres & deſiderandi. Ora pro nobis, pater, enixè & inceſſanter. hucuſque Theodori ad Platonem epiſtola. Cui & aliam addidit haud abſimilis argumenti, cum reſponſum ad priores litteras nondum accepiſſet. eſt ipſius exordium eiuſmodi: *Iam iterum ſcribo ad Dominũ & patrem meum: nec ſcio an litteras meas acceperis*, &c. Sic Theodorus, qui ſuo exemplo alios docuit, quid Deo gratum facere deberent, eoſdem ſuis litteris continet in officio. Protectus ipſe à Deo, quouſque in ſacrarum legum contemptorem Imperatorem Deus vlciſceretur, ſecundùm illud Dauidicum: [a] *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea.* Quod perficere haud diu moratus eſt.

[a] *Pſal. 93.*

VIII. CONSTANTINVS IMP. EXCÆCATVR.

Hoc ſiquidem anno à matre Irene Conſtantino Imperatori parantur inſidiæ, quibus tandem ſequenti anno tentus, orbatus oculis ac ſimul vitâ fuit. Scelus planè execrandum, niſi (quod multi excuſant) iuſtitiæ eã zelus ad id faciendũ excitâſſet, quo nomine eadem poſt hęc meruit commendari. At non fuit matris iuſſio vt iſta pateretur, ſed vt teneretur, nec ampliùs imperaret, tamquam ſi è manu furioſi gladium auferret. Docuit CHRISTVS verbis ſuis ſummæ pietatis genus eſſe in hoc aduerſus filium eſſe crudelem, ipſo dicente: [b] *Qui diligit filium ſuum plus quàm me, non eſt me dignus. Non veni pacem mittere, ſed gladium, veni ſeparare filium à matre.* Cùm iam olim DEI præcepto iuſtæ ſint armatæ manus parentum in filios abeuntes poſt deos alienos, illiſque necatis, qui hoc fecerunt Moyſis ore laudati ita dicentis: [c] *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio & patre ſuo*, quos occiderunt, *vt detur nobis benedictio.* Plurimùm quidem intereſt quo quis aliquid animo agat. Si enim regnandi cupidine Irene in filium molita eſſet inſidias, deteſtabilior Agrippinâ Neronis matre fuiſſet, cùm illa ſuæ quoque vitæ diſpendio filium imperare maluiſſet: nam illa fatidico prædicenti, fore, vt ſi imperaret, matrem occideret, reſpondiſſe fertur: *Occidat, modo imperet.* Contrà verò quod iſta religionis causâ, amore iuſtitiæ in filium perpetrata credantur, ab Orientalibus nonnullis qui facto aderant, viris ſanctiſſimis eadem poſt hæc meruit præconio celebrari, vt ſuis locis dicturi ſumus. Modò autem exordium magnæ tragœdiæ, ſeriem rei geſtæ anni huius à Theophane narratam ſic accipe.

[b] *Matt. 10.*

[c] *Exod. 32.*

IX. MATER FILIO MOLITVR INSIDIAS.

Anno ſeptimo Imperij ſui, menſe verè Septembri, ingreſſus eſt Imperator cum matre ſua, vt caliſeros apud Pruſum (erant ibi balnea ad opus parata) *Octobri verò menſe natus eſt Imperatori filius, quem cognominauit Leonem. Quod cum cognouiſſet Imperator, derelictâ matre apud Thermas vnà cum ordine regio vniuerſo, atq; Principibus, curſim in vrbem regreſſus eſt. Quapropter huius mater ſpacio reperto, allocuta eſt & ſubtraxit muneribus & promiſſionibus agminum principes, vt deponeretur filius eius, & ipſa ſingulariter imperaret: & alios horum per ſeipſam, & alios per homines ſuos blandiens attraxit ad ſe omnes, & præſtolabatur congruũ inuenire diem.* hactenùs de his quæ præſenti anno ſunt inchoata, quæ verò ſequenti ſunt conſummata, ſuo loco dicturi ſumus.

X. S. EVPHEMIÆ RELIQVIÆ REPERTÆ.

Hoc eodem anno, Indictione quartâ, qui & vigeſimus ſecundus inchoatus numeratur ab obitu Copronymi, delatum eſt Conſtantinopolim ex Lemno inſula corpus S. Euphemiæ, quod ipſe teſtatur qui interfuit Theophanes, qui ait: *Hoc ſtupendum & dignum ſcripturâ miraculum poſt viginti duos annos poſt iniqui Principis mortem*, Copronymi ſcilicet, *vna cum pijſſimis Imperatoribus, & Taraſio ſanctiſſimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis amplexi ſumus, licèt indigni, magnam gratiam promerentes.* hæc Theophanes poſt annum vigeſimum ſecundum eiuſdẽ Conſtantini Copronymi, quo eiuſdem Martyris capſam venerandũ corpus continentem in mare fuiſſe proiectam affirmat. Qui autem rem geſtam fuſiùs deſcripſit eiuſdem temporis auctor, ſic narrat: [d] *Poſt eius proiectionem in mare, & delationem in inſulam Lemni enarratam, ſic proſequitur de translatione facta Conſtantinopolim hiſtoriam.*

[d] *Apud Metaph. die 11. Iul. Lipom., tom. 6. eadẽ die.*

RESTITVITVR TEMPLVM S. EVPHEMIÆ.

Vbi pia Imperatrix diuino zelo incitata, cœpit omnia reædificare: Fractum templum benedictæ Euphemiæ atque alia omnia contenuit rurſum ædificare & ornare. Quod etiam fecit: & cùm id omni pietate ornaſſet; effecit, vt in eo offeratur incruentum ſacrificium. Et Chalcedone ſtatuit Epiſcopum. erat enim ad hoc vſq; tempus vidua propter iniuriam eis illatam ab impijs Imperatoribus, qui beatæ Euphemiæ memoriam & ciuitatem delere ſtatuerant. Atq; diuino quidem zelo mota pia illa Imperatrix de reliquijs B. Euphemiæ ſatagebat, & erat ſolicita. Et cũ omnes ad quærendam hanc rem ſanctam adhortaretur: ei qui facit voluntatem eorum qui ipſum timent, & implet conſilia eorum, qui ipſum inuocant, placuit benedictæ Euphemiæ aperire reliquias eo modo, qui eſt a nobis declarandus.

XI.

Autem prætereà fuerant in eo loco occultæ & tecta ſilentio, omnibus inſulæ incolis maximam in eis fidem habentibus, & hoc arcanum cõſeruantibus: partim propter tyrannorum inſolentiam, partim autem ne agnoſcerentur, & ab eis auferrentur huius quæ multa & præclara ſubiqt certamina reliquiæ. Cùm autem inſignis & benedictæ Martyris Euphemiæ miracula in omnem partem peruaderent, magnaq; aduenarum multitudo ad reliquias conueniret: repente quidam ex proceribus, nempè ex Apocryſarijs, ijs inquam qui dant reſponſa, mittitur ab Imperatore in Occidentem, venitq; Lemnum, & cõtemplatus populi multitudinẽ & ea quæ fiebant miracula, cùm veluti quadã hoſtilis inuidiæ illum ſceleſtum inuaſiſſet: rogauit quænam hæc eſſet populi congregatio. & quænam ea quæ fiebant. Cùm autem rectè didiciſſet: cœpit vociferari & terrere eos, qui illic conueniebant populos, ſic dicens: Oſſa rurſus habentur in honore? ſic docent Imperatores? & multum minatus, diruit domunculam, in qua iacebat loculus benedictæ Euphemiæ. Cumque hæc feciſſet, ſicuti meruit recepit. Illius factum eſt, vt damnum Martyr exciperet, & eius corpus vilipenderetur.

HAGIOMACHVS SPERNIT RELIQVIAS S. EVPHEMIÆ.

XII.

Sed quoniam vbi vult Deus, vincitur ordo naturæ, & perit omnis humana ratio & inuentio, hoc accidit. Contigit enim vt per ſucceſſionem ad quemdam virum bonum perueniret benedictæ Euphemiæ habitaculum & oratoriũ, in quo poſita erant veneranda huius Martyris reliquiæ. Erat autem eis marmor impoſitum, quod illi pij nauclerij impoſuerant, inſcriptum tali inſcriptione:

NOS SERGIVS ET SERGONAS NAVIGANTES PER HELLESPONTVM CVM EX PROFVNDO SVSTVLISSEMVS RELIQVIAS BENEDICTÆ ET SANCTÆ MARTYRIS CHRISTI EVPHEMIÆ EIVS IVSSV HIC DEPOSVIMVS.

ANASTASIVS COMES POSSIDET SACRAS RELIQVIAS.

Cum ergo per ſucceſſionem huius loci hæres fuiſſet Anaſtaſius Comes clariſſimus, accidit vt quorumdam æmulatione falſis appeteretur maledictis & à ſua dignitate exideret. Is verò nihil cunctatus venit Conſtantinopolim, volens in ſuum reſtitui Comitatum. Cùm autem (vt ſolet vnuſquiſque) quæreret aliquem inuenire, qui eum ſua interceſſione defenderet apud Imperatorem: quidam ei dixerunt, Chalcedonenſem Metropolitanum ad id fore idoneum, vt qui poſſit liberè & fidenter loqui, & maiora ſuſtineat & defendat negotia.

XIII. *Cùm ergo de eo interrogaſſet, inuenit illum in palatio. Et cùm ad eius pedes procidiſſet: renuntiauit ei propter quam cauſam adſit, rogans vt ſit ei interceſſor & adiutor. Contrà autem dicebat Metropolitanus, ſe id non poſſe facere. Poſtquam ergo eum dimiſit, ingreſſus eſt in partem adus Epiſcopatus, in qua eſt etiam templum benedictæ Euphemiæ. propè autem eum ſecutus eſt vir, diuinâ motus prouidentiâ. Templum verò Comes ingreſſus, cùm Deo diuinam emiſiſſet orationem, ſedit in quodam loco. Ad eum autem accedens ſupradictus vir, qui erat vnus ex clericis templi, & cui ſuâ vice creditum erat officium, rogauit cuias, & quiſnā eſſet. Ille aūt ei illico expoſuit, cuiatā eſſet, & quæ ei moleſta acciderant. Rogauit autē Comes clericū; cuiuſnam eſſet hoc templum. Is verò dicit, Benedictæ Euphemiæ. Ille autem reſpondens & ſinceriſſime manum pectori admouens, inquit: ô meam omni ex parte benedictam Euphemiam! Et verò rurſus dicit clericus: Quemadmodum dixiſti, tuam eſſe benedictam Euphemiam? Ille autem reſpondens, dicit: Domi meæ & in oratorio meo eius venerandas teneo reliquias. Et is rurſū: Quomodo, inquit, fieri poterit? Vide ô homo, ne forte loquaris contra teipſum nec eas poſſis oſtendere. Nam Auguſta & Imperator eas curat diligenter quærendas. Quare Metropolitano quoque ea de cauſa iuſſere facere ſupplicationes. Ille autem rurſus: Pro certo habeat tua reuerentia, quod reliquiæ beatæ Euphemiæ, quæ erant Chalcedone, ſunt apud me.*

PRODVNTVR RELIQVIAS EVPHEMIÆ.

XIV. *Sic confirmatus clericus & lætus & exultans renuntiat Andreæ ſanctiſſimo Metropolitano gratulās, & Dei prædicās magnalia. Qui cùm ſtatim acceriſſet Comitē, & ab eo fuiſſet factus certior: dedit gloriā Deo omnipotenti. Surgens autem profectus eſt ad Taraſium ſanctiſſimum Patriarcham, & ei narrauit omnem rei ſeriem. Tunc profectus eſt ſanctiſſimus Patriarcha ad Imperatricem & eius filium Conſtantinum, qui erat Orthodoxus & amicus Martyrum; & expoſuit omnia quæ facta fuerant. Qui rem admirati quæ erat præter opinionem: laudibus & hymnis Deo emiſſis magno ſunt affecti gaudio. Et ſcaphâ quamprimùm expeditâ miſerunt Comitem ſuæ dignitati reſtitutum, donatumq́; muneribus, & inſignes quoſdam clericos ex templo benedictæ Euphemiæ. Cùm ipſi autem in Lemnum deſcendiſſent: congregati ſunt illic qui circumcirca habitabant, in ira & indignatione; nolentes dimittere eis, qui miſſi erant ab Imperatore, reliquias benedictæ Euphemiæ. Qua de re cum non leuis exorta eſſet perturbatio: videns Lemni ſanctiſſimus Epiſcopus populi motum progredi; ſurrexit & ingreſſus eſt in medium eorum vociferans, & dicens: Cedite ô homines: eorum enim quæ ſiunt, nihil fit ſine Dei nutu. Sic omninò Deo viſum eſt. Vitemus itaq; Regis indignationem:*[a] *Ira enim Regis eſt tamquam ira leonis.*

RES DELATA AD IMPERATORES

[a] Prou. 19.

XV. *Hæc cùm dixiſſet, & plura alia, vix ſedauit multitudinem, ne ij qui venerant aliquid mali facerent & dicto Comiti. In eum enim concitatus erat populi animus clamantis: Per ipſum proditus eſt noſter theſaurus. Tunc ergo ceſſerunt & traducti ſunt ad pacem, & Deo dederunt gloriam & laudem Martyri, concedentes volentibus benedictæ Euphemiæ venerandas reliquias. Quas cū accepiſſent, qui ad eas miſſi fuerant, tulerunt Conſtantinopolim: totâ ciuitate & imperatrice ſanctiſſimo Patriarcha egreſſis obuiā. Cùm eis ergo obuiam proceſſiſſent, & cōplexi eſſent eā ea cum qua par eſt glorificatione, depoſuerunt in eius templo, & in ea arca in qua prius Martyr fuerat, vnde profanus & execrandus Imperator eam ablatā immiſit in profundum. Ij autem qui eas intulerunt Byzantium & proceres, & qui primas obtinebant apud Artabaſdum & filias Imperatoris, & alij plurimi diripuere reliquias. Quamdo etiam manum ſanctam, quâ librum accepit, ſublatam à Niceta Patricio cognomine Monomacho qui in Sicilia inſula Martyris templum extruxit, dicunt illic fuiſſe repoſitam. Hinc itaque factum eſt, vt pauca quædam oſſa capitis quæ remanſerunt, in ea quæ olim fuerant arca clauderentur cùm alijs reliquijs: quæ etiam in hodiernum vſque diem ſcimus ſeruari in arcula. Arbitror autē in dicta quoque inſula Lemno relictas eſſe quaſdā partes corporis.* huc uſque de his auctor hiſtoriam proſecutus, conſentientem ijs quæ Theophanes ſcribit, gloriatus ſe non ſolùm vidiſſe, ſed etiā eaſdem venerandas reliquias eſſe complexum.

RELATÆ RELIQVIÆ S. EVPHEMIÆ CONSTANTINOPOLIM

XVI. LEGATIO ET MVNERA A LEONE PAPA AD CAROL. MISSA.

Quod ad res pertinet Occidentalis Eccleſiæ, anni huius principio, Leo Romanus Pontifex vbi ſedere cœpit, nihil antiquius habuit, quàm ad Carolum Magnum legationem decernere. Mittens itaque ad eum Legatos, eiſdem ad ipſum munera dedit, claues ſcilicet aureas, ex ſancti Petri Confeſſione ex more acceptas, nec non vexillū Romanæ Vrbis. Hic tu rideas oportet, Lector, Nouatorum deliria, dum quamlibet occaſionem captantes, per claues ex legum præſcripto tradunt, Carolum in poſſeſſionem immiſſum Romanæ Eccleſiæ, & per vexillum Romanæ Vrbis. Ignorantes miſeri eiuſmodi dona mitti conſueuiſſe à Pontificibus Chriſtianis Principibus, vt quæ dicta ſunt ſæpè ſuperiùs de clauibus itidem ex ſepulchro ſancti Petri miſſis à ſancto Gregorio Papa Francorum Regibus & alijs Principibus, & viris clariſſimis; factitatumque idipſum ab eius ſucceſſoribus Pontificibus, quod hic à Leone factum vidimus. Et ne de vexillo miſſo habeas quod obijcias: inuenies inferiùs, anno octingenteſimo in fine, à Patriarcha Hieroſolymitano ad eundem Carolum Magnum miſſas pariter loco benedictionis claues locorum ſanctorum vnà cum vexillo, vt intelligas eiuſmodi munera mitti conſueuiſſe Regibus ab Epiſcopis. Honoraſſe verò Leonem Pontificem ipſum Carolum Magnum dono vexilli, eò quòd potentiſſimus eſſet Eccleſiæ Romanæ defenſor, dicere quoque poſſumus.

XVII. LEGATIO CAROLI AD LEONEM.

Rurſum verò hoc eodē anno ab ipſo Chriſtianiſſimo Principe Carolo Magno Engelbertū Abbatē monaſterij ſancti Richarij miſſum eſſe Legatum ad Leonem Romanum Pontificem, ad munera deferenda quæ ex theſauro Hunnorum erepto idem Rex fuerat conſequutus, Annales Francorum affirmant. De quo bello cùm meminit Eginhardus, hæc ait: *Maximum omnium quæ ab illo geſta ſunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit, illud videlicet, quod contra Auares, ſiue Hunnos ſuſceptum eſt.* & inferiùs de theſauris ab eo ereptis: *Neq; vllum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti: quippe cùm vſq; ad id temporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in Regia repertum, tot ſpolia pretioſa in prœlijs ſublata, vt meritò credi poſſet hoc Francos Hunnis eripuiſſe quod Hunni prius alijs gentibus eripuerant.* hæc ipſe.

LEGATIO REGIS MERCIORVM AD LEONEM PAPAM.

Inſuper verò eodem anno miſſa eſt legatio ad eundem Leonem Pontificem ex Britannia à Rege Merciorum, qui Offæ ſucceſſerat Kenulpho nominatus. Hic vbi audiſſet defuncto Hadriano Pontifice, in locum ipſius ſubrogatum eſſe Leonem Pontificem, legationem ornauit ſuo nomine & Epiſcoporum Regni ſui; quæ cùm haud quem putauit effectum eſſet conſecuta, mox aliam direxit, cui has

quas

[a] De geſtis Anglor. cõtinuat. li. 1. cap. 12.

quas ſubiungimus litteras dedit, dignas quippe pietate ſanctorum Anglorum Regum: ſic enim ſe habent[a].

XVIII. * Kenulfus Epistola Regis Merciorvm ad Leonem Pa.

*Domino beatiſſimo & verè amantiſſimo Leoni ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis Romanæ Pontifici * Kenulfus gratiâ Dei Rex Merciorum cum Epiſcopis & Ducibus, & omni ſub noſtra ditione dignitatis gradu ſinceriſſimæ in Chriſto dilectionis ſalutem.*

*Gratias Omnipotenti Deo agimus, qui Eccleſiam ſuo pretioſo ſanguine acquiſitam, inter diuerſas mundi huius procellas, nouis ſemper prioribus ad vitam ſumptis ſueſcit Ducibus ad portum ſalutis attrahere, eamq; nouâ luce infundere, quatenus nullo ſit tenebrarum errore fuſcata, ſed viam veritatis inoffenſo pede gradiatur. Vnde meritò omnis per orbem exultat Eccleſia, quia cùm omnium verus remunerator bonorum glorioſiſſimũ gregis ſui paſtorem Hadrianum perpetuò remunerandum ſuper æthera duxiſſet: ſuis tamen ouibus pia erexit prouidentia paſtorem, qui ſcit ouile Dominicum ad caulas non * inferiùs vitæ agitare. Nos quoq; meritò, quos extremitas orbis tenet, eodem modo præ cæteris gloriamur, quia illius ſublimitas noſtra ſalus eſt, illius * proceritas nobis perennis exultatio. Quapropter opportunum arbitror tuis ſanctis iuſsionibus aurem obedientiæ noſtræ humiliter inclinari: & quæ tuæ pietati ritè nobis ſequenda videantur, toto niſu implenda: quæ verò rationi contrario deprehenſa fuerint, citiùs declinanda, ac interim à nobis omnimodis reſecanda.*

* inferior vita

* proſperitas

XIX. *Sed modò ego Kenulphus gratiâ Dei Rex excellentiam tuam humilis exoro, vt te ſine offenſione animi veſtri, de profectu noſtro, vt optamus, liceat alloqui, quatenus me in gremium pietatis tranquillâ pace recipias: & quem meritorum nulla facultas erigit, larga benedictionis tuæ vbertas ad plebem ſuam regendam locupletet, vt vnà mecum gentem, quam noſtra Apoſtolica auctoritas fidei rudimentis imbuit: per interceſſionem tuam contra impetus exterorum omnipotens erigat, & per ſe Regnum, quod ipſe Deus dedit nobis, dilatare dignetur. Hanc benedictionem omnes, qui ante me ſceptro præfuêre Merciorum, meruerunt ab anteceſſoribus tuis adipiſci: Hanc ipſe humilis peto, & à vobis, ô ſanctiſſime, impetrare cupio, quatenus in primis adoptionis ſorte me tibi filiũ ſuſcipias, ſicuti te mihi patris perſona diligo, & totis obedientiæ viribus ſemper amplector. Debet enim inter tantas perſonas fides ſeruari, & inuiolata caritas cuſtodiri; quia paterna pietas filiorum felicitas in Deo eſſe credenda eſt, ſecundum illud Ezechiæ:[b] Pater filiis notam faciet veritatem tuam Domino. In quibus verbis te, amande genitor, imploro, vt filio tuo etſi indigno veritatem Domini tuis verbis ſacroſanctis notam facere nõ deneges, vt per tuam ſanam eruditionem, Deo adiuuante, ad melioris vitæ propoſitum merear peruenire. Quis etiam dulciſſime, cum omnibus Epiſcopis noſtris & quibuſcunque apud nos dignitatis perſonis deprecor, vti nobis de multimodis inquiſitionibus, ſuper quibus maximam ſublimitatem veſtram dignum duximus perquirere, benignè reſpondeas, ne ſanctorum traditio Patrum, & ab illis tradita nobis regula quaſi incognita per aliquid vitietur in nobis, ſed ſermo tum directus nobis in charitate & manſuetudine veniat, vt per DEI miſericordiam profuturum in nobis percipiat fructum.*

[b] Eſai. 38.

XX. *Primum itaq; eſt, quod Pontifices noſtri & peritiſſimi quique in nobis dicunt, quòd contra canones & Apoſtolica ſtatuta, quæ nobis à Patre beatiſſimo Gregorio dirigente ſtatuta ſunt (ſicut vos ſcitis) auctoritas Dorouernenſis Metropolitani in duas ſcindatur parœcias, cuius, eodem Patre mandante, ditioni ſubiacere debent Epiſcopi duodecim, ſicut per Eccleſias noſtras legitur in epiſtola, quam fratri Coëpiſcopo Auguſtino direxit, de duobus Laudoniæ & Eboracæ Metropolis Epiſcopis, quam etiam apud vos haberi non dubitamus. Sed ipſe primùm pontificalis apex Lundoniæ ſub honore & ornamento pallij fuerat conſcriptus: pro eo*

A *Dorouernenſis oblatus eſt, atq; conceſſus. Nam quia beatæ recordationis Auguſtinus, qui verbum Dei, imperante Gregorio, Anglorum genti miniſtrabat, & glorioſiſſime præfecit Eccleſiis Saxoniæ, in eadem ciuitate diem obijt, & corpuſculum in baſilica B. Petri Apoſtolorum Principis, quam ſucceſſor eius Laurentius ſacrauit, conditum fuiſſet: viſum eſt cunctis gentis noſtræ ſapientibus, quatenus in illa ciuitate Metropolitanus honor haberetur, vbi corpore pauſat, qui his partibus fidei veritatem inſeruit. Cuius itaq;, ſicut vos ſcitis, dignitatis honorem: primum Rex Offa propter inimicitiam cum venerabili Lamberto & gente Cantuariorum acceptam auertere, & in duas parœcias diſſipare niſus, & piiſſimus Coepiſcopus & anteceſſor veſter Hadrianus rogatu prædicti Regis facere cœpit, quod priùs nemo præſum-* B *pſit, & Merciorum præſulem pallio extulit. Neutrum tamen in his culpamus, quod Chriſtus (vt credimus) æternâ victoriâ triumphat.*

XXI. *Sed tamen excellentiam veſtram humiles exoramus, quibus à Deo meritò ſapientiæ clauis collata eſt, vt ſuper hac cauſa cum ſapientibus veſtris quæratis, & quicquid vobis videatur, nobis poſtea ſeruandum reſcribere dignemini, ne tunica Chriſti inconſutilis aliquibus inter nos diſſenſionis ſchiſma patiatur, ſed per veſtram ſanam doctrinam, vt deſideramus ad veræ pacis vnitatem dirigatur. Magnâ enim humilitate ſimul & dilectione hæc tibi ſcripſimus, Papa beatiſſime, clementiam tuam profuſius precantes, quatenus ad ea quæ à nobis neceſſariò explicata ſunt: benignè & iuſtè reſpondeas. ſed & illam epiſtolam, quam * Ethelardus* C *Archiepiſcopus noſter coram cunctis prouincialibus Epiſcopis noſtris multiplicius de ſuis ac totius Britanniæ cauſis & neceſſitatibus tibi ſcripſit: præ amore perſcrutari digneris; & quicquid de rebus quæ in ea ſcripta ſunt, fidei formula poſcat, paginâ nobis veritatis pateſacere memineris.*

* Athelardus

Ego præterito anno legationem meam etiam & Epiſcoporum per Vnadam Abbatem miſimus. At ille accipiens ipſam legationem, ſegniter immò inſipienter deduxit. Sed modò modicum, amoris gratiâ, miſimus per Byrne presbyterũ & Phildas & Cheolleres miniſtros meos, mittoq; centũ viginti mancuſas cum litteris, precans te vt benignè ſuſcipias, & benedictionem tuam nobis donare digneris. Omnipotens Deus te longæuo tempore ad laudem ſuæ ſanctæ Eccleſiæ cuſtodiat incolumem. hactenùs litteræ Kenulphi D Regis Merciorũ. porrò & Athelardus ipſe Archiepiſcopus Dorouernenſis Romã ſe contulit ad Leonem Pontificem.

XXII. His acceptis à Rege litteris, necnon aliis ab eodẽ Rege ad ipſum datis, reſcripſit Leo Papa quas his iungimus litteras, ſed minimè integras. aliqua enim ipſis deeſſe noſcuntur ſic ſe habent:

Domino excellentiſſimo Kenulfo Regi prouinciæ Saxoniæ Leo Papa.

Leonis Pa Epistola ad Regem Merciorvm.

Veniens ad ſacratiſſima Limina beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli vota fideliter ſoluens, quam noſtra Apoſtolica Sedi cauſam ſui ſacerdotij ſuggerens reuerendiſſimus & ſanctiſſimus frater noſter Athelardus Archiepiſcopus Dorouernenſis Eccleſiæ, obtulit nobis veſtræ regalis excellentiæ E *ſyllabas, quibus in duabus epiſtolis à vobis directis plenis fidei rectæ magnam humilitatem veſtram reperiſſẽs, omnipotenti Deo referimus gratias, qui veſtram prudentiſſimã excellentiam in omnibus adornauit & decorauit erga B. Petrum Apoſtolorum principem & nobiſcum habere dilectionem, & in omnibus Apoſtolicis humiliter conſentire cenſuris.*

Porrò in vna ex illis epiſtolis reperimus gratiâ noſtræ Apoſtolicæ functionis, ſi iuſta feciſsetis, animam veſtram pro nobis poſuiſſetis benignè. Immo noſtra proſperitati multùm in Domino congaudentes: & quando noſtra dulciſſima admonitionis litteræ ad veſtræ humanitatis peruenirit aures, cum omni ſuauitate cordis de gaudio ſpirituali, quaſi filij parentum munus ſuſcipere ſatcmini. Ferebatur

Digitized by Google

batur verò & hos quod aliquantula ex veſtra benedictione nobis efferri demandaſti, id eſt, centum viginti mancuſas, quas cum magno amore pro anima veſtra ſalute ſuſcepimus. Et prædictus Archiepiſcopus cum ſacijs ſuis honorificè ac benignè à nobis ſuſceptus eſt; & adiuuari eum in ſuis neceſſitatibus fecimus libenter.

XXIII. *Intereà credentes veſtra prudentiſſima excellentia, vbi ferebatur in ipſis tuis apicibus, quod noſtris quidem Apoſtolicis ſanctionibus nullus Chriſtianus contraire præſumit: ideò totis viribus noſtris ea quæ Regno tuo expediunt, emittere atque prædicare conamur, vt ea quæ prælatus frater noſter Athelardus Archiepiſcopus, ſeu tota Synodus Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, ſanctorumq; Patrum, necnon prædeceſſorum ſanctorum noſtrorum Pontificum, canonicâ cenſurâ prædicante veſtra regali excellentia, ſeu Principibus gentis veſtræ & vniuerſo populo Dei ediſſerit: nequaquam in Orthodoxa eorum doctrina quippiam reſiſtere debeatis, Domino Redemptore noſtro in Euangelio dicente, vbi ait:* [a] *Qui vos recipit me recipit; & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ recipiet: quanto magis pro ipſo ſæpe dicto Archiepiſcopo, quem nobis valde nimiſq; collaudaſti, ſicuti & eſt, videlicet clariſſimus, digniſſimus, cariſſimus atq; peritiſſimus, & quia illum ſcitis prudentem & honorum ornatum moribus, Deoq; & hominibus dignum.*

[a] Matt. 10.

XXIV. *Ecce fili dulciſſime & amantiſſime atq; præſtantiſſime Rex bone, in his tuis aſſertionibus collaudauimus Dominum omnipotentem, qui talem nobis demonſtrauit Antiſtitem: qui ſicut verus paſtor inducere verbis ſecundum doctrinam ſanctarum ſcripturarum dignam pœnitentiam valet, & eruere qui ſub ditione ſacerdotali eius exiſtunt, animas eorum ab inferno inferiori, & ab igne inextinguibili, deducens eos & introducens in portum ſalutis, & offerre pro illis hoſtiam dignam & immaculatam in conſpectu diuinæ Maieſtatis omnipotenti Deo. Et quia multum nobis prænominatus Archiepiſcopus in omni ſanctitate ſua & vitæ conuerſatione vltro, citroq; placuit, vt valde nimis ei credentes, ex auctoritate beati Petri Apoſtolorũ principis, cuius vel immeriti vicem gerimus, talẽ præbuimus præſulatũ, vt ſi quiſpiã ex ſubiectis ſuis, tam Regibus & Principibus, quàm vniuerſo populo tranſgreſſus fuerit Dominica mandata, excõmunicet eum vſq; dũ pœniteat, & ſi impœnitens fuerit, ſit vobis ſicut Ethnicus & publicanus. de Secundo Athelardo iam facto Archiepiſcopo Dorouernenſis Eccleſiæ, ſicut à nobis popoſcit veſtrorum præſulum excellentia, vt ei iuſtitiam de ipſis diœceſibus ſuis tam Epiſcoporum quam monachorum, quibus illicitè, vt vos cognouiſtis, expoliatus eſt, & à venerabili ſede eius quam dudum tenuit, ablata ſunt: nos per omnia enucleatim trutinantes, in ſacro ſcrinio noſtro reperimus, ſanctum Gregorium prædeceſſorem noſtrum in ipſa ſancta ſede omnia in integro ipſam parœciam numero duodecim beato Auguſtino Syncello ſuo Archiepiſcopo tradidiſſe, & confirmaſſe Epiſcopos conſecrandi ius. Vnde & nos, veritate ipſâ repertâ, ordinationes, ſeu confirmationes Apoſtolicâ auctoritate eas illis in integro, ſicut antiquitus fuerit, conſtituentes reddidimus, & priuilegiũ confirmationis ſecundùm ſacrorum canonum cenſuram Eccleſiæ ſuæ obſeruandum tradidimus* . . . . reliqua deſunt. At de rebus Anglicanis ſatis.

XXV. Eodem anno idem ſanctus Pontifex Leo animum adiecit, vt Caroli Magni de Hunnorum theſauris miſſam largiſſimam oblationem ad ſacra Limina Apoſtolorum, in ornamenta Eccleſiarum conuerteret, & in clericos erogaret, omniaque perfecit, quæ ante perſecutionem illatam Anaſtaſius recenſet ſeorſum ab alijs; quæ poſt quadriennium addidit, cùm eſt reuerſus ex Germania, quæ hic deſcribenda putamus ex Anaſtaſij codice valdè mendoſo licet, & obſcuritatibus inuoluto. ait enim: *Hic verò rogam, ſtipendium ſcilicèt clero ſuo in presbyterio maximè ampliauit. Fecit etiam in baſilica beati Petri principis Apoſtolorum nutritoris ſui thuribulum aureum ante veſtibulum altaris penſans libras decem & ſeptem, immò & in Confeſſione eiuſdem Apoſtoli rugas ex auro puriſſimo cum gemmis diuerſis penſantes libras quadraginta & nouem. Item coronas maiores argenteas tres penſantes libras trecentas & ſeptem. Verùmetiam cortinas albas holoſericas roſatas, habentes in medio Crucem de chryſoclauo & periclyſin de fundato vnã. Sarta verò tecta baſilicæ beati Petri Apoſtoli, id eſt, nauẽ maiorem, & aliam nauem ſuper altare, cum quadam porticu, ſimul & fontes, & ante fores argenteas, verùmetiam cum cameris, ſcilicèt ab ima vſque ad ſummum omnia in omnibus nouiter reſtaurauit. Præſertim verò, imaginem Saluatoris cum reliquiis in faſtigio ſub arcu maiori poſuit. Pari modo & in baſilica B. Pauli Apoſtoli, & in baſilica Saluatoris inſtar,* hoc eſt, *ſimiles imagines fecit & conſtituit.*

XXVI. *Sarta tecta verò tituli beatæ Anaſtaſiæ, quæ à priſcis temporibus per incuriam marcuerant, & penè caſura erãt, ſuo almo ſtudio nouiter inſtaurauit. Similiter & S. Sabinæ ſtudiosè renouauit. In quo verò templa idẽ egregius Præſul fecit ex argento coronas quinque penſantes libras quatuordecim. caniſtra duo penſantia libras* [*] *tres & ſemigabathas interſatiles nouem penſantes libras vndecim.*

Quæ in tit. S. Anaſtaſiæ, quæ in tit. S. Sabinæ.

[*] tredecim

Fecit autem & in baſilica beatæ Dei Genitricis, quæ appellatur, Ad præſipe, ciborium ex argento puriſſimo penſans libras ſexcentas & decem, ſimul & rugas argenteas in ingreſſu presbyterij penſantes libras octoginta, & cortinas maiores ſericas albas habentes periclyſin & Crucem de fundato. Immò & in ſacratiſſimo altari maiori fecit veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam Natiuitatis, & ſancti Simeonis, & in medio Chercriſmon. Simul etiam & in camera eiuſdem Eccleſiæ, & in quadam porticu coronas argenteas tres, penſantes libras argẽteas centum quinquaginta quinque, & vncias nouem.

Quæ in baſilica S. Mariæ ad Præſepe.

Item in baſilica beati Chriſti Martyris Laurentij ſita foris muros fecit imagines argenteas tres, Saluatoris, B. Petri Apoſtoli, & S. Laurentij, penſantes ſimul libras quinquagintaquatuor & ſemis, & in ſacro altari veſtem ſericam chryſoclauam habentem hiſtoriam Dominicæ Paſſionis & Reſurrectionis.

Quæ in baſilica S. Laurentij.

XXVII. *Item renouauit ſarta tecta beatorum Felicis & Adaucti Martyrum iuxta S. Paulum Apoſtolum, ſed & baſilicam S. Mennæ, atq; tituli S. Vitalis Chriſti Martyris, necnon & cœmeterium B. Sixti atq; Cornelij Viâ Appiâ, ſimul & cœmeterium S. Zotici viâ Lauicanâ, pariter & Eccleſiam S. Dei Genitricis ſemperq; Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, ſita in Fonticana, quæ per aliſtana,* hoc eſt, antiquitatem, *marcuerat.*

SS. Felicis & Adaucti, S. Mennæ, S. Vitalis, Sixti, Cornelij, Zotici, & S. Mariæ.

Fecit autem idem Præſul in baſilica Doctoris mundi B. Pauli Apoſtoli Confeſſione ſimul & rugas ex auro obrizo habentes gemmas pretioſas inſtar B. Petri Apoſtoli penſantes libras quadraginta ſex, & ſuper ipſum altare imaginẽ auream habentẽ Saluatorem & duodecim Apoſtolos penſantem libras ſeptuagintaquinq;, & vela holoſerica maiora ſygillata, habentem periclyſin & Crucem de fundato numero quindecim, vela promiſcua maiora de quadraplo in veſtibus, quæ pendent per arcus quadraginta quatuor. Vela modica ſygillata quæ pendent per arcus minores ornata quadraplo viginti. Item alia vela modica de ſtauraci, quæ pendent per annulos decem, & alia decem, ex quibus tria habent periclyſin, de chryſoclauo. Item vela quatuor filo pari Alexandrina. Item vela aliſtino rotatu habentia periclyſin, rotas cum cancellis, & in medio crucem cum gemmis & quatuor ratas de Tyrio filo paria.

Quæ in baſilica S. Pauli.

XXVIII. *Item fecit in baſilica B. Andreæ ad B. Petrum Apoſtolum rugas argenteas penſantes libras octoginta & ſemis. Verũ etiam in baſilica Saluatoris quæ appellatur Conſtantiniana fecit cameram miræ magnitudinis,*

In baſil. S. Andreæ Conſtantiniana; baſil.

ITEM S. PETRI. *Hic almificus Præſul fecit in altari maiore B. Petri Apoſtolorum principis veſtem chryſoclauam pretioſam gemmis ornatam, habentem hiſtoriam tam Saluatoris, B. Petro Apoſtolo ligãdi ſoluendiq; poteſtatem tribuentis, quàm & principum Apoſtolorum Petri & Pauli paſſionem figurantem miræ magnitudinis in natali Apoſtolorum reſplendentem.*

IN TIT. EVDOXIÆ. *Item fecit veſtem in titulo Eudoxiæ ſuper altare Tyriam habentem gryppas maiores & duas rotas chryſoclauas cum Cruce & periclyſin, blatthin & chryſoclauum.*

IN BASILICA S. PETRI. *Hic autem præcipuus Præſul fecit in baſilica B. Petri pharum argenteum ante presbyterium cum gabathis argenteis triginta & caniſtrum octogoni in medio penſans libras ſexagintatres, & in cantharis argenteis tam in circuitu altaris, quàm in presbyterio poſuit ceroſtrata argentea penſantia libras ducentas duodecim.* S. PETRONILLA. *In altare B. Petronillæ poſuit veſtem de ſtauraci vnam habentem periclyſin de blatthin ſeu chryſoclauo.*

BASIL. CONSTANTINIANA. *Fecit etiam in baſilica Saluatoris, quæ & Cõſtantiniana, veſtem habentem hiſtoriam Crucifixi, & Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti habentem periclyſyn de chryſoclauo.* S. CLEMENTIS. *Sed & in baſilica B. Clementis fecit veſtem de ſtauraci etiam habentem periclyſin de chryſoclauo.*

Fecit etiam per arcus Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli vela alba Paſchalia. & in natali eiuſdem Apoſtoli vela de ſtauraci valdè pulcherrima.

XXIX. IN TIT. S. SVSANNÆ. *Ipſe verò beatus Pontifex titutulum beatæ Suſannæ, vbi Pontifex ordinatus fuerat ob amorem ipſius ampliauit, renouans firmiſſima poſuit fundamenta, ædificauit Eccleſiam cum abſide ampliſſima, & picturis de muſiuo decorauit, cameram & presbyterij pauimentum pulchris ornauit marmoribus, verùm dextera læuaq; porticus cum columnis marmoreis extruxit, ſed & Baptiſterium ibi conſtituit, vbi & dona obtulit, videlicèt gabathas aureas fundatas tres penſantes libras quatuor & ſemis. Cruces aureas duas cum gemmis penſantes libras vndecim; virgas argenteas penſantes libras tres & ſemis . . . . . . lucernam argenteam penſãtẽ libras quinq;, imagines argenteas tres penſantes libras trigintaquinque. Fecit & Confeſſionem eiuſdem altaris ex argento puriſſimo penſantem libras centum tres & vncias duas, columnas argenteas octo & gammadias duas & arcus duos cum Cruce ex argento, & gabathas quindecim penſantes libras centum quinquaginta. Crucem de . . . . . penſantem libras quatuordecim caniſtrum de . . . . . penſantem libras duodecim & ſemis, coronam maiorem de argento vnam cum delphinis trigintaduobus penſantẽ libras trigintaduas, necnon caniſtrũ de argento penſans libras decẽ & octo. Vaſa colatoria argentea deaurata pẽſantia libras quatuor & vncias tres, gabathas argenteas habentes gryphos deauratos penſantes libras duas, & coronas argenteas duas cũ delphinis decẽ & octo pẽſãtes libras decẽ & octo. Itẽ verò idẽ præcipuꝰ Antiſtes fecit in eadem Eccleſia veſtem de chryſoclauo cum periclyſi, & aliam veſtem de blatthi habentem in medio Crucem in chryſoclauo, & tabulas chryſoclauas quatuor cum gemmis ornatam, atq; gammadias in ipſa veſte chryſoclauas quatuor, cum periclyſi de chryſoclauo.*

XXX. TRICLINIVM PATRIARCHII LATERANEN. *Fecit & in patriarchio Lateranenſi triclinium maius ſuper omnia triclinia nominis ſui magnitudine decoratũ, ponens in eo fundamenta firmiſſima, & in circuitu laminis marmoreis ornauit atq; marmoribus in exemplis ſtratis, & diuerſis columnis tam porphyreticis quàmq; albis & ſculptis cum vaſis & liliis ſimul poſtibus decorauit cameram cum abſide de muſiuo, & alias duas abſidas diuerſis hiſtoriis pingens, & marmorum incruſtatione pariter & in circuitu decorauit.*

Et in Eccleſia beatæ Priſcæ fecit idem Antiſtes calicem fundatum ſuperauratum vnum & coronas tres, vnam habentem delphinos decem, alias duas numero nouem, & gabathas octo penſantes ſimul libras vigintinouem, & veſtem aliam holoſericam ornatam in circuitu blatthi byzantio. His enarratis ſubiiciuntur quæ ab aduerſariis paſſus eſt, quæ ſuo loco inferius enarrabimus, quibus exactè deſcriptis, idem auctor reliqua eodem ordine quo ſunt facta poſt reditũ Romam, recenſet quæ ſuo loco dicturi ſumus.

IESV CHRISTI
Annus 797.

LEONIS PAP. III. Annus 2. IRENES ITERVM IMP. Annus 1.

ANNVS ſequitur Chriſti ſeptingenteſimus nonageſimus ſeptimus quintæ Indictionis, quo Conſtantinus Imperator orbatus oculis ſimul & vita cùm eſſet, in matrem rurſum Imperium eſt deuolutum. Rem geſtam idem qui ſupra Theophanes res ſui temporis proſequutus, & qui interfuit, narrat verbis iſtis: *Menſe Martio exijt Imperator aduerſus Arabes, habens ſecum Stauratium Patricium, & cæteros amicos matris ſuæ, necnon & electam cateruam peditum militum ex vtriſque thematibus viginti millia. Videntes autem qui circa Stauratium erant alacritatem populi & Imperatoris: timuerunt, ne fortè inito bello, ille vinceret, & ipſi aduenientis aduerſus eum fruſtrarentur inſidijs. Ergo numeratis vigilibus, perſuaſerunt eis mentiri, perhibendo Sarracenos fugiſſe. Imperator itaque multùm triſtatus ineſſicax in vrbem regreſſus eſt. Et Kalendis Maij mortuus eſt filius eius Leo, & luxit eũ vehemẽter. Porrò 16. Kal. Aug. ab equeſtri agone ad ſanctũ Mammatẽ tranſeunte, tranſmeatunt ad eum comprehendendum hi qui erant ex ordinibus, quos mater Imperatoris allocuta eſt. Quo ille cognito, in Chelandium ſuum ingreſſus eſt, & tranſmeauit ad Pylas, volens ad Orientalium thema confugere. Erant autem cum eo & amici matris eius, quos ille ſic eſſe ignorabat. Porro ipſe & vxor eius exiuit vſque ad Tritonem.* I.

Porrò conſilio inito, amici matris eius dixerunt ad ſemetipſos: Si coaceruatus ei fuerit populus, non iam dominio conſtringetur, nec iam latere poterimus eum, & perdet nos. Materq; ipſius congregatis in palatio Eleutherij, qui ex ordinibus fuerant collocati, introiuit in palatium: & cum didiciſſet populi ad Imperatorem concurſum, timuit nimis, & tractabat qualiter mitteret Epiſcopos ad eum, & acciperet verbum, vt ſederet in angulo. Verùm ſcripſit occultè ad amicos qui cum ipſo erant, quia niſi modum quemlibet feceritis & tradideritis eum, verba quæ habetis mecum habeo indicare Imperatori. At illi metuentes, tenuerunt eum proceres, & in Chelandium deducto eo, Sabbato manè venerunt ad vrbem & concluſerunt eum in domo Porphyrij, in qua & natus eſt. Et circa horam nonam crudeliter & inſatiabiliter oculos eius euellunt, ita vt mors ſubſequens confeſtim extingueret conſilio matris ſuæ & conſiliariorum eius. Obtenebratus eſt autem ſol per dies ſeptemdecim, & non dedit radios ſuos, ita vt errarent naues maris, omnesq; dicerent, quod propter obcæcationem Imperatoris ſol obcæcatus radios ſuos retraxerit. Porrò numine irato in eum numine vindictam expoſcente, effuſo ab eo innocentium ſanguine facta hæc eſſe, idem Theophanes tradit, dum agit ſecundo anno eius Imperij de eorumdem innocentium nece, iſta ſubiiciens: *Non in longum Dei iuſtitia hanc in iuſtam vltionem miſit multam: poſt quinquennium namq; eodem menſe, & eodem die Sabbati orbatus eſt oculis à propria matre idem Conſtantinus.* Porrò in Conſtantino ſic genus Copronymi prorſum extinctum tradunt. II. CONSTANTINI IMP. OBCÆCATIO ET OBITVS. DIRA IN CONSTANTINVM VINDICTA.

Quomodo autem, ita è medio ſublato Conſtantino Imperatore, qui ab eo deportati ſunt in exiliũ viri ſanctiſſimi, & inter eos eminens Plato Archimandrita ſunt reſtituti, audies ex Theodoro Studita: qui & ipſe vnus ex illis & pars magna fuit, III.

res ge-

EXVLES CONFESSORES REDEVNT CONSTANTINOP.

res geſtas eiuſdem S. Platonis proſequutus oratione, hæc de his ſubiicit: *Breue* (inquit) *tempus interceſſit, & adulterum illud Imperium, quod noluit intelligere, vt benè ageret, de medio ſublatum fuit, vt & Imperatores ipſi diſcerent diuinas leges non violare, neq; iniquas perſecutiones & carceres ſtruere, quamuis purpura nimiùm efferatur. Tunc fideliſſimus ille diuinarum legum cuſtos S. Plato videlicèt confeſſionis brauio recepto, è carcere ipſo tamquam victor exijt, multiſq; laudationibus & carminibus celebratus, felix dicebatur, eorum teſtimoniis comprobatus qui anteà ipſi obtrectabant atque illudebant. Solent enim* (*vt eſt à Gregorio Theologo dictum*) *homines alicuius virtutem vel hoſtes ipſi admirari, cum furore extincto, res ipſa per ſe probata fuerit. Licèt hoc loco, diuerſo modo res ſe habeat ac dici poſſit. Cùm enim Regina illa quæ pacis nomen habens, Irene dicta eſt, rurſum imperare cœpiſſet, & virum hunc tanquam Martyrem proſequeretur: tunc instar fluuij retrò fluentis, ſi quis inimicus anteà fuerat, in amicum & laudatorem conuerſus eſt, ita vt cuſtos carceris in terra proſtratus ſibi veniam dari in terra ſupplex petierit. Sed vir ille factis aut dictis tam motus fuerat, quaſi lapis ſenſus expers.*

IV. GAVDIVM ET CONCORDIA TOTIVS ECCLESIÆ. [a] Iſai. 60.

Poſteà verò quàm ab exilio reuerſi fuimus: alijq; ex aliis locis tanquã volucres quædã aduolaſſent: factum illud pius hominibus admirationi erat, & cum capite ipſo membra copulabantur. Diceret fortaſſe hoc loco (*quamuis verbum hoc audax ſit*) *clariſſimus ille vates Iſaias:* [a] *Leuaui in circuitu oculos tuos; & vide congregatos filios tuos: veniunt omnes filij tui de longo: videbis & gaudebis & metues atque obſtupeſces corde. Ille quidem Propheta hæc diceret: ego verò addiderim. Illum etiam qui ſacris præſidebat, & in ea re principatum tenebat* (Taraſius iſte erat Cõſtantiopolitanus Epiſcopus) *ita affectum fuiſſe, vt eũ de quo dicimus, reuerentiâ proſequeretur. qui cũ ſe illi purgaſſet, ad concordiam etiam ipſum inuitauit. Quod factũ fuit, eiecto illo, qui adulteros coniugatos coronauerat, vt diſſidium remoueretur, quod beatus ille maximè fugiebat. Quo facto, victoriæ præmium apud vniuerſos qui conuenerant aſſecutus eſt. quid enim aliud Deo ipſi concordiâ & coniunctione carius, modò coniunctio ipſa hominem à diuinis præceptis non ſeiungat? Sed quidnam poſteà factum eſt? E priore monaſterio gentis illius causâ Byzantium migrauimus. Quo loco pariter ipſe virtutis appetens ne monaſterij gubernationem ſuſtineret, intra cellulam ſe claudens, eam vitam amplexus eſt.* Quod verò ad initam cum Taraſio communionem pertinet: teſtatur ipſe Theodorus in epiſtola ad Simeonem, de qua inferiùs, ſe cum Taraſio, vbi redijt, communicare noluiſſe, niſi probâſſet quæ ab ipſo geſta eſſent. At pergit auctor cœptam narrationem.

V. S. PLATONIS CONFESSORIS POST TRIVMPHVM HVMILITAS.

Sed vide etiam hic admirabilis rei ſtudium, tam multa eius erat humilitas, vt cùm fratrum ſocietas ſub duobus principibus eſſe non poſſet: ſeipſum vir ille Dei ſtudioſus, atque imitator, obedientiæ legibus ſubiecerit; idq; fecerit illis ipſis præſentibus, & eius rei teſtibus qui eò conuenerant. An non peregrinum & alienum, hoc eſt, filium dici eum qui anteà pater dicebatur, eius inquam filium, quem ipſe in ſpiritu genuerat? (de ſeipſo hæc Theodorus.) *Quid quod ei ſubiectus erat, cui olim imperauerat? cùm præſertim tot eſſent illius egregia facta, vt ſatis illi ad laudem eſſe poſſit, ſi cunctarum rerum gloriâ non elatus modeſtè ſe geſſerit. Sed admirabilis ille vir facilè & nullo negotio hoc perfecit, non fictè quodammodo & adulterinè, vt verbo tantùm imperanti ſubiectus eſſet, ſed ſincerè & eo modò quo Deus poſtulat, idipſum faciebat. Vbi enim confeſſio eſt, illic & fiducia: vbi fiducia, illic propriæ voluntatis remotio: vbi propriæ voluntatis remotio, illic & obedientiæ perfectio eſſe ſolet. Rectè factorum teſtes illi ſunt, quorum causâ petitiones aliquot extiterunt. Supplicabat pro aliquo propinquo, & cùm petitionem aſſecutus eſſet, eius causâ qui petitionem obtinuerat, ipſe gaudebat. quòd ſi petitionis compos non fuiſſet, ſed re infectâ diſceſſiſſet, nequaquam id moleſtè ferebat, vnum illud propoſitum habens, vt re aliquâ egenti vtilitatem afferret, non vt voluntatem ſuam expleret. Hei mihi, pater* (*vt Propheta* [b] *voce vtar*) *quare me genuiſti? Patrem vocare non erubeſco, qui dignus non ſum, qui filius tuus nominari poſſim. quorſum me ad hanc dignitatem extuliſti, qui neq; imperio parere aptus ſum? Nouit Deus quemadmodum & tua ſancta anima huius rei rationem, quòd ſcilicèt amicitia ipſa vel obedientia etiam potiùs illa, quæ ſupra vires ſunt, ferri poteſt, vt breui oratione defenſionem meam comprehendam & hoc loco finem faciam.* hæc Theodorus ingemiſcens de collata ab eo ante biennium monaſterij præfectura, de qua ſuperiùs dictum eſt. pergit verò ipſe res geſtas ſancti Platonis admiratione ſummâ dignas referre, ſed hæc nobis ad Annales ſatis.

[b] Iſai. 45.

VI.

Dicendum modò de ipſo Theodoro Studita, de ſe adeò modeſtè humiliterque ſcribente; illa quæ afferemus quæ Michaël monachus qui fuit eius diſcipulus, & res ab eo geſtas deſcripſit, quàm fideliſſimè narrat, incipiẽs à Conſtantini nece his verbis: *Sed quoniã Rex ferus incidet in mala* (*ſicut ait propheta* [c]) *& via eius tenebroſa, hoc ipſum ſenſit imprudens Conſtãtinus, & pœnas iniquitatis ſuæ nequiſſimus perſoluit, Imperio breui orbatus, atque ante Imperium oculis, vt quibus viuens improbè vſus erat, eorum lumine priuaretur. Eo autem Regiâ pulſo, Imperium iterum eius pia mater obtinuit, quæ pacem ſtatim complexa nomini ſuo congruentem, nihilo illam quàm anteà ſegniùs conſeruare ſtuduit. Itaque exilium patribus ſubitò relaxat, non his modò, vel illis, ſed omnibus in vniuerſum, atque ante omnes ei, qui virtute omnes anteibat, paſtori inquam noſtro ac magiſtro,* Theodoro videlicèt. *Quem Theſſalonica redeuntem, frequens* (*vt par erat*) *omnium hominum occurſus excepit. At longè clariſſimus honor fuit, quo ingredientem Patriarcha & Regina ipſa cũ honeſtarunt. Eam obrẽ qui ante alios diſſenſionis ſocius & particeps fuit, Ioſephus ille presbyter, qui præfractâ temeritate inaudita peregerat, ſacris ſeptis eiectus, ex ſacerdotũ albo expungitur, vt vnius amputatione, atq; caſu, reliqua membra coaleſcant & coniuncta cohæreant. hoc enim Auguſtæ ſummum ſtudium erat, vnum tollere vt omnes conſentirent, nec diſſidio vllo vel ſchiſmate diſſiderent. quod ei ſanè feliciter ceſſit ex animi ſententia: breui enim omnes animis coniuncti ad pacem concordiamque redierunt.*

[c] Ezec. 28.

REDITVS THEODORI AB EXILIO.

VII. EXCVSATVR TARASIVS.

Neque enim vel Patriarcha ipſe, quantum in eo erat, aut factum id approbabat, aut non abſurdum illud & alienum ab Eccleſia iudicabat, aut Patrum ærumnis non compatiebatur, ſed ſapiens quoddam conſilium, & altâ mente, qualis eius fuit, dignum agitans, non habuit tunc vlciſcẽdi auctores facultatem, temporis iniuriâ, quæ vellet agere non permittente. Quamobrem Regina ipſa vtriuſque prudentiam amplectens, & magnoperè collaudans, ſummam vtriuſque virtutem, & in vtili dijudicando intelligentiam boni conſulebat, quod Patriarcha quidem de ſummo iure nonnihil remittens, veſanum Imperatorem à grauiori malo hâc ratione reuocâſſet, minantem iam ſe, maiorum exemplo, ſacrarum imaginum hoſtem fore, niſi quòd animo concupierat, peragere ſineretur.

THEODORI DIVERSA SENTENTIA

Pater autem, nempè Theodorus, flagitium propalam arguendo, & acri reprehenſione atq; obiurgatione longiùs progredi prohibendo, tum eos qui peccarant, tum cæteros qui ſimile aliquid meditabantur, omnes affectibus ſuis non intemperanter vti edocuiſſet: Prorſus autem & relaxare interdum aliquid de iudicio, bonum eſt, & exactum ius non præterire, vtiliſſimum, vnum in finem vtrumque ſpectans, vt quod melius eſt, id pro re nata præſtetur. Quod nimirũ diuini ambo ratiocinantes, altiore quàm capiat noſter ferat, conſilio præſentia adminiſtrabant, ita vt caritatis

vinculum

vinculum nulla ratione ſolueretur, quo coniuncti ſemper fuerant, & diuino iure inter ſe Spiritu colligati. Quod nos certè perſuadere nobis debemus, & opportunè de his quæ opportunè geſta ſunt, iudicare, vt propoſitum vtrique finem laudemus & amplectamur, & eos qui aliter ſentiunt, vel affecti ſunt, de ſententia dimoueamus. hæc omnia Michaël Taraſiũ Patriarchã excuſans, in quẽ plurimi oblocuti fuiſſẽt, alia occaſione ſuperiùs recitata.

VIII. Cæterùm ipſe Theodorus poſt victoriam conſequutam, haud vrbis potuit retineri blanditiis, ſed ardua repetit vitæ monaſticæ, ad ſuum remeans monaſterium, congregans diſperſos Iſraël, & alios ad eiuſdem vitæ inſtituta ſectanda virtutibus prouocans, prout idem Michaël eius vitæ ſcriptor his ſubiicit verbis: *His ergo in hunc modum tranſactis, Theodorus regiâ vrbe relictâ, in monaſterium reuertitur, optimique paſtoris inſtar, ſegregatas oues conuocat, quas ſe abſente, prædones animarum abegerant & in omnes circum montes diſperſerant. Accurrit inſuper innumerabilis aliorum tam monachorum quàm ſæcularium multitudo, & magni patris reditui gratulatur, diuulgante illum vbique fama, Theodorumq; celebrante & facundiã. Reſpondebat autem exitus opinioni, & famam res ipſa confirmabat. Quicunque enim accedebant, meliores ab eo fiebãt, & præſtantiorem inde vitam auſpicabantur. Plurimi ex eo tempore Byzantio profecti, ad ſanctum protinus aduolârunt, eius tamquam Sirenum minimè fallacium vocibus repentè capti, redeundi curam penitùs abiecerunt. obteſtantes, accidentes, omnia ſupplicum more facientes, vt ſibi cum illo eſſe & viuere liceret, melius longe atq; vtilius id exiſtimantes quàm in ſæculo verſari. Quos ille cunctos excipiens, eorumq; fidem amplectens, Deo offerebat & in virtutis diſciplina exercebat.* Quæ autem ipſi cauſa fuerit illud relinquendi monaſterium, & reuerti Conſtantinopolim, & illic præfecturam ſuſcipere ampliſſimi monaſterij, iam diutiùs monachis deſtituti, eiuſdẽque Studij appellati, ex quo & cognomentum illud eſt conſequutus, vt Theodorus Studita ſit appellatus, idem auctor enarrat. ſed quoniam ea facta noſcuntur anno ſequenti, de his ſuo loco dicemus.

THEODOR. REDIENS IN MONASTERIVM COLLIGIT MONACHOS.

IX. Quod ſpectat ad res Occidentales, Barcinona ciuitas, quæ à Francis defecerat, per Zatum Sarracenorum Præfectum Carolo Magno reddita eſt. Cùm & Habdalla Sarracenorum Princeps in Africã fratre pulſus, ad eundem Carolum Magnum confugit, quem cum filio ſuo Ludouico in Hiſpaniam proficiſci iuſſit. Quo anno pariter res bellicæ eidem Carolo proſperè ex ſententia ſucceſsêre. Cùm autem degeret Aquiſgrani accepit legationẽ à Conſtantino Imperatore anteà miſſam. qui eã functus eſt, fuit Theophilus Nicetæ Siciliæ Præfecti filius, verum anno ſequenti à Carolo ſuſceptam, hoc verò anno miſſam à Conſtantino adhuc ſuperſtite alij tradunt. Sed eius auditâ nece, omnia vana ceſsêre.

IESV CHRISTI
Annus 798.
LEONIS PAP. III. Annus 3. IRENES ITERVM IM. Annus 2.

I. SEPTINGENTESIMVS nonageſimus octauus Chriſti annus qui ſequitur Indictione ſextâ ſignatur. Quo in Oriente Arabes Sarraceni ſub Duce Habdimelech Romano Imperio infeſtiſſimi, cũ petenti pacem Irenæ Imperatrici negâſſent, infeſto agmine progreſſi ſunt Conſtantinopolim vſque eius ſuburbia deprædantes, onuſtique ſpoliis ſunt reuerſi. hæc Theophanes pluribus. Quorum occaſi, ne factum eſt, vt Theodorus, de quo anno ſuperiori plura dicta ſunt, quo ab horum infeſtatione monachos ſibi ſubditos ſaluos redderet atque ſecuros, eoſdem Conſtantinopolim duxerit, atque Studij monaſterium habitare cœperit. Rem geſtam Michaël his præſens ſic narrat: *Impiis Arabibus Romanum Imperium per id tempus infeſtantibus, cùm ſedes paſſim ſeruitutis metu verterent, non ſolùm propinqui, verũ etiam remoti ac procul diſiti: neceſſariò faciendum patri viſum eſt, vt tempori cederet, nec manifeſto periculo ſe, ſociosq; (quod amentiæ erat) obiiceret. Quare in regiam vrbem ſe recipit, Patriarchæ optabilis & Auguſtæ quibus aduentu ſuo ſe ſocium incredibilem attulit. Qui mox ſummis ab eo precibus contenderunt, vt Studij moderator cœnobij quod in vrbe erat, eſſe vellet: & in eo monaſticæ exercitationis ſcholam collocare, vt hac ratione à tanto viro ciuitatum princeps ornaretur. Magnificum planè ac præcellens eius cœnobij templum, & ſiue pulchritudinem ſiue amplitudinem ſpectes, paucis concedens.*

THEODOR. OB SARRACENORVM INCVRSIONES CVM SVIS MIGRAT CONSTANTINO.

II. Vnde autẽ acciderit, vt idem monaſterium, Studium ſit appellatum, licèt nos ſuo loco ſuperiùs diximus, rurſum iſtud audi ab eodem auctore rem breuiter perſtringẽte, cùm pergit: *Venerat (inquit) ab Vrbe Roma vir genere & opibus præſtans, Studius nomine (Euprepinus lingua noſtra vocare ſolet) qui & Patricij & Conſulis honorem fuerat adeptus. Hic cùm in hac vrbe domicilium collocâſſet, præclarum hoc templũ magno præcurſori Baptiſtæ poſuit monachorum deputans habitationi. Et quidem nullo vnquam tempore defuerunt qui communem in eo vitam agentes, præclara virtutis ac religionis ſuæ argumenta darent, quoad Deo inuiſus Conſtantinus Copronymus, indicto monachis bello, cum cæteris omnibus hos pariter adiecit. Poſtquam verò in priſtinum ſtatum res Eccleſiæ redierunt: ceſſauitq; ſchiſmatis perſecutio: eundem locum monachi iterum ſed perpauci: nec plures (vt ferunt) numero quàm duodecim inhabitârunt:*

MONASTERII STVDII NOMEN ET ORIGO.

III. *Hoc ergo cœnobium pater cum inſigni templo aptiſſimum & ornatiſſimum nactus, ex conditoris mente ſcilicèt adiit, diſcipulosq; ſuos in eo conſtituit. ſic enim verè à conueniebat, eum qui virtute omnibus antecederet, ſuum ipſius templum apponere, eundem eius incolam ac paſtorem eſſe, & paſtorem longè præſtantiſſimum, cuius oues & numero plurimæ & virtute perinſignes eſſent. Cui enim & cura omnis & ſtudium erat fidei ſuæ creditas, meliores in horas reddere, & quicquid pulchrum ac honeſtum eſſet, eis proponere atque inſerere, earumque ſalutem, ſuam ſalutem ducere: hos par erat augeri maximis incrementis, & vitæ perfectionis apicem capeſſere. Quorum ſanè monaſterium propterea clariſſimum nomen obtinuit, omniumq; aliorum celeberrimum euaſit. At enim cùm multi, creſcente eius famâ, quotidiè confluerent, partim laici, partim monachi, nonnulli etiam delicata vita deditì & voluptuaria, quibus adeò nulla virtutis cura fuiſſet, benignè omnes pariter excipiebat, & diuinæ ſcripturæ documentis inſtruebat, atque ad meliora ducebat, nullius rei præterquam virtutis ſtudio cupidos, ut boni immortalis ac perpetui.* pergit auctor pluribus dicere de monaſticis ab eo ſuis diſcipulis traditis inſtitutis admiratione quidẽ maximè dignis, iiſdemq; ſcriptis metro, de quibus hæc ait:

MONASTERIVM STVDII RESTITVTVM ET AVCTVM.

IV. *Edidit præterea inſtitutiones Iambicis verſibus conſcriptas, quemadmodũ vnumquodq; imperata facere oporteret. Quorum verſuum contextum initium à Præpoſito ipſo duceret; cùm deinde cæteros omnes ad infimum vſque percurrens, definit ac ſtatuit, quibus pœnis, quibuſq; ſeparationibus, ac genuflexionibus affici debeat, qui ad diuinas laudes tardius venerit, qui vas confregerit, aut temerè proiecerit: ac negligentiùs tractarit: qui fratrem in re quapiam offenderit: qui in loquendo modum exceſſerit, & linguæ fræn\u0169 non iniecerit. quibus omnibus congruentes pro delict\u012B modo*

THEODOR. MONASTICA INSTITVTA SCRIPSIT.

eadiectùs linguam præcidere. Acceſſit ad tanti ſceleris immenſitatem, quod totum id factum eſt, cùm idem Pontifex eſſet in ſacri muneris functione, expiando per litanias populum ritu ſolemni. Sed & ſacrilegia ſacrilegiis cumulata ſunt, dum rurſus in Eccleſia ante altare, iuxta Confeſſionem tantum ſit repetitum rabido furore flagitium. Iſta autē tam nefanda, tam horrenda & execranda quomodo ſe habuerint, præ ſceleris immanitate declamato vbique facinore, tam Occidentales quàm Orientales hiſtoriarum ſcriptores ſunt proſequuti. Nos accipiemus ab Anaſtaſio eius ſæculi ſcriptore antiquiore, qui ea paulò latiùs narrat his verbis.

II. PROCESSIO S. LEONIS IN LITANIA MAIORI.

Cum die quadam more ſolito in litania, quæ ab omnibus Maior appellatur, Leo Pōtifex procederet, vbi ſibi populus obuiam ſacra religione occurrere deberet, vt ſecundùm annuam conſuetudinem litanias & Miſſarum ſolemnia cum ſacerdotibus celebraret, & omnipotenti Domino pro ſalute Chriſtiani populi preces funderet. Et ſicut ſecundùm ſolitanam traditionem ſancta Romana Eccleſia, in Eccleſia beati Georgij Chriſti Martyris, in eius natali, ipſa litania prædicata fuiſſet: omnes tam viri quàmque fœminæ deuotâ mente cateruatim in Eccleſia beati Chriſti Martyris Laurentij, quam Lucinæ dicunt, ſiue Adcraticulam, vt hîc habent Annales Francorum, *vbi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum prædictus venerabilis Pontifex à patriarchio egreſſus fuiſſet: obuiam illi ſine planeta Paſchalis Primicerius occurrit, & in hypocriſi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus ſum, & ideò ſine planeta veni. Tunc ſanctiſſimus Præſul veniam illi dedit.*

QVAM EXECRANDA IN S. LEONEM IMPII PATRAVERE.

Similiter & Campulus Sacellarius: qui in ipſorum doloſitate pariter in Pontificali obſequio pergentes, & dulcia verba quæ non habebant in pectore cum eo loquentes, maligni & iniqui ac peruerſi, falſiq; Chriſtiani, prorſus Pagani, filij diaboli, in vnum ſe ſatanicè colligentes, pleni iniquâ cogitatione, in ipſo itinere, ante monaſterium ſanctorum Stephani & Silueſtri, quod domnus Paulus Papa fundauerat, clam armati aſtitère, atque repentè de loco inſidiarum exilientes, ad ipſum (quod dictu nefas eſt) trucidandum, abſque vlla reuerentia confluxerunt. Paſchale ad caput ſtante, & Campulo ad pedes, ſecundùm iniquum eorum conſilium. Accidiſſe autem id ſeptimo Kalendas Maij Ado confirmat. Pergit Anaſtaſius.

III. QVÆ NEFANDA SVMMVS PONTIFEX PATI COACTVS.

Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, cùm eſſet inermis & in diuino officio præparatus, timore armorum perterritus, in fugam conuerſus eſt. Ipſi verò inſidiatores atque operatores malorum, Iudaico more, ſine vllo diuino vel humano honoris intuitu, ferino more comprehendentes, in terram proiecerunt, & abſque vlla miſericordia ſcindendo, expoliando eum, crudeliter oculos euulsère, & ipſum penitùs necare conati ſunt: nam & lingua eius ab ipſis præciſa eſt. Et vt ipſi omninò tunc arbitrati ſunt, cæcum enim & mutum in media platea dimisère. Verùm ipſi maligni Paſchalis & Campulus ſicut veri Pagani & impij ad ipſius monaſterij Eccleſiam ante Confeſſionem eū trahentes, ante ipſum venerabile altare iterum oculos & linguam ampliùs crudeliter eruère, & plagis eum diuerſis ac fuſtibus cedētes laniauerunt, & ſemiuiuum in ſanguine reuolutum ante ipſum altare dimiſère. Poſtmodum verò ſub cuſtodia in ipſo monaſterio dimiſère.

IV.

*Timore autem perterriti, ne à Chriſtianis hominibus inde furatus eſſet, tunc malignum conſilium adepti, ſicut ipſe Hegumenus monaſterij ſancti * Geraſimi profeſſus eſt, fecerunt eum ad ſe venire clàm per noctem tam Paſchalis malignus qui tunc Primicerius erat, quàm Campulus Sacellarius, & Maurus Nepeſinus, & miſerunt in prædictum monaſterium ſancti Silueſtri, cum pluribus iniquis conſentaneis ipſorum malefactoribus ſic eum per noctem exinde abſtrahentes deduxerunt in monaſterium S. Geraſimi, & in arcta & anguſta cuſtodia eum recluſerunt.*

* al. Eraſmi

S. LEO TOTVS SAVCIATVS IN CVSTODIAM DETRVDITVR.

A *Sed Dominus omnipotens qui eorum malitiam præſciēdo, diu patienter ſuſtinuit, ipſis eorum iniquos conatus mirabiliter deſtruxit. Contigit enim cooperante Domino, & beato Petro Apoſtolo ſuffragante, quod antedictus Papa cùm ab ipſis carnificibus in monaſterium S. Geraſimi in cuſtodiam mitteretur, & viſum recepit & lingua ad loquendum ei reſtituta eſt, vt oſtenderet omnipotens Dominus ſuper ſuum famulum ſolitam miſericordiam & magnum miraculum, & diuino eius nutu à fidelibus Chriſtianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & aliis fidelibus Deū timētibus, ex ipſo eum clauſtro occultè auferētes, in baſilicā B. Petri Apoſtolorum principis, vbi eius ſacratiſſimum corpus quieſcit, deduxère.*

ERIPITVR LEO PONTIFEX ET PERDVCITVR IN BASILICAM S. PETRI.

V. GRATIÆ DEO REDDITÆ PRO EREPTO PONTIFICE.

B *Qui omnes audientes & videntes mirabilia* DEI, *qui innocentem & iuſtum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificauerunt Dominum Deum, dicentes: Benedictus Dominus Deus Iſrael qui facit mirabilia magna ſolus, & non deſerit ſperantes in ſe, ſed in eo adimpleuit miſericordiam ſuam, vt manifeſtaretur gloria Dei & mirabilia in illo, quemadmodum promiſit ſperantibus in ſe, Pſalmiſtâ dicente:*[a] *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? Dominus defenſor vitæ meæ à quo trepidabo? Et iterum:*[b] *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Et verè à tenebris eum Dominus eripiens, lumen reddidit, & linguam ad loquendum reſtituit, & cotis eius conſolidans membris, in omnibus operibus mirabiliter deducens confortauit. Quantum gaudium habuère Chriſtiani homines & fideles, tantùm mœrore & C triſtitiâ anguſtiati illi neſciebant quid agerent, & in periculo ſe eſſe exiſtimantes, quærebant ſemetipſos interficere. At dum non inuenirent quid aliud agerent, domum Albini fidelis B. Petri Apoſtoli & eiuſdem Pontificis deprædantes, deſtruxerunt.*

[a] Pſal. 26.

[b] Pſal. 118.

LEO PAPA SPOLETVM DVCITVR.

In ipſa beati Petri Apoſtoli aula cùm degeret præfatus Pontifex, confeſtim Vuinigiſus glorioſus Dux Spoletanus cum ſuo exercitu obuiauit: & cùm ſummum Pontificem videntem & loquentem conſpexiſſet, venerabiliter eum recipiens Spoletum deduxit glorificans DEVM *& laudans Dominum, qui per talia mirabilia eum clarificauit.* Habent Annales Francorum, apud ſanctum Petrum tunc contigiſſe morari Legatos Caroli Magni: erat ex iis vnus Viradus Abbas, quorū ope fultus Pon- D tifex, vnà cū Duce Spoletano Winigiſo Spoletum (vt dictū eſt) perductus fuit. Pergit verò Anaſtaſius.

VI. EREPTVS LEO PROFICISCITVR AD CAROL. MAGNVM.

*Quo audito, per diuerſas ciuitates Romanorum fideles ad eum occurrere, & pariter cum aliquibus ex ipſis ciuitatibus Epiſcopis, presbyteris, ſeu clericis Romanis, & primatibus ciuitatum ad excellentiſſimum dominum Carolum Regem Francorum & Longobardorum atq; Patricium Romanorum profectus eſt. Ipſe verò Chriſtianiſſimus & Orthodoxus atque præcipuus clementiſſimusq; Rex, illicò vt audiuit, miſit in obuiam eius Gildiualdum Archiepiſcopum & Capellanum, & Aſcharium Comitem, & poſtmodum proprium filium ſuum Pipinum excellentiſſimum Regem cum aliis Comitibus obuiam ei iterum, & vſque vbi ipſe magnus Rex ei obuiauit, & ſicut Vicarium B. Petri Apo- E ſtoli venerabiliter & honorificè cum hymnis & canticis ſpiritualibus eum ſuſcepit, & pariter ſe amplectentes, cum lachrymis ſe oſculati ſunt. Et prædicto Pontifice, Gloria in excelſis Deo inchoante, & * uncto clero ſuſcipiente, oratione ſuper cuncto populo datâ nunc benigniſſimus dominus Carolus Magnus Rex * addictum Pontificem conſpiciens, gratias Deo retulit, qui tam magna mirabilia ſuper famulum ſuum per ſuffragia principum Apoſtolorum Petri ac Pauli operatus eſt, & ad nihilum prædictos viros iniquos deduxit.*

* cuncto

* ante

QVÆ SINT ADDITA A SACRILEGIS SCELERA.

Qui in magno honore apud ſe aliquantulum temporis eum ipſe ſereniſſimus Rex habuiſſet: hæc præfati iniqui & filij diaboli audientes, poſt dira & iniqua incendia quæ in poſſeſſionibus ſeu rebus B. Petri Apoſtoli geſſerūt: moliti ſunt

Digitized by Google

Deo contraria falſa aduerſus ſanctiſſimumPontifice m imponere crimina, & poſt eum ad prædictum mittere Regem, que probare nequaquam potuiſſent, qui per inſidias & iniquitates ipſorum talia nec dicenda, ſanctam Eccleſiam humiliare volentes, proferebant.

VII.

*Sed dum apud prædictum clementiſſimum magnum Regem præfatus Pontifex cum magno & condecenti honore degeret, ex omni parte tam Archiepiſcopis quàm Epiſcopis & cæteris ſacerdotibus venientibus, vnà cum filio eiuſdem piiſſimi magni Regis, omnibusque eximiis Francis, DEO præuio, illum * remeantem in ſuam Apoſtolicam Sedem honorificè cum nimio (vt decuit) remiſerunt honore: qui per vnamquamque ciuitatem, tamquam ipſum ſuſcipientes Apoſtolum, vſque Romam deduxerunt. Quum Romani præ nimio gaudio ſuum recipientes Paſtorem: omnes generaliter in vigiliis beati Andreæ Apoſtoli tam proceres clericorum cum omnibus clericis, quamque Optimates & Senatus, cunctaque militia & vniuerſus populus Romanus cum ſanctimonialibus & diaconiſſis & nobilibus matronis cum vniuerſis fœminis, ſimul etiam & cuncta ſchola peregrinorum, videlicèt Francorum, Friſonum, Saxonum atque Longobardorum, ſimul omnes connexi ad pontem Miluium cum ſignis & bandis & canticis ſpiritualibus ſuſceperunt, & in Eccleſiam beati Petri Apoſtoli eum deduxerunt, vbi & Miſſarum ſolemnia celebrauit. Et omnes communiter corpus & ſanguinem Domini noſtri IESV CHRISTI fideliter participati ſunt, & aliâ die ſecundum olitanam conſuetudinem natale beati Andreæ Apoſtoli celebrantes, Romam ingrediens cum multo gaudio & lætitia, in patriarchium Lateranenſe introiuit.*

* remeate REMITTITVR ROMAM LEO PAPA MAGNO CVM HONORE.

VIII. DELINQVENTIVM CAVSA TRACTATA.

Poſt hæc autem ab eis qui à Carolo Magno miſſi ſunt, quæſtio habita eſt de iis qui tam enormia ſcelera perpetrârant, de quibus hæc apud eundem Anaſtaſium ſcripta leguntur: *Poſt aliquantos dies fideliſſimi Miſſi qui cum eo venerunt in Pontificale obſequium, videlicèt Gildiualdus & Arno reuerendiſſimi Archiepiſcopi, atque Cunipertus, Berahardus, Atto & Ieſſe reuerendiſſimi & ſanctiſſimi Epiſcopi, necnon & Flaccus electus Epiſcopus, vnà cum Kelmgoth, Reticario & Germano glorioſis Comitibus, reſidentes in Triclinio ipſius domni Leonis Papæ, & per vnam & ampliùs hebdomadam, inquirentes ipſos nefandiſſimos malefactores, quam malitiam ab ipſorum Pontifice habuiſſent tam Paſchalis quàm Campulus cum ſequacibus eorum & nihil habuerunt aduerſus eum quod dicerent. Tunc illos comprehendentes prædicti Miſſi Magni Regis, emiſerunt eos in Franciam.* hæc ibi. Quæ omnia facta eſſe ſubdit ante aduentum ipſius Caroli Magni Romam, qui contigit anno ſequenti, licèt iudicium huiuſmodi præſente Carolo factum alij tradant.

IX. LEO PRO PERSECVTORIBVS ROGAT.

Sed dices quomodo fieri potuit, vt tam deteſtabilia perpetrata ſcelera leui exilio punirentur? Reginone ſatisfacit, dum tradit pro ſuis perſecutoribus exoraſſe ipſum Leonem Pontificem, ne quid detrimenti in ipſorum corporum membris paterentur; idque ipſi enixè roganti conceſſum eſſe, cùm tamen anteà capitis ſententiam accepiſſet; & in eos lege agendum eſſe, definitum eſſet: quod & teſtantur Annales Francorum ſub Ludouico filio Caroli Magni conſcripti. Sed & in vita Caroli per annos ſingulos ſcripta hæc leguntur: *Poſt paucos autem dies iuſſit Carolus eos qui Papam anno ſuperiori dehoneſtauerant exhiberi, & habita * decies ſecundùm legem Romanam, vt maieſtatis rei capite damnati ſunt. Pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit, & vita & membra eis conceſſa ſunt, ſed pro facinoris magnitudine exilio deportati ſunt.* hæc ibi, eademque reliqui eiuſdem ſæculi ſcriptores, ſed ſequenti anno id factum tradunt, poſtquàm Carolus acclamatus & coronatus eſt Imperator. Nos tamen ſequimur Anaſtaſium, indecens exiſtimantes, quod primùm de Pontifici obiectis criminibus actum ſit, quàm de adeò facinoroſiſſimis delinquentibus. Porrò de cauſa Pontificis tractata anno ſequenti, vbi Carolus Romam venit, ſuo loco dicemus. Cæterùm iudicium hoc anno factum eſſe cùm idem auctor affirmet, ſententiæ autem executionem, expectato Caroli aduentu, in ſequentem annum eſſe dilatam, idem qui ſuprà auctor affirmat, noſque ſuo loco ex eodem Anaſtaſio dicturi ſumus.

* deciſione

X. LEO PAPA DEDICAT ALTARE ECCL. PADERBVRNENSIS.

His de iudicio delinquentium enarratis, recitatiſque cunctis quæ hoc anno ipſi Leoni Pontifici contigerunt, prætermittendum non putamus, quæ ab ipſo facta eſſe narrantur, cùm adhuc apud Carolum in Germania eſſet. & inter alia dedicatum ab eo altare Paderburnæ, vbi conuenit ipſum Carolum Magnum, de quo hæc in tranſlatione ſancti Liborij fideliter ſcripta leguntur: [a] *Religioſum eius, Caroli videlicèt, & ſalutare Chriſtianitatis dilatandæ ſtudium nobiliter inchoatum, Leo Papa Apoſtolicâ auctoritate firmauit, atque in Eccleſia tunc ibidem nouiter conſtituta, quoddam altare conſecrans, adorandas in eo reliquias Protomartyris Stephani, quas ſecum Roma detulerat, collocauit, fiducialiter id Principe promittens, quod oratorium illud tanti Martyris patrocinio munitum non vlteriùs paſſurum foret iniuriam quam ipſo referente, priùs ei contigiſſe cognouit, vt videlicèt ob incolarum loci perfidiam & odium in Chriſtianam religionem aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maximè cauſam eaſdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non ſine effectu congrua fiducia, ſponſioniſque ſua, cùm nihil tale poſtmodum illic perpetratum eſſe certiſſimum ſit. Hoc igitur ordine Paderburnenſis Eccleſiæ ſedes Epiſcopalis tam Imperatoris ſanctione, quàm Apoſtolica benedictionis auctoritate primitùs conſtituta, ob cauſam ſuperiùs memoratam commendata fuit aliquandiu tuitioni præſulum Capellæ Orientalis Franciæ, quod ſermone barbaro Vuirtzburg appellatur.* hæc de his auctor. Contigit etiam vt cùm eſſet in itinere, pertranſiens Coloniam, licèt feſtinus ad Carolum properaret, ibi tamen ſubſtitit, & ingreſſus in Eccleſiam ſancti Seuerini, cuius corpus haud pridem in domum ſuam fuerat reſtitutum illic orauit. Habet enim iſta auctor qui de eius tranſlatione ſcripſit hiſtoriam, aitque: [b] *Cùm Roma præfatus Pontifex Leo profectus propter pœnas iniuſtè ſibi illatas, ad Imperatorem Carolum migraret in Franciam: deuenit ad locum, quo viri DEI Seuerini corpus venerabile requieſcit, ibique præter morem, quem in via ſeruauerat, oratum Eccleſiam introiuit: comites autem eius mirantes, cauſam huiuſmodi ſciſcitabantur. Quibus ille: Loci (inquit) huius defenſor domnus eſt. ideò non auſus ſum illam præterire inſalutatam. Hinc ergo conſuetudo ciuibus inoleuit, vt vno die per ſingulas hebdomadas ad ſancti SEVERINI ſepulchrum veniant; & vt per totam hebdomadam eius patrocinio fulciantur, ſupplici deuotione depoſcunt.* Hæc de his ibi.

[a] Apud Sur. tom. 4. die 23. Iuly in Tranſlat. S. Liborij.

INVISIT LEO PA. CORPVS S. SEVERINI.

[b] Apud Sur. to. 5. die 23. Octobr. in Tranſlat. S. Seuerini.

XI.

Hoc eodem anno idem Leo Papa dedicauit capellam à CAROLO MAGNO conſtructam in Eresburg, eumdemque locum eiuſmodi priuilegio muniuit[c].

[c] Extat ap. Regeſtum Innoc. I V.

Digitized by Google

Leo ſeruus ſeruorum Dei, Carolo Magno * *Romanorum Imperatori.*

*Regi Francorum

Pia tua petitioni per omnia cõgaudentes, quod iubes annuere non tardamus. Igitur hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtuliſti, & per nos beato Petro conſecrâſti, liberum ab omni humana poteſtate eſſe, & fratrum inibi ad Chriſti ſeruitium adunatorum ditioni tantummodò parere cenſemus. Qui ne aliquid in hoc impedimenti patiantur, neue Regni veſtri inuaſoribus aliqua rebellandi fiducia preparetur: ſub anathemate, ſancti Petri auctoritate, interdicimus, ne quis vmquam bellica in ipſo monte præſidia collocare, aut per te collata prædia, aut decimas circa montem per duas Saxonicas raſtas, quas illuc delegaſti, audeat deripere. Hæc conſeruantibus ſit pax à Deo Patre, infringentibus excommunicatio, & à beatorum collegio ſit ſeparatio in æternum. Dat. Eresburg per manum Ioannis Bibliothecarij & Cancellarij Eccleſiæ Romanæ viij. Kal. Ianuar. anno Domini . . . . . Leonis III. quarto, Indictione * *ſeptimâ, die dedicationis Capellæ in Eresburg. De Saxonia oblata à Carolo Magno S. Petro ſunt etiam litteræ Gregorij Papæ ſeptimi ſuo loco recitatæ.*

*octaua

XII. HIEROSOL. PATRIARCHA CLAVES S. SEPVLCHRI AD CAROLVM MITTIT.

Eodem pariter anno Patriarcha Hieroſolymorum per ſuum monachum miſit ad Carolum Magnum ſacroſancti ſepulchri Redemptoris noſtri claues, quem dimittens ipſe Carolus, Zachariam presbyterum illi adiunxit: qui dona ad loca illa ſancta deferret. hæc Annales Francorum. Innotuerat in Oriente etiam tanti Regis Chriſtianiſſimi pietas atque potentia, adeò vt ad hunc vnum reſpicerent omnes, tanquam vnicum Chriſtianæ religionis, temporibus iſtis perditiſſimis quibus ſub Sarracenorum iugo gemebant, decus & ornamentum. Porrò pro reſtauratione Eccleſiarum Hieroſolymorum Carolus collectam more maiorum indixit. Eſt ea de re titulus in eius Capitularibus his verbis inſcriptus: [a] *De eleemoſyna mittenda in Hieruſalem, propter Eccleſias Dei reſtaurandas proximo Natali Domini.* ipſum verò decretum ſeu capitulum excidit.

a Capitul. li. 9. in appen. cap. 32.

IESV CHRISTI
Annus 800.

LEONIS PAP. III. Annus 5. IRENES ITERVM IM. Annus 4.

I. CAROLIMAGNI ADVENTVS IN VRBEM.

OCTINGENTESIMVS Redemptoris noſtri illuceſcit annus octauæ Indictionis, ad cuius finem Carolus Magnus Romam ſe contulit, vt Eccleſiam illam impiorum factionibus perturbatam in ſecuritatem priſtinam reſtitueret. Sed quæ iſta præceſſerint, quibusue itineribus ſe contulerit in Italiam, primò dicendum. Habent veteres Annales Francorum in vita eiuſdem Caroli Magni ipſum hoc anno celebrâſſe ſacrum diem Paſchatis in Centulo ſeu Centula apud S. Richarium: erat illic inſigne monaſteriũ, quod eius gener Angelbertus ſiue Engelbertus (vtroque modo apud antiquos ſcriptus reperitur) erexit, vbi poſteà præfectus Abbas vitam duxit Angelicam. Aderat vnà cum Carolo tunc inter alios Albinus Flaccus qui & Alcuinus, illicque dum degeret, ſcripſit vitam [b] eiuſdem S. Richarij Confeſſoris, in qua ita ad ipſum Carolum præfatus eſt epiſtola nuncupatoria.

b Apud Sur. die 26. Apri. tom. 2.

II. *Domino ſemper venerabili, ſemperque deſiderabili, potiſſimo ſanctæ Eccleſiæ tutori, gratiâ Dei ſemper Auguſto Carolo veſtræ ſalutis perpes amicus Albinus.* adiectum eſt poſteà nomen Auguſti, quod conſequutus eſt anno ſequenti.

Remorante veſtra excellentia pietate in loco ſancto & meritò venerabili Centula, cùm & ego veſtræ gloriæ ſeruus, veſtræ pietatis veſtigia ibidem proſequutus, aliquantiſper commorarer: orauerat paruitatem meam vir magnus in Chriſto, dominus & venerabilis Abbas Angelbertus, quo in laudem Conditoris, qui mirabilis ſemper apparet in electis ſuis, quendam libellum ſtylo ſimpliciori digeſtum de vita ſanctiſſimi ac verè magnifici Confeſſoris Richarij cultius annotarem, &c. adiecit ad finem præfationis more ſuo diſtichon, de eo quod illo libello continetur, in hunc modum:

ALBINVS SCRIBIT VITAS SANCTORVM.

Geſta ſacerdotis magni tenet iſte libellus
Richarij, cuius Centula corpus habet.

Scripſit & idem Albinus [c] vitam quoque Wilembrordi, qui & Clemens dictus, quæ extat, & alia plura id genus.

c Apud Sur. die 7. Nouemb. to. 6.

CAROLI ITER ROMAM VERSVS.

Sed redeamus ad Carolum, qui recedens è Centulo per litus Oceani venit Rotomagum, inde per Sequanam profectus eſt ad ſepulchrum ſancti Martini orationis causâ: vbi & defunctam pridiè nonas Iunij Luitgardem coniugem ſepeliuit, piam valdè fœminam S. Liobæ virginis obſeruantiſſimam, cuius res geſtæ ſcriptis mandatæ extant. Poſt hæc habet conuentum generalem Moguntiæ: inde iter Italiam verſus arripuit: Rauennam cùm peruenisset, ibi ordinatâ expeditione in Beneuentanos, poſt ſeptem dierum inducias Romam verſus dirigit iter, præmiſſo exercitu cum Pipino filio aduerſus Beneuentanos in Romanã Eccleſiam tunc infeſtos. Romam verò peruenit ad octauum Kalendas Decembris.

III. Quo modo autem exceptus fuerit ab ipſo Leone ſummo Pontifice, ex Francorum ſæpè citatis Annalibus ita fideliter reddimus. *Pridiè* (inquiunt) *quàm Carolus Romam veniret, Leo Papa apud Numentum occurrit, & eum magnâ veneratione ibidem ſuſcepit. Poſt cœnam quâ ſimul refecti ſunt, ibi illo manente, Pontifex ad Vrbem proceſſit. Poſteroque die miſſis obuiam Romanæ Vrbis vexillis, ordinatis etiam atque diſpoſitis per congrua loca tam peregrinorum quàm ciuium turmis, qui venienti laudes dicerent: ipſe Leo cum clero & Epiſcopis equo deſcendentem, gradusque aſcendentem ſuſcepit. dataque oratione, in baſilicam beati Petri, pſallentibus cunctis introduxit. Facta ſunt hæc octauo Kalendas Decembris. Poſt ſeptem verò dies, Rex concione vocata, cur Romam veniſſet, omnibus patefecit. Et exinde quotidie ijs propter quæ venerant facienda operam impendit. In quibus vt maximum, ita difficillimum erat, quod primò inchoatum eſt, de inueſtigandis videlicet quæ Pontifici obijciebantur. Qui tamen poſtquam nullus eorumdem criminum probator eſſe voluit, coram omni populo, in baſilica B. Petri Apoſtoli Euangelium ferens, ambonem conſcendit, inuocatoque ſanctæ Trinitatis nomine, de obiectis ſe criminibus iureiurando purgauit.* hæc Annales ſub Ludouico Caroli Magni filio ſcripti, & ex aliis, à quibus vita Caroli Magni contexitur.

QVOMODO EXCEPTVS CAROLVS IN VRBEM VENIENS.

IV. Sed quod ait: Poſtquam nullus eorumdem criminum probator eſſe voluit, alij habent, Probator exiſteret. Hæc autem quomodo ſe habuerint, apud Anaſtaſium ſatis accuratè ita narrata reperies: *Fecit Carolus Magnus in eadem Eccleſia congregare Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Abbates & omnes nobiles Francorum, atque inclytos Romanorum, & ſedentes pariter tam magnus Rex quàm beatiſſimus Pontifex fecerunt reſidere ſanctiſſimos Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates, ſtantibus reliquis ſacerdotibus & Optimatibus Francorum & Romanorum, vt crimina quæ aduerſus almum Pontificem dicta fuerant, examinarent. Qui vniuerſi Archiepiſcopi & Epiſcopi & Abbates vnanimiter audientes dixerunt: Nos Sedem Apoſtolicam, quæ eſt caput omnium Dei Eccleſiarum, iudicare non audemus: Nam ab ipſa nos omnes & Vicario ſuo iudicamur, ipſa autem à nemine iudicatur, quemadmodum antiquitùs mos fuit: ſed ſicut ipſe ſummus Pon-*

LEONIS CAVSA IN SYNODO PROPONITVR DISCVTIENDA.

Digitized by Google

tifex conſueuit, iubeat, canonicè obedienius. At venerabilis A *verò Leo Præſul inquit: Prædeceſſorum Pontificum veſtigia ſequor, & de talibus falſis criminationibus quæ ſuper me nequiter exarſerunt, me purificare paratus ſum.*

LEO PAP. PVRGAT SE IVRAMENTO PVRGAT.

Aliâ verò die in eadem Eccleſia B. Petri Apoſtoli, in eorum præſentia ampleɛtens venerabilis Pontifex ſancta Chriſti quatuor Euangelia, coram omnibus aſcendit ambonem, & ſub iureiurando clarâ voce dixit: Quia de iſtis falſis criminibus quæ ſuper me impoſuêre Romani, qui iniquè me perſecuti ſunt, ſcientiam non habeo, nec talia egiſſe me cognoſco: Et hoc peracto, omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi & Abbates, & cuncti clerici litaniâ factâ, laudes dedêre Deo atque Dei Genitrici ſemperq; Virgini Mariæ dominæ noſtræ, & B. Petro Apoſtolorum principi omnibusq; B *Sanctis Dei.* Habetur autem totidem verbis concepta ipſa formula purgationis à Leone Pontifice facta, in hunc modum:

V.

FORMVLA PVRGATIONIS LEONIS PAP. III.

Nota res eſt, fratres cariſſimi, malos aduerſum me homines inſurrexiſſe, meq; ac vitam meam grauiſſimis criminibus infamaſſe. Cuius rei cognoſcendæ gratiâ clementiſſimus hic ac sereniſſimus Rex Carolus vna cum ſacerdotibus ac Principibus ſuis in hanc Vrbem ſe contulit. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, ſed meâ voluntate impulſus purgo me, præſentibus vobis coram Deo & Angelis eius qui conſcientiam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum, in cuius conſpectu conſiſtimus, neque ſceleratas res quas mihi obiciunt perpetrâſſe, neque perpetrari iuſſiſſe, Deum teſtor, in cuius iudicium C *venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc facio, non legibus vllis obſtrictus, neque hanc conſuetudinem aut decretum in ſancta Eccleſia ſucceſſoribus meis & fratribus Coëpiſcopis imponere cupiens, ſed vt certiùs iniquis vos ſuſpicionibus liberem.* hęc ex ſacris ritibus Romanę Eccleſiæ prodita ſunt. Porrò hæc ibi geſta traduntur ante Natalem diem Domini.

VI.

CAROLVS MAGNVS CORONATVR IMPERATOR.

Qui autem annos Redemptoris à Natali die Domini auſpicari ſunt ſoliti, in ſequentem reiiciũt annum coronationem ipſius Caroli Magni in Imperatorem, quæ ipſo die Natali Domini facta eſt; qui autem à Kalendis Ianuarij initium anni ſumere cõſueuerunt (vt & nos facimus) hoc certè anno ipſam ponere neceſſe habent. de qua hæc apud Anaſtaſium leguntur: *Poſt hæc adueniente die Natali Domini* D *noſtri Ieſu Chriſti, in iam dicta baſilica beati Petri Apoſtoli omnes iterum congregati ſunt: & tunc venerandiſſimus almificus Pontifex manibus ſuis propriis pretioſiſſimâ coronâ coronauit eum. Tunc vniuerſi fideles Romani videntes tantam defenſionem & dilectionem, quam erga ſanctam Romanam Eccleſiam & eius vicarium habuit vnanimiter altiſonâ voce, Dei nutu atque beati Petri clauigeri regni cælorum exclamauerunt,* CAROLO PIISSIMO AVGVSTO A DEO CORONATO, MAGNO, PACIFICO IMPERATORI VITA ET VICTORIA. *Ante ſacram Confeſſionem beati Petri Apoſtoli plures Sanctos inuocantes, ter dictum eſt ab omnibus, & conſtitutus eſt Imperator Romanorum. Illicò ſanctiſſimus Antiſtes & Pontifex vnxit oleo ſancto Carolum & excellentiſſimum filium* E *eius Regem in ipſo die Natali Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Theophanes verò coronatum tradit Carolum à Romano Pontifice Kalendis Ianuarij Indictionis nonæ, verùm errore labitur, Latinis omnibus aduerſantibus.

VII.

DEFENSOREM SEMPER FORE PROFITETVR ROM. ECCLES.

Non omiſit idem Imperator iuramento tunc ſe obligare Romanæ Eccleſiæ defenſorem: quod iuſiurandum his verbis concipi à poſteris etiam cõſueuit: *In nomine Chriſti ſpondeo atque polliceor ego Carolus Imperator coram Deo & beato Petro Apoſtolo, me protectorem & defenſorem fore huius S. Romanæ Eccleſiæ in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout ſciero, poteroq;* hæc in ſacrorum libro rituum, quem vetuſtas, Romanum Ordinem, appellauit. Dum agit de eodem à Leone coronato Imperatore Eginhardus, id ipſo Carolo nihil præſciẽte factum affirmat, atque ait: *Romam veniens propter reparandum qui nimis conturbatus erat Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hiemis tempus protraxit, quo tempore Imperatoris & Augusti nomen accepit. quod primò tantùm auerſatus eſt, vt affirmaret ſe, eo die, quamuis præcipua ſolemnitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi conſilium Pontificis præſcire potuiſſet. Inuidiam tamen ſuſcepti nominis, Conſtãtinopolitanis ſuper hoc indignantibus, magnâ tulit patientiâ, vicitq; eorum contumaciam magnanimitate, quâ eis proculdubio præſtantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epiſtolis fratres eos appellando.* Quinam autem iſti fuerint, idem auctor ſuperiùs docet, his verbis:

VIII.

IMPERATORES CONST. CVM CAROLO MAGNO QVÆRVNT PACEM.

Imperatores etiam Conſtantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo vltro amicitiam & ſocietatem eius expetentes, complures ad eum miſêre Legatos, cum quibus tamen propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc quaſi qui imperium eis ſurripere vellet, valdè ſuſpecto, fœdus firmiſſimum ſtatuit, vt nulla inter partes cuiuslibet ſcandali remaneret occaſio: ſubiicit idem auctor petitum tũc à Leone Pontifice, ſicut antea factũ fuerat ab Hadriano, vt idem Carolus Imperatoriâ veſte vteretur, chlamyde ſcilicèt, ait enim: *Peregrina verò indumenta quamuis pulcherrima reſpuebat, nec vmquam eis indui patiebatur, excepto quod Romæ ſemel Ha-* C *driano Pontifice petente, & iterum Leone ſucceſſore eius ſupplicante, longâ tunicâ & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis, induebatur,* hactenùs Eginhardus, qui cùm eſſet à ſecretis eidem Carolo Magno, rei geſtæ interfuiſſe putatur.

DE IMPERIO COLLATO CAROLO TESTES.

At non ipſe tantùm & Anaſtaſius de collata per Leonem Romanum Pontificem Imperiali dignitate Carolo magno ſunt teſtes, ſed & fatentur idipſum (vt vno verbo dicam) Latini omnes & Græci auctores, vtpote de re haud intra parietes domeſticos geſta, ſed in ipſo orbis theatro, Vrbe Romana, in ampliſſima baſilica Vaticana, non ſolùm Romanis ipſis præſentibus atq; ſpectantibus, ſed quotquot ex toto Chriſtiano orbe ſolerent illuc religio- D nis causâ confluere, peregrinis, & ipſis, quos idem Carolus ſecum duxerat exercitibus.

IX.

A DEO DARI REGES.

Rem tantam conſiderans, tu velim Lector, in primum auctorem bonorum omnium bonorum cõiicias oculos, in ipſum omnipotentem Deum optimum maximum, ſciaſque ſecundùm diuinum illud oraculum: [a] *Quod dominatur excelſus in Regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.* & quod ipſe verbis iſtis confirmat: [b] *Per me Reges regnant, per me Principes imperant.* intelligaſque pariter, tanta iſta grauis diuini iudicij ſtatera penſari, nec quicquam poſſe ſibi ſumere homines quantumlibet violenti, niſi ipſe rerum Dominus [c] dederit; de his enim hæc ſunt E diuina eloquia: [d] *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos.* & datur à Deo (ſi meruerit populus) optimo Principi. Secundùm quod ibidem ſcriptum eſt: [e] *In manu Dei poteſtas terræ, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam.* Id quod ipſe Redemptor dixit: [f] *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*

[a] Dan. 4.

[b] Prou. 8.

[c] Ioh. 19.

[d] Eccli. 10.

[e] Ibidem.

[f] Matt. 21.

[g] Act. 5.

Hæc idcirco propoſuiſſe voluimus, ne quod per miniſterium hominis factum apparet, id humanitùs, & non diuinitùs actum putetur. Dei autem id fuiſſe conſilium, ſatis perſpicuè declarârunt euenta, ſecundùm [g] veram illam Gamalielis in concilio Iudæorum ſententiam: *Si eſt ex hominibus con-*

A *ſilium hoc aut opus, diſſolueretur, ſi verò ex Deo, non poteritis diſſoluere illud.* Quod igitur id quod per Leonem Pontificem factum eſt, vt tranſlatum ante Occidentale Imperium in Orientem reuocatum fuerit in Occidentem, & ſemper ſteterit & hactenus perſeueret: non niſi diuino conſilio factum eſſe, vel fieri potuiſſe, nemo prudens inficias ire poterit. Sed & quod totum id ſit opus Dei, vtique vt quod factum eſt, ita fieret per Romanum Pontificem totius Chriſtianæ religionis Antiſtitem, æquè diuina diſpoſitio fuit.

DIVINA DISPOSITIONE TRANSLATVM IMPERIVM IN OCCID.

X. Quis enim negandum putet, conceſſum Chriſti Eccleſiæ, quod ſcimus traditum Synagogæ? in qua Deus per miniſterium ſacerdotum, vt voluit abſtulit, & tranſtulit Regna, nouoſque diuinæ ex voluntatis arbitrio Reges inſtituit. Ita per Samuelem primum Iudæorum Regem Saulem creari [a] voluit, & per eumdem ex ipſo in Dauidem [b] transferri. ſic & per Eliam [c] & Eliſæum tranſmitti Regnum è domo Achab in Iehu, & reſtitui illud rurſum per Ioiadam [d] ſacerdotem. Sic pariter etiam externum Regnum Syriæ diſponi voluit per Eliam, dum iuſſit ei, vt Hazael [e] famulũ Regis Benhadad vngeret Regẽ Syriæ.

[a] 1. Reg. 9. 10. [b] 1. Reg. 16. [c] 3. Reg. 19. 4. Reg. 9. [d] 2. Par. 23. [e] 3. Reg. 19.

B Secundum ergo quod dictum eſt à Domino ad Ieremiam [f]: *Conſtitui te hodie ſuper Gentes, & Regna, vt euellas & deſtruas & diſſipes, plantes & ædifices.* impleri id voluit in Eccleſia ſua, de qua myſticè dictum [g]: *Maior erit gloria domus huius quàm primæ.* nempe præſtantiorem fore Eccleſiæ gloriam quàm Synagogæ. Sed & miniſtros nouæ legis longè ſuperare gloriæ ſplendore miniſtros antiquæ legis, firmiſſimâ aſſertione Paulus [h] docuit verbis illis: *Si miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriã vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multò magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.* Si igitur in veteri Teſtamento per ſacerdotes ſeruos ſuos voluit Deus Reges inſtitui, & Regna transferri: quomodo non & id conceſſum ab eo dixerimus ſacerdotibus nouæ legis?

[f] Ierem. 1. [g] Agg. 2. MAIOR GLORIA ECCLESIÆ QVAM SYNAGOGÆ. [h] 2. Cor. 3.

XI. Iſta quidem ex conuenientia; ex qua pariter aſſerendum, quòd cùm in Eccleſia (vt eſt omnium Orthodoxorum ſententia) ſuper omnes emineat viſibile caput Romanus Antiſtes, iureque ſemper prædicatus ipſe Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus; iſta per ipſum præſtari conueniens fuiſſe, quiſque ſapiens affirmabit, conſentietq; æquè conueniens extitiſſe, translationem iſtam, de qua eſt ſermo, impleri potiſſimum debuiſſe per talem ſanctiſſimum Põtificem, mitiſſimum ſuper omnes homines, ſuper quem DEVS præ cæteris oſtendiſſet omnipotentiam ſuam, eripiendo eum de manibus hoſtium, & ſanando immaniter trucidatum; quem & oculis orbatum, & linguâ radicitùs præciſum, tanto miraculo videntem reddidiſſet atque loquentem; cùm alioqui etiam per miniſtros aliquãdo, qui malè audirent, ſuam in his perfici voluerit voluntatem; vti accidit de eo qui miſſus eſt vngere Iehu in Regem [i]: licet enim putaretur inſanus, & diceretur falſa locutus: mouit tamen Deus animos eorũdem qui talia de eo crederent ac prædicarent, vt eius dictis fidem adhiberent & obedirent, & quæ eſſent ab eo dicta, ſuo miniſterio adimplerent. tanta eſt vis diuinæ potentiæ, vt quæ Deus vult, per quem vult (qualiſcumque is ſit) impleri velit, fruſtrà omnibus repugnantibus.

DECEBAT PER S. LEONEM PAPAM TANTA IMPLERI.

[i] 4. Reg. 9.

XII. Quod igitur (vti oſtendimus) conueniens fuit per Leonem impleri, pariter decens fuiſſe in Carolo Magno expleri, nemo puto erit qui ſecus ſenſerit, vtpote viro piiſſimo, fortiſſimo, mitiſſimo, iuſtiſſimo, à duce & doctiſſimo, de Eccleſia Catholica & ſtatu publico ſemper in omnibus optimè merito, optimis Chriſtianis Principibus in omnibus coæquando, & in multis etiam præferendo. Si cui igitur fuit iſtiuſmodi beneficium diuinitus conferendum, per quem potiùs quàm per Leonem, & in quem meliùs quàm in Carolum? Sed & quando opportuniùs quàm hoc tempore? Iacebant abſque poſſeſſore titulos iuraque Occidentalis Imperij, à Græcis ob hæreſes, quibus pertinacius inhæſiſſent, iuſtè Põtificia auctoritate ſublata: nec enim dignus eſt habitus Conſtantinus licèt Catholicus, & de Fide Catholica benè meritus videretur, cui reſtitui deberet, vtpote qui ablatos à prædeceſſoribus hæreticis Imperatoribus Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, qui eſſent immediatè ſub iuribus Romanæ Eccleſiæ, & dempta eiuſdem ampliſſima patrimonia, admonitus licèt per Hadrianum Pontificem, minimè reſtituere voluiſſet, ob quam cauſam eius ſententiâ excommunicandus eſſet, atque hæreticus decernendus. Sunt iſta omnia expreſſa in fine epiſtolæ eiuſdem Hadriani Pontificis ad Carolum Magnum data pro defenſione Nicæni ſecundi Concilij.

IVSTE PER LEONEM AT DIGNE IN CAROLVM TRANSLATVM IMPERIVM.

XIII. Sed quod conueniens fuiſſe dictum eſt, idem pariter vtile & neceſſarium etiam extitiſſe, ſi quis tempora poſteriora conſideret, non negabit. Quã C deforme, & penitùs indecens eſſet, vt Orientali Imperio in deterius, atque in ruinam penitùs prolabente, poſteriores qui fuerunt ſchiſmatici ab Occidentali Eccleſia diuiſi, iidem dicerentur Occidentalis orbis Imperatores, cui nec religione communicarent? Sed quantò deformiùs vt idem ius ac titulus propagaretur in Turcas Chriſtianæ religionis infenſiſſimos hoſtes, in quos Dei indignatione, in vltionem populorum ſchiſmaticorum, traditum eſt deſtruendum potiùs quàm regendum Orientis Imperium? Quo nomine plurimas omnium bonorum auctori Deo optimo maximo gratias agendas eſſe, ſed & tantæ rei miniſtro Leoni Pontifici eſſe pariter perſoluendas, fidelis nemo negarit, niſi No- D uator hæreticus, Catholicæ Eccleſiæ perduellis, & Romanorum Pontificum infenſiſſimus hoſtis, ſuomet iudicio condemnatus extra corpus Eccleſiæ exulare, qui communi totius corporis bono non gaudeat, ſed ſecundùm illud Dauidicum [k] *Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* doleat infelix, obtrectet, furat, clamet, ſtridat, aduerſariũq; ſtylum exacuat.

CONVENIENS ET NECESSARIA TRANSLATIO IMPERII.

[k] Pſal. 1.

XIV. Quod autem ex conuenientia, vtilitate exigente, & neceſſitate poſcente, Deo volente, factum diximus, id ipſum ex inſita ipſi Romano Pontifici cõceſſa diuinitùs auctoritate fuiſſe impletum, pariter affirmamus. Neget ſi quis iſta: planè impius & infidelis ac rerum Eccleſiaſticarũ penitùs rudis eſſe cõ- E uincitur. Conuertat iſte oculos in antiquiorem Eccleſiam, quam dicimus Synagogam, & videbit ſacerdotes antiquæ legis eiuſmodi auctoritate nõ caruiſſe, fuiſſeq; apud eos concilium magnum Iudæorum pontificum ac primarij ſummiq; omnium ſacerdotis, penes quos inter alia poteſtas eſſet, de Regibus iudicare, vt ſi cauſa exigeret, è throno dimitteret, & in eius locum alium ſubrogaret, quorum ampliſſimam poteſtatẽ Herodes tyrannus eius iudicio poſtulatus aliquando veritus, eiuſmodi concilium mutauit, occiſis illis, ſuffectis alijs, quos ſciret ſibi conſentientes, vt Ioſepho auctore, tomo primo Annalium, ſuo loco narrauimus. Dixeris necu, Chriſti Eccleſiam eiuſmodi poteſtate caruiſſe,

ROMANI PONTIFICIS AVCTORITAS IN IMPERIVM.

quę etiam in Synagoga vigebat? cùm ampliora chariſmatum dona collata eſſe Chriſti Eccleſiæ quàm Synagogæ. fuerit ſemper abſque controuerſia vna omnium Orthodoxorum ſententia?

XV. Hanc poteſtatem eſſe in Eccleſia Dei, & in ipſo Pontifice primario reſidere, poſſeq; ipſum, ſi cauſa poſtulet, Apoſtulicâ pleniſſimâ poteſtate infeſtum Eccleſiæ Regem, ſiue Imperatorem deponere, inq; locum ipſius iuſtum & pium ſufficere, ex Dei verbo, iure diuino & lege naturę neceſſariâ aſſumptione probari, exploratiſſimum eſt.

PETRO SVBDITI OMNES PRINCIPES.

[a] *Ioan. 21.* [b] *Matt. 25.* [c] *Act. 10.*

Si enim Chriſti verbo vnus in primis à Chriſto Redemptore iuſſus eſt Petrus paſcere ſuas[a] oues, paſcere agnos: ex ouium Chriſti numero dimoneas neceſſe eſt Reges & Imperatores, ſi à Petri eos ſegreges paſtorali regimine atque cenſura; vt opus ſit inter[b] hœdos colloces, quos ab ouibus ſegregas; niſi velis eos potiùs inter leones, lupos, dracones, & alias feras beſtias numerare: ſed & de his æquè Petro dictum ſcias[c]: *Occide & manduca.* Verùm inter Chriſti oues recenſendos eſſe Principes omnes, nemo Orthodoxorum aut hæreticorum hactenùs dubitauit, cùm ſecùs ſentire nihil aliud ſit, quàm eos inter reprobos collocare.

XVI. ROM. PONTIFICIS CENSVRÆ SVBDITI REGES.

Cùm igitur ſuperiori tomo, & alijs omnibus ſequentibus, doctrinâ & exemplis frequentiſſimè iteratis ſit clariſſimâ luce demonſtratum, Romanum Pontificem præſidere Patrem atq; Paſtorem Eccleſię vniuerſæ, idque ſemper fuerit à ſanctis Patribus cognitum, & declaratum, & præſenti ſæculo noſtro plurimorũ ſcriptione librorũ à veris Orthodoxis iiſdemq; doctiſſimis aduerſus Nouatores hæreticos demonſtratum: ſi Pontifex Romanus eſt Paſtor; vtique & Principes oues illi ſubiici (ſi non inſanis) debeas affirmare, & ipſum his præeſſe debere. ſimul aſſerere. Ex quo ordine hierarchico neceſſariò ſequitur, vt ſi quæuis ouium erret, corrigẽda ſit à paſtore. Et ſi error adeò ſit perſeuerans, vt non ſolùm nolit ipſa ſanari, ſed quærat alias perdere, planè fatui & non prudentis paſtoris erit, eam non extra gregem abiicere. Sed da aliquem non exiſtentem ouem, ſed mentientem, ouinamque pelle contectum lupum includere, quid aget paſtor? quid ipſi faciendum? omnes alij ſuadebunt, niſi longè procul (quiſquis iſte fuerit) abiicere? nec eſt iſtud politicum ſtatum deſtruere, ſed perficere, & conſeruare.

XVII. EX NATVRALI RATIONE PROBARI PRÆSCRIPTVRAM SACRAM.

[d] *Rom. 12.* [e] *Rom. 13.* [f] *Hebr. 13.* [g] *2. Cor. 10.* [h] *1. Petr. 2.*

EX DIVINA SCRIPTVRA PROBARI SVBDITOS PRINCIPES PONTIFICI AVS.

[i] *Act. 5.* [k] *1. Petr. 5.*

Etenim natura docet hoc ipſum, vt præſidens animus corpori, ſectionem imperet putridi membri cuius ſit deſperata curatio[d]. Sumus nos inuicem membra, & omnes vnum corpus in Chriſto, in quo caput cæteris præſtare membris quis neget, & animam corpori imperare quis dubitet? diuinamque poteſtatem humanæ, cœleſtem terrenæ, ſpiritualẽ carnali præeſſe debere quis non affirmet? Ita Paulus, qui ad conſeruationem politici ſtatus hæc dixit[e]: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* de Principibus loquens. Sed idem dicit cunctis Chriſtianis ſimulque Principibus[f]: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Idemq; in omnes diſcolos vigilare Apoſtolicam diſciplinam ſic docet[g]: *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum.* & paulò pòſt: *In promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam* &c. Et Petrus qui dicebat[h]: *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſic Regi quaſi præcellenti,* &c. Idem aduerſus malè iudicãtes ſublimiores poteſtates[i]: *Oportet,* inquit, *obedire magis Deo quàm hominibus.* Et qui dixit Epiſcopis[k]: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei prouidentes non coactè ſed ſpontaneè, & non dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo.* Idem ipſe[l] Ananiam & Saphiram mentientes Spiritui ſancto interſecit ſpiritu oris ſui; vt intelligeret vnuſquiſque, ſic in diuinis verbis inſinuari humilitatem, vt velit Deus conſeruatam eſſe in omnibus poteſtatem.

[l] *Act. 5.*

XVIII. Hinc factum eſt vt Gregorius Magnus, idemque eius nominis primus, mitiſſim[us] ſuper omnes homines, & corde humilimus, pro conſeruatione tamen bonorum xenodochij & monaſterij ipſos Francorum Reges Regno priuet, ſi quid ab eiſdem abſtulerint pijs locis. Nam in priuilegio conceſſo Auguſtodnnenſi xenodochio, hæc ad finem ipſius habet[m]: *Si quis verò Regum, ſacerdotum, Iudicum, ac perſonarum ſæcularium hanc Cõſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat.* habet[n] in priuilegio conceſſo monaſterio S. Medardi Sueſſionenſi. Si igitur ob vnius hoſpitalis domus, vel monaſterij vnius inuaſa à Regibus bona, eis S. Gregorius Regno priuationem comminetur: quid agant ſucceſſores eius cùm viderint Reges & Imperatores vniuerſam Eccleſiam, ſiue bellorum vi, ſiue hæreſibus peſſundare? vt non mireris ſi alter Gregorius eius nominis Secundus æquè ſanctus, Imperatorem hæreticum & inuaſorem rerum Eccleſiæ Romanæ in Oriente (vt vidimus) priuauerit iuribus Occidentalis Imperij, quæ hic Pontifex, de quo eſt ſermo, contulit meritiſſimo Carolo Magno Eccleſiæ defenſori.

[m] *Greg. l. 11. ep. 10. Ind. 6.*

PRIVATIONEM REGNI COMMINATVR GREGORIVS.

[n] *Greg. l. 11. ep. 32. In. 7.*

XIX. His offenſum crabronum examen excitatum exurgit, & exerto aculeo obuiam quemque petit. Talis eſt Nouatorum huius temporis ſchola, cuius qui in hiſtorica facultate apud eos eſſe profitebatur antiſtes, commentarium[o] ſcripſit aduerſus eos qui aſſererent collatum eſſe Occidentis Imperium per Romanum Pontificem in Carolum Magnum: quã quidem ſcriptionem ſi quis mendaciorum nuncupauerit officinam, proprio quidem titulo mendax opus inſcripſerit. Cùm neſcio an quis alius ſit inueniri huius temporis ſcriptor, qui plura, maiora, patentiora dicam & putentiora ac magis deformia, vnà ſimul in vno volumine, mendacia coaceruauerit. Qui iſta non credit, & figura hyperbolis, amplificationis causâ nos vti exiſtimet; inſpiciat ipſe oculis eaſdem, tamquam in nundinis palàm expoſitas merces patentes omnibus factas. Qui enim eiuſdem officinæ abdita penetrauit, veritatis lucernâ ſingula perſcrutatus, quæ tenebrarum erant offuſa caligine qualia eſſent nõ omnibus nota, iam aduerſariâ ſcriptione palàm fecit, & cunctis perſpicuè demonſtrauit vir doctiſſimus Bellarminus, hodie Collegij Apoſtolici decus & ornamentum Cardinalis ampliſſimus, qui id quod conatus eſt, adeò eſt feliciter conſecutus, vt nobis vel alijs non ſit admodùm laborandum, ſed gratulandum potiùs, vti potentiſſimo vindici veritatis; agendæq; gratiæ quod labore plurimo liberauerit immittendi falcẽ in adeò denſam immenſamque mendaciorum ſiluam: nam contẽnendus eſt potiùs quàm confutandus ille, qui mendaciorum frigidus defenſor accedens, poſt collapſos tuba[p] Ioſue muros Iericho, leuem maceriem excitauit, quæ ſpontè corruat, indigna penitùs; vt ad eius demolitionem iterum buccina ſacerdotalis inſonet.

[o] *Sugillat auctor Centuriatores, & eorum principem Matthiam Illyricum.*

CONFVTATVS DEFENSOR FALSÆ REGIÆ IMMVNITATIS.

[p] *Ioſue 6.*

XX. Cùm igitur Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ totum hoc, quod acceperunt, Occidentalis orbis Imperatores ſe conſequutos intelligant: par eſt vtriſque Deo atque Apoſtolicæ Sedi gratos eſſe, nõ immemores, quod cuius facultatis eſt dare, eiuſdẽ eſt poteſtatis adimere, & pro Eccleſia ſancta ſua exurgere vin-

gere vindicem Chriſtum Dominum, qui eſt comminatus Hebræis: *Auferetur* ([a]inquit) *à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Quod quidem cum eis atque cum alijs Gentibus ſæpè factũ, produnt ſæculis cunctis Annales. Sed magna Dei benignitate inde parta eſt Imperio Occidentali ſecuritas, vt maneat ſemper, quia ædificata eſt ſupra petram tanta moles ſtructuræ: quod [b]Domini verba demonſtrant, & exempla declarant. Stetit enim immobile & inconcuſſum, percuſſum licèt & exagitatum valdè Imperium Orientis, quamdiu eius inhæſerunt fundamenta petræ; vbi verò eadem ſæpè nutantia ſunt inde omninò dimota: mox totum corruit ingenti fragore, nec ampliùs exurrexit. Sed iam cœptam hiſtoriam proſequamur.

[a] Matt. 21.
IMPERII SECVRITAS QVA.
[b] Matt. 7.

XXI. CAROLI IMPERATORIS OBLATIONES DATÆ ECCLESIIS.

Quas autem tunc poſt coronationem idem Carolus oblationes obtulerit Romanis baſilicis, habes apud Anaſtaſium verbis iſtis: *Poſt celebrationem Miſſarum obtulit ipſe sereniſſimus dominus Carolus Imperator menſam argenteam cum pedibus ſuis penſantem libras . . . . Sed & in Confeſſione eiuſdem Dei Apoſtoli vna cũ præcellente filia ſuo Rege & filiabus diuerſa vaſa ex auro puriſſimo in miniſterium ipſius ſancti penſantia libras . . . . ſed & coronam auream cum gemmis maioribus, quæ pendet ſuper altare, penſantem libras quinquagintaquinque, & patenam auream maiorem cum gemmis diuerſis penſantem libras triginta, & calicem maiorem cum gemmis & anſis duabus penſantem libras octo. item calicem communiorem fundatum cum ſcyphone penſantem triginta ſeptem libras: immo & calicem alium maiorem fundatum penſantem libras triginta ſex.*

Obtulit & ſuper altare ſanctiſſimum beati Pauli Apoſtoli menſam argenteam minorem cum pedibus penſantem libras quinquagintaquinque cum diuerſis vaſis mira magnitudinis, quæ ad vſum ipſius menſæ pertinent.

Item in baſilica Saluatoris Domini noſtri, quam Conſtantinianã vocant, obtulit Crucem cum gemmis hyacinthinis, quam almificus Pontifex in litania præcedere conſtituit, ſecundùm petitionem ipſius piiſſimi Imperatoris. item & altare cum columnis argenteis & ciborio, verumetiam & Euangelium ex auro mundiſſimo cum gemmis ornatum penſans libras . . . .

Item & in baſilica Dei Genitricis ad præſepe obtulit * *ſiclumaca argentea maiora penſantia libras . . . .* hucuſque de oblationibus Caroli Imper. poſt hæc verò de exilio perditiſſimorum damnatorum hominum iſta ſubicit.

XXII. EXILIVM SCELERATORVM.

Poſtmodum verò dum deducti fuiſſent iniquiſſimi illi malefactores, videlicèt Paſchalis & Campulus, & ſequaces eorum in præſentia piiſſimi domini Imperatoris, circumſtantibus nobiliſſimis Francis & Romanis, & omnes ſimul exprobrantes de malis ipſorum conſilijs & operationibus, increpabat Campulus Paſchalem dicendo: Malâ horâ faciem tuam vidi, eo quòd tu me miſiſti in iſtud periculum, & cæteri ſimiliter, alter alterum condemnans, manifeſtabant ſuum ipſorum reatum. Quos cùm tales iniquos cognouiſſet piiſſimus Imperator, in partes Franciæ miſit. hucuſque de his apud Anaſtaſium.

Eodem autem die quo Leo Pontifex coram populo ſe purgauit [c]: *Zacharias presbyter, qui anno ſuperiori miſſus fuerat ad loca ſancta Hieroſolymam cum eleemoſynis, bene perfuncto legationis munere, cũ duobus monachis, vno de monte Oliueti, altero de Sabæ monaſterio de Oriente reuerſus Romam venit, quos Ioannes Patriarcha ad Regem miſit: qui benedictionis causâ claues Sepulchri Dominici ac loci Caluariæ, claues etiam ciuitatis & montis Oliueti cum vexillo detulerunt. Quos Rex benignè ſuſcipiens, aliquot dies ſecum detinuit, & Aprili menſe ſequentis anni remuneratos abſoluit.* hæc ex Annalibus Francorum in vita Caroli Magni.

[c] Vita Caroli Magni hoc anno.

CLAVES S. SEPVLCHRI ET CIVITATIS HIERVSALEM MISSÆ AD CAROLVM.

XXIII. Scribit Eginhardus, ipſum Regem Sarracenorũ, Aaron dictum, dono dediſſe locum illum venerandi Sepulchri ipſi Carolo. ſunt enim hæc verba Eginhardi: *Cùm Aaron Rege Perſarum, qui exceptâ Indiâ totum penè tenebat Orientem, talem Carolus habuit in amicitia concordiam, vt is gratiam eius omnium, qui toto orbe terrarum erant, Regum ac Pontificum amicitiæ præponeret, ſolumq; illum honore & amicitia ſibi colendum iudicaret; ac proinde cum Legati eius, quos cum donarijs ad ſacratiſſimum Domini ac Saluatoris noſtri Sepulchrũ, locumq; Reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & ei domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolum quæ petebant fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum & ſalutarem locum, vt illius poteſtati adſcriberetur conceſſit, & reuertentibus Legatis ſuos adiungens, inter veſtes & aromata, & cæteras Orientalium terrarum opes ingentia illi dona tranſmiſit, cum ei paucos ante annos, eum quem tunc ſolum habebat mitteret elephantem.* hæc Eginhardus.

Sed de his monendus Lector, quòd cùm ſit de Carolo ſcriptum, quod recuperauerit Terram ſanctam, quod eiuſmodi claues acceperit: error ex eo natus, quòd id factum armis dixerunt alij. Sed nonniſi donatione Regis Sarracenorum id euenisse cõſtat. Verùm non hoc anno geſta ſunt iſta, cum paucos poſt annos à miſſo elephante accidiſſe teſtetur: cùm tamen elephantis donum ſequenti anno contigiſſe, ſuo loco dicturi ſumus, vbi & de legatione ab eodem Rege miſſa ad Carolũ agemus anno ſeq.

IESV CHRISTI
Annus 801.
LEONIS PAP. III. Annus 6. CAROLI MAGNI 1. IRENES ITERVM 5. IMPP.

I. OCTINGENTESIMVS primus annus ſequitur notatus Indictione nonâ, quo (vt habent Annales [d]Francorum) *Carolus Magnus imperator ſeptimo Kal. Maias Româ profectus Spoletum venit: & dum eſſet ibi, pridie Kal. Maij horâ noctis ſecundâ terræmotus maximus factus eſt, quo & tota Italia grauiter concuſſa eſt. Quo etiam terræmotu Romæ tectum baſilicæ B. Pauli Apoſtoli magna ex parte cũ ſuis trabibus decidit. & in quibuſdam locis vrbes, monteſq; ruerunt,* &c. De hac verò clade, quam tunc Romæ paſſa eſt baſilica S. Pauli, Anaſtaſius agit his verbis in ipſo Leone.

[d] Vita Caroli Magni hoc anno.
TERRÆMOTVS INGENS ITALIAM QVATIT.

Nonâ verò Indictione, peccatis noſtris imminentibus, ſubito terræmotu facto pridie Kalendas Maij, Eccleſia beati Pauli Apoſtoli ab ipſo terræmotu concuſſa, omnia ſarta tecta ruere. Quæ conſpiciens magnus & præclarus Pontifex, in magnam venit tribulationem, & lamentari cœpit tam pro argento quam pro cæteris ſpeciebus, quæ ibidem demolita & confracta ſunt. Sed domino annuente, & beato principe Apoſtolorum protegente, præclarus Pontifex totis niſibus ſuis, certamen potentis inſtar, ſicut antiquitùs exiſtebat ampla & maxima, fortitudine potens, in meliorem deduxit ſtatum, & in meliorem ſpeciem eam marmoribus decorauit, & tam presbiterium quam totam Eccleſiam marmorauit, & eius porticus renouauit: ſimiliſque & nauem, quæ eſt ſuper altare, ſarta tecta omnia nouiter reſtaurauit: quin etiam & tres imagines aureas ibidem obtulit, ſcilicet Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Sed & aliam imaginem Saluatoris deauratam ſuper poſtes in introitu poſuit penſantem libras ſexaginta: ſed & omne argentum ibidem, quod quaſſatum erat, nouiter reſtaurauit. Necnon & feneſtras ipſius Eccleſiæ miræ pulchritudinis ex metallo Cyprino decorauit. & inferiùs de eadem baſilica.

BASILICA S. PAVLI TERRÆMOTV CONCVSSA.

II. *Item fecit in eadem baſilica beati Pauli calices maiores fundatos ex argento puriſſimo, ex ipſius Apoſtoli donis, qui pendent inter arcus, maiores numero vndecim, alios qui*

pendent

DE ORNAMENTIS COLLATIS IN BASILICAM S. PAVLI.

*pendent inter columnas maiores dextera læuâque numero quadraginta, ſimul penſantes libras ducentas & ſexagintaſeptem. Fecit & * ciborium cum columnis quinquaginta quinque ſuper altare miræ magnitudinis & pulchritudinis ex argento puriſſimo, penſans duo mille & quindecim libras, necnon & Crucem anaglypham pendentem in pergula ante altare penſantem libras tredecim, atque velum rubeum quod pendet ante altare habens in medio Crucem de chryſoclauo.* & rurſus: *Fecit ibidem idem beatiſſimus Pontifex caniſtros ex argento puro numero quadragintaſeptem penſantes ſimul libras ducẽtas quadraginta.* & inferiùs: *Fecit in eadem baſilica Doctoris mundi B. Pauli Apoſtoli Angelos ex argento puriſſimo duos, iuxta imaginem Saluatoris in ingreſſu veſtibuli, penſantes libras centum & ſemis. Verùm & polycandilum pendentem in pergula ante Confeſſionem cum catenulis aureis, quæ penſant libram vnam. Prætereà & in ingreſſu baſilicæ ſuper rugas maiores fecit imagines ex argento quinque, penſantes libras ducentas viginti nouem. Fecit & vbi ſuprà Aquamanus ante . . . . . deauratos duos argenteos penſantes libras quatuordecim. Fecit & ſuper ceroſtratas maiores verſatiles anaglyphos ex argento puriſſimo, penſantes ſimul libras octogintaſex & vncias octo, atque lucernas maiores fuſiles bimixas anaglyphas duas pẽſantes libras quinquagintaſeptem. Et conſtituit eius beatitudo, vt quotidianis noctibus ante altare ipſius Apoſtoli ardere debeant.*

* Ciborium

III. *Idem diuinâ inſpiratus gratiâ inueſtiuit trabem maiorem, quæ eſt ſub arcu principali ex argento mundiſſimo pẽſante vndique libras mille trecentas quinquagintaduas.* C *Fecit & ſuper altare maius veſtem chryſoclauam mirâ pulchritudine decoratam, habentem hiſtoriam Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæque eius Genitricis, atque duodecim Apoſtolorum cum periclyſi de chryſoclauo, vndique ex margaritis ornatam, atque ab vtroque latere blatthi cum chryſoclauo, quæ in natalibus Apoſtolorum ibidem poni conſtituit. Fecit etiam ibi ſuper Crucem maiorem ex auro fuluo nimis epanoclyſtum ornatã gemmis pretioſis penſantem libras quadragintaduas & vncias duas, necnon & ceroſtatorum paria quatuor inueſtita ex argento deaurato penſantia ſimul libras ſeptuagintaſeptem.* ac rurſum inferiùs hæc habentur: *Fecit & in baſilica eadem veſtem ſuper altare habentem hiſtoriam Reſurrectionis, & imagines Apoſtolorum chryſoclauam ornatam margaritis & imagines Apoſtolorum duas ex argento deaurato penſantes libras octogintaſex.* D Poſt multa verò alijs collata Eccleſijs hæc habentur ad eamdem Eccleſiam pertinentia.

Fecit & in baſilica Doctoris mundi beati Pauli Apoſtoli veſtem chryſoclauam habentem in medio Saluatorem, dexterâ, læuâq; beatum Petrum & Paulum Gentibus prædicantes cum periclyſi de chryſoclauo & gemmis pretioſiſſimis. & inferiùs: *Fecit in baſilica S. Pauli thuribula ex auro puriſſimo duo.* ac rurſum.

IV. *Fecit in eadem Eccleſia S. Pauli Crucifixum ex argento puriſſimo miræ magnitudinis decorum penſantem libras quinquaginta duas, verùm etiam fecit ibi ſuper tetra vela alba holoſerica roſata, ex quibus vnum habens in medio Crucem de chryſoclauo, & gammadias de chryſoclauo numero octo, quæ pendent in pharo in medio baſilicæ penſante libras duodecim. Ingreſſum verò corporis eius ſuper . . . ex marmoribus candidis miro decore ornauit, atque rugas æreas ibidem poſuit. Super columnas verò marmoreas quæ ſtant in circuitu altaris ipſius Doctoris mundi, vbi trabes quondam ligneæ poſitæ fuerant, quæ etiam nimiâ vetuſtate marcuerant, hic ſacer Antiſtes ſuper ipſas columnas lilia poni fecit . . . & capitella ex metallo, & ſuper ipſas marmoreas platonias poſuit, & diuerſis picturis opus miræ magnitudinis decorauit, necnon ibi fecit vela Alexandrina maiora numero quinque, quæ pendeant ſuper rugas maiores in ingreſſu baſilicæ mirificè decorata.* & poſt multa: *Fecit* A *in baſilica Petri Pauli Apoſtoli Doctoris Gentium pharacãthara ex argẽto puriſſimo cum delphinis ſuis numero quinque penſantia libras ſexagintaſeptem & vncias quatuor.* & ibi ſuprà: *Veſtiuit altare beati Pauli Apoſtoli ex argento mundiſſimo deaurato penſante libras centum & nouem. Necnon & Confeſſionem ipſius atque faciem altaris ipſius veſtiuit ex auro puriſſimo penſante libras centum viginti quinque & vncias octo.*

V. SYMBOLVM FIDEI IN SCVTO ARGENTEO.

Fecit & ſuper in ingreſſu corporis ſcutum argenteum puriſſimum, in quo Orthodoxæ Fidei Symbolum ſcribi fecit, quod penſat libras triginta duas. Fecit ibi deſuper, coronas maiores tres ex argento puriſſimo penſantes in vnum libras nonagintatres. hæc omnia poſt terræmotum ab eodem Pontifice facta ponuntur. Quæ autem ante B terræmotum, ſed poſtquàm ex Germania eſt reuerſus, ab ipſo diuerſis in locis diuerſa Eccleſiarum ornamenta confecta ſunt: ex eodem auctore hìc deſcribemus. Sed primùm quæ ad ædificia pertinent, his verbis.

TRICLINIVM VATICANVM.

Præfatus verò ſanctiſſimus Pontifex iuxta Eccleſiã beati Petri Apoſtoli fecit in triclinio maiori miræ pulchritudinis decoratam abſidem muſiuo ornatam, & abſides duas dexterâ, læuâq; ſuper marmore & pictarâ ſplendentes, & in pauimento marmoreis exemplis ſtratis cum cæteris amplis ædificijs etiam in aſcenſu ſcala, quàm poſt ipſum triclinium compſè.

VI. VETERA MONVMENTA CVSTODIENDA.

Quod autem ad veſtes pertinet & alia ornamenta: hic pariter eadem ipſa in Annalibus cum cæteris C ſuperius memoratis tanquam in armario recondamus, ſic fiet, vt veſtes nullis tineis corrodantur, nec vaſa à furibus auferantur, neque quauis temporum iniuria pereant. Cùm enim & in eiſdem antiquarũ Eccleſiarum memoria conſeruetur, & de multis alijs ſcitu dignis admoneamur: nequaquam putes in his recenſendis ocioſè nos laborare. ſic ſe habent:

IN ECCLE. S. PETRI.

Fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli veſtem è chryſoclauo cum pretioſis gemmis ornatam habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & inter arcus vela ſerica alba, & vela de ſtauraci pulcherrima. Poſt reuerſionem ſuam ob nimium amorem fecit eidem nutritori ſuo presbyterium nouiter totum marmoreum pulchrum ſculptum & comptè erectum. ſed & ſuper altare maius fecit tetra vela holoſerica D *alithina quatuor cum aſtillis & * roſis chryſoclauis, & in eodem ſacro altari fecit aliam veſtem cum hiſtorijs Crucifixi Domini.*

* rotis

IN ECCLE. S. PAVLI.

Et in Eccleſia Doctoris mundi beati Pauli Apoſtoli fecit tetra vela holoſerica alithina quatuor, & veſtem ſuper altare albam chryſoclauam, habentem hiſtoriam Natiuitatis Domini, & ſanctorum Innocentium. Item & aliam veſtem Tyriam habentem hiſtoriam cæci illuminati & reſurrectionem.

VII. IN ECCLE. S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

Idem autem ſanctiſſimus Præſul fecit in baſilica beatæ Mariæ ad præſepe veſtem albam chryſoclauam habentem hiſtoriam ſanctæ Reſurrectionis, ſed & aliam veſtem in orbiculis chryſoclauis habentem hiſtoriam Annuntiationis & SS. Ioachim & Annæ.

S. LAVRENTII EXTRA MVROS.

E *Fecit in Eccleſia beati Laurentij foris muros idem Præſul veſtem albam roſatam cum chryſoclauo. ſed & aliam veſtem ſuper ſanctum corpus eius albã ſtauracinã & chryſoclauam cum margaritis.*

S. CALLISTI.

In titulo Calliſti veſtem chryſoclauam ex blatthi Byzanteo habentẽ hiſtoriam natalis Domini & S. Simeonis.

S. MARIÆ AD MARTYRES.

Item in Eccleſia ſancti Pancratij veſtem Tyriam habentem hiſtoriam Aſcenſionis Domini.

S. BONIFACII. S. MARIÆ IN COSMEDIN.

Sed & in ſancta Maria ad Martyres fecit veſtem Tyriã vt ſupr. In titulo S. Sabinæ vt ſupra. In diaconia S. Bonifacij vt ſupra. In diaconia S. Mariæ, quæ vocatur Coſmedin, vt ſupra.

SS. COSMÆ ET DAMIA.

In Baſilica SS. Coſmæ & Damiani fecit veſtem de blatthi Byzanteo cum periclyſi de chryſoclauo & margaritis.

Item

S. VALENTINI. *Item in Eccleſia ſancti Valentini fecit veſtem chryſoclauam, & aliam veſtem de fundato pulcherrimam.*

SS. NEREI ET ACHILLEI. *In diaconia SS. Nerei & Achillei fecit veſtē de ſtauraci.*

S. MARIA IN DOMINICA. *In diaconia ſancta Dei Genitricis qua vocatur Dominica, fecit veſtem de ſtauraci.*

S. SABA. *In monaſterio S. Saba fecit* * *butronem argenteum cum caniſtro ſuo penſantem libras duodecim. & veſtem de ſtauraci cum chryſoclauo & margaritis.*

VIII. S. GERASIMI. *Item in monaſterio S. Gerasimi fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de chryſoclauo.*

S. GREGORII. *Necnon in monaſterio Cliui Scauri fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de chryſoclauo.*

Verum etiam in titulo Pammachij fecit veſtes duas, vnā de ſtauraci cum periclyſi de chryſoclauo, & aliam veſtem de * *imizino.*

S. ANDREÆ IN SILICE. *Item ſupradictus Antiſtes Eccleſiæ beati Andreæ Apoſtoli ſita viâ Appiâ in ſilice in trigeſimo lapide ſarta tecta nouiter reſtaurauit vna cum baptiſterio & porticu. In qua Eccleſia presbyterium conſtituit, vbi & dona obtulit tam in argento quam in veſtibus & libris.* hæc de rebus vſq; ad terræmotus tempus Anaſtaſius: atque de his ſatis, iam ad Carolum redeamus.

IX. Hoc eodem anno, ab ipſo Imperatore datæ reperiuntur leges, quæ Mutinæ adhuc legi hac præfatione dicuntur[a].

a Sigon. l. 4. Reg. Ital. hoc anno.

DE LEGIBUS A CAROLO IMP. SANCITIS. *Carolus diuino nutu coronatus Romanum regens Imperium ſereniſſimus Auguſtus omnibus Comitibus, Caſtaldis, ſeu cunctis Reip. per prouinciam Italiæ à noſtra manſuetudine præpoſitis, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCI. Indictione IX. anno Regni noſtri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. Conſulatus autem noſtri primo. Cum in Italiam propter vtilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ ac prouinciarum diſponendarum veniſſemus: multa atque diuerſa per vrbes ſingulas ante conſpectum noſtrū quæſtiones venerunt, tam de Eccleſiaſticis quàm de publicis & priuatis rebus, per ea, quæ ſtatim recitata, et Romana, ſeu Longobarda lege competenti ſententiā terminata ſunt, quarum iudicialis ſententia à legulatoribus aut penitus omiſſa eſt, aut à poſteris obliuioni tradita. Quocirca nos conſiderantes vtilitatem noſtram & populi à Deo nobis conceſſi, ea quæ ab anteceſſoribus noſtris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipſis omiſſa prætermiſſa ſunt, iuxta rerum ac temporum conſiderationem addere curauimus, ſolicitè, vt neceſſaria, quæ legi defuerunt, ſupplerentur, vt in rebus dubijs non quorumlibet arbitrium, ſed noſtra legis auctoritas præualeret.* hæc ibi.

X. DE CAPITULIS A CAROLO ADDITIS. Sed & Eginhardus in vita ipſius iſta de legibus: *Poſt ſuſceptum,* inquit, *Imperiale nomen, cum aduerteret multa legibus populi ſui deeſſe (nam Franci duas habent leges plurimis in locis valde diuerſas) cogitauit quæ deerant addere, & diſcrepantia vnire, praua quoque & perperam prolata corrigere. Sed in ijs nihil aliud ab eo factum eſt, quàm quod pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit. omnium tamen nationum, quæ ſub eius ditione erant, iura quæ ſcripta non erant, deſcribi ac literis mandari fecit.* hæc Eginhardus. Numerant viginti tria capitula legum Caroli Magni, duoque ex illis reperiuntur recitata à Gratiano, atque primum illud[b] de Romana Eccleſia his verbis:

b Diſt. 19. c. 3.

QUID DE ROMANI PONTIFICIS LITTERIS FALSIS VTENTIBUS. *In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas:* VT LICET VIX FERENDUM AB ILLA SANCTA SEDE IMPONATUR IUGUM: TAMEN FERAMUS, ET PIA DEVOTIONE TOLEREMUS. *Si verò (quod non decet) quilibet ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolica Sede detuliſſe epiſtolam, vel aliud aliquid, quod inde non venerit: ſaluâ fide & integrâ circa Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detrudat cuſtodiam, vſquequò per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum tam ſanctâ legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine ſtatuat lex Romana deſinire, vt & is corrigatur & cæteris modus imponatur.* recitatum hoc ipſum capitulum & repetitum apparet in Concilio Tribur.[c], vtpote tanto Principe Chriſtianiſſimo dignum.

c Conc. Tribur. c. 30.

XI. Vidiſti, Lector, Caroli Magni erga Sedem Apoſtolicam reuerentiam, animiq; ſummiſſionem erga Romanum Pontificem, omnibus Chriſtianis Principibus poſitam in exemplum, vtpote potentiſſimi atq; prudētiſſimi Principis: cui idcirco dederit Deus ſubijcere ſibi Reges & populos, cùm nouerit ille ſe ſubijcere propter Chriſtum ſucceſſori hominis piſcatoris. Cōſideraſti pariter, quàm modeſtè agat de cognitione Apoſtolicarum litterarum, vt nolit ipſe nec aliquis ex ſuis prouinciarum Præſidibus eas an veræ ſint vel falſæ cognoſcere & perſcrutari, etiamſi de læſa maieſtate cauſa tractetur, ſed totum iudicium vult per Epiſcopum agitari, & eius ſententiā expectari. Iſta cùm egit, & adeò ſe legibus Eccleſiaſticis obſequentem exhibuit, benè conſuluit Regno Francorum, vt Deo protegente, licèt ciuilibus & externis bellis diu multumque fuerit fatigatum, permanens ſemper fuerit, liberumq; à gente Sarracenorum longè latèque vbique locorum terrarum orbis dominantium, atque ſemper diuino auxilio fuerit integrum feliciter propagatum ad poſteros.

XII. Ex alia autem lege quæ extat[d] apud eumdem Gratianum mutilata, integra autem in Capitularibus[e] Regum Francorum, vide quàm fauerit, Theodoſij exemplo, iudicio Epiſcoporum.

d 11. q. 1. c. 37. Volumus.

e Capit. Frā. l. 6. c. 281.

Volumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubiecti, tam Romani, quàm Franci, Alamanni, Baioarij, Saxones, Thuringij, Freſones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Vaſcones, Beneuentani, Gothi, Hiſpani, cæteriq; nobis ſubiecti omnes licèt quocumque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam, quā ex ſextodecimo Theodoſij Imp. libro, capitulo videlicet vndecimo ad interrogata Ablauij Ducis illi & omnibus reſcriptam ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſultu omnium fidelium noſtrorum tam clericorum quàm laicorum poſuimus, lege cunctis perpetuâ tenendam, id eſt:

XIII. QUANTUM CAROLUS DETULERIT ECCLESIASTICO FORO. *Quicunque litem habens, ſiue poſſeſſor ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cùm iam cœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ legis Antiſtitis: illico ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inueſtigat & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententijs terminatæ perpetuò ſtabilitatis iure firmentur. Nec liceat vlterius tractari negotium, quod Epiſcoporum ſententijs deciderit. Teſtimonium etiam ab vno licèt Epiſcopo perhibitum, omnes Iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cùm teſtimoniū Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatū, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientiâ mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetuâ lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes, vt miſeri homines longis ac penè perpetuis actionū laqueis impliciti ab improbis petitionibus, vel à cupiditate peruerſa maturo fine diſcedant. Quicquid itaq; de ſententijs Epiſcoporum clementia noſtra cenſuerat,*

etiam

Digitized by Google

etiam hac ſumus lege complexi, grauitatem tuam, & cateros pro vtilitate omnium, in perpetuũ obſeruare conueniet.

XIV. Iſta ſunt quæ ex Theodoſio Carolus Imp. ab Imperatore mutuatus, pius ex pio, iuſtiſſimus à iuſtiſſimo, vtroque Chriſtianæ religionis decore maximo & ornamento, ſiue virtutem militarem ſpectes in eis, ſiue cultum Fidei Orthodoxæ, vel erga ſubditos ſibi populos regimen probatiſſimum.

SALVBRIS AVCTORIS ADMONITIO.

Hæc audiant, & erubeſcant illi qui his penitùs aduerſarias leges ſtatuunt, & contraria edicta proponũt, timoribus exagitantes populos, nouis adinuentionibus inhibentes, quacunque occaſione prætenſa, viâ indirectâ procurant, ne laici ipſi attingant limen Eccleſiaſtici fori. Timeo, timeo iſtis, ne quando ſi iſta facere perſeuerant (quod abſit) Deus vindex tamdem exurgens *virgâ furoris ferreâ*, ſecũdùm illud Dauidicum, *tanquam vas figuli confringat eos.* Vnde & ob imminens quod aſtat periculum æquè cum eodem ipſo ex alto corde vociferor: *Nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram.* & exemplo diſcite Caroli, ex obedientia & obſeruantia erga Apoſtolicam Sedem Regna & Imperia propagare, atque firmiter ſtabilire.

XV. CAROLVS ABSTINET A NOVIS CONDENDIS LEGIBVS.

Quod rurſum ad eumdem Carolum in his ſpectat, quàm parciſſimus fuit in nouis condendis legibus, adeò vt cùm tamdio vixerit Rex atque Imperator, perpauca legum capita ſanxiſſe dicatur; ſed in veteribus reſtituendis, vt ſeruarentur, multus fuit; hinc apparet, colligi iuſſiſſe centum ſexaginta octo C capitula legum Eccleſiaſticarũ ex ſacroſanctis Concilijs atque decretis ſummorum Pontificum, vt per ea in Eccleſia diſciplina vigeret. Ne autẽ vel ex hoc videri poſſet preſcribere ipſe leges Epiſcopis: collectioni ſuæ iſta ipſa quàm religioſiſſimè præfat⁹ eſt.

Præfatio domni Caroli Imperatoris.

COLLECTIO CAROLI IVSSV FACTA LEGVM ECCLESIASTICARVM.

Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto in perpetuum, Ego Carolus gratiâ Dei, eiuſdemque miſericordiâ donante, Rex & rector Regni Francorum, & deuotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor humiliſq; adiutor omnibus Eccleſiaſticæ pietatis ordinibus, ſeu ſæcularis potentiæ dignitatibus in Chriſto Deo æterno perpetuæ pacis & beatitudinis ſalutem.

Conſiderans pacifico mentis intuitu vnà cum ſacerdotibus & conſiliarijs noſtris abundantem in nos, noſtrumque D *populum Chriſti clementiam, quã neceſſarium eſt non ſolum toto corde, & ore eius pietati agere gratias inceſſanter, ſed etiam continuâ bonorum operum exercitatione eius inſiſtere laudibus, quatenus qui noſtro Regno tantos contulit honores, ſuâ protectione nos, noſtrumq; Regnum in æternum conſeruare dignetur.*

XVI. ADMONITIO CAROLI AD EPISCOPOS.

Quapropter placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, ô paſtores Eccleſiarum Chriſti & ductores gregis eius & clariſſima mundi luminaria, vt vigili cuſtodiâ & ſedulâ admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, & errantes bonorum exemplo operum, ſeu adhortatione humeris intra Eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagatis: ne lupus inſidians aliquem canonicas ſanctiones E *tranſgredientem, vel paternas traditiones vniuerſalium Conciliorum excedentem (quod abſit) inueniens deuoret. Ideò magno deuotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, immò compellendi, vt firmâ fide & infatigabili perſeuerantiâ intra paternas ſanctiones ſe contineant. In quo operis ſtudio ſciat certiſſimè ſanctitas veſtra noſtram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & noſtros ad vos direximus Miſſos, qui ex noſtri nominis auctoritate vnà vobiſcum corrigerent quæ corrigenda eſſent. Sed & aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis vobis neceſſaria videbantur, ſubiunximus.*

XVII. MODESTA EXCVSATIO CAROLI.

Ne aliquis, quæſo, huius pietatis admonitionem eſſe præſumptuoſam putet vel iudicet, quâ nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta connectere ſtudeamus, ſed vt ma- A *gis beneuolo caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in Regnorum libris, quomodo ſanctus Ioſias* [a] *Regnum ſibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtuduit reuocare. Non vt me eius ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed quod nobis ſint vbique Sanctorum ſemper exempla exequenda, & quoſcunque poterimus, ad ſtudium bonæ vitæ in laudem & in gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti congregare neceſſe eſt. Quapropter, vt prædiximus, aliqua capitula notare iuſſimus, vt ſimul hæc eadem vos admonere ſtudeatis, & quæcunque vobis alia neceſſaria eſſe ſcitis, vt & iſta & illa æquali intentione prædicetis. Nec aliquid quod veſtræ ſanctitati, populoque Dei vtile omittatis, vt pio ſtudio nos admoneatis, quatenus & veſtra ſolertia, & ſubiectorum obedientia æternâ felicitate remu-* B *neretur.* hucuſque præfatus eſt Carolus.

[a] 4. Reg. 22. 23.

XVIII. Quod rurſum pertinet ad leges ab eodem Carolo Magno pro Eccleſiaſtica præſertim immunitate ſancitas: vt omninò ſeruarentur, ita ipſe ſcripſit [b] ad Pipinum filium in Italia regnantem.

[b] Apud Sigon. an. 802.

CAROLI AD PIPINVM REGEM EPISTOLA PRO ECCLESIASTICA IMMVNITATE.

Carolus ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, Magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, ac per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, dilectiſſimo filio ſuo Pipino glorioſo Regi ſempiternam in Domino ſalutem.

Peruenit ad aures clementiæ noſtræ, quod aliqui Duces, eorumque iuniores Caſtaldij, Vicarij, Centenarij, Venatores, & cæteri per ſingula territoria habitantes, vel diſcurrentes manſionaticos & par . . . . . accipiunt C *non ſolùm à liberis hominibus, ſed etiam ab Eccleſijs* DEI, *monaſterijs videlicet virorum ac puellarum, & xenodochijs, atque per diuerſas plebes, inſuper ſeruientes Eccleſiarum Dei in eorum opera, id eſt, in vineis, campis ſeu pratis, necnon & in eorum ædificijs illos faciunt operari, ſed carnaticum & vinum contra omnem iuſtitiam ab eis * exactare non ceſſant: & multas patiuntur oppreſſiones ipſi Eccleſiæ Dei ſeruientes.* * exigere

XIX. *Ideò, cariſſime fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, vt hoc anno, hanc cauſam diligenter & prudenter inquirere facias; & ſi veritas eſt, quod ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare & corrigere ſtudeas; quatenus in diebus noſtris citiùs pax Eccleſiarum Dei, ſiue illarum ſeruientium in omnibus conſeruetur; & vt merces co-* D *pioſa nobis, & tibi exinde iugiter accreſcat. Audiuimus etiam quod quædam Capitula, quæ in lege ſcribi iuſſimus, per alia loca aliqui ex noſtris ac veſtris dicunt, quod nos nequaquam hanc cauſam per noſmetipſos * conditam habeamus, & ideò eam nolunt obedire ac conſentire, ac pro lege tenere. Tu valdè noſti quo modo vel qualiter tecum locuti ſumus de ipſis Capitulis. Et ideò admonemus tuam amabilem dilectionem, vt per vniuerſum Regnum tibi à Deo commiſſum ea nota facias, & obedire atque implere præcipias.* hactenùs epiſtola Caroli ad Pipinum. * cognitam

XX. LEGATIO REGIS SARRACENORVM AD CAROLVM.

Iſta de legibus Caroli ſatis dicta ſunto: proſequamur modò ipſum ex Italia in Gallias redeuntem. Habent hæc Annales Francorum ſub Ludouico filio ipſius Caroli Magni deſcripti: *Imperator de Spoleto* E *Rauennam venit, & dies aliquot ibi moratus, Papiam perrexit. ibi nuntiatum eſt Legatos Aaron Regis Perſarum Piſas intraſſe, quibus obuiam mittens, inter Vercellas & Eporedium, vel Hipporediam, eos ſibi fecit præſentari. Vnus eorum erat Perſa de Oriente Legatus prædicti Regis (nam duo fuerant) alter Sarracenus de Africa Legatus Amirati Abraham, qui in confinio Africæ Foſſato, id eſt, caſtris, præſidebat. Hic Iſaac Iudæum quem Imperator ante quadriennium ad memoratum Regem Perſarum cum Lanthfrido & Sigiſmundo Legatis ſuis miſerat, reuerſum cum magnis muneribus nũtiauerat: nam Lantfridus & Sigiſmundus ambo in eodem itinere defuncti ſunt. Tunc ille miſit Ercelbaldum Notarium in Liguriam ad claſſem parandam, quâ elephas, & ea quæ cum eo afferebantur, ſubuehi poſſent.*

poſſent. ipſe celebrato die natalis S. Ioannis Baptiſtæ Ilsporedia, Alpes etranſgreſſus, in Gallias reuerſus eſt. hæc de his ibi. Porrò tum elephantem, tum reliqua munera relicta eſſe in Africa, & comparatâ claſſe, illuc reuerſum Iſaac ad deferenda ea in Italiam, idem auctor inferiùs docet.

XXI. Hoc eodem anno de martyrio Salui ſiue Saluij Epiſcopi hæc refert Sigebertus: *Sanctus Saluus Epiſcopus veniens ab Aquitania ad Fiſcum Valentianas à Vuinigardo filio Genardi procuratoris ipſius Fiſci martyrizatur; & ſuper eius corpore requirendo Carolus Magnus Imperator diuinitùs tertiò admonitus, corpus quidem inuentum honorificè ſepeliuit, interfectores autem eius graui pœnâ mulctauit, nec tamen per hoc in eos vltio diuina ceſſauit.* hęc Sigebertus. Sed corrige in ipſo quod ait Saluũ pro Saluio. Fuit iſte Epiſcopus Engoliſmenſis qui prædicationis Euangelicæ causâ, vnà cũ ſocio in Gallias veniẽs, à dicto nefario homine clàm comprehenſus in capite ſecuri percuſſus interijt. Quâ morte pariter affectus eſt eius ſocius, Superius nomine, quorũ natalis martyrij dies agitur vigeſimaſextâ Iunij, eleuatio autẽ Idibus Octobris. Plura de his Molanus habet in natalibus Sanctorũ Belgij. De ipſorum autem corporũ inuentione habet iſta: *Corpora in ſtabulo iumẽtorum ſunt defoſſa, beati Saluij ſubtus, & comitis ex tranſuerſo in formam Crucis. Quorum ſepulturæ locum taurus quaſi dux & cuſtos armenti à reliquis animalibus, & ab immunditia conſeruauit. Viſa ſunt à diuerſis etiam luminaria in ſtabulo. ſed Carolus Imperator ter ab Angelo admonitus eſt, vt corpora Sanctorum quæreret. Quæ inuenta ex Martyrũ manifeſto indicio, ad Eccleſiã S. Martini ſunt tranſlata, vbi vſq; hodie ſignis & miraculis clara coruſcant.* hęc de his ipſe.

De S. Saluio Epiſc. Engoliſmenſe martyre.

B

C

De rebus Orientalibus anni huius illud viſum magni momenti, quod Theophanes ait: *Martio mẽſe, nonâ Indictione, Irene pia Imperatrix Byzantij ciuilia donauit tributa.* Quanti autem ponderis fuerit iſta Irenes munificẽtia, ex epiſtola Theodori Studitæ, tunc ad eamdem Imperatricem ſcripta, facilè cognoſces, ſeptima eſt ordine, poſita libro primo epiſtolarum in codice Columnenſi, quæ ſic ſe habet:

Irena Auguſtæ Theodorus.

D

XXII. *Vox in Ramma audita eſt (ait viſionum Dei ſpectator [a] Ieremias) ploratus & vlulatus multus: Rachel tum plorans filios ſuos. Nunc verò qualia, & cuiuſmodi ſunt præſentia? Vidimus heſterni, domina optima, ſacri Palatij tui nuntij, quos vidimus & audiuimus, cùm recentes nobis operum tuorum laudes commemorarent? Perſonuerunt reuerâ ambæ aures noſtræ. Quid ergo? Quia ſuſtuliſti ſignum ab extremis finibus tantæ pietatis. Et ecce ad te veniunt vndiq; nubium inſtar aduolantium preces quamplurimæ, Deum laudantes pro auſpicatis actionibus tuis. Dic nobis domina: Ecquis ille eſt, qui caſtiſſimam mentem tuã erexit ad altiſſimos ſenſus veritatis, vt tãquam ex edita ſpecula & ſublimi hæc talia cerneres Deo grata & ſancta? Doce, vnde tantus tibi pietatis amor inceſſit, vt Deo placentia inſatiabiliter expeteres, & ad ſummũ culmen pertingeres ſaluberrima erga Chriſtianorũ tum animas, tum corpora prouidentia? An vt diuina intelligens & amplectens, maternum in morem non ſatis duxiſti, populum cæleſti ore ex Ægyptiaca quadam ſeruitute, impiâ inquam fide liberâſſe, niſi ad præterita & ſiderum inſtar variè collucentia beneficia tua, hanc veluti quemdam virtutum tuarum colophonem, adijceres gratiam?*

[a] *Ierem. 31.*

Theodori Studitæ epiſt. ad Iren. Aug.

Laudes dictæ Irenæ de relaxatis tributis.

E

Sanctus, Sanctus, Sanctus, [*] Lætetur cœlum deſuper, cum ſacra vocis [b] Iſaiæ dicamus, (tametſi temerarium eſt) quia Deus per te miſertus eſt populi ſui. Impletum eſt ergo vniuerſum Regnum tuum gaudio & exultatione, quoniã ablatum eſt iugum, quod premebat, & ſceptrum de collo potẽtia brum. Quis talia audiuit? Eia dicite viri: Quis ſub

[*] Laudate cœli Vulg.

[b] *Iſai. 44.*

A

alio Imperio tale ac tantum facinus vidit? Laudate eam omnes populi, magnificate eam mecũ Principes & ſubditi, ſacerdotes & monachi, & Chriſtianorũ natio vniuerſa.

XXIII. *Non enim admiranda ſolum ſunt tot auri talentorum remiſſio (quamquam incomparabilis illa res eſt) verumetiam quod iniuſtitiæ multiplex via hac ſimul ratione præciſa eſt, opus ſuit longè ſanctiſſimũ. Sublati ſunt è medio nexus violentarum lethiferarumq; exactionum, qui prædeceſſores tuos omnes latuerunt, licèt ex eis nõnulli piè ſancteq; imperauerint. Hoc enim ibi ſeruabatur. Ceſſit iuſiurandum, crebra deieratio, vel potius periurium exigentium ſimul & debentium, vtriſque ſimul pro re mala altercantibus, dum ille calari debitum exprobrat; hic coacta ſe opprimi, ſacramẽto adiurat. Ceſſauit inopum afflictio, & pauperum ſolicitudo, non iam quo remedio mendicitatem depellant, quærẽtium, ſed vt præuaricationem, & quod deſurſum quodammodo vt peccaes fœtus irrupit, coactoribus perſoluant. Non pendunt nunc via terrâ mariq; vectigalia. conſona ſunt hæc magni & ſancti Chryſoſtomi verbis: Non ſpoliantur iniuſtè pecuniâ mediterranei ab ijs qui anguſtos viarum aditus obſident, agreſtis cuiuſpiam dæmonis more, aut immãſuetæ feræ, delibantes ſemper aliquid ex ſarcina pauperis viatoris. Nec turpium huiuſmodi quæſtuum metu domi ſe continent egeni, neque oppida neq; maritima loca frequentantes: vbiq; enim iniquitatis ſcopuli prominent.*

Quanta bona ex remiſſione tributorum prouenerint.

XXIV. *Non ampliùs nautæ ab Oriente & Occidente & Aquilone ſoluentes, nauigando præfocantur, tamquam ex gutture anguſtis faucibus portorium reddituri. Liberati ſunt qui venandi artem exercent, expedite nunc illam obeuntes, Irene ſacroſancta: piſcator qui etes forte piſces extraxit, idq; poſt magnum prorſus laborẽ totius diei, vnũ pendere nõ cogitur. Auceps cum arcu aut viſco pauculas fortè aues ceperit, ad victũ ſibi neceſſarias, rationum expers manens, beatus viuet. Militũ vxores, domeſticũ luctũ habentes ob virorũ amiſſionem, non acerbè inſuper flebunt miſerabilem & inhumanam pro mortuo exactionem. Miſſos facio ſubulcos, ouium inſtitores, vini emptores, mitto lanios, textores, ferrarios, ſutores, fullones, aromatarios & architectos, atq; vt paucis cõplectar, artẽ omnẽ, quæ in muro, vel in ligno, vel in alia demũ materia cernitur, ne longior ſim.*

Ad hanc moneta ſectionem, optima domina, plauſerũt omnes ſuis manibus, & gauiſi ſunt gaudio magno valde dicentes: Benedicimus te Domine, quoniam miſertus es mei, & factus es mihi in ſalutem. Propterea fiduciam ſummam in hoc diuinitùs dato Imperio tuo. Hæc omnia laudis plena & prædicationis, Irene Deo cara, dulcis res, & nomen. Hæc non ſolùm quà patet Imperij tui poteſtas, ſed ad ipſos vſque orbis terræ terminos celebrabuntur: audientq; de nobis exteræ Gentes, & mirabuntur, & obſtupeſcent ſapientiſſimarum actionum tuarum felicitatem. Reuerentur enim hominum virtutem etiam hoſtes, ait Theologorum clariſſimus. Ita conſeruatur inconcuſſum Imperium tuum, ita cedunt & lubenter obediunt tibi ſubditi.

XXV. *Hac arte Deum colis, hac electos Dei Angelos lætificas, immo & illos qui ſanctè ac iuſtè vitam ducunt, Irene diuinum nomen, in his pietas tua elucet, in his os omne & lingua in laudes tuas aperitur. hæc vera eſt gloria Eccleſiæ hoc ſigillum aſſerta in te paterna & diuinitus inſpirata Chriſtianorum Fides Orthodoxa, vindex Dei, & veritatis propugnatrix. Tanta ſunt virtutum tuarum incrementa. quam magna & præclara merces tua! Quanta & quàm excellens retributio ab vniuerſorum Deo! Magnum enim & prorſus eſt, vel vnum ſeruare: Quid ni enim? cùm dicat diuina ſcriptura: [c] Qui educit dignum de indigno: erit ſicut os meum. tot animas & populum omnem ſeruaſſe, quomodo magnum non cenſeatur & glorioſum, & cæleſti munificentiâ dignum? Tuum ergo magnum venerã & efficax nomen, Imperium cum omni bono aggreſſa es: tu eaſdem iuſtitiæ reliquias ſemper vigere ſinas.* hæc

[c] *Ierem. 15.*

Digitized by Google

Theodorus Studita de proficua valdè populo Imperatricis in remiſſione tributorum munificentia. Verùm bene operantes Deus ad maiorem probationem ſæpè affligi, terreniſque bonis nudari permittit, vt maioribus reddantur digni muneribus. regia via iſta eſt Sanctorum attrita veſtigijs, per quam pariter, cùm poſteà ambulare Deus Irenem conceſſit, non reprobationis ſignum, ſed quod Deo gratior eſſet, fuit certius argumentum.

IESV CHRISTI Annus 802.

LEONIS PAP. III. Annus 7. CAROLI MAGNI 2. NICEPHORI 1. IMPP.

I. ANNVS ſequitur Redemptoris octingenteſimus ſecundus decimæ inchoatæ Indictionis, quo (inquit Theophanes) peruenerunt Conſtantinopolim Legati, ſiue Apocryſarij à Carolo Magno Imp. & à Leone Romano Pontifice ad Irenam Auguſtam miſſi, pro pace & perpetua concordia ineūda. auctor eſt Zonaras, Carolum Imp. per Legatos Cōſtantinopolim miſſos, expetijſſe coniugiū Irenæ Imperatricis; ipſamq́; à tali cōnubio minimè abhorruiſſe. Porrò quaſi hi miſſi eſſent non ad cōciliandas nuptias, ſed ad ſpectandam tragœdiam, omnia ſub eorū oculis continuò mutata ſunt: nam Conſtantinopoli cùm adhuc eſſent, ipſa Auguſta è ſolio turbata atq; in ordinem redacta, Nicephorus Tyrannus inuaſit Imperium. Quomodo autē iſta ſe habuerint, ex eodem Theophane primùm audi: *Sequenti autem anno, qui primus annus Nicephori, pridie Kalendas Nouembris, Indictione vndecimâ, quartâ noctis horâ, quæ feriâ ſecundâ luceſcit, idem Nicephorus cùm eſſet Patricius & Logotheta generalis, tyrannidem aduerſus Irenam piſſimam concitauit, Deo quidem ineffabilibus ob noſtrorum multitudinem peccatorum iudicijs indulgente, cooperantibus ei Nicetâ Patricio ac Domeſtico ſcholarum, & Siſinnio Patricio fratre eius, viro periurijs & fraudulentijs pleno, & Nicetâ Triphilio. Erant autem & cum eo Leo Patricius Mauſulatij, & Theoctiſtus Patricius, & Petrus Patricius & Quæſtor, ſeducentes quoſdam è populo, qui erant ex ordinibus.*

Deponitur Irene, imperat Nicephorus.

II. *Cumq́; veniſſent ad portam, quæ dicta eſt Chalce, cuſtodeſq́; falsò ac ſubitò decepiſſent, perſuaſerunt eis vt crederent, quòd ab ipſa fuerant deſtinati, quatenus eūdem Nicephorum Imperatorē appellarēt, eo quòd Aëtius Patricius ſibi vim inferret ad annuntiandum fratrem ſuū Leonem Imperatorem. Qui mēdacio tanto credentes, Imperatorem pariter pronuntiauerūt eū qui erat Tyrannus. Taliter ergo ad magnum palatium ijdem venientes ingreſſi ſunt illud; indeq́; per totā vrbem ignobiles ſeruos dirigentes acclamationem fecerunt ante mediam noctem, & cuſtodes in medio palatij, quod Eleutherij nuncupatur, poſuerunt, vbi cōtigit Imperatricem eſſe. Diluculo ſanè accerſentes eam, concluſerunt eam in maiori palatio, & ita proceſſerunt ad magnam Eccleſiam ad coronandum ſceleſtum.*

Quomodo tyrannidem arripit Nicephorus imperium.

Conuenit interea vniuerſa multitudo vrbis; & omnes quæ ſuper his gerebantur, moleſtè ferebant. Maledicebant coronanti & coronato, cunctiſq́; congratulantibus ei. Equidem cum ratione & religione viuentes diuinum mirabantur iudicium, qualiter eam permiſerit, quæ pro recta Fide more Martyrū agonizauerat, à ſubulco expelli, præſertim cū ei deuotiſſimi eius præcipuè adhærere propter auaritiam propoſuerint, Leo ſcilicet Patricius Eunuchus & Sacellarius Synopeos, & Deoperoſi triū filij ac Patricij, qui ſuperius dicti ſunt, qui donis plurimis ab illa ditati ſunt, & cum ea ſæpè conueſcentes, & adulationibus cum iuramentis horribilibus certam reddentes, omnibus mundi re-

A

bus ſe neceſſariorem reputare quam haberent erga illam beneuolentiam affirmabant. Alij autem vt in exſtaſi facti geſtorum certitudinem minimè ſentientes, ſomnium ſe vidiſſe putabant. Alij autem qui dumtaxat perpendere bene ſciebant, præteritam felicitatem beatificabant, & futuram infelicitatem per tyrannidem lugebant, maximeq́; hi qui maligni voti Tyranni experientiam quandā antea perceperāt. Porrò vniuerſos communiter poſſidebat caligo, & ſine conſolatione mentis defectio, ne per ſingula illius miſerāda diei deformia verba ſcribens, protelem ſermonē.

III. *Deniq́; ſequenti die, ſumptis quibuſdā ex Patricijs, aſcendit ad Imperatricē cuſtodiæ mācipatam, ſimulās (vt ei mos erat) falſam benignitatē, per quā & plures decepit; & excuſans ſe, quòd inuitus ad Principatū aſcenderit, nec*

Conuenit Nicephorus Imperatricem.

B

hunc vnquā deſiderauerit: maledicebat autem his, qui ſe pronexerāt, & illum inſidijs appetiuerant, vt proditor Iudas Dominū poſtquā cum ipſo cœnauerit, quos & imitatores illius teſtabatur. Oſtenſis autem nigris calceamentis, amare ſe talibus vti præter leges Imperatorias affirmabat; fiduciamq́; habere, doloſè monebat eam, etiam cum iuramentis de omni corporali requie, quā conſequi dominam à ſeruo deceret, nullamq́; arbitrati ærumnam caſus illius hortabatur. Commonebat poſtremò nil occulere à ſe Imperialiū theſaurorum; & damnabat auaritiæ vitium, hos illam habere non ferens: languebat enim eo vehementer omnia deuorans, omnemq́; in auro ſpē & fiduciam ponens.

IV. *At verò dilecta Deo Irena quāuis congrueret, vt paſſione tam repentinæ cōmutationis, vtpote mulier, teneretur, forti prudentiâ dixit ad eum: Qui heri quaſi ſeruus periurus fuerat, hodie ſolers & ſeditioſus Tyrānus ac impudens habetur. Ego quidem, ô homo, Deū deputo, & pridem cum*

Quæ Irene Aug. in Nicephorum tyrannum.

C

eſſem orphana, exaltaſſe me, ac dein ſuper ſolium cū eſſem indigna, prouexiſſe me: cauſam verò depoſitionis mihimet applico, & peccatis meis adſcribo. In cunctis autē, ac modis omnibus ſit nomen Domini benedictū. Porrò modum promotionis tuæ Deo redde. Veruntamen delatas mihi cōtra te ſuper dignitate quā nunc circumdaris auditiones non ignorabam, quas veras fuiſſe rerū ſinis oſtēdit: quas ſi moleſtè tuliſſem, facile mihi erat te interficiēdi; ſed modò iuramētis tuis fidendo, modò tibi parcendo, multos mihi deuotos paruipendi. Deo quæ mea ſunt dans, per quem Reges regnāt, & potentes obtinent terrā. Sed & nunc cū ſis pius,

D

& ab ipſo profectus, te adoro, & peto meæ parcere infirmitati, & cōcede mihi domū Eleutherij à me conſtructam in refocillationem incomparabilis calamitatis meæ. At ille: Si hoc vis fieri tibi, iura mihi per omnem diuinam virtutē, nō abſconſuram te quicquam ex theſauris Imperij, & adimplebo poſtulationes tuas, & omnem placationem faciā. Quæ iurauit ei ad pretioſa & viuifica ligna, quia nō mouebo à te obolum vnum: quod & fecit. Verum ille conſequutus quod deſiderabat, protinùs exilio relegauit eam ad Principem inſulam in monaſterio, quod ipſa ædificauerat. Hæc cùm adhuc eſſent in vrbe Miſſi Caroli, & quæ agebantur, aſpicerēt. Anno ab Incarnatione Domini DCC. XCV. ſecundùm Græcorum ſupputationem.

Irene deportatur in exilium.

V. *Nicephorus vorax cùm rerum Imperio potitus eſſet, nec*

E

ſaltem paruum voluit hypocriſim tegere, ſed quaſi reciſurus iuſtitiam, nequam in Magnaura & iniuſtum fore conſtituit iudicium. Intentio namq́; Tyranno inerat, vt res ipſæ oſtenderunt, non pauperibus iura tribuendi: ſed per hoc omnes qui magni erant, inhonorandi & captiuandi, & ad ſe, quæ cunctorum erant, transferendi. Videns autem aduerſus ſe omnes contriſtatos, & pauens, ne fortè memores Irenæ beneficiorum adſciſcerent eam iterum in Imperium. Nouembre menſe, hieme nimium graui imminente, non eſt ipſius miſertus immiſericors ille, ſed exilio deportari præcepit in inſulam Lesbum, & cautiſſimè cuſtodiri, quin & à nemine contueri. hactenùs de rebus Nicephori anni huius Theophanes.

Qui autem miſſi fuerant Legati à Carolo Magno Im-

gno Im-

LEGATI A CAROLO MISSI AD IRENEM ADEVNT CVM PACE.

gno Imperatore ad Irenem Auguſtam, acceptis à Nicephoro nouo Imperatore litteris pacis, ad Carolum Magnum reuerſi ſunt vnà cum Legatis Imperatoris anno ſequenti. De his enim hæc Ado: *Irena ab Imperio depoſita, Nicephorus Imp. Conſtantinopoli creatur, qui Legatos ſuos vnà cum Legatis Imperatoris Caroli remiſit. Nam Imp. Carolus Ieſſe Epiſcopum Ambianenſem, & Elimgaudium Comitem Conſtantinopolim direxerat. Suſceperũt autem Legati Nicephori Imperatoris epiſtolam inſcriptam de fœdere pacis, ſicq; tali pacto Conſtantinopoli reuerſi ſunt.* hæc Ado, & alij anno ſequenti de eorum reditu.

VI. NICEPHORVS OMNI EX PARTE IMPIVS.

VI. Quod pertinet ad eiuſdem Nicephori fidẽ: Catholicus licet haberetur, tamen ter impius ſemper apparuit diuerſis ex cauſis; q; ſcilicèt (vt Theophanes auctor eſt) faueret Iconoclaſtis hæreticis, probaret (vt dicetur) Manichæorũ hæreſim, & pro ea ſtabilienda Synodum cõgregarit; quodq; ſtuderet Manichæorum incantationibus, quod inſuper vt aduerſarius Euangelij deridebat colentes diuina mandata, q; etia ſacra cũcta vt profana habebat; q; omnem Eccleſiaſticã immunitatem peſſum dedit, iubẽs Præfectos ſuos, vt Epiſcopis & clericis velut mancipijs vterentur; q; indem ſanctas Eccleſias, & ſacra hoſpitalia, omneſq; religioſas domos ſub tributo redigeret, diras ab eis exactiones extorquẽs: hoc enim ſuo Imperij primo anno facere aggreſſus eſt, vt ex Theophane ſenties; poſtremò autem (q; cæteris omnibus euidentiùs eius impietatem oſtẽdit) q; auerſatus eſt Romani Pontificis communionem, adeò vt nec paſſus ſit Nicephorum Catholicum Patriarcham recẽs creatum poſtquàm Taraſius obijt, mittere ex more pro communione Catholica litteras ad Romanum Pontificem: id enim nõniſi poſt Nicephori obitum præſtare Patriarchę licuit ſub Michaële Imperatore, vt idẽ Theophanes in eodem Michaële teſtatur. Omittimus autem modò dicere eius impietatem de his quæ ad politicum ſtatum pertinent, quæ omnia ex Theophane rerum inſpecture cognoſçes.

VII. CONCILIVM ALTINENSE.

VII. Quod ad res Occidentales attinet, hoc anno celebrata reperitur Synodus Altinenſis ab Epiſcopis eius prouinciæ, præſidente ipſi Paulino Patriarchâ Forojulienſi ſiue Aquileienſi, à quo ſcripta extat epiſtola Synodalis ad Carolum Magnũ. Cauſa autẽ huius celebrandæ Synodi fuiſſe videtur immane ſcelus à Duce Venetorum hoc tempore perpetratum, cùm in Gradenſem ſurẽs Epiſcopum, eũdem è turri præcipitem dedit. Porrò Paulini ſtudiũ Carolum Magnum implorãtis illud fuiſſe videtur, vt eum aduerſus Venetos in vltionẽ tanti ſceleris prouocaret, vt eius oſtendit epiſtola, quæ ſic ſe habet:

*Catholico, ſemperq; inclyto triumphatori domno Carolo, diuinâ coronante clementia * Imperatori, Paulinus minimus omnium ſeruorum ſeruus concordi pariliq; deuotione, cum fratribus & cum conſacerdotibus noſtris redemptis Chriſto Ieſu cruore æternas multipliciter ſupplici concinamus ſtyliſonâ voce ſalutes.*

*Regi. alij textus habent

CONCIL. ALTINENSIS SYNODALIS EPIST.

Et ſacris Paternorum canonum valenter incitantibus documentis, & veſtris (vt verum reſonat) mellitis ſalubribus irrorantibus ſyllabis in hac, cui Deo auctore, licet indignum, indignoq; famulatu deſeruio, ſede, Concilium habitum Altinis fuiſſe, ſub nomine Regis tranquilliſſimis veſtræ ſerenitatis auribus operæpretium duximus humilliмis horum, quamuis incultorum apicum, ſuppliciter notulis intimare. & inferiùs.

VIII. *De ſacerdotibus autẽ plagis impoſitis ſemiquenius relictis, vel certè diabolico ferueſcente furore, per eius ſatellites interemptis, non meum, ſed veſtræ definitionis erit iudicium: in veſtra itaq; poteſtatis altitudine, in quodã iudiciali libello à ſanctis olim Patribus ſalubriter prælibato legiſſe me recolo reſeruatum. Ob quam igitur cauſam hæc fecerint, veſtris certius ſcio omninò non latuiſſe, neq; latere ſacris memorijs. Neminem namq; alium arbitrati ſunt ſanctam Eccleſiam de illatis iniurijs, tam potentiſſimè, quam regali animaduerſione vlciſci, vicariam ab eo viciſſitudinis expetens curam, vt quemadmodum illa eum & in præſenti ſæculo, & inter bella ſpiritalibus non ceſſat coronare triumphis & cœleſti Regno, diuinam implorando clementiam, participem fieri imprecatur; ita & ille principalem adeptus potentiam, & ab inimicis eius valenter eam defendere, & de hoſtibus eius vltrici iniectionis ſententia non deſinat vindicare.*

IX. CAROLVS EXCITATVS IN VLTIONEM NECIS SACERDOTVM.

IX. *Non igitur dedignetur benignitatis veſtra excellentia, ſolicitudinis erga eam pro hoc negocio vigilãter gerere curam, rememorantes per omnia ſacri fontis vtero, de quo multò longe felicius eſtis renati, fideiq; lactis dulcedine enutriti, quam priùs materna bene, quamuis vulua generati, carnalibus eſtis vberibus ablactati. Egrediatur quapropter (ſi placet) vna de hac re, per vniuerſam Regni veſtri latè diffuſam monarchiã decretalis ſententia vltio, qua nulla vnquã poſſit inimica veritatis, & aduerſatrix iuſtitiæ, qualibet vrgẽte refragationis inſtinctu obliuio abolere. Valde enim huius ſceleris truculẽta præſtigia, ob incuriã diſciplinæ, per cũctas mundi Eccleſias præualuere patet. Vnde veſtri eſt cẽſura magiſterij reſecanda hæc noxialis morbi modis omnibus peſtis, & potentiſſima docilique auditus manu extirpãda; quatenus ſit ſancta Eccleſia, veſtris adiuta præſidijs, libera ab humano ſanguine impolluta, quæ Chriſti eſt pretioſo ſanguine purpurata; quocirca eiuſdem reſeti feliciter gremio, & in hac vita incolumes, & glorioſi, & æterna beatitudine gaudebundi, ſemper potiamini, & felices; per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus in Trinitate perfecta per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.* hæc ſunt quæ vix elicere potuimus ex Vaticano mendoſiſſimo codice.

X. DVX VENET. IOANNES QVID IN GRADENSEM PATRIARCHAM.

X. Cæterùm q; ſpectat ad ſacerdotes interemptos, produnt Annales Veneti, Ioannem Ducem aduerſus Ioannem Gradẽſem Patriarchã ira commotũ, claſſe comparatã, ingentẽ patraſſe cædem, ipſumq; Patriarcha è celſa turri præcipitẽ dediſſe. aduerſus iſta adeò nefanda, eius regionis Epiſcopi in vnum coacti litteris ſcriptis auxiliũ poſtulauẽre Francorũ. Porrò ſequenti anno in locũ necati Patriarchæ ſubſtitutus eſt Fortunatus, cui Leo Papa pallium conceſſiſſe reperitur eodem anno Indictione vndecimâ duodecimo Kalẽdas Aprilis. Sed quæ cauſa præceſſerit, vt Ioannes Epiſcopus Gradenſis, tam immaniter trucidaretur, ſic accipe.

Chriſtophorus homo Græcus Vliuolenſis Epiſcopus, Ioanne Duce concedente, ac gratiæ Nicephori Imperatoris ea in re ſeruiente, fuerat conſtitutus. Quam rem cùm iniquo animo ferrent Venetiarum Tribuni, Ioannem Gradenſem Patriarcham ne illum conſecraret, orarunt. Itaque Ioannes obſequutus, Chriſtophorum non ſolùm non conſecrauit, ſed etiam à piorum communione ſemouit. Quo facto Ioannes Dux vſq; adeò exarſit irã, vt Mauritio filio Duce aſſumpto claſſem Gradũ adduxerit, atq; oppido primo aduentu capto, Patriarcham arreptum excelſiſſimã turri pręcipitarit.

IOANNI GRADENSI EPISC. NECATO FORTVNATVS SVBSTITVITVR.

Ioanne inde mortuo ſuffectus eſt ſtudio Tribunorum Fortunatus, ſanguinis illi coniunctione propinquus. Hic autem ob turbas inter Venetos ciuili bello motu inter ſe concertantes abire iuſſus, ad Carolum Magnum in Gallias ſe contulit, in quo ſecuritatis ſuæ diploma eiuſmodi retulit.

XI. *Concedit Carolus Imp. Auguſtus Fortunato Patriarchæ Gradi, vt ipſe, ſacerdotes ſerui & coloni eius in terra ſua,*

*in Iſtria, Romaniola, & Longobardia & vbicumq; quietè degant: iubetq; vt in poſſeſſionibus, quibus ritè inueſtitus eſt, nullus Iudex publicus iniuſtè ad cauſas audiendas, præda exigenda, * manſiones, aut paratas faciendas, in iuſtas redhibitiones inquirendas exarctare audeat. Datum Idibus Auguſti.*

* manſos

Sed & hoc anno defunctum eſſe ipſum Paulinum Patriarcham Aquileienſem, habent veteres Anoales Franciæ ex Pithœi bibliotheca proditi. Porrò idem (vt dictum eſt) Foroiulienſis Patriarcha idcirco appellatus reperitur, quòd ſedes Aquileienſis Forumiulium eſſet trãſlata, de quo nomine Foroiulienſi in nuper citato loco hæc leguntur. *Hoc anno Paulinus Patriarcha Foroiulienſis obijt.* ſed de eo ſuperiùs pluribus dictum eſt.

PAVLINVS PATRIARCHA FOROIVLIENSIS OBIT DIEM.

Quod rurſum ad eundem Paulinum ſpectat, in monumentis Aquileienſis Eccleſiæ ipſum dũ vixit & poſt mortẽ miraculis claruiſſe, æquè legitur. Sed ex iiſdem Francorum Annalibus corrigas quæ habẽtur in eius vita, ipſum diem obiiſſe aono Domini octingenteſimo quarto, & quod legitur in diplomate illo nomine Caroli Imperatoris datum ipſum anno tertio Imperij ipſius, Indictione primâ: non enim iſta ſibi cohærent de annis Imperatoris & Indictionis. Porrò meminit [a] eiuſdẽ Paulini Vualfridus Strabo, cum de hymnis Eccleſiaſticis agit his verbis: *Traditur quidem Paulinum Foroiulienſem Patriarcham ſæpiùs & maximè in priuatis Miſſis, circa immolationem ſacramentorum hymnos vel ab alijs vel à ſe compoſitos celebràſſe. Ego verò crediderim tãtum, tantæq; ſcientiæ virum hoc nec ſine auctoritate, nec ſine rationis ponderatione feciſſe.* hæc Strabo.

[a] Vualfrid. Strab. de reb. Eccleſ. c. 25.

XII. EPISCOPI DOCENTES GRAMMATICAM.

Huius ſi primordia repetes, inuenies, antequàm ad Patriarchatum vocaretur, fuiſſe artis Grammaticæ profeſſurẽ: quod eiuſdem Caroli diploma ſignificat. Docuiſſe Grammaticã hoc ſæculo etiã homines Eccleſiaſticos tradit Eginhardus in vita Caroli Magni, dum de Caroli eruditione ſcribens hæc inter alia habet: *Artes liberales ſtudioſiſſimè coluit, eorũq; doctores plurimũ venerãtus magnis afficiebat honoribus. In diſcenda Grammatica Petrum Piſanum diaconum ſenẽ audiuit.* teſtatur Lupus [b] Abbas monaſterij Ferrarienſis huius temporis auctor, ſe didiciſſe Grammaticam ab Aldrico Archiepiſcopo Senonẽſi. Affirmat id ipſe in epiſtola prima ad Einardum, quẽ alij nominãt Eginhardũ: ait enim de ipſo: *Doctorem Grammaticæ ſortitus ſum, præcepta ab eo artiũ accepi ſic: Quoniã à Grammatica ad Rhetoricã, & deinceps ordine ad cæteras liberales diſciplinas trãſire, hoc tempore fabula tantum eſt* &c. ita planè, quod qui ſciret tantũ Grãmaticam iſto ſæculo rudi, doctiſſimus haberetur. Sed ad Paulinum redeamus. Quantum autem coluerit Carolus ipſum antequàm fieret Patriarcha, adhuc Grammaticis facultatibus operam dantem, eiuſdem Caroli tunc de donatione ipſi facta de nobili villa Laberiana, diploma declarat, quod in eius vita deſcriptum hic reddere, haud fuerit ocioſum. ſic enim ſe habet.

[b] Lup. epi. 1.

XIII.

*Carolus Dei gratiâ Rex Francorum & Longobardorũ & Patricius Romanorum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Caſtaldis vel omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris. Meritò quidem à nobis ſublevantur muneribus qui noſtris fideliter obſequijs famulantur. Et ideò ſi petitiones eorum pro quibus noſtras pulſauerint aures ad effectum perducimus, regiam cõſuetudinem exercemus, atque illorum animum nobis deſeruiendo prouocamus. Igitur notum ſit omnium veſtrũ magnitudini, qualiter cedimus & donamus à nobis viro valdè venerabili Paulino artis Grammaticæ magiſtro, hoc eſt, res quondam & facultates quæ fuerunt Vualdandi filij quondam Mimoni de Laberiano, quæ ad noſtrũ deuenerunt palatiũ pro eo quod in Campo cũ Forticauſo inimico noſtro à noſtris fidelibus fuerit interfectus, caſa videlicèt in Laberiano cum omni integritate & ſoliditate ſua, id eſt, cũ terris, domibus, ædificijs, ac * colabijs, mãcipijs, caſis, maſſaritijs, cum ſeruis & aldionibus, vineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus quantumcumq; prædictus Vualdandus ibi, aut alicubi habere viſus fuit tã ex domo Regum, aut Iudicũ, ſeu de comparato, aut de quolibet adtracto, prædicto Paulino à die præſenti tradimus atq; cedimus perpetualiter ad poſſidẽdum, ita vt ab hac die prædictus Paulinus ſupraſcriptis de rebus quieto ordine teneat & poſſideat, & quicquid exinde facere voluerit, liberum in omnibus perferatur arbitrium. Præcipientes ergo iubemus, vt nullus quamlibet de fidelibus aut ſucceſſoribus noſtris prædicto Paulino de iam dictis rebus vllo vmquã tempore inquietare, aut calumniam generare præſumat: ſed omni tempore ex dono largitatis noſtræ ipſas res iure proprietario valeat poſſidere firmiſſimo. Et vt hæc præceptio firmior habeatur, vel noſtris vel futuris temporibus melius cõſeruetur, manu propria in æternum decreuimus roborare, ac de annulo noſtro iuſſimus ſigillari. Data XV. Kal. Iulij anno octauo Regni noſtri è Loreia ciuitate in Dei nomine feliciter.* hactenùs diploma datum anno Domini ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio, quo ipſe Carolus aduerſus Deſiderium in Italiam venit, quo numerari contigit octauus annus eiuſdem Regni. hæc de his quæ ad Paulinum ſpectant.

DONATIO CAROLI FACTA PAVLINO.

*

XIV. BONÆ LITTERÆ A CAROLO MAGNO RESTITVTÆ.

Vt autem dicere pergamus de Carolo, hoc nomine etiam plurimũ illi debet hoc ſæculum, quod bonas litteras penitùs collapſas reſtituit. Eò namq; profundi meſtiæ erant, vt ſi quis nobilioris ingenij vellet addiſcere, magiſtrum non inueniret qui doceret: Carolus Magnus autẽ effecit, vt ſcientiæ obrutę ignorãtia ſurgereot. Sed audi Lupum iſta ſcribẽtem [c] in epiſtola ad Eginhardum ſiue Einardũ, qui erat eidem Carolo à ſecretis: *Niſi, inquit, intercepiſſet inopia præceptorum, & longo ſitu collapſa priorũ ſtudia penè interijſſent: largiente Domino, meæ auiditati ſatisfacere forſan potuiſſem. Siquidẽ veſtrâ memoriâ per famoſiſſimũ Imperatorẽ Carolũ (cui litteræ eouſq; deferre debent, vt æternitati parent memoriã) cœpta reuocari, aliquantulum quidẽ extulêre caput, ſatisq; cõſtitit, veritate ſubnixũ præclarum dictũ, Honos alit artes, & accẽduntur omnes ad ſtudia gloriæ.* hæc de Carolo adeò de bonis litteris bene merente Lupus. Teſtatur id ipſum Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, qui, quantum profecerint Germaniæ & Galliæ Eccleſiæ bonarum ſtudio litterarũ operâ eiuſdem Caroli Magni, docet his verbis: *Non ſolum apud Germaniã ſtudium litterarũ, & amor ſanctarũ ſcripturarũ, verum etiam apud eãdem Galliã eius memorabilis viri ſolertiſſimo ſtudio & feruentiſſimo deſiderio actũ eſt, vt Domino opẽ ferente in ſibi cõmiſſa Eccleſia filijs, & liberalium artiũ apprimè diſciplina, & diuinarum ſcripturarum perfectâ polleret intelligẽtiâ.* hæc Ionas in exordio commentarij ſui aduerſus Claudium Taurinenſem, de quo inferiùs ſuo loco dicturi ſumus. Aoſegiſus inſuper hæc in eamdem ſententiam: [d] *Carolus ſiquidem conſtituit, in ſingulis monaſterijs & epiſcopijs ſcholas eſſe, vbi ingenuorum & ſeruorum filij Grammaticam, Muſicam & Arithmeticam docerentur.* & in Concilio [e] Cabilonenſi, de quo inferiùs ſuo loco, de huiuſmodi Caroli Conſtitutione mẽtio habetur his verbis: *Oportet etiam, ſicut dominus Imperator Carolus vir ſingularis manſuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, iuſtitiæ & temperantiæ præcepit, ſcholas conſtituant, in quibus litteraria ſolertia diſciplinæ & ſacræ ſcripturæ documenta diſcantur, & tales ibi erudiantur, quibus meritò dicatur à Domino:* [f] *Vos eſtis ſal*

terræ

[c] Lup. epi. 1.

[d] Anſeg. li. 1.

[e] Concil. Cabil. c. 3.

[f] Matt. 5.

Digitized by Google

A *terra* &c. His addunt alij Pariſijs tunc ſcholas erigi cœptas, atque ſtudio ſucceſſorum Regum præ cæteris in dies magis maiori claritate fulſiſſe; ſed & conſtitutas eſſe ſcholas litterarum Latinarum & Græcarum in Eccleſia Oſnaburgenſi in Saxonia, vt ad vſum leganonum in Oriẽtem mittendarum pueri erudirentur, conſtat ex priuilegio ab ipſo Carolo eidem Eccleſię conceſſo, quod inferiùs ſuo loco ponetur.

XV. Cæterum eiuſmodi in docendis & addiſcendis litteris feruor viguit, vſque dum Carolus vixit: poſt obitum verò ipſius, ipſum ſtudium litterarium refriguiſſe nonnihil, idem qui ſuprà vetus aſſertor rerum ſuorum temporum Lupus affirmat, probro B nimirum tunc adſcribi conſueuiſſe ſi quis rei litterariæ operam daret: nam in dicta [a] ad Eginhardum epiſtola ſic ait: *Amor litterarum ab ipſo ferè initio pueritiæ mihi eſt innatus; nec earum, vt nunc à pleriſque vocantur ſuperſtitioſa ocia, faſtidio ſunt.* & paulò inferiùs de ſuo tempore, nempe ſub Ludouico filio Caroli Imperatoris: *Nũc*, inquit, *oneri ſunt, qui aliquid diſcere affectãt, & velut in edito ſitos loco ſtudioſos quoſq; imperiti vulgo aſpectãtes, ſi quid in eis culpa deprehẽderint, id nõ humano vitio, ſed qualitati diſciplinarũ aſſignãt. Ita dum alij dignã ſapientiæ palmam non capiunt, alij famã verẽtur indignam, à tam præclaro opere deſtiterunt.* hęc ipſe.

[a] Lup. Ferrar. epiſt. 1.

Quibus vides, Lector, quas ſuo tempore Carolus penè extinctas reuocauit bonas litteras, eaſdẽ cũ ipſo fermè defunctas, vel ſaltem languore C correptas, ſuo genuino caruiſſe vigore; vt non mirum ſit, ſi eo tempore, qui doctiores eſſe viderentur, ijdem iuxta Apoſtolum, [b] infirmi & imbecilles extiterint, & dormierint cæco ignorantiæ ſomno, vt non fuerint vllatenus aſſecuti, quæ de ſacris imaginibus Nicænũ Oecumenicum Conciliũ ſtatuiſſet, & Romana Eccleſia comprobaſſet, vt ſuo loco ſuperiùs de ipſis pluribus demonſtratum, & aliâ occaſione iterum dicetur inferiùs in Ludouico.

[b] 1. Cor. 11.

IESV CHRISTI
Annus 803.

LEONIS PAP. III. Annus 8. | CAROLI MAGNI 3. NICEPHORI 2. IMPP. D

L. REDEMPTORIS annus octingenteſimus tertius Indictione vndecimâ inchoatur, quo menſe Auguſto moritur in exilio Irene Auguſta ærumnis confecta Nicephori Tyranni ſæuitiâ. ſed & Bardanes in Oriẽte fruſtrà ſuſcepit Imperiũ: extincti ſunt alij cõplures nobiles eiuſdẽ Imperatoris ſæuitiâ. de quib. ſcribit Theophanes qui res geſtas Nicephori huius anni ita recenſet: *Pridie Kalendas May mortuus eſt Niceta Triphilius (vt aiunt) à Nicephoro veneno extinctus. Et Nonis May feriâ quintâ, cũ Nicephorus ad ſuburbana Chalcedonis exiſſet, equumq; manſuetiſſimũ aſcẽdiſſet, hic ipſum ex Dei prouidentia eyciẽs, pedem eius cõ-* E *triuit. At verò decimoquarto Kal. Auguſti, feriâ quartâ, horâ primâ, Bardanes Patricius & Prætor Orientaliũ qui cognominatus eſt Turcus, appellatus eſt Imperator vltrò ab omnibus ſuis thematibus. Qui multũ renitens, vt euaderet illos, minimè valuit, & deſcẽdens vſq; Chryſopolim, & cũ circuiſſet diebus octo, & minimè receptus fuiſſet, rediſt vſq; Malagma. Qui metuẽs Deũ, & recogitans, ne fortè pro ſe mactatio Chriſtianorũ efficeretur, miſit ad Nicephorũ, & accepto in ſcriptis propriæ manus eius, in quo & ſanctiſſimus Taraſius Patriarcha & omnes Patricij ſubſcripſerunt, quod illæſus & indemnis cũ omnibus qui cũ ipſo erant, foret ſeruãdus, ſextò Idus Septembris clam fugiẽs, deſcẽdit in ciuitatem Bithyniæ, in monaſteriũ Heraclij, & inuento chelandio quod ab Imperatore fuerat ad hoc miſ-* A *ſum, tonſus eſt, & indutus ſtolâ monaſticâ, & ingreſſus illud, abijt in inſulã quæ dicebatur Prima, in qua ædificauerat monaſteriũ, opinatus, quod foret veriturus terribile verbum quod dederat ſibi contemptibilis Nicephorus, & in nullo eſſet lædendus. At ille primũ quidem denudat eũ ſubſtãtiâ eius, & acceptâ occaſione, omnes thematũ principes & habitatores quoſdã de regia vrbe captiuauit, exercitũ autem priuatum togâ deſeruit.* addit inferiùs de eodẽ miſero Bardane ab eodẽ Nicephoro luminibus priuato.

BARDANES ACCLAMATVR IMPERATOR.

II. De obitu autẽ Auguſtę hęc habet: *Verùm quis ſermo enarrare ſufficit dignè cætera quæ diebus illis ab eo geſta ſunt propter indulgentiam Dei pro commiſſis noſtris? Nonâ verò die, menſe Auguſto vndecima Indictionis defuncta eſt Imperatrix Irene Auguſta in exilio, in inſula* B *Leſbo, & tranſlatum eſt corpus eius in inſulam Principis, in monaſterium quod ipſa conſtruxerat.*

IRENES AVGVSTÆ OBITVS.

Eodem anno ſecundo Imperij ſui Nicephorus coronauit filium ſuum Stauratium per Taraſium ſanctiſſimum Patriarcham in ambone maioris Eccleſiæ in Imperatorem, cũ eſſet inutilis modis omnibus ad tantam dignitatem, tam aſpectu, quã robore & ſenſu. hęc Theophanes, additq; menſe Auguſti in prœlio aduerſus Arabes Nicephorum poſteriores tuliſſe, in diſcrimenq; vitæ inductum à ſuis vix ereptũ. Sed ad res Occidentales.

III. Hoc anno Legati Caroli Magni qui cum pace à Nicephoro Imp. dimiſſi fuerunt, vnà cum Legatis ipſius ad Carolum in Germaniam peruenere, de quibus hęc in vita eiuſdem Imperatoris hoc anno: C *Miſſi domni Imperatoris de Conſtantinopoli reuerſi ſunt, & venerunt cum eis Legati Nicephori Imperatoris qui tũc Rempublicam gerebat (nam Irenam poſt aduentum legationis Franciæ depoſuerunt) quorum nomina ſunt, Michaël Epiſcopus, Petrus Abbas, Calliſtus Abbas, Cãdidatus Abbas, qui venerunt in Germaniam ſuper fluuiũ Sala in loco qui dicitur Sales, & pactum faciendæ pacis in ſcripto ſuſceperunt. & dimiſſi cum epiſtola Imperatoris Romam regreſſi, & in Conſtantinopolim reuerſi ſunt.* hæc ibi.

LEGATI NICEPHORI IMP. REDEVNT CVM PACE CONSTANTINOPOLI.

Hoc [c] anno Indictione vndecimâ, decimo Kalendas Aprilis, Leo Papa pallium conceſſit Fortunato Gradenſi Patriarchæ in locum Ioannis ſuffecto, qui occiſus fuerat à Ioanne Duce Venetiarum.

[c] Apud Sigon. de Reg. Ital li. 4. hoc ann. & ſeq.

IESV CHRISTI
Annus 804.

D LEONIS PAP. III. Annus 9. | CAROLI MAGNI 4. NICEPHORI 3. IMPP.

I. OCTINGENTESIMVS quartus annus Redemptoris duodecimâ Indictione ſignatur, in cuius fine Leo Romanus Pontifex rurſum in Germaniam ſe contulit ad Carolum Magnũ, de cuius aduentu & eius ratione hæc habent Annales Francorum in vita Caroli Magni per ſingulos annos digeſta: *Medio Nouembrio allatum eſt Carolo, Leonem Papam Natalem Domini cum eo celebrare velle vbicumq; hoc cõtingere potuiſſet. Quẽ ſtatim, miſſo ad S. Mauritiũ Carolo* E *filio ſuo, honorificè ſuſcipere iuſſit. Ipſe obuiam illi ad Rhemorum ciuitatẽ profectus eſt, ibiq; ſuſcepit eũ. Primo Cariſiacum villam, vbi Natale Domini celebrauit, deinde Aquiſgranum perduxit, & donatũ magnis muneribus per Baioariam ire volentem reduci fecit vſq; Rauẽnam. cauſa aduentus eius hæc erat. Perlatum eſt ad Imperatorẽ, æſtate præteritâ, Chriſti ſanguinẽ in Mãtua ciuitate fuiſſe repertum. Propter hoc miſit ad Papam, petẽs vt huius famæ veritatem inquireret. Qui acceptâ occaſione exeundi, primò in Longobardiam quaſi pro inquiſitione iſta profectus eſt, idẽ ad Imperatorẽ veniens, mãſit cũ eo dies octo, reuerſusq; eſt Romam.* hæc ibi, & quidem ſummatim collecta.

LEO PAPA ITERVM VENIT IN GERMANIAM AD CAROLVM MAGNVM.

II. Cæterùm quod ad ſanguinem Chriſti pertinet, re multũ examinatâ, inuẽtus eſt & cõprobatus ille

Digitized by Google

fuisse, qui ex Christi corpore fluxit, tempore Paſſionis eius, non autem ille, qui Beryti (vt vidimus) ex ſacra Crucifixi imagine fluxerat. de qua veritate extare dicuntur ſacra diplomata Romanorũ Pontificum, vt de his non ſit ampliùs dubitandum. ſed ego non vidi.

II. Quod verò ſpectat ad res geſtas à Leone in Germania: prolixior de cũctis narratio habetur in epiſtola S. Ludgeri his verbis: * Idem S. Leo Papa, anno Dominicæ Incarnationis octingẽteſimo * tertio cũ magna ſolemnitate ſuorum Cardinalium, Archiepiſcoporũ, Epiſcoporum, & prælatorum & primatũ ad Imperatorẽ Carolum in Germaniã veniẽs, & ab eodem Imperatore Imperialiter cum ſuis ſuſceptus, inter multa pietatis ſuæ opera, inſtantiâ eiuſdem ſereniſſimi Imperatoris & Regis, Aquiſgrani in Palatio dedicauit Eccleſiam perpetuæ Virginis Mariæ, donans eamdem Eccleſiam multis indulgentijs. Deinde humili petitione & inſtantiâ venerabilis patris Gerbaldi Epiſcopi Leodienſis conſecrauit Eccleſias glorioſæ Virginis Mariæ tam in Tungris, quã in Viſeto. Et in Colonia Agrippina, tã ad ſanctum Martinum, quã in Capitolio altaria conſecrauit, & multa alia monaſteria & altaria & capellas per Alemanniam & Galliã conſecrauit, vbiq; multas indulgentias conferendo. Tãdem deuota inſtãtia glorioſiſſimi Imperatoris Caroli, & venerabilis viri Hildebaldi Archipræſidis Coloniẽſis, venit à Colonia idem ſanctus Papa Leo nauigio in Vuerdã ſtipatus Imperatoriã maieſtate, ac ſacrato choro ſanctorũ Cardinalium & Archiepiſcoporum, & multorum procerum. Cui occurrunt vſq; ad Rhenum deuoti fratres conuentus ſancti Suniberti proceſſionaliter cum incolis eiuſdem oppidi de Vuerda, introducentes eum cum Imperatore, & cæteris in Eccleſiam ſancti Suniberti, multùm deuotè ac honeſtè. & die illo quo intrauit, ieiunauerunt incolæ de Vuerda cum toto conuentu auctoritate Apoſtolicâ.

* Epiſt. S. Ludg. c. 9. apud Sur. in Sunibert. die 1. Mart. tom. 2.

* quarto

RES GESTÆ A LEONE PAPA IN GERMANIA

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ A LEONE PAP.

C

III. Alterâ verò die, quæ fuit pridie Nonas Septembris, tam Papa ſanctus Leo quã Carolus Imp. & alij conuenientes in Eccleſia & cõuentu S. Suniberti, ibi oratione finita omniũ conuenientiũ in Eccleſia ſtatim celebrãte ſolemniter ſummam Miſſam Felice Hildebaldo Colonienſi Archiepiſcopo, & ſanctiſſimâ vitâ ipſius Suniberti cum innumeris miraculis conſcriptâ per venerabilem presbyterũ Marcellinum ſocium & conterraneum ipſius Sancti ibidem lectâ, Papa ſanctus Leo, de aſſenſu pariter & conſenſu ſuorum Cardinalium, cæterorumq; prælatorum illic coram aſtantiũ ſolemniter catalogo ſanctorũ Confeſſorum ipſum adſcripſit. Quo facto, pulſatâ campanâ, conuentus per aliquot horas ad honorẽ Dei, & gloriã ipſius Sancti, cum per dulcia modulamina laudum fratres deuotiſſimè Deo repẽdiſſent gratias, cantando humiliter hymnũ, Te Deum Laudamus, & reliquiæ, ſiue oſſa ipſius ex monumento, in præſentia ſanctiſſimi Apoſtolici Leonis & Caroli Imperatoris, cæterorumq; per præfatum Archiepiſcopum Colonienſem tollerentur deuotè, maxima dulciſſimi odoris in eodem loco cælitùs effuſa eſt fragrantia, cuius ſuauitas omnium ora & corda adſtantium reficiebat, ita vt nullus ambigeret, ibidem adeſſe Angelorum choros.

RELATVS INTER SANCTOS S. SVVIBERTVS.

D

IV. Facta ſunt hæc pridie Nonas Septẽbris, præſentibus ibidem victorioſiſſimo Carolo ſemper Auguſto, Romanorum Imperatore & Francorũ Rege, venerabilibusq; Patribus Cardinalibus, Archiepiſcopis, Bernardo Oſtienſi, & Ferenato Treuerorũ, Theodoro Sabinenſium, Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, Euſtochio S. Praxedis, Bonifacio tituli ſanctorum Marcellini & Petri presbyteris Cardinalibus, Gerbaldo Leodienſi, Volquino Normẽſium Epiſcopis, & præſertim Felice Hildebaldo Colonienſi Archiepiſcopo, cuius induſtriâ & piâ inſtantiâ ſanctus Leo Vuerdam nauigauit, & S. Sunibertum in * diuos retulit, cum multis alijs prælatis & proceribus.

* ſanctos

S[t]atuit inſuper ſanctiſſimus Papa Leo illum diem canonizationis & exaltationis S. Suniberti egregij Epiſcopi, perpetuis temporibus per totum oppidum à cunctis incolis Vuerdæ celebrãdum ob honorem ſancti Suniberti Apoſtolici Epiſcopi. Obtulit autem idem ſanctus Papa eidem Eccleſiæ ſpeciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus feſtum ſancti Suniberti Epiſcopi. & ad diuina confluentibus. Item idem Papa obtulit paruam aureã Crucem referſam particulâ ſanctæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ ECCLESIÆ S. SVVIBERTI.

Imperator verò Carolus obtulit duos aureos calices ex auro puro, & totidem ampullas eiuſdem auri cum multis alijs Eccleſiarum * Clenodijs pretioſis, vt dum diuinũ myſterium in Verdenſi conuẽtu perageretur cum eiſdẽ, ipſius Imperatoris iugis fieret memoria. Obtulerunt pariter omnes à maiori vſq; ad minorem, iuxta deuotionem & inſpirationẽ ſpiritus, & pro facultate, vt fieret ſolemnis capſula. & pretioſum feretrum, in quo collocarentur ſacroſancta oſſa ſancti Suniberti Epiſcopi, ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Quid prætereà mirandum acciderit, cùm adhuc eſſet ibidem S. Pontifex Leo, in eadem S. Ludgeri Epiſcopi epiſtola ità narratur.

*

OBLATIONES FACTÆ S. SVVIBERTO.

B

V. Igitur cũ rumor aduentus ſancti Leonis Papæ, & Caroli ſereniſſimi Imp. cæterorumq; prælatorum & Principũ in Vuerdã ad canonizandũ ſanctum Sunibertum, vbiq; per vicinã prouinciã peruolaſſet, confluebant multi populi vtriuſq; ſexus cum filijs & filiabus ſuis Vuerdã, ad percipiẽdum à ſancto Papa remiſſionẽ ſuorum peccatorũ & Apoſtolicam benedictionẽ, & ad intuendum tanta celebritatis actũ. Inter quos erat quædam nobilis domina Irmgardis, mulier honeſta & proba, germana venerabilis patris Hildebaldi Colonienſis Archiepiſcopi, vxor ſtrenui Bartoldi domicelli de Geinbergem habitans & reſidens illo tempore in Troia ſiue Xãtis. Quæ domicella cum duabus ſolummodo pediſſequis, & primogenito ſuo Gocellino * ſemiocto annorũ puero, & cum multis alijs honeſtis perſonis ex Xãtis Vuerdam nauigãs eidem celebritati cõſenſu mariti ſui intereſſe voluit & decreuit. Et appropinquãtes Vuerdæ, cũ nauta propter multas alias naues ibidẽ congregatas ſubitò ampluſtre mutaret, vt conuenientius littori nauim applicaret: Gocellinus ſtans prope matrẽ in prora nauis ex colliſione nauiũ ceſpitãs pedibus, corruit extra nauim in Rhenum & ſubmerſus eſt. Quod mater eius videns (quæ etiam cecidit ex colliſione nauium in nauim) & puerum ſuũ iuuare non valens, ſeipſam in Rhenum præcipitare conabatur, ſed tenta & impedita per pediſſequas & alios probos homines, ſciſſo velamine capitis ſui, præ nimio dolore inconſolabiliter flens, magno eiulatu & lamentis impleuit littera Rheni. Erat autem hora ferè quinta veſpertina. Archiepiſcopus verò frater eius illa audiens ingemuit & multùm triſtabatur. pediſſequa quoq; concita denuntiauit Bartoldo diſcrimen ſubmerſi pueri ſui.

* octo cum dimidio

DE PVERO IN RHENVM MERSO.

C

D

VI. Domicella itaq; complofis manibus, tamquã mulier veſana, intrans Eccleſiã S. Suniberti, cum magno vlulatu & gemitu Deſexorauit pietatem, vt meritis S. Suniberti filiũ ſuum ſibi reſtituere dignaretur. Conſolata denique à multis honeſtiſſimis matronis, & præcipue ab Archiepiſcopo fratre ſuo ducente eam in hoſpitium ſuum, vt eã refocillando conſolaretur. Sed ipſa quieſcere vlulatenus valens, noctem illam totam inſomnem ducens, implorauit aſſiduè deuoto & contribulato corde ſanctum Sunibertum, petens vt qui ſudum multis in tribulationibus ſubueniebat, ſibi etiam deſolatæ ſolitâ pietate ſubuenire non dedignaretur, vouensq; ſi ipſum ſuis ſuffragantibus meritis viuum recipere poſſet, perpetuis temporibus ſuo miniſterio aſſignaret.

E

Alterâ die cũ aurora emicãtibus radijs illuceſceret, quidam honeſti viri amore Dei & petitione Archiepiſcopi amotis nauibus cœperũt ſubmerſum domicellum Gocellinũ quærere ſagenis & vncis, & alijs opportunis inſtrumentis. Tandem horâ ferè octaua ante Miſſarum ſolemnia, quidã

dictus

dictus Lambertus Dobel de Emorica vico ſentiens, & tagens ipſum veſte, vocatis alijs ſocijs, ſagaciter ex profundo Rheni per veſtem ſurſum trahens & eleuans defunctum matri præſentauit. Quæ ipſum defunctum videns, exãguis effecta, & in exſtaſi poſita, ſtupuit, ſed ad ſe reuerſa, puerũ vlnis amplectẽs, ſequentibus eam multis honeſtis vtriuſq; ſexus perſonis flentibus, & ei condolentibus, depoſuit illum ante ſepulchrum S. Suniberti, factaq; ab omnibus deuotè oratione, ſpiritus in illum rediit, oculos aperuit & reuixit, ſurgenſq; ſtetit ſupra pedes ſuos admirans multitudinem & frequentiam populorum ipſum intuentium, loquebatur matri ſuæ dulciter. Statimq; exuentes eum madidis veſtibus propter compreſſionem hominum, de cõſilio quorumdam, poſuerunt in eminentiori loco, vt ab omnib. poſſet videri. Quo viſo, factus eſt clamor omnium, Deum in ſancto Suniberto collaudantiũ, de tanta, tamq; manifeſta gratia ibidẽ meritis ſancti Suniberti palam omnib. oſtẽſa.

PVER MORTVVS REVIXIT.

VII. *Eadem vero hora venit feſtinanter equeſter pater eius Bartoldus cum decem tantum vernaculis, multum nimirum triſtis & dolẽs de perditione dilecti filij ſui: erat enim Præfectus Imperatoris Caroli in illis oris. Intrans vero Eccleſiam, cùm audiſſet & vidiſſet eum à morte reſuſcitatum, glorificauit Deum in ſancto ſuo Suniberto. Igitur ſanctiſſimus Apoſtolicus & Imperator Carolus iſta percipientes ab Archiepiſcopo Colonienſi auunculo Gocellini reſuſcitati, eumdem puerum ad ſe acerſiri & adduci præceperunt. Quem viuum videntes, qui per quindecim fere horas ſub aquis in profundo Rheni iacuerat, laudauerunt pietatem Dei, qui ſemper diuerſis ſignis dilectos ſuos magnificat & honorat. Archiepiſcopus verò conſenſu parentum, depoſita argentea torque, quam circa collum geſſit idem Gocellinus reſuſcitatus, ipſum clericum ordinauit, mutanſq; nomen eius, ipſum Sunibertum nominauit: qui intrà monaſterium S. Suniberti inerãs, eidem Sancto ſemper humiliter ſeruiuit. Aſſignauitq; domicellus Bartoldus eidem monaſterio, amore S. Suniberti & filij ſui, certa prædia perpetuis temporibus poſſidenda.* hucuſque auctor.

VIII. Hæc autem de tempore commorationis Leonis Papæ cum Carolo Imperatore in Germania, cùm in Annalibus Francorum aſſeratur, nonniſi octo dies apud Carolum manſiſſe Leonem: fortaſſè ad primum aduentum Leonis in Germaniam referẽda commodiùs eſſent: tu conſidera.

Hoc eodem anno (vt ijdem Annales Francorũ habent) idem Carolus Imp. ob rebellantes annis fermè ſingulis Saxones, conſilium iniit, vt qui poſiti erant trans Albim fluuium, eoſdem inde deduceret, & in Franciam colonos duceret, ſicq; factũ eſt, vt Saxonicum bellum triginta annorum ſpacio agitatum tandem quieſceret. De his autem Eginhardus in Caroli Magni vita hæc habet: *Omnibus qui reſiſtere ſolebant profligatis, & in ſuam poteſtatem redactis, decem hominum millia ex ijs qui trans ripam Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & liberis ſublatos trãſtulit, & huc atq; illuc per Galliam & Germaniam multimodâ diuiſione diſtribuit, eaq; conditione à Rege propoſita, & ab illis ſuſcepta, tractum per tot annos bellum cõſtat eſſe finitum, vt abiecto dæmonum cultu, & relictis patrijs cæremonijs, Chriſtianæ Fidei atque religionis ſacramenta ſuſciperent, & Francis adunati vnus cum eis populus efficeretur.* hæc ipſe, qui numerat ſpacium belli huius annos triginta tres.

SAXONVM COLONIÆ DIVISAE.

IX. Porrò ex eiſdem Saxonib. Romam quoq; directam eſſe coloniã, apud Anaſtaſiũ leges: datus illis locus prope baſilicã S. Petri Apoſtoli ad incolendũ qui ob id nominatus eſt Vicus Saxonũ, de quo inferiùs ſuo loco dicendũ erit, hodie verò Saxia pro Saxonia idẽ locus appellatus, vbi nunc eſt celebre Hoſpitale, dictũ S. Spiritus in Saxia. Cõſule Notas in Martyrologiũ Romanum, vbi agitur de SS. Martyribus Tryphone, Reſpicio & Nympha, qui ponuntur in Saxonia, hoc eſt, in Vico Saxonũ, qui nunc (vt dictum eſt) Saxia pro Saxonia nũcupatur.

VICVS SAXONVM IN VRBE.

Quid inſuper? conſtat quidẽ certâ fide, ipſũ Carolum Magnũ Imperatorẽ ſubiectâ ſibi Saxonia (vt profitebatur) auxilio ſancti Petri Apoſtolorũ principis, eidem ſancto Petro Apoſtolo obtuliſſe. Eſt de his aſſertio Gregorii Papæ ſeptimi in epiſtola, quã ſcripſit ad P. Albanenſem Epiſcopũ, & G. Principẽ Salernitanũ, quos Legatos miſit in Gallias: quã etiã innoteſcit eiuſdẽ Imperatoris pietas, qui collectã annuam indixit ſuis prouinciis Eccleſiæ Romanæ exhibendam, eſt per breuis ipſa epiſtola, quam hic tibi reddendam putamus, ſic ſe habet[a].

[a] Greg. VII. lib. 8 ep. 23.

X. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs noſtris P. Albanenſi Epiſcopo, & G. Principi Salernitano Legatis noſtræ Apoſtolicæ Sedis in Gallias ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Vobis commiſſa negocia non latent, etiam vos ita, ac ſi noſtra, immò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta dignè peragite. Dicendum eſt autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquaque domus ſaltem vnum denarium annuatim ſoluant beato Petro, ſi eum recognoſcunt patrem & paſtorem ſuum, more antiquo. Nam Carolus Imperator, ſicut legitur in tomo eius, qui in Archiuo Eccleſiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad ſeruitium Apoſtolicæ Sedis, id eſt, Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Aegidium, excepto hoc quod vnuſquiſque propriâ deuotione offerebat. Idem verò Magnus Imperator Saxoniam obtulit beato Petro, cuius eam deuicit adiutorio, & poſuit ſignum deuotionis & libertatis ſicuti ipſi Saxones habent ſcriptum, & prudentes illorum ſatis ſciunt. hucuſque epiſtola Gregorii Papæ, quã religioſiſſimi Principis pietatem magis magiſque commendes.

COLLECTA ANNVA A CAROLO MAGNO INDICTA ECCLESIAE ROM. PRAESTANDA.

SAXONIA A CAROLO OBLATA S. PETRO.

Sed quod priuilegium hoc anno quarto ſui Imperii idem Carolus dedit Eccleſiæ Oſnaburgenſi in Saxonia videamus; integrum enim conſeruatũ extat[b], quod ſic ſe habet.

[b] Apud Crant. hiſt. Eccl. Sax. li. 2. cap. 2.

XI. *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus Imp. Auguſtus Romanum gubernans Imperium, dominus, & Rex Francorum, & Longobardorum, necnon dominator & Saxonum,*

Notum ſit omnibus ſanctæ Eccleſiæ fidelibus, noſtriſq; præſentibus & futuris, quod nos ob noſtræ mercedis augmentum, Viſoni Epiſcopo Oſnaburgenſi ſuæ Eccleſiæ, quam nos primam in omni Saxonia, in honorem S. Petri principis Apoſtolorum & ſanctorum Martyrum Criſpini & Criſpiniani conſtruximus, quoddam nemus vel foreſtũ intra hæc loca Farnewinchel, Ruſtenſtheim, Angara, Oſningſenethe, Deriboſſet, Egeſterſeldt, innumerã collaudatione illius regionis potentum, cum omni integritate in porcis ſilueſtribus, ceruis, auibus & piſcibus, omniq; venatione quæ ſub banno vſuali ad foreſtum deputatur ad ſimilitudinẽ foreſti noſtri Aquiſgrani in Silueta Oſningi, in perpetuum pietatis vſum donauimus eã videlicet ratione, quòd ſi quiſpiam hoc ide nemus noſtro banno munitum ſine prædictæ ſedis Epiſcopi licentia ſtudio venandi, vel aliud agendi vnquam introierit, ſciat ſe tam diuinã quàm regiæ vltionis vindictam incurſurum, necnon pro delicto ſexaginta ſolidos noſtri põderis, quos nobis pro bãno violato debere ſtatuimus, redditurum.

PRIVILEGIVM ECCLESIAE OSNABVRG.

XII. *Inſuper verò eidem Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus perpetuam concedimus licentiam, libertatem, & ab omni regali imperio abſolutionem, niſi fortè contingat, vt Imperator Romanorum, & Rex Græcorum coniugalia fœdera inter filios eorum contrahi diſponant: tunc Eccleſiæ illius Epiſcopus cum ſumptu à Rege vel ab Imperatore adhibito, laborem ſimul & honorem illius legationis aſſumat.*

Et ea de cauſa ſtatuimus, quòd in eodem loco Græcas & Latinas ſcholas in perpetuum manere ordinauimus, nec vmquam clericos vtriuſque linguæ gnaros deeſſe confidimus. Et vt hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus melius conſeruetur, manu propriâ ſubter ea roborare decreuimus, & annulo noſtro ſigillare iuſsimus. Dat. tertio Kalendas Ianuarij, anno quarto Chriſto propitio Imperij noſtri, trigeſimoſeptimo Regni noſtri in Francia, atque trigeſimoprimo in Italia. Actum Aquiſgrani in Palatio, in nomine Domini feliciter. Amen.

A

Sic igitur Carolus Magnus hac donatione non ſolùm Eccleſię illi cõſuluit, ſed & regijs legationibus, vt illic erudirentur homines tum Græcis tum Latinis litteris, vt vtraque prędititi facultate, dignè idem munus obire poſſent.

B

XIII. Hoc eodẽ anno Alcuinus qui & Albinus Flaccus cognomento, de quo plura ſuperiùs, idemque Abbas ſancti Martini ex hac vita migrauit, vt Odorannus eſt auctor. Meminit de ipſius ſcriptis Sigebertus anno Redemptoris ſeptingenteſimo nonageſimo, pariterq; Honorius Auguſtudunenſis, ſed copioſiùs Hęlinandus. Præter Abbatiam ſancti Martini nihil inuenimus Alcuino collatum, niſi cellam ſancti Iudoci ad hoſpitium pręſtandum peregrinis eidem commendatam, eſt de his teſtimonium Lupi Ferrarieſis in epiſtola* ad Lothariũ Regem, cùm eamdem ipſe cellam accepiſſet à Caroli Magni filio Ludouico Imp. ait enim: *Cellam ſancti Iudoci, quam Carolus Magnus quondam Alcuino ad eleemoſynam exhibendam peregrinis commiſerat, beatæ memoriæ pater veſter nobis eâ ratione conceſsit (ſicut edictum illius atteſtatur) vt quod eleemoſynæ ſupereſſet, in noſtrum vſum cederet.* hæc Lupus Abbas.

C

*Lup. epiſt. 11.

IESV CHRISTI Annus 805.

LEONIS PAP. III. Annus 10. CAROLI MAG. 5. NICEPHORI 4. IMPP.

I. CHRISTI annus octingenteſimus quintus, decimatertiâ Indictione inchoatur, *quo Princeps Sarracenorum Aaron aduerſus Nicephorum Imperatorem duxit exercitum trecentorum millium armatorum, cùm Nicephorus videns ſe illi reſiſtere minimè poſſe, legationem pacis ad eum miſit, nimirum Metropolitanum Synnadorum, & Petrum Egumenum Gyles & Gregorium Oeconomum, qui nomine Imperatoris pacti ſunt dare illi tributũ annuum tricenorum millium numiſmatum, & tria millia numiſmata in tributum capitis Imperatoris, & tria filij eius. Acquieſcens itaque conditionibus his Princeps Sarracenorum: vbi ab Imperatore Romanorũ tributum exegit, rediit ad ſuos.* hæc ex Theophane.

NICEPHORVS TRIBVTVM SPONDET PRINCIPI SARRACENORVM.

D

II. De rebus Occidentalis Imperij anni huius hæc reddunt Annales Francorum. *Non multò poſt Caganus Princeps Hunnorum* ſiue Auarum *propter calamitatem populi ſui Imperatorem Carolum adijt, poſtulans ſibi locum dari ad habitandum Sabariam & Caruntum, quia propter infeſtationem Sclauorum, qui Behemanni vocantur, in priſtinis ſedibus eſſe non poterant (illi enim omnem terram Hunnorum depopulantes Lichonem tunc Ducem habuerũt) hunc Imperator benignè (erat enim Caganus Chriſtianus, nomine Theodorus) ſuſcepit, & precibus eius annuens, muneribus donatum redire permiſit, qui rediens ad populum ſuum, paruo tempore tranſacto, diem ſuum obijt. Et miſit Caganus* ſucceſſor eius *vnum de Optimatibus ſuis, petens ſibi honorem antiquum quem Caganus apud Hunnos habere ſolebat, cuius precibus Imperator aſſenſum præbuit, & ſummam totius Regni iuxta priſcum eorum ritum habere præcepit. Eodẽ anno miſit exercitum ſuum cum filio ſuo Carolo in terram Sclauorũ qui Behemanni vocantur, qui omnem illorum patriam depopulatus, Ducem eorum nomine Lichonẽ occidit.* ita planè Chriſtianiſſimo Principi de Eccleſia iugiter benemerenti omnia dexterè cõtigiſſe videmus, vt dum ipſe de Eccleſia laborat, Deus pro ipſo pugnet.

CAROLVS CAGANVM REGEM SVSCIPIT ET DVCEM SCLAVORVM OBRVIT.

E

A

III. Subijciunt his iſdem Annales de venatione Caroli Imperatoris in loco qui dicitur Kamp. Sed quę acciderint eidem Imperatori, venationi operã dãti, habentur in rebus mirificè geſtis S. Gudilæ his verbis enarrata ᵇ: *Vt Eccleſiarum amator ſemper extitit, defenſorq; ſtrenuus in cunctis deuotiſsimus eamdem Villam Morſellenſem ſacræ virgini teſtamentis donauit legalibus & prædictum prædiolum Kamp, vnde arbor aduenerat, ſub pluribus & idoneis tradidit teſtibus, vt ei loco tota Villa deinceps ſubiecta maneret.* & poſt alia, hæc de venatione eiuſdẽ ſubijcit auctor: *Poſt hæc memoratus Imperator & Rex Carolus venationi, pro more, deditus, locis vicinus venationi aptis exturbabat rabidas feras à ſuis ſaltibus, inter quas miræ magnitudinis vrſum inſequitur, qui iam multo ſpacio victus, cùm nullum eſſet effugium, vndique campis latè patentibus, ac mortem imminentem, iam iamq; capiendus, crebris differret flexibus: properè curſu recto tendit Morſellam, & in ſancti Saluatoris irrumpit Eccleſiam, vbi tum res contigit, quàm facilius ſit admirari quàm eloqui. Nam Deus, qui (vt ſcriptum eſt ᶜ) homines ſaluat & iumenta, beſtialem quodammodo vrſi ſenſum permutauit, rationemq; quamdam intelligẽdi in eo formauit. Erat namque cernere prope lipſana ſacræ virginis eum ſe inſerere, & ſub tanta protectione à ſtrepitu inſequentium eum ſecurum procumbere; deinde oblitum feritatis ſuæ, flexá ceruice, ſubmiſſoq; humiliter capite, ſanctimonialium aduenientium veſtigia lambere ac more laſciuientium catulorum omnibus blandiri, & hoc ipſo ſatis indicare, ſe fuiſſe defenſum patrocinio famulæ Dei, eiuſq; deinceps paratum eſſe ſeruire obſequijs. Quod vbi nunciatum eſt Regi cum ſuis, rem, quæ in beſtia diuinitus agebatur, intellexit, Deiq; magnalia in virgine venerans receſsit ſine eiuſdem quidem vrſi læſione, ſed non ſine rei quam viderat in vrſo admiratione. Iam verò vrſus è ſilueſtri cœpit eſſe domeſticus, & in reliquum apud eiuſdem loci ſanctimoniales non aliter vixit, quàm ab illis iuſſus eſſet,* hactenus de his ibi.

ᵇ Apud Sur. die 8. Ian. to. 1.

B

DE VRSO IN VENATIONE CAROLI AD ECCLESIAM CONFVGIENTE.

C

ᶜ Pſal. 35.

D

IV. Hoc anno depreſſum valdè fuiſſe Regnum Merciorum in Britannia, qui proſequuti ſunt res Anglorum fidem faciunt, iſtis præmiſſis: ᵈ *Bulredus acceptâ Ethelſpidâ filiâ Regis Atulſi filij Egberti, affinitate illius & vectigalium penſionem & hoſtium deprædationem conſolatus eſt, ſed poſteà, vigeſimo ſecundo anno, ab eiſdem patria deturbatus, Romam diffugit, ibiq; apud ſcholam Anglorum, in Eccleſia S. Mariæ tumulatus eſt. Vxor eius tunc quidem in patria reſidens, poſteà virum ſecuta, apud Papiam extremam ſortem incurrit. Tunc Regnum à Danis cuidam Celulpho* * *Burredi miniſtro traditum, & ne vltra placitum teneret, iuramento firmatum, poſt paucos annos Elfridus nepos Egberti obtinuit. Ita Principatus Merciorum, qui per tumidam gentilis viri inſaniam ſubitò effloruit, tunc per miſeram feminini Regni ignauiam omninò emarcuit anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo octogeſimo quinto.* hæc auctor.

ᵈ De reb. geſt. Angl. continuat. lib. 1. c. 17.

REGNVM MERCIORVM DEPRESSVM.

E

*Bulredi

IESV CHRISTI Annus 806.

LEONIS PAP. III. Annus 11. CAROLI MAGNI 6. NICEPHORI 5. IMPP.

SEQVITVR Chriſti annus octingẽteſimus ſextus Indictionis decimæquartæ, quo menſis Februarij

TARASII EPISC. CONSTANTINOP. OBITVS

bruarij vigeſimaquintâ Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus moritur ſanctitate clarus. Scripſit res ab eo præclarè geſtas Ignatius monachus, qui morienti præſens fuit & de eius ad Deum tranſitu iſta ſcripſit memoriâ digna.

Poſt pluſima certamina, & profundum doctrinæ infinitum, & vitæ honeſtæ puritatem & veræ Fidei confeſſionem, & ratione præditi gregis ad ea quæ ſunt præſtantiora & diuina eius monitis deductionem, & in alendis pauperib. copioſam ſuppeditationem, & aſſiduam ſanctis rebus datam operam, & in paſtorali munere diuturnam morã (viginti enim & duos annos põtificalem decorauit cathedram) ingruens morbus, & valdè grauem ei dolorem afferens, non perſuaſit vt obliuiſceretur perpetui & diuini officij. Nam & morbo & ſenio laborans, nequaquam ſatiatur ſacroſancti myſterij celebratione, ſed intenſo amore ad Deum ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innitens menſæ ligneæ, quæ ponebatur ante aram diuinã, ſancta peragebat, infirmus videlicet, ô fidem, & ſapientẽ in rebus diuinis diligentiam! ô interminatum in Deum amorem! Non enim curam gerebat corporis, vt cum rerum diuinarum eum cepiſſet ſatietas, myſteria diuina interrumperet, ſed laboribus corroboratus, & cum Paulo clamans: [a] *Cum infirmor, tunc potens ſum, acriter vacabat diuino cultui.*

[a] 2. Cor 12.

II.

Inualuit ergo morbus, & eum de cetero ceſſare faciens à diuinorum operatione, ei parauit lectum infirmitatis: quod vtinam non feciſſet, ante oculos eorum, qui eum nũquam in lecto conſpexerant. Tunc fit miraculum nouum & terribile, quòd nos qui aderamus, admiratione impleuit & timore, videntes eum velut in exſtaſi & luctantem cum aduerſarijs qui non cadunt ſub aſpectum. Non enim aduerſus [b] *carnem & ſanguinem erat certamen, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus ſpiritualia nequitiæ. Tamquam enim verba faciens cum aliquibus, qui eum examinabant, & acta vitæ rationem ab eo exigebant, ita cauſam ſuam agebat. Quamobrem multis videbatur eſſe reus debendi, & rationem reddere exactionis. Erat verò iuſtum iudicium ſuperni auxilij, omnem vitæ maculam eluere, & nullum illinc ferre delictum; appellari autem lucis participem, & ſimul obire cæleſtibus materia expertibus poteſtatibus. Nam quamdiu quidẽ habuit linguam* [*] *qua audiebat ſenſa aperta explicantem, verbis reſiſtebat, & prompta dabat reſponſa ad ea quæ obijciebantur, dicens ſe nullum eorum eſſe ſibi conſcium, quorum eum accuſare voluerant. O nulli culpæ aſſuetam cum Deo coniunctionem! Non potuerunt maligni inimici eum vel parua in re deprehendere obnoxium, vel abominandis ſuis ſceleribus ei aliquid effingere, ſed eos redegit ad omnẽ conſilij inopiam per generalem & terribilem inficiationem, vt nec in eum quidem poſſent vllam cauſam in ſpeciem dicere probabilem. Quando autem linguæ obtorpuit inſtrumentũ, nec ſe verbis poterat defendere, labro & manu & nutu eos euertebat, & nõ ceſſabat eos expellere. Videbatur enim nobis tamquam in inimicos ferociter fremere, & eos cum ira repellere, donec ſenſus cœperunt conniuere: tunc enim tranquilliſſimo habitu, veſpertinas laudes celebrante Eccleſiâ & clamante, Inclina Domine, & exaudi me: ipſe pelliceum hunc exuit amictum, & relictis vinculis carneis, venit ad luminoſa atria cæleſtium, & habitat in ineffabili lætitia, quæ percipitur intelligẽtiâ, ex ea quæ hic eſt improbitate in animam nullum ſignum inferens. Nam cùm hic ageret, virtutibus mortẽ affecerat mortale hoc tabernaculũ &c.* Subijcit dicere de luctu populi totius & Imperatoris, atque frequenti concurſu omnium ad corpus eius, deq; ſepulchro ipſius in monaſterio, quod ædificauerat in templo omnium Martyrum in Boſphoro: narratque miracula ab eodem poſt obitum diuinitus edita diuerſi generis, quæ qui cupit, legere poterit.

[b] Epheſ. 6.

TARASII MORIENTIS PVGNA ADVERSVS DÆMONES.

[*] locus obſcurus

III.

DE SVCCESSORE DELIGENDO A NICEPHORO IMP. CONSVLITVR THEODORVS.

Defuncto Taraſio, Imperator cogitare cœpit de eius ſucceſſore deligẽdo, in quo vt ſpeciem ſaltem oſtenderet pietatis, conſuluit Theodorum Studitam virum quidem pietate inſignem, vt proferret in medium, quem ſciret tanto ſacerdotio dignum. Arte enim regnandi ſceleſtiſſimus Imperator, præ ſe ferebat pium, religioſum in omnibus, induens lupum paſtoris habitu, Tyranni diluens nomẽ iuſtis quibuſdam rationibus, quod videlicet non liceret vni feminæ Romani Imperij moderari habenas, nec quidem expedire in tãto orbis diſcrimine, imminentibus vndiq; Sarracenis, vni fœminæ creditum periclitari Imperiũ. Hæc & alia ipſe populo ingerens, & viris religioſis monachis ſeruis Dei, non ſolùm Tyranni nomen aboleuit, ſed bonum quoque nomen fuit conſecutus, vt de eo quæ eſſent optimi Principis prædicarent non adulantes aulici tantùm, ſed viri quoque ſanctiſſimi, vt Theodorus inter alios, quem ipſe de futuro eligendo locum Taraſij Epiſcopo ſucceſſore conſuluiſſet, ad quem ipſe reſpondens, has ad eum litteras dedit [a]:

[a] Cod. Colũnenſ. bibl. epiſt. 16.

IV.

EPIST. THEODORI STVDITÆ AD NICEPHORVM IMP.

Omninò ſic futurum erat, vt bonus Deus noſter Eccleſiæ ſuæ curam gerens, pietatem veſtram, hac ætate, Imperio præficeret Chriſtianorum, vt non ſæcularis ſolùm dominatio malè conſtituta rectiùs componeretur, ſed Eccleſiaſticus etiam principatus, ſi quid deſideraretur aſſurgeret, & noua quædam conſperſio fieret in vtroque. Quod quidem in altero membro præclarè ipſius gratiâ iam præſtitum eſt à Chriſti amante Imperio veſtro: atque adeò præſtare perget cæleſti numine corroboratum. Reliquum modò eſt vt alterum pari curâ fruatur, pariq; prudentiâ. Id verò poſt Deum & cum Deo à vobis tribuetur per approbationem legitimæ electionis futuri Archiepiſcopi.

De quo, quando ex nobis etiam peccatoribus ſciſcitari voluiſti, coram Deo, qui nos iudicaturus eſt, de eo quod dicturi ſumus in die Iudicij, hic eſt ſenſus noſter. Non nouimus, nec ſcimus vllum (non quod defecerint viri vitâ & ſermone illuſtres, ſunt enim & Deo perſpecti & hominib. in pari licèt ratione, atque in primis præclara menti tua) ſed quia talem ratio depoſcit, & deſiderium Imperij veſtri, qui poſſit corde perfecto Dei iuſtificationes exquirere; qui gradu atque ordine ab inferiore ſenſim ad ſuperiorem aſcenderit, qui tentatus fuerit per omnia, qui ex eis quæ paſſus eſt, tentatis poſſit opem ferre. Et quid multis apud te verbis opus eſt qui omnia noſti, & ex tui ipſius ſtatu ac dignitate tantum virum tibi repræſentas? Prælucere ceteris oportet non ſecus ac ſolem inter ſidera.

V.

Cùm igitur talem non videamus, nec ſuffragium ferre audemus. Hoc verò memoriæ cauſa non ſine metu & reuerentia ſuggerimus, quod ipſum planè nõ fugit peritiſſimã & diuinam prudẽtiam tuam, vt ex Epiſcopis etiam & ex præpoſitis, & ex ſtylitis, & ex incluſis: tum deinde ex clero delectũ habens, ex illis ipſis perfectis deſumas, prudentiâ, ſenſu, ac vitâ ceteris præſtantiorem. Deſcendat enim Stylita, exeat Incluſus; quandoquidem publicum eſt commodum quod quæritur. Diſcerne & confer, & cum ipſis deprehendas digniorem. Et beati eſtis, & verè ter beati ſi hæc omnia exequamini Chriſti imitatores Domini noſtri.

Hinc magis, magiſq; confirmabitur Imperium veſtrũ, magnificabitur nomen veſtrum in generationes, augebũtur denique anni Principatus veſtri. Duo ſiquidem hæc Chriſtianis munera tribuit Deus, ſacerdotium & Imperium, per quæ colitur; per quæ ornantur, & gubernantur cæleſtium exemplo terrena. Vtrumuis ergo præter dignitatem ſe habuerit, totum vna periclitari neceſſe eſt. Quare ſi optima Imperio veſtro decernere vultis, & per Imperium veſtrum omnibus Chriſtianis, æqualem, quoad fieri poteſt, Imperatoriæ virtuti veſtræ ſortietur Eccleſia Præſulem ſuum, vt exultent cæleſtia, lætenturq; terrena. Dux vobis ſit Dei manus, in qua & cor veſtrum eſt, oſtendatq;

SACERDOTIVM ET IMPERIVM BENE DISPONENDVM.

meliora

neſtora & ab ea recipietis ob ſuſceptos pro opere hoc labo-res, curas & ſolicitudines Regnum ſempiternum. hactenus Theodorus ad Imperatorem.

VI. Quæſiuit idem Imperator & S. Platonis de futuro eligendo Patriarcha ſententiam: quænam autem ipſe reſcripſerit ad Imperatoré, accipe ab ipſo etiam Theodoro Studita, vbi res geſtas eiuſdem ſcriptis proſequutus, hæc ait: *Cùm verò e vita exceſſiſſet diuinus ille vir, qui tunc Epiſcopatui præſidebat: quiſnam Patriarcha futurus eſſet, ſuffragijs quærebatur, quæ quidem de multis ferebantur, cùm pleriſque alius alium cooptaret, prout beneuolentiâ aut veritate ducebatur. Quæſitum eſt & patris noſtri ſuffragium non ſolum ab ijs qui ſacerdotio inſignes erant,* B *ſed ab ipſo etiam Imperatore. Quid igitur (vos quæſo) faciendum illi erat? An non decebat eum, qui bonarum rerum cauſa certauerat, & accurata vita legem omnibus ſe propoſuerat, liberè ac verè ſententiam ſuam proferre, id quod ad communem vitæ vtilitatem ſpectaret, conſiderantem? Minimè, inquiunt, irriſores & obtrectatores, ſed vel ignorationem ſimulare, vel abiectius ſuffragium illud concedere oportebat; quorum alterum mendacium habet, alterum ſimulationem, vtrumque reſpuendum. Ille igitur ſuffragium ſuum miſit. Cui autem illud detulerit, omitto dicere. Miſit autem, Deo ipſo teſte. Quod & illi libenter acceperunt, neſcio quomodo, quod ſcriptum fuerat, confirmantes. Qui enim ſuffragiũ ipſum accepit, reuoluit calculos ipſos, ac peruertit.*

Platonis de eligendo Patriarcha ſententia.

VII. *Et Plato quidem ipſe, quoniam neceſſe erat, vt pro capite proponendo, ſingula membra ſuo fungerentur officio, ad quemdam eorum qui eodem habitu induti erant, Cæſaris ipſius propinquum, communis vtilitatis cauſa egreſſus ex eo loco, in quo erat, nequaquam veritus, noctè adijt: cui cùm ea dixiſſet, quæ decebant, in cellam celeriter rediјt. Ille verò cùm hæc audiſſet, in furorem verſus eſt, ac paululùm moratus, quantum ad id quod conſultauerat, perficiendum ſatis eſſet, ſanctum virum cum illo & nos vna comprehendit, & quatuor & viginti dies munito quodam in carcere detentos, domum poſtea redire permiſit.* At iſta quidem quæ ingerit Theodorus de carcere Platonis, ſuique & aliorum poſt electionem Patriarchæ acciderunt, cùm Plato atque Theodorus ipſe, redarguiſſent Imperatorem, D quod Ioſephum illum damnatum ante nouem annos à Taraſio, quod coronaſſet ſobintroductam feminam Conſtantini, in ſtatum priſtinum reuocaſſet. Sed de his dicturi poſteà ſumus, de electione modò noui Patriarchæ agendum eſt.

In carcerem truſi Plato et Theodorus.

VIII. Cùm autem diuerſa ſuffragia (vt dictum eſt) in diuerſos pro affectione cuiuſque ferrentur, placuit tandem eligere Nicephorum laicum adhuc hominem, ſed quem virtutes ornabant, nobilis hic ciuis erat, diuque in curia apud Imperatores militauerat, miniſterio illo quod à ſecretis appellari conſueuit, de quo iſta habet Ignatius monachus huius temporis ſcriptor in Taraſio, vbi agit de his qui interfuerunt Nicæno Concilio poſteriori: *Inter quos fuit Nicephorus qui erat à ſecretis Imperatoris, qui cùm vixiſſet in ſanctitate, & eſſet ornatus diuinis virtutibus & doctrinâ ac dicendi ſcientiâ, Byzantij ſedem Patriarchalem ſuſcepit poſt Taraſii ſanctam conſummationem.* Hic ipſe mundi rerum inquietum ac mobilem ſtatum, animæque periculoſum admodum eſſe intelligens, vt animæ ſuæ ſaluti conſuleret iam ante iſta, nuntium remiſerat ſæculo, & in ſolitudinem ſe contulerat, non vt ſtatim monachus fieret, ſed vt experiretur, & aſſueſceret vitæ monaſticæ, quam meditabatur. Cùm ergo placuiſſet Imperatori, illum deligere virum: eum accitum, immò vi abſtractum perduci curat Con- A ſtantinopolim, ſed reclamans licèt & renuens, cogitur tamen impoſitum onus Epiſcopatûs ſubire, qui vt vni animæ ſuæ vacaret, abdicatâ honorificâ functione, iam (vt dictum eſt) aufugerat in ſolitudinem. Teſtatur hæc ipſe pluribus in epiſtola ad Leonem Pontificem, quam ſuo loco inferius reddituri ſumus. Scripſit enim eam (vt ipſe tradit) mortuo Nicephoro Imperatore, cum Michaël imperare cœpiſſet, teſtatus id faciendi, ſibi ob duritiam Nicephori Imperatoris, liberum non fuiſſe. At quanta mala paſſi ſint ſerui Dei Plato & Theodorus, & qui cum ipſis erant monachi Conſtantinopoli, occaſione reſtitutionis nefarij Ioſephi, idem B Theodorus ſic pergit in Platone narrare.

Nicephorus eligitur Patriarcha Conſtantinop.

IX. *Quid* (inquit) *opus eſt dicere, quot iniurijs virum illum, vel potius virtutem ipſam affecerit Imperator videlicèt, fratrum ſocietatem furioſè oppugnans atque conturbans, & alios quidem in carcere ſeruans, alios ad iudicia tanquam reos trahens, quamuis in alijs omnibus rebus imbellis & ridiculus exiſteret? Quæ omnia erant apparatus quidam malitiæ, quam ille meditabatur, & velut iniquitatis cuiuſdam exordium, necnon eius nominis inuganrum, & aperta petulantiæ ſignificatio. Propediem vexatio iſta illata eſt, eiuſq́; cauſa fuit Ioſeph ille qui adulteros, quos diximus, coniugauerat: clandeſtinum namque malum illud, & Eccleſiæ ipſius perturbatio. Cuius quoniam tanquam ſerpentis cuiuſdam venenum, canonicè communionem effugimus, à Cæſare ipſo minæ nobis proponebantur; quiq́; inſtabant parati erant. Sed qui poſſum paucis verbis comprehendere quàm multos terrores, quot certamina & tentationes nobis attulerit, quàm ſæpe nos abducendo vexarit? ſcit hæc tam qui ea paſſus fuit, quàm qui prope illum qui hæc patiebatur, tunc erat. Profectò militaris phalanx locum in quo manebamus, ita cinxit, vt neque aliquem hiſcere, aut omnino caput efferre permitteretur, intus timores, foris terror & minæ proponebantur. A quibus autem hæc propoſita fuerint, non dicam, eorum qui hæc fecerunt, perſonam ueritus. Heu quanta fuit temporis illius calamitas! Nemo ferè impetum illum ferre potuit. Nemo fuit qui recta conſuleret, & diuinas partes ſuſtineret. Quinimmò optabile erat, ne quis iracundiam Principum magis excitaret.* D *Hæc & miſerabiliora faciebant, qui eiuſdem ordinis erant participes.* hæc de his ſummatim Theodorus. Quæ autem de Synodo, ſiue potiùs conuentu ſatanico poſt hæc facta ſubdit, ſuo loco dicemus, quo fieri contigit.

Ioſephi cauſa Eccleſia perturbatur.

X. Porrò laudum ſuarum parciſſimus Theodorus, qui in his præclarè geſtis rebus principem locum tenuit, iſta ieiunè admodum percurrere viſus eſt, ne videri poſſet ſua facta laudare; verùm in datis tunc ab eo pluribus eodem argumento epiſtolis, quantum in his laboris inſumpſerit, apertè ſatis ſignificat. Sed & qui vitam ipſius Theodori perpetuitati ſacrauit Michael monachus eius diſcipulus, paulò fuſiùs iſta eſt proſequutus, dum ita à Nicephoro inchoat hiſtoriam:

Nicephorus Imp. perturbator pacis Eccleſiæ.

Sed ferre non poterat inimicus, nec tenere ſe, quin Theodorum iterum aggrederetur, tanquam inuidens ipſi E *perpetuo, eiuſq́; rectè factis ſuccenſens. Eum enim qui ſceptris per id tempus potiebatur, Nicephorum dico improbum illum, qui piam Irenem Imperio ſpoliauit, & Imperium ipſe per vim atque iniuriam inuaſit; hunc inquam, ad oppugnandum ſanctum virum Theodorum impudens excitauit. Quonam autem pacto, deinceps exponam. Hic ergo Nicephorus ſpecie quidem Chriſtianus, eamdemq́; nobiſcum communionem habens, re vera autem, factiſq́; ipſis, Chriſti hoſtis (quod omnium peſſimum erat) conquieſcere nequibat tanquam ad malum natus, niſi omnia miſcere conaretur, & quicquid in animum veniſſet, nihil*

inten-

intentatum relinqueret. Cui inter cætera nulla cura, nulla ſolicitudo fuit, res Eccleſiæ perturbare, vt ad maiora, & qualia ipſum decebant, eius malitia progrederetur.

XI. *Hac enim pace, quam paulò antè adepta vix fuerat, frui non ferens, multis nuper agitatam tumultibus, alia rurſum ratione conatus eſt in nouos motus, ſeditioneſq; conijcere. Ioſephum ſiquidē illum, communi Eccleſiæ calculo à Taraſio iure olim eiectum ob manifeſtum ab eo cōmiſſum crimen, quod nemini obſcurum eſt: non dubitauit iterum tyrannicè & contra canones in Eccleſiam reuocare, atque ademptum illi ſacerdotium reſtituere. Quid nouus hic dogmatum auctor, non erat dicens, quid non agēs, quod denique ſceleris genus prætermittens, vt cogitata & inchoata perficeret? adeò vt quod omnium abſurdiſſimum erat, hæc iam dicere nō puderet: Nihil noui, inquit, aut temerarij alioqui fecerimus, ſi ab alio pulſum ipſi recipiamus, quinimmo caritatis legem obſeruabimus; in quo quidem & obſequentes vniuerſos habebimus & ſuffragatores atque ſocios. Et legem hoc loco caritatis (ô legum æquitas & ſacri ſermones!) impudens commemorabat, cui nec quid lex, quid caritas ſit, exploratum vnquam fuit. Quem ſi nihil aliud, hoc certè cogitare oportebat, quamuis amens & vecors in ceteris eſſet. Tametſi hunc Patriarcha Taraſius depoſuerit, qui à nobis nunc abijt, & ad ſuperas ſedes emigrauit; tametſi ſuis alij eum ſententijs damnauerint: at nobis non ſolùm quæ ab illis ſtatuta ſunt tranſilire nefas eſt, ſed eadem confirmare vel maximè conuenire, cū eadem nobis atque illis ſit gratia, ne Patrum noſtrorum leges mutare videamur, & ſtudio impij eſſe.*

XII. NICEPHORVS COACTVS AB IMP. IOSEPHVM RESTITVIT.

Quorum ille nihil prorſus recogitans, Patriarcham vi aggreditur (Nicephorus is erat Taraſij ſucceſſor) omnibus eum machinis oppugnans, vt vel inuitus voluntati eius obſequeretur, & ſacerdotium redderet Ioſepho. Quod ille ſanè vi tandem ægrè adductus præſtitit, veritus, opinor, vir Dei, ne atrocius quippiam inſanus ille moliretur, Eccleſiamq; vehementius exagitaret, ſi quod tantoperè concupierat, non obtineret. Verùm hoc non ſponte, neque ſolus fecit Nicephorus, ſed adhibito Epiſcoporum concilio, de quo modo dicturi ſumus: at certè quidem perfacile fuit laicum hominem in palatio tantùm verſatum; & ad regimen tantæ molis recèns aſſumptum pertrahi in ſententiam aliorum ſeniorū & qui peritiam canonum quàm maximè profitebantur Epiſcoporum.

XIII. Hoc itaq; anno Synodus iuſſu Imperatoris cōgregata eſt paucorum Epiſcoporum qui tunc erāt Conſtantinopoli, in qua ipſe qui anteà fuerat damnatus Ioſephus, fuit reſtitutus in priſtinum ſacerdotij gradū, de quo iſta habet Theodorus Studita ad Nicephorum Patriarcham poſt biennium ſcribens: [a] *Cum enim* (inquit) *factus eſt conuētus ille paruus, & neſcio quo nomine appellē, ex carcere per id tempus redieram. Cumq; viderem eos eſſe congregatos, qui adulterum antè ſuſceperant,* qui ſcilicèt conniuerant, vt Theodotē duceret Conſtantinus, Epiſcopi, *& adulterij copulatorem amplexi fuerant; venit mihi in mētem illius dicti Prophetici:* [b] *Sapiens in illo tempore ſilebit, quoniam tempus malum eſt. Sed iam dicat idem:* [c] *Tacui, nunquid ſemper tacebo? propterea tempore congruēti calumniâ preſſus, hæc tandem protuli, quia quantum in me fuit omni ratione tacui duobus his annis, ne res in apertum prodiret, illud mecum voluens, quandoquidem Epiſcopi dignitate præditus non eſſem, vt arguendi habeam poteſtatem, ſufficere ſi me ipſe cuſtodiam, & non participem illius communionis, eorumq; qui ſcientes cum illo ſacra faciunt, quoad ſcandalum de medio tollatur.* Iſta quidem Theodorus, vbi vidit hominem in Synodo malè abſolutum, tradit; quæ & alijs epiſtolis ſæpè refricat & inculcat.

[a] Theod. Stud. ep. 25. Cod. Colūn.
SYNODVS CONST. IN QVA ABSOLVITVR IOSEPHVS.
[b] Eccle. 20.
[c] Iſai. 42.

XIIII. Cæterùm ne quis errore labatur, dū apud Theophanem, immò & apud Theodorum ipſum Studitam, necnon Michaëlem in Theodoro nonniſi vnius Synodi mentionem habitam eſſe videt, quâ ipſis ſanctis exilium decretum eſt: conſtat eiuſdem Theodori aſſertione in epiſtola ad Leonē Romanum Pontificem, duplicem ab illis eſſe Synodum congregatam, quarum priori receptus eſt Ioſeph, altera quâ anathematizati ſunt, qui cum illo non communicarēt, quam & ſecuta ſunt exilia ſanctorum, dicemus nos de ea ſuo loco. Porrò quod ad præſens pertinet conuenticulū: nominat id Theodorus in epiſtola ad Leonem, Synodum hæreticorum, vel Synodum adulterantium, eorum ſcilicèt, qui adulterium comprobaſſent Imperatoris.

SYNODVS ADVLTERANTIVM.

Sequenti autem die à Synodo congregata, ipſe ad Nicephorum Patriarcham Theodorus [d] ſcripſit epiſtolam, ſtudens auocare eum ab ijs quæ ſtatuta eſſent de receptione damnati, ſe excuſans pariter, ſi illius communicationi minimè admiſceri velit, epiſtola ſic ſe habet.

[d] Theod. Stud. lib. 1. epiſt. 30. Cod. Colum.

XV. THEODORI STVDITÆ EPISTOLA AD NICEPHORVM EPISC. CONST.

Neceſſe non erat litteris indicare Angelo beatitudinis tuæ, quæ ore ipſo iam ſignificata ſunt, quamuis per humiles nos ambos non fuiſſent. Attamen ne quis heſterno die iuſſu tuo conuētus habitus eſt Epiſcoporum, diuerſum aliquid docens ab ijs quæ cum illo dicta à nobis ſunt, ſacras aures veſtras conturbet: conſentaneum duximus, ſummatim referre totam Apologiæ noſtræ rationem. Nos igitur, beatiſſime, Orthodoxi ſumus in omnibus, omnem hæreſim reijcientes, omnemq; Oecumenicam & Localem Synodum approbatam recipientes, necnon editas ab eis ſacras & canonicas conſtitutiones arctè complectimur. Neque enim veritatem prorſus tenet is, qui rectam fidem habere ſe exiſtimans, diuinis canonibus non regatur. Ad hæc, legitimas à Sanctis pro tempore vſurpatas diſpenſationes admittimus, quando & nos humiles ſanctitatem tuam per Oeconomi eiectionem amplecti, non exactum im ſectantium eſt, ſed admodum diſpenſantium & conſpirantium. Et prædeceſſorem ſanctitatis tuæ Patriarcham eâdem ratione ſuſcepimus in hoc ipſo negocio, quādo reuerſi ab exilio ſumus, diſrupto adulterino coniugio, & Oeconomo ſacerdotij munere deiecto. Non enim (aiebamus) nobis pars tecum neque hic, neque in futuro ſæculo, propterea quod adulter promiſcuè à ſanctitate tua participarit. Illo verò contrà, dicente: Diſpenſatione vſus ſum, vt etiam impartirem ad tempus. Deinde hæc ſubijciente, manus mea abſciſſæ fuerūt in adulterina coronatione. Nunquid ego vlla ratione coronaui? Poſt hæc communicauimus vſq; ad obitum ipſius, & ſanctitatem tuam rurſus ſuſcepimus ad dignitatem Archiepiſcopatus; quemadmodum & mentionem eius quotidie facimus in ſacrificio: nec alia re diſcrepamus, quam propter Oeconomum per ſacros canones depoſitum multis modis, at præcipuè quod poſt nouem annorum excommunicationem iterum ſacris operetur, neque id in abdito (ferendum enim id eſſet, nobis eius rei minimè conſcijs) ſed in ipſo fonte ſacerdotij noſtri, hoc eſt, cum ſincera conuerſatione tua aſſiduè pergēs ad ſacrificandum. Æquum igitur & ſanctum, ac ſine ſcandalo populo Dei fuerat, in primiſq; ordini noſtro, eijci & priuari ſacerdotio qui indignè proſilijt: nobis ſanctitatis tuæ memoriam ſeruantibus, & ab omni Epiſcopo & ſacerdote, qui manifeſtò reprobus non ſit, communicātibus iuxta Theologum. Quod ſi hoc nullâ ratione factum propter peccata noſtra: num vt aliquid (non ex meris ſermo, ſed commiſeratione communis) in humilitatem noſtram à ſanctitate tua illicitum fiat & contra canones? quoniam perferemus nos quidem, Dei virtute, atque vtinam id nobis contingat eius conceſſu.

CVR PVBLICE NON COMMVNICAT.

XVI. *Verùm teſtor ſanctitati tuæ coram Chriſto & ſanctis Angelis audientibus, magnum à te ſchiſma conflari in Eccleſia*

REMEDIVM VT COMMVNICET.

cleſia noſtra. Quòd ſi poteſtati ſubycimur vt homines, atque ſub ſacrorum & diuinorum canonum poteſtate, velimus nolimus, regimur, & obſequemur. Cæterùm oramus ſanctitatem tuam: flecte aurem tuam: & audi vocem noſtram vt peritus medicus, vt paſter bonus ouem vnam prohibe à ſacrificio, & omnes à ſcandalo redime, ne vnius ſcabie tota Eccleſia noſtra inficiatur, quam acquiſiuit Dominus & Deus noſter ſanguine ſuo. De nugis enim nugentur qui volunt, & calumnientur ſycophantæ, parati ſumus ad omnem defenſionem, refutationemq́; accuſatoriæ obiectionis. Amici & laudatores tui ſumus, in primiſq; piiſſimorum & triumphatorum dominorum noſtrorum. Cumq́; tales ſimus, quamobrem turbatio? Quæ de cauſa euenient, quæ euentura ſunt, ſiquidem contraria B *Dei præceptu? Tribue nobis ſacras preces tuas.* hactenus ad Patriarcham Theodorus.

Quid ad hæc Patriarcha reſcripſerit, non habemus, ſed potiùs non reſcripſiſſe eum, veriùs dici poteſt, ſecundùm ea quæ idem Theodorus ad Simeonem præpoſitum [a] ſcribens ait: *De Patriarcha enim quid attinet loqui? Qui nec reſponſa dare vult, nec admittere qui verba faciat: Qui in omnibus Cæſari inſeruit.* At ſic licèt ſubduxerit ſe Theodorus cum ſuis à communicatione Ioſephi Oeconomi, ſecretè id quidem & ſub ſilentio per biennium fecit, quo tempore & cum ipſo Patriarcha communicare nó deſtitit, vt idem ipſe teſtatur; ita tamen, quod licèt in publicis precibus ipſe eius memoriam faceret in C ſua monaſterij Eccleſia, accedere tamen ad ſacra eius quibus intereſſe ſoleret perditus ille Ioſephus, penitùs detrectaret, nam audi quid ad Baſilium ſcribat [b].

[a] Theod. ep. 26. in Cod. Colum.

[b] Theod. ep. 28. in Cod. Colum.

XVII. QVOMODO CVM PATRIARCHA COMMVNICASSE THEODORVS DICATVR.

Nos ergo & ſanctiſſimi Patriarchæ mentionem facimus (vt conuenit) in Myſtagogia, ſicut & piorum Imperatorum noſtrorum: & cum omni ſacerdote inculpato communicare non detrectamus. Scripſimuſq; ad ipſum Patriarcham: quod & pij Imperatores noſtri ſciunt, nos in nulla re diſcrepare præterquàm de Ioſepho. Et ſimulac depulſus fuerit ſacerdotio, cum ipſo ſtatim cõmunicaturos: etenim deſiderabilem nobis virum eſſe, nõ ſolùm quod caput ſit Eccleſiæ noſtræ, ſed quia iam olim reuerendus nobis erat, & ſingula ipſius bona laudare non ceſſamus. hæc D Theodorus. Sed iam quæ ſunt anni huius reliqua proſequamur, nonniſi poſt ſequentem annum eũ iterum conuenturi, quando rurſus aduerſus eum tempeſtas eſt excitata.

CONVENTVS IN VILLA THEODONIS IN QVO TRIPARTITVM REGNVM FILIIS A CAROLO MAGNO.

Quod igitur pertinet ad res Occidentales: prodűt Annales Francorum hoc anno habitum eſſe conuentum ab Imperatore Carolo in Villa Theodonis, atq; ex teſtamento tribus filiis tripartitũ eſſe ipſum Regnũ, ſingulas ſingulis partes eſſe diuiſas, ſi contingeret eos poſt patris obitum eſſe ſuperſtites. Extat ipſum quidem eiuſmodi teſtamentum, ſiue diuiſionis decretum ab eodem Carolo Magno conſtitutum hoc anno, appoſitum parergon ad vitam ipſius, atq; ex Pithœi bibliotheca in lucem E editum, verbis iſtis.

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Imperator Cæſar Carolus Rex Francorum inuictiſſimus, & Romani rector Imperij, pius, felix, ac triumphator ſemper Auguſtus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & cuncto populo Catholico præſenti & futuro gentium ac nationum quæ ſub eius Imperio ac regimine conſtitutæ ſunt.

XVIII. TESTAMENTVM CAROLI MAGNI QVO REGNVM PARTITVR INTER FILIOS.

Sicut omnibus vobis notum eſſe, & neminem veſtrûm latere credimus, quomodo nos diuina clementiâ, cuius nutu ad occaſum tendentia ſæcula per ſucceſſiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miſerationis ac benedictionis ſuæ ditauit munere, quia per eos, ſecundùm vota noſtra & ſpem noſtram de Regno confirmauit, & curam obliuioni obnoxiæ poſteritatis leuiorem fecit. Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quod eoſdem per Dei gratiam filios noſtros Regni à Deo nobis conceſſi, donec in corpore ſumus, & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum huius à Deo conſeruandi Regni vel Imperij noſtri hæredes relinquere, ſi ſic diuina Maieſtas annuerit, optamus. Non vt confuſè atque inordinatè, aut ſub totius Regni dominatione iurgij controuerſiam eis relinquamus; ſed trinâ partitione totum Regni corpus diuidentes, quam quiſquis illorum tueri vel regere debeat, portionem diſtribuere & deſignare volumus, eo videlicet modo, vt ſuâ quiſque portione contentus, iuxta ordinationem noſtram & fines Regni ſui, quæ ad alienigenas extenduntur, cum Dei adiutorio nitatur defendere, & pacem atque caritatem cum fratre cuſtodire.

XIX. *Diuiſiones verò à Deo conſecrati & conſeruandi Imperij vel Regni noſtri tales facere placuit, vt Aquitaniam totam & Vuaſconiam (excepto pago Turonico) & quicquid inde ad Occidentem atque Hiſpaniam reſpicit, & de ciuitate Niuernis, quæ ſita eſt ſuper fluuium Ligerim cum ipſo pago Niuernenſe, pagum Aualenſem, atque Alſenſem, Cabillionenſem, Matiſconenſem, Lugdunenſem, Saboiam, Morienam, Tarentaſiam, Montem Ciniſium, Vallem Seguſianam vſque ad Cluſas, & inter terminos Italicorum montium vſque ad mare, vel vſque ad Hiſpanias continetur, hoc eſt, illam portionem Burgundiæ, & Prouinciam ac Septimaniam, vel Gothiam, Ludouico dilecto filio noſtro conſignauimus.*

Italiam verò, quæ & Longobardia dicitur, & Baioariam, ſicut Taſſilo tenuit exceptis duabus villis, quarum nomina ſunt Ingoldeſtat, & Lutrahahof, quas nos quondam Taſſiloni beneficiauimus, & pertinet ad pagum, qui dicitur Northgoune, & de Alemannia partem quæ in Auſtrali ripa Danubij fluminis eſt, & de ipſo flumine Danubij currente limite vſque ad Rhenum fluuium ſurſum verſus vſque ad Alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad Meridiem vel Orientem reſpicit, vnà cum Ducatu Curienſi & pago Burgoune, Pipino dilecto filio noſtro.

XX. *Quicquid autem de Regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt, Franciam & Burgundiam, exceptâ illâ parte quam Ludouico dedimus, atque Alemanniam (exceptâ portione quam Pipino adſcripſimus) Auſtriam, Neuſtriam, Turingiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Baioariæ, quæ dicitur Northgouu, dilecto filio noſtro Carolo conceſſimus, ita vt Carolus & Ludouicus viam habere poſſint in Italiam ad auxilium faciendum fratri ſuo, ſi ita neceſſitas extiterit, Carolus per vallem Auguſtanam, quæ ad Regnum eius pertinet, & Ludouicus per vallem Seguſianam. Pipinus verò & exitum & ingreſſum per Alpes Noricas atque Curiam.*

Has autem tali ordine diſpoſuimus, vt ſi Carolus qui maior eſt natu, prinſquam ceteri fratres diem obierit, pars Regni quam habebat, diuidatur inter Pipinum & Ludouicum, ſicut quondam diuiſum eſt inter nos & fratrem noſtrum Carolomannum, eo modo vt Pipinus illam portionem habeat, quam frater noſter Carolomannus habuit, Ludouicus verò illam partem, quam nos in illa partitione ſuſcepimus. Si verò & Ludouico viuentibus, Pipinus debitum humanæ naturæ compleuerit, Carolus & Ludouicus diuidant inter ſe Regnum quod ille habuit. Et hæc diuiſio tali modo fiat, vt ab ingreſſu Italiæ per Auguſtam ciuitatem accipiat Carolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluuium termino currẽte vſq; ad fines Regienſiũ

& ipſum

& ipſum Regium, & ciuitatem nouam atque Mutinam vſque ad terminos S. Petri. Has ciuitates cum ſuburbanis & territorijs ſuis, atque Comitatibus quæ ad ipſas pertinent, & quicquid inde Romam pergentis ad læuam reſpicit de Regno quod Pipinus habuit, vnà cum Ducatu Spoletano hanc portionem, ſicut prædiximus, accipiat Carolus.

XXI. *Quicquid autem à prædictis ciuitatibus vel Comitatibus Romam euntis ad dexteram iacet, de prædicto Regno id eſt, portionẽ quæ remanſit de regione Tranſpadana vna cum Ducatu Tuſcano vſque ad mare Auſtrale & vſque ad Prouinciam Ludouicus ad augmentum ſui Regni ſortiatur. Quòd ſi cæteris ſuperſtitibus Ludouicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ, quã Regno eius adiunximus cum Prouincia & Septimania ſiue Gothia vſq; ad Hiſpaniam Pipinus accipiat, Carolus vero Aquitaniam atque Vuaſconiam.*

Quòd ſi talis filius cuiuslibet iſtorum trium fratrũ natus fuerit, quem populus eligere velit, vt patri ſuo ſuccedat in Regni hæreditate, volumus vt in hoc conſentiant patrui ipſius pueri, & regnare permittant filium fratris ſui in portione Regni, quam pater eius, eorum frater habuit.

Poſt hanc noſtræ auctoritatis diſpoſitionem placuit inter prædictos filios noſtros ſtatuere atque præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuò permanere deſideramus, vt nullus eorum fratris ſui terminos, vel Regni limites inuadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum Regnum eius, vel marcas minuendas, ſed adiuuet vnuſquiſque illorum fratrem ſuum, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem & poſſibilitatem ſiue intra patriam, ſiue contra exteras nationes.

Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuslibet cauſis ſiue culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat, ad interceſſionem pro eo faciendam: quia volumus vt quilibet homo peccans & interceſſione indigens intra Regnum domini ſui, vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde iuſtam interceſſionem mereatur.

XXII. *Similiter præcipimus, vt quemlibet liberum hominem, qui dominum ſuum contra eius voluntatem dimiſerit, & de vno Regno in aliud profectus fuerit: neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat, vt talem hominem recipiant vel iuſtè retinere præſumant, hoc non ſolùm de liberis, ſed etiam de ſeruis fugitiuis ſtatuimus ordinandum, vt nulla diſcordijs relinquatur occaſio.*

Quapropter præcipiendum nobis videtur, vt poſt ab hac morte diſtare, diſceſſum homines vniuſcuiuſq; eorum accipiant beneficia vnuſquiſque in Regno domini ſui, & non in altero ne fortè per hoc, ſi aliter fecerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hæreditatem autem ſuam habeat vnuſquiſque illorum hominum abſque contradictione in vnoquoque Regno, quam eum legitimè habere contigerit.

Vt vnuſquiſque liber homo poſt mortem domini ſui licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria Regna ad quodcumque voluerit, ſimiliter & ille qui nõdum alicui eſt commendatus.

De traditionibus autem & venditionibus quæ inter partes fieri ſolent: præcipimus vt nullus ex his tribus fratribus, ſuſcipiat de Regno alterius à quolibet homine traditionem, vel venditionem rerum immobilium, hoc eſt, terrarum, vinearum atque libertatem ſeruorumq; qui non caſati ſunt, ſiue terrenorum quæ hæreditatis nomine cenſentur, auro, argento, & gemmis, armis ac veſtibus, necnon & mancipijs non caſatis, & his ſpeciebus quæ propriè ad negociatores pertinere noſcuntur. Cæteris verò liberis hominibus hoc nomine interdicendum iudicauimus.

XXIII. *Si quæ autem feminæ ſicut fieri ſolet, inter partes & Regna fuerint ad coniugia poſtulatæ, non denegentur iuſte poſcentibus, ſed liceat eas viciſſim dare & accipere, & affinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſæ verò feminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in Regno, vnde exierant, quando in alio propter mariti ſocietatem habitant.*

De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt, & a nobis per diuerſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus vt ille Rex in cuius Regno ſunt abſque voluntate fratris ſui, de cuius Regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat, ſed potius in futurum in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere, rationabiliter poſtulauerit. Idem iubemus & de his qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

Si cauſa vel intentio controuerſia talis inter partes propter terminos & confinia Regnorum orta fuerit, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſint: tunc volumus vt ad declarationem rei dubiæ, iudicio Crucis, Dei voluntas & rerum veritas exquiratur, nec vnquam pro tali cauſa cuiuslibet generis pugna vel campus ad examinationem iudicetur. Si vero quilibet homo de vno Regno hominẽ de altero Regno de infidelitate contra dominum ſuum accuſauerit, mittat eum dominus ſuus ad fratrem ſuum, vt ibi comprobet quod de homine illius dixit.

Sed antequàm vlterius progrediamur hic cõſiderandum eſt, quòd ſicut hic probatur iudicium Crucis, ita alibi ab eodem prohibitum reperitur examen Crucis; & ſicut illud licitè fieri poſſe demonſtrat, ita hoc certum eſt fuiſſe vetitum eiuſdem Caroli Imperatoris ſancito decreto; ſiquidem libro primo Capitularium, capitulo centeſimo octauo iſta leguntur: *Sancitum eſt, vt nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præſumat, ne Chriſti paſſio quæ eſt glorificatio cuiuslibet, temeritate contemptui habeatur.* quodnam autem fuerit iſtud examen vel iudicium Crucis, nobis hactenus eſt incompertum. Pergit verò dignum tanto Principe Chriſtianiſſimo præceptum iiſdem tribus filijs eiuſmodi publicâ ſolemniq; teſtificatione intimare ſic dicens. XXIV. IVDICIVM ET EXAMEN CRVCIS.

Super omnia autẽ iubemus, VT IPSI TRES FRATRES CVRAM ET DEFENSIONEM S. ECCLESIÆ SIMVL SVSCIPIANT, *ſicut quondam ab auo noſtro Carolo & beatæ memoriæ genitore Pipino Rege, & à nobis poſteà ſuſcepta eſt, vt eam cum omni adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet & ratio poſtulat, habere faciant. Similiter & de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate præcipimus, vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant, & paſtores & rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus Regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.* REGES FRANCORVM CONSTITVIT DEFENSORES PONTIFICVM.

Quòd ſi de his ſtatutis atque conuenientijs aliquid caſu quolibet vel ignorantia (quod non optamus) fuerit irruptum: præcipimus, vt quam citiſſimè ſecundùm iuſtitiam emendare ſtudeant, ne fortè propter dilationem maius damnum poſſit accidere.

XXV. *De filiabus autem noſtris, ſororibus ſcilicèt prædictorum filiorum noſtrorum iubemus, vt poſt noſtrum ab hoc corpore diſceſſum, licentiam habeat vnaquæque eligendi ſub cuius fratris tutela & defenſione ſe conferre velit. Et qualiſcumque ex illis monaſticam vitam elegerit, liceat ei honorificè viuere ſub defenſione fratris ſui in cuius Regno degere voluerit. Quæ autem iuſtè & rationabiliter à condigno viro ad coniugium quæſita fuerit, & ei coniugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus ſuis, ſi & viri poſtulantis & feminæ conſentientis honeſta & rationabilis fuerit voluntas.*

De nepotibus verò noſtris, ſcilicèt filijs prædictorum fi-

liorum noſtrorum qui eis vel iam nati ſunt, vel adhuc naſcituri ſunt; placuit nobis præcipere, vt nullus eorum per qualibet occaſiones quemlibet ex illis apud ſe accuſatum ſine iuſta diſcuſſione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut inuitum tondere faciat, ſed volumus vt honorati ſint apud patres vel patruos ſuos, & obedientes ſint cum omni ſubiectione quã decet in tali conſanguinitate eſſe.

XXVI. *Hoc poſtremò ſtatuendum nobis videtur, vt quicquid adhuc de rebus & conſtitutionibus, quæ ad profectum & vtilitatem eorum pertinent, his noſtris decretis atq; præceptis adiicere voluerimus, ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſeruetur atque cuſtodiatur, ſicut ea quæ de his iam ſtatuta & deſcripta ſunt, cuſtodire, & obſeruare præcipimus.*

Hæc autem omnia ita diſpoſuimus, atque ex ordine firmare decreuimus, vt quamdiu diuinæ Maieſtati placuerit nos hanc corporalẽ agere vitam, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo conſeruatum Regnum atque Imperium iſtud, ſicut hactenus fuit in regimine atque ordinatione, & omni dominatu regali atque imperiali, vt obedientes habeamus prædictos dilectos filios noſtros atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubiectione, quæ patri à filiis, & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur. hucuſque Caroli de diuiſione decretum ſiue teſtamẽtum factum in Villa Theodonis, ſubſcriptum ab Optimatibus Francorum, & Romam miſſum per Eginhardum à ſecretis ad Leonem Pontificem confirmandum atque ſubſcriptione muniendum. Sub cuius diſpoſitione de Imperio decernendum reliquiſſe viſus eſt, vt cui vellet, Pontifex daret, cùm nullam de eo in teſtamento mentionem habere voluerit, de quo ante omnia fuiſſet ipſi teſtandum, ſi hæreditarium exiſtimaſſet, & non potiùs Romani Pontificis arbitrio electiuum. Porrò iis omnibus quæ ſtatuta fuerunt à Carolo Leo Põtifex & aſſenſum præbuit, & propria manu ſubſcripſit. hæc veteres Annales Francorum.

CVR DE IMPERIO NIHIL DISPOSVIT CAROLVS MAGNVS.

Verùm etſi dum viueret, totius Imperii & Francorum Regni Carolus apud ſe retinuit plenũ dominium, tamen adminiſtrationem illis conceſſit, Conſiliarios illis tribuens viros prudentes ac religioſos. Pipini ſiquidem lateribus iunxit Hadelhardum virum ſanctiſſimum, cuius vitæ admirandæ monumenta extãt [a]. Quod verò ad reliqua eiuſdẽ bona pertinet, idem Imperator triẽnio ante obitũ de rebus mobilibus condidit teſtamentum, ſiue donationem cauſà mortis, quæ ad finem vitæ eius apud Eginhardum poſita legitur, noſque ſuo loco reddituri ſumus.

[a] Sur. die 2. Ianu. tom. 1.

XXVII. Quod rurſum ſpectat ad conuentum hunc habitũ in Villa Theodonis, huius occaſione hic mẽtio habenda de Concilio triginta duorum Epiſcoporum in eodem loco [b] occaſione necis Ioannis Epiſcopi celebrato, in quo aduerſus percutientes Eccleſiaſticos omnes in ſacro ordine conſtitutos antiquæ ſunt renouatæ cenſuræ atque aliæ ſuperadditæ: præſertim verò aduerſus inſidiantes Epiſcopis viguit Eccleſiaſticæ cenſuræ ſeueritas. Sed quod ad tempus Synodi ſpectat, ſunt qui collocant hanc anno octingenteſimo duodecimo Saluatoris, ſed conſiderent quod alii Epiſcopi huic Synodo ſcripti reperiuntur, nempe Aiſtulphus Maguntiæ, Ebbo Rhemenſis, diuerſi ab illis, qui Maguntiaco Concilio habito anno octingenteſimo decimotertio ſubſcripti habentur, nempe eius ciuitatis Archiepiſcopus Hildebaldus, ſed & in Concilio Rhemenſi eodem anno celebrato, non Ebbo, ſed Vulfarius nominatus habetur Rhemenſis Epiſcopus.

DE CONCILIO HABITO IN VILLA THEODONIS

[b] Habetur in tom. 3. Conciliorũ edit. Venet.

XXVIII. Vrgentibus autem diuerſorum ſacerdotum accuſationibus, factum eſt vt ex Synodo per Carolum Magnum miſſa fuerit conſultatio ad Leonem Romanum Pontificem rogantis de ipſis ſacerdotibus criminoſis quid agẽdum, cum probatio certa deficeret. Eſt de ea mentio in Capitularib. ipſius Caroli his verbis [c]: *Et hoc vobiſcum magno ſtudio pertractandum eſt, quid de illis presbyteris criminoſis, vnde approbatio non eſt, & ſemper negant, faciendum ſit: Nam hoc ſæpiſſimè à nobis & progenitoribus atque anteceſſoribus noſtris ventilatum eſt, ſed non ad liquidum hactenus definitum. Vnde ad conſultandum Patrem noſtrum Leonem Papam ſacerdotes noſtros mittimus: & quicquid ab eo vel à ſuis perceperimus, vobis vnà cum illis quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdum viciſſim tractate attentiùs, quid ex his vobiſcum cõſtituamus vnà cum prædictis ſancti Patris inſtitutionibus, vt murmur ceſſet populi; & nos his ſatisfacientes, illæſi, Domino auxiliante, ab vtriſque maneamus.* quid autem de his ſtatutum fuerit, ſequens declarat Conſtitutio iſtis verbis [d].

[c] Capitul. l. 5. c. 33.

[d] Eod. li. c. 34.

XXIX. *Omnibus vobis viſu aut auditu notum eſſe non dubitamus, quod ſæpiſſimè, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa obiiciantur; ſed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ domini genitoris noſtri Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis Patribus & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſimè ventilatum fuerit: nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus, ad ipſum à ſanctis Epiſcopis & reliquis ſacerdotibus & ceteris Eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris noſtris in Regno, ſeu in aliis Deo degentibus; nobiſq; vnà cum eis agentibus ſæpiſſimè propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu domini & Patris noſtri Leonis Apoſtolici, ceterorumq; Romanæ Eccleſiæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum ſeu Orientalium, & Græcorum Patriarcharũ, & multorum ſanctorum Epiſcoporum, & ſacerdotum, necnon & noſtrorum Epiſcoporum, omniumq; ceterorum ſacerdotum ac leuitarum auctoritate & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt: vobis omnibus vtriuſque ordinis miniſtris ſcire volumus.*

XXX. *Statutum eſt namque ratione & neceſſitate & auctoritate prædicta, conſultu omnium: vt quotieſcumque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur: ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expreſſum eſt) Si autem, vt dictum eſt, ille accuſator qui canonicè eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu Epiſcoporum poterit: tunc canonice diiudicetur; & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonicè damnetur.*

Si verò eum ſupradicto prætextu approbare ipſe accuſator minimè poterit: & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos ſi ſuſpicioſus, aut incredibilis ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis conſacerdotibus, ſiue bonis & iuſtis de ſuo populo vel de ſua plebe hominibus fuerit: ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, tunc tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis ac vicinis ſacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, vel eo ampliùs, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi id eſſe proſpexerit; & cum aliis bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor Euangelia dato, purgatum Eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationẽ ſacerdotum recipi debeant, & quicquid de accuſatore faciendum ſit: pleniter in canonibus reperire poterit. hucuſque Caroli Conſtitutio in Epiſcoporum Concilio comprobata, ex ſententia Leonis Romani

Pon-

Pootificis coofirmata, ſpectant ad idem Concilium quæ in ſexto Capitulatium libro ita leguntur.

XXXI. *Capitulatium Dominicum datum anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCVI. ad Theodonis Villam anno Imperij domini Caroli VI.*

I. Vt lectiones in Eccleſia diſtinctè legantur.

II. De cantu: Vt ſecundùm ordinem & morem Romanæ Eccleſiæ fiat Cantatus.

III. De Notarijs: Vt vnuſquiſq; Epiſcopus & Abbas & ſinguli Comites ſuum Notarium habeant.

IIII. De cæteris diſciplinis Eccleſiæ vt ſecundùm canones & regulam fiant.

V. De medicinali arte, vt infantes hanc diſcere mittantur.

VI. De Eccleſiis ſine honore manentibus abſque officijs & luminarijs, & de his qui decimas aſſumunt & de Eccleſiis non curant, vt hoc omnimodis emendetur.

VII. De altaribus: Vt non ſuperflua ſint in Eccleſiis.

VIII. De computo: Vt veraciter diſcant omnes.

hactenus de his quæ ſpectant ad Concilium præſentis anni in Theodonis Villa habitum.

XXXII. Hoc inſuper anno Carolum Imperatorem audiſſe legationem Venetorum & Dalmatarum iidē habēt Annales. Diuerſas inſuper expeditiones hoc eodem anno à filijs eiuſdem Imperatoris feliciter geſtas, ſummatim referuot: oumerantq; ac deſcribunt munera miſſa ab Aaron Rege Sarracenorum in Orieote ad Carolum Magnum, & inter alia horologium admirando opificio elaboratum. Rurſum iſta ab Adone hoc eodē anno facta narrantur: *Tunc tēporu*, inqoit, *delata ſunt oſſa beati Cypriani Carthagine cum reliquijs beatorum Scillitanorum Martyrum Sperati, ſociorumque eius, & poſita ſunt in Eccleſia beati Ioannis Baptiſtæ in ciuitate Lugdunenſi.* hæc Ado ſui ſæculi res geſtas ſcribens. Locupletatæ ſunt tunc & Veoenæ eodē theſauro S. Cypriani reliquijs, quas Legati redeuntes à Carolo dono acceptas in patriā detulerunt, quibus à Venetis erecta eſt in Murano nobilis S. Cypriani memoria, quæ hacteous perſeuerat. Ex Adone autem corrigitur Sigebertus, qui tranſlationem corporis S. Cypriani necnon Primi & Sperati Scillitaoorum factam dicit anoo octingenteſimo ſecundo.

CORPVS S. CYPRIANI DELATVM IN GALLIAS

IESV CHRISTI Annus 807.

LEONIS PAP. III. Annus. 12. CAROLI MAGNI 7. NICEPHORI 6. IMPP.

I. DECIMA QVINTA inchoatâ Indictione incipit annus Redemptoris octingeoteſimus ſeptimus, quo Aaron Sarracenorum Princeps in Oriēte, dum comparatâ validâ claſſe Rhodum peſſumdat & Miram Lyciȩ ciuitatem aggreditur, & arcam reliquiarum ſancti Nicolai diſijcere parans, in aliā in locum eius ſuppoſitam irruens, ipſam contriuit, qui ſic illuſus dedit tamen nihilominus pœnas prauæ eius animi voluntatis: ſiquidem turbinibus agitatâ claſſe, & diſiectâ, fluctibus marinis magna ex parte obruta eſt, vixque ipſe præter ſpem euaſit incolumis, pœnitens facti, quòd magno ſuo damno diuina temerario auſu tentaſſet.

SARRACENI SVO DANNO IN S. NICOLAVM PECCANT.

Quo pariter anno Nicephorus iniquitates cumulans, ad præterita ſcelera hoc adiecit, vt quærēs vxorem Stauratio filio ſuo, Theophaniam cognatam Irenes defunctæ Imperatricis alij deſpōſatam viro, ipſi coniunxerit, reliquas verò duas virgines cæterarum pulcherrimas inter alias ad delectum quæſitas homo turpiſſimos factus ludibrium cuncto populo deflorauerit: cruētauit verò ciuitatem ſanguine nobilium ciuium, qui aduerſus eum pro viodicanda Republica conſpiraſſent, hæc Theophanes pluribus hoc anno ſexto Nicephori, menſe Ianuarij, affirmat.

II. *Mēſe autem Februarij* (ſubdit Theophanes) *ſimultatem excogitantes aduerſus Nicephorum Imperatorem multi ex proceribus, Arſatium Quæſtorem & Patricium virum pium & rationabiliſſimum elegerunt. Quod cùm multiformiter Nicephorus cognouiſſet, ipſum quidem caſum ac tonſum monachum fecit, & exilio relegatum in Bithyniam miſit, reliquos autem cædibus & tonſuris & publicationib. inſuper & exilijs ſubdidit, non ſolùm mundialis vitæ participes, ſed & Epiſcopos & monachos, necnō & maioris Eccleſiæ Syncellum, & Sacellarium, & Chartophylacem, viros venerabiles & reuerentiâ dignos.* hæc Theophanes hoc anno ſexto Imperij ipſius. Ita Nicephorus nouis ſemper occaſionibus, quas haud inuitus captabat, acriùs & acerbiùs ſemper ſæuijt.

CONSPIRATORES IN NICEPHORVM MALE MVLCTATI

III. Hoc eodem anno (vt attingamus res Occidētis) *aduerſus Mauros Carolus ſub Duce Burchardo claſſe immiſſâ in Sardinia atque Corſica aduerſus eos pugnauit, atque iterum profligauit, qui ijdem Sarraceni & alij in locis pugnando tulēre poſteriores: quæ infortunia ea ex cauſa ſibi contigiſſe nouerunt, atque confeſſi ſunt, quòd anno ſuperiori pyraticam exercentes in Patelaria inſula ſexaginta monachos captiuos duxerunt in Hiſpaniam ac vendiderunt, quorum aliquos poſteà Carolus Magnus ſua liberalitate redemit, qui in priſtinum locum ſunt reuerſi.* hæc auctor ſui temporis ſcribens Annales, à quibus Regino & alij.

SARRACENI MALE MVLCTATI OB CAPTOS MONACHOS.

Porrò idem Carolus Magnus ſicut armis, ita & religione pollens, hoc anoo (vt auctor eſt Sigebertus) ex Patribus colligi fecit lectiones ſuis quaſque temporibus recitandas. ait enim: *Carolus Imperator per manum Pauli diaconi decerpens optima quæq; de ſcriptis Catholicorum Patrum, lectiones vnicuiq; feſtiuitati conuenientes per circulum anni in Eccleſia legendas compilari fecit.* hæc ipſe. Sed etiam ad hæc ipſa ſpectat quod Eginhardus, qui fuit illi à ſecretis, in vita ipſius Caroli hæc ait: *Legendi atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè emendauit; erat enim vtriuſque admodum eruditus, quamquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſè & in commune cantaret.* Fecit & aliam ijſdē ferme temporib. collectionem idem Carolus ad cōponendos bonos mores regularium perſonarum, de qua eſt mentio in Capitularibus eiuſdem Caroli Imp. verbis iſtis[a].

LECTIONES COLLIGI EX PATRIBVS IVBET CAROLVS MAGNVS.

[a] *Capit. li. 1. cap. 75.*

IIII. *Quia verò canonica profeſſio à multis partim ignorantiâ, partim deſidiâ dehoneſtabatur: operæpretium duximus, Deo annuente, apud ſacrum conuētum ex dictis ſanctorum Patrum, velut ex diuerſis pratis quoſdam vernantes floſculos carpendo, in vnam regulam canonicorum & canonicarum congerere, & canonicis vel ſanctimonialibus ſeruanda contradere, vt per eam canonicus ordo abſq; ambiguitate poſſit ſeruari. Et quoniam illam ſacer conuentus ita etiam laudibus extulit, vt vſque ad vnum iota obſeruandam percenſeret: ſtatuimus vt ab omnib. in eadem profeſſione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus ſiue à canonicis, ſiue à ſanctimonialibus canonicè degentibus deinceps obſeruetur.* hæc Carolus. Quib. & intelligis quomodo gerere ſe ſoleret in promulgandis legibus Eccleſiæ profuturis, nimirum vt nihil ageret Epiſcopis inconſultis, eiſdemque in Cōciliis congregatis, quibus & porrigere ſoleret quæ cuperet obſeruari, vt antequam in publicum ederentur, ab ipſis Epiſcopis probarentur, ſed & ſi res grauior eſſet, ipſum conſulerent Romanum Pon-

MOS CAROLI IN SANCIENDIS LEGIBVS AD ECCLESIAM SPECTANTIBVS.

A tificem, cuius auctoritatem tanti faciebat, vt etiam partitionem Regni in filios factam, confirmari atque ſubſcribi voluerit eiuſdem manu Pontificis, vt ſuo loco ſuperiùs dictum eſt.

V. LVDOVICVS RESTITVIT CHRISTIANAM DISCIPLINAM COLLAPSAM IN AQVITANIA.

Interea Ludouicus Caroli filius, cui à patre anno ſuperiori Aquitaniæ Regnum eſt traditum, illuc profectus collapſam Chriſtianam diſciplinam reſtituere laborauit: erectiſq; in ea prouincia pluribus monaſteriis, reddidit eam ſpiritualium aquarum irriguo tamquam alterum Dei paradiſum. De his enim hæc huius ſæculi ſcriptor accuratiſſimus iſta habet: [a] *Et Rex quidem ab ineunte ætate, ſed tunc quam maximè circa diuinum cultum & ſanctæ Eccleſiæ* B *exaltationem pijſſimus incitabatur animus; ita vt non modò Regem, ſed ipſius opera potiùs eum vociferarentur ſacerdotem.*

[a] Aim. lib. 5. cap. 8.

*Nam totius Aquitaniæ qui videbatur clerus, antequã ei crederetur (vtpote ſub tyrannis agens) magis equitationi, bellicæ exercitationi, miſſilium librationi, quàm diuino cultui operam dare nouerat. Regis autem ſtudio, vndecumque adductis magiſtris, tam legendi quam cantandi ſtudium, necnon diuinarum & mundanarum intelligentia litterarum citiùs quam credi poterat coaluit. Præcipuè tamen affectu illorũ ducebatur qui ſua pro Domini amore cuncta relinquẽtes, contemplatiuæ curabant fieri participes vitæ. Nam antequàm Aquitania ſub eo regnaret, col*C*lapſus erat in ea huiuſcemodi ordo. At ſub eo adeò coaluit, vt etiam ipſe aui ſui paternum Carolomanni imitari geſtiens memorabile exemplum, ipſe quoq; Theoricæ comprehendere niteretur culmina vitæ. Sed huius voti ne compos fieret, obicem ſe præbuit refragatio patris, vel potiùs diuinæ nutus voluntatis, quæ tanta pietatis virum noluit ſub ſua cura ſolius ſalutis delitescere, ſed potiùs per eum, & ſub eo multorum ſalutem adoleſcere.*

VI. MONASTERIA A LVDOVICO REGE IN AQVITANIA ERECTA.

Et quidem multa, vt dictum eſt, ab eo ſunt in eius ditione reparata, immo ædificata monaſteria, ſed præcipuè hæc, monaſterium S. Philiberti, monaſterium S. Florentij, monaſterium Karoffi, monaſterium Concas, monaſterium S. Maxentij, monaſterium Menata, monaſterium S. Maguiloci, monaſterium Muſciacum, monaſterium S. Sabini, monaſterium Maſciacum, monaſterium Nobiliacum, monaſterium S. Theotfridi, monaſterium S. Paſcentij, monaſterium Doſora, monaſterium Solemniacum, monaſteriũ D *Puellare S. Mariæ, monaſterium Puellare S. Radegundis, monaſterium de Vera, monaſterium de Vtera in pago Toloſano, monaſterium Vadala in Septimania, monaſteriũ Aniana, monaſterium Galunæ, monaſterium S. Laurentij, monaſterium S. Mariæ quod dicitur Nirnbide, monaſteriũ Caunas, & cetera plurima, quib. veluti quibuſdã lychnis totum decoratur Aquitaniæ Regnum, Hoc eius exemplum non modò Epiſcoporum multi, ſed & laicorum quamplurimi æmulati collapſa reſtaurabant, & noua certabant monaſteria inſtruere, quod cernere oculis eſt. In tantam deniq; Reſpublica felicitatem Aquitanici profecerat Regni, vt proficiſcente quolibet Rege, vel in palatio reſidente, vix aliquis reperiretur ſe conquerens aliquid iniuſtè perpeſſum. Tribus enim diebus Rex per ſingulas hebdomadas rei iudiciariæ intererat, &c.*

VII. DE ITALICI REGNI PIPINI ADMINISTRATIONE PER S. ADELHARDVM.

Sed & Italia ſub Pipino Rege optimè per S. A*E*delhardum Abbatem diſpoſita eſt, quam anno ſuperiori Pipinus à Carolo Magno in partem acceperat, ita quidẽ teſtatur Paſchaſius [b] Ratbertius huius & ipſe temporis ſcriptor, qui & de Leone Papa eum Romæ excipiente iſta teſtatur: *Adelhardus vbi a domino Leone tum temporis Apoſtolico tanto familiaritatis officio eſt ſuſceptus, vt neminem conſtiterit Francorum antea ſuſcepiſſe. Vnde noſtrorum quidam narrant, ſibi iocoſè dixiſſe animo: France, inquit, ſciendo ſcias, quia ſi te aliud inuenero quàm te credo, non vltra neceſſe eſt Francorum aliquem huc venire, cui credere debeam.* hæc ipſe.

[b] Apud Sur. die 2. Ianuar. to. 1.

IESV CHRISTI Annus 807.

LEONIS PAP. III. Annus 13. CAROLI MAGNI 8. NICEPHORI 7. IMPP.

I. THEODORVS ET ALII PALAM PROFITENTVR NOLLE CVM NICEPHORO COMMVNICARE.

REDEMPTORIS agitur annus octingenteſimus octauus primâ inchoatâ Indictione, quo Ioſeph Archiepiſcopus Theſſalonicẽſis, & Theodorus Studita eius frater, atque S. Plato cum ſuis monachis detecti non communicare cum Patriarcha, aſſerentes ſe nõ communicaturos fore cum eo, niſi eiecto Ioſepho Oeconomo, qui coronauerat Theodotem pellicem quam ſuperinduxerat Conſtantinus: magnam ſuſtinuere perſecutionem, qua de cauſa magnæ ſunt excitatæ turbæ in Eccleſia Conſtantinopolitana.

De his dicturi, primùm omnium per quem res detecta, & in lucem prodita ſit, dicendum: mox verò de cauſa ipſa erit agẽdum, num iuſta fuerit propter quam ſanctiſſimi viri iſti ſe à communicatione ſeparauerint Patriarchæ, & aliorum qui Ioſephum Oeconomum recepiſſent. De quib. ſingulis & aliis dicendum cùm ſit, recitandæ erunt ipſius Theodori quæ ad rem pertinent tunc ſcriptæ ad diuerſos epiſtolæ, quas numquam hactenus Latinitas nouit, ſed nunc primùm ex codice Columnenſis bibliothecæ acceptæ atque Latinitate donatæ ſunt operâ & diligentiâ Sirmundi Pariſienſis Societatis Ieſu profeſſoris, cui tu Lector, ſicut & ego, ob tantum elargitum munus, bene preceris.

II. RES QVOMODO IN APERTVM DEDVCTA.

Qui primus rem occultam in apertum deduxit, atque tumultuari cœpit, fuit Logotheta Dromi, nobilis magiſtratus, qui conſiderans Epiſcopum Theſſalonicenſem morantem Conſtantinopoli, plurimis diebus feſtis abſtinuiſſe ab Eccleſia, in quã conueniebat Patriarcha cum reliquo clero & populo, cauſam rogãs, inuenit, ſe à Patriarchæ abhorrere communione, propterea quòd ipſe cum Ioſepho illo communicaret in ſacris, qui coronarat Conſtantini adulteram. Sic igitur re iam in apertũ deductâ quod non eſſet ampliùs tempus diſſimulãdi, Theodorus ipſe mouit monachos ſuos monaſterij Saccundionis hanc ad eos ſcribens epiſtolam, quâ rei geſtæ ſeriem texuit. Sic enim ſe habet [c].

[c] Theod. ep. 31. Cod. Colum.

THEODORI STVDITÆ EPIST. AD SVOS DE COMMVNIONE DENEGATA OECONOMO.

Fratribus qui ſunt in Saccundione.

Quamdiu tempus fuit diſſimulandi, & occultandi cõſilium non communicandi cum Ioſepho Oeconomo, fecimus id ſtudioſè, filij ac fratres, non metu correpti, quamuis peccatores ſimus, ſed diſpenſatoriè condeſcẽdentes, imitanteſq; quodammodo ſanctos Patres noſtros, quatenus & illi opportuno tempore & id obſeruantes, ſubduxerunt ſeipſos tentationibus; partim quidem vt infirmioribus & vexantibus parcerent, partim vt aliquantulum remittentes, gubernatorum more, ſcopum ſuum poſtmodum attingerent. Poſtquam verò nunc Deo ſic viſum eſt, vt in apertũ res prodiret; ſcribimus & ipſi. Quomodo autem per Logotheta Dromi interrogationem & Archiepiſcopi Theſſalonicæ *reſponſionem.*

III.

Sic enim ille: Cur hactenus (inquit) nobiſcum non communicas, nec cum Patriarcha, cùm tot dies feſti præterierint? Dic cauſam confidenter: Et confeſſus eſt & non negauit. Neque aduerſus pios Imperatores noſtros quicquam habeo, neque aduerſus Patriarcham, ſed aduerſus Oeconomũ qui adulterium coronauit, ideoq; depoſitus eſt ſacris canonibus. Ad hæc Logotheta: Pij Imperatores noſtri te opus non habent, nec Theſſalonica, nec alibi. Poſt hæc verba neque reſponſum amplius datum eſt, neque interrogatio alia propoſita, cùm elapſi ſint dies tredecim, ni-

qua-

Digitized by Google

quod litteras miſimus ad dominum Simeonem, quas iſtis inſeruimus, vt totius rei naturam cognoſcatis. Peruenit autem res ad Patriarchæ aures, & totius ferme ciuitatis. Et ſunt ſanè multi qui nobiſcum affligantur & conſentiant, ſed nocturni Dei cultores, qui in ſole libertatē oſtendere non poſſunt. Nos verò, filij & fratres, fiducia in Deum nixi, & veritatis fundamento, ipſoq; adeò prætexto, & palam agnito, iuſtitiæ euentu, in ijs quæ mundus vidit circa adulterum eiuſq; adiutores, immobiles in mandato paternisq; canonibus inſiſtamus, nec prodamus pietatem, neque adeò deſtruamus quæ per exilij conſtantiam rectè ædificauimus, ne legis præuaricatores videamur. diuinæ autem legi innixi vincamus, vt antè vicimus, omnia optantes, omnia ſuſtinentes, ſi permiſerit Deus, potiùs quàm vt illius eorumq; qui cū eo ſacrificant, communionem attingamus, quoad priuetur, depoſitus miniſterio.

IIII. *Multa igitur blaterabunt homines, illudentq; & irridebunt; quodq; grauius eſt, ex ijs qui eiuſdem ſunt habitus, ordinis eiuſdem, & qui amici eſſe videntur, non pauci. Sed nouum nihil. Scriptum eſt:* [a] *Inimici hominis domeſtici eius. Et ſi lenocinati ſunt, ſeruieruntq; adulterinis nuptijs, vnà ederunt, vnà biberunt, & calamum tinxerunt in exilium noſtrum. Sed Dominus qui eum exurrexit in vltionem legis ſuæ, & adulteri quidem Regnum cæcitate perfregit, ſocios autem ignominiâ perfudit, ſicut ſacerdotes Baal; nos denique humiles præter ſpem ad monaſterium noſtrum reduxit: Ipſe idem nunc adeſt: Ipſe quamuis ad breue ſpacium permiſerit iterum nefariam coniunctionem; attamē rurſus improbare dignatus eſt lætitiam adulteros copulantium, & amantium Nazaræorum, per æquiſſimum iudicium piorum Imperatorum noſtrorum, qui reddiderunt poſt mortem adulterum legitimæ coniugi ſuæ, adulteram appellantes eam quæ mœchata fuerat, & prolē eius adulterinam exheredem relinquentes tamquam illegitimam & iniuſtam, vt ipſimet affirmarunt me audiente, iuxta leges Romanas.*

[a] Matt. 10.

V. *Et tamen qui ſcelus patrarunt non ſe abdunt, nec latebras quærit, qui in ſacris precibus in coniugum coronatione vſitatis aduerſus ſanctum Spiritum blaſphemauit, ſed inſilijt felis inſtar in Eccleſiam Dei: rurſū incipit ſacra polluere, & iniquitatem iuſtitiam eſſe, probare nititur, & quod dici ſolet, ſeipſū oſtendere Præcurſore ac Baptiſtâ ſanctiorem. Cùm tamen reprehenderit ille Herodis adulteriū, & pro veritate mortem oppetierit; hic ſecundum Herodem adulterio patefactum & coronauit & amplexus eſt vſque ad mortem, non quidem verbis, ſed factis ipſis loquens & dicens, erraſſe Ioannem Præcurſorem, qui iniuſtè & ineptè arguerit, mortuuſq; ſit. Quid autem Ioannem dico maximum omnium Sanctorum? Chriſto ipſi (quod temerarium eſt dictu) contradixit, repugnauitq; impio ore ſuo. Nam cùm adulterum vocet Chriſtus eum qui legitimā vxorem dimiſerit; adulteriumq; peccatum ſit grauiſſimum homicidæ par, maſculorumq; & brutorum concubitori, venefico & idololatræ, vt docet canon diuini Baſilij: hic illum ad altare ducens, in totius populi corona impias illas contra Spiritum ſanctum voces edere auſus eſt: conſiderate quàm horrendas & abſurdas,* videlicèt ex Rituali libro in hunc modum.

VI. SACER RITUS BENEDICENDI MATRIMONIUM CONTRAHENTES.

Tu Domine, mitte manum tuam ex ſancto habitaculo tuo, & coniunge famulo tuo famulam tuam, connecte illos in mutuam concordiam: vni eos in carnem vnam, quos tibi placuit inter ſe copulari, honorabiles nuptias redde, immaculatum eorum thorum cuſtodi, ſine macula ipſorū contubernium permanere concede in puro corde.

Non exhorruiſtis hæc audientes? Quātam cenſetis Spiritus ſancti indignationem fuiſſe ob huiuſmodi blaſphemiam? quàm grauiter vnà ſuccenſuiſſe Angelos ſanctos? Aut quomodo non ſtatim velut Dathan & Abirō abſumpſit dehiſcens terra mēdacij promulgatorem? qui tenebras lucem dicit, & Chriſtum in contrarias ſententias pertrahere conatur. Prorſus enim quæcumq; enuntiat ſacerdos, eadem Deus confirmare ac rata habere ſe profitetur, iuxtà magnum Dionyſium. Attamen qui flagitium hoc commiſit exēplum ſubditis ad improbitatis imitationē præbuit, vt res ipſa docet; quin etiam procul poſitis Principibus & Ducibus, ſicut imitando iam factum eſt in Longobardia & Gothia eius conſiliis: neq; enim apud Gentiles tale quid perpetratur. Et non erubeſcit miſer, ſed ſacrificat (ſicut dictum eſt) profanus: & eos qui ipſum meritò auerſantur, relegare conatur. Dominus autē adiutor eorum qui pro eius mandato decertant; qui inflectet corda piorum Imperatorum noſtrorum, vt vindices ſe præbeāt Eccleſiæ ſuæ, quemadmodum in adultero: eijciāq; hunc placeāt ſacro miniſterio, prout expedit ſanctiſſimo Patriarchæ, totiq; Eccleſiæ Catholicæ.

VII. *Quamobrem, confidite filij ac fratres, vt ne terreamini, nec ſuccumbite, tempus confeſſionis, tempus reſiſtentiæ, tēpus certaminum fortaſſe aliarumq; afflictionum, ſed & coronarum & gloriæ cæleſtis, ait enim:* [b] *Glorificantes me glorificabo, & qui contemnit me, erit ignobilis, &: Beati qui non declinant à mandatis eius. Ideò gaudete & exultate, quoniam merces veſtra, cum ſuſtinueritis, multa eſt in cælis: operibus veſtris intenti eſtote. Pro Imperatoribus veſtris orate: pro Patriarcha, vt eijciatur Ioſeph: pro pace Eccleſiæ, ambulantes in via immaculata, in mandatis eius volentes nimis; in omni honeſta & canonica conuerſatione, quoad aliquid amplius audiatis, aut à nobis ſignificetur. Chriſtus ſit vobiſcum: Deipara protegens vos: Præcurſor & Theologus cuſtodientes vos: Sancti omnes, precibus patris mei ac patris veſtri. Omnes ſaluto nominatim: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis, filij dilecti.* hactenus ad ſuos monachos monaſterij S. Platonis Theodorus.

[b] 1. Reg. 2.

VIII. DE CAUSA THEODORI ADVERSUS PATRIARCHAM.

Iam verò antequàm his alligatas litteras (vt teſtatur) ad Simeonem inſpiciamus, nobis præſtandū quod polliciti ſumus, inſpicere ſcilicèt, an in Theodoro atque ſuis cauſa iuſta fuerit, vt ſe ſubducerēt, vitarentq; communicare cum Patriarcha in ſacris ſolemnibus coram populo in magna Eccleſia: nam priuatim in monaſterio ſe eius retinuiſſe communicationem, vt in Miſſis eius nomen recitare nunquam prætermiſerit, ſæpè ipſe ſuis litteris profeſſus eſt. Magna ſanè de his concertatio fuit, vſque adeò, vt complures, atq; potiſſimùm ipſe Patriarcha iactaret tam Theodorum quàm reliquos ipſum ſequentes eſſe ſchiſmaticos, quod abſq; digna cauſa ſeſe à communione ipſorum ſubduxiſſent, ſicq; Eccleſiam ſcidiſſent: cùm tamen non deſtiterit ipſe Theodorus ſuam ornare defenſionē apud omnes id experētes. Iſta vt tu intelligas, primùm omnium illud accipe, non in eo quæſtionem atque controuerſiam verſatam eſſe, num delinquenti in grauiſſimum quemuis errorem lapſo ab Eccleſia iuſtè deiecto, dignè pœnitenti aperienda eſſet Eccleſia, & in ſacerdotij gradum, ex quo eiectus fuerat, eſſet ipſe recipiendus. Iſta quidem in dubitationem minimè deduci potuerunt, num lapſus ab Eccleſia eiectus, poſſit per pœnitentiam in Eccleſiam reuocari. Non enim adeò vecors Theodorus vir doctiſſimus fuit, vt id fieri poſſe negaret, vt huius rei gratiâ ſe à Patriarchæ communione ſubduceret, licèt de reſtitutione illius in priſtinum ſacerdotii gradum à quo exciderat iuſtè priuatus, dubitari aliquo modo potuiſſet.

IX. IUSTISSIMA CAUSA THEODORI.

Sed res erat huiuſmodi: quod nullâ præuiâ pœnitentiâ, ſceleriſque admiſſi deteſtatione & deploratione idem Ioſephus Oeconomus tamquam innocens, nulliuſque tranſgreſſionis reus fuerat in Eccleſiam admiſſus, & ſacerdotio reſtitutus, eo nimirum prætextu, quod etſi factum illud ab eo per-

petratum illicitum eſſet, tamē per diſpenſationem licitè abſque culpa dicerent fieri potuiſſe; ſicq; vti nullius criminis reus Ioſeph innocens iudicatus in communionem admiſſus fuerit, & reſtitutus in ſacerdotium: quod quidem grande piaculum fuit, & ſatis dignum, vt ob eam cauſam ipſe cum ſuis Theodorus ab eorum communione qui iſta fecerant, ſe ſubtraxerit, quod & fecit. Rem planè ita ſe habuiſſe, ex eiuſdem Theodori epiſtola intelliges, quam ad Theoctiſtum ſcripſit his verbis [a].

[a] Theod. li. 1. epiſt. 24. Cod. Columnenſ.

Theoctiſto Magiſtro.

X. *Quod de nobis pro eximia ſua pietate ſolicita ſit excellentia tua: declarant ſanè quæ per reuerendiſſimum præpoſitum ſignificaſti; at non minus illa quæ nunc per fratrem noſtrum circa miſſas relationes & reſponſa. Et pro hac quidem tanta propenſione tua mercedem illi omnino, etiam tacentibus nobis, retribuet qui omnia in pondere & menſura diuidit Deus. Quamnam verò diſpenſationem, domine, fieri pro parte noſtra conuenit, maiorem eâ quâ vſi ſumus? qui ſubduximus nos hactenus, ſilentium ſeruantes, ego & Archiepiſcopus,* Theſſalonicenſis videlicèt, *quoniam tempus eſt tacendi, & tempus loquendi, omnem operam adhibentes ne in apertum res veniret. Sed iudicia iudicauit, rectè enim ille eſt qui dixit:* [b] *Nihil occultum quod non reueletur: vt nobis etiam nolentibus, cùm eo ſtatu res eſſent, non diu aliud quam erant, eſſe viderentur. Nunc autem diſpenſatione quoque vtentes, duo hæc dicimus. Aut abſtineat depoſitus a munere ſacerdotij, & confeſtim communicamus cum ſanctiſſimo Patriarcha, quod quidem expedit in commune: Aut ſi ferendum id non eſt, maneamus & nos in eadem, quâ prius, ſubtractione, huius rei vindictam Domino relinquentes. Amplius his, ſi quid eſt: non eſt, ignoſce, diſpenſationis modus, ſed iniquitatis, & diuinorum canonum tranſgreſſionis crimen.*

[b] Matt. 10

XI. *Diſpenſationis enim terminus eſt, vt noſti, neque eorum, quæ conſtituta ſunt, violare quicquam; neque cùm parum aliquid remittere liceat pro tempore ac ratione, vt inde quod re ipſa quæritur, conſequare; ad duriora prouehi, & iacturam facere potiorum. Atque hoc ipſum didicimus inter Apoſtolos quidem ex Paulo ſanctificante & circumcidente Timotheum: inter Patres, ex Magno Baſilio Valentis munus acceptante, Deiq; unicam vocem ad tempus reticente in mentione Spiritus ſancti. Cæterum nec Paulus ſanctificare perſtitit, nec Baſilius Valentis dona capere, Deumq; Spiritum ſanctum non prædicare; quin ambo contrà, pro vtriſque mortem præoptaſſe videntur. Ad hunc modum quicumque vmquam vſus eſt diſpenſatione, a recto non aberrauit, quin citius aſſecutus eſt, quod parumper intermiſit, ſicut accidere ſolet gubernatori, clauum nonnihil remittenti propter aduerſam venti tempeſtatem. Qui verò aliter progreſſus eſt, aberrauit a ſcopo præuaricationem inducens pro diſpenſatione. Et exempla omninò multa ſunt, quæ ſcribere ſupernacaneum eſt propter nimiam prolixitatem.*

OBIECTA DILVIT ADVERSARIORVM.

Quod verò à dominatione tua dictum eſt, in canone Apoſtolorum de his qui per pecunias ordinant vel ordinantur, remiſſione quadam vſum videri Chryſoſtomum erga ſex Epiſcopos, quos depoſuit: nihil id diſcrepare videtur, cùm priuans illos omni prorſus ſacerdotio, ſolam illis ad altare participationem permiſerit. Deinus autem diſcrepare, & remiſſionem ineſſe; inuitentur hanc qui volent, nullus prohibebit: os enim eſt ipſe Dei & Apoſtolorum contubernalis, cuius multa memorantur in hanc diem, & nemo de hac re diſſenſit. At longè diſpar his ratio. Qui enim mœchum coronauit, quaſi abſurdi nihil egerit, ſacra iterum operatur, neque id in abdito quopiam loco, ſed in ipſa Eccleſia Catholica, tamquam egregium exemplum ſacerdotibus propoſitus. iſta quidem ad ſignificandam illius impœnitentiam. pergit verò reliquis obiectionibus Theodorus occurrere, iſta ſubijciens:

X *Quænam vobis Valentiniani Ethnica bigamia? & quis propterea quod illum coronarit, ſanctus prædicatur, & non iniuſtus? ſi tamen coronatus ille fuit & quis e ſanctis qui tum viuebant, Patribus, ſanctè feciſſe Valentinianum, prodidit, cùm duas vxores duxit; atque ita fieri deinceps oportere? Multi ergo & alij, quandoquidem velle ipſis lex eſt, non diuina ſed humana & reprehendenda, ita fecerunt, facientq; fortaſſè, quam diu res ſtabunt. Sed Dei Eccleſia illæſa permanſit tametſi multis impetita telis, & portæ inferi præualere aduerſus eam non poterunt: nec præter ſtatutos canones agere aut dicere quicquā ſuſtinet, quamuis multi perſæpe paſtores inſaniet int. Quippe qui etiam Synodos magnas ac frequentiſſimas coegerunt, & Eccleſiam Dei ſeipſos nuncuparunt, & pro canonibus in ſpecie ſoliciti fuerunt, cùm aduerſus canones reuera concitati fuerunt.* accidit hoc quidē cùm poſt ſextam Synodum iterum conuenientes Orientales Epiſcopi centenos & amplius ſanxerunt canones aduerſus antiquos & vſu receptos in Eccleſia canones, vt ſuo loco diximus. pergit verò auctor: *Quid ergo mirum ſi nunc quoque quidam forſitan congregati hominem per canones duplici ex cauſa depoſitum, innocentem declararunt, abſolueruntq;, vt ſacerdotio fungatur? Synodum ergo facit, domine, non ſimpliciter congregari Epiſcopos & ſacerdotes, quamuis multi ſint: Melior enim vnus (ait* [c] *) faciens voluntatem Domini, quam mille præuaricatores, ſed in nomine Domini ad diſceptationem & obſeruationem canonum, & ad ligādum, ſoluendumq; non quando libet, ſed vt veritati congruit & canonis regulæq; exactæ diſcuſſioni. Aut probabunt, ſe hoc feciſſe qui conuenerunt & nos cum eis adhæremus; aut ſi non probabunt, eiciant indignum, ne vitio ipſis vertatur, imputeturq; etiam apud poſteros. Verbum enim Dei tale non eſt, vt alligari queat: & poteſtas Epiſcopis nullatenus data eſt, vt canonem vllum tranſgrediantur, ſed tantùm vt decreta ſequantur, hæreantq; cum prioribus. Neſcio an aliquid ſit, de quo canon nullus editus ſit, quodq; neglectum fuerit. Extat ſancti Baſilij canon de presbytero qui iurarat, ſe propriâ Eccleſiâ contentum fore, neque in alia munus oblaturum: & Synodi Carthaginenſis de iis qui ordinant eos qui deſerūt monaſteria, nec debere tales ſacrificare in alia Eccleſia, præterquam in ea, in qua habēt ſinguli præfecturam: deponi autem eos qui ordinarunt. Si ergo in his paruis & quæ vulgo nihili æſtimantur, qui peccarunt, non multi abibant diuino iudicio: quanto minus in re præſenti?*

[c] Eccleſ. 4. Eccl. 16.

Non licet, domine, non licet nec Eccleſiæ noſtræ, nec alteri vlli quicquam præter ſtatutas leges & canones committere, quoniam ſi hoc detur, inane eſt Euāgelium, in caſſum canones. Vniſquiſque Epiſcopatus ſui tempore, quando ipſi integrum eſt cum ſuis quod lubet, facere, nouus erit Euangeliſta, alius Apoſtolus, alius legiſlator, ſed abſit. Mandatum enim habemus ab ipſo Apoſtolo, [d] *præter id quod accepimus, præter id quod canones ſanciunt Synodorum vniuerſalium & Localium, quæ diuerſis temporibus fuerint, ſi quis dogmatizet, aut facere aliquid iubeat, recipiendum non eſſe, nec cenſendum illum in ſorte Sanctorum, vt omittam male ominoſum illud, quod Apoſtolus imprecatur. A vobis igitur qui extra mundum eſtis aliud nihil debetur, quàm ea inueſtigare & facere, ex quib. nos etiam ſimul extollamur, & ad æmulationem prouocemur. Et ſiquidem in his vita ducetur, rectè habebit; ſin minus, expedire exules & exteriores totum orbem circuire cum omni afflictione & anguſtia. Adiuuet ergo nos quoad poteſt Deo cara anima tua, diuinorum æmulatrix.* hactenus ad Theoctiſtum Theodorus. XII.

[d] Gal. 1.

Sed videamus eas ad Simeonem ſcriptas litteras à Theodoro quidem, vt ipſe teſtatur, ſed nomine S.

Plato-

Platonis incluſi, vt in earum contextu ſignificatur. ſic enim primo loco poſitæ ſe habent.[a] A

* Theod lib. 1. epiſt. 11. Cod. Colum.

XIV. EPIST. PLATONIS RECLVSI AD SIMEONEM.

Simeoni Monacho.

Et anteà perſpeximus, pater, quis, qualiſve fueris erga humilitatem noſtram in omnibus aduerſis, quæ nobis acciderunt, cùm leuire ea ſtuderes & dirigere in noſtram vtilitatem. Et nunc vehementer ſolicitum te eſſe ſentimus ob fratris in re præſenti profeſſionem. Verùm quid faciamus, cùm extet Dei mandatum, & Patrum canones arcentes nos à tali communione? Hinc adſit velox propenſio tua, ſincerusq; erga Deum & nos peccatores affectus, vt tanquam decumanum quemdam fluctum remoueas tentationem, tranquilleſq; agitationem piorum dominorum noſtrorũ. Nõ enim aduerſus illos nobis ſermo eſt vitata communionis nec cauſa controuerſia: quin potiùs honor, veneratio, amor & cõgreſſus, prout res exigit; ſed aduerſus illum qui B *præter ius faſq; omne, manifeſtum ex Domini ſententia adulterum coronauit, qui auſus eſt tanti ſceleris adiutor & aſſertor fieri coram vniuerſo mundo, quem Chriſtus ipſe depoſuit duorum canonum reum, vt alios omittam. vnius quidem quo nec epulari presbyterum in bigami nuptijs permittit (adulteri enim ſcribere non eſt auſus canõ) quanto minùs coronare? Alterius verò quoniam qui in crimen aliquod lapſus ſit, ac propterea excommunicatus, niſi intra annum pro reconciliatione ſua pugnet, ampliùs admitti eius vocem non licet. hic verò qui nouem annos excesſerat, inſilijt in Eccleſiam. Si igitur hic innocens: multò magis adulter ipſe; ſi verò reus iſte peccatis: quis de eo ambigat. qui coniunxit, & in Spiritum ſanctum blaſphemauit, quia impurior ſit & deteſtabilior!* C

XV. *Hæc ſunt, pater, quæ cor noſtrum contrahunt, & timorem incutiunt. Hanc ob cauſam quòd cum iſto non communicarem, nec cum præcedente Patriarcha, qui adultero communionem dabat: excluſus ego quidem fui in quo reſides loco; Præpoſitus autem & reliqui Theſſalonicam relegati. Sed congregauit nos Deus precibus tuis. Ac nec ſic quidem temere nos adiunximus Patriarchæ, niſi poſtquã viſus eſt rectè nos feciſſe. Si ergo cùm regnaret adulterium & canonum tranſgreſſio metu minimè diſſimulauimus Dei virtute fretis: quo modo nunc pio dominante Imperio, vnius presbyteri causâ timidiores erimus, prodemuſq; cum aperto animæ periculo veritatem? Nequaquam. Sed ferenda nobis potiùs omnia vſque ad mortem, quàm vt cum eo communicemus, vel cum ijs qui cum illo ſacrificant, quo* D *ad priuetur, quemadmodum ſub priore Patriarcha, ſacerdotio. Eſto Oeconomus. Cur etiam indiguè ſacris operatur? Deſijt eſſe presbyter. Quodſi hæc illis non placent, qui cum eo ſacrificant, videbunt quo modo ſe gerent: parcant humilitati noſtræ, qui non prouocamus, nihilq; ad hunc vſq; diem locuti ſumus, ſed biennio hoc toto continuimus, ex quo ingreſſi ſunt, vt pacatim hoc modo viueremus, domini noſtri optimi ſequeſtres & arbitri æquitatis, eorum fautores qui veritatem liberè defendunt, & præſtantiores ſuo ſæpe denuntiant. Ferant ſacerdotes more ſacro; aut perſuadebitur illis, aut ipſi perſuadebunt; ſin horum nihil, ſed ne mutire quidem nos ferendum putant; Deus intuetur, quo maior eſt nemo, cuius ſolius terror eſt formidabilis & tribunal illud cui ſiſtemur omnes de omnibus iudicandi.* E

XVI. *Cæterum oramus bonitatem tuam, & tamquam ſacris veſtigijs tuis aduoluti obſecramus, obteſtamurq; vt miſericordiam nobis impertias, & commune emolumentum tam pijs Imperatoribus noſtris, quã Patriarchæ ſanctiſſimo & Eccleſiæ vniuerſæ, nõ huic ſolum quæ apud nos eſt, ſed quæ per totum orbem, vt deſinat vnus, ad gloriam Dei, & non perturbetur eius Eccleſia. Sin minùs; at ſaltem hoc ſecundum, vt maneamus nos in eodem ſtatu, quo per decem hos annos. Nam de cæteris, quamuis innumerabiles ſint Epiſcopi, ſacerdotes, & præpoſiti qui cum eo communicant: nihil mirandum, quandoquidem ijdem ipſi cum adultero conſenſerunt, & nemo quicquam locutus eſt. Hæc* A *Deus per nos (licet audax ſit dictum) & hortatur & denuntiat, & ſicut iubes.* hactenùs Theodorus Platonis nomine, vt apparet, qui cum ſuis inuentus eſt ſolus, qui contra improbitatem ſurgeret ex aduerſo. tanta boni rectiq; penuria tunc vrgebat Eccleſiæ Orientali.

XVII. b Theod epiſt. 22. Cod. Columnenſi. DE ALIA EIVSDEM PLATONIS EPISTOLA.

Extat eiuſdem alia epiſtola[b] eodem quoq; argumento cõſcripta, quæ fuſiùs aduerſus canonum peruerſorem Ioſephum diſſerit, æquè ſancti Platonis titulo. Viſum eſt namq; Theodoro ſenioris nomine, viri ſanctitatis famâ etiam hoſtibus reuerendi, iſta peragere, quo maioris ponderis eædem apud aduerſarios haberentur. eſt eius epiſtolæ hoc B exordium: *Et iterum hortari ſanctitatem tuam, optimũ factu viſum eſt.* Platonis namq; vtramq; eſſe epiſtolam ex verbis illis intellige, quæ in vtraq; leguntur in hunc modum: *Incluſus ego quidem fui in quo reſides loco: Præpoſitus autem* (hic erat Theodorus) *& reliqui Theſſalonicam relegati,* ſub Conſtantino videlicèt. habet autem inter alia hanc ad eũdem Simeonem obteſtationem poſt alia multa: *Propterea pietatem veſtram obteſtamur, accuratamq; iuxta ſacrum habitum noſtrum curam diſciplinæ vt iter. à hæc ad piorum dominorum aures perferatis. Confidimus enim, ſi hunc, approbãte ſanctiſsimo Patriarchâ noſtro, repreſſerint, applauſuros eſſe Angelos, laudaturos eſſe Sanctos omnes, exultaturam Eccleſiam vniuerſam, acceſſurum deniq; ipſorũ* C *Imperio cæleſtis auxilij magnum incrementum; tum hoſtium, inimicorumq; compreſſionem, tum pacatam, diuturnamq; vitæ felicitatem.* hæc & alia multa per Simeonis internuntium agens ipſe, quod Imperator & Patriarcha nollet quemquam ipſorum ad auditũ admittere. Sed & Theodori frater Ioſephus Archiepiſcopus Theſſalonicæ eius ſententiæ defenſor & propugnator, nec audiri potuit, immò calumniam paſſus, quòd malis artibus Archiepiſcopatum eſſet adeptus. quod cùm ſciſſet ipſe, iſtas ad eundem Simeonem monachum litteras reddidit[c] tunc, cum Imperator egredi coactus eſt aduerſus Bulgaros, qui Sardicam ciuitatem excidiſſent.

c Theod l. 1. epiſt. 23. Cod. Columna.

XVIII. IOSEPHI EPISCOPI THESSALONICÆ EPISTOLA AD SIMEONEM.

D *In his quæ nobis, pater ſancte, ſignificaſti, nihil moleſtius fuit, quàm quod nolint pij domini noſtri nos de more accedere, dignariq; veneranda ipſorum adoratione, & propempticas ac votiuas, vt cæteri faciunt, in eorum diſceſſu voces reddere. Sed nos ſemper ad humiliationem noſtram ſic faciet placabile, & iniuriarum immemor, Chriſtiq; amantium cor eorum, quippe quod hoſtibus ipſis reconciliari nouit, nedum vt nos rejiciat. qui ſincero corde illos colimus & amamus. Bellè autem ſanctitas tua reſponſa noſtra ſacris illorum auribus ſubijcit, quibus quod annuerint, tribuendum eſt magnanimæ & diuinæ eorum prudentiæ; optimè enim de diuinis iudicant vt ſapientia piorum & Dei ſcientiâ refertis. Iubet autem interrogare, quãobrem ingeſſerimus nos in Epiſcopatum, cùm manifeſtum ſit vitium.* Ironia *Ad hoc quoq; nos cum reuerentia reſpondemus: quod quãtum in nobis erat, nolebamus, partim quidem propter an-* E *ceps periculum dignitatis, partim etiam propter id, quod de Oeconomo iam dicebatur. Poſtquam verò aduenerunt Theſſalonicenſes ſupplicantes tamquam nomine totius ciuitatis, & domini noſtri ad decretum acceſſerunt: veriti ſumus, nõ obedire & reluctari Deo, ipſiq; domini noſtri cogitanter, quod poſſet, cùm à proprijs Epiſcopis ſit ordinatio, prædictum periculum declinari.* DE EPISCOPATV APOLOGIA.

XIX. *Quod verò ad alterum caput, occurrebat quòd procul hinc ſemotus ſit, fieriq; poſſit, vt peregre agens, deniteius multis modis, deinde quod mortes contingant, & de medio tollatur ſcandalum, quod admodum & nobis humilibus contigit, qui hic reſidentes, hucuſque conſeruati ſumus, diſpenſatione vtendo. Oportet enim, quoad licet, ſeat-*

tiones ſubterfugere, illos præſertim, qui Epiſcoporum dignitatem non gerunt. His de cauſis, Deo teſte, nos ingeſsimus, exiſtimantes (vt hoc etiam dicamus) haudquaquam prorſus ignotũ fuiſſe pijs dominis noſtris, qui longè proculq; poſita proſpiciunt ſumma cum ſolertia; ſed neq; ipſi Patriarchæ ſanctiſſimo, quoniam ad ipſum etiam tunc ſcripſimus de ea re, quod nos propterea communicare noluimus cum eo qui adulterum coronauerat, nec cum antecedente Patriarcha, cum ei tantummodò impertiret: diuerſis modis exilium pertulerimus, præterquàm quod venerandum ipſum os eorum ſæpè diſcuſſit, & comperit hoc ita ſe habere. hoc eſt reſponſum noſtrum. Idq; vt innuo, perfer ad ipſorum audientiam. hactenùs Epiſcopus Theſſalonicæ ad Simeonem monachum, qui licèt ſequeſtrẽ pacis ſe gereret, tamen haud ſincerè per ipſum negotium geri, conqueſtus eſt ipſe Theodorus ſcribens his diebus ad alium Simeonem præpoſitum epiſtolam, in qua poſt alia, quibus eum laudat vt bonarum partium ſtudioſum, iſta habet [a].

REDDIT RATIONEM DE SEPARATIONE SVA.

[a] *Theod. epi. 26. ex Cod. Columnẽſi.*

XX. DE PATRIARCHA ET SIMEONE QVERELA.

Scire aues quid noui acciderit in præſenti negocio, & nos dicere non poſſumus, eò quòd Imperatores in caſtris nunc verſantur. De Patriarcha enim quid attinet loqui? qui nec reſponſa dare vult, nec admittere qui verba faciat qui in omnibus Cæſari inſeruit. At dominus Simeon bilinguis, nunc quidem ſic, nunc aliter varians: niſi quòd iterum contulimus ſermonem, & veritatem minimè diſsimulauimus, & parum quidem emollitur. cæterùm idem manet, illa quærens & ſentiens quæ omninò grata ſint rerum potentibus. Cùm autem egrederetur pius dominus noſter; iterum ſcripſimus, ipſo ſic volente, nec tamen in conſpectum venire nos voluit. Manemus autem nos peccatores, ſi vigilaut preces veſtræ, eodem in ſtatu, nolẽtes prodere veritatem, nec attingere illorum communionẽ, etiam ſi impendeat exilium, & fulgeat gladius, & ignis accendatur, &c. addit preces & ſalutationes Archiepiſcopi, Calogeri, & Abbatis Leontij.

XXI. NICEPHORI EXPEDITIO ADVERSVS BVLGAROS.

Quod autem pertinet ad Nicephorum Imperatorem cum filio in caſtris exiſtentem, quæ ipſos occaſio progredi fecerit, Theophanes ita narrat: Eodem anno ante ſolemnitatem Paſchæ Crumnus Bulgarorum Dux acie cõtra Sardicam directâ, dolo hanc cepit. ex milităs autem Romanis interfecit ſex millia abſque multitudine priuatorum. Nicephorus autem aduerſus eum tertiâ feriâ hebdomadæ ſalutaris Paſſionis egreſſus dignum quidem ſermone nihil geſſit. Hos autem Principes, qui de cæde Bulgarica ſaluati verbum ſalutis depoſcunt, cùm dare dedignatus fuiſſet, amiſit, inter quos erat & Cumatius Spatharius, mechanicæ artis expertus. At Nicephorus multo dedecore iuratorijs factis regia vrbi perſuadere ſatagebat, vt crederent, quòd feſtiuitatem Paſchæ in aula Crumni celebrauerit. hæc de expeditione hoc anno ab eo Paſchali tempore inutiliter auſpicata. Subdit auctor de cædibus & exilijs ab eodem hoc anno mandatis: cùm tumultuantem populum repreſſit, quod pati nollet recèns impoſitum vectigal ob reſtaurationem Sardicæ ciuitatis.

XXII. Cùm autem intereà magis magiſque perſeueraret auerſio Nicephori Patriarchæ aduerſus Theodorum, Platonem, atque Ioſephum Archiepiſcopum Theſſalonicæ, & alios eiuſdem ſententiæ viros, eoſdemque apertè ſchiſmaticos appellaret: ad tantam diluendam calumniam ipſe Theodorus iſtam ad ipſum Patriarcham epiſtolam ſcripſit, Apologiam inſtituens, vt ſe ſuoſque tantâ calumnia liberaret. ſic enim ſe habet [b].

[b] *Theod. l. 1. epiſt. 25. ex Cod. Colum.*

Tamquam velo quodam vtentes tenui epiſtolâ noſtrâ, Angelis beatitudinis tuæ reuerentiæ, ſiſtimus nos ipſos ſacratiſſimo cum culmini, neceſſitate cogente. Iam enim renunciatum nobis eſt à Leone conſeruo & diſcipulo noſtro, quemadmodum ad venerandam tuã adorationem admiſſus, aliena quadam, nobiſq; abominanda ex ea audierit: Apoſchita, inquit, ſchiſmatici ſcilicèt vos eſtis ab Eccleſia. Quis ergo poterat, beatiſsime, animam noſtram ob hãc cauſam non contriſtari? quomodo non reſpondere ſanctitati tuæ, nec ſilentio accuſationem confirmare? Ego verò ante reſponſionem, cum reuerentia hoc repræſento: Non oportere cuilibet aures temerè dare qui aliquid velit contra quempiam loqui. Num enim lex veſtra (inquit) hominem iudicat, priuſquàm illum audierit, & cognoſcat quid faciat? Sic & beatitudo tua, cùm triſte iſtud & acerbum de nobis audiſſet. Quidnam enim malum grauius eſſe queat, quam vt ab Eccleſia ſeparetur, & Archipaſtorem ouis amittat, ſiue compaſtorem? Eſt enim etiam nobis peccatoribus quamuis immeritò, & vnctio à Deo & nomen paſtoris. Debuit, dicere audeo, diſcutere, arguere, quà priuatim, quà publicè, iuxta traditam à Domino [c], inter te & ipſum ſolum, aut inter duos, diſciplinam: atque ita ſi perſiſteret, ſicut ipſe ait, ſit tibi tamquam Ethnicus & Publicanus. Nos verò hactenùs, neque per internuntium, neque coràm tale quicquam à ſancta anima tua, vel audiuimus, vel moniti ſumus, vt ſic inferretur condemnatio. Conſideret perfectio tua, num iure moleſtum id filijs tuis acciderit.

[c] *Matt. 18.*

XXIII. *Nunc autem pergimus ad purgationem coram Deo qui omnia cernit, & coram Archipræſulatu tuo verba facturi. Non ſumus Apoſchitæ,* id eſt, ſegregati, nempe ſchiſmatici, *ô ſanctum caput, ab Eccleſia Dei, abſit vt id vmquam nobis eueniat. Sed quamlibet alijs peccatis obnoxij teneamur, ſumus attamen Orthodoxi, & Eccleſiæ Catholicæ alumni, hæreſim omnem repudiantes, omnemq; Vniuerſalem, aut Localem Synodum approbatam recipientes, necnon editas ab illis canonicas conſtitutiones. Neque enim perfectum eſſe Orthodoxum ſed dimidiatum, qui fidem quidem rectam habere videatur, diuinis verò canonibus non regatur. Beatitudinem tuam quando promota fuit, ſuſcepimus, quemadmodum palam et teſtati ſumus. Et ex eo tempore in hunc vſque diem, in Myſtagogia, ipſo Miſſæ ſacrificio commemoramus. Et ſicut teſtis eſt Deus, ſi illo die communicare nos voluiſſet, communicaſſemus planè cum ipſa, nihil diſcernentes; cum deſideranda nobis fuerit ab initio.*

De Oeconomo autem, cuius cauſa hæc iactantur, quem veritas ipſa depoſuit, multis canonibus obnoxium, cùm vel ante apertum adulterium, cùm mœcharetur in varijs perſonis præcedens Imperator, non ſolùm ſacrificauit ipſe, & communionem impertiuit, & vnà epulatus ſit, ſed partem etiam cum eo poſuerit, vnde & promptus extitit ad publicam incontinentiam, Deum contemnens & diuina iudicia. Atque vt manifeſtius fiat, quod dicimus, non docendi ſtudio, abſit, ſed renouandæ memoriæ gratiâ, ipſam ſi placet, quæ dum coronantur ſponſi, vſurpatur, Myſtagogiam ſacram reſumat & perſpiciet, quantam hic conijcere liceat Spiritus ſancti indignationem in tantis contradictionibus. Omnino enim quæcumque ſacerdos pronuntiat, ea impleturum ſe promittit Deus, iuxta magnum Dionyſium. Propterea ergo rogamus perfectionem tuam, vt depoſitum à canonibus, & à prædeceſſore ſanctitatis tuæ prohibitum totis nouem annis, præter rationem ingreſſum, ceſſare iubeas à ſacerdotio.

XXIV. *Nunc ſiquidem humile os noſtrum aperuimus, quando vocati fuimus. Cùm enim factus eſt conuentus ille paruus (& neſcio quo nomine appellem) ex carcere per idem tempus redieram: cumq; viderem eos eſſe congregatos, qui adulterium antè ſuſceperant, & adulteri copulationem complexi fuerant: venit mihi in mentem illius dicti Prophetici: [d] Sapiens in illo tempore ſilebit, quando tempus malum eſt. Sed cùm dicat idem: [e] Tacui, num ſemper tacebo? propterea tempore congruente calumniâ preſſus hæc tandem protuli: quin quantum in me fuit, omni ratione caui duobus his annis, ne res in apertum prodiret, illud*

[d] *Eccl. 20.*
[e] *Iſa. 42.*

mecum

mecum voluens, quandoquidem Epiſcopi dignitate præditus non eſſem, vt arguendi habeam poteſtatem. ſufficere ſi me ipſe cuſtodiam, & non participem illius communioni, eorumq́; qui ſcientes cum eo ſacra faciunt, quo ad ſcandalum de medio tollatur.

Hoc igitur oramus & obteſtamur, vt perſuadere ſibi ſinat ſancta anima tua, iſtum hominem coerceri, ne vituperetur inculpabilis ſanctitas tua, ne polluatur diuinum altare depoſiti hominis miniſterio, ne denique oriantur iuſta ſchiſmatum occaſiones. Vere enim & ſincere hoc ſciat beatitudo tua, quòd niſi hæc ita fiant, Deum amantis anima tua nutu, & piiſſimorum ac triumphatorum Imperatorum noſtrorum (zelo ſiquidem pleni ſunt, de nobis quidem pro mandato pugnantibus quid futurum ſit, Deus nouit) ſchiſma quidem, Deo teſte, electiſq́; Angelis, magnum fiet in Eccleſia noſtra. Sed miſerere, paſtor bone, ſed adiuua perite medice gregem tuum, oues tuas, Eccleſias tuas ſapientiæ tuæ modis, prudentiæ tuæ verbis, remedijs artis tuæ. Ouem vnam exclude à ſolo ſacrificio, & vniuerſas lucrare. Et ne vnius ſcabie Eccleſiam infice, quam acquiſiuit Chriſtus & Deus noſter ſanguine ſuo. hæc ad Patriarcham Theodorus.

XXV. Accidit autem vt cùm hæc de Theodoro ac ſocijs extra Conſtantinopolim progreſſa, Romam vſque perlata audita eſſent, nempe Theodorum cum ſuis, facto ſchiſmate, ſeorſum agere, nec cum Patriarcha communicare: ipſius namque Patriarchæ litteris id innotuiſſe Pontifici, par eſt credere: à quo cùm in deteriorem partem accepta iſta fuerint, factum eſt vt Romæ ijs diuulgatis Theodorus tam ab ipſo quàm ab alijs ſchiſmaticus haberetur: cuius rei cauſa Baſilius Abbas monaſterij S. Sabæ Romæ exiſtentis, licèt intimâ eſſet cum eo germanitate coniunctus, tamen ſeſe ab ipſius Theodori cõmunicatione ſubduxerit, ſignificans ſe in ipſum ſchiſmaticum ab Eccleſia ſeparatum (vt par erat) dicere anathema. Verùm cupiens amicum ad vnitatem Eccleſiæ reuocare, non deſeruit eum extra Eccleſiam eſſe (vt putabat) in ſchiſmate, ſed ſcribens ad eum litteras, & munera quoque addidit, quo eum à ſchiſmate, quo putabat reuerà teneri, penitus liberaret. Quas vbi Theodorus accepit, ingenti dolore perculſus reſcribens, tum de ipſo, tum etiam de Leone Papa conqueritur. Iſta quidem ipſe tunc vehementi animi angore turbatus paulò licentiùs. Poſteà verò æquanimior redditus longè diuerſas ad ipſum Leonem litteras ſcripſit, quas ſuo loco reddituri ſumus: nunc autem iſta audi quæ ad ipſum Baſilium Theodorus amaro animo tunc reſcripſit[a].

[a] Theod. li. 1. epiſt. 18. ex Cod. Colu.

XXVI. EPIST. THEODORI AD BASILIVM ABBATEM ROMÆ EXISTENTEM.

Accepimus litteras tuæ fraternæ caritatis, miratiq́; ſumus eius repentinam mutationem. Prioribus ſiquidem verbis (vt cætera ſileam) quæ ad rem minùs neceſſaria, Ioſephum Oeconomum accuſabas, vt qui perperam ſit ingreſſus in Eccleſiam: poſterioribus innocentem planè oſtendebas: & quem eumdem in eadem re nunc laudas, nunc vituperas. Quod à quodam Sanctorum dictum eſt, ſcire debuiſti. Sed pro nihilo id habeatur, quamuis aperta ſit contradictio. Quale verò illud eſt, quod adeò inconſideratè prouectus es, vt priuſquàm examinares & exactè cognoſceres, aduerſus humilitatem noſtram pronuntiaueris diſceſſionem ab Eccleſia noſtra, ac proindè anathematiſmum? Attende tibi ipſi, ait [b] ſcriptura, & priuſquàm interroges, ne vituperes: & primùm cognoſce, tum corripe. Tu verò nihil horum obſeruans, nec cogitans, poſſe & nos ex ratione agere ac loqui: ſic tamquam imperitos ac rationis expertes, tamquam vitæ monaſticæ tyrones ac diſcipulos increpaſti: nec hoc ſolum, ſed duriùs obiurgaſti. Atque vtinam hoc ſolùm egiſſes, quin etiam anathemati ſubiecisti. O res humanas! & quomodo maior tibi cura non fuit amicitiæ cura conſeruandi? Hæc enim ſi ſanctè coleret reuerentia tua: numquam ſic ex abrupto tenuitatem noſtram proſcidiſſet. Verùm his nos digni ſumus: nec mirandum, ſi ab amicitia etiam tua laceſſimur. Cæterum qui ſimus, Deo quidem innotuimus: æquum autem & prudentiæ tuæ, quandoquidem offenditur & ſcandalizatur, aperire.

[b] Eccl. 11.

XXVII. *Non ſumus Apoſchitæ, ò mirande, ab Eccleſia Dei. Abſit vt nobis hoc eueniat. Sed quamuis alijs peccatis plurimis obſtricti ſimus, attamen vnius cum illa corporis ſumus, eiuſq́; alumni & diuinorum documentorum; & canones eius & conſtitutiones ſeruare cupimus. Turbare autem, & ab illis ſeiungi, quæ maculam reuerà nullam habet, neque rugam, tum in fidei ratione, tum in canonum ſanctione ab omni æuo vſque ad noſtram memoriam, eorum eſt, quorum fides tranſuerſum agitur & vita exlex & ſine regula, quorum ex numero Ioſeph ille qui adulterum coronauit, & qui cum eo tamquam innoxio offerre non dubitant, quiq́; adeò illum defendunt, vt ſine culpa ſacrificantem. Quomodo enim ſic canonicè ad nos ſcribit pietas tua, canones ignorat, & quod iuxta illos depoſitus vir fuerit? Nam ſi in bigami nuptijs epulari presbyterum vetant: quod ius in eum qui bigamum coronat? Et quidem in adulterinis nuptijs triginta totos dies conuiuari? Quid, quod pernicioſius eſt, etiam coronare eum, qui ex Domini ſententia ſit adulter? ſacras in coniugio preces recitare adulterij copulatorem, & diuinam gratiam impiè pro impio inuocare? Execrandum profectò, iuxta magnum Dionyſium, Deo eſt, profanumq́; qui hæc facit. Superuacaneum fuerit alios in eum canones proferre. Quod verò ex quo depoſitus ab altero Patriarcha fuit, nouem annorum ſpacium exegerit, & canon niſi intra annum abſoluatur, abſolui poſteà quemquam vetat, quo loco reponemus? At obijcitur prorſus, abſolutum fuiſſe. Verum ſi ſolutus fuerat, cur non ſacrificabat? & ſi ſolutus erat, cur abſolui à Synodo petijt? planum enim eſt, ſolutionem ab eo peti qui vinctus ſit, non qui ſolutus. Quare hîc etiam in ſeipſum impegit, contra veritatem erigi volens. Sacrorum enim profanatio eſt, frater, iſtum ſacris operari, canonumq́; magna perturbatio talia negligere. Quid enim eſt, quod ait Chryſoſtomus, periculo non vacare, ſi in ſacerdotem non inquiratur, non de fide (vt malè cenſes) ſed de vita integritate? Interrogare quidem & excutere vnumquemque, quomodo ſe habeat, nil eſt opus: gratia enim etiam ſuper indignum per eos qui accedunt, deſcendit. In ijs autem qui manifeſtò rei ſunt, qualis eſt Ioſeph, & quidem magni ſceleris quod in oculis omnium commiſit, vetitas à Domino nuptias copulans, ipſoq́; adultero manifeſtior, dum eum coniunxit, quandoquidem hæc non diſcrepant, iuxta Theologum, diſſimulare perſpicua eſt proditio veritatis & canonum corruptela.*

XXVIII. *An neſcit beneuolentia tua, Deum ipſum vindicem fuiſſe, quando non inſurrexit qui Eccleſiam tunc gubernabat, vt Samueli quondam accidit erga inſanum Saulem? iuniorisq́; Herodis, quod ad modum adulterij ſpectat, Regnum euertiſſe: idem enim Herodis illius flagitium fuit, qui à populo ſuo pulſus eſt & occiſus. quippe qui Aretæ Regis filiam, legitimam coniugem dimiſit, iniuſtè ſibi copulans Philippi fratris Herodiadem. Quod ſi hæc vindicare non conuenit: errauit caritatis tuæ iudicio Ioannes (quod temerarium eſt affirmare) cum Herodem reprehendit, mortemq́; oppetijt ob reprehenſionem. Errauit & Chryſoſtomus, cum pro viduæ agro validum certamen inſtituit. Pro bono enim ([c] inquit) audet quiſpiam mori, vt non commemorem ſimiles alias Sanctorum pro ſimilibus contentiones. An rurſus ignorat reuerentia tua, cùm duabus ex rebus conſtet Chriſtianiſmus, fide & operibus, ſi alterum deſit,*

[c] Rom. 5.

alterum

alterum non prodeſſe? Æmuletur itaque, rogamus, diuina. Primùm quidem vt communis patris filius excitetur pariter ad honeſta; deinde vt à beato Saba eruditus, accuratam non ſolùm fidei, ſed etiam canonum rationem amplectatur: deinde germanus cum ſit, fraternam, eamdemque nobiſcum ſententiam teneat: hortamurque, propriam ſedem ſeruet, ne quo pacto inde claudicemus circa præcipua. Ignoſce fraternè monentibus, ſicut & nos tibi: neque oportet nos monitos indignari. Ne igitur ſuccenſeat reuerentia tua, ſed ad caritatem potius accendatur, & talia ſcribat quotieſcumque volet. Nullum enim damnum aliud capiemus, quàm vt ſecuriùs viuamus.

XXIX. His igitur à Theodoro cum ingenti animi amaritudine ſcriptis, eodem impetu in Pontificem ipſum, de quo falſa audierat, mouet ſtylum, quo nõ ratio, ſed dolor impellit. Paſſi ſunt interdum inſtar ſolis & Sancti deliquium: ſed ſicut ille paulò pòſt priſtino radiorum fulgore mundo reſplendet, ſic accidit Theodoro. Nam quem atræ bilis nube ad momentum paſſum eclipſim intelligis, paulò pòſt clarioribus intueberis radijs coruſcare, ex epiſtola quam ſcripſit ad ipſum Leonem Romanum Pontificem, quam ſuo loco reddituri ſumus inferius. Sed audi modò, quæ obiter ſuggeſſit ingens, quam diximus, animi quâ tenebatur amaritudo.

De Papa autem, inquit, *quid ad nos, hoc agat, an illud? qui proprijs (ignoſce) captus eſt alis, vt dicitur. Cùm enim de manifeſtis ſacerdotij delictis nihil curare dixit, non qualemcumque ſacerdotem, ſed caput Eccleſiæ ita deriſit, & aſpernatus eſt, vt vel audire nos pudeat. Quod ſi id verum eſt, ô Hierarchiam? Ceterùm prudenter & ſobriè, quæſo, moueamus linguam aduerſus capita, & ne adeò acriter pronuntiemus.*

XXX. *Si verò dicturi ſunt homines, vt ſcribis, nos cum ab hoc Patriarcha non excidiſſemus, ad aliud argumentum verſos fuiſſe: ne curet reuerentia tua; nouit Deus motionem primam & ſecundam; ſed & tertiam ipſe probabit, ipſe redarguet, ipſe repræſentabit formidando tribunali, reddēs ipſe, prout tractauerimus & egerimus. Illud enim:* [a] *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem; non à nobis peccatoribus dictum eſt. Nos ergo & ſanctiſſimi Patriarchæ mentionem facimus (vt conuenit) in Myſtagogia, ſicut & piorum Imperatorum noſtrorum, & cum omni ſacerdote inculpato communicare non detrectamus. Scripſimus & ad ipſum Patriarcham, quod & pij Imperatores noſtri ſciunt, nos in nulla re diſcrepare, præterquàm de Ioſepho. & ſimul ac depulſus fuerit ſacerdotio, cum ipſo ſtatim communicaturos. Etenim deſiderabilem nobis virum eſſe, non ſolùm quod caput ſit Eccleſiæ noſtræ, ſed quia iam olim reuerendus nobis erat, & ſingula vitæ ipſius bona laudare non ceſſamus. Si verò contingat, quod & ipſe quoque zelum accipiat.*

[a] Gal. 1.

XXXI. *Mitto enim de ſanctis Epiſcopis dicere, de præpoſitis & monachis, deque laicorum multitudine: quid tum dicet reuerentia tua? Quæro ſcito Eccleſiæ ſchiſma nullum eſſe, ſed veritatis defenſionem, diuinorumque canonum victoriam. Alterum verò illud, quod aſſerit caritas tua, veritatis infractionem & canonum euerſionem eſſe; ac tibi illud dici rectè poſſe:* [b] *Sacerdotes legem meam ſpernebant, & profanabant ſanctuaria mea, propterea & ſancta non diſtinguebant, ſed erant illis communia omnia. Nullam enim maculam habere aut rugam (vt iterum dicam) ſic intelligendum, quòd non recipiat impia dogmata, nec auſus illicitos & canonibus contrarios, neque adeò conſentiat ijs qui vetita ipſi committunt, vt quodam loco ait diuinus Baſilius, de quibus &* [c] *Paulus, nec edere cum talibus permittens. Etenim ab Apoſtolis & deinceps multa perſæpe in eam hæreſes irruerunt, & flagitia illicita, canonibus aduerſa fuerunt, ſicut nunc ſunt: illa tamen (quemadmodum dictum eſt) ſine ſchiſmate & macula manſit, & per manet in æternum, ſubtractis & eiectis ab ea malè ſentientibus, maleque agentibus, tanquam fluctibus ab inconcuſſo maximo ſaxo repulſis.*

[b] Ezec. 22.

[c] 1. Cor. 5.

XXXII. *Ad nos igitur redeamus, frater, & veritatis lucem, ſacrorumque canonum aſpiciamus, quemadmodum dogmata tenere videmur, nos potiſſimum, qui monachos agimus, & aliquid eſſe exiſtimamur.* [d] *Si enim lumen quod in nobis tenebræ ſunt: tenebræ quantæ erunt? Et ſi ſal* [e] *infatuatum fuerit, in quo ſalientur laici? Arbitramur te (idque precamur) eorum quæ ibi ſunt, ſeruatorem fore, & lumen & lucernam perfectionis ac pietatis, non omnia te omnibus exhibendo, ſed virtutis excellentiâ, vitâ ex canonum lege actâ ſanctâque conuerſatione & æquo animo fer fratris tui admonitionem ex caritate profectam, ſtudioque veritatis, & diuino iudicio. Plura dicere animus deſiderabat, ſed epiſtolæ prolixitas finem facere coegit. Accepimus eulogiam tuam prædiuitem, & curam quam geris de humili monaſterio: argumentum quod parcas, & labores pro eo. Labor tuus magnus, ſed Dominus tibi retribuat, quæ deſideras, virtutum incrementum, & perennium ipſius bonorum fruitionem.* hactenùs ad Baſilium Theodorus. Quę autem poſt hęc geſta fuerint, anno ſequen, ſuo loco dicentur. In qua epiſtola dum legiſti Theodorum in Romanum Pontificem oblocutum: planè intellexiſti quàm verum ſit quod dicebat Theologus, perdifficile eſſe modum tenere in litigando ac diſſerendo; dum quis ſe iuſtitiæ defenſorem exhibens, quemque obuium aduerſarium putans, impetu quo fertur, ferit, impellit, & vrget: vt hic vidimus factum à viro magni nominis Theodoro in Leonem Papam plus ęquo commotum. Sed quieſce modò: auditurus eris inferiùs illum longè aliter de eo ſentientem atque loquentem.

[d] Matt. 6.

[e] Matt. 5.

XXXIII. Quod rurſus ad Orientales res pertinet: hoc eodem anno mortuo Rege Sarracenorum Aaron, de quo ſuperius mentio facta eſt, eius filij Mauhmat & Habdalla de primatu Regni certantes, non inter ſe ſolùm cuncta cæde miſcentes, ſed Chriſtianos cædibus, incendijs, rapinis infeſtantes, magnorum malorum cauſa fuère. *Ac per hoc Eccleſiæ* (inquit Theophanes) *quæ in ſancta Dei noſtri erant ciuitate, deſerta facta ſunt, & monaſteria duarum magnarum Laurarum, ſanctæ videlicet memoriæ Charitonis & Cyriaci, atque Sabæ, necnon & reliqua Sanctorum cœnobia Euthymij & Theodoſij, quæ erant in deſerto Palæſtinæ, pariter monachis deſtituta fuere.* hæc ipſe.

MORTVO AARON REGE SARRACENORVM, DVO FILII BELLO CIVILI PVGNANT.

Quod verò ad res pertinet Occidentales anni huius, illud accidit memoriâ dignum, quod in Annalibus quibuslibet Francorum præſertim veteribus ſcriptum fideliter reperitur, Regem nimirum Nordanhumbrorum à ſuis è Regno pulſum, per Legatum Apoſtolicæ Sedis, & Caroli Imp. in Regnum fuiſſe reſtitutum. In Annalibus enim Francorum ſub Ludouico Caroli Magni filio ſcriptis hæc leguntur: *Intereà Rex* * *Nordhumbrorum de Britannia inſula veniens nomine Ardulf, Regno & patriâ pulſus, ad Imperatorem dum adhuc Nouiomagi moraretur, venit. Et patefacto aduentus ſui negocio, Romam proficiſcitur, Romaque rediens, per Legatos Romani Pontificis & domini Imperatoris in Regnum ſuum reducitur. Præerat eo tempore Romanæ Eccleſiæ Leo tertius, cuius Legatus in Britanniam directus eſt* * *Adolſus diaconus, de ipſa Britannia Saxo, & cum ipſo miſſi ab Imperatore duo Abbates Rathfridus Notarius, & Nazarius Abbas de ſancto* * *Othmano.* hæc ibi.

REX NORDANHVMBRORVM PVLSVS E REGNO RESTITVTVS PER LEONEM PAP. ET CAROLVM IMP.

* Nordanhumbrorum

* Aldulfus

* Audomaro

XXXIV. Sequuta eſt abſque obſtaculo eius in Regnum reſtitutio, nefas omnes ducentes, non parere Romano Pontifici, atque tanto Imperatori reſiſtere. Porrò cœpta ſunt iſta hoc anno ſequenti perfecta, cùm & reuerſurus Romam Adolſus Apoſtolicæ

Sedis

Sedis Legatus à piratis eſt captus, ſed redemptus à Cenulpho Rege, vt ijdem Annales teſtantur.

Vidiſti in his Romani Pontificis auctoritatem factis expreſſam? Quod enim non ſatis ſibi ſuppetere iuris intelligeret Imperator, Regem eiectum in Regnum priſtinum reſtituere: ab ipſo Pontifice Romano id præſtari poſſe ſciens, dimittit ipſum Regem Regno priuatũ Romam ad Leonem Pontificem, cuius auctoritate reſtituatur in Regnum. Vidiſti pariter quantum Papæ detulerint Angli, licèt furore perciti, & regnandi cupidine inflammati, vt expulſum à ſe Regem eum reſtitutum auctoritate Pontificis recipere non detrectarint, ſed ſtatim paruerint? ſed de his ſatis.

IESV CHRISTI
Annus 809.

Leonis Pap. III. Annus 14. | Caroli Magni 9. Nicephori 8. Impp.

I. Qvibicis pacis immissi.

SEQVITVR annus Redemptoris octingentesimus nonus ſecundæ inchoatæ Indictionis, idemque tertius numeratus, ex quo reſtituto Ioſepho Oeconomo Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, Theodorus Studita cum ſuis à communione Nicephori Patriarchæ abſtinuit: cùm & ab eodem Patriarcha Synodus ea de cauſa celebrata eſt, & ipſe Theodorus alijque ipſi inhærentes, in exilium C miſſi ſunt. De his ſingulis narrationem ex rerum ordine inſtituturi, primo loco eiuſdem Theodori hoc anno tertio à receptione Oeconomi datam epiſtolam ad Nicolaum Chartularium deſcribemus: deinde agemus de Synodo aduerſus eoſdem habita, deque ſanctorum exilio poſtremo loco dicturi ſumus.

Quod enim magis magiſq; increbuiſſent perturbationes ex ſeparatione Theodori & aliorum à communicatione Nicephori; & alij alia dicerent, iactarentque alij, neque Theodorum quieturum fore, etiamſi receptus profanus Ioſephus eijciatur, ſed contra Nicephorum Patriarcham denuò prælium conuerſurum, immò & contra defunctum D prædeceſſorem Taraſium æquè bellum inſtituturum: cùm iſta reſciſſet Theodorus ipſe ad amouendam omnem hanc inani ſtudio concitatam ſuſpicionem, ad Nicolaum Chartularium reddit epiſtolam, qua in primis ſignificat quàm maximè oportet pacem Eccleſiæ, quamque ſit erga Nicephorum Patriarcham benè affectus. ipſa autem epiſtola ſic ſe habet [a].

[a] Theodo. Stud. li. 1. ep. 32. Cod. Colum.

Nicolao Chartulario.

II. *Suſpicabar quodammodò magnam pietatem tuam, domine deſideratiſſime, alieniore animo eſſe ab humilitate noſtra ob cauſa aliquas interuenientes. Sed reuerà hoc tempore oſtendiſti, vacuam omni odio eſſe venerandam animam tuam, plenamq; adeò omni pietate, quãdo te prõptum ac paratum docuiſti, vt pacis Eccleſiæ Dei ſtudio ſtatim ac primum hortati ſumus, applicares te ad coniunctionem ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri. Hoc indicium ſinceræ amicitiæ: hoc proprium hominis Deum timentis: hæc aperta fides zeli veritatis. Itaque retribuet tibi Dominus, tametſi nihil fiat, integram iuſtitiæ mercedem. Non enim ex rerum exitu, ſed ab earum intentione, ſeu laudabilis, ſeu ſecus, ſolet Deus præmia decernere facientibus. Lucratus ergo es temporis punćto non aurum & argentum, ſed iuges theſauros cæleſtis retributionis. Oramus autem & hortamur amplius, vt pergas in cœpto, vt tu quidem theſaurum prædiuitem acquiras, & nos humiles Patriarchæ conſpectu fruamur, aut potiùs vt Eccleſia Dei tuâ operâ* A *pacem adepta, multas tibi laudum coronas nectat. Et quorſum plura?*

Quoniam autem iuſſiſti ſignificare nos, quid ſentiat humilitas noſtra: iam ſine fuco excellentia tua coram Chriſto, qui occulta nouit, ſignificamus. Nulla nobis eſt cum Patriarcha de communione dubitatio præterquàm Oeconomi cauſa, eò quòd depoſitus ſit per ſacros canones. Et quandò prohibebitur à ſacro miniſterio, ſicut antè, Dei beneplacito, & ſanctiſſimi Patriarchæ, piorumq; dominorum noſtrorum; nimirum quia Oeconomus eſt & honorem gerit, tum protinùs & ſimul ſacrificabimus & cõmunicabimus, & manum porrigemus, nihil inquirentes de triennio hoc quo cum eo ſacris operatus eſt, pacis ſtudio: neque id metu aliquo, ſed communis vtilitatis & ſalutis B *gratiâ. Sileant enim linguæ mendaces aduerſus Dei pacem incitatæ, vt dicant, nos poſtquam deiectus ſacerdotio fuerit Oeconomus, accuſationem aggreſſuros Patriarchæ noſtri, vt qui cum depoſito iam ſacrificauit, deinde etiam deceſſoris ſanctiſſimi Patriarchæ. Labia doloſa quæ hæc loquuntur, calumniatorum, inuidorumq; inuentum, & qui ſanari nolint inflictum vulnus Eccleſiæ. Nullo modo, Abſit: Et Patriarcham qui præceſſit, ſuſcepimus & ſuſcipimus, ideoq; ad mortem vſque cum eo communicauimus: & ſanctiſſimum, qui nunc eſt, Patriarcham ſuſcepimus, & ſuſcipimus: pro eo etiam offerimus quotidie.* III.

IV. *Arceatur à ſacris Oeconomus, qui adulterum coronauit, & nos (vt antè diximus) iam eo communicabimus, ſi iubet, in Eccleſia Catholica, iuxta gradum noſtrum vnuſ-* C *quiſque. Quod quidem ſi fiat, gaudium in cælo fuerit, pax in Eccleſia Dei, quæ apud nos eſt. Cedet ſchiſma, & concordia palam eniteſcet, Archiepiſcopus noſter laudibus ornabitur, adeò vt ad poſteros tranſeat eius encomium: potentiſſimi Imperatores vnà cum pretioſis infulis ſuis Angelicâ etiam laude coronabuntur. Sacerdotes [b] induent iuſtitiam, multoq; magis ſancti (monachicum ordinem loquor) cum exultatione exultabunt. Dominus noſter quod & quale brauium accipiet? Quid iucundi non accedat? Dicamus & hoc: Oeconomus ipſe celebrabitur, & laudibus efferetur; magnamq; hoc pacto miſericordiam conſequetur tum in hoc, tum in futuro ſæculo. Et nos peccatores ſubſtrati, & adorantes, & gratias agentes re ac verbo, congruentia Archiepiſcopo præ omnibus (vt debe-* D *mus) deferemus. Ad horum autem faciendam fidem, ſcriptam declarationem prolixam offerimus, vt niſi poſtquã à ſacrificio ceſſarit, ſicut antea, confeſtim accedamus & communicemus. Sit in manu veſtra ſententia, ſi quid vultis; & nobis loqui amplius non liceat de hoc negocio. Et ecce non Angelus, non homo, ſed Dominus ipſe, qui ad ſuper nos tranſit, & impellit & hortatur.* hæc filius pacis, & pacem quærens, pacem petens, & nidificans in pace columba.

[b] Pſal. 131.

V. Verùm cum iſta Theodorus ſcripſerit, nullum de his reſponſum accepit, ſed congregatum eſt ab Imperatore conciliabulum, in quo vnà cum Epiſcopis conſiderent magiſtratus, omnia in gratiam Imperatoris facientes, vt planè non fuerit dicen- E dum Concilium in Spiritu ſancto legitimè congregatum, ſed proditorum carnificina. quam quidem & alio infami nomine idem Theodorus in epiſtola ad Euprepianũ appellat mœchoſynodum. Sed iam accipe quid de eo idem dicat Theodorus in hiſtoria quam texuit de ſancto Platone: *Poſtremò (vt ſummatim rem perſtringam) fratrum ſocietas notitia abrepta eſt, & in carcere concluſa. Quo facto, Synodi conſtitutus eſt dies, in quo vir ille ſanctiſſimus Plato à militari manu vnà cum tribus alijs, velut maleficus quiſpiã, ad ipſam Synodum ductus fuit. Miſerabile certè ſpectaculum, ſenem videre propter imbecillitatem ingredi non valentem, ſublatum portari catenâ vinctũ, quâ ipſius pedes circumdabantur, & ab alijs humeris in alios, velut piacu-*

Synodvs Constantinopoli contra Theodorvm et eivs socios dicta mœchosynodvs.

lum qua-

lum quoddam indecorâ traiectione tranſmitti. Hei mihi: hæcne fuit ordinationis Synodi congruentis ratio? Hæcne Imperij exiſtimatio? Quaſi quæ in re ſunt hæc illis inferiora, quæ latrocinantium inſidijs, & tyrannicè imperantium violentia olim patrata ſunt? Hæc de Synodi ordinatione Theodorus. qui & in epiſtola ad Athanaſium* *numeroſam* hâc Synodum appellat, *in qua*, inquit, *tres maximè dignitates conſidebant.* in eadem verò epiſtola plura intexit, quæ in hac etiam Synodo facta ſunt, quæ audies cùm infernis hoc itidem anno reddituri ſumus. Intelligis quàm procul à faſtu Theodorus abhorruerit, cum alieoa, nempe S. Platonis certamina deſcribens & coronas retexês, de ſe ipſo verbum nullum inſeruit, licet eſſet omnium coryphæus & Confeſſorum antelignanus.

*Theod. epi. 48.

VI. Tempus Synodi.

Quod autem ad Synodi tempus ſpectat, vt hoc non prætereat, hoc anno menſe Ianuarij Indictione ſecunda habitam eſſe Theophanes tradit, cùm de ipſa hæc ait: *Tunc Nicephorus Imp. occaſione petreptâ, cùm Epiſcopos & Egumenes congregaſſet, Synodum aduerſus illos celebrari præcepit, per quam à monaſterio & vrbe deiecti exilio ſunt deſtinati, menſe Ianuario, Indictione ſecundâ.* hæc Theophanes.

Decreta pſeudoſynodi.

Sed quæ in hac pſeudoſynodo ſtatuta fuerint, videamus, & qui potuerint eſſe canones talis conuentus. Recenſet eos ipſe Theodorus epiſtolâ quã ab exilio ſcripſit ad Leonem Romanum Pontificem, quam ſuo loco reddituri ſumus, necnon in epiſtola ad Euprepianum. Porrò eiuſdem conuenticuli decreta iſta fuêre. Primumque illud, quo anathemati ſubijcerent omnes, qui ipſorum errori non adhæreſcerent, quo (inquit Theodorus) canone vniuerſam Catholicam Eccleſiam condemnarunt.

VII.

Decretumque inſuper fuit, vt coniugium Conſtantini cum Theodote, viuente adhuc legitimâ coniuge, quam detruſerat in monaſterium, ex diſpenſatione dici deberet legitimum. Ad hæc etiam addiderunt decretum illud nefarium planè & pudendum, nẽpe leges diuinas aduerſus Reges nihil poſſe. Haud dubiũ fuiſſe liquet iſtam Imperatoris ſententiam. Ad hæc illud adiecêre: Ne qui pro veritate ac iuſtitia vſq; ad ſanguinem reſtitiſſent, eos Præcurſorem, vel Chryſoſtomum imitatos dicerent. Præter hæc etiam turpe illud: Epiſcoporum vnumquemque in ſacros canones præter ea, quæ in illis ſtatuta ſunt diſpenſando poteſtatem habere, pronuntiarunt: hæc recitat Theodorus ab Imperatoria iſta Synodo fuiſſe decreta Nouatoribus cõgruentia, qui tanto legiſlatore, Nicephoro ſceleſtiſſimo glorientur, vt volent. Sed quæ tam fœda & enormia iſta decreta ſunt ſequuta triſtia atq; crudelia illata in ſeruos Dei ab Imperatore audiamus, atque primùm, quæ de ſanctiſſimo ſene Platone ipſe referat Theodorus, qui ait:

VIII. Perſecutio aduerſus ſanctos monachos.

Sed vt quæ in medio ſunt, ea velut ludicra quadã prætermittam (illa enim hiſtoriæ modum implere poſſunt) exilium iam decretum fuit, & pater ipſe circumſcriptus eſt in vna quadam inſula ex his quæ ante vrbem ſunt, quẽadmodum & frater noſter, Ioſephus Archiepiſcopus Theſſalonicæ *in alia quadam valdè aſpera, & munita quodam carcere ad exilium accedente. O rerum mutationem! Monachis ipſis humaniores extiterant hi qui communi vita vtuntur, & priuati homines veriti nõ ſunt iuſtum ferre iudiciũ, quod iudices debuiſſent. Manifeſtum enim erat iniquum illud facinus. Miſſum facio balnenſe illud, in quo Imperator ipſe militari arte omnium fratrũ ſocietatem inuadens, cum ex monaſterio ille ſingulos ſuæ voluntati ſubijcere conatus eſſet, ſpe deceptus, ſuo enim imperio fortiores illos eſſe cognouit, qui diuinâ lege nitebantur. Miſſos facio carceres in monaſterijs conſtitutos, & monaſteriorum præfectos carceris duces factos, hiq; quos clauſos tenebant, plura quàm ipſi fuerant, tormenta inferentes. Præterea quæ poſtea conſecuta ſunt: quo tempore multi abducti, & in alium locum tranſlati, perſecutiones, inquiſitiones, disiunctiones, atque exterminationes pertulerunt. quo tempore multa & ingentes minæ, iræ, interrogationes & reſponſa. multaq; per omnes vrbes inueſtigatio facta eſt, nec vbi aliquis fratrum lateret, adeò vt nonnulli præ timore perſequentium, in terræ foraminibus ſeſe abdiderint, vt ſeruari poſſent.*

Hæc autem omnia eius rei causâ facta ſunt (rurſum enim præ admiratione eadem tractare cogor) vt quia adulteros illos contra Euangelium & Præcurſorem Ioannem coronauerat, quaſi ſalutarem aliquam diſpenſationem Eccleſiæ attuliſſet, impunè rebus ſacris præeſſe poſſet: quiq; illum Euangelicis præceptis obtemperantes non admitterent, exleges, & à Deo alieni haberentur. O diuinas leges contemptas! ô perſecutorem acerbiſſimum, Chriſtiani nominis appellationem habentem, & Chriſti leges conculcare geſtientem! Quid ita inſanus factus es, ſtolidus, atque immitis vnà cum Leone Iſaurico ſcilicèt tibi comparè? An non vides, contra inuictas Dei leges te armari, quas nemo ex his Imperatoribus qui vmquam fuerunt, ſuperare potuit? quinimmo quicumque ſe, vt nunc tu, his ipſis legibus aduerſarium oſtendit, iure optimè perijt.

IX. S. Plato quæ paſſus ab Imp.

Sed quonam modo Dei ſeruus abductus eſt? At illum enim ipſum redeo. Rurſus tranſlatus, rurſus diſtractus, & à duobus hominibus huc & illuc protruſus, eò quòd non amplius progredi poſſet, trahebatur, & ita diſtractus vexabatur, vt iniquum illud facinus vel ipſis lapidibus ſenſus expertibus lachrymas mouere poſſet. Huius rei teſtis eſt celebris illius Martyris Mamantis regio, teſtis eſt & abrupta illa inſula, quæ poſt primam fratrum iam dictis cuſtodiam, pietatis hunc cuſtodem detinuit. O immites & doloris ſenſu carentes illorum animos! Sed neſcio certè, quo nomine ipſis congruente eos appellem, qui eâdem operâ monachi, & milites, & carceris erant cuſtodes, qui iuſtum illum virum omninò deſertum, tamquam in lacu profundiſſimo, in cella quadam concluſerunt, hominemq; iam ſenio confectum & morbo vexatum, ſub vnius cuiuſdam ſerui poteſtate, quem illi rerum terrenarum & Cæſaris ſeruis reliquerunt, vt ſanctus vir ſemel in die vel bis à miniſtro viſeretur. Quo tempore ſenex eum rogabat, vt ad neceſſarium vſum corporis duceretur: & iniquus ille ſeruus id ei exprobrabat. Petebat aliquid imbecillitati ſuæ conſentaneum: & peruerſus ille fores claudebat. Cumq; hæc pateretur, nihilominus tamen ſtabilis permanſit; quodq; coram Deo & hominibus confeſſus fuerat, numquam denegauit. Poſtea verò quam eius carceris causâ eum in lethalem morbum incidiſſe, Cæſar audiuit, animi duritiem leniorem faciens, in vrbem Byzantium ipſum tranſtulit. Cumq; illum eò tranſtuliſſet, parabat ſe ad id quod malè factum fuerat corrigendum. Sed quoniam non rectè propoſito ac ſententiâ mouebatur: quod propoſuerat ad finem non perduxit. ſiquidem Deo vindice, à barbaris eſt interemptus. ſed de his ſuo loco.

X. Quæ paſſus Theodorus ab Imp.

Proſequamur modo Theodori ipſius iſta ſcribentis diram, quam vnà cum ſuis paſſus eſt, perſecutionem, à Michaële monacho deſcriptam, vno ex ijs qui eius lateri inhærebant. Ita quidem diuinâ diſpẽſatione factum, vt qui eiuſmodi ſcribens certamina Theodorus nihil de ſe magnificũ dixerit, licèt pars magna, immò potiſſima eſſet: alius poſt eius obitum eius præclaras victorias non ſiluerit, ita narrationem inſtituens: *Vt enim (inquit) vidit impius Imperator, nulla in re Theodorum virum ſanctum flecti, nec ſceleſto ſibi, nec factis ſuis aſſentiri: monaſterio illum ſuo atq; vrbe pariter extrudit, relegatq; in inſulam quandam ex ijs quæ proxima ſunt Byzantio, eâdem*

pœnâ in Ioſephum fratrem, Platonemq́; ſapientem decretâ, haudquaquam vnâ vtroſq; cuſtodiâ includens, ſed ſingulos ſeorſum, ita vt mutuus eis conſpectus negaretur, quod vnicum eſt in carcere ſolatium. Reliquam verò diſcipulorum turbam, vt patre ſuo orbatam vidit, importunis minis aggreſſus, obſcuros etiam in carceres coniecit, additâ militum cuſtodiâ, qui eos cuſtodirent, quoad ipſe de illis quæſtionem exerceret.

XI. CERTAMEN DISCIPVLORVM THEODORI CVM IMP. *Statutâ igitur die, adduci omnes, & coram ſiſti iubet. Tum ipſe prius graui ſupercilio confidens, oculiſq; ac vultu, totoq́; corporis habitu latentem animi aſperitatem oſtentans, ſeparari ante omnes illos iubet, atq; in duas partes diſtribui. Maiores & iudicio præſtantes à reliquis ſecernens, quo faciliorem ſibi concertationem efficiat. Atq; hos quidem priùs aggreditur: ita enim expedire ſibi exiſtimabat; quoniam cæteros, vt mentis acie inferiores, ſecuturos eſſe non dubitabat. Hos igitur omnibus machinis adoritur, partim rationibus, miniſq́; interiectis, partim blanditijs ad duriſſimum quemq; emolliendum idoneis, partim ſupplicijs, cruciatibuſq́; propoſitis, ſi quâ tandem viâ poſſit à patris partibus abductos, in ſuas pertrahere. Quos vbi nullâ ratione manus dare ſenſit, ſed generoſis animis omnes ipſius inanes techinas eludere: tum ſecundos conatus admouet, faciles ſe aduerſarios nactum ratus, ac nullo negocio expugnabiles. Sic igitur eos alloquitur: Quicumq;, inquit, Imperatori parere vultis, & cum Patriarcha, cleroq; ſentire: tranſito ad partem dexteram. Quotquot verò animis & ſententijs obſequi recuſatis: ite in ſiniſtram, vt hinc appareat, quinam nobiſcum ſentiant, & quinam in nos ſint cōtumaces. malitioſè & vafrè id agens fraudulentus cauillator, vt qui hac ratione confideret, illos loca commutando, ipſas quoq; mentes & conſilia mutaturos.*

XII. *Verùm inuicti illi nihil his eius verbis permoti, nec de animi ſententia tantillum dimoti, vno ore omnes verum potentem affati ſunt: Nos, Imperator, & animos & corpora & omnia demum in patris ac magiſtri noſtri manu & arbitrio ponentes, nihil minimum aut maximū, quod illi non probetur, non modò facere, ſed ne animo quidem verſari ſtatuimus. Numquam vobis talia intentantibus obſequemur, nec geſtu veſtris ſuffragabimur; nec quicquam prorſus eorum quæ per vos innouata ſunt, amplectemur, præſertim cùm magiſtrū ipſum à nobis ſeiunctum viderimus, qui & præſens exilium ſubire maluit, quàm cauſam prodere, & partes veſtras ſequi. Nobis verò quid accidere grauius poſſit, quàm ſi canones ſacros, quos tanto ſtudio ſeruari cōuenit, aſpernemur, & tam noxijs & periculoſis rebus nos dedamus? non per ſancta virtutis certamina, patriúq; præcepta, in quibus educati ſumus, non cedemus, veritatem nō deſeremus, vobis non adhærebimus. Specimen noſtri, quo animo ac ſenſu ſimus, hæc poſtulat occaſio, quam nos ſanè minimè reijciemus, nec ignauum prorſus aliquid, aut puerile oſtendemus, cùm germani eorum ſimus, quorum periculum paulò antè feciſti, germana cum ipſis & facere & ſentire omnino parati.*

XIII. IMP. VINCITVR A DISCIPVLIS THEODORI *Hæc cùm illi dixiſſent, obſtupeſcere animo Imperator, illorumq́; conſtātiam, atq; in aduerſis inſuperabiles animos mirari (admirādâ ſiquidem etiam hoſtibus ipſis virtus eſt) præſertim cùm imbecilles ſe nactum arbitratus, primoque impetu proſternendos: fortes contra experiretur, & inuictos prorſus ac cedere neſcientes. Sed quoniam hos omnes palàm modò mulctare, præter quòd inutile foret, ſtolidi admodum conſilij ſciebat eſſe: ſatis tum habuit, arcta cuſtodia illos addicere, malè omninò poſteà tractaturus, & per ocium, non ſimul omnes, ſed ſeorſum ſingulos quibus vellet pœnis excruciaturus. quamquàm illum conatus ſuus fefellit, vindictâ inquam (quæ Dei ſunt iudicia?) illuc ò perſequente.* cùm à barbaris (vt dicitur) occiſus eſt. Sed de his rurſus inferiùs, quando & agemus de iterato congreſſu Imperatoris cum Theodoro.

Cùm autem Theodorus detineretur in exilio, nihil antiquius habuit, quàm ad ſacram Apoſtolicam Sedem confugere, eamq; in primis de omnibus quæ geſta eſſent reddere certiorem. legationē itaque ad ipſum Leonem Romanum Pontificem miſit & litteras per Epiphanium Archimandritā: quæ cur ſicut cæteræ cum aliis epiſtolis non reperiantur, in poſteriore epiſtola ad eumdem cōſcripta ipſe declarat; nimirum timore ne reperirētur, eas deleuiſſe penitùs. Ipſe tamen Theodorus poſt Epiphanium legauit ad eumdem Pontificem Euſtathium pariter monachum, cui has litteras dedit [a].

[a] *Theod. lib. 2. ep. 33. Cod. Columnēſi.*

XIV. *Sanctiſſimo & ſummo Patri Patrum Leoni domino meo Papæ Apoſtolico Theodorus minimus presbyter & præpoſitus Studienſis.*

EP. THEODORI AD LEONEM PAPAM. *Quandoquidem Petro magno Chriſtus Deus poſt claues Regni cælorum paſtoralis etiam principatus cōtulit dignitatem: ad Petrum vtique, vel eius ſucceſſorem quicquid in Eccleſia Catholica per eos innouatur, qui aberrant à veritate, neceſſe eſt referri. Quod nos quoque humiles & minimi à ſanctis olim Patribus noſtris edocti, poſtquàm in Eccleſia noſtra nouitas quædam nuper exorta eſt, & priùs quidem per religioſiſſimum Archimandritam fratrem & conſeruum noſtrum Epiphanium, & nunc per ſimplices litteras noſtras ad ſupremam beatitudinis tuæ Angelum de ea re referre nos debere, arbitrati ſumus. Factus eſt, ô diuiniſſimum omnium capitum caput, iuxta [b] Ieremiam Prophetam, cœtus reuerà præuaricatorum & concilium adulterantium: quod enim ibi propter idolorum fornicationem dictum eſt, hic per adulterina copula confirmationem pateſactum eſt. Vtrique eumdem Dominum ſpreuerunt, illi per leges, hi per Euangelij tranſgreſſionem.*

[b] *Ierem. 9.*

XV. DE DVABVS SYNODIS AB HÆRETICIS FACTIS. *Nec verò ſatis illis fuit, quòd per priorem conuentum in eius qui mœchos copularat receptione, factorumq́; cum eo communione Paraſynagogi (vt diuinus loquitur Baſilius) facti ſunt: ſed vt hæreſis abſolutæ nomen adipiſcerentur, in altera publica Synodo eos qui prauo ipſorum errori non adhæſerant, aut vniuerſam potius Eccleſiam Catholicam anathemati ſubiecerunt. Et quotquot hactenus in conſpectum venerunt partim longinquis exilijs mulctantes, partim carceribus includētes, priſtinam vſitato hîc more perſecutionem renouarunt. Cauſam verò ſuam improbâ defenſione prætexunt; & iuſtificatio ipſis nefarij ſermonis vſurpatio. Adulterini ſiquidem coniugij coniunctionem diſpenſationem eſſe decernunt: In Regibus nihil poſſe diuinas leges definiunt: Eos qui pro veritate ac iuſtitia vſq; ad ſanguinem reſtiterunt vt Præcurſorem & Chryſoſtomum, imitari vetant. Epiſcopum vnumquemq; in ſacros canones, præter ea quæ in illis ſtatuta ſint, poteſtatem habere pronuntiant. Quare ſi quem fortè ſacris initiatum contingat, clàm, palamve canonum per quos depoſitio irrogatur, reum teneri, hunc ſolâ volentis auctoritate, depoſitionis exortem manere. Quorum omnium teſtis eſt is, qui varijs canonibus cum alijs obſtrictus tenetur, adulteri copulator, vnà cum ipſis publicè miniſtrans. Teſtes ij qui dum iniquitati tamquam diſpēſationes faciunt in eo ipſo tum alios, tum ſeipſos ſanctos vocant, & eos qui illas non admittunt, velut à Deo alienos anathemate feriunt. Teſtis demum hic nata perſecutio.*

XVI. PETITVR NIXE A LEONE PAP. AVXILIVM. *Quid igitur ad hæc, ô beate, dicendum eſt, niſi Apoſtolicum illud:* [c] *Nunc Antichriſti multi facti ſunt, ſi diuinis legibus & canonibus omnes homines ſubditi non ſumus? Hic ergo à ſimplicitate noſtra ſine fuco expoſitis, vocem nunc illam, quam coryphæus cum reliquis Apoſtolis Chriſto emiſit, cùm maris fluctus excitarentur, apud Chriſti imitatricem beatitudinem tuam adhibemus:* [d] *Salua nos, Archipaſtor Eccleſiæ quæ ſub cælo eſt, Perimus. Imitare magiſtrum Chriſtum, manumq́; Eccleſiæ noſtræ porrige, ſicut ille Petro; niſi quòd ille incipienti in mare mergi, tu autem iam*

[c] *1. Ioan. 2.*

[d] *Matt. 8.*

merſa in hæreſis profundo. Æmulare, precamur, cognominem tibi Papam, atq; vt ille, pullulante tum hæreſi Eutychianâ, leoninũ in morem ſpiritu experrectus eſt, vt omnes norunt, dogmaticis ſuis epiſtolis: ſic & tu (dicere audeo) iuxta nomen quod geris, rugi diuinitùs, vel potiùs intona contra præſentem hanc hæreſim, vt decet.

ABSQVE ROM. PONTIFICE NON COGENDA SYNODVS.

Si enim iſti, arrogatâ ſibi auctoritate, hæreticam Synodum cogere veriti non ſunt, qui ne Orthodoxam quidem abſque cognitione veſtra (vt antiquitùs mos obtinet) cogere potuerunt: quantò æquiùs vſque adeò neceſſarium fuerit (cum timore ſuggerimus) à diuino tuo principatu legitimam Synodum conuocari, vt Orthodoxum Eccleſiæ dogma hæreticum excluderet: & neque ſuprema dignitas tua cum Orthodoxis omnibus anathemate notetur à nouis nugatoribus; neque iniquitatis porrò claſſicum adulterinam hanc Synodum nacti, quibus id placet, in peccatum facilè prolabantur.

XVII.

OPTAT LITTERAS A PONTIFICE.

Hæc ſicut paruitati noſtræ conueniebat, vt minima Eccleſiæ membra repræſentantes, & diuino paſtorali veſtro principatui parentes; obſecramus de cætero ſanctam animã veſtram, vt nos ceu proprias oues reputet, & ſacris precibus ſuis eminùs illuſtret, atq; confirmet; quòd ſi etiam documentis, tuæ id fuerit diuinæ benignitatis, quemadmodum & Chriſtus ad Abgarum ſcripſit, & multi etiam de ſubditis digni habiti ſunt, qui ab Apoſtolis Sanctiſq; acciperent litteras. A me autem ſolo peccatore & in carcere detento mittitur hæc epiſtola, propterea quòd pater, Plato ſcilicèt, & conſeruus meus incluſus, & Theſſalonicæ Archiepiſcopus germanus noſter in alijs inſulis pariter cuſtodiuntur. Ipſi nihilominùs per me & mecum eadem dicunt, & ſacris beatitudinis tuæ veſtigijs aduoluuntur. hucuſq; Theodorus ad Leonem Romanum Pontificem.

Qui quidem primùm ſuperioribus illis ab eodẽ Theodoro per Epiphanium datis Leo Pontifex acceptis, ad eumdem Theodorum litteras reddidit Apoſtolicas, paterno amore plenas, licètq; non extent illæ quidem, ſed eas eiuſmodi fuiſſe, redditę

[a] *Theod. lib. 1. ep. 34. ex Co. Colum.*

litteræ ad ipſum à Theodoro [a] declarant, quibus aduerſus errorẽ, nouumq; dogma fortiſſimè diſputat. Datæ verò iſtæ habentur in primis S. Platonis nomine & Theodori, quantumlibet illi (vt ipſe teſtatur) eſſent in carcere ab inuicẽ ſeparati; quod fortaſsè id accidit, eò quod ad ambos inſcriptas ipſe Leo eas quas diximus litteras dediſſet. Magni momenti rem agunt: ſiquidem patefaciunt nefandam obortam hæreſim eorumdem, qui errorem mordicus adeò tenentes, defenderent diſpenſationem (vt aiebant) legitimè factam ſuper adulterio: hancque Mœchianorum appellant hæreſim: itemque ſeipſos purgant apud eumdem Leonem Pontificem, de his quæ accepiſſet ille, ipſos eum quibuſdam hæreticis admiſceri. Epiſtola autem ſic

[b] *Epiſt. 34. ex Cod. Col.*

ſe habet. [b]

XVIII.

Æquali Angelis beatiſſimo & Apoſtolico Patri Leoni Papæ Romæ, Plato incluſus & Theodorus presbyter ac præpoſitus Studienſis.

EPISTOLA POSTERIOR AD LEONEM PAPAM A THEODORO STVDITA DATA.

Magnum revera nobis humilibus & ſummi voti opus fuit, quòd digni habiti ſumus, qui ab Apoſtolica beatitudine veſtrâ ſalutationis allocutionem, & ſacrorum eius qui à ſpiritu mouentur ſermonum ſignificationem acciperemus per conſeruum ac filium noſtrum Epiphanium; & hæc inclusi licèt teneamur ab hæreticis, atq; ita vt tabellarium ipſum oculis conſpexerimus. Quamobrem lætitiâ exultauimus, gauiſi ſumus, Domino gratias egimus, qui diuinis illius precibus ea quæ ſpem noſtram ſuperabant nobis indignis miro modo largitus eſt, ita vt propemodum ſacram eius formam per interiectas voces videre nobis videremur. Verùm illa quidem ad Chriſti exemplum nos humiles affata eſt, & mentes noſtras recreauit, imbecillitate corroboratæ, languentesq; confirmauit, ſuis nos quaſi perungens caput noſtrum excedentibus conſolatorijs, monitorijſque ſermonibus, in Fide Orthodoxa conſtanter ad finem vſque manere perſuadens, quod vtinam propitijs eius precibus ita nobis contingat. Nos verò nihili homunciones rectè haberi exiſtimauimus, ſicut antea per hunc fideliſſimum tabellarium noſtrum, & poſteà per Euſtathium alterum filium noſtrum, ita etiam ad eumdem conſentanea referre.

XIX.

DE PSEVDOSYNODO MOECHIANORVM.

*Synodus, ô beatiſſime, apud nos publica celebrata eſt, ijs etiam qui magiſtratum gerunt vnà conſidentibus, & Synodus ad condemnationem Euangelij Chriſti, cuius tu claues ab ipſomet accepiſti per intermedium principem Apoſtolorum & ſucceſſores vſq; ad eum qui ſanctiſſimum caput tuum anteceſſit. Et quomodo hæc ſuſtineat Dei imitatrix æquitas tua? Incipiamus enim à lege & Prophetis, & quidem, [c] Non mœchaberis, inquit, Non loqueris falſum teſtimonium, Non aſſumes nomen Dei in vanum. Et * Ieremias: [d] Stultus, ait, & inſipiens qui tenet adulteram. Malachias verò: [e] Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Tranſeamus ad Euangelium: [f] Quicumq; (inquit) dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, mœchatur. &: [g] Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quanta verò ſit differentia legis & gratiæ, ex ipſis Domini verbis diſcimus, qui ait: Et ecce plus quàm templum hic. Deinde ex verbis Apoſtoli dicentis: Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus, moritur: quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcârit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?*

[c] *Exod. 20.*
* Prouerbia
[d] *Prou. 18.*
[e] *Malach. 2.*
[f] *Matt. 19.*
[g] *Matt. 12.*

XX.

VRGET MOSCHIANOS THEODORVS.

Hæc igitur cùm ita ſe habeant, iſti nefariâ linguâ Domino reluctantes, legis atq; Euangelij ſolutionem, id eſt, huius nuper Imperatoris adulteriũ, qui legitimâ eiectâ, mœcham induxit & hac ipſâ maiorem iniquitatem, adulterorum ſcilicet communicationem, propter falſum teſtimoniũ, quod aduerſus Deum locuti ſunt, eius nomen in illicita actione inter ſacra myſteria vſurpantes, victriceſq; de Chriſto coronas adulteris imponentes in ipſa diuinorum munerum participatione, quibus quidem veluti communibus & pollutis contumeliam fecit adulteri copulator, Angelum ſe non Dei omnipotentis, ſed principis mundi ſatanæ re ipſa declarans, omneſq; vnà qui huic tranſgreſſioni cooperando, eamq; approbando, partem ſuam cum adultero & adulteri copulatore poſuerunt, ſalutarem Eccleſiæ Dei diſpenſationem appellârunt; adeò firmam illam & apud Deum ratam, vt eos qui ipſis non ceſſerunt, Synodicè anathematizarint, additis carceribus, aliiſq; ſupplicijs. propterea quòd fateri nolint ſanctum opus fuiſſe, iſtiuſmodi diſpẽſationem. Audi cælum, ait Iſaias [h], & auribus percipe terra quæ ſatanas molitus eſt. Si enim ex Dei voluntate atq; nutu cœtus ille, & anathematis pronuntiatio: Dei profectò lex non eſt, nec Prophetæ, cum quibus & Præcurſor qui adulterum reprehendit, nec Euangelium, cõtra quod iſti ſuam illam tantoperè adamatam diſpenſationem fecerunt. Nam ſi eiuſdem iſti aiunt: alterum duorum neceſſe eſt, aut mendacem Chriſtum ſtatuunt, qui olim quidem in Prophetis locutus eſt, & legem dedit, nunc verò per ſeipſum in Euangelio: aut veracem, vt certè eſt ipſa veritas, ipſos verò mentiri, & Dei criminatores conſequenter oſtendi, atque ideò anathematis, quod contra Chriſtum, Sanctoſq; protulerunt, reos eſſe, vt qui adulterium, adulterorumq; copulationem, & adulterorum communionem, Dei, eiuſq; Sanctorum diſpenſationem eſſe confirment. Nec eſt profectò, quod aliter dici queat.

[h] *Iſai. 1.*

XXI.

QVID MOECHIANI HÆRETICI DELIRABANT.

Non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum, ſicut indicant Mœchiani, qui eius leges omnibus ex æquo poſitas negant, ſed in Regibus ceſſare eas, comminiſcuntur. Et vbinam eſt Regum Euangelium? Sed impiè illi valdè prorſus egerunt, non intelligentes quòd Deus perſonam hominis non accipit, quemadmodum teſtatur [i] Apoſtolus,

[i] *Gal. 2.*

um, neque quod tamen per vnum è Prophetis ipſos increpans a Malach. 2 *ait: a Vos non ſeruaſtis vias meas, ſed accepiſtis faciem in lege. Numquid non Deus vnus creauit vos? numquid non* b Sap. 6. *Pater vnus omnium veſtrum? Salomon autem his verbis: b Audite Reges & intelligite. Et poſt alia: Quoniam cùm eſſetis miniſtri Regni altiſſimi, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis, horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet: non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam omnium Dominus. Iam verò, quod & totum Euangelium ſuis illis nefarijs auſibus violârint, ô ſacrum & diuinum caput, manifeſtum eſt: ſiquidem peccatum vnum ſufficit ad euertendam totam legem. Omnia enim mandata mutuò connexa ſunt, & ſibi cohærent (ſicut ait magnus Baſilius) ita vt vno ſoluto, reliqua etiam ſolui neceſſe ſit. Quod quidem ille non ex ſeipſo, ſed à Chriſto* c Matth. 5. *dixit in ipſo loquente: c Qui enim ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, hic minimus vocabitur in Regno cælorum.* d Iac. 2. *Et beatus Iacobus: d Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno: factus eſt omnium reus. Soluerunt itaque vetus & nouum Teſtamentum, ô beate, ſoluen non minimis, ſed maximis quibuſque Domini mandatis, legem aduerſus Euangelicam legem promulgantes miſeri, Regum voluntatem Deo anteferre cum voluerint. Volunt autem alij aliud, & aliàs aliter, ac proinde euerſio ſit omnium vſque ad Antichriſtum. Vnde meritò quæ apud illos à ſatana diſpenſatio dicitur, Antichriſti præcurſio vocabitur.*

XXII. De canonum enim præuaricatione quid attinet loqui? Cùm enim ab Euangelio ipſo auerſi diſceſſerint: à vobis eſt de* e Iſai. 22. *illis curare. Ac Deus quidem per Prophetam ſic ait: e Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius; & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. Inimici autem Dei quæ ille aperuit clauſerunt, dum innoxios depoſuerunt, vt ipſis quidem viſum eſt, ſed non Deo; quæ verò clauſit, aperuerunt, eos qui depoſitionis pœnam diuino iudicio meruerunt, honoribus reſtituentes. atque vt ſemel dicam, ſacris canonibus ad omnia quæ arrident & placent, tamquam miniſtris & famulis pro arbitrio ſemper abuſi ſunt.*

Hi ſunt Mœchianæ hæreſeos impij & iniuſti conatus, hæc opera; quæ nos, vt meminiſſe Eccleſiæ tibi, primæ omnium Apoſtolicæ capiti noſtro nuntiare, neceſſario optauimus. Eius eſt de cætero quæ Deo ſunt placita excogitare, & facere, Spiritu ſancto ductu, à quo vt in alijs, ſic enim in hoc quoque, regitur & gubernatur. Quin etiam Sanctorum, quibus idem Zelus fuit, exempla, eò adducit, vt à ſe dictatas & diuinitùs exaratas litteras ad nos mittere dignetur, ſicut nunc opulenta & meritis noſtris maiora eius munera, eulogiaque, accepimus.

XXIII. *Retulit porro nobis idem frater noſter Epiphanius, ô diuiniſſime vertex, ſe expoſtulationem eius ſuſcepiſſe propter Barſanuphium, Eſaiam, & Dorotheum hæreticos; quod eos ſcilicet pro Catholicis recipiamus. Et valdè mirati ſumus, ſi nos humiles qui pro recta fide patimur, hæreticis adhæreamus. Obturetur os omne contra nos loquens, & calumnias ſubmittens. Orthodoxi ſumus, quamuis alioqui peccatores. Neque in hoc ab Apoſtolica Fide vllatenus diſcrepamus. Omnem Synodum Oecumenicam & Localem approbatam, veritatique congruentem cum ſanctis eorum canonibus amplectimur, omnem hæreſim & hæreticum deteſtantes, atque anathematizantes. Anathema Barſanuphio, Eſaiæ, Dorotheo & Doſitheo, quos ſanctus Sophronius anathematizauit. Sed & ſi quis alius eorum cognominis pariter hæreticus, eorum hæreſim vel aliam quamlibet ſequens, ſiue Epiſcopus, ſiue monachus, vel quicumque demum ſit: Anathema eſto. Si quis item opportunè (vt conuenit) omnem hæreticum non anathematizat, eiuſdem ſortis eſto. Nos enim puri ſumus ab omni hæretica opinione ſanctiſſimis precibus tuis, religioſiſſime.*

SEPVRGAT DE CALVMNIA STHEODORVS.

XXIV. *Denique hoc etiam ſignificamus, tametſi in epiſtola, quam per Euſtathium fratrem miſimus, non ſignificatum ſit, nos ſacro vertici ſcripſiſſe per Epiphanium: nequaquam mentitum fuiſſe Epiphanium: res enim in hunc modum geſta eſt. Dederamus illi reuerà epiſtolam. Poſteà verò Imperantium metu eam expunximus. Ipſe nihilominus, cum eius notas teneret, attulit ad ſacra illius veſtigia, beneuolè agens poſtquàm in exilium acti fueramus. Eſt enim os humilitatis noſtræ. Quare ſancta anima tua ſcandalum ne ſuſpicetur in conſeruo noſtro per omnia fideliſſima. Frater veſter Archiepiſcopus Theſſalonicæ ſupplicibus cordis manibus beatitudinis tuæ ſalutationem ſuſcepit, & per nos ſanctiſſimum verticem tuum adorabundus ſalutat.* hactenus ad Leonem Romanum Pontificem Theodori cum Platone litteræ, quas dedit Epiphanio remittens eumdem iterum Romam, cui & dedit epiſtolam ad Baſilium S. Sabæ Abbatem, illum nempe, qui ignorans, zelo tamen pietatis, in eumdem Theodorum (vt vidimus) dixerat anathema. Verùm rei veritate compertâ, erga eumdem redditus eſt propenſiſſimus, vt ad eum datæ litteræ iſtæ tum ſuo, tum in primis Platonis nomine indicant, quæ ſic ſe habent [f]:

EXCVSAT EPIPHANIVM TABELLARIVM.

f Theod. lib. 1 ep. 35. in Cod. Colum.

XXV. *Baſilio religioſiſſimo præpoſito & Archimandritæ Romæ Plato humilis incluſus & Theodorus minimus presbyter & præpoſitus Studienſis.*

THEOD. EP. AD BASILIVM ABBATEM S. SABÆ.

Litteras paternæ ſanctitatis tuæ non aliter expectabamus, quàm terra ſitiens imbrem ſuum. Et poſtquàm ſpe noſtrâ fruſtrati ſumus doluimus, vt par erat vehementer. Attamen cùm ex Epiphanio dilectiſſimo & fideli, imo filio noſtro cauſam cognouiſſemus, quòd nimirum coactus id feciſſet non contemptu aliquo noſtrum (quos ſimplices licèt, virentem tuam nihilominùs ſummoperè obſeruamus) animi dolorem abſterſimus, ſummamque lætitiam percepimus. Renuntiauit enim nobis, te eumdem eſſe, qui erga nos ſemper fuiſſes affectu & caritate, quin etiam adieciſſe potius non parùm bonitatis tuæ varijs modis. Zeli verò quem pro pietate geris, quanta vis & conſtantia ſit ſanctæ animæ tuæ commemorans, ambas nobis aures impleuit. Et benedictus ſit Dominus virtutum, qui te in pinna omnium ciuitate collocauit lumen diuinitùs accenſum, verbum vitæ præferentem bonorum operum abundantiâ: qui linguam tibi dedit diuinæ Fidei Orthodoxæ documenta liberè celſoque animo eloquentem. In quo & te obteſtamur, opem ferre Eccleſiæ noſtræ, tum tuopte robore, tum apud ſanctiſſimum Apoſtolicum intercedendo. Etenim virilis veſtra pro veritate concertatio, vniuerſa quæ ſub cælo eſt Eccleſiæ, eſt firmamentum. & qui à vobis eritur Zelus, ſemper totum orbem ſolet ad feruentem in Spiritu S. fidei noſtræ confeſſionem accendere. Quare conijciat religio tua quanta vobis occaſio ſidei retinendæ, & quanta laus à Deo cum debitis præmijs vos maneat illam conſeruando & profitendo: quam ſemper conſeruetis & annuntiare non ceſſetis, diuiniſſimi & admirandi Patres noſtri.

XXVI. *Præterea autem iterum miſimus fratrem & veſtigiorum tuorum veneratorem Epiphanium, vt renuntiet ipſe de rebus noſtris, quemadmodum ſanctis precibus veſtris rectè habeant omnia, gaudentibus nobis peccatoribus & exultantibus in perſecutione & carceribus, ita vt dicere audeamus. g Nobis datum eſt non ſolùm credere in Chriſtum,* g Phil. 1. *verùm etiam pro ipſo pati, vt excitet vos ad enixiùs orandum & pro imbecillitatis noſtræ fortitudine, & pro communi vtilitate, pro qua nobis ſermo eſt, & ad vos tertio iam repetita deprecatio, non vt è cuſtodia liberemur, quia hanc non ducimus inſaniam, ſed maximam & ſupra merita noſtra gloriam; ſed vt in commune redundet vtilitas, tametſi ex infimis ſimus; ſemper enim (vt ait Theologus) priuatum commodum ſpernendum eſt pro vtilitate multorum.*

XXVII. *Vtile autem fuerit (quod vnum eſt conſilium noſtrum & deſiderium) per ſupremum Apoſtolicum, ſicut ab initio*

PAR ROM.

PONTIFICEM SE MORE DAMNANDI HÆRETICI.

ſemper factum eſt, Synodicè damnari eos qui contra Euangelium Chriſti cœtum inierunt, & anathemate illius deſ. uxores appetierunt; quòd adulterium & adulteri coniugium, & adulterij patrocinium mox receperint tamquam diſpenſationem Sanctorũ, ſicut Mœchiani ſtatuerunt, Sanctorum nomen dantes iniuſtè; quoniam nullus Sanctorum partem poſuit cum adultero, nedum & adulteros coronârit, & diuina eis dona tradiderit, quando nec igni, tectove, quamuis Reges eſſent, impertiendos docuerunt. Quid autem quòd Deum ipſum cõtumelia affecerunt coronarijs illis myſterijs, & anathema in eum dixerunt, eos qui legem eius propugnabant, anathematizantes? Quòd ſi hæc non ſiunt, petimus de cætero precum veſtrarum robur, caritatis vinculi confirmationem, & ſcriptorum auctoritatem quod omninò præſtare dignemini, conſolãdo puſillanimes, imbecilles corroborando, ſanctiſſimi & deſiderabiles & ſemper venerandi patres noſtri. hæc Theodorus vnà cũ Platone ad Baſilium, atq; hactenus de legatione Romam miſſa per Epiphanium.

XXVIII. STVDIVM THEODORI IN MONENDIS SINGVLIS.

Cæterùm etſi vinctus in Domino Theodorus in carcere poſitus eſſet, litterarum tamen internuntio vbique præſens erat, hos hortans, illos cõſolans, & roborans, vel docens: tunc enim ſcripſit inter alias epiſtolam [a] ad Eupr epianum & eos qui cum eo erant, in fide ſtare monens; & aperiens eorumdem hæreticorum errores, eos confutat; ſed quòd eoſdẽ refellit in dicta poſteriori epiſtola ad Leonem Papam, hîc eam prætermittimus recitare. Scripſit & tunc pariter ad Arſenium [b] epiſtolam, quâ diluit argumentationes aduerſariorum, quibus per diſpenſationem crimen licitum factum aſſirmarent.

[a] Theod. lib. 1. ep. 36. Cod. Columneñ.

[b] Theod. lib. 1. epiſt. 38. eod. Cod.

Sed & ad Theophilum præfectum eodem itidẽ argumento alias [c] litteras dedit, quibus eum cùm in vnitate perſiſtere cohortatur, obiectioni illi reſpondit, cur ipſe Theodorus vocet hos hæreticos, quibuſcum haud pridem ſecreto ſaltem communicaſſet, iſta ſubiiciens: *Quòd ſi quærat ſanctitas tua, quid cauſæ ſit, cur hæc ipſi ante diſperſionem nõ diximus, ſed & commemorationem ipſi fecimus in Byzantina ciuitate? Hoc habeto. Synodum eo tempore nondum fuiſſe, nec promulgatum adhuc erat prauum dogma, & anathema. Et ante hæc tutum non erat diſcedere penitùs à præuaricantibus, ſed apertam illorum ſolùm communionem refugere, & congruenti diſpenſatione ad tempus commemorare* Patriarchæ & Imperatoris nomina ſcilicèt. *At poſtquàm in apertum nunc erupit impietas hæretica per Synodum: oportet religionem tuã vnà cum cæteris Orthodoxis liberè agere, nec communicando cum hæreticis, nec vllius nomen commemorando ex ijs qui Mœchoſynodo adfuerunt, aut qui cum ea ſentiunt.* ad finem autem eiuſmodi colophonem apponens hortatur eum his verbis:

[c] Theod. lib. 1. epiſt. 39. eod. Cod.

THEODORVS SE EXCVSAT.

XXIX.

Quamobrem ſuggero vt minimus frater & filius: Nequaquam ſileamus ne clamor Sodomorum ſimus. Nequaquã terrenis parcamus, ne cæleſtia amittamus: Nequaquã ſcandalum demus Eccleſiæ Dei, quæ vel tribus Orthodoxis definitur, ſtâ Sanctorum ſententiâ, ne Domini ſententiâ cõdemnetur, quâ dixit: [d] *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo in medio eorum ego ſum. Neq; meâ cauſâ infelix hæc dico: Mihi enim (ſi dicere fas eſt, vel pro veritate mori, lucrum, gaudium & vita, ſi modò ſacris precibus veſtris confirmer, ſed propter veterem inter nos ſpiritualem dilectionem, & pro communi vtilitate. Etenim ſi Dei Filius ac Dominus noſter ſe ipſum obtulit pro omnibus Deo & Patri hoſtiam: quid debemus nos? Et quantum pro eo pati ac perferre nos æquum eſt, monachos præſertim & renunciatione ipſa crucifixos? ſi modò reuerà & non incaſſum renuntiauimus; quandoquidem non ab externa ſolùm ſpecie diiudicari nos debet, cùm multi perſonas ſumant, & nõ ſint id quod eſſe videntur, ſed ab operibus ipſis ſpecies externa. Si ergo monachi ſunt illi, his temporibus facti oſtendant. Monachi autem munus eſt, vt nec tantillum ſinat in Euangelio innouari; nec exemplum laicis præbentes hæreſeos, atq; hæreticæ communionis rationem reddant illorum perditionis.* hæc ipſe.

[d] Matt. 18.

THEODORI VEHEMENS EXHORTATIO.

XXX. IMPVGNATVR SENTENTIA THEODORI.

Verùm cùm eiuſmodi Theodori epiſtolæ circumferrentur, quibus Synodi illius errorem iam eſſe conuerſum in hæreſim, cõſtantiſſimè affirmaret: non ab aduerſariis tantùm, ſed ab aliquibus ex iis, qui priùs ipſi adhæreſcere viſi erãt, contradictũ eſt, inter quos vnus Athanaſius fuit, ad quem idem Theodorus ea ex cauſa epiſtolã ſcripſit, hîc neceſſario recitãdam, quo omnibus innoteſcat, quibus niterentur aduerſarii rationibus ad purgandum perpetratum facinus, quibusve Theodorus, & factum verè hæreticum, & eos qui fecerũt hæreticos eſſe demonſtret. aurea quidẽ ipſa, vt quę plurimorum Confeſſorum coronas recenſeat, & docta diſputatione hæreſim palàm oſtendat. ſic enim ipſa ſe habet [e]. *Athanaſio* * *fratri.*

[e] Theod. lib. 1. ep. 48. ex Cod. Colum.

* filio

THEODORI EPISTOLA AD ATHAN. MONACHVM.

Magna cum patientia legi litteras tuas, frater cariſſime, & obſtupui ad repentinam mutationem tuam. Mitto priora illa, quòd coram cùm mecum eſſes, hæreſim eſſe confeſſus es Mœchianicam falſam opinionẽ; poſteà etiam cùm Pentalogum legiſſes, quincuplicem tum lucem eſſe, pronũciaſti: Nunc verò (vt apparet) impugnandam tibi illam ſumis: contamorationem tuam priſtinæ illius ignorantiæ tuæ ſimilem, ac multò etiam magis infeſtam humilitatis meæ dictis effutiens. Et quidem ſi verba mea eſſent, quia obſcurus ſum, nihil mirum eſſet: cùm verò ex Domini voce, Apoſtolorumq; & Prophetarum, à Patribus etiam Deo plenis demonſtratum ſit, hæreſim eſſe grauiſſimam: videat prudentia tua & quiſquis alius eſt qui tecum ſentiat, quo cedendi ſitis. Argumenta enim illa, quibus hæreſes non eſſe contenditis ignoſcite, nõ ex Domini verbis, neq; ex ore ſancto deprompta ſunt; ſed (vt cum Propheta loquar) [f] *ex terra clamantium, & ex legibus alienis, multitudineq; omnia humana metu loqui permiſſa.*

[f] Iſa. 29.

XXXI. PROBATVR ESSE HÆRESIS MOECHIANORVM SENTENTIA.

Ait enim, amicos omnes ac pios doctos iuxta & indoctos inſanire, cùm hæreſim eſſe audiunt, hæc contra opponentes: Cum aduerſetur nemo, dicatve mœchari, & ſacrilegos abſoluere: quomodo hæreticos illos appellabimus? Tranſgreſſores enim mandatorum Domini & conculcatores canonum diuinorum & ſacrilegos, æquum eſt appellare eos ſcilicèt, non autem hæreticos. hæc ille. ad quæ Theodorus: *Qui ergo poſſimus non obſtupeſcere primùm diligentiam veſtram, quæ eadem atque illi identidem producit in medium, & vera inde reſponſa refert, quæ pueris ipſis perſuadere poſſint? Deinde rurſus eadem velut oblita quæ priùs audiuit, profert cum acriore controuerſia & reprehenſione noſtra, qui hæreſim eſſe immeritò affirmemus? Hoc inquam eſt, in quo demirari nos cogitis. Quod verò ad ipſos aduerſarios attinet, hoc dico: Quo pacto, quod Synodicè promulgarunt, quod confirmarunt ſub eorum anathemate, ipſorum qui dogmati ſe opponunt, hoc eſt, ipſorum diſpenſationis, quod etiamnum quotidie factis ipſis docent, id prædicare & docere ſe negant? Quam igitur ob cauſam ego humilis incluſus hîc teneor? Cur incluſus pater meus Plato atrumnis affectus eſt ab aliis ſegregatus primùm, deinde in eum detruſus locum, vbi nunc eſt?*

XXXII.

Cur Archiepiſcopus Theſſalonicæ Ioſephus ſcilicèt ipſorum iudicio depoſitus, & in eas anguſtias redactus, vt cibũ certâ menſurâ caperet, miniſtris imperio adſtrictus, tum in palatio incluſus, ac nuper etiam in exilium eiectus? Cur reuerentia tua cum fratribus cuſtodiæ tradita Theſſalonicæ & Theoſoſtus præpoſitus ex eadem ciuitate pulſus cum diſcipulis, & alter ibidem præpoſitus immodicè diuerberatus? Cur Naucratius & Arſenius fratres arctâ cuſtodiâ hucuſque

uſque detinentur. pariq́; modo Baſilius & Gregorius? Cur Stephanus ille vi cutu annis præpoſitus cũ diſcipulis quinquaginta ſex exactus monaſterio, cum vnà cùm centum & decem & cum eo qui Epiſcopus antè fuerat, Mœchoſynodũ tamquam Euangelij infractricem anathemate damnaſſet, ſicut miſſæ ab eo litteræ teſtantur? Cur Antonius religioſiſsimus præpoſitus in cuſtodiam apud Amorium datus, cum eodem quo ſuperior modo Mœcho ſynodum vnà cum fratribus ſuis anathematizaſſet? Cur Æmilianus frater à Nicomedienſi in Thyniam vinctus ductus eſt, verberibuſq́; & ludibrijs affectus, direpto ab ijs qui irruperant monaſterio, proinde ac ſi hoſtium ſpolia fuiſſent? Cur in Cherſone perſecutionem paſſi Leo piiſsimus Epiſcopus, Valclades cognomento & Antonius reuerendus præpoſitus cum alijs duobus cuſtodiâ ſeptus? Cur in Lipara inſula vltra Siciliam poſita fratres noſtri in cuſtodia detenti? Cur Latomus in Cherſone retentus, indéq; ſub cuſtodia ad Imperatorem miſſus, tum Byzantij iterum in carcerem miſſus, & alij pariter in monaſterio detenti?

XXXIII. *Dicam rurſus de nobis tribus. Cur ad Agathi nobis illa per Spatharium ab Imperatore denuntiata? Vos anathematizati eſtis, & à Synodo depoſiti. Cur illa ad S. Mamantem cuſtodia, nobis tribus ſegregatis? Cur eodem aduenerunt quidem Spatharius cum tribus qui ab aduerſario depoſitionis & excommunicationis noſtræ tabulas iterum afferebant, vt audiremus, tametſi aures occludebamus? Cur nos alij alio relegati & concluſi, tum Oeconomus, tum Arſenius fratres: alij ad duodecim ab vrbe Conſtãtinopoli millia paſſuum pulſi, adeò vt quidam in ſpelũca delitèſcãt quo nobis miniſtrent, laicâ veſte induti: alij toto die in ſpeluncis lateant, & quia interdiu comparere non audent, noctu inter ſe concurſent? Cur quotquot à militibus inueniri poterant, rapti & in carceres coniecti, deinde ab vrbe proiecti fuerunt? Atq; vt initia ipſa perſtringam: Cur Studianum* monaſterium *à militum manu ſuoto immiſſa occupatum, ita vt reſpirare nobis vix liceret, & Nicææ & Chryſopolis Epiſcopeò aduentantes, vt adulteri copulatorẽ ſuſciperemus, velut qui à præcedente Patriarcha miſſus, adulterij copulationem peregiſſet? Et quoniam, aiebãt, Sanctus qui iuſſit ſicut Chryſoſtomus, Sancti eſt diſpenſatio: Quare illam recipite. Cur noctu nos quatuor inde ſublati per ducẽ ac milites, atq; ad Simeonem neſcio quo nomine appellandum abducti, & quæ per illum nobis ab Imperatore ſignificata, vt mutatâ ſententiâ, ab inſtituto deſiſteremus, & diſpenſationem factam agnoſceremus? Cur ad ſanctum Sergium iterum incluſi, & Simeon eodem iterum profectus eamdem ob cauſam?*

XXXIV. *Cur per duces repræſentati nos Synodo numeroſæ, in qua & tres maximè dignitate conſidebant? Cur ego humilis contumelioſè ibi extractatus, vndique obuallatus, illud ſubinde audiens: Neſcis quid nugeris, quid dicas: Cùm ego inclamarem: Concidit præcurſor, ſoluitur Euangelium, non eſt diſpenſatio. Et ille ſæpiùs iteraret, diſpenſatio eſt, atque ita Sancti diſpenſarunt & præcedens ſanctus Patriarcha. En teſtes quòd ille adulteri copulationẽ præceperit, quamquam illi non ſic eam appellabant: qui in fremebant, & dentibus ſtridebant, cùm adulteri copulatorem audirent. Cur anathema ijs qui ſanctorum diſpenſationes non admittunt clarâ voce denuntiatum, & ego cum Patre meo & Caloge ò à ducalis manu è medio exterminati? Archiepiſcopus autem derelictus atque ob eam ſolùm cauſam, quòd à me rogatus cum Studianis celebraſſet, velut communis presbyter, ipſorum ſententiâ depoſitus: Etenim à Chriſto ipſo & ſacris canonibus depoſitum adulterij copulatorem abſoluerant, innoxium per omnia pronuntiantes, qui & cum ipſis anteà ſacrificabat. Eum verò qui deponi per canones non poterat, depoſitioni addixerunt, ſuum illud dictum factis confirmantes, poſſe Epiſcopos, prout eis viſum fuerit, vti canonibus: quod illi quidem perpetuò ita faciunt; nec hoc ſaltem conſiderare volentes, ſi ita res ſe habeat, poſſe Epiſcopos qui deponunt, ab eo quem deponant, ipſomet deponi, vt impleatur Apoſtolorum oraculum. Hæc nos vobis, Epiſcopi conſtituimus. Vos verò in eis perſeuerantes ſalui eritis & pacem habebitis; non obaudientes autem punitemini, & perpetuum inter vos bellum geretis, abiecta obedientia pœnas congruas luentes.*

XXXV. *Cur quæ poſt Synodum geſta ſunt? Fratrum per Imperatorem diſcuſſio, cùm diceret, nos quidem depoſitos, Synodum verò ſanctam eſſe, & à ſe obſignatam. quandoquidem Sanctorum diſpenſatio eſſet adulterina copulatio, & indemnatus qui eam peregerat, eorumdemq́; cùm admitteret illum nemo, aut ſingulorum ſeorſum, aut binorum, ternorumve ſimul, atque etiam plurium per monaſteria & caſtra incluſio, nonnullorum etiam flagella & cruciatus, cùm hæc iam vbique terrarum terrâ mariq́; nota ſint, vulgoque iactata? Quam igitur ob cauſam hæc omnia, vt paucis complectar? Nonne quòd adduci non poſſent vt dicerent aut aſſentirent, diſpenſationem fuiſſe Euangelij trãſgreſsionem, quam velut ſalutarem & Sanctis parem aduerſarij vociferabantur, factis & verbis etiamnum in eo conſiſtunt, id loquentes, id agentes iſtâ perſecutione? Quonam igitur pacto dicunt, quòd nemine aduerſante, aut docente, ipſos vocemus hæreticos? Phantaſia ſunt iſta quæ diximus & ſomnia: an vera? Et quoniam vera ſunt, quomodo non vbique docent & prædicant verbis, factiſq́;? Aut quomodo vos illis credentes, propemodum cum ipſis qui hoc dicunt, ſtatis? Sed & ſi tacuerimus nos, orbis ipſe veritatem teſtatur horrendum ſilentij iudicium in vos ipſos attrahentes.*

Quamobrem ego humilis cogor, non ſilere, ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripto quoad vires ferunt cum timore ac tremore, cum vitæ diſcrimine. Et ſi quiſpiam veſtrum fortaſſe non neceſſario, dicam & ſuperuacaneè me facere exiſtimet. Verùm ad rem tandem veniat oratio.

XXXVI. *An, nemine aduerſante, aut docentes mœchari, ſacrilegoſque abſoluere, quo iure illos appellemus hæreticos? Mœchari ergò & ſacrilegos abſoluere verbo illi reuerà non docent; nam nec Gentes quæ leges non habent, mœchari docent. Neq; nos nudè hoc ab illis dici ponimus, ſed quod adulterinam coniunctionem approbantes, & quæ illi annexa ſunt, & per eam alias Euangelij tranſgreſsiones cum canonum infractionibus, ſalutarem eſſe diſpenſationem, interiecto anathemate ſancientes; atq; hoc ipſum in dies per exilia carcereſque quos dixi vindicantes, Euangelium ſoluerint ex Sanctorum ſententia & virtute, diſpenſationem in omni præuaricatione fieri adſtruunt, immutabilia Dei mandata variantes & mutabilia ſtatuentes. Et qui poſſint mobilia ac mutabilia non eſſe, ſi diſpenſationem eſſe, quando violantur, re ac verbo Synodicè docent? Non enim tam impudenter mentientur, vt Synodum à ſe coactam negent, ſi adulterinam copulationem fateri nolint, diſpenſationem Sanctis parem appellaſſe, nec eos qui illam non recipiunt, excommunicaſſe. Quod ſi excommunicaſſe negant, quorſum illud exclamarunt: Iis qui Sanctorum diſpenſationes non recipiunt, anathema ſit. Perſpicuum eſt enim, cùm recipere illas aliqui nollent, inde natam eſſe ſanctionem, niſi ebrij ſimus. Quænam verò de re alia quæſtio erat præterquam de adulteri coniunctione? propter illam ergo excõmunicatio, vt quæ iuxta SS. diſpenſationes facta eſſet. & quidem ſi earum ſimilis ſit, iniuſtæ fuerunt Sanctorum diſpenſationes: at ſi Sancti iniuſti non ſunt (vt verum eſt) excommunicati illi fuerunt, quòd adulterinam copulationem non recipiant. quantumuis artificioſè id agant, vt quæ perſpicua ſunt, obſcura reddant, ſed occultari nequit quod factum eſt.*

XXXVII. *Iam verò quàm immutabilia ſint mandata Dei, audi Baſilium magnum: Fortaſsè intendere animam meam vigilantioremq́; in poſterũ reddere Dominus voluit. vt homines non attẽdat, ſed per Euangelica mãdato perſuaſus*

quæ nec temporibus, nec humanarum rerum circumſtan- A
tijs commutantur, ſed eadem permanent, ſicut ex beato &
minimè fallaci ore prodierunt, ſic in æuo perſeuerantia.
Contrà verò, qui adulterinam coniunctionem, ſalutarem
diſpenſationem eſſe dixerunt: quid aliud dicunt, quàm mu-
tabilia eſſe Dei mandata, quæ nunc quidem mutentur, nūc
minimè mutentur? Sed immutabiles agant, & nonnullis
temporibus atque humanis circumſtantijs, ſicut ipſi de Im-
peratoribus dixerunt, mutentur, & ad iniquitatem non
imputentur. Rurſum autem tantam vim habeant, vt qui
ea non ſuſcipiunt, hoc eſt, tranſgreſſiones, quæ vt ipſi aiunt,
diſpenſationes ſunt Sanctorum, anathemate damnētur ab
Eccleſia. Ex his ergo conficitur nihil aliud quàm mutabilē
& variabilem Deum eſſe, vt dicto ſuo ſimilis ſit, qui dixit:
Et Euangelium indifferens eſſe ad ſalutem & perditionem. B
Nū enim in omnibus hominibus, & in omni mādati tranſ-
greſſione diſpenſatio eſt, an in quibuſdam, & in aliqua? Et
quænam ſors iſta eſt, vt in quibuſdam ſit & in aliqua, in a-
liquibus & in aliquo nequaquam? A quibuſnam ergo, & à
quàm multis hæc diſpenſatio? ab Epiſcopis ſolis, an etiam à
ſacerdotibus? Synodicè, an priuatim vtrumque? Et ſi in
Regibus tantùm? An in adulterio ſolo, an in qualibet ini-
quitate? & quomodo à Regibus ceſſent Dei mandata? An
omninò quaſi finem habeat eum imperium, quandoquidem
nec Imperatoris ceſſat lex, niſi Imperator alter ſuc-
cedat?

XXXIIX. Sed & hoc quoque indagandum eſt, cùm dicit Apoſto-
lus: [a] Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Ec-
cleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctifica- C
ret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ſibi
ipſe glorioſam Eccleſiam non habentem maculam neq; ru-
gam, aut quid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata:
Quomodo quæ nunc quidem adulterium & adulterij con-
iunctionem admittat, alijs autem mox temporibus ſimiles
alias, ſine macula & ſine ruga perſiſtat, ac non lutulenta
potius & ſordibus obſita, quod dicere perhorreſco? Deci-
dant hæc nobis noui Euangeliſtæ: Se ipſos enim qui talia re-
cipiunt, Eccleſiam Dei vocant, & eos qui eadem non pro-
bant, Eccleſiæ aduerſarios decernunt. Sed reuerà, iuxta
Prophetam: [b] Stultus fatua loquetur, & cor eius vana co-
gitabit, vt perficiat iniquitatem, & loquatur ad Deum
fraudulenter. Peſſima ita hæreſis hæc eſt. Atq; illud beatiſ-
ſimi Apoſtoli vſurpare eſt hoc loco: [c] Miror quod ſic tam ci- D
tò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratia Chriſti in
aliud Euangelium, quod non eſt aliud; niſi ſunt aliqui, qui
vos conturbant & volunt conuertere Euangelium Chriſti;
ſed licèt nos, aut Angelus de cælo euangelizat vobis aliud,
præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.
Præterquàm autem euangelizauit nobis non Apoſtolus, ſed
Chriſtus ipſe, euangelizauit nobis Mœchoſynodus adulteri
coniunctionem, ex qua adulterium & multimodā ad mœ-
chandum inductionem, ſalutarem eſſe diſpenſationem. &
hoc illa vbiq; euangelizat verbis, factiſq; quamuis callidè
diſſimule; vt poſtquàm plurimos deceperit & illaqueaue-
rit, tum coryphæam ſuam iterum exaltet, à qua miſer ego
vtinam procul fugiam, & fugere vos, vt peccator, oro, ſi non
auſcultare mihi nolueris. E

XXXIX. En igitur, frater, ex Euangelio & Prophetis, necnon ex
Patribus oſtendi tibi, ſi modo fidem habere vis verbis veri-
tatis, Mœchoſynodum omnis hæreſis numeros ſine contro-
uerſia expleſſe, tametſi paululum quiddam in medio ſub-
traxit, eò quod adulterinam tantùm coniunctionem no-
minauit, vel potiùs prædicauit, diſpenſationem eſſe in Ec-
cleſia Dei. Nec verò mirere, ſi vox vna hæreſim pariat,
cùm Dominum dicentem audias: [d] Iota vnum, aut vnus a-
pex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Et caue di-
cas, quid opus eſt, nimis anxiè laborare, & per vnam di-
ctionem doctas ſpeculationes reuocare, atque hoc illud ve
concludere? ne fortè impingas in hæreſim Gnoſimachorū,
de qua hæc auctor: [e] Gnoſimachi ſunt, qui omni Chriſtia-
norum agnitioni ac ſcientiæ ita aduerſantur, vt vanum &
minimè neceſſarium laborem eſſe dicant eorum, qui in diui-
nis ſcriptis aliquam exquirunt ſententiam: neq; enim De-
um aliud à Chriſtianis poſtulare, niſi præclaras & bonas
actiones. Itaque aliquem ſimplici rudique animo inſtitu-
tum ſuum perſequi melius eſt, vt aiunt, quàm omnem cu-
ram in cognoſcendis decretis, atque ſcientijs ponere. Ad
hunc ergo modum Gnoſimachi. Doce verò tu, ſi potes ex di-
uinis litteris hæreſim non eſſe: & ne mihi multitudinem
obijcias, nec nocturnos Dei cultores iactes, doctoſque quos
ais, & amicos. Nam ſi Deum colunt, vbi libertas? Et ſi do-
cti (neque ego inficior tales eſſe: multis enim confiteor me
imperito doctiores) ſed ſi veritatem tenent, ſcienter oſten-
dant ex ipſa veritate, atque adeò ab exemplis, aptis dico &
non alienis, contrariiſque veritati, & Apoſtolicis, pater-
niſque canonibus. Et ſi amici ſecundùm Deum, quomodo
hæreticorum communioni participant? neque enim ſunt
tales amici veri & fideles.

Attende itaque frater, quid ſanctus Baſilius dicat in eos XL.
qui veritatem metiuntur ex multitudine: Qui depoſita
quæſtione rationem reddere non poteſt, cui non ſuppetit
demonſtratio, ideoque perfugium habent in multitudine:
is victum ſe fatetur, vt qui nullum habeat fiduciæ adiumē-
tum. & poſt alia: Oſtendat mihi vel vnus pulchritudinem
veritatis, & prompta mox erit perſuaſio. Multitudo au-
tem ſine demonſtratione auctoritatem ſibi vendicans, ter-
rere quidem poteſt, perſuadere non poteſt. Aut quot homi-
num myriades mihi perſuadeant, vt diem noctem putem,
vel vt æreum nummum pro aureo habeam & accipiam?
vel certum venenum hauriam pro cibo congruenti? Ergo
terrenarum quidem rerum causâ multitudinem nihil ve-
rebor, ſi mentiatur; in cæleſtibus autem decretis ad nutum
ſine vlla ratione ſequar, abſque recedens, quæ iā olim magno
conſenſu ex diuinorum Scriptorum teſtimonio tradita fu-
erunt? Non audiuimus Dominum dicentem: [f] Multi voca- [f] Matt. 20.
ti, pauci verò electi? & iterum: [g] Anguſta & arcta eſt via, [g] Matth. 7.
quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam.

Quis ergo ſanæ mentis non mauult ex paucis eſſe, qui per XLI.
anguſtam introeant in ſalutem, quàm ex multis qui per
latam ferantur ad perditionem? aut quis non magis optaſ-
ſet, ſi tempore illo vixiſſet, quo beatus Stephanus certamen
obijt, in illius parte cenſeri, qui ſolus lapidibus petebatur,
qui omnium ludibrio expoſitus erat, quàm inter multos
illos, qui propter iniuſtam auctoritatem veriſimilem cau-
ſam obtinere videbātur? Pluris eſt vnus Deo placens, quàm
myriades ſeſe arroganter iactantium, quemadmodum ex
veteri Teſtamento diſcimus, cùm millia multa è populo cæ-
leſti plagâ caderent, & [h] Phinees ſolus fuerit, Deumque [h] Num. 25.
placauit, & ceſſauit percuſſio. Quod ſi dixiſſet ille: Quî au-
ſim ergo aduerſus ea quæ tam multi tanto contemptu faci-
unt? Quî refrager ijs qui ſic viuere decreuerunt? nec egregi-
um facinus odidiſſet ipſe, nec ceſſaſſet malum, nec ſeruati
cæteri fuiſſent. Optimum ergo, optimum vel vnum iure
audere, & iniuſtorum concordiam diſſoluere. Tu verò,
ſi videtur, ſeruato Noë ſummerſam multitudinem ante-
pone: mihi verò permitte, vt cum paucis ad arcam conuo-
lem. Et rurſum ſi placet, adiunge te multitudini Sodomo-
rum, ego verò cum Lot abibo, quamuis ſolus turba virili-
ter ſe ſubducat. Enimuerò mihi etiam reuerenda multi-
tudo non inquiſitionem fugiens, ſed demonſtrationem
præbens; non amarè vlciſcens, ſed paternè caſtigans; nec
nouitate gaudens, ſed paternam retinens hæreditatem.
Quonam verò multitudinem mihi prædicas blanditijs
& muneribus conductam? imperitiâ & ignorantiâ ca-
ptam? metu & terrore proſtratam? quæ breuem peccati v-
ſuram æterna vitæ prætulit? quod multi apertè cōfeſſi ſunt.
Multitudine mendacium defendis? hinc mali vim decla-
raſti: quò enim plures malum tangit, tantò maior eſt cala-
mitas. De his ergo in hunc modum. Cæteras autem pro-
poſitiones tuas perſequi ſuperuacaneum foret, cariſſime,

Margin notes (left column): [a] Epheſ. 5. [b] Iſa. 32. [c] Gal. 1. [d] Matth. 5. [e] Damaſ. de hæreſ.

tum

tum quia epiſtola modum excedunt, tum quia recto ſenſu dicta accipientibus obuia erunt quæ dicuntur. hucuſque ad Athanaſium Theodorus.

XLII. THEODORI SCRIPTIO ADVERSVS MOECHIANOS.

At non hîc finis certaminis: quoniam hæreſim ſtabilire conantes, rurſùm alijs argumentis eumdem Theodorum appetiuêre, ijſdemque ex diuina ſcriptura petitis. Siquidem cum, vt dictum eſt, plurimos Theodorus haberet contradictores etiam extra numerum eorum qui Mœchoſynodo interfuerant, ijdem potiſſimùm innitebantur argumento ab exemplis petito, oſtendentes nimirum ſanctiſſimos Patres, ab Apoſtolo Paulo incipientes, qui ex diſpenſatione Timotheum circumcidit, diſpenſatione aliquando vſos eſſe. Ad horum verò deſtruenda omnia argumenta idem ipſe Theodorus volumen de Diſpenſatione vniuerſali conſcripſit, cuius meminit in epiſtola ad Naucratium, in qua & plura diſſeruit de ijſdem. Aggreſſus eſt autem Theodorus eumdem librum ſcribere hortatu fratris ſui Ioſephi Archiepiſcopi Theſſalonicæ aduerſus Mœchianos, qui ſcuto illo diſpenſationis diuina humanaque iura violarent, vel ab alijs violari eo falſo prætextu paterentur. Nam audi quæ ipſe ad eumdem Archiepiſcopum germanum ſuum ſcripſerit in eius fermè exordio, vbi meminit de quaternionibus ſuaſu ſancti Platonis cognoſcendis ad eum miſſis: [a] *Bellè autem* (inquit) *accidit, quòd quaterniones inſpexiſti: occaſionem enim præbuit commonitio, ſeu potiùs iuſſio tua, vt huiuſce propoſitionis refutationem aggrederer. quam hortatu patris noſtri in quaternionibus illis miſi ſanctitati tuæ, nullam meam propriam in toto opere ſententiam texens, quoniam nec lege iuſtum, nec canone rectum quicquam eſſe poteſt. Sed diuinorum tantummodò Patrum, quámuis ineptè documenta & præcepta proferens atq; connectens, prout oppoſitæ propoſitionis ratio poſtulabat. ac niſi lectionem laboris metu refugias, erit, ni fallor, operæpretium.* hæc ipſe.

[a] *Theod. li. 1. epiſt. 43. ex Cod. Col.*

XLIII. THEODORVS OMNIVM DOCTISSIMVS.

Porrò Theodorus, hoc tempore cæteris eminentior doctrinâ in Oriente fulgebat, vt Orthodoxi omnes eius Eccleſiæ cùm quid dubitationis in facultatibus Theologicis habere contingeret, ad eum tamquam ad oraculum ſolerent recurrere. Ipſe tamen ſummâ animi demiſſione præditus nihil ſibi tribuens, ſed cuncta patri ſancto Platoni accepta ferens, intra ſepta ſanctæ humilitatis procul ab omni arrogantia, atque faſtu ſe liberum cuſtodiuit. Nam accipe quæ de his ſcribat ad Stephanum Lectorem, qui eum doctrinæ nomine plurimùm ſuis litteris celebraſſet. ſic enim exorditur: [b] *Accepi litteras Deum æmulantis caritatis tuæ inſcriptione quidem tamquam ab vno, ſententia verò tamquam à diuerſis miſſas. Seu igitur ab vno, ſeu à pluribus de Deo interrogatus, quoad imperitia mea poteſt congruentiſſimum reſponſum dabo. Primum ergo quibus me celeberrima lingua tua exornauit: ab his ego laudibus longè remotus ſum, cùm peccator ſim, & vitam agam minimè laudabilem. Si quid verò in me eſt, Dei donum eſt, eius qui ſpiritu me genuit, patris precibus tributum,* &c.

[b] *Theod. ep. 33. ex Cod. Colum.*

THEODORVS SVSTVLIT PERICLITANTI ECCLESIÆ.

Quàm bene conſuluit Deus ſuâ prouidentiâ, his temporibus perditiſſimis, Eccleſiæ Orientali, cùm malorum Epiſcoporum, & peſſimorum Imperatorum conatu, vniuerſum fermè Euangelium, & reliqua diuina ſcriptura in maximum diſcrimen adducerentur; dum quod diuinâ eſſet lege prohibitum, id per diſpenſationem poſſe fieri aſſerebatur: quod & carnalis populus auidè amplecteretur, qui iam exemplo Conſtantini contra canones & Eccleſiæ morem veterem inconceſſa tentaret, vt idem Theodorus teſtatur in epiſtola ad [c] Naucratium: ſicque populus ſponte etiam ad deteriora deflueret quodam prætextu, ipſi aditu à malis ſacerdotibus patefacto. Quamobrem, niſi tuba Theodori intonuiſſet tanto illato vulnere Euangelio, totus penè Oriens corruiſſet. Sed eius clangore factum, vt quamplurimi ad reſiſtendum nouæ hæreſi ſeſe pararint ad prœlium.

[c] *Theod. ep. 50. ex Cod. Colum.*

XLIV.

Sed non prætereamus dicere de alijs Confeſſoribus hoc perſecutionis tempore eadem ex cauſa coronatis, de quibus idem Theodorus in alijs duabus ſequentib. ad Naucratium datis epiſtolis ſcribit: in prioris enim exordio, tamquam panegyri quadam laudibus ornat Philippum atque Philonem qui in perſecutione obierant, inter ſanctos Confeſſores ob eam rem meritò cônumerandos. Rurſum verò in alia ad eumdem Naucratium ſcripta iſta leguntur [d], cùm agit in primis de pſeudoarchiepiſcopo Theſſalonicenſi, qui Ioſeph. fratris Theodori ſedem inuaſerat.

[d] *Theod. li. 1. ep. 51. Cod. Colum.*

THEODORI EPIST. ALIA AD NAVCRATIVM DE CONFESSORIBVS.

Tria hæc in me effecerunt litteræ tuæ, fili deſiderate: ſimul enim obſtupui, admiratus ſum, & cantaui. Primum propter impios, alterum propter pios, tertium propter Deum qui corroborat eos qui in eius lege inuituntur. At de ſacro quidem Athanaſio, qui anteà viſus eſt lapſus pedibus, *eiuſq; ſocijs deſideratiſſimis, ac de fortiſſimo item meo Theoſoſto, & de ſeptemdecim eius ſtrenuis comitibus, cùm ſatis dictum ſit in meis ad illos epiſtolis, omittendum eſt hoc loco, quamuis longiore digni ſint oratione ac laudibus, qui diuinitùs ac fortiter decertarunt. venio ad colophonem.*

XLV.

Quis vnquam adeò iniqua & abſurda Chriſtianus audiuit, vt geſta ſunt à nefarijs Mœchianis, nomine Epiſcopis, re autem ſacrilegis ex Apoſtolico & Patrum teſtimonio, etiamſi hæreſim excipias? Hominem verberans quis vnquam ſic cecidit? non Chriſtianam dico manum, ſed etiam barbaricam. bis centum ſexagintaſex verberum, ac nõ multò pòſt, bis ducentis bouarum ictib. in humeros inflictis, vts generoſus Archiepiſcopus, ſeu potiùs Allotri Epiſcopus, ideſt, alienæ ſedis inſeſſor Epiſcopus Theſſalonicæ, neque gregarium quemquam, ſed monachum, eumq; Præpoſitum, & quidem religioſiſſimum, Euthymium, ſecuri tectiq; animi teneritudine nomini reſpondentem. Expauit cœlum hoc ſpectaculo, & ego miſer audiens inhorrui, & mecum opinor omnes quibus aliquis ſenſus eſt humanitatis & miſericordiæ. Quem ad Chriſti exemplum compati oportebat, & percuſſum non repercutere; is immanior feris extitit, nullum Chriſtiani veſtigium retinens, nedum Epiſcopi. Et quamobrem has dilaniatio? Vt Chriſti athletam eò impellat, vt ipſum commemoret tamquam Epiſcopum. Sed ô fortem atque inuictum animum beati! ſic enim loqui æquum eſt, qui a poſt tot plagas, tantumq; profuſi ſacri ſanguinis copiam, vt tingerentur aſtantium veſtigia, & in limum quodammodo concreſceret purpureus ille puluis, ad ædificationem Eccleſiæ Dei, cùm ſic iaceret penè exanimis & elinguis, inſtarentq; tortores, vt commemoraret Tyrannum dicentem non Archiepiſcopum: Minimè, ait beatus. Eo modo ad mortem propemodum perſeuerans, immobilis animo, fixoq; in ijs quæ rectè ſemel decreuerat.

EVTHYMII ABBATIS GLORIOSA CONFESSIO.

XLVI. QVOMODO EVTHYMIVS LIBERATVS.

Penè omiſeram quod in primis obſeruandum. Templum ipſum Dei Prætorium factum fuiſſe Pilaticum: Ibi enim, hoc eſt, in ſacra quam vocant Archangeli æde verberatum Martyrem fuiſſe ait, quem implacabiles quidem carnifices ſemimortuum reliquerunt. Chriſti verò imitator quidam in domum ſuam eum recepit, impoſitâq; ad defluentis cruoris, laceraq; carnis plagas recens iugulati agni pelliculâ, virum reſocillauit, viribuſq; paulatim confirmatus clàm emiſit, euocato mandato. Ita euaſit qui iam mortuus erat, & mirabiliter reuixit ad Orthodoxæ Fidei decus, triumphumq; de hæreticis. Quid his impium magis eſſe poſſit? Quis Orthodoxus in hæreticum talia vnquam exer-

cuit? & paulò pòſt de ipſo ad quem ſcribit Naucratio, iſta ſubijcit.

DE NAVCRATIO.

Tu verò, fili cariſſime, tametſi alibi cuſtodiris, vt indicas gaude, quia plures tibi coronæ texuntur. Et quamquam Leontius, diſcipulus olim, nunc negator, illis præſit locis, in quibus incluſus teneris, nihil mirere: hoc enim tempus eſt longanimitatis Dei, vt cognoſcantur electi, & [a] *regnet filius Tabeel in Bethlehem* &c.

[a] Iſa. 7.

Cùm in hunc modum pſeudoepiſcopus Theſſalonicenſis, diriſſimus perſecutor, tam crudelia atque deformia ageret aduerſus ſanctiſſimos monachos, qui eius communionem auerſarentur, illamque Eccleſiam, ceu lupus gregem ouium vaſtans, mirum in modum peſſundaret: qui verè paſtor erat, & pater, legitimuſque Archiepiſcopus Theſſalonicæ Ioſephus ab hæreticis Mœchianis in Synodo Mœchiana depoſitus, his auditis magnoperè cruciabatur, de hiſque iterùm ſcripſit ad ipſum germanum ſuum S. Theodorum: quibus ille acceptis conſolatorias reddidit ad eum litteras quæ ſic ſe habent [b].

[b] Theod. lib. 1. epiſt. 43. Cod. Colu.

XLVII. THEODORI AD IOSEPHVM EPISTOLA.

Et prior epiſtola fraterna ac paterna tuæ ſanctitatis, tametſi breuis numero ſyllabarum, abundabat tamen allegorici ſenſus copiâ, & poſterior omni ſcientiâ atque humilitate vtricum habens reprehendendum, indignas infelices laudes meas. Ego verò non per antiphraſim, abſit, ſed verè prorſus, educere te his temporibus noſtris in Archiepiſcopali dignitate, ſanctorum Patrum exemplo dixi. Nec aberrem, ſi columnam & firmamentum Eccleſiæ te vocem, mi frater optime. Quiſquis enim pro veritate decertat & patitur, columen eius eſt & faſtigium. & poſt multa, cum egit de quaternionibus, ſcriptis aduerſus emergentem hæreſim iuſſu S. Platonis, miſſis ad ipſum, aliaque de pace adiecit, ſubijcit iſta: *De ciuitate autem tua, columnam accendiſti pietatis, quã obſcurare nullus vnquam poſſit. Neq; eſt quòd ægre feras; quin lætare potius, vti & nos in diſſipatione humilis monaſterij mei: quia propter Chriſtum hæc diſſolutio. Neque ob eam cauſam, quòd tam multi ſteterint, qui genua non curuauerunt, magna laus eſt; ſed & quamuis vnicus eſſet: melior ſiquidem vnus Domini faciens voluntatem, quàm decem millia præuaricantium. Nec verè ipſe cauſa es illorum diſperſionis, licèt id garriant nonnulli, ſed ego infelix. Erit autem nobis, ſi perferas, vtriuſq; rei communio, tantamq; ipſe mercedem capies in diuina fratrum diſperſione, quantam ego nanciſcar in reliquijs legis diuinæ apud Theſſalonicam.* & paulò pòſt: *Scito accuſatum fuiſſe Theoſtum, quòd ab eo non participaret qui ſedem tuam ſacrilegè inuaſit, eumdemq; ſtrenuè monaſterio ſuo pulſum fuiſſe,* &c. Extat verò & ad eumdem Ioſephum germanum ſuum alia eiuſdem Theodori [c] epiſtola de eadem per Mœchianos perſecutione excitata. omittimus eam breuitatis causâ.

[c] Theod. lib. 1. epiſt. 33. Cod. Colu.

XLVIII. PERSECVTORES THEODORI IPSVM VENERATI.

Sed quid ipſe Theodorus? Furore illo primo perſecutionis efferueſcentis nonnihil ſedato, factum eſt, vt ijdem ipſi, qui eum fuerant perſecuti, in honore haberent, & veneratione etiam proſequerentur, ipſeque Nicephorus Patriarcha eum mitteret ſalutatum; & alij rurſus alijs officijs ipſum demerere ſatagerent. Eſt de his eiuſdem Theodori ſignificatio in dicta Epiſtola ad Ioſephum Theſſalonicenſem Archiepiſcopum, in qua hæc leguntur ad finem: [d] *Carceris mei auctor cùm exiſſet, attulit mihi Patriarchæ ſalutationem. Ignoſcet tibi Deus, inquit, hic habere te volebamus ad auxilium noſtrum: Abiiſti, & iſthic conſediſti. Inuideo tibi. Quod cùm audiſſem, riſi. Neque enim opus erat reſpondere me vſque ad illa verba. Tum ego: Si inuidet, inquam, exeat & ipſe. Relaxauit porrò cuſtodiam inuitans ad refocillationem. Attulit enim & Simeonis ſalutationem, & quod Imperatori dicere voluit, me in carcere laborare. Et a Leontio humilem ſalutationem: Paſſus ſum, ait, neceſſitatem: Non ſeparet me Deus à ſermone tuo. Et ego: Hæc ego, inquam, ab illo non requiro.* hæc Theodorus de ijs qui perſecutionem mouerunt, quique cum aduerſarijs communicantes pœnitentiâ ducti, atque Theodori virtute conuicti ſunt. Iſta tamen Theodorus vſq; ad biennium paſſus, ad obitum ſcilicèt Nicephori Imperatoris. At ſatis iam quæ ex eius epiſtolis ad rerum geſtarum notitiam vſque ad necem ipſius Imperatoris, hiſtoriâ epiſtolari quàm fideliſſimè ſunt collecta, numquam hactenus Latinis viſa, quibus præſens Annalium tomus magnoperè decoretur.

[d] Theod. lib. 1. epiſt. 43. Cod. Colu.

XLIX. NICEPHORI TYRANNIS IN SVBIECTOS.

Quæ prætereà ſpectant ad eiuſdem Nicephori Imperatoris aduerſus vniuerſum populum tyrannidem, Theophanes iſta habet:

Anno octauo Imperij ſui Nicephorus poſt multas impias animaduerſiones, militias pro ſui humiliare tractãs, Chriſtianos exules ex omni themate in Sclauinias ferri iuſſit, horum autem ſubſtantias venundari. Erat autem hæc res captiuitate non minor, multis ex amentia blaſphemantibus, & inimicorum curſus poſcentib. alijs nihilominus circa ſepulchra parentalia lamentantibus, & defunctos beatos aſſeuerantibus. Fuerunt autem & qui ſuſpendio vſi ſunt. & paulò inferiùs, numerans reliquas illatas ob eodem calamitates, ſic pergit: *Hæc quidem inchoata ſunt à Septembri menſe, porrò circa Paſcha finita ſunt.*

Secundam verò hanc afflictionem commouens, militare præcepit egenos, & armari aduerſus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem & octo ac dimidium numiſma per ſingulos Fiſce, vnà cum omni proximitate ad tributa publica.

Tertiam malignitatem inferens, perpendere iuſſit & augeri horum tributa & præſtare * *Cariacitorum causâ ſiliquas binas.*

* Cariaticorum.

Et ad quartam nequitiam, reliquos reditus omnes augmentari præcepit.

L. NVMERANTVR NICEPHORI TYRANNICÆ EXACTIONES.

Quintâ verò afflictione illatâ venerabilibus domorum inquilinis, orphanotrophij ſcilicèt, ac Hoſpitalium, Gerocomiorum, Eccleſiarum quoq; ac monaſteriorum regularium per ſingulos focos cenſus exigi à primo tyrannidis eius anno præcepit. Et quæ meliora erant in ijs, in regiam Curatoriam deferri iubebat.

Sextam commouens afflictionem, à Prætoribus inſpici iubet eos qui ex paupertate repentè ditati eſſent, & ab his pecunias exigi quaſi ab inuentoribus theſaurorum.

Septimam quoque adinueniens, eos qui ante viginti annos, & vſque ad hunc inuenerant dolium, aut vas quodcumque, omnibus proprijs iuſſit priuari pecunijs.

Octauam, eos qui ex auis vel patribus hæreditauerunt, & diuiſâ ſubſtantiâ, pauperes facti fuerunt ex iiſdem annis viginti fidos ærario publico iubebat præbere. Et eos qui emerant extra Abydum corpora ſeruilia, bina numiſmata in tributum dare præcepit, maximè eos qui in Dodecaniſo erant.

Nonam, naucleros qui maritima inhabitabant, & maximè eos terreno labore minoris Aſiæ viuentes, emere de rebus quæ ab illo rapiebantur, cogebat, vtcumq; appretiarentur ab ipſo.

Decimam, inſignibus Conſtantinopoleos naucleris collectis, dedit in vſuram quatuor ſiliquarum numiſmata, cùm auri duodecim librarum perſoluerent, ſimul & conſueta commercia.

LI.

Hæc ex multis ſummatim pauca deſcripta ſunt, ſignificantia multimodum ad omnem ſpeciem eius molimen. Quæ enim in regia vrbe per ſingulos ipſo ibi, mediocribus & exiguis oſtenſa ſunt mala, nequeunt ſcribi. Alios quidem, eo inueſtigante, qualiter domi viuerent, ac ſuis mittere quoſdam malignorum ſeruorum deregẽdi dominis; in primordijsq; quaſi dubitante ſuper his quæ dicebãtur, deinde verò

Digitized by Google

aſſirmante calumnias. Id ipſum & ſuper ignobilibus gerebat, dignos eos honoribus iudicans. Prætereà domorum multas habitatorum à prima in tertiam generationẽ ſubuertebat, ſpe fretus, vt quantò celeriùs ruerent, tantò has ipſe hæreditate citius poſſeſſurus eſſet. Dignum autem eſt, vt & hoc causâ voluptatis & paradigmatis memoriæ cõmendemus. Cerularius quidam erat in foro ex laboribus ſuis locuples & nihil agens; quo accerſito, omnium vorax Imperator ait: Pone manum tuam in vertice meo, & iura quantum tibi ſit auri. Qui pariùs, tamquam indignus, recuſans, coactus eſt ab eo hoc facere. & centum ſe libras dixit habere: quas eadem horâ auferri præcepit, dicens: Tu quid opus habes ſolicitari? prande mecum, & tolle libras decem, & his vade contentus.* hucuſque Theophanes de iniquiſſimi Imperatoris rebus geſtis.

* indignos

LII. CONCILIUM AQUISGRANENSE.

Quod ad res pertinet Occidentales, produnt Annales veteres Francorum, celebratum fuiſſe hoc anno Concilium Aquiſgranenſe occaſione motæ quæſtionis de proceſſione Spiritus ſancti, de quo Annales ſub Caroli filio Ludouico conſcripti hæc habent; *His ita geſtis, Imperator de Arduenna Aquiſgranum reuerſus, menſe Nouembri Concilium habuit de proceſſione Spiritus ſancti. Quam quæſtionem Ioannes quidam monachus Hieroſolymis primò commouit. Cuius definiendæ causâ Bernarius Epiſcopus * Vuormatienſis atque * Ieſſe Epiſcopus & Adelhardus Abbas monaſterij Corbeiæ Romam ad Leonem Papam miſſi ſunt. Agitatum eſt etiam in eodem Concilio de ſtatu Eccleſiarum & conuerſatione eorum qui in eis Deo ſeruire dicuntur. nec aliquid tamen in eis definitum eſt, propter rerum, vt videbatur, magnitudinem.* hæc Annales, eadem & alij omnes.

*Vuangiomi
*Ieſſe Epiſ. Vuormatiæ

LIII. DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

Hic monendum eſſe putamus Lectorem, non de his dubitatum vel tractatum, num Spiritus ſanctus à Patre, Filioque procederet; ſed quòd tum apud Hiſpanos (vt vidimus & ſuo loco pluribus diximus) tum apud Gallos additæ fuerunt Symbolo quatuor illæ ſyllabæ, FILIOQVE: num id bene factum eſſet, vt & ita auctum Symbolum in Eccleſia caneretur: Acceperant enim licentiam à Leone ipſo Romano Pontifice Franci, vt liceret eis Nicænum Symbolum ſiue dixerimus Conſtantinopolitanum, in Eccleſia canere. Sed cùm ipſi illud canerent cum eo additamento: inde oborta eſt controuerſia, num licitè illis appoſitis ſyllabis, legitimè in Eccleſia cani poſſet. cùm alioqui de ipſa proceſſione Spiritus ſancti, diſputari minimè debuit neque in controuerſiam adduci, cùm ſancti Leonis Magni auctoritate conſtaret (vt à nobis ſuo loco dictum eſt) rectè dici Spiritum ſanctum à Patre Filioque procedere. Quid autem actum ſit Romæ à Legatis à Synodo miſſis, vetera nos docent Eccleſiaſtica monumenta ex Zmaragdi ad Carolum epiſtola, in qua ipſa Acta[a] inſeruntur hac inſcriptione notata.

[a] *Accepimus à Ducæo Frontone Societ. Ieſu, habemus etiam ex ſcrips. Cod. Antonij Auguſtini.*

Ratio, quæ habita eſt de Symbolo Fidei in Secretario B. Petri Apoſtoli inter D. Leonem ſanctiſſimum & coëuangeliſtam Papam Vrbis Romæ & Bernarium atq; Ieſſe Epiſcopos ſeu Adelhardum Abbatem miſſos D. Caroli Imperatoris per Indictionem ſecundam.

LIV. EPISTOLA CAROLI NOMINE AD LEONEM III SCRIPTA A ZMARAGDO.

Lectis à prædictis Miſſis per ordinem teſtimonijs, atque à domno Apoſtolico diligentiſſimè auditis, ait, ita ſentio, ita teneo, ita cum his auctoribus & ſacra ſcriptura auctoritatibus. Si quis aliter de hac re ſentire vel docere voluerit, defendo: & niſi conuerſus fuerit, & ſecundùm hunc ſenſum tenere voluerit, contraria ſentientem funditùs abijcio. His dictis; noui quòd nonnulla colloquendo potiùs quã diſputando deceſſerunt. quorum ſeriei ſenſuum ſeu verborum niſi tantùm quod inde fuit, non ſatis memoriæ occurrit. Cùmq; eadem collatio ad hoc vſq; procederet, vt iam magis certa diſputatio, quàm vt ſupra collocutio habenda eſſet: & ſi non eadem ſunt proprietas ſermonum, in quantũ recordari valeo, iſto tamen fuit curſu ſenſuum & ſumma concluſio nouiſſimarum definitionum.

LV. PROCESSIO SPIRITUS SANCTI A FILIO ASSERITUR A PONTIFICE.

Miſſi. Quia verò, vt dicitis, ita certiſſimum credendum eſt, credendo immutabiliter tenendum, tenendo verò ſicubi neceſſe fuerit, conſtantiſſimè defendendum eſt: nunquid non id neſcientes docendum, ſcientibus autem vt id attentiùs teneamus, confirmandum eſt? Papa. Ita eſt. Miſſi: Si ita eſt, ſi quis hoc neſcierit, vel ita non crediderit, num ſaluus eſſe poterit? Papa: Qui ſiquis ad hoc ſenſu ſubtiliori pertingere poteſt, & id ſcire, audita ſciens credere noluerit, ſaluus eſſe non poterit. Sunt enim multa, è quibus iſtud vnũ eſt, ſacræ fidei altiora myſteria, ſubtilioraq; ſacramenta, ad quorum indagationem pertingere multi valent: multi verò aut ætatis quãtitate aut intelligentiæ qualitate præpediti, non valent. & ideò (vt prædiximus) qui potuerit, & noluerit, ſaluus eſſe non poterit.

PETUNT LEGATI VT CANTARE LICEAT QVOD CREDITVR.

Miſſi: Si ergo ita eſt, immò quia ita eſt, quod non credere, non licet, & non tacendo, docere licet. Cur non licet cantare, vel cantãdo docere? Papa. Licet, inquam, licet docendo cantare, & cantando docere. Sed illicitè in prohibitis, nec ſcribendo nec cantando licet inſerere. Miſſi: Quia ergo vtriq; notum eſt, quod ideò à vobis, vt id Symbolum cantando vel ſcribendo inſeratur, illicitum ducatur vel dicatur: quia illi qui idem Symbolum condiderunt, non indiderunt, vt cetera ſequentes principales Synodi, Chalcedonenſis, ſcilicèt quarta, Conſtantinopolitana quoq; quinta, & ſexta, & nouum vltra Symbolum à quoquam qualibet neceſſitate, ſeu ſaluandi homines, deuotione condere, & in veteribus tollendo, addendo, mutandove quicquam inſerere prohibuerunt, non eſt ibi diutius immorandum. Sed hoc quæro. Hoc vt dicatur, rogo: quia id credere bonum eſt: bonum hodie ſicut ad credendum, ita ad cantandum eſſe, ſi tunc ab eis inſertum fuiſſet. Papa: Bonum certè & valdè bonum, vtpote tam fidei ſacramentum magnum, quod non licet non credere, quiſquis ad hoc valet pertingere.

LVI.

Miſſi. Numquid non bene idem tum auctores feciſſent, ſi quatuor tantùm addendo ſyllabas, tam pernéceſſariũ fidei ſacramentũ cunctis deinceps ſæculis perſpicuũ redderetur? Papa; Sicut non audeo dicere, non bene feciſſe, ſi feciſſent, quia procul dubio ſicut cætera quæ vel omiſerunt ſcientes vtiq; & non tam humanâ quam diuinâ illuminati ſapientiâ fecerunt: ita quoq; non audeo dicere, iſtud eos nobis minùs intellexiſſe, perpendiſſe, cur dimiſerunt, vel cur dimiſſum, ne vltra mitteretur, ſicut & cætera prohibuere. Tu & tui videte quid ſentiatis de vobis. Nam vt ego me illis nõ dico præferam, ſed etiam illud abſit mihi, vt coæquare præſumam. Miſſi: Abſit etiam, Pater, Deo noſtro protegente, illud à nobis, vt nos quicquã horum cogitemus, vel dicamus, vel ſuperbiâ inflati, vel in diuinis rebus humanæ laudis cupidine prouocati ac ſi noſmet illis non tantùm præferre, verùm etiam coæquare præſumamus: ſed tantùm ſecundùm huius temporis qualitatem, imbecillitatem fratrum noſtrorum caritate compatientes, illud quærimus, in eo laboramus, vt quia finis mundi appropinquat, in quo, ſicut prædicta ſunt, tempora periculoſa: etiam ideò inter cætera maximè fratribus noſtris prodeſſe valeamus. Quò ergo fideles in Domino in ſacramento fidei reddere ſtudeamus; & idcirco quia præfatum Symbolum à quibuſdam ita cantari reperimus, & quod id Eccleſiaſticæ cõgruere fidei, ſicut ſentimus, vtiq; cognouimus: atq; per hoc & nunc tam plurimos doctos & ſine fine vſq; in finem ſæculi de tanto myſterio, ſi ita teneatur, inſtruendos eſſe cognouimus, qui nequaquam inſtruerentur, niſi cantaretur: meliùs nobis viſum fuit, cantando tantos inſtruere, quàm tacẽdo indoctos relinquere. Si enim ſciret Paternitas tua, quanta ſunt hodie millia id ſcientiũ quia cantatur, qui numquam ſcituri eſſent, niſi cantaretur: fortaſsè nobiſcum teneres, & id tuo etiam conſenſu, vt cantaretur, acquieſceres.

Papa:

LVII.

Papa: Interim aſſentio: Veruntamen, quæſo, reſponde mihi: Num vniuerſa huiuſmodi fidei myſtica ſacramenta, quæ Symbolo non continentur; ſine quibus quiſque, qui ad hoc pertingere poteſt, Catholicus eſſe non poteſt, Symbolis inſerenda & propter compendium minus intelligentium, vt cuiq; libuerit, addenda ſunt? Miſſi: Nequaquam, quia nõ æquè omnia neceſſaria ſunt. Papa: Et ſi non omnia, certè plurima ſunt his ſimilia, quæ niſi à capientibus credantur, Catholici eſſe non poſſunt. Miſſi: Dabiſne aliquid non dico ſublimius, ſed ſaltem huic ſimile Symbolo deeſſe? Papa: Næ pe dabo, & abundanter dabo. Miſſi: Da primò vnum, & ſi neceſſe fuerit, adde alterum.

NON OMNIA QVÆ CREDVNTVR CANTANTVR IN SYMBOLO.
* contentione.

Papa: Quia amicâ agitur contentione, quod agitur, & pro vtrarumq; partium quæritur ſalute, quod quæritur (atque vtinam quoties aliquid huiuſmodi in maioribus ſeu in minoribus Eccleſiaſticis vel Catholicis vtilitatibus quæritur, ita per omnia pacificè ſine peruerſa intentione quæreretur) ne quid fortè de tam reuerendis myſterijs temerè loquamur, detur conſiderandi locus: & dabimus quicquid de his dederit Dominus.*

LVIII.

Et nocturnâ dilatione congruâ datâ, ait Papa: Numquid magis ſalutare eſt credere, periculoſumve non credere Spiritum ſanctum à Filio ſicut à Patre procedere, quàm Filium ſapientiam, Deum à ſapientia Deo, veritatem Deum à veritate Deo genitum eſſe; & tamen vtrumq; vnam ſapientiam, vnam veritatem, eſſentialiter Deum eſſe: cùm tamen conſtat, id à ſanctis Patribus eidem Symbolo inditum non eſſe? Si ergo hæc duo, ſicuti ſapientes decet, in tam familiari diſputatione ad hoc valent, vt nobiſcum ſentiatis, & cognoſcatis, tot priores Catholicos Patres, qui hoc vnde agitur, vel Symbolis non inſeruerunt; vel inſerere, quemadmodum cætera (vt ſuprà dictum eſt) prohibuere: non præſenti ignorantiâ, non futura negligenti prouidentiâ prætermiſiſſe: & prætermiſſum ne mitteretur prohibuiſſe, à coaceruandis teſtimonijs libentiſſimè quieſcimus. Sciendum verò, non ſolùm ſecundùm eſſentiam diuinitatis, verùm etiam ſecundùm myſterium Dominicæ incarnationis tanta, Deo auctore, & ex eorumdem Patrum auctoritate, damus & talia, quanta non ſolùm ſapientibus ſatiſfacere; ſed etiam ſtultos valent opprimere. Miſſi: Non inquam neceſſe eſt in eo laborare, ut neſciamus quod ſcimus, quia quicquid exindè cæteri ſciunt, nos Deo auctore ſcimus, aut ſcire poſſumus, ſi non ſcimus.

LIX.
REPRIMIT PAPA IMPORTVNITATEM PETENTIVM.

Papa: Hoc eſt, inquit, quod miramur, qui ſine profectuoſo labore poteſtis quieſcere laboratis ne quieſcatis. Miſſi: Non ideò laboramus, ne quieſcamus; ſed ne propter inertiam pij laboris præmium amittamus; & ſaluâ diligentiore inquiſitione, declinatâq; pertinaci contentione, adhuc maius æſtimamus lucrum, quod per hoc in corde quærentium acquiritur, quàm detrimentum in eo fieri, illorum qui addiderunt, ac ſi per contumaciam contemptores paternarum conſtitutionum exiſterent. Aliud eſt enim per arrogantiam tranſiliendo bona contemnere, aliud bona per beneuolentiam meliora efficere. Papa: Iſtud quoque etſi in quibuſdam vt agatur, bonum eſt: non tamen ideo vbique agendum eſt. Qua de re multa idita eſſe probantia addi poterant teſtimonia; ſed res per ſe admodum patet, quantò melius ſit, vt quiq; quodlibet bonum ita vt eſt, vtile reddere ſtudeat. aut ſi fortè id ipſum bonum melius efficere nititur; hoc primò caueat, hoc magnopere perpendat, ne & ſe vltrà quàm debuit, temerarium præſumendo, & illud quod per ſe ſalubre erat reddat noxium corrumpendo. Niſi quis forte aſſerere velit, de præſenti vnde agitur, vel ſimilibus capitulis, quæ ſine periculo loco ſuo docere licet, & diſcere, vt ordo docendi licitus dimittatur, & ibi deſerantur, vbi numquam deinceps docens aut diſcens innocens, ſed ſemper ſanè in tranſgreſſionis crimine meritò culpabilis vterq; iudicetur: Quod te fortaſſè, ſi non dedigneris audire, non immeritò tangit: qui hic quod hactenus in Eccleſia Dei, & ſibi quiſq; ſapiens ſcire, & ſine cogitatione delicti inſipiens er potuit docere, iam deinceps non dico, ſtultus diſcere: ſed nec ipſe ſapiens ſine præuaricatione poſſit cantare, cantandove, vt vultis, quemquam docere; & dum multis alio, quàm debetis, tramite prodeſſe eligitis, nullum in hac duntaxat parte dimittitis, cui ſi vos ſequutus fuerit, non noceatis. Nã de eo, quod ſuprà docuiſtis, non æquè iudicandus vel habendus ſit ille, qui tale aliquid deuotè fructum quærendo ageret; ille qui hoc contumaci inſtinctu præſumeret. Hæc defenſio, vel ſi dici liceat, tergiuerſatio, non huc reſpicit, non iſtud intendit: quia non idem Patres diſcernendo vel decreuerunt, nec ſanxerunt: vt ipſum beneuolus præſumeret, non maleuolus, ſed tantummodò nullus.

LX.
LICENTIA CANTANDI SYMBOLVM DATA A LEONE PAPA.

Miſſi: Numquid non à te id ipſum Symbolum eſt data in Eccleſia cantandi licentia? Numquid à nobis hic vſus ille cantandi proceſſit? Hinc etenim illuc, nos idem cantandi non à nobis huc aduenit: & quomodo illum vſque hodie cantamus? Papa: Ego licentiam dedi cantandi, non autem cantando quippiam addendi, minuendi, ſeu mutandi, & vt expreſſius aliquid, quia vos cogitis, loquar: quamdiu vobis in hoc ſatis fuit, quomodo in huiuſmodi cantando vel celebrando ſacroſanctis myſterijs, ſancta Romana tenet Eccleſia: nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut alijs laborandi occaſionem neceſſe fuit ingerere: Quòd verò aſſeritis, ideò vos ita cantare, quoniam alios in iſtis partibus, vobis priores audiſtis cantaſſe: quid ad nos? Nos enim id ipſum non cantamus ſed legimus, & legendo docere, nec tamen legendo, aut docendo addere quippiam eidem Symbolo inſerendo præſumimus. Quæ verò prædictis Symbolis fidei tantùm non congruentia deeſſe cognoſcimus, non (vt ſæpè dictum eſt) inſerere præſumimus, ſed locis, temporibusve opportunis, quibus competit, miniſtrare curamus. Miſſi: Ergo, vt video, illud à veſtra Paternitate decernitur, vt primò illud, de quo quæſtio agitur, de ſæpè fato Symbolo tollatur, & tunc demùm à quolibet licitè ac liberè ſiue cantando ſiue tradendo diſcatur, & doceatur. Papa: Ita proculdubio à noſtra parte decernitur: ita quoque vt à veſtra aſſentiatur, à nobis omnimodis ſuadetur. Miſſi: Quamquàm ergo (vt ſuprà ipſe dixiſti) pro ambarum partium quæritur ſalute, quod quæritur ſublatis his, quæ vultis, bonum eſt, vt idem Symbolum cantetur. Papa: Bonum ſanè. Quod tamen, non imperando, ſed vt prius permittendo dicimus. Quia illud ſicuti tunc, ita & nunc, ſi ſincerè agatur, vtile indigentibus eſſe poſſe, non ignoramus.

QVID DECERNAT LEO PAPA.

LXI.

Miſſi: Quia verò (vt dicitis, & verum dicitis) bonum eſt cantare id ipſum Symbolum; numquid enim, ſi ſermo plenus rectâ fide è medio tollatur, idem ſermo ab omnibus ac ſi contra fidem ſit condemnabitur? Quale ergo dabis conſilium, ne id ipſum ad aliquod tranſeat exitium? Papa: Si priùs quàm ita cantaretur, interrogatus eſſem: ne inſereretur vtiq; reſpondiſſem. At nunc (quod tamen non affirmando, ſed vobiſcum pariter tractando dico) quantum menti occurrit, ita mihi videtur poſſe vtrumq; fieri: vt paulatim in palatio (quia in noſtra ſancta Eccleſia non cantatur) cantandi conſuetudo eiuſdem Symboli intermittatur: ſicq; fiat, vt quod id ipſum, vt cantaretur non qualibet imperantis auctoritas, ſed potiùs audiendi id fecerat nouitas. Si dimittatur à vobis, dimittetur ab omnib. & ita fortaſſe quantum eſſe poteſt, non incongruè vtrumq; fieri poſſit, vt quod iam nunc à quibuſq; prius neſcientibus rectè creditur, credatur; & tamen illis ita cantandi conſuetudo, ſine cuiuſq; fidei læſione tollatur. hactenus habent Acta.

SVADET PAPA NON CANTANDVM SYMBOLVM.

LXII.

Poſt hæc autem Leo Papa cuſtos antiquitatis, ab eis præſumptæ abſq; conſenſu Apoſtolicæ Sedis licentiæ vindex aſſurgens, non ſolùm verbis diſſerendo & præcipiendo quid vellet fieri patefecit; ſed indelebile monumentum erigendum putauit, quo poſteris innoteſceret, in ſacro Symbolo eſſe nihil addendum. Siquidem in baſilica S. Petri (nõ autem Pauli, vt aliquis aſſeruit [a]) duas tabulas argen-

[a] Mag. Sent. lib. 1. diſt. 11.

Digitized by Google

argenteas, ad Confeſſionem eiuſdem S. Petri affigeodas curaoit, io quarum altera Symbolum Latinè ſcriptum legeretur, in altera verò Græcè exaratum abſqoe aliquo quatuor illarum ſyllabarum additamento FILIOQVE; ſed illud io ſuo priſtino candore voluit integrum permanere. Eſt meotio harum tabularũ apud Anaſtaſium in ipſo Leone, dum agens de baſilicæ S. Petri collatis donis, hæc ait, poſtquàm de ornamentis oblatis eidem Eccleſiæ oonnulla præmiſit: *Hic verò, inquit, pro amore & cautela Orthodoxæ Fidei fecit vbi ſupra ſcutos argenteos duos ſcriptos vtroſq; Symbolo, vnum quidem litteris Græcis, & alium Latinis, ſedentes dexterâ, læuâq; ſuper ingreſſum Corporis, penſantes argenti libras nonaginta quatuor & vncias ſex.* hæc ibi.

SYMBOLVM DVPLEX IN SCVTIS ARGENTEIS.

LXIII. Quandò autem, & quâ occaſione illa verba FILIOQVE itidem auctoritate Romani Pontificis in Symbolum in Romaoa Eccleſia ſint recepta, aliâ poſcente caoſâ, ſuo loco dicturi ſumus, ac quãdo pariter cœptum ſit idem Symbolum in eadem Eccleſia caoi, par erit ſuo loco tractatio. Walfridus Strabo[a] temporis huius ſcriptor tradit, vſum hũc cantandi Symbolum à tempore damnatæ Felicianæ hæreſis in Gallia atq; Germania frequentatum; atque eâ ratione factum, vt Conſtantinopolitanum potiùs quàm Nicænum in Eccleſia caneretur, quod ſcilicèt Conſtantinopolitanum aptius videretur modulis muſicis. Sed cur non potiùs, quod hoc plenius ſit, vtpote quod de Spiritus ſancti diuinitate habeat magis expreſſam ſententiam? Sed de Symbolo ſatis.

[a] *Vualfrid. Strabo de reb. Eccleſ. cap. 22.*

Moritur hoc eodem anno ſeptimo Kalendas Aprilis ſanctus Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus egregiâ ſanctitate conſpicuus. Cuius res geſtas & miracula poſt obitum deſcripſerunt monachi Werdenſes omni ſinceritate, extant ipſa iam cuſa. porrò dies natalis eius in Eccleſiaſtica monumenta relatus anniuerſariè in Eccleſia Catholica recolitur, atque colitur. Tradunt ijdem ſcripta ab eo opuſcula quædam, & inter alia res geſtas à S. Bonifacio Epiſcopo Moguntino & Martyre, necnon vitam SS. Gregorij & Alberici.

LXIV. Quæ autem interceſſerunt inter ipſum & Carolum Magnum Imperatorem vltimo loco, ante obitum, ab eiſdem ita memoriâ digna narrantur: *Carolus Imperator eum ad ſe pro quadam Reipublicæ vtilitate euocari fecit. Qui cùm ſecundùm præceptum eius veniſſet, & iuxta palatium manſionem accepiſſet: primò ſtatim manè, miſſo ad eum Rex cubiculario, ipſum ad ſe venire præcepit. Eâ ipſe horâ perſoluendis ex more curſibus,* conſuetis ſcilicèt recitandis precibus, *cum ſuis inſiſtebat. Cùmque his expletis, ſe venturum nuntio reſpondiſſet, & hoc Regi ille retuliſſet: ſecundâ quoq; vice & tertiâ ad eum accerſendum miſit. Sed ille diuinum ſeruitium cunctis alijs rebus anteponendum eſſe non ignorans, omninò venire diſtulit, donec cœptam pſalmodiam conſummaret. Quâ finitâ in conſpectum Regis cùm veniſſet: cur ad imperium ſuum venire contempſiſſet, interrogauit. Ad hæc ille vultu intrepido, mente conſtantiori: Ego Imperator, inquit, tuum ſemper præceptum ita in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vbique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum eſſe, omnes norunt, omnes fatentur. Hoc & ipſe mihi præcepiſti, quandò paſtoralis curæ ſolicitudinem mihi commendabas, vt Deo primùm ſeruiendum ſcirem, poſt hæc tuis conſequenter imperijs cognoſcerem eſſe obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc iuſtiſſima diſcretionis regulam ſecutus, Deum tibi & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo: nec tuum eſſe credidi quod huic iuſſioni & perſpicaciſſimæ rationi contrarium eſſet. Ideò non Regiæ poteſtatis inhonorationem & contemptum, vt maleuoli criminantur, ſed potiùs propter tuam ſalutem, quâ Deo debitum exoluere curaui, & ita conſequenter ad tuum expeditior ſeruitium veni. Hanc eius reſponſionem Rex optimus amplexus: Gratias, inquit, habeo Epiſcope: quia qualem te eſſe credidi ſemper, talem nunc te eſſe expertus ſum. Nam aliqui quidem fuerunt, qui hoc tuum factum aliter interpretantium, & ad meam iniuriam retorquendum putarunt: ſed vtpote ſanctitatis tuæ inuidos, minus deinceps gratos habebo, & nullam de cætero contra te accuſationem auditurũ me, Deo volente, promitto. Tu, vt hactenus feciſti, Dei ſemper operare voluntatem, & ſimul nobis deuotus & fidelis pro noſtri Imperij ſtatu orare memento,* &c. at de his ſatis.

SANCTVS ANTE VVLT PRECES ABSOLVERE QVAM PARERE VOCANTI IMP.

IESV CHRISTI
Annus 810.

LEONIS PAP. III. Annus 15. CAROL. MA. 10. NICEPHOR. 9. IMPP.

I. SEQVITVR Redemptoris aonus octiogeoteſimus decimus, Iodictione tertiâ inchoatâ, quo Nicephorus Imp. perſecutionem in monachos damnantes hæreſim Mœchianorum proſequens, in alios etiam cõuertit tyrannidem, de qua Theophanes, qui præſens iſta ſpectabat, poſtquàm diras & recèns adinuentas exactiooes recenſuit, hæc ait: *Denique militares principes more ſeruorum vti Epiſcopis, & inferioris ordinis clericis iuſſit. Adituris Epiſcopia & monaſteria tributum impoſuit perſoluendum. Aurea & argentea Eccleſiæ vaſa improbabat, eademq; licèt ſacrata pro communibus habebat, illud Iudæ de vnguento exhibito Domino vſurpans:*[b] *Vt quid perditio iſta?* Ait idẽ Theophanes, ipſum deridere conſueuiſſe omnem Chriſtianum proximum diligentem.

NICEPH. IMP. IN OMNIBVS IMPIVS ET SCELESTVS.

[b] *Matt. 26.*

II. Sed vnde (quis dicet) tanta impietas homini, in quo nec veſtigium quidem Chriſtianæ pietatis ineſſet? Poſſumus id quidem ſatis intelligere ex ijs quæ idem Theophaoes hoc pariter anno tradit: Ipſum fuiſſe nimirum ſtudioſiſſimum Manichæorum, de quibus hæc idem ait: *Manichæorum, qui nunc Pauliciani & Atingani dicuntur, quiq; in Phrygia & Lycaonia conſtituti, confines eius habebantur, amicus feruentiſſimus erat, reſponſis eorum ſemper, & immolationibus congratulatus. In quibus & cùm Bardanium Patricium contra eum inſurrexit, his aduocatis, hunc molitionibus eorum ſubegit. Taurum quippè in loco quodam, ferreo palo cornibus alligans, ad terram incuruatum, ſic dum mugiret & volutaretur, occidi fecit, huiuſque * veſtem in mola verſâ vice molens, & incantationibus vſus, victoriam tulit, permittente Deo propter multitudinem peccatorum noſtrorum. Iſti locum ſub Imperio eius adepti ſunt intrepidè conuerſandi; vnde multi ſeniorum nefandis eorũ corrupti ſunt fectis.* hæc Theophanes. Quòd igitur occultè Manichæus faueret Manichæis, oõ potuit non odiſſe magnoperè Chriſtiaoos, & eleemoſynas facientes ſecundùm ipſorum impietatem, ſuo loco ſuperiùs enarratam.

NICEPHORVS MANICHÆIS ADDICTVS FAVET.

* teſtem al. teſtem

III. Quàm autem fuerit impiùs iſte ſæuiſſimus hoſtis Chriſtianorum, vel ex hoc diſce, quòd hoc ipſo aono nono eius Imperij diro ſupplicio complures necauit Chriſtianos, quos vti martyrio coronatos, ipſorum ſanguine & victricibus laureis ditata illa Eccleſia, anniuerſariâ die celebrat, hocq; elogio ipſi Græci in Menologio eorũ agunt natalẽ diem vigeſimatertiâ menſis Iulij: *Commemoratio eorũ, qui ſunt in Bulgaria interfecti ſub Nicephoro & Stauratio Imperatorib. anno nono Imperij Nicephori, quorum*

MARTYRES SVB NICEPHORO.

alij

alij lethalibus plagis acceptis, cùm Chriſtum negare non paterentur, multiplicibus & acerbiſſimis tormentis ſubiecti, è vita diſceſſerunt, aliiq; enſe obtruncati, alij funibus vincti & ſuffocati, alij ſagittis confoßi, alij demiq; carceribus & fame conſumpti expirarunt, & coronâ martyrij donati ſunt. hæc Græci. De his etiam eadem omnes Latini agunt in Martyrologio, vbi hos à Nicephoro cæſos tradunt, licèt Bulgaris alij tribuant. Fuiſſe quidem ipſum addictum ſectæ Manichæorum Theodorus Studita huius temporis ſcriptor teſtatur in Platone, ſed & fauiſſe Iconomachis, idem qui ſuprà Theophanes habet: Tot habuit capita cornuta monſtrum vnum, quorum ſingulis dirè infeſtauit Eccleſiam.

IV. At quoniam innouatam hæreſim Manichæorum rurſum in Oriente ſub Conſtantino Heraclij nepote ſuperiùs pro ratione temporum ſumus proſequuti ex Luca Siculo, qui floruit ſub Baſilio & filijs Imperatoribus, qui de his ſcripſit hiſtoriam ad Archiepiſcopum Bulgarorum: hic appoſitè reliqua proſequamur, quæ non hoc tempore ſolùm ab ijſdem nefarijs fieri contigerunt, ſed ab Irenes Imperio vſq; Michaëlem & eius ſucceſſorem Leonem annis tredecim. Sic enim ait, de Sergio inſtituens narrationem, qui eamdem hæreſim Paulicianorum collapſam reſtituit. *Nec longum* (inquit) *tempus abijt, cùm exortus eſt alter veritatis inimicus ex locis Tiliæ ciuitati vicinis. Eſt enim in illo tractu Arnia dictus, in eoq; vico Drynus quidam tunc erat, cuius filius fuit Sergius, ille diaboli maximus propugnator: Sergius qui multos ex ouibus lupos fecit, & per eos Chriſti ouilia diſsipauit: Sergius acer ipſe ſub ouina pelle lupus, virtutū fraudulentus ſimulator, quiq; hâc arte plurimis fucum faciebat: Sergius Crucis Chriſti hoſtis, os impietatis in Chriſti Matrem, Sanctosq; contumelioſus: Sergius Chriſti Apoſtolorum aduerſarius, qui & Prophetas odio habuit, & à diuinis litteris verſus ad fabulas, & mendacia ſe conuertit: Sergius Chriſti oſor Eccleſiæ perduellis, qui Dei Filium conculcauit, & ſanguinem Teſtamenti pollutū duxit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecit. Sergius qui Paracletum ſe eſſe mentiens, lucidam ſtellam ſe eſſe iactabat. Et quid diutius immoror, nec paucis cōcludo? At enim opinor, nec ætas omnis eius nequitias commemoranti ſufficeret.*

SERGIVS INSTAVRATOR HAERESIS MANICHAEORVM.

V. *Hic itaque Sergius iuuenilibus adhuc annis, Manichææ cuidam fœminæ adhærens, in fraudem ab illa, erroremq; perductus, præcurſor factus eſt Antichriſti. Ita nimirum conueniebat, turpiſſimæ ſectæ miniſtros, vel ex Sarracenis genus ducere, vel ex ſeruis, alios ex ſcortis naſci, alios ex fœminis fœdo errore ſeduci. At ne cui forte videar immeritò illum accuſare, res eius exequar ſigillatim, primumq; exponam, quâ ratione miſer in hanc hæreſim lapſus ſit: deinde ex ipſiuſmet verbis oſtendam qualis ſit, aut potiùs qualis fuerit infeliciſſimus. Hic igitur cùm iuuenis adhuc eſſet, vt dixi, in fœminam quamdam caſu incidit moribus infamem, ſectâ Manichæam. Illa verò diaboli ſectatrix, vt callida erat ac ſubdola, ſic iuuenem allocuta.*

PRIMORDIA SERGII MANICHAEI.

Audio, domine Sergi, te litterarum ſcientiâ & eruditione præſtantem eſſe, ac bonum præterea virum vſquequaq;. Dic ergo mihi, cur ſacra Euangelia non legis? Quib. ille verbis illectus, nec occultum potius intuens nequitiæ venenum quod latebat, ita reſpondit: Nobis iſta legere non licet, ſed ſacerdotibus dumtaxat. At illa: Non ita eſt, inquit, vt putas: nec enim perſonarum eſt acceptio apud Deum: [a] *Omnes ſiquidem homines vult ſaluos fieri Dominus, & ad agnitionem veritatis venire. At ſacerdotes veſtri, quoniam Dei verbum adulterant, & myſteria occulunt quæ in Euangelijs continentur, idcirco vobis audientibus omnia non legunt, quæ ſcripta ſunt, ſed quædam legunt, quædā omittunt, ne poßitis peruenire ad agnitionem veritatis. Scriptū enim in illis eſt quod in illa die quidam dicent:* [b] *Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & reſpondens Rex dicet illis, Amen, Amen dico vobis, non noui vos. Scrutare & vide, num ita ſcriptum ſit. Quoſnam ergo iſtos eſſe putas, quibus Dominus dicet: Non noui vos?*

MANICHAEA QVOMODO SEDVCIT SERGIVM.

[a] 1. Tim. 2.

[b] Matth. 7.

VI. *Ad hæc ſtupidiſſimus homo, cùm imperitus & rudis eſſet, hæſitabundus tacebat. Et nobis quidem, inquit, Euangelici dicti ſententiam in promptu fuerit in hunc modum exponere: Quidam ſunt, hodieq; qui Chriſtianam vitam colunt, & piè viuere videntur; cæterum incantamentis quibuſdam, & dæmones expellere, & morbos curare conſueuerunt, ſicut olim* [c] *Sceuæ filij, & qui dicebantur Exorciſtæ, qui quidem (vt in Actis eſt Apoſtolorum) à dæmonibus obſeſſos adiurabant his verbis: Adiuramus vos per Chriſtum, quem Paulus prædicat: Exite ab hominibus his. Dæmones autem Chriſti nomine audito, trepidi fugabantur. Hos ipſum nunc plurimi faciunt, nō animaduertentes ſe huiuſmodi artibus ſalutis ſuæ iacturam facere. Clamabunt igitur in illa die:* [d] *Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et reſpondebit Dominus: Amen, Amen dico vobis, Non noui vos. Sunt & alij porrò qui monaſticam vitam & inculpatam vitæ formam ſuſceperunt, ſed ignauiâ & imperitiâ ſuâ in errores prolapſi ſunt; ideoq; cœlorum regnum minimè conſequentur. His ne quid in illa die ab iuſto Iudice ipſis debeatur, conceduntur hic dona curationum, vt quando vociferabuntur: Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? audient pariter: Amico non facio tibi iniuriam, accepiſti quæ tua erant in vita tua nunc tolle quod tuum eſt & vade.*

FALSA DOCTRINA CATECHESIS.

[c] Act. 19.

[d] Matt. 7.

VII. *Enimuerò hæc, aut ſimilia ignorans Sergius, Euangelij codicem euoluit, & verba nactus quæ infelix illa pronuntiarat: Dic, quæſo, ait, de quibus hæc Dominus dicit? Illa autem tum quidem nihil reſpondit, ſed pergens ipſa percontari: Tu verò, inquit, de quibuſnam illud à Domino dictum eſſe cenſes:* [e] *Multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in Regno cælorum, filij autem Regni eijcientur in tenebras exteriores? Quinam hi ſunt filij Regni? Ille verò cùm dicere neſciret, hos Iſraëlitas eſſe, quorum adoptio propria fuerat & cultus & promißio, quos Chriſtus ipſe filios vocat, cum Chananææ dicit:* [f] *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, quiq; propterea eiecti ſunt, quia ipſum Cruci affixerunt: Hæc, inquam, reſpondere neſciens infelix Sergius, & mænadem illam ſalutis ſuæ ducem ſe nactum ratus, ſolicitè cœpit de his omnibus interrogare. Tum verò præclara exitij magiſtra, cuius os ſepulchri patentis inſtar erat, apertè auſa eſt aduerſus Sanctos debacchari; Filij Regni, ait, Sancti tui ſunt, qui & dæmones pellunt, & hominum ſanant infirmitates, quos tu tamquam deos colis, relicto Domino viuente immortali, quibus vtiq; die illâ iuſtus Iudex dicet: Numquam noui vos.*

[e] Matt. 8.

[f] Matt. 15.

Videant Nouatores & recognoſcant ſuum ipſorum catechiſtam diabolum, qui eadem quæ ipſos, docuit Sergium per Manichæam, & erubeſcant ſuam ipſorum intuentes originem, & auctorē à quo didicerint impiam Hagiomachiam, quam eodem fermè ordine, & verborum ſerie & magiſterio alios ipſi docent. Sed & intellige, quæ pariat monſtra, credere quibuſcumque abſque delectu perſonis etiam laicis diuinam ſcripturam: & quam procul abſit à Catholicæ Eccleſiæ moribus, vt alijs quam ſacris Theologis diuina ſcriptura committeretur legenda. Sed cœpta proſequamur. pergit auctor.

AD NOVATORES ADMONITIO.

VIII. *Eodemq; ſtilo ſingula percurrens Euangelij verba, & cuiuſq; vocis ſenſum, prout capere illum videbat, mirificè deprauans, breui aptum reddidit diaboli inſtrumentum, dirumq; & ipſa contra humanum genus telum exacuit, quale ante illud tempus nullum fuerat. Qui enim hunc*

præceſſe-

Digitized by Google

præceſſerunt, tametſi propter graue intemperantia cœnũ, fœdaq; facinorum inquinamenta, & impias in Deum voces, malitiâ præcipui & inſignes erant: attamen fugiendi hominibus & abominandi paſſim iudicabantur, quo fiebat, vt pauci ab eis in fraudem pertraherentur. Hic verò reiectis omnibus illorum flagitijs ac libidinibus, blaſphemias velut ſalubria dogmata complexus, virtutes nonnullas callidè ſimulabat, pietatiſq; ſpecie velut ouinâ pelle lupum tegens, pietatis autem abnegans virtutem, ijs qui ipſum non norant, certiſſimus ſalutis ductor videbatur. Aemulabatur enim virtutem improbitas, non ſecùs ac lolium pro tritico conſeri, & haberi vult. Atque his illi artibus ac fuco fallunt, & percellunt inſtabiles: quod vtinam à tam pernicioſa fraude, fucoq; eruamur omnes precibus ac patrocinio immaculatæ ſanctiſſimæ dominæ noſtræ propriè veræq; Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, Sanctorumq; omnium. Illi enim quoad extremam ad perniciem miſeros homines pertraxerint, numquam eis illud magnum myſterium ſuum offerunt, quod eſt Dei abnegatio.

FRAVDVLENTI DOCTORES IMPIETATIS.

IX.

SERGIVS TYCHICVS DICI VVLT PAVLI DISCIPVLVS.

Edoctus ergo ab exitioſa fœmina diaboli propugnator Sergius, cùm hæreſim altius imbibiſſet, crederetq; omnes homines, qui ſinceram & illibatam Chriſtianorum Fidem noſtram ac pietatem colunt, in pernicie verſari: zelo ſatanico inſurgit, & nouus præco fit erroris, cognomentumq; aſſumens [a] Tychici, cuius nomen eſt celebre in epiſtolis Pauli, Pauli diſcipulum ſe vulgo iactauit, & ab eo miſſum ad prædicandum non Dei verbum, ſed hæreſim pernicioſam. Itaque ciuitates ſingulas, regionesq; in quibus Apoſtolus veritatis verbum ante octingentos plus minùs annos promulgarat, impigrè circumcurſans, multos ab Orthodoxa Fide auertit, & diabolo adiunxit. Quod ipſemet in quadam epiſtola gloriatur his verbis: Ab Oriente (inquit) vſq; ad Occaſum, à Borea ad Auſtrum cucurri nuntians Euangelium Chriſti, genibus meis laborans. Triginta enim & quatuor annorum ſpatio, ab Irena Auguſta Imperio, vſque ad Theophilum Imperatorem perſiſtens conſtauit illam, quæ etiamnum obtinet, defectionem, quam Paulus Apoſtolus [b] Theſſalonicenſibus prædixerat; quâq; iſte magnam Chriſti Eccleſiæ partem grauiter afflixit.

[a] Epheſ. 6. Coloſſ. 4. 2. Tim. 4. Tit. 3.

[b] 2. Theſſ. 2.

X.

NEFANDA OPERA SERGII MANICHÆI.

Alios ſiquidem huiuſce vitæ commodis & facultatibus priuauit, ſiue illos ſpolians bonis, & ante diem perimens, alios etiam æternâ ſpe ac iure deiecit, dum nefarijs eius viribus obſequũtur: multos ille coniuges diſſocians, eorum thoros diſcipulis ſuis inquinandos obiecit: multos infantes ab vberibus matris rapiens per diſcipulos ſuos partim occidit, partim à genitoribus, Deoq; viuente qui ſuo eos ſanguine redemit, abducens vendidit Agarenis: formoſos adoleſcentes, adoleſcentulas virgines ac à parentibus ſeiungens, barbarorum addixit ſeruituti; multos fratres & ſorores, conſanguineoſq; & amicos ſeparans, proprijſq; ſedibus exturbans, in remotas oras ablegauit; quorum gemitus & lamenta cœli ad vſque fornices penetrarunt: monachos complures ac moniales, quæ virginitatem ſuam Chriſto deuouerant, per diſcipulos ſuos corrupit, & à monaſtica vita reuocans, à Deo ſimul alienauit. Multos denique ſacerdotes & leuitas ab Orthodoxa religione auellens, & ex ouibus lupos faciens, hominiuoros eſſe docuit. Multos in vinculis & cuſtodijs mori coëgit: alios inopes reddidit ex opulentis. Et nunc tantorum malorum auctor & artifex, adorandus ſcilicet erit vt Paraclitus; eius namque diſcipuli, cùm in eius nomine vota concipiunt precari ſic ſolent . . . . Spiritus ſanctus miſerebitur noſtri.

XI.

EXCVSATIO FRAVDVLENTA SERGII.

Verùmtamen tantorum iſte malorum cauſam ſe eſſe negabat: Sæpè, inquit, eos monui & hortatus ſum, vt à capiendis Romanis deſiſterent. Ipſi verò mihi non obtemperauerunt. At qui, obſecro, inſontem te eſſe probas? Si enim tibi illi nõ obtemperabant, cur cum peruicaci te populo tibi eſſe collibuerit, quem regere non poſſes? cur ad vltimum vitæ tempus cum eis verſatus es? Quòd ſi Chriſti veſtigia ſequi eos docebas: cur & hoc quoque non docebas, quod Dominus ait: [c] Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam? Enimuerò coarguam te verbis tuis, atque conuincam: In ea enim epiſtola quam ad Coloſſenſes dedit, hæc eius ſunt verba: Probationem fidei veſtræ praſcientes, apud vos commemoramus, quòd quemadmodum præcedentes Eccleſiæ paſtores, magiſtroſq; ſuſceperunt (Conſtantinum intelligit & reliquos) ita & vos ſplendidam facem, & lucidam ſtellam, ſalutiſq; ducem excepiſtis, iuxta id quod ſcriptum eſt: [d] Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.

[c] Matth. 5.

[d] Matth. 6.

XII.

REDARGVITVR IMPIVS SERGIVS.

O ter infelix, omniq; ſcatens impietate! Si Pauli diſcipulus es, cur magiſtrum non æmularis? ille ſeipſum omnium peripſema dixit, abortiuum & minimum Apoſtolorũ. Tu verò qui tot mala perpetraſti, nihil vmquàm recti aut boni egeſti, vltra Phariſæum gloriaris. Non legiſti quod in ſacris litteris prohibitum eſt: [e] Qui ſeipſum commendat, nihil eſt, etiam ſi vera dicat? At tu porrò cùm animo tenebricoſus ſis totus: quare temerè lucidã ſtellã temetipſum, & ſplendidam facem, & ſalutis ducem appellabas? qui tot animas ad interitum adegeras, atque ipſum corporis Eccleſiæ Dei oculum occæcaras. Amens & attonite, qui cæcus eras, quomodo alijs miſer dux ſalutis extitiſti? Non illud legiſti: [f] Si cæcus cæco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt? Quonam verò illi virtutem tuam æmulabuntur, vt dicere poſſis. [g] Imitatores mei eſtote, & tenete traditiones, quas à me accepiſtis? En nimirum fidei, doctrinæq; tuæ fructibus magnam peperiſti impietatem.

[e] 2. Cor. 10.

[f] Matth. 15.

[g] 1. Cor. 11.

XIII.

IMPVDENS IACTATIO SERGII MANICHÆI.

Diſcipuli tui priuſquàm te noſſent, oues erant; nunc poſtquàm te norunt, aut à te potiùs cogniti ſunt, in voraces hominum feras conuerſi ſunt. & poſt alia pauca: Nemo vos ſeducat vllo modo. Has verò promiſſiones habentes à Deo, confidite: Nos enim fiduciam habentes in cordibus noſtris, ſcribimus vobis, quoniam imitator & paſtor bonus, vt dux corporis Chriſti & lucerna domus Dei ego ſum, & vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi: etſi enim corpore abſum, at ſpiritu ſum vobiſcum. O veritatis hoſtis, fili diaboli, omniſq; nequitiæ architecte. qui talia effari auſus es, æqualem te faciens Deo! [h] Qui enim ſe exaltat, humiliabitur: & eius qui ſe ipſum glorificat, gloria nihil eſt. & qui blaſphemat [i] in Spiritum ſanctum: ei non remittetur, neque in hoc ſæculo neque in futuro.

[h] Matt. 18.

[i] Matt. 12.

XIV.

MENTITOR ET MVTATOR NOMINVM SERGIVS.

Rurſum proſequitur: Sed hæc dico, Eccleſiam quidem quæ Corinthi eſt, condidit Paulus, eam verò quæ eſt in Macedonia Siluanus & Titus, quibus verbis Macedoniam appellat cacum illum qui Cibossæ erat, Conſtantinum autem & Simeonem, Siluanum intelligit & Titum: Achaiam verò, inquit, inſtrauit Timotheus, Achaiæ nomine Manalim deſignans, & Timothei nomine Geneſium, qui reuerà Thymetheus. Philippenſem Eccleſiam adminiſtrauit Epaphroditus, ille nimirum ex ſcorto natus Ioſeph Caprarius, qui re ipſâ potiùs Aphronetus, Philippenſes verò appellat eiuſdem diſcipulos: Laodicenſem Eccleſiam ac præterea Coloſſenſium docuit Tychicus. Hic verò Coloſſenſes quidem vocat Argantas, Epheſios autem eos qui Mopſueſtiam, Laodicenſes qui Cynas incolunt, ſeu Caris regionem; hos autem tres vnum eſſe ait, & ab vno Tychico eruditos. Vides quemadmodum ſeſe in Antichriſti cathedra magiſtrum conſtituat. atque vt plurimos decipiat, iuxta cuiuſque Eccleſiarum Chriſti, quæ in Apoſtoli epiſtolis celebrantur, appellationem, nomina inſulsè ac ſtultè locis imponat, quæ multis antè ſæculis proprias nuncupationes ſortita ſunt?

XV.

REDARGVITVR MVLTIMODO SERGIVS.

Age verò dic, ſycophanta, veritatis impugnator, [k] Paulus Apoſtolus qui ab Hieroſolymis per circuitum vſque in Illyricum docuit, quomodo ſolam condidit Eccleſiam Corinthiorum? Quòd ſi Pauli diſcipuli fuerint, quos commemoras: quandonam ab eo & quo in loco edocti fuerunt, qui octingentis poſt annis nati ſunt? Cur veritatem oppugnas?

[k] Rom. 5.

A gnas? nec pudet tot gentes fucatis verbis, fictiſq; nominibus decepiſſe? Cur hominum gloriam dilexiſti & non Dei? Quis etiam ab omnibus recipi poſtulas tamquam Apoſtolus Chriſti, & Leoni Montano ſic ſcribis: Tu verò caue tibi, ne fidem diuidas inflexibilem. Quam enim habes contra nos accuſationem? Num aliquem circumueni? aut ſuperbè egi? non potes dicere; & ſi dicas, teſtimonium tuum verum non eſt. Mihi verò abſit, vt odio te habeam. Solum oro te, vt quemadmodum Apoſtolos ſuſcepiſti & Prophetas, qui quidem numero ſunt quatuor, ita paſtores & magiſtros ſuſcipias, ne feris beluis præda fias. & alibi rurſum ais: Prima fornicatio, quam ex Adamo ducimus, beneficium eſt. Secunda verò maior eſt fornicatio, de qua dicitur: [a] Qui fornicatur in proprium corpus, peccat. & pergens: Nos ſumus, inquit, Chriſti corpus. B Quòd ſi quis deſciſcat à traditionibus corporis Chriſti, hoc eſt à meis, peccat, quoniam alia docentes ſectatur, & ſanis ſermonibus non credit.

[a] 1.Cor.6.

XVI. Redarguitur commendator fornicationis.

Dic ergo mihi, impietatis defenſor: Quomodo beneficium eſt fornicatio, quæ & ab ipſo qui mœchatur, poſt factũ damnatur, & ab vniuerſa diuinitus inſpirata ſcriptura pro nihilo ducitur, & penitus profligatur? Qui auſus es & propter intemperantem tuam ſtupiditatẽ Domini verba infringere, qui fornicationem ipſam etiam adſpectu definiat, cum ait: [b] Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam. Tu verò ſtabilire, vt inanem hominum gloriam aucuperis, & vilia mancipia, inconſtantesq; homines tibi deuincias, nullam aliam fornicationem eſſe confirmans, C quam quis à te, doctrinaq; tua deſciuerit. Quib. ergo habenda eſt fides? ijs ne qui à veritate ducuntur, an ijs qui à te plano & fallaci veritatis inimico? Hæc itaq; pauca de multis eius impiè dictis collecta hoc loco protulimus ad eius reprehenſionem ac diſcipulorum eius, vt prauum cordis ipſius theſaurum pateſiat omnibus & innoteſcat. Ex abundantiâ quippe cordis os loquitur.

[b] Matth. 5.

XVII. Sergius re vera Manichæus.

Ceterùm nemo ſibi perſuadeat aliam hereſim fuiſſe quam Sergius docuit ab ea quam Manes inuexit: vna enim, eademq; fuit. Quo verò tempore docere cœpit hic Sergius cùm multos ſibi diſcipulos cooptare ſtuderet, & ab Eccleſia Chriſti quoſque paſſim abducere: bis terq; in faciem reſtitit Baana ſpurio diſcipulo ſuo & ſymmyſta, ſictâq; pietatis imagine reprehendere illum coram vniuerſis auditoribus aggreſſus eſt, non fidei nomine, ſed propter immania D & nefanda ipſius facinora. At Baanes contrà, Sergio reſiſtens: Tu nuper, aiebat, exortus, & neminem doctorum noſtrorum vidiſti, cum nullo verſatus es: Ego autem domini Epaphroditi ſum diſcipulus; & ſicut ab initio tradidit mihi, ſic doceo. Verùm enimuerò Sergius fœdam hominis colluuiem, quam docebat, deteſtans, palamq; illam inceſſens, hereſim in duas partes diſcidit; eoſq; qui Baanæ ſtudebant, Baanitas appellauit, vt ille contrà Sergiotas, Sergij huius ſectatores. Poſt obitum deinde Sergij non ferentes eius diſcipuli ſuam ipſorum ignominiam, & probra quibus paſſim ab omnibus onerabantur, Baanitis violentas manus intulerunt, vt eorum ab ſe conuicia abſtergerent ac delerent. Tum ex Sergij comperegrinorum numero, Theodotus quidam hoc ſpectaculo indignatus: Nihil vobis ait, & E hominibus iſtis: omnes enim quoad prodijt magiſter noſter, vnam fidem colebamus, atque ita à cæde facienda deſtiterunt. hæc auctor vſque ad tempus Michaëlis, qui ſucceſſit poſt annum ſequentem Nicephoro. Quæ autem ſtatuerit idem Michaël aduerſus huiuſmodi nebulones, tradens omnes cædi, ſuo loco dicturi ſumus.

Baanitæ et Sergiotæ.

Vidiſti quos audire ſolitus, quibus auſcultare, & quorum conſilia capeſſere conſueuerit perditiſſimus Nicephorus Imperator, vt mirum non ſit, ſi talis fuerit, quales numquam fuerunt omnium ſceleſtiſſimi Principes; etſi expers ipſe fuit communicationis Eccleſiæ Romanæ qui Manichæis inhæ-A rens erat. Sed quas ex tali ſemine fruges tandem meſſuerit, ſuo loco iam proximè dicturi ſumus, anno nimirum ſequenti.

XVIII.

Quod ad res Occidentales attinet: Hoc anno (habent veteres Annales Francorum à Pithœo editi) veniente Legato Conſtantinopoli, Carolus Magnus Nicephoro Imperatori Venetiam reddidit. Hæc autem ibi ſummatim perſtricta, vt faciliùs percipiantur; altiùs eſt repetenda narratio ex ijs, quæ in vita eiuſdem Caroli Magni Imp. ab auctore eius ſæculi per annos ſingulos digeſta legũtur, atq; in primis quæ habentur anno Redemptoris octingenteſimo ſexto, quòd cùm Carolus ſubegiſſet ſuo Imperio Dalmatiam & alias circumpoſitas regiones, à Ni- B cephoro Imperatore Conſtantinopoli claſſis miſſa eſt ad recuperandam ipſam Dalmatiam. Sed fruſtra: nam nihil perfecit: quæ cùm continuerit ſe Venetijs, ſequenti anno pace factâ cum Pipino Italiæ Rege, Conſtantinopolim redijt. Poſt biennium verò, anno nimirum Redemptoris octingenteſimo nono, cum iterum Conſtantinopoli claſſis in Dalmatiam miſſa tentaſſet expugnationem Comaclij inſulæ, à præſidialibus militib. malè habita, Venetias redire compulſa eſt: Cùm verò eiuſdem claſſis dux Paulus interim pacem tentaret cum Pipino Italiæ Rege: aduerſos ſenſit Venetorum duces Guillarium & Beatum, eius conatus impedientes, eidemque inſidiantes: quamob- C rem inde diſceſſit. Cuius ſceleris vltor ſurrexit Pipinus, qui & eorumdem ducum Venetorum defectione incitatus, Venetiam ipſam bello terrâ, marique ſtatuit appetere. Factusque voti compos eſt, vt ex inſperato Venetiam ſubigeret, eoſdemq; duces in deditionem acciperet. Poſt hæc autem contigit quod dictum eſt; nempe vt legationib. intercurrentibus firmatâ pace inter Nicephorum & Carolum Magnum Imperatores, idem Carolus Venetiam ipſi reddiderit: quod quidem hoc anno cœptum, ſequenti verò impletum, ijdem Annales docent, cùm alioqui non deſierint ijdem Impp. legationum internuntio inter ſe mutuò ſtabilire concordiam.

De rebus Venetis sub Carolo Magno.

XIX.

D Hæc ſunt quæ vſq; ad annum ſequentem octingenteſimum vndecimum inter Carolum Magnũ Nicephorum Impp. atque Venetos tranſacta ſunt, eademque ex ſcriptoribus (vt dictum eſt) eius temporis in lucem prodita, ex quibus inuenias, in quo de rebus Venetis recentiores hiſtoricos erroris arguas, & emendes. His addimus ea quæ Eginhardus huius etiam temporis auctor, qui fuit Carolo Magno à ſecretis, in eamdem ſententiam habet; nimirum Carolum Magnum redegiſſe ſub tributo Iſtriam, Liburniã atq; Dalmatiã, exceptis maritimis ciuitatib. quas, inquit, ob amicitiã & iunctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit. & inferius de concordia inita E cum Nicephoro & ſucceſſoribus Impp. firmiter conſeruata habet iſta: Imperatores etiam Conſtantinopolitani, Nicephorus, Michaël, & Leo, vltrò amicitiam & ſocietatem eius expetentes, complures ad eum miſere Legatos, cum quibus tamen propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc quaſi qui Imperium eis eripere vellet, valdè ſuſpectum, firmiſſimum fœdus ſtatuit, vt nulla inter partes cuiuslibet ſcandali remaneret occaſio. hactenùs Eginhardus.

Carolus Magnus quas subactas regiones Græcis dedit.

Porrò fœdus pactum cum Carolo etiam poſt Carolum à Ludouico Caroli filio confirmatum perſeueraſſe, qui eius res geſtas per annos ſingulos proſequutus eſt, domeſticus eius Annalium ſcriptor affirmat.

IESV

IESV CHRISTI
Annus 811.

LEONIS PAP. III. Annus 16. | CAROL. MA. II. NICEPH. 10. IMPP.

I.

ANNVS ſequeoa octingenteſimus vndecimus Indictione quartâ qui incipit, vltionis annus Domini fuit Nicephoro Imperatori, cùm à Bulgaria occiſua eſt, ſeſe ipſum dans impellente numtoe, eorum gladijs trucidandum. Iſta quo modo ſe habuerũt, à nullo fideliùs quàm à Theophane, qui his temporibus Conſtaotinopoli degebat, accipere poſſumus; qui res geſtas ab anni huius exordio ſic auſpicatur: *Interea menſe Februario eiuſdem quarta Indictionis, primo ſabbata ieiuniorum obuiam facti Sarraceni penes* * *Euchaicum Leonis Pratori Armeniacorum deferenti thematis rogam*, donatiuom militare ſcilicèt, *hanc abſtulerunt cum multitudine populi copioſa. Talenta ergo erant ſexdecim, libra mille trecenta. In his nec ſic redargutus Nicephorus, ab auaritia ſua ceſſauit. Igitur nouus Achab ſignis non eruditus, quin è contra Phalaride ac Mida ambitioſior factus, contra Bulgaros prœlium praparat vnà cum Stauratio filio ſuo. Et Iulio menſa à regia vrbe digreſſus, iuſſit Nicota Patricio & generali Logotheta publicos Eccleſiarum & monaſteriorũ cenſus imponere, & octo annorum prateritorum redhibitiones à Principum domibus exigere. Et erat lamentum magnum. Cùm autem querimoniam audiret à quodam proprio famulo, Theodoſio videlicèt Salibara Patricio dicente ſibi: Omnes ô domine, contra nos clamant; & in tempore tentationis caſui noſtro congratulabuntur, ſic ait ad eum: Si Deus obdurauit obdurauit cor meum, vt Pharaonis, quid boni erit his qui ſub manu mea ſunt à Nicephoro? Theodoſi, noli expectare prater qua à te conſpiciuntur: Hac (Dominus nouit) ego ipſe conſcriptor harum vnà voce audiui à Theodoſio.*

*Euchaidã

NICEPHORVS EXIGIT AB ECCLESIIS TRIBVTA.

II.

NICEPHORVS ADVERSVS BVLGAROS PVGNANS OBTINET VICTORIAM.

Collectis itaque militijs non ſolùm ex Thracia, verùm etiam ex vlterioribus thematibus, cum his etiam egenos pedites cum proprijs ſtipendijs contra Bulgaros fundis & virgis armatos & blaſphemantes minauit. Crunnus autem Rex Bulgarorum *multitudines timens cùm eſſet Marcellis, pacem petebat. At ille nequam, conſilijs & conſenſu, conſiliariorum ſuorum perſuaſionib. prohibitus eſt; & poſt multos anfractus per auia loca precipitantor temerarius ſimul & pauidus ingreditur Bulgariam, decimatertio Kalendas Auguſti. Cùm Syrius appareret cuncta cõſumens, frequenter ita fatus:* [a] *Quis ibit, inquiens, & decipiet Achab? Quis ſiue Deus, ſiue aduerſarius trahit me nolentẽ? Porrò priuſquàm ingreſſus fuiſſet Bulgariam Byzantius dilectus eius famulus ad Crunnum confugit Marcellis, ſecũ ſubreptâ veſte Imperiali & auri libris centum. Multi autem huius fugam in malum Nicephori auſpicati ſunt.*

* 3. Reg. 22.

CRVDELIS INGRESSVS NICEPHORI.

Tribus itaque diebus poſt primos conflictus, ſe proſpera ri opinatus, non proſperans facienti Deo adſcribebat victoriam, ſed Stauratij ſolius bonam fortunam, bonumq; conſilium pradicat; & Principibus qui introitum inhibuerant, minabatur, & irrationabilia quoque animantia, & infantes & omnem atatem immiſericorditer occidi pracepit, & mortua comprouincialium corpora inſepulta dimiſit, ſolius ſpoliorum collectionis curã faciens: claues autem & ſignacula penetralibus Crunni ſuperimponebat, ea vt propria de catera communiens; aures autem & cetera Chriſtianorum membra, ſi quis ſaltem tetigiſſet ex ſpolijs quicquam, abſcindebat, & aulã incendit qua dicitur chorte Crunni, cùm ipſo Crunnum vehementer eſſet humiliatus, & ſignificaſſet, dicens: Ecce vicisti. Tolle ergo quicquid tibi placuerit: egredere in pace.

III.

CRVNNVS NICEPHORVM VICTOREM CIRCVMVALLAT.

Tunc ſauiens Crunnus, regionis introitus & exitus, lignea munimina mittens, macerià circumdedit atque tutauit. Nicephorus autem hoc comperto, mox attonitus, quodnam ageret circumiens ignorauit & ijs quib. aderant futuram perditionem pronuntiabat aſſeuerans: Etiam ſi pennati fuerimus nemo ſperet exitum ſe euaſurum. hac autem molimina erant per dies duas quintam videlicèt & ſextam feriam. Et nocte ſabbati turbationes turbarum armatarum circa Nicephorum & eos qui cum ipſo erant, audita omnes eneruauerũt. Ante dies verò principium ſuperuenientes barbari contra tabernaculum Nicephori & magnates qui cum ipſo erant, hunc miſerabiliter interficiunt, inter quos erant Aetius, Petrus & Siſinnius, Triphilles Patricij, atq; Theodoſius Salibaras Patricius qui contriſtauit & multa mala beata oſtẽdit Irena, necnõ Eparchus Patricius, & Prator Orientaliũ, multiq; Protoſpatharij, & cubitus Domeſticus, & ordinum principes, ſeu Drungarius Imperialis Vigilia ſimul & Thracia Prator & multi Principes thematum cum infinitis populis, omniſq; Chriſtianarum corrupta eſt ſpecies arma quoq; perierunt & Imperij vaſa. Porrò talis dies deformia verba abſit vt Chriſtiani vlteriùs audiant, vtpote omne lamentum excedentia.

QVI NOBILES CVM IMP. PERIERE.

IV.

NICEPHORI CAPVT PERPETVA IGNOMINIÆ RESERVATVM.

Caput Nicephori Crunnus reciſum ſuſpendit diebus multis in ligno in oſtentationem ad ſe venientium nationũ & confuſionem omnium noſtrûm. Poſt hac autem accipiẽs illud & denudans, argentoq; forinſecus induens, bibera in illa Sclaminorum Principes fecit glorians.

Verùm licèt multa vidua & orphani fuerint facti vno die, & lamentatio intolerabilis haberetur: huius tamen abſciſio multorum facta eſt conſolatio. modum verò huius occiſionis nullus eorum qui ſaluati fuerunt, liquidiùs enarrauit. Ferunt etiam quidam, quòd Chriſtiani hunc cadentem lapidibus impetierunt. Aſt effœminatorum virorum, ſeruorum ſcilicèt eius cum quibus & cõcumbebat, alij quidem igne, vallis, alij vera gladijs perierunt cum ipſo. Huius Principatu Chriſtiani grauiorem nullo tempore ſunt conſecuti. Omnes enim qui ante ſe imperauerunt, ambitione & luxurijs atque barbaricis crudelitatibus ſuperauit, de quibus per ſingula perſequi & poſteris inuidibile, & nabu erit laborioſum. hactenus de miſerando, ſed digno, meritoque caſu hominis, qui non poſuit [b] Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in moltitudine diuitiarum ſuarum & præualuit in vanitate ſua, cui & ſecundùm illud diuinum oraculum accidit. [c] Cor durum mala habebit in extremo.

QVALE NICEPHORI IMPERIVM.

[b] Pſal. 51.

[c] Eccl. 3.

V.

INTERITVS NICEPHORI IMP. PRÆNVNTIATVS A THEODORO STVDITA.

Hic verò non prætereunda ſunt qoæ Michael Studita io vita Theodori Studitæ de præuiſo & prænuntiato Nicephori interitu narrat his verbis: *Nec verò pratermittendum, quod ſanguinaria illi euentorum pater pradixit. Hoc ipſum quippe illi pradixit, & imminens periculum denuntiauit: tametſi nec ſic quidem amens intellexit. Cùm enim iam contra Scythas moueret, tumidaſq; & elatos ſpiritus fremens gereret, probrum ſibi ducens, ſe à ſancta vinci; nec cœptum iter inſiſtere audens, niſi ſibi prius adiungeret: miſit ex ijs qui cum magiſtratu erant aliquot, qui vel minis, vel blanditijs viro perſuaderent, & qua ab Imperatore acta fuerant, probare compellant. At diuinus ille tum ardentiore quodam zelo ſuccenſus, & tamquam Spiritus numine afflatus ea verò di pradixit, qua timore illum ac metu concutere poterant, niſi amens prorſus & rationis expers fuiſſet. Æquum erat, Imperator, te actorum tuorum pœnitentiâ duci, & medicinam mala facere, ne temporis progreſſu difficile ad ſanandum, aut penitùs etiam inſanabile redderetur. Sed quoniam haud vllum morbi tui ſenſum habet, vt non ſolùm ipſe vltrò te in laqueum inducas, ſed alios etiam in eumdem impellere conaris, & ruinam volentibus ac perni. ſem pares: hac tibi omnium vindex & ſpectator oculus meis verbis pranuntiat: Scito, te quam viam nunc ingrederis, ex ea numquam reuerſurum.*

VI. *Itaque ſecundùm iuſti vaticinationem barbaricis manibus captus, non ſolùm vitam turpiter amiſit, ſed caput ipſum amputatum in Bulgarorum gente ad ludibriũ reliquit, in quo illi inter potandum propinarent, & cladem ſuam & ignominiam in omnibus conuiuijs miſero exprobrarent. De quo quidem aptè prophetatum illud dici queat: ᵃ Domus Regis erubeſcite, quoniam in gladio Principes veſtri cadẽt, eò quòd legem meam præuaricati ſunt, & populum meum vexauerunt. Poſtquam igitur fœdo in hunc modum exitu ſublatus eſt, & Stauratius eius filius cum plagis, quas in eodem prælio acceperat, ægrè in regiam vrbem delatus, duobus vt ferunt menſibus ſuperuixit, Michaël qui Curopalatæ dignitatem habebat, tum ſceptra ſuſcepit, vir Imperio planè dignus & in eo adminiſtrando æquiſſimus* hucuſque Michael Studita de interitu Nicephori atq; Stauratij.

RVRSVM DE CASV NICEPHORI.

ᵃ Oſe. 7.

Eo in prœlio militans Petrus Patricius, mirâ Dei benignitate è periculo liberatus, haud ingratus extitit benefactori: ſiquidem remiſſo nuntio ſæculo, ſeipſum Deo totum obtulit, dum quod reliquum eius ſupererat vitæ tempus, in monaſtica obſeruatione inſumendum tradidit: quod adeò nauiter proſequutus impleuit, vt egregiâ floruerit ſanctitate, atque poſt obitum inter Sanctos in tabulis Eccleſiaſticis adſcribi meruerit, hoc elogio die primâ menſis Iulij.

DE PETRO PATRICIO IN MONACHVM CONVERSO.

VII. *Petrus ſanctus Pater noſter ex Conſtantinopoli quidem ſub piiſſimo fuit Irena Imperio Patricij filius Conſtantini, à quo etiam omnem ſcripturam didicit Gentilem & Chriſtianam. Poſtmodum & vxori copulatus factus eſt Patricius. Et propter fortitudinem electus familiaris miles à Nicephoro Principe Stauratij genitore. Et cum Imperatore profectus in expeditionem aduerſus Bulgaros, poſt ipſius cædem, & filij Stauratij fugam fuit interceptus cum alijs quinquaginta, & à vinculis per orationẽ & apparitionem S. Ioannis liberatus, mundo relicto, monaſticam vitam aſſumpſit, & in Olympo monte cum ſancto ſe exercuit Ioannicio. Poſt eius verò tranſitum vrbem regiam petens, & in templo à ſe in Euandri loco extructo reſidens, & omnem obiens virtutem, multaq; patrans miracula, conſummatus eſt.* hæc in Menologio. In quo pariter extat memoria eorum, qui tunc capti ſunt à Rege Bulgarorũ; ab eo cùm compellerentur à Fide Chriſtiana deficere, nec acquieſcerent, ab eodem necari iuſſi, martyrij coronam ſunt conſequuti. de his enim in eodem Menologio Baſilij Imp. die vigeſimatertiâ Iulij agitur iſtis verbis:

VIII. *Sanctorum Martyrum in Bulgaria necatorum commemoratio. Sub Nicephoro Stauratij patre Imperatore geſtũ eſt bellum à Romanis cum Bulgaris. Et cùm Imperator magnam conſecutus eſſet victoriam: delicijs & potibus populus vacabat exultans victor. Sed reliquiæ barbarorum à diabolo concitatæ, in Romanos in caſtris degentes irruentes, ceperunt Imperatorem, & occiderunt, reliquorum autem alios obtruncarunt, alios duxere captiuos. Hos autẽ Chriſtum negare cogebant; & quia non acquieuerunt, multis tormentis excruciatos, alios gladio obtruncarunt, alios ſuſpendio ſuffocarunt, ſagittis alios transfixerunt, reliqui conſumpti in carcere curſum conſummarunt.* hæc ibi. de ijſdem agitur in Latino Martyrologio, ſed mendosè fortaſsè per Nicephorum, quod ſub Nicephoro factum eſt, dicitur. Sed ad Michaëlem nouum Imperatorem deſignatum redeamus.

MARTYRES A BVLGARIS NECATI.

Quæ autem præceſſerunt antequàm idem Michael Imperium ſit adeptus, ex Theophane ſic accipe: *Poſtquàm Nicephorus è medio ſublatus eſt, Stephanus Patritius & Scholarum Domeſticus, cùm adeſſet quoque Theoctiſtus Magiſter, pronuntiauit Stauratium Imperatorem, licèt viuente adhuc patre eodem fuiſſet ab ipſo inſignitus honore: diſplicuit populo quis ſaluatus fuerat, quis & patris eius interitu delectatus eſt. Michaël ſanè Curopalates illæſus euadens admodum ab amicis rogatus eſt, vt Imperator appellaretur. Et non admiſit propter iuramenta Nicephoro præſtita atque Stauratio. Huic Stephanus Domeſticus reſiſtebat ſpe vitæ Stauratij.*

CONSILIO DE IMPERIO MICHAELIS NON OMNES ASSENTIVNTVR.

IX. *Porrò Stauratius per vrinam ſanguine immenſo prorumpente, areſactus eſt femoribus & tibijs adeò, vt Phorio veniret Byzantium. Hunc Nicephorus Patriarcha validiore amans affectu, conſilium dabat ei, vt Deum placaret, & eos qui in auaritia prægrauati erant à patre ſuo, conſolaretur, ad quem paterni ſenſus hæres germanus dicebat, non poſſe plus tribus reddere talentis. Hac autem erat exilis pars iniuſtitiæ illius: verùmtamen & circa hæc pigritabatur, non viuere fidens.*

B *Cùm autem ſedus illibatum, more paterna mentis, circa neminem ſeruaret, frequentiùs dehoneſtationibus ſubmittebat Theoctiſtum Magiſtrum & Stephanum Domeſticum; & Michaelem Curopalatem auertens animo, & Procopiam ſororem ſuam* Michaëlis vxorem, *vt inſidiantem ſibi Theophania Auguſta ſubmiſſionibus. Mox quippe miſera per beatæ imitationem Irenæ obtinere ſperabat Imperium, cùm ſine liberis eſſet. Aſt verò Stauratius videns ſe inſanabiliter infirmari, habitum Imperij vxori acquirere feſtinabat, & Bulgaros in Chriſtianos excitare ſupra præcedentia mala. Super quo pauentes Nicephorus Patriarcha, Theoctiſtus Magiſter, & Stephanus Domeſticus ex multa inimicitia in alteram amicitiam cum Michaele Curopalate venêre.*

STAVRATII STVDIA CONTRA MICHAELEM.

X. C *Circa finem Septembris quintâ Indictione Kalendis Octobris veſpere, Stauratius aduocatum Stephanum Domeſticum percontabatur quonam modo ſororis ſuæ maritũ ex propria domo poſſet ducere ad oculos eruendos. Quo perhibente, hoc impoſſibile fore hac horâ propter virtutem, nempe cuſtodiam quæ circa illum eſſet, & ob munitionem domus loci eius; rogat nemini fieri nota quæ dicta ſunt. At ille cum verbis perſuaſibilibus inflexiſſet eũ, ne ſolicitus eſſet: per totam noctem militias ordinum quæ remanſerant, collegit in Hippodromo vnà cum Principibus proprijs ad pronuntiandum Michaëlem Imperatorem, quemadmodum in ſubſequentibus indicabitur.*

Porrò Nicephorus Patriarcha ſcriptum à Michaële propria manus exegit de recta fide, & vt ſine ſanguine manus D *à Chriſtianis ſeruaret, ac de ſacris hominibus, ſeu monachis de toto Eccleſiaſtico catalogo, ne percuteretur ab ille.*

XI. *Anno ab Incarnatione Domini* DCCC. IV. ſecundùm Græcorum ſupputationem, *Indictione quintâ, tertio Nonas Octobris, Michaël Curopalata mitiſſimus appellatus eſt Imperator Romanus in Hippodromo à toto Senatu atq; ordinibus, qui imperauit annos duos. Stauratius autem acclamatione huius audita, ſtatim comam totondit, & monachicis indutus eſt veſtimentis, & per Simeonem monachum cognatum ſuum valdè Patriarchã implorans. Qui veniens in palatium vnà cum Imperatore Michaële, Stauratium rogabat ne triſtaretur ſuper hoc quod factum eſt: non enim per inſidias ſed deſperatione vitæ ipſius id geſtum aſſeuerans. At ille nequitia paterna rabie furens, non acquieuit, dicens ad eum: Amicum meliorem me non habebis. Horâ verò quartâ coronatus eſt Michaël à Nicephoro Patriarcha in ambone magnæ Eccleſiæ, in quo magna exultatio facta eſt.* hæc Theophanes.

MICHAEL CVROP. CORONATVR A PATRIARCHA.

E Porrò ab eiuſdem Michaëlis Imperio Ioannes Curopalata ſuam eſt auſpicatus hiſtoriam. Sed & Leo Grammaticus Leonis ſapientis mandato hiſtoriam ſex ſequentiũ Imperatorum totidem ferme verbis ſcripſit, ac Curopalata, ſed hic habetur præ manibus, ille verò adhuc latet in bibliothecis, Vaticana ſcilicèt, & Medicæa Reginæ Francorum, ſed nobis plus ſatis Curopalata. In his verò quæ ſunt temporis huius, præſtat audire Theophanem huius temporis auctorem, qui de eodem Michaele

Impe-

Imperatore hæc dicere pergit: *Donauit Patriarchæ auri libras quinquaginta, & clero viginti quinque. Vere enim magnanimus & non auarus omnes conſolatus eſt, qui Nicephori nequitia ſunt læſi, denique Senatum & militiam recreauit.*

XII. *Porrò quarto Idus Octobris coronata eſt Procopia in Triclinio* * *Auguſtali: multiſq; donis liberalibus auxit Senatum; mulieribus verò thematicorum militum qui fuerant in Bulgaria perempti, auri quinque talenta dedit. Theophaniam autem vxorem Stauratij, monaſticam vitam amplexam, & cognatos illius qui miſerabiliter ſub Nicephoro vixerant, ditauit. Interq; alia inſignem domum & monaſterium Thebraica dictum, vbi Stauratius eſt ſepultus, illi conceſſit. Omnes etiam Patricios & Senatores, ſacerdotes, & ſummos ſacerdotes & militantes, monachos & pauperes tam in regia vrbe quàm in thematibus degentes, locupletauit, adeò vt immenſurabilis auaritia Nicephori, propter quam & malè perijt, paucis diebus diſparuiſſe probaretur.*

* Auguſteos

LIBERALITAS MICHAELIS IMP.

NICEPHORUS PATRIARCHA PACIS STUDIOSUS.

Super multos præterea optimos mores ſuos, cùm piiſſimus & Orthodoxus eſſet, triſtabatur ſuper his qui à ſancta ſcindebantur Eccleſia, quacumque occaſione, ſiue ratione, multumq; ſanctiſſimum Patriarcham, ac eos qui poterant pro communi pace concurrere, rogans, non acquieſcebat, inter quos & Theodorum Egumenum Studij, & Platonem, atq; Ioſeph Archiepiſcopũ Theſſalonicenſem fratrem Theodori in ſtudijs detentos amaris vnà cum principibus monaſterij ſatagebat vnire, quod & fecit. hæc Theophanes, qui cuncta præſens intuebatur.

XIII. De reddita autem pace Eccleſiæ, præcipuè verò de reſtitutione S. Platonis, hæc habet ipſe Theodorus Studita in vita ipſius quam fideliſſimè ſcripſit: *Illum,* inquit, *Nicephorum ſcilicèt diutiùs arrogantem, & temeritate ſuſpenſum cùm fortis Dei manus ad Scythas exterminaſſet illic cum toto exercitu perdidit, vt poſteris narratio quædam terribilis & dictu horrenda, Deiq; iudiciorum quæ comprehendi non poſſunt, eiuſdemq; ſapientiſſimè prouidentiæ exemplum relinqueretur. Eum verò, Platonem videlicèt, qui anteà nobiſcum vnà clauſus tenebatur, cùm eorum qui tunc Imperio potiebantur Michaële & Procopia & piè ſe gerebant, gratia proprio gregi reſtituiſſet, Confeſſorem illum ſeipſum eſſe probauit, idq; quomodo factum ſit dicemus: neque enim hoc præterire conueniens eſt.*

PAX ECCLESIÆ RESTITUTA.

Eorum cura, qui res noſtras beneuolo potiùs quàm inimico animo diſponebant, de medio ſublatum fuit ſcandalum: quo remoto, & diſſidium quod illi cum Epiſcopo interceſſerat, ſublatum fuit, cùm principes ipſi hoc eis perſuaſiſſent. Itaque ſanctiſſimus Patriarcha ſe purgauit, quòd quæcumque acciderant, Imperatoris violentiâ facta fuiſſent. Tunc igitur vna conuenerunt, & viciſſim ſibi ſatisfecerunt (quando quidem ipſi Deo nihil ita carum eſt vt pax & concordia, modò concordia non ſit fidei diſſenſio, atq; diuini præcepti violatio, non deniq; canonis alicuius reprobatio, quemadmodum præſens coniunctio ſe habuit) quantũ ad nos pertinebat; ea quæ intereà facta fuerunt, prætermittentes vt illis ſimilia, quæ diuinorum Patrum memoriâ facta, & ſimiliter diſpenſatione quadam neglecta fuerant, immò verò perfectâ earum rerum examinatione in futuro illo ſæculo illi iuſto atq; incorrupto Iudici reſeruata. hæc de reſtituta concordia Theodorus.

XIV. Facta autem cuncta hæc conſenſu Leonis Romani Pontificis, Michaël Studita in vita ipſius Theodori teſtatur; cum de reſtitutis Patribus, & inita concordia iſta ait.

Michaël, qui Curopalatæ dignitatem tum gerebat, ſceptra ſuſcepit, vir Imperio planè dignus, & in ea adminiſtratione æquiſſimus. Cui ante omnia res patris curæ fuerant, vt ab exilio eum reuocaret, & honore omni reducem cumularet. Quin etiam diſſidentia membra mox aptiſſimè copulauit, pulchrum Eccleſiæ corpus in vnum iterum connectens, & priſtinam ſacerdotibus ac monachis concordiã reddens, Ioſepho nimirum, qui eiectus ab Eccleſia anteà fuerat, ab eadem nunc tamquam inutili membro apertiùs reciſo & excluſo, qui in locum eius fuerat intruſus.

Placuit hoc in primis Romano Antiſtiti, qui per litteras, nuntioſq; ſuos ſententiam confirmauit: nam & illum ſequeſtrem pacis & conciliatorem ad deuincendum Patrum animos, pius Imperator adhibuerat. Exinde verò ſanctus & Patriarcha creſcente inter illos amore mutuo. perſtiterũt de cetero non tam corporibus quàm animis inuicem arctiſſimè colligati, ita vt alter alterius, & vterque vtriuſque conſuetudine vehementer caperetur. iſta Michaël.

PAX ECCLESIÆ CONST. A LEONE PA. CONFIRMATA.

XV. Porrò ad hanc ineundam concordiam eo vſus eſt conſilio Michaël Imperator, ne quid diſſidij ſemen alicubi reliquum eſſet, noluit Confeſſores è carcere liberare, niſi prius pollicerẽtur Patriarchæ Nicephoro amplectenti quæ ſunt ſecundùm ſanã doctrinã, & deſtruenti quæ fuerant malè conſtructa, communicarent. Quâ libenter acceptâ conditione à ſanctis Platone, Theodoro, atq; Ioſepho, vt alij eidem conſentirent, ſequeſtres ipſi fuerunt, vt declarat [a] epiſtola hoc argumento conſcripta, tunc ab ipſo Theodoro ad Antoninum Abbatem, qui vnà cum ſuis ea de cauſa in carcerem coniectus fuerat, & adhuc eo detinebatur multa paſſus.

CUR ADHUC CONFESSORES ALIQUI DETINERENTUR IN CARCERE.

[a] *Theod. li. 1 epiſt. 51. in Cod. Colum.*

Antonio præpoſito S. Petri, & iis qui cum illo &c.

Cùm epiſtolas veſtras magno cum animi angore & afflictione ad nos ſcriptas à paterna ſanctitate veſtra accepiſſemus, quantoperè ingemuerimus, quid dicere attinet, fraternis viſceribus commoti, tametſi indigni ſimus, & ex parili mœrore dolorem veſtrum æſtimantes, atq; vnà ſuſtinentes? Nec enim alijs licet moleſtias æſtimare, quàm ijs qui conſimili affectu ijſdem moleſtijs anguntur. Enimuerò peccata noſtra vſque adeò in hoc ſæculo iniquitatem exaggerarunt, refrigeſcente iuxta Domini verba, caritate, vt qui offendicula & ſcandala omnia remouere debeant, eos videre ſit paria ac fortaſſè grauiora externis magiſtratib. facere. Carceres dicitis, probra, exilia, perſecutiones, & ærumnas ſuſtinuiſſe vos, ac etiamnũ ſuſtinere ab ijs qui Eccleſias Dei moderantur, quos non ſolùm pro Dei mandato pugnantes, ſed ne ſiquidem humana criminibus rei eſſetis, talia vmquam à Dei paſtoribus perpeti fas eſſet, nedum pro veritate certantes, quibus laus debetur & beatitudo, atque hac inſuper monaſtica profeſſione ornati.

DEPLORATIO PERSECUTIONIS.

XVI. *Ex operibus eorum cognoſcetis eos, ait* [b] Dominus *Haud ſanè talia in ſanctis ſpectata ſunt; quin ipſi contrà pati potiùs viſi ſunt Apoſtolicâ voce edocti, quæ de Domino ſic ait:* [c] *Qui cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur non comminabatur: præbebat autem placidè percutienti diuinam maxillam. Hinc Chriſti paſtores noti: illinc alieni Epiſcopi. Sed quis ſenſus veſter eſſe poſſit de ingruente hac ætate noſtrâ hominum improbitate, & illi gloriam ducentes oſtentant; quod iniquum eſt, æquum æſtimantes, auctoritatemq; & imperium ſuum ad oppugnanda Dei præcepta exercentes. Verùm illi quæ geſſerunt, quæq; gerunt, aliquando inueniant, aut veniam potiùs conſequantur à Iudice incorrupto, qui nihil inexploratum, inultumq; relicturus eſt in die iudicij. Vos verò fratres cariſſimi, ac Patres reuerendiſſimi gaudete & exultate, quoniam diuinæ beatitudinis gloriam reportaſtis, & Chriſti opprobria glorioſè ſuſcepiſtis, exiguis laboribus & ærumnis maxima & ſempiterna præmia conſequentes.*

[b] Matth. 7.

[c] 1. Pet. 2.

XVII. *Et quoniam, vt iam ante ſcripſimus, optimi Dei beneficio, è medio ſublatus eſt cuius cauſâ diſſidium in Eccleſia noſtra extitit: victrix pax obtinuit nutu & auctoritate & benignitate, addam & hortatu Triumphatorum, Chriſtiq; amantium Imperatorum noſtrorum necnon operâ & aſſenſione ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri (ſic enim deinceps appellare oportet) ſuſcepit & ſanctitas veſtra, quæ à nobis*

DE PACE ECCLESIÆ AD QUAM INVITAT.

humilibus multa cum ſpeculatione & inueſtigatione, paternarumq́; actionum contemplatione, ac ſcandalorum quoque, quæ in Eccleſia interdum contigerunt, dijudicata & approbata fuerunt, vt ſit etiam in Eccleſia veſtra pax Dei regnet in cordibus omnium. Nec enim, niſi hoc facimus, ſanctum à Deo reputabitur, nec victoria nobis erit, quin amittemus forſitan, rectum curioſius inquirentes, & quod hactenus præteritis laboribus bonum exegimus. Accipite ergo, vos obteſtamur, & ſuſcipite ſanctiſſimum Patriarcham noſtrum, & communicate, in quibus manifeſta non eſt iniquitas, etiam Epiſcopo veſtro: ea quæ interceſſerunt, Domino permittentes cenſori & remuneratori factorum dictorumq́;. Ad hoc enim ipſum, precibus interpoſitis, & ſanctiſſimum Patriarcham appellemus, vt liberemini vos quoq; à cuſtodia. Pacisq́; teſſeram inter vos conſtituentes, ſi quid controuerſia ſubſit, illicò decidatur; aut ſi tale ſit, vt veſtro iſthæc & reuerendiſſimi Epiſcopi congreſſu curari nequeant, coram ipſo œcumenico Patriarcha morbi omnes ſanentur, concurrantq́; vniuerſa ad pacis lætitiam concordiæq́; vnitatem. hucuſque ad Antoninum Theodorus Studita de pace ſuſcipienda atque concordia ineunda.

Sed quæ ſunt reliqua anni huius ipſius noui Imperatoris ex Theophane recitemus, qui dictis ſuperiùs iſta ſubjicit: *Miſit ad Carolum Regem Francorum pro pace atque contractu nuptiarum in Theophylactum filium ſuum.* agitur de hac legatione in Annalibus Francorum anno ſequenti, quando videlicèt peruenit in Gallias. ſubdit verò Theophanes.

XVIII *Porrò octauo Kal. Ianuarij quinta Indictionis, Michaël tranquilliſſimus Imperator coronari voluit Theophylactum filium ſuum Imperatorem à Nicephoro Patriarcha in ambone maioris Eccleſiæ, feriâ quintâ; & obtulit precioſiſſimum ſtemma in ſancto altario in vaſis aureis & lapidibus vetuſtis, & quadrangulis velis antiquitùs ex auro, & purpura clarè contextis atq; admirabilib. ſanctis imaginibus variatam. Donauit autem & Patriarcha auri libras viginti quinq; & venerabili clero libras centũ, ſplendidam reddens ſanctam feſtiuitatem, & filij pronuntiationem.*

THEOPHYLACTUS CORONATUR IMP.

Inſuper huius quoque Michaëlis Imperij exordio, de Nicephoro Patriarcha ſubjicit iſta Theophanes: *Nicephorus quoque ſanctiſſimus Patriarcha tranſmiſit Synodicas litteras ad Leonem ſanctum Papam Romanum: anteà quippe hoc faciendi prohibebatur à Nicephoro Imperatore.* Simulac igitur liberum fuit eidem Patriarchæ, quod facere tenebatur ipſo ſuæ creationis exordio, officioſiſſimè præſtitit, quod ante hæc implere non licuit, prohibente id impio Imperatore. Vt primùm verò licuit, litteras ſcripſit ad Leonem Romanum Pontificem, quibus de ſua rationem redderet electione, ſimulq́ue fidei ſuæ Catholicæ profeſſionem eiſdem litteris eidem faceret manifeſtam: adiecit & munera, quibus venerari placuit ipſum Romanum Pontificem, Legatumq́ue miſit, cui ea omnia præferenda dedit. fuit is Michaël Epiſcopus Synnaculorum. Extat ipſa epiſtola ex Græco reddita Latinitati, cuſaque poſt Epheſinum Cõcilium ſtudio Peltani viri doctiſſimi. Accepimus nos nuper & aliud eiuſdem exemplar Latino idiomate ſcriptũ ex codice Conciliorum bibliothecæ Eccleſiæ Virdunenſis è Lotharingia, nobis impertitum ab inſignis doctrinæ viro Frontone Ducæo Societatis Ieſu profeſſore, quod magis emendatum Græco exemplari ſe reperiſſe teſtatur. ſed expedire putauimus, vt quæ in ea idem Frõto præfatus eſt, hic ante eamdem epiſtolam deſcribamus. ſic ſe habent:

XIX *Hæc epiſtola Nicephori Conſtantinopolitani exſcripta fuit ex magno Codice Conciliorũ manuſcripto bibliothecæ Canonicorum Eccleſiæ Virdunenſis in Lotharingia, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoquinto, Latino idiomate cum Græco, vt apparet reddita à veteri interprete, qui nimium ad verbum tranſtulit, vt mos erat veterum illorũ interpretum, vt illius qui libros Irenæi Latinitate donauit. Et quemadmodum huius ipſius Irenæi interpretatio Latina, licèt minus elegans, in quibuſdam tamen locis correctior reperta eſt ipſo exemplari Græco Epiphanij, quo loco multa capita Irenæi recitat; ſic & ipſius epiſtolæ interpretatio, inculta licèt, & multis in locis ita obſcura, vt nullum ſenſum appareret, emendatior tamen fuit quàm exemplar illud Græcum excuſum apud Hieronymum Commelinum, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo in Germania vnà cum Synodo Epheſina ex bibliotheca Reuchliniana. Quamobrem collatione factâ vtriuſque libri, hanc interpretationem, vbi manifeſtè à Græco contextus ſententia aberrabat, farciuimus & interpolauimus, illis alioquin intactis relictis, quæ in Græco ambigua erant, & vtcumque ferri poterant, ſtudio nimirum antiquitatis, & vt eius auctoritas maior eſſet: quamobrem & Græcas voces aliquando margini attexuimus, vt ex ijs poſſet Lector, ſi vellet alium ſenſum elicere. Certè idem factitaſſe eos qui editioni Conciliorum Græcolatinæ Romæ præſunt, accepi, vt quantum fieri poterat, interpretationem veterem nouæ præferrent.* ita Fronto, qui hæc ad me miſit vnà cum epiſtola antiquitùs Latinitate donata. & vt puto ab Anaſtaſio, qui in his hoc rudi ſæculo magna cum laude verſatus reperitur. ipſe enim (vt dictum eſt) Theophanis, quâ vſi ſumus hiſtoriam in Latinum tranſtulit. porrò epiſtolæ ſic ſe habet titulus & inſcriptio.

XX. Epiſtola Nicephori Conſtantinopolitani Archiepiſcopi ad Leonem Papam, temporib. Caroli.

In omnibus ſanctiſſimo & beatiſſimo fratri & conſacrificanti domino Leoni Papæ antiquæ Vrbis Romæ Nicephorus miſericordiâ Dei Epiſcopus, Conſtantinopoleos in Domino ſalutem.

Magnus quidem verè & memorabilis, & omni fauore dignum eſt, quicumq; eſt fidelis ille ac prudens ſeruus, qualis in parabolis [a] ſacris & Euangelicis deſcribitur prædicationibus, à Domino conſtitutus in domo eius, & diſpenſans in iudicio mandatorum ſermonem, & impendens non ſuperuacuè, ſed ad commodum creditis bene vtens, dans opportunè conſeruis tritici menſuram, & ſuppeditans vnicuique & largiens proportionaliter quod ei competit, & propterea omnem Domini gratiam & propitiationem in ſe conferens, & beatitudinem ab eo accipiens, & fore, vt ſuper omnia, in quibuſcumq; eum procurare ordinauit, cõſtituatur, promiſſionem obtinens. Dexter enim cùm eſſet propè nimiùm, & optimus, fidem ſimul & prudentiam accommodatiſſimam miſcuit, & exhibuit; illic quidem beneuolentiam & fidelitatem erga Dominum ſuum oſtendens, & minimè eorũ quicquam, quæ ſunt credita, ſubtrahens; hic autem cogitatione officioſâ & mentis ſobrietate & attentione & ſinceritate liberaliter quibus conuenit tranſmittens, quæ expenduntur. Pro quibus iam præfecturâ tãquam dominicâ* dignus: [b] Euge ſerue bone & fidelis, audiet: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; & in gaudium Domini ſui intrare iuſtè et præcipietur. Talia ſunt illius ſerui & præmia & opera.*

XXI. *Ego autem non eorum qui poſſunt villicare & regere hæc, ſed diſpoſitione & regimine indigentium particeps ſum, quoniam quidem puſillus nimis & omnium minimus, & tantâ parte prorſus & bonâ ſorte deſtitutus ſum, & ideò neque credi Eccleſiam, quæ eſt ſecundùm Apoſtolum [c] domus Dei, volui infirmo & inualido naturâ, & diuinorum imitatione indigens, prout dicere conuenientius eſt, quia qui neque mea bene diſpono, neque humilia & terrena ſupereminco, nec animarum regimen & curam gerere vmquam elegi. Quibus enim in proprijs ſtudium non ſuccedit ad vtilitatem, multò minùs hi ad ea, quæ ſunt alio-*

[a] Matt. 24.

BONI FAMULI PRÆSCRIBITUR FORMA.

* ἐπισπώμενος, alliciens.

* habitus

[b] Matt. 25.

[c] Coloſſ. 4.

CVR REFVGERIT EPISCOPATVM.

aliorum, diſponendis idonei erant. Nam ſimul dono illo & gratiâ indignum me ipſum iudicans & reputans, vellem ſicuti non beatitudine illa dignus ſum, nec miſer eſſe & pœnâ dignus, neque particeps oppoſitæ illius partium & aduerſariæ prudentiæ illius maligni[a] *& malè operantis ſerui, qui propter multam ſegnitiem & deſidiam Domini aduentum procraſtinat, & grauis conſeruis ſit, & communicat ebrijs in menſa. Quæ dum ſiunt, ſuperueniens Dominus * ſeparat, & diuidens, cum hypocritis annumerat: neque talentum accipientis, & ſub terra ponentis, & abſcondentis, & idcirco amare pigritiæ accuſati, & à quo non tantùm vſura & multiplicatio exacta eſt, ſed in ſorte quoque detrimentum paſſi & tenebris traditi exterioribus. Vtinam non in iſtis deprehenſus exemplar vulgò proponar & ſubſannatio & irriſio his qui in circuitu noſtro ſunt oſtendar, & in motionem capitis videntibus exiſtimer; iudicatus quoque & damnatus ab eo qui omnia videt & ſcrutatur quæ noſtra ſunt, & ductus in flagellis actionum iniuſtarum pœnas ſufficienter exoluam, vt qui in ſimilibus rei deprehenſi ſunt videntes quæ patiar, coërceantur, & correctionem ſuſcipiant. Quoniam igitur permiſſione & conniuentia * Dei ſub iugum eius ſubiunctus ſum, & hoc miniſterium nolens ſuſcepi * tantùm coactus, & non voluntate, quâ conditione anteà fuerim & ad quem ſtatum prouectus, vt omnes fermè qui hic ſunt, norunt, dicturus aduenio.*

[a] Matt. 24.

* qui expectabatur

* παρορά σει conniuentia

* ὅτι τρόπῳ quodammodo

XXII.

DIVERSA HOMINVM STVDIA.

Alij quidem ars alia & ſtudium eſt aut maius aut minus, ſicut vnuſquiſque libero arbitrio ductus, & rerum gerendarum electionem in ſua poteſtate habẽs, elegit. Enimuerò ſicut multiformes hominum cogitationes ſunt & conſilia, diuerſi etiam mores & viuendi ratio diuerſa, ſic & vitæ humanæ conditiones diſcernuntur multis modis & diuiduntur, & in infinitas varietates & multiplicationes producuntur. Nonnulli enim hanc miſeram & conculcandam eligere decreuerunt mechanicarum artium conditionem, & alij agriculturæ laborem exhibentes oſtenduntur, quidam negociationis ſortiuntur cupiditatem, lucri & diuitiarum amorem, aut nauticulariæ artis amorem peregrinationis ac periculorum, alij per alias manuum artis operationes, ne ſingillatim omnes perſequamur, incedunt. Cæteri autem qui & pauci ſunt & potiores, monaſticam & philoſophicam amplectentes conuerſationem, animas ſimul & corpora purificauerunt, & in hac Deo appropinquare digni efficiuntur, & ad ſupernam beatamque vitæ conditionem perducuntur, aut eloquentiâ ex rationalibus diſciplinis & artibus inſigniti & bonis moribus exornati proprias animas decorarunt: Et ſicut vnicuique deniquè dulce & gratum videbatur, & pro inclinatione naturæ contingebat. Mihi autem ſic præſentis vitæ negocia euenerunt. Cùm igitur ætatem virilem attigiſſem, & iuuenilem prætergreſſum in regalibus verſatus atrijs, militiam quamdam exercebam, & ipſam non abſque opera acre miſſam, ſed quæ per manus & calamos exhibetur. Etenim Imperialibus intererã ſcriptoribus. A ſecretis autem eos vocare ſolita, Latina lingua ſcimus eſſe dictionem. In hac hærens quibuſdam temporibus & humanis rebus impeditus in cognitionem rerum caducarum in hac vita & non conſiſtentium veniens, conſilia voluebam & cogitationes animo verſabam, quàm nimirum difficile ſit & laborioſum ibi occupatis ſuperna capeſſere, præcipuè verò vt quis ſpem aliquam meliorem cõcepit, ab eo non excidat: nam illa quidem ludentium, hæc verò ſeria tractantium eſſe arbitrabar, illaque valere iubebam, & iſtis quantum in me ſitum eſſet adhærere, meque in ijs potiùs excellentem cernere ſtudebam, quàm illis deinceps condecoratum videri.

XXIII.

Me ſanè legiſlatorum ac Prophetarum[b] *optimus attendere mihi ipſi edocuit, &*[c] *omnia vanitatem eſſe, & quæ ſit abundantia homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole, alius ſapiens inſinuauit. Pertranſire autem figuram huius ſeculi,*[d] *Vas Dei electum denuntiabat, & alias ſcripturas ſacras his ſimilia prædicantes audiens, & ſimul in mẽte habens: quod apud quemdam eorum qui ſapientiæ nomine celebres ſunt, nouimus decantatum, melius eſſe plebeium viuere quàm magnam habere poteſtatem eum, qui nihil eâ dignum ſit præſtiturus: quemadmodum ſcenam præſentem deflorescentem gloriam contempſi, meque ad cõſiderationem meas exemplo conuerti. Idcirco re bene ſuccedente, mihi opitulante Deo, cum dignitatis cõtemptor ſum factus, tum ab Imperialibus atrijs & vrbano tumultu procul abductus, vaſa collegi. Solitudinem igitur quamdam occupo, & iugum montis, quod erat opacum & inacceſſum, ſtadijs non paucis circa Proponticam regionem, regia diſtans ab vrbe; & illic ſtationis facere ſtudebam, vt etiam ſi poſſem, monachicam conuerſationem attingerem.*

[b] Deut. 5.

[c] Eccl. 1.

[d] 1. Cor. 7.

*Ad hæc enim ex multo iam tempore impellebar, & amor quiſpiam eremi ac tranquillitatis vehementiſſimus me tenebat, nec alibi vſpiam niſi illic, extremum vitæ diem obeundi. Sed quoniam quidem non omnibus omnia, quæ ſecundum voluntatem ſunt, euenire poſſunt, & ſiunt quædã in quibus * fatum imperat, & ſicut vult Deus, finem incepti ponit: contigit vtique hoc etiam mihi, & ab ijs quæ in animo ſtatueram excidi, & neſcio quibus iudicijs, quæ nouit, qui hoc permiſit, & omiſit Deus, ab amabili eremo ſum abſtractus, & in Regiam iterum ductus ſum, tamquam ſub Deo teſte, decreto & iudicio eorum qui in his ſedibus collecti erant & totius Eccleſiæ cœtu ſacro ac conſilio Senatus iuſſi agentibus abſque vlla tergiuerſatione & excuſatione, quandoquidem tam regiæ vrbis Præſul vitam cum morte commutarat, vt homo humanam, me licèt admodum cunctantem & non præſumentem ad hanc ſacerdotalem ſedem deduxerunt, quod violentiâ potiùs, quàm perſuaſione confectum eſt.*

* Dei voluntatem fatũ appellat, vtrumque ſimul iungens, quam quod euitare non poſſit homo, fatum nominat

XXIV.

Quia ergo nolens hoc iugum ſubij, & vim ſolicitudinis ſuſcepi non dignè, neque vt gratiæ conueniebat: timeo quidẽ primum varias & multiplices machinationes inuentoris nequitiæ, ac malorum & inuiſibilium ſpirituum inſurrectionem, ne cùm me nudum & inermem ab ijs, quæ ſunt ex virtute, deprehenderint, nondum enim me ſpiritualibus & diuinis eruditum cognouerunt, aut aduerſus eos exercitatum, aut concertantem luctatione perſpexerunt, peccati vulnerantes ſagittis, Eccleſiæ à Deo electam cateruam feriant, & bene ordinatam eius phalangem exterminent, inconſulti & indocti ducis ruina cachinnis inſultantes. Deinde verè cùm me alienum à principatu, & obiectum inuidiæ viderem, doloſitatem & malignitatem inuidorum verebar, qui omnia obſeruare ſtudent, quæ noſtra ſunt, ſiue bene, ſiue aliter ſe habeant, nec trabes ſuis impoſitas oculis vident, neque glumam ab oculis purgare appetunt, & alienas feſtucas ſcrutantur, & propter puſilla nimium & viliſſima & quæ nullius ſunt pretij, linguas ſuas aduerſus præeminentes iniuſtè armant, & vtrimque amarè ac iniuſtiſſimè vulnerant. Sed hoc ſuſcipiens certamen, quo in hoc adiutore & opitulatore indigeo, niſi iſta permittente Deo, à quo poſtulo incrementum, & adiutorium vt miſeranti & propitio oculo in meam reſpiciat paruitatem, teneatque manu dexterâ & ad ſuam deducat voluntatem, & eorum quæ nobis commiſſa ſunt gubernationem ad ſalutem: qui quidẽ differt punire hos difficiles & affligentes nos, aut propter noſtram malitiam vt ad meliora nos reducat, aut ad illorum detegendam malitiam & peruerſitatem in nos, ne lateat amaritudo ſubdolè in anima, & aſtutè nidificet, ſed in lucem prodeat & manifeſtetur, quod occultum eſt.

XXV.

Si autem frater qui adiuuatur à fratre, ſicut ciuitas firma, & rectè firmata eſt Regia, quemadmodum Salomonicus[e] *ſermo nos admonuit, aliorum etiam plurium precibus indigeo ad opem ferendam, præ omnibus autem veſtra maximè in ſpiritu deſideratiſſima & ſacra fraternitatis ſacris orationibus, & ad Deum interceſſionibus vtar, tamquã nobis auxiliũ ferẽtibus ac iuuamẽ, vt q̃ Deo appropinquãt,*

[e] Prou. 18.

PETIT INSTANTER PRECES PONTIFICIS.

& ad ſupernum & intelligibile feruntur altare, mundo mundiſter loquentibus vobis & audientibus, ta entibus & clamantibus, ſicut audiebantur Moyſes & Samuel, & ſi quis alius eis ſimilis in ſpiritu. Ideirco ſuffragamini mihi in infirmitate, & manus ſanctas in ſuperna leuate. Certi enim ſumus habere ex confidentia virtutem deſuper nobis miſericordiam impetrantes, & propitium Deum reddentes ad confortandum & roborandum, quod infirmum & laſſum eſt, [a] *vt loricâ induti fidei, & galeâ ſalutis cooperti, ſtare poſſimus aduerſus principatus & poteſtates & mundi rectores tenebrarum ſæculi huius, aduerſus principalia nequitiæ contra quæ nobis luctatio eſt: ad conſeruandam item ſtabilitam & inconcuſſam animæ fortitudinem, & vt aduerſus obedire recuſantes & refragantes decenter & dexterè me geram, & ad eos adoptandos in filios Eccleſiæ, & oues rationales electi Chriſti gregis efficientes, & vt in diuino Eccleſiæ ouili commorentur curantes, ne à lupis crudeliter lacerantibus deuorentur, concordia & confeſſionis ſignaculis ſignata, vt inſidiis non appetita & illæſa permaneant, vtque omnium noſtrûm capiti Chriſto & Principi paſtorum ſubiiciantur, ac fræno ductiles ceruices illi ſubiungant.*

[a] *Ephef. 6.*

XXVI.

QVÆ PER PRECES PONTIFICIS A DEO CONSEQVI ROGAT.

Ad mundandos autem nos & clarificandos, & vt fiamus perfecta perfectæ lucis germina, ſic vt poſſimus & aliis impertire illuminationem & mundationem: [b] *detur etiam ſermo nobis in apertione oris ad implendos eos qui audiunt, ſpiritu, & ad prædicandum ſine pigritia & defectione virtutem myſteriorum noſtrorum, eius gratia qui linguam mutorum explicat, & rectos facere poteſt claudicantes, & ad benè currendum in præparationem Euangelii firmat & corroborat: ad multiplicandum item commiſſum talentum, & in tempore reddendum cum vſura Domino debitum: ad operandum etiam in vinea bona, & operis approbationem reportandam cùm ſuſtinuerimus quidem magnanimiter laborum grauitatem & difficillimum pondus & generoſè pertulerimus diei æſtum, vt hi qui circa* [c] *vndecimam introierunt,* * *abſque conductione, in diſtributione auctoramenti connumeremur. Ad illuminandum autem noſtræ mentis introitum, vt per ſpiritus diſcretionem diſpiciamus, ita vt Propheticarum vocum auditores reddamur, & diuinorum mandatorum alacres adminiſtri, & eius ſuſcepto dono, id, quod oculum mentis conturbat, & mentem noſtram obumbrat, purgetur atque mundetur: vt vnuſquiſque ſe ipſos cuſtodiant, & obſeruent, & ab aduerſariorum ictibus maneant illæſi. Ad prouidendam autem frameam* [d], *cùm ſuper peccatores à Deo immiſſa aduenerit, vt ſi quidem poſſibile ſit, & dederit Deus, & qui annunciat aduentum, Deum placant, & ipſe & ii quibus annunciatur iram effugiant. Sin minùs, propriam ſaltem animam ſaluam faciam, iuxta Loth* [e] *illum iuſtum, qui ſaluans animam ſuam incendium euaſit. Et quæ veſtræ quidem ſunt rationis, & ſpiritualis auxilii, hactenus dicta ſint.*

[b] *Ibidem.*

[c] *Matt. 10.*

* ἀσυμφώνως

[d] *Zach. 13.*

[e] *Geneſ. 19.*

XXVII.

DE ROMANA ECCLESIA PRÆCONIA.

Tempus autem iam adeſt, magnam veritatis tubam, magniloquum Euangelii præconem Paulum ſpectare memorabilem, propter antiquos Romanos admodum conſolantem & velut exultantem ſpiritu & ob eorum fidei ſtudium & feruorem confidentem atque gloriantem, & teſtificantem in omnibuſque mundi finibus diuulgantem, pronunciantem in iis quæ ad illos ſcripſiſſe enim conſtat: [f] *Gratias ago Deo meo, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo: Et quia noſtra Euangelica munda & immaculata fides eſt, & extra quam non eſt alia, neque Romanis finibus arctata circumſcribitur, neque terminis mundanis finitur: in tantum autem effunditur potiùs & diffunditur, & ſicut Propheticæ & Apoſtolicæ voces imitant fari,* [g] *in omnem terram diuinæ prædicationis ſonus exiuit, & in fines orbis terræ verba prædicantium. Si autem oportet & his dicere altiora hæc & in cælis in ſupernis & intelligibilibus virtutibus fiducialiter agit. Si enim vna eſt Eccleſia in cælo & in terra, & primogenitorum Eccleſiam in cælis exindè audimus deſcriptam, & eſt ciuitas* [h] *ex fide iuſtificatorum, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, cuius artifex & conditor Deus, qui & pacificauit, quæ in cælis & quæ in terra ſunt,* [i] *medium maceriæ ſoluens parietem, perditamque ouem in humeris attollens per inenarrabilem diſpenſationem ſaluis & manentibus adiunxit: hac ratione iuſtè admodum vnionem & coniunctionem retinemus, quum ad nutum vnum & conſenſionem creaturæ fides ſuffragatur. non enim in Iudæa tantùm notus eſt Deus, ſed in omnibus quæcumque mens & ratio contemplantur.*

[f] *Rom. 1.*

[g] *Pſal. 18. Rom. 10.*

[h] *Hebr. 12.*

[i] *Epheſ. 2.*

XXVIII.

FIDELES OMNES VNUM SVNT IN CHRISTO.

Nos verò qui nouum Romanorum nomen ſortiti ſumus, vtpote ſuper vno & eodem fundamento fidei ſuperædificati, Apoſtolorum inquam & Prophetarum ſapientium * *artificiorum, poſito angulari lapide omnium noſtrûm Saluatore Chriſto & Deo, nulla in re, quod ad fidem attinet, antiquioribus ſumus inferiores. In Eccleſia enim Dei non eſt prænumeratum & ſubnumeratum, ſicut non Iudæus, non Græcus, non Scytha, non barbarus, non ſeruus, non liber, ſed omnes in Chriſto vnum ſumus. Igitur & in nobis diuinus Paulus ſuperbiat, & glorietur, ac ſe iactet copulans veteribus noua, & cõparans in dogmatibus & prædicationibus, cuius & nos doctrinas & admonitiones ſequentes, in quibus radicati & firmati ſumus confeſſione fidei noſtræ, in qua ſtamus, & gloriamur, noſtraſque ſententias quæcumque ſunt ſanè de nobiliſſima & immaculata noſtra religione, reuelata facie clariſſimè prædicamus, cum qua Deo ſeruimus, & quam ſpirare potiùs quàm aerem indeſinenter debemus. cum qua & abire de præſenti vita contendimus, ſupernâ gratiâ confortati & muniti, ſicut aliâ non licet incedere & ambulare, aut quæ præſentis ſunt vitæ benè diſponere, aut quæ in futuro ſunt repoſita digna bona impetrare.*

* τεχνιτῶν, vel τεχνιτῶν artificum

XXIX.

NICEPHORI EPISC. CONSTANTINO. FIDEI PROFESSIO.

CONFITEOR igitur me credere in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium factorem & dominatorem ac Dominum, & in Filium eius vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum & ante ſæcula Verbũ ſine principio & ineffabiliter ex Deo natum, incomprehenſibili ratione, & quam intelligibilis ac ſenſibilis vlla creatura complecti mente non poteſt. Et in Spiritum veritatis viuificantem, ac ſanctiſſimam Trinitatem vnius ſubſtantiæ, ſuperſubſtantialem, inuiſibilem, incomprehenſibilem, inſeparabilem, immutabilem, ſimplicem, indiuiſam & incompoſitam, & ſine interuallo incorpoream, ſempiternam ſine qualitate, ſine quantitate, vnius honoris, vnius gloriæ, vnius ſedis, vnius deitatis, intractabilem & impalpabilem ſine figura, ſine fine bonam, perpetuè ſplendentem lucem, tripliciter fulgentem, lumen omne excedentem, ſemper itidem & ſecundùm eadem ſe habentem, omnia ſpeculantem, & perficientem virtutem, omnibus rationabilibus & intelligibilibus repentè & non partim effuſione diuini luminis ſplendentem, proportionaliter, pro facultate recipiendi quæ in iis eſt qui illuminantur, & ad eſſe, & ad bene eſſe conſeruantem in ſubſiſtentibus rebus & non nudis nominibus cognitam, vnâ deitate, & poteſtate, & Regno glorificandam & adorandam ab omni viſibili & inuiſibili creatura.

XXX.

Ex iis quæ in Trinitate conſiderantur, Pater quidem ſine initio eſt & ſine cauſa: non enim ex aliquo, ſed à ſeipſo eſſe habet. Filius autẽ, non ſine principio eſt, ex Patre enim eſt. Principium autem filii Pater ſicut i cauſa eſt, ſi autem, quod ex tempore eſt, accipias initium, & ſine initio eſt: creator enim temporum non eſt ſub tempore * *genitus quidẽ, ſed ſempiternè & indiſtinctè conſplendens Patri* [k] *ſicut ſplẽdor gloriæ & Paternæ figura ſubſtantiæ. Spiritus autem S. ex Patre ſubſtantiam habens* * *non genitus, ſed procedens, ſempiternè cum Patre & Filio conſideratur; non ſine principio quidem propter proceſſionem ex Patre. Principium enim & ipſius eſt Pater ſecundùm cauſæ rationem: ſine initio autem & ipſe eſt ſecundùm tempus.*

* γεννητῶς per generationem

[k] *Hebr. 1.*

* οὐ γεννητῶς ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς non per generationẽ, ſed per proceſſionem

Vnus ergo Deus Pater ex quo omnia, & vnus Dominus

Ieſus

Ieſus Chriſtus per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus
in quo omnia, ex tribus perfectis vnum perfectum &
perfectiſſimum, quod eſt diuinitas, ſegregatis quidem &
perſonalibus proprietatibus ab inuicem differentiis. V-
numquodq; enim horum quæ natura indiuiſa ſunt pro-
pter continuitatē ſubſtantiæ cum mentis contemplatio-
ne diuiditur, Deus à nobis agnoſcitur & creditur omniū
pleniſſimum exiſtēs diuinitatis proprietatum. Et hæc tria
inuicem copulata vnus Deus à nobis adoratur, ternaliter
quidem ſecundùm perſonas, ſingulariter autem ſecundùm
ſubſtantiam. Et monarchia eſt quòd à nobis honoratur, nō
polyarchia, non anarchia propter inordinatam & ſeditio-
ſam ſtultitiæ ac confuſionis conditionem. Monarchia au-
tem non quam circumſcribit perſona, propter imperfectio-
nem & litteram Iudaicæ inopiæ & puerilitatis, ſed quam B
natura vnius honor, & ſententiæ conſpiratio, & identitas
motus oſtendit, & eorum quæ ex eodem ſunt in vnum con-
ſenſus quod in creata natura impoſſibile eſt, velut ait ma-
gnus inter Theologos Gregorius, & neque id quod copula-
tum & connaturale eſt in Trinitate contemplanda diui-
nitatis diuiditur. Alienetur enim à nobis & abſcindatur
* ἢ περιχωρούντων εἰς ἀλλήλας neq; commeantibus inter ſe — inſani Arij non recta opinio & rabies. Indiuidua enim ipſa
Trinitas eſt gloria & ſempiternitate & Regno non diuiſa,
neque alienata, neque Dei principalibus perſonis tranſmu-
tatis, neque * concapeſcentibus inuicem, ſed in vnaquaque
earum immutabili ſeruata & inconfuſa proprietate. Pro-
cul enim refutetur & abigatur malè prudentis Sabellij
fraudulenta confuſio.

XXXI. Veneror autem & adoro quod erat ante ſæcula deſtina-
tum myſterium nouiſſimis autem temporibus reuelatum
in ſalutem omnis generis noſtri, & peractum per magnam
cōdeſcenſionem, & ineffabilem diſpenſationem vnius ſan- C
ctæ & viuificātis Trinitatis Chriſti veri Dei noſtri, vt vnde
eſſe nobis fuit per inenarrabilem ipſius bonitatem, indè &
bene nobis eſſe daretur. Confiteor igitur & credo ipſum v-
num de viuificatrice & beata Trinitate Dei Filiū & Ver-
bum cum Patre & Spiritu ſancto ſempiternè ſimul ado-
randum & conglorificandum, ſicuti conſubſtantialem &
* conſeſſorem, infinitâ clementiâ motum ad miſerandam
propriam plaſmationem bonâ voluntate Paternâ & mi-
ſericordiâ, gratiâ autem & cooperatione ſancti Spiritus
deſcendentē de cælo, & inter homines conuerſatum, vt da-
mnatos nos dudū peccato, & à delectatione expulſos para- D
diſi, & corruptioni ſubiectos gratiâ reconciliaret, & diui-
næ ſocios perficeret naturæ. Inhabitans enim in vtero ſan-
ctiſſimæ incōtaminatæ Dei Genitricis Virginis, & in anima
& in carne præmundata Spiritu, & totum in ſeipſo ſuſci-
piens ex ipſa quod noſtrum eſt, quemadmodum in principio
plaſmans & viuificans hominē, proceſſit Deus incarnatus,
manens quod erat, Deus: Virginem poſt partum ſupernatu-
raliter & ineffabiliter Genitricem cōſeruans. nequaquam
mutatâ ſecūdùm naturam virginitate ad oſtenſionem ve-
ram, ſecundùm proceſſionem natiuitatis eius, inconnexa &
immutabilis ſempiternitatis. Qui cum Patri connatura-
lis eſt, conſubſtātialis nobis per omnia abſq; peccato factus,
ſemen Abrahæ apprehendit, ſimiliter nobis particeps factus
carnis & ſanguinis.

De incarnatione Verbi confeſſio.

* σύνθρονον

XXXII. Carnem enim animatam ſuſcepit anima intelligibili & E
rationali, quæ nullo modo ſubſtitit ante vltimam vnitio-
nem, ſed ſimul caro animata rationalis in Chriſti connatu-
ralitate creditur, non per gratiam habitans in nobis, ſed
totum totam naturam complectens inconfuſè & indiuiſè
& ſupernaturaliter coadunationem operatus: vt conueni-
entes ſubſtantiæ diuinitatis & humanitatis in proprietate,
quæ ſecundùm naturam eſt permanerent, & nullatenus in
inuicem transferrentur: licèt vocabula ratione connatu-
ralitatis commeare piè intelligamus propter nobiliſſimam cō-
nexionem. contemplatione enim ſolâ & non re ipſâ ſepa-
rari exiſtimamus propter ſupernaturalem connexionem:
vnitionem, ſingularitatem autem & vnionem perſonæ ſer-
A nari credimus inſeparatam & indiuiſam permanentem.
Abijciatur enim phātaſtica impoſtoris Eutychis, & Dioſco-
ri confuſio & commixtio. Inde ipſum creatum & incre-
atum confitemur, ante ſæcula autem & ſub tempore; cæle-
ſtem & terreſtrem; circumſcriptum & incircumſcriptū:
paſſibilem & impaſſibilem, ſine matre & ſine patre; illud
quidem inenarrabilem & ſine initio & ante ſæcula ex Pa-
tre natiuitatem, hoc autem propter eam quæ ſecundùm
nos eſt occultam & intelligibilem coadunationem, & duas
eius natiuitates prædicamus, quæ ſunt incomprehenſibiles
& omnem ſermonem excedunt. Cùm enim in forma Dei
eſſet vnigenitus Dei filius, qui eſt in ſinu Patris, hoc eſt, in
ſubſtantia Patris ante ſæcula, ex eo fulgens, in conſumma-
tione ſæculorum ſemetipſum exinaniuit, & ſerui formam
aſſumpſit, hoc eſt, noſtram ſubſtantiam.

Ergò in Chriſto ſecundùm perſonam coadunatio aliud XXXIII.
quidem & aliud, ex quibus Saluator eſt introductus. vt pu-
ta inuiſibile & viſibile, paſſibile & impaſſibile, non alium
autem & alium, abſit: Deum eundem perfectum verè &
hominem perfectum confitemur: differentiam naturarum
attribuentes, vnum & eundem cognoſcentes. & poſt in-
carnationem, non in dualitatē filiorum diuidentes propter
diuerſitatem concurrentium in coadunationem ſecun-
dùm perſonam naturarum, vt expellatur à diuino atrio in-
ſipiens Neſtorius; omnis autem diuinitatis & humanita-
tis eius operationes perficientem. Sicut Deus enim opera-
tus eſt diuina, per ipſa Dei ſigna & mirabilia operans; ſicut
homo autem ipſe paſſiones & opprobria voluntariè ſuſcepit.
Præterea cum duabus naturis conſequenter & neceſſariè
numero æquales etiam naturales operationes eius prædico
tamquam demonſtrantes & conſtituentes ipſas ſubſtantias
vel naturas, ſecundùm pias & Deo conuenientes diuinâ ſa-
pientiâ prædictorum Patrum noſtrorum traditiones. Simi-
liter autem & duas voluntates naturales ipſius Domini &
Dei noſtri Ieſu Chriſti confiteor. Voluntarium enim eum
cognoſco in vtraq; natura, ex quibus & in quibus eſt & in-
telligitur, ſicut operantem, ita & volentem, ad paſſionem
autem voluntariè veniſſe.

Credo eum crucifixum eſſe non in qua ſplendet cum Pa- XXXIV.
tre ſubſtantia, etſi Dominum [a] gloriæ crucifixum fuiſſe, [a] 1. Cor. 2.
dicitur in * ſermone retributionis, ſed in terrena noſtra na- * τῆς ἀνταποδόσεως
tura, in qua terreſtrem noſtram maſſam ſuſcepit, & male-
dictum pro nobis factus eſt, vt benedictionis, quæ ab eo eſt,
ſocios nos efficeret, & malefactorum ſecundùm carnē ſuſ-
tinuit mortem pati, vt mortis aculeum peccatum ſuſtinē-
do condemnaret in carne ſua & deſtrueret hunc, qui habe-
bat mortis imperium, hoc eſt, diabolum. Sepultura autem
traditum corpus ſuum conſeruaſſe incorruptum, nequa-
quam ab arcana & inenarrabili diuiſum vnitione, quam-
uis à rationabili & intelligibili eius anima ſeparatum in
ſpacio triduano. Cum qua ipſe & ad infernum deſcendit,
& his qui in carcere erant ſpiritibus (ſicut princeps & di-
uinus dixit [b] Petrus, veniens prædicauit) reſurrectionem, [b] 1. Pet. 3.
& libertatem & redemptionem dedit. Incorruptionis au-
tem nobis principium factus eſt, in eo quod primogenitus
ex mortuis reſurrexit. Surrexit enim ſicut Deus calcans
mortem, dux itineris factus omni carni in Reſurrectione,
& ſimul excitauit nos, qui peccati caſu cecideramus.

Aſtitiſſe autem poſt Reſurrectionem mulieribus, & gau- XXXV.
dium eius annuntiaſſe, & eam quæ ex fœmineo nos nuntio
inceſſerat triſtitiam diſſipaſſe. Viſum autē & ſanctis diſci-
pulis ſuis Reſurrectionis ſuæ myſterium confirmantem &
oſtendentem ſe, ſicut ipſe fuerat & ante Reſurrectionem,
per eſcam & ſapientis Thomæ circa diuinum latus palpa-
tionem. Aſcendiſſe quoque in cælum, & ad dexteram Dei
Patris ſediſſe cum aſſumpta carne, cum qua iterum veniet
in gloria Dei & poteſtate, quæ eſt ſuper omnem creaturā,
& Iudex ſedebit, vnicuique ſecundùm opera eius reddens. [c] [c] 2. Cor. 5.
Omnes enim nos exhiberi oportet ante tribunal Chriſti.
Cum his credo & carnis reſurrectionem cùm mūdi tranſ-

mutatio

mutatio fuerit, vt [a] mortale noſtrum induat immortalitatem, & corruptibile incorruptionem operiatur. Confiteor etiam vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, quod in Patre & Filio & Spiritu S. perficitur, ſecundùm Euangelicam & diuinam traditionem.

[a] 2. Cor. 15.

Hæc ſunt autem Orthodoxæ Fidei, & ſacræ noſtræ religionis veneranda dogmata & myſteria, ſecundùm tradita nobis à diuinis initiatoribus altiſſimam & puriſſimā Theologiam, & ſalutarem circa nos Dei verbi diſpenſationem, & quæcumque his conueniunt ſimilia dogmata cum omni ſuſceptione & fide conſeruo & amplector.

XXXVI. INTERCESSIONES PETIT SANCTORUM.

Suſcipio autem, & peto interceſſiones, & apud Deū interpellationes, primùm quidem & præcipuè incontaminatæ & immaculatæ & ſemper Virginis dominæ noſtræ Dei Genitricis, deinde diuinarum & cæleſtium virtutum, ſanctorum & beatiſſimorum Apoſtolorum, & ſanctorum Prophetarum, & glorioſorum ac triumphatorum Martyrū & * Deiferorum Patrum, & omnium Sanctorū à ſæculo placentium Domino, qui viuunt ſemper cum eo (*animæ enim iuſtorum*, inquit [b], *in manu Domini*) ſicut magnam ſalutē inde animæ & corporis recepturus.

* θεοφόρων. [b] Sap. 3.

Adoro autem & amplector venerādas eorūm reliquias, tamquam in ſanitatem animarum & corporalium paſſionum conſtitutas. Laudo eorum venerandam in Deum conuerſationem, & memoranda eorum certamina & dimicationes. Glorifico thecas, & honoribus ſupernis coronatos, quoniam propter gloriam omnium noſtrum Saluatoris Dei ſanguinem fuderunt, & præſentem vitam propter eius dilectionem contempſerunt, imitatores viuificæ & ſalutaris paſſionis eius facti, ſalutans ſimul omnium noſtrum Saluatoris Chriſti colendam imaginem, & venerandos & ſanctos eorum vultus, attribuens eis * ſecundùm honorem adorationem.

* τὴν κατὰ τιμὴν προσκύνησιν.

XXXVII. Præterea venerabiliter approbo & honoro ſanctas & vniuerſales ſeptem Synodos, & quæ in eis decreta & diuulgata, diuina & ſupernaturalia ſalutariaq; dogmata, à ſanctis & Deiferentibus Patribus noſtris, quos ſecundùm tēpus poſuit Spiritus S. regere Eccleſiam & moderari.

Primam quidem in Nicæa conuenientem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Synodum aduerſus impium & furioſum Arium, quem de Eccleſia expellens, Fidē nobis veram & rectiſſimam, per ſacrum & diuinum Symbolum expreſſit. Deum Verbum & Dei Filium, non creaturam ſecundùm ſe, conſubſtantialem autem Patri & * coæternum, * velut Deum verum & creatorem omnium Orthodoxè definiuit.

* συνάναρχον ſine principio in tempore
* verè

Deinde poſt eam in hac regia vrbe cōgregatam centum quinquaginta à Deo inſpiratorum Patrum, quæ nefarium & oppugnatorem Spiritus S. Macedonium depoſuit, & ſacri Symboli ſententiam explicauit, & ſancti Spiritus Theologiam expreſſit Deum verum & conſubſtantialem Patri & Filio, & non creaturam eum confirmans, & cum ipſo Apollinarium Laodicenſem planè deſipientem, & ſine intellectu, ab Eccleſia abdicauit.

Poſt hanc & in Epheſo primam congregatam ducentorum ſanctorum Patrum, ſanctam Synodum aduerſus Neſtorium * vaniaſtutum & eius blaſphemias, quem deponens vnam Chriſti & Dei noſtri, ſecundùm adunationem perſonarum & duas naturas inconfusè & indiuisè ſapienter decernens ipſum Deum & hominem pronuntiauit, ſanctamq; Mariam propriè ac veraciter Dei Genitricem confeſſa eſt.

* ματαιόφρονα.

XXXIIX. Poſt hæc in Chalcedonia concurrentium DCXXX ſanctorum Patrum diuorum & Deiferentium, quæ impios Eutychium & Dioſcorum, & caliginoſam & tenebroſam eorum confuſionem damnat, & hos anathematizans, perfectum Deum & perfectum hominem ipſum Chriſtum & Deum noſtrum in duabus naturis inconfusè & indiuisè prædicauit.

Nec non & iterum in hac à Deo conſeruata ciuitate cōuenientem ſanctam Synodum CLXX. ſanctorum Patrum, quæ * Origenis & Didymi & Euagrij, & cum ipſis male ſentientium impia dogmata diu quidem à multis abſcondita, tunc autem amarè renaſcentia & germinantia abſcidit: in quibus ipſi erant delirantes fabulis, Iudaicam & Gentilem magis quam Chriſtianam Fidem ſequentes.

* Theodoti & Neſtorii

Deinde ſextam CLXX. ſanctorum virorum vniuerſalem Synodum, & ipſam in hac regia vrbe congregatam, & in Chriſti naturis proprias & naturales operationes prædicantem & voluntates, & anathematizantem, & ab Eccleſia expellentem Theodorum Pharan Epiſcopum, & Honoriū, Cyrum & Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum, qui permiſſu Dei in Eccleſia ſacerdotium ad corruptionem nacti ſunt, & Macarium Antiochiæ appellatū Præſulem, & Stephanum diſcipulum eius, atq; Polychronium ſenem inſipientem, qui vnam operationem & vnam voluntatem in Saluatore noſtro Chriſto & Deo opinabantur.

Præter has autem & cum iſtis in Nicæa ſecundo conuenientem noſtris tēporibus CCCL. Patrum ſeptimam ſacrā Synodum, quæ omnes præcedentes ſanctas ſex Synodos confirmauit, & earum dogmata, & venerandarum & ſacrarū imaginum ab exordio Eccleſiæ traditam adorationem recepit, ſtatuens eas non aliter ac viuificam Crucem adorari. abigens de Eccleſia in iniuriam & excidium earum vanè loquentes & Chriſtianos accuſantes quia ſicut deos eas adoraſſent, hoc eſt, Theodoſium, Baſilium, & Siſinnium, qui in Deum conniuentia ſacerdotalem ſedem adepti erant.

XXXIX. Cum his ſupradictis ſanctis & vniuerſalibus Synodis ſuſcipio, & omnium ſapientium & beatorū Patrum dogmata & * præcepta amplector, ſicut doctrinam irreprehenſibilem & ſalutis fundamentum, & quos Catholica & Apoſtolica Eccleſia admittit, ſuſcipio, & quos abhorret, abhorreo. Abijcio autem & abhorreo omninò à Simone mago, & hactenus prorſus omnes, qui à pietate receſſerūt, & prauorum & peſtiferorum dogmatum opinionibus inquinati fuerunt, Sanctorumq; traditionem reprobauerunt, & amarum zizaniorum ſemen commiſcere Orthodoxæ Fidei agro auſi ſunt: Eos autem anathematizo. & omnes qui eos ſequuntur, & ſicut peſtem in Eccleſia Chriſti refuto & anathemati ſubmitto. Nos quidem ſententiam noſtram beatiſſimis vobis, & à Deo edoctis in his manifeſtatam nuncupauimus, ab initio obſeruatam Eccleſiaſticam legem ſequētes veluti quodam animato præcone vtentes hac noſtrâ epiſtolâ dilectionis in Chriſto, & ad inuicem confeſſionis, cōcordiæq; vadimonium inferente. Veſtra autem amabilis in Deo fraternitas vicem nobis reddat, primùm quidem orationes, quæ ad Deum ſunt, deinde ſermones conuenientes & res confirmantes, atq; intellectum dantes, vt veſtris exhortationibus & documentis ſtemus confirmati in hac fide integrè indeſinenter & ſolidè, omnia quæ in ea ſunt myſteria ab initio tradita inuiolata conſeruantes, & intra terminos atrij Eccleſiæ ſtantes diuinâ fiſtulâ Apoſtolica & * paterna doctrina inſigni ſibilo, & à Deo inſpiratis ſonis omnes rationales ſacri gregis oues congregare, & ſeruare valeamus ab inſidiātibus beſtijs illæſas ſignatas principis paſtorum Chriſti vnctione & nomine.

* ἐντάλματα opera

* [illegible] ſpiritualis

XL. Et quæ in nobis deſunt per vos adimplete ſicut eſtis fratrum amatores, & ad diligendum proximum procliues, vt abundantia veſtra noſtræ inopiæ ſit ſupplementum, & quod in verbis & rebus nobis minus eſt, conuerſationis veſtræ ſacrâ atque venerandâ fiduciâ ædificetur & augeatur, cùm tamen nihilo minore fruamini gratiâ vobis datâ. Non enim minorationem affert ijs qui ſine liuore dant, ſed in multiplicationem in tempore opportuno nobiliſſimos fructus optantibus reddit, ijſque qui corroborant nos ſicut infirmiores ſibi à Deo data virtute, & perficientibus pedes noſtros in Euangelij ſemita. Et conſulere quæ ſunt emolumenti & ſalutis ne deſinite. Vt ſicut in confeſſione vnitatem & paritatem ſeruamus, ſic & in coniunctione dilectionis coarctati & connexi indiuulſam pacis do-

num

Digitized by Google

num in credito nobis miniſterio in nobis ipſis retineamus, & conſenſum concordiaq́; in Eccleſia cuſtodiatur: vt inde intelligibilis ciuitas Regis magni munita & cuſtodita, indiruta & inuaſtata permaneat ab omni malignitate & impetu viſibilium inimicorum circumeuntium & quærentium deuorare aliquem eorum, qui in ea deſcripti & ſignati ſunt in ſpiritu. Aduerſus quos opponimus non arma carnalia, ſed ſpiritualia, ſcutum fidei & gladium verbi, quod eſt verbum Dei, ad deſtruendas peccati molitiones, fundâ ſpiritus procul audaciam eorum abigentes & perſequentes, & triumphalia aduerſus eos iubilantes, ſicut diuinâ cuſtodiâ & prouidentiâ digni, quæ & tranquillam & pacificam noſtram reddit conuerſationem, vt & in regeneratione in nouiſſima tuba digni efficiamur Principi vitæ impunè obuiare cum gloria Paterna, venienti cum S. Angelis ſuis, & ad nuptias cum prudentibus introeamus virginibus, & ſpiritalibus & Angelicis fruamur epulis, hæredes facti repoſitorum dignis bonorum in ipſo Chriſto vero Deo noſtro interceſſionibus incontaminatæ & immaculatæ eius Matris, & omnium Sanctorum. Amen.

XLI. *Licet autem adeò ſerò in eiuſmodi iam memoratis vadimonium obiuimus, mirari tamen debet nemo, neq; noſtrã ſententiam accuſare, ſed cognoſcat quidem Dei amans fraternitas veſtra, quia poteſtatis ſententia dura & rigida gubernabat, quæ impedire poterat, ne, quod ſentiremus, exponeremus, non ſacerdotalis conſuetudo neglecta eſt & excidit, neq; ex deſidia quadam quæ opportuna erant, & ad Eccleſiaſticos viros pertinebant, omiſimus. Ignoſcat igitur ſacra anima veſtra ſi quid mihi tarditatis obducturà ſit, cum experientia compererit & ipſa quàm non ſit pronum ac facile poteſtatibus obſiſtere iis, quorum voluntates ſunt ſubdita, & omnia implere ſtudent, quæ cæteris collibuerint. Viſum eſt enim ei qui prohibebat occaſionem ſpecioſam obiicere pro nobis, ea quæ propter vnctionem Regis ſunt facta, & quod voſmetipſos ab Eccleſia expuliſtis, exterrebat & turbabat. Propterea & vos ob ea quæ in iſtis vi coacti paſſi eſtis veniam tribuere iis, qui non ſponte in ſimilia inciderint, & idcirco non opus eſt, vt pluribus verbis apud te nos excuſemus, ſed hic opportunè tibi conſcribentur. Sanè teſtificantur ſatis quæ nunc aguntur & perficiuntur, quoniam clauis colliſa eſt, & porta aperta eſt, & lapides offenſionis de via ablati ſunt, & omnis via plana & cõſtrata & explanata eſt, & recedunt iam quæ ſunt triſtia, & amota ſunt ſcandala, vana ſunt reddita quæ iniuriam inferebant, quæ pauca erant inde diſſoluta ſunt, & lux libera Eccleſiæ illuxit. Ideò locus datus eſt dilectioni & exequendis atq; peragendis iis quæ conſuetudo ſacerdotalis ferebat. Sed illi quidem, quibus quæ ſunt diuina, non curæ ſunt, propriæ autem gloriæ cauſa ſtuduerunt, videbunt qualiacũ ex diuino obuiabunt iudicio. Sicut enim gratum eis fuit, ad præſentem vitam gloriam & nobilitatem ea quæ ad inuicem erant, diſpoſuerunt. Nos autem propter gloriã Dei & honoris Eccleſiæ & concordiæ, & ſacrarum legum conſeruationem ſtudium ponentes, ea quæ noſtra ſunt exequimur, & pro eo qui nunc creatus eſt pius potentiſſimus Rex & filius ſincerus Eccleſiæ, & moribus Deo placitis, & inſtitutis bonorum operum ſplendidus, orationes & deprecationes intentas Deo qui eum coronauit & cum eo regnat offerimus, vt ei pacificam largiatur vitam & Regnum, & in tempora longa cuſtodiat; reportatis de barbaris trophæis eum ornans, Chriſtianam Rempublicã proſperè gubernantem, ad zelum eum rectæ fidei promouens & diuinorum mandatorum obſeruationem, vt filijs vnà cum perenni Imperio celebre nomen acquirat.*

DE MICHAELE IMP. NICEPHORVS.

XLII. DE MICHAELE LEGATO COMMENDATIO. *Michaelis autem ſanctiſſimo Metropolita Sinnaculorum Chriſto amabilis ciuitatis præſentes noſtras Synodicas litteras ferendas ad veſtram dilectiſſimam & amabilem fraternitatem commendauimus & certi ſumus de iamdudum accepta eius apud vos appellatione & locutione quod benignè à vobis videbitur & ſuſcipietur. Rogamus autem & propter noſtram paruitatem, vt maiori cum beneuolentia & familiaritate quæ ſuſceptionis ſunt & honoris* ei deferantur. Etenim erga veſtram dilectionem valdè ardenti & ſincero amore afficitur, & in Eccleſiaſticis rebus ſtudioſum & alacrem ſeſe præbet, ſicut & in ſermone & conuerſatione ac virtute cæteris antecellit, qui & debet Deo bene iuuante, & vos in hoc mouẽte dilectionis & concordiæ ſymbola, hoc eſt, honorandos veſtros apices & ſyllabarum, quæ in manibus ſunt, reſcripta ad nos ferre ad maiorem lætitiam noſtram ſpiritualem & perfectionem noſtræ in Domino amabilis affectionis. Omnem vobiſcum in Chriſto fraternitatem plurimùm ſalutamus. Valens in Domino ora pro nobis ſanctiſſime & beatiſſime Pater, interceſſorem & * apud Deum * communem patronum ac defenſorem noſtrum magnum ac principem Apoſtolum, cui pro nobis indignis ſeruis ipſius preces offerre non graueris.*

* requiet

* auxiliatorem

* obtinens

XLIII. *In ſignum autem mediatricis inter nos in Domino dilectionis miſimus veſtræ fraternæ beatitudini encolpion aureum, cuius vna facies cryſtallum incluſum, altera picta * nigello eſt & intus habet alterum encolpion, in quo ſunt partes honorandi ligni in figura Crucis poſiti, tunicam cãdidam & penulam caſtaneam inconſutilem, ſtolam & * ſimiſchenium auro variata; & hæc ſuſcipiens, Deo proſperante & ſaluante, hanc miſeram renouãda memoriæ annuâ miſſionem benignè excipies. Hæc in linteamine ingeniosè inuoluta præcepimus plumbeo ſignaculo obſignari.* Hucuſque Nicephori epiſtola, in qua de his quę pertinẽt ad munera ab ipſo ad Leonem Romanum Pontificem miſſa, quod primo loco ſit adnumeratum encolpion: ſignificari videtur eo nomine crux pectoralis ad collum appendi ſolita: quod in octaua Oecumenica Synodo, Actione quintâ, illis verbis oſtenditur: *Impoſuit ſuper colla noſtra encolpium.* quibus pariter declaratur fuiſſe inſigne Epiſcoporũ, per cuius appenſionem ſacerdotii dignitas ablata antea redderetur, in ea verò lignum ſanctiſſimæ Crucis ſiue Sanctorum reliquiæ (vt & nunc fit) includi ſolebant.

* διάχρυσος encauſto

* ἐγχείριον

MVNERA MISSA A NICEPHORO AD LEONEM PAPAM.

XLIV. Quod ad res pertinet Occidentales, memorabile eſt teſtamentum Caroli Magni de rebus mobilibus, quod hoc anno feciſſe, auctor eſt Eginhardus in vita ipſius, ait enim: *Diuiſionem tamen theſaurorum pecuniæ ac veſtium, aliaq; ſupellectilis coram amicis & miniſtris ſuis, annis tribus antequàm decederet, fecit, conteſtatus eos, vt poſt obitum ſuum à ſe facta diſtributio per illorum ſuffragium rata permaneret: quidq; ex eis quæ diuiſerat, fieri vellet, breuiario comprehendit, cuius ratio ac textus talis eſt.*

TESTAMENTVM CAROLI MAGNI DE REBVS MOBILIBVS.

In nomine Dei omnipotentis Patris Filij & Spiritus S. Incipit deſcriptio atque diuiſio, quæ facta eſt à glorioſiſſimo atq; piiſſimo domino Carolo Imperatore Auguſto, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo vndecimo, anno verò eius Regni in Francia quadrageſimo tertio, & in Italia trigeſimo ſexto, Imperij autem vndecimo, Indictione quartâ; quam piâ conſideratione facere decreuit, & Domino annuente perfecit de theſauris ſuis atque pecunia, quæ in illo die in camera eius inuenta eſt. In qua illud præcipuè præcauere voluit, vt non ſolùm eleemoſynarum largitio, quæ ſolemniter apud Chriſtianos de poſſeſſionibus eorum agitur, pro ſe quoq; de ſua pecunia ordine atq; ratione perficeretur, ſed etiam vt hæredes ſui, omni ambiguitate remotâ, quid ad ſe pertinere deberet, liquidò cognoſcerent, & ſine lite atq; contentione ſuâ inter ſe competenti partitione diuidere poſſent.

XLV. TRINA DIVISIO MOBILIVM GENERAL.S. *Hac igitur intentione atque propoſito omnem ſupellectilem atq; ſubſtantiam ſuam tam in auro quàm in argento, gemmiſq́; & ornatu regio, quæ (vt dictum eſt) illa die in camera eius inueniri poterat, primò quidem trinâ diuiſione partitus eſt, deinde eaſdem partes ſubdiuidendo, de duabus partibus viginti vnas partes fecit, & tertiam integram*

reſerua-

reſeruauit. Et duarum quidem partium in XXI. partes facta diuiſio tali ratione conſiſtit. vt quia in Regno illius Metropolitanæ ciuitates XXI. eſſe noſcuntur, vnaquæque illarum partium ad vnamquamque Metropolim per manus hæredum & amicorũ ſuorum eleemoſynæ nomine perueniat. Et Archiepiſcopus qui tunc illius Eccleſiæ rector extiterit, partem quæ ad ſuam Eccleſiam data eſt, ſuſcipiens, cum ſuis ſuffraganeis partiatur, eo ſcilicet modo, vt pars tertia ſuæ Eccleſiæ ſit, duæ verò partes inter ſuffraganeos diuidantur.

Harum diuiſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, & iuxta Metropoliticarum ciuitatum numerum XXI. eſſe noſcuntur, vnaquæq; ab altera ſequeſtrata ſimotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione ciuitatis ad quã perferenda erat, condita iacet. Nomina verò Metropoliticarum ciuitatum, ad quas eadem eleemoſyna vel largitio data eſt, hæc ſunt: Roma, Rauenna, Mediolanum, Forumiulij, Gradus, Colonia, Maguntiacum, Viuauum quæ & Saltzburgum, Rotomagus, Treueri, Senones, Veſuntium, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges. hîc aduerte Lector, Aquileiam non poni, quòd eius ſedes (vt dictum eſt) translata fuerit Forumiulij. hinc eſt vt ſæpè reperiatur ſcriptus Patriarcha Foriiulij loco Patriarchæ Aquileienſis: hoc legas apud Sigebertũ, cum eædem Metropoles recenſentur, cùm nominat Forumiulium, ſic ait: *Forumiulij quæ & Aquileia.* ſed pergit.

XLVI. *Vnius autem partis, quam integram reſeruari voluit, talis eſt ratio, vt illis duabus in ſupradictas diuiſiones diſtributis, & ſub ſigillo recõditis, hæc tertia in vſu quotidiano verſaretur, velut res, quam nullâ voti obligatione à dominio poſſidentis alienatã eſſe conſtaret, & hoc tamdiu quoad vſque vel ipſe ſuperſtes eſſet, vel vſum eius ſibi neceſſarium iudicaret; poſt obitum verò ſuum, aut voluntariam ſæcularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor ſub diuiſionibus ſecaretur, & vna quidem earum ſupradictis XXI. partibus adderetur; altera à filijs & filiabus, nepotibuſque atq; neptibus ſuis aſſumpta, & iuſtâ ac rationabili inter eos partitione diuideretur: Tertia verò conſueto Chriſtianitatis more, in vſum pauperum erogaretur: Quarta ſimili modo nomine eleemoſynæ in ſeruorum & ancillarum vſibus palatij famulantium ſuſtentationem diſtributa veniret. Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter vt cætera ex auro & argento conſtat, adiungi voluit omnia ex ære & ferro alijsq; metallis, vaſa atque vtenſilia, cum armis & veſtibus alijsq; pretioſa, aut vili ad varios vſus facta ſupellectile, vt ſunt cortinæ & ſtragula * tapetes, fulcra, coria, ſagmata, & quicquid in camera atq; veſtiario eius eo die fuiſſet inuiũtum, vt ex hoc maioris illius partis diuiſiones fierent, & erogatio eleemoſynæ ad plures peruenire poſſet.*

* tapetia

XLVII. *Capellam, id eſt, Eccleſiaſticum miniſteriũ, tam id quod ipſe fecit, & congregauit, quàm quod ei ex paterna hæreditate prouenit, vt integrum eſſet, neq; vllâ diuiſione ſcinderetur, ordinauit. Si qua autem inuenirentur aut vaſa aut libri aut alia ornamenta, quæ liquidò conſtaret eidem capellæ ab eo collocata non fuiſſe: hæc qui habere vellet, dato iuſtæ æſtimationis pretio, emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca ſua copiam congregauit, ſtatuit, vt ab eis qui eos habere vellent, iuſto pretio redimerentur, pretium in pauperes erogaretur. Inter quos theſauros atq; pecuniam tres menſas argenteas, & vnam auream præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat; de quibus ſtatuit atq; decreuit, vt vna ex ijs quæ formâ quadrangulâ deſcriptionem vrbis Conſtantinopolitanæ cõtinet, inter cætera donaria quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur; & altera quæ formâ rotundâ Romanæ Vrbis effigie inſignita eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ conferatur. Tertiam quæ cæteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate multùm excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minutâ figuratione complectitur, & auream illam quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertiæ illius, & inter hæredes ſuos, atq; in eleemoſynam diuidendæ partis augmentum eſſe conſtituit. Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſq;, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hic nomina ſcripta ſunt, fecit atq; conſtituit.*

Epiſcopi.

Hildeboldus, Richolphus, Arn, Vuolfarius, Bernoinus, Laidradus, Ioãnes, Theodulphus, Ieſſe, Hetto, Vualtgaudus.

Abbates.

Fridogiſus, Adalungus, Engilbertus, Irmino.

Comites.

Vualach, Meginher, Otbulfus, Stephanus, Vnruchus, Burchartus, Meginhartus, Hatto, Ri bunnus, Eddo, Erchãgarius, Getholtus, Bero, Hildegern, Rocbulfus.

Hæc omnia filius eius Ludouicus, qui diuinâ ei iuſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breuiario, quàm celerrimè poterat, poſt eius obitum ſummâ deuotione adimplere curauit. hucuſque apud Eginhardum.

XLVIII. Caroli primogeniti Caroli Magni obitus.

Hoc anno pridiè nonas Decembris Carolus filius maior natu Caroli Imperatoris ex hac vita migrauit. id veteres Annales Francorum & reliqui omnes auctores.

Sed & præter duos filios Carolum & Pipinum Reges ex teſtamento relictos hæredes, obiit etiam anno ſuperiori primogenita filiarum eius quam mirificè diligebat, Rothrudis, olim Conſtantino Imperatori deſponſata. de his agens Eginhardus ait: *Pipinus vnum filium ſuum Bernhartum, filias autem quinque, Adelhaidem Atalam, Gondradam, Berthaidem, & Theodradam ſuperſtites reliquit. In quibus Rex pietatis ſuæ præcipuum documentum oſtendit, cum filio defuncto, nepotem patri ſuccedere, & neptes inter filias ſuas educari feciſſet. Mortes filiorum ac filiæ pro magnanimitate, quâ excellebat, minus patienter tulit, pietate videlicèt quâ non minus inſignis erat, compulſus ad lachrymas.* hæc Eginhardus.

Porrò Carolo Magno (vt Eginhardus eſt auctor) tribus his annis vltimis vitæ ipſius cælo terrâq; viſa ſunt ſigna atq; portenta, quæ recitat, cognita & ab ipſo eſſe eius obitus indices, nimirum crebra lunæ ſoliſq; deliquia, creber Aquenſis Palatii vbi degebat tremor, fulmina, ruina Regiæ, incendia, & alia plura huiuſmodi.

IESV CHRISTI
Annus 812.

LEONIS PAP. III. Annus 17. CARO. MAG. 12. MICH. CVROP. 1. IMPP.

I. Michael contra Manichæos gladio agit.

REDEMPTORIS annus octingẽteſimus duodecimus, Indictione quintâ incipit, quo Michael Imperator redditâ Eccleſiæ pace, Manichæos (qui & Pauliciani ſiue Atingani ſunt dicti) regiones Orientis eorum hæreſim magnoperè infeſtantes, lege aduerſus eos ſancitâ, è medio auferre conatus eſt. Habet de his in primis iſta Theophanes: *Multo ſanè diuino zelo Imperator piiſſimus motus cõtra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, & Atinganos in Phrygia & Lycaonia degentes capitalem animaduerſionem, Nicephori ſanctiſſimi Patriarchæ & aliorum piorum prædicamentis, promulgauit,* ipſis ſcilicèt ſuadentibus & hortantibus. *Auerſus eſt autem per alios nequam morum conſiliarios, obtentu pœnitentiæ, cum eſſet*

impoſſibile illis pœnitentiam agere, qui eorum errore decepti fuiſſent. Dogmatizabant autem indoctè, non licere ſacerdotibus promulgare contra impios mortem; per omnia diuinis ſuper hoc aduerſantes ſcripturis. Sequitur Petrus[a] *vertex Apoſtolorum Ananiam & Saphiram ab vnico mendacio tantùm mortificauit: & Paulus clamat*[b]: *Qui talia (inquiens) agunt, digni ſunt morte, & hæc de ſolo corporali peccato: quomodo non horum contrarij erunt, qui omni ſpiritali & corporali ſpurcitia dæmonibus ſeruiunt?* Aſt hic noui ſchiſmatis occaſio ſuborta eſt; etenim maiores noſtri, vt inter alios ſanctus Ambroſius auerſatus eſt communionem illorum Epiſcoporum, qui auctores fuerunt, vt Priſcillianus cum ſuis Maximi Imperatoris gladio feriretur. Eſt & de his Auguſtini epiſtola ad Poſſidium, & aliæ eiuſdem aduerſus dictam ſententiam aſſertiones. At de his ſuperiùs dictum eſt.

a Act. 9.
b Rom. 1.

II. Sed quæ per Michaëlem Imperatorem aduerſus Paulicianos gladio feriendos lege ſancitâ facta ſint videamus: ea Lucas Siculus huius temporis ſcriptor, in libello quo eiuſdem hæreſis impietatem & hæreticorum res geſtas eſt proſequutus, tradit his verbis: *Videns ergo Michaël pater piiſſimus Imperator & qui poſt eum Regnum tenuit Leo, varijs & indignis modis infeſtari ab hæreſi Chriſtianos, miſſis in omnes Romani orbis partes litteris: omnes nefariæ ſectæ participes necari iuſſerunt. Quare vt in Armeniam perlatum eſt regium edictum ad Thomam Epiſcopum Neocæſariæ, & Paracordacem Præfectum, occidebantur regio iuſſu quotquot morte digni exitij duces reperiebantur.*

DE NECE MANICHÆORVM.

Poſt hæc quidam è Sergij diſcipulis, ij nimirum qui Aſtati ſeu inſtabiles appellantur, Præfectum per dolum & proditionem iugularunt, & Cynochorita pariter Thomam Metropolitanum; arreptáque protinus fuga, in Melitenem fugerunt. Erat tum per illam oram Sarracenorum qui Sarden incolebant Amiras Monocherates. Ab hoc accepto ad habitandum Argeo, ſedem inibi figunt Aſtati, & agmine facto, in omnibus circum locis populari, & prædas agere per Romanam ditionem incipiunt. Sergius porrò cum in Argeo, annis aliquot cum diſcipulis hæſiſſet, iuſto tandem Dei iudicio, ſecuri diſſectus, vt qui Eccleſiam Dei diſſecuerat, in ignem miſſus eſt ſempiternum. Nam Tzamio quidam è Nicopoli Caſtello hominem nactus in monte, qui Argeo ſuperimminet, faciendis aſſeribus intentum, aſcia ex eius manibus extorta, & in eum impacta, ipſum interfecit. Atque in hunc modum erepta eſt vita nouiſſimæ & omnium teterrima belluæ, anno poſt orbem conditum ſexies milleſimo trecenteſimo tertio.

DE NECE SERGII MANICHÆORVM PRINCIPIO.

III. *Huius diſcipuli præcipui & arcanorum omnium participes fuerunt Michael & Canocaris, & Ioannes cognomento Aoratus, tres hi ſacerdotes, & Theodorus ille de quo dictum eſt, & Baſilius & Zoſimus, aliique complures. hi omnes eius diſcipuli, quos & comperegrinos appellabat, tanquam conſacerdotes, populum vniuerſum, qui ad Argeum conuenerat, poſt Sergij magiſtri necem, eiuſdem & aliorum qui præceſſerant prauis inſtitutis & placitis corrumpentes, pari omnes inter ſe in honore fuerunt: nec vnum ampliùs (vt ſolebant) cæterorum magiſtrum deſignarunt, ſed æquali omnes gradu conſtituti, alios ſub ſe ſacerdotes habuerunt, qui ab eis Notarij dicebantur.*

Per id verò tempus eminebat gentis princeps Carbeas, *qui peſtiferam plebem illam regens, vſque adeò eius numerum adauxit, vt cùm capi omnes Argeo non poſſent, mutatis ſedibus Tibricam ædificarit domiciliumque in ea collocarit, vnâ operâ & Meliteneſium Agarenorum tyrannidem deuitans, & illâ ſuâ ab aliorum hominum conſortio ſeparatione ad dæmonum ſimilitudinem propius ſe componens, ſtudens etiam Armeniæ vicinior eſſe, Romanorumque Imperio, nimirum vt eos qui ipſius nutibus obſequi vellent, hoc ſibi magis redderet obnoxios, haberetque ad prædas agendas ſocios & participes: eos verò qui parere nollent, venundaret Sarracenis. Romanorum itaque arces quæ ad Pontum ſitæ ſunt, aſſiduè populabatur, tutum illis ex loci opportunitate profugium & aſylum ijs ſtatuens, qui per Romanum Imperium ad mortem propter hæreſim iſtã petebantur. Neq; hoc ſolùm, ſed delicatiores inſuper & intemperantes arcium illarum quibus vicina erat Tibrica, incolas, propoſitâ talium morum libertate atque impunitate ad ſe prouocabat & allectabat. Illo igitur adhuc ſuperſtite nonnulli ex memoratis ſacerdotibus vita migrârunt, alij penitus relicti ac deſtituti manſerunt. poſt eius verò mortem, excepit rurſus peſtiferæ gentis tyrannidem Chryſocheres conſobrinus ac gener eius. Quo regnante Tibricam ipſi peruenimus, regalis obſequij cauſa &c.* At iſta ſub Baſilio, de quo ſub eodem auctore ſuo loco dicendum. Porrò ſub Nicephoro Imp. mala iſta ſerpſerunt etiam Conſtantinopolim.

CARBEAS CAPVT MANICHÆORVM.

IV. Turpem verò faciem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ huius temporis deſcribens Theophanes, oſtẽdit, iacta zizaniorum ſemina ſub Nicephoro Imp. eadem excreuiſſe diuerſarum hæreſum non Manichæorum tantùm, ſed & Iconoclaſtarum & aliorum hæreticorum, vt eorum expurgatio perdifficilis videretur: ad quas ſuccidendas improbas ſegetes pij Michaëlis Imperatoris ſtudium vigilans non defuit: in eos enim animaduertens, eorumdem compeſcere audaciam laborauit: *inter quos* (inquit Theophanes) *vnum ex ſupradictis ſeductoribus falſum eremitam, qui iconã ſanctiſſimæ Dei genitricis depoſuerat, linguâ reciſâ mulctauit, qui & mortuus eſt corpore & animâ. Collegam verò ſuum Nicolaum, promittentem ſe pœnitentiam acturum, omnibus publicauit, & confitentem ſua ipſius mala, tradidit illum in monaſterio cuſtodiendum, ne liberâ conuerſatione habitu proprio abuteretur.* Sed præter hæreſes, prauis quoque moribus imbutum populum ſub Nicephoro ita fuiſſe liquet, atq; boni odium adeò inſitum in Chriſtianorũ animis, vt aduerſus Michaëlem probitatem reſtituere ſatagentem, tumultuati fuerint; cùm è contra gratias plurimas Deo rependere debuiſſent, quod ſublato Tyranno omnium vitiorum ſatore & nutritore, miſiſſet ad ea purganda Michaëlem Angelum ſuum, quem ingratus populus diu habere non meruit: nã auferens illum Deus, deteriorem Nicephoro Leonem Tyrannum in eorum vltionem immiſit. ſed hæc anno ſequenti.

LABORAT IMPERATOR IN EXPVRGANDIS HÆRESIBVS ATQVE VITIIS.

V. Contigit hoc anno è vita migrare magnum illum miræ ſanctitatis virum Platonem Confeſſorem multiplicibus ex plurimis certaminibus coronis inſignem, à nobis ſuperiùs ordine temporum recenſitis, cuius cùm proſecuti ſimus prœlia, æquum eſt recitare triumphum, ipſius inquam ex hac vita ad Deum tranſitum, ab illo qui aderat, Theodoro Studita æquè Confeſſore deſcriptum, his verbis.

S. PLATONIS OBITVS.

Sed quidnam (inquit) *conſecutum poſteà fuit?* vbi ſcilicèt imperante Michaële è carcere S. Plato deductus ſuo redditus eſt monaſterio. *Non amplius pater ipſe clauſum ſe detinebat; quoniam propter infirmitatem non ampliùs corporis neceſſarium vſum per ſeipſum explere poterat: ſed modò in lectulo recubans ſuperioris exercitationis & certaminis atq; laboris relaxatione, modò in humili aliqua ſede requieſcens, Dauidis pſalmos pronuntiabat, & mente Deum ipſum precabatur: quæq; ad fratrum ſocietatem adunandam pertinebant, omnia conferebat ſalutaria conſilia, admonitiones, correctiones, adhortationes, pro vetere & paterna beneuolentia, quâ vti in eos conſueuerat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neq; lectionibus vacare, niſi quantum miniſtri alicuius propè ſe legentis operâ vtebatur. Nihilominus his rebus dolebat & triſtis erat, quaſi animam perdidiſſet, eò quod*

Digitized by Google

reſeruauit. Et duarum quidem partium in XXI. partes facta diuiſio tali ratione conſiſtit. vt quia in Regno illius M.tropolitanæ ciuitates XXI. eſſe noſcuntur, vnaquaque illarum partium ad vnamquamque Metropolim per manus hæredum & amicorũ ſuorum eleemoſynæ nomine perueniat. Et Archiepiſcopus qui tunc illius Eccleſiæ rector extiterit, partem quæ ad ſuam Eccleſiam data eſt. ſuſcipiens, cum ſuis ſuffraganeis partiatur, eo ſcilicet modo, vt pars tertia ſuæ Eccleſiæ ſit, duæ verò partes inter ſuffraganeos diuidantur.

Harum diuiſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, & iuxta Metropoliticarum ciuitatum numerum XXI. eſſe noſcuntur, vnaquæq; ab altera ſequeſtrata ſemotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione ciuitatis ad quã perferenda erat, condita iacet. Nomina verò Metropoliticarum ciuitatum, ad quas eadem eleemoſyna vel largitio data eſt, hæc ſunt: Roma, Rauenna, Mediolanum, Forumiulij, Gradus, Colonia, Maguntiacum, Viuanum quæ & Saltzburgum, Rotomagus, Treueri, Senones, Veſuntium, Lugdunum, Rhems, Arelatum, Vienna, Tarantaſia, Ebredunum, Burdigala, Turones, Bituriges. hîc aduerte Lector, Aquileiam oon poni, quòd eius ſedes (vt dictum eſt) tranſlata fuerit Forumiulij, hioc eſt vt ſæpè reperiatur ſcriptus Patriarcha Foriiulij luco Patriarchæ Aquileienſis: hinc legas apud Sigebertũ, eum eædem Metropoles recenſentur, cùm oominat Forumiulium, ſic ait: *Forumiulij quæ & Aquileia.* ſed pergit.

XLVI. *Vnius autem partis, quam integram reſeruari voluit, talis eſt ratio, vt illis duabus in ſupradictas diuiſiones diſtributis, & ſub ſigillo recõditis, hæc tertia in vſu quotidiano verſaretur, velut res, quam nullâ voti obligatione à dominio poſſidentis alienatã eſſe conſtaret, & hoc eamdiu quoadvſque vel ipſe ſuperſtes eſſet, vel vſum eius ſibi neceſſarium iudicaret; poſt obitum verò ſuum, aut voluntariam ſæcularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor ſub diuiſionibus ſecaretur, & vna quidem earum ſupradictis XXI. partibus adderetur; altera à filijs & filiabus, nepotibuſque atq; neptibus ſuis aſſumpta, & iuſtâ ac rationabili inter eos partitione diuideretur: Tertia verò conſueto Chriſtianitatis more, in vſum pauperum erogaretur: Quarta ſimili modo nomine eleemoſynæ in ſeruorum & ancillarum vſibus palatij famulantium ſuſtentationem diſtributa veniret. Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter vt cætera ex auro & argento conſtat, adiungi voluit omnia ex ære & ferro alijsq; metallis, vaſa atque vtenſilia, cum armis & veſtibus alijsq; pretioſa, aut vilia ad varios vſus facta ſupellectile, vt ſunt cortinæ & ſtragula * tapetes, fulcra, coria, ſagmata, & quicquid in camera atq; veſtiario eius eo die fuiſſet inuentum, vt ex hoc maioris illius partis diuiſiones fierent, & erogatio eleemoſynæ ad plures peruenire poſſet.*

* tapetia

XLVII. *Capellam, id eſt, Eccleſiaſticum miniſteriũ, tam id quod ipſe fecit, & congregauit, quàm quod ei ex paterna hæreditate prouenit, vt integrum eſſet, neq; vllâ diuiſione ſcinderetur, ordinauit. Si qua autem inuenirentur aut vaſa aut libri aut alia ornamenta, quæ liquidò conſtaret eidem capellæ ab eo collocata non fuiſſe: hæc qui habere vellet, dato iuſtæ æſtimationis pretio, emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca ſua copiam congregauit, ſtatuit, vt ab eis qui eos habere vellent, iuſto pretio redimerentur, pretium in pauperes erogaretur. Inter quos theſauros atq; pecuniam tres menſas argenteas, & vnam auream præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat; de quibus ſtatuit atq; decreuit, vt vna ex ijs quæ formâ quadrangulâ deſcriptionem vrbis Conſtantinopolitanæ cõtinet, inter cætera donaria quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur; & altera quæ formâ rotundâ Romanæ Vrbis effigie inſignita eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ conferatur. Tertiam quæ cæteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate multùm excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minutâ figuratione complectitur, & auream illam quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertia illius, & inter hæredes ſuos, atq; in eleemoſynam diuidendæ partis augmentum eſſe conſtituit. Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſq;, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hic nomina ſcripta ſunt, fecit atq; conſtituit.*

Epiſcopi.

Hildeboldus, Richolphus, Arn, Vuolfarius, Bernoinus, Laidradus, Ioãnes, Theodulphus, Ieſſe, Hatto, Vualtgaudus.

Abbates.

Fridogiſus, Adalungus, Engelbertus, Irinino.

Comites.

Vualach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Vnruchus, Burchartus, Meginhartus, Hatto, Ri buinus, Eddo, Erchãgarius, Getholtus, Bero, Hildegern, Rochulfus.

Hæc omnia filius eius Ludoui.us, qui diuinâ ei iuſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breuiario, quàm celerrimè poterat, poſt eius obitum ſummâ deuotione adimplere curauit. hucuſque apud Eginhardum.

XLVIII. Caroli primogeniti Caroli Magni obitus.

Hoc anno pridiè nonas Decembris Carolus filius maior oatu Caroli Imperatoris ex hac vita migrauit. id veteres Aooales Francorum & reliqui omnes auctores.

Sed & præter duos filios Carolum & Pipinum Reges ex teſtamento relictos hæredes, obiit etiam anno ſuperiori primogenita filiarum eius quam mirificè diligebat, Rothrudis, olim Conſtantino Imperatori deſponſata. de his agens Eginhardus ait: *Pipinus vnum filium ſuum Bernhartum, filias autem quinque, Adalhaidem Atalam, Gundradam, Berthaidem, & Theodradam ſuperſtites reliquit. In quibus Rex pietatis ſuæ præcipuum documentum oſtendit, cum filio defuncto, nepotem patri ſuccedere, & neptes inter filias ſuas educari feciſſet. Mortes filiorum ac filiæ pro magnanimitate, quâ excellebat, minus patienter tulit, pietate videlicèt quâ non minus inſignis erat, compulſus ad lachrymas.* hæc Eginhardus.

Porrò Carolo Magno (vt Eginhardus eſt auctor) tribus his annis vltimis vitæ ipſius cælo terrâq; viſa ſunt ſigna atq; portenta, quæ recitat, cognita & ab ipſo eſſe eius obitus indices, nimirum crebra lunæ ſoliſq; deliquia, creber Aquenſis Palatii vbi degebat tremor, fulmina, ruina Regiæ, incendia, & alia plura huiuſmodi.

IESV CHRISTI Annus 812.

LEONIS PAP. III. Annus 17. CARO. MAG. 12. MICH. CVROP. 1. IMPP.

L. Michael contra Manichæos gladio agit.

REDAMPTORIS annus octingẽteſimus duodecimus, Indictione quintâ incipit, quo Michael Imperator redditâ Eccleſiæ pace, Manichæos (qui & Paulicioni ſiue Atingani ſunt dicti) regiones Orientis eorum hæreſim magnoperè infeſtantes, lege aduerſus eos ſancitâ, è medio auferre conatus eſt. Habet de his in primis iſta Theophanes: *Multo ſanè diuino zelo Imperator piiſſimus motus cõtra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, & Atinganos in Phrygia & Lycaonia degentes capitalem animaduerſionem, Nicephori ſanctiſſimi Patriarchæ & aliorum piorum prædicamentis, promulgauit,* ipſis ſcilicèt ſuadentibus & hortantibus. *Auerſus eſt autem per alios nequam morum conſiliarios, obtentu pœnitentiæ, cum eſſet*

impoſi-

impoſsibile illos pœnitentiam agere, qui eorum errore decepti fuiſſent. Dogmatizabant autem indocte, non licere ſacerdotibus promulgare contra impios mortem; per omnia diuinis ſuper hoc aduerſantes ſcripturis. Si enim Petrus [a] *vertex Apoſtolorum Ananiam & Saphiram ab vnico mendacio tantum mortificauit: & Paulus clamat* [b]: *Qui talia (inquiens) agunt, digni ſunt morte, & hac de ſolo corporali peccato: quomodo non horum contrarij erunt, qui omni ſpiritali & corporali ſpurcitia dæmonibus ſeruiunt?* Aſt hic non ſchiſmatis occaſio ſuborta eſt; etenim maiores noſtri, vt inter alios ſanctus Ambroſius auerſatus eſt communionem illorum Epiſcoporum, qui auctores fuerunt, vt Priſcillianus cum ſuis Maximi Imperatoris gladio feriretur. Eſt & de his Auguſtini epiſtola ad Poſſidium, & aliæ eiuſdem aduerſus dictam ſententiam aſſertiones. At de his ſuperiùs dictom eſt.

a Act. 9.
b Rom. 1.

II. Sed quæ per Michaëlem Imperatorem aduerſus Paulicianos gladio feriendos lege ſancitâ facta ſint videamus: ea Lucas Siculus huius temporis ſcriptor, in libello quo eiuſdem hæreſis impietatem & hæreticorum res geſtas eſt proſequutus, tradit his verbis: *Videns ergo Michael pater piiſsimus Imperator & qui poſt eum Regnum tenuit Leo, varijs & indignis modis infeſtari ab hæreſi Chriſtianos, miſsis in omnes Romani orbis partes litteris: omnes nefariæ ſectæ participes necari iuſſerunt. Quare vt in Armeniam perlatum eſt regium edictum ad Thomam Epiſcopum Neocæſariæ, & Paracondacem Præfectum, occidebantur regio iuſſu quotquot morte digni exitij duces reperiebantur.*

De nece Manichæorum.

Poſt hæc quidam è Sergij diſcipulis, ij nimirum qui Aſtati ſeu inſtabiles appellantur, Præfectum per dolum & proditionem iugularunt, & Cynochorita pariter Thomam Metropolitanum; arreptâque protinus fuga, in Melitenem fugerunt. Erat tum per illam oram Sarracenorum qui Sarden incolebant Amiras Monocherates. Ab hoc accepto ad habitandum Argeo, ſedem inibi figunt Aſtati, & agmine facto, in omnibus circum locis populari, & prædas agere per Romanam ditionem incipiunt. Sergius porrò cùm in Argeo, annis aliquot cum diſcipulis hæſiſſet, iuſto tandem Dei iudicio, ſecuri diſſectus, vt qui Eccleſiam Dei diſſecuerat, in ignem miſſus eſt ſempiternum. Nam Tzamis quidam è Nicopoli Caſtello hominem nactus in monte, qui Argeo ſuperimminet, faciendis aſſeribus intentum, aſcia ex eius manibus extorta, & in eum impacta, ipſum interfecit. Atque in hunc modum erepta eſt vita nouiſſima & omnium teterrima bellua, anno poſt orbem conditum ſexies milleſimo trecenteſimo tertio.

De nece Sergii Manichæorum principis.

III. *Huius diſcipuli præcipui & arcanorum omnium participes fuerunt Michael & Canacaris, & Ioannes cognomento Aoratus, tres hi ſacerdotes, & Theodorus ille de quo dictum eſt, & Baſilius & Zoſimus, alijque complures. hi omnes eius diſcipuli, quos & comperegrinos appellabat, tanquam conſacerdotes, populum vniuerſum, qui ad Argeum conuenerat, poſt Sergij magiſtri necem, eiuſdem & aliorum qui præceſſerant prauis inſtitutis & placitis corrumpentes, pari omnes inter ſe in honore fuerunt: nec vnum amplius (vt ſolebant) cæterorum magiſtrum deſignarunt, ſed æquali omnes gradu conſtituti, alios ſub ſe ſacerdotes habuerunt, qui ab eis Notarij dicebantur.*

Per id verò tempus eminebat gentis princeps Carbeas, qui peſtiferam plebem illam regens, vſque adeo eam numerum adauxit, vt cùm capi omnes Argeo non poſſent, mutatis ſedibus Tibricam exædificarit domiciliumque in ea collocarit, vnâ operâ & Melitenſium Agarenorum tyrannidem deuitans, & illâ ſuâ ab aliorum hominum conſortio ſeparatione ad dæmonum ſimilitudinem propius ſe componens, ſtudens etiam Armeniæ vicinior eſſe, Romanorumque Imperio, nimirum vt eos qui ipſius nutibus obſequi vellent, hoc ſibi magis redderet obnoxios, haberetque ad prædas agendas ſocios & participes eos verò qui parere nollent, venundaret Sarracenis. Romanorum itaque arces quæ ad Pontum ſitæ ſunt, aſsiduè populabatur, tutum illis ex loci opportunitate profugium & aſylum ijs ſtatuens, qui per Romanum Imperium ad mortem propter hæreſim iſtâ petebantur. Neq; hoc ſolùm, ſed delicatiores inſuper & intemperantes arcium illarum quibus vicina erat Tibrica, incolas, propoſitâ talium morum libertate atque impunitate ad ſe prouocabat & alliciebat. Illo igitur adhuc ſuperſtite nonnulli ex memoratis ſacerdotibus vita migrârunt, alij penitus relicti ac deſtituti manſerunt. poſt eius verò mortem, excepit rurſus peſtiferæ gentis tyrannidem Chryſocheris conſobrinus ac gener eius. Quo regnante Tibricam ipſi peruenimus, regalis obſequij cauſa &c. At iſta ſub Baſilio, de quo ſub eodem auctore ſuo loco dicendum. Porrò ſub Nicephoro Imp. mala iſta ſerpſeruot etiam Conſtantioopolim.

Carbeas caput Manichæorum.

IV. Turpem verò faciem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ huius temporis deſcribens Theophanes, oſtēdit, iacta zizaniorum ſemina ſub Nicephoro Imp. eadem excreuiſſe diuerſarum hæreſum non Manichæorum tantùm, ſed & Iconoclaſtarum & aliorum hæreticorum, vt eorum expurgatio perdifficilis videretur: ad quas ſuccidendas improbas ſegetes pij Michaëlis Imperatoris ſtudium vigilans non defuit: in eos enim animaduertens, eorumdem compeſcere audaciam laborauit: *inter quos* (inquit Theophanes) *vnum ex ſupradictis ſeductoribus falſum eremitam, qui icona ſanctiſsimæ Dei genitricis depoſuerat, linguâ reciſâ mulctauit, qui & mortuus eſt corpore & animâ. Collegam verò ſuum Nicolaum, promittentem ſe pœnitentiam acturum, omnibus publicanis, & confitentem ſua ipſius mala, tradidit illum in monaſterio cuſtodiendum, ne liberâ conuerſatione habitu proprio abuteretur.* Sed præter hæreſes, prauis quoque moribus imbutum populum ſub Nicephoro ita fuiſſe liquet, atq; boni odium adeò inſitum in Chriſtianorū animis, vt aduerſus Michaëlem probitatem reſtituere ſatagentem, tumultuati fuerint; cùm è contra gratias plurimas Deo rependere debuiſſent, quod ſublato Tyranno omnium vitiorum fautore & nutritore, miſiſſet ad ea purganda Michaëlem Angelum ſuum, quem ingratus populus diu habere non meruit: nā auferens illum Deus, deteriorem Nicephoro Leonem Tyrannum in eorum vltionem immiſit. ſed hæc anno ſequenti.

Laborat imperator in expurgandis hæreſibus atque vitiis.

V. Contigit hoc anno è vita migrare magnum illum miræ ſanctitatis virum Platonem Confeſſorem multiplicibus ex plurimis certaminibus coronis inſignem, à nobis ſuperiùs ordine temporum recenſitis, cuius cùm proſecuti ſimus prœlia, æquum eſt recitare triumphum, ipſius inquam ex hac vita ad Deum tranſitum, ab illo qui aderat, Theodoro Studita æquè Confeſſore deſcriptum, his verbis.

S. Platonis obitus.

Sed quidnam (inquit) *conſecutum poſteà fuit?* vbi ſcilicèt imperante Michaële è carcere S. Plato deductus ſuo redditus eſt monaſterio. *Non amplius pater ipſe clauſum ſe detinebat; quoniam propter infirmitatem non ampliùs corporis neceſſarium vſum per ſeipſum explere poterat: ſed modò in lectulo recubans ſuperioris exercitationis & certaminis atq; laboris relaxatione, modò in humili aliqua ſede requieſcens, Dauidis pſalmos pronuntiabat, & mente Deum ipſum precabatur: quæq; ad fratrum ſanctitatem adiuuandam pertinebant, omnia conferebat ſalutaria conſilia, admonitiones, correctiones, adhortationes, pro vetere & paterna beneuolentia, quâ vti in eos conſueuerat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neq; lectionibus vacare, niſi quantum miniſtri alicuius prope ſe legentis operâ vtebatur. Nihilominùs his rebus dolebat & triſtis erat, quaſi animam perdidiſſet, eò quod*

diuina & ſacra miniſteria non obiret, ſed à corporeis laboribus vacaret. At ſi quem cibum ſumebat morbo congruentem, vel lauacro, vt iuſſu pareret, vtebatur, Deo quidem ipſe gratias agebat, ſed ægrè ferebat tamen, quod remiſſius viueret. Itaque verè ſtadium ipſum celeberrimus ille vir, & diuinam curſum exegit, quod dicitur, cum obedientia exoriens, & in obedientia deſinens: duodecimo enim ac diurno

S. PLATONIS ÆTAS.

horarum ambitus, cùm parem annorum circulum in ſingulis certaminibus perfeciſſet, ad vitam illam ſempiternam, & perenne lumen habitaturus hinc migrauit. Numera certamina ipſa, & inuenies annos octo & quadraginta, adde duodecim illos annos antequam terrenis rebus renuntiáſſet, ad illa quatuor certamina quæ in perſecutionibus, decem item & nouem annos, quos in infirmitate corporis tranſegit, & celebrem virum vndeoctogeſimo anno hinc migráſſe inuenies.

VI.

QVÆ OBITVM PRÆCESSERVNT

Sed quomodo ſine lachrymis eius viri finem enarrabo? Iacebat ſenex ille ſenio admodum honorato, ad migrationem ipſam animam habens paratiſſimam. Illic & fratrum ſocietas circumfuſa ſanctarum eius orationum donum poſtulabat. Cùm igitur ſingulis benedixiſſet, eoſdem amplexatus, ad ſepulchrum abijt admodum lætus, quod iam pridem videre cupierat, quamuis voti compos anteà factus non fuiſſet, cùm non pridem aſſecutus eſſet quod volebat. Cùm igitur valde hilaris ſepulchrum ſuum vidiſſet, Deo gratias agens[a]*: Hæc, inquit, requies mea in ſæculum ſæculi. eamque vocem adiunxit*[b]*: Voluntatem timentium ipſum faciet* DOMINVS. *Mouet & eorum qui foris erant non paucos, qui nullam temporis rationem habentes (erat enim ſacrorum ieiuniorum periodus) concurſu ad eum venerant tam monachi, quàm in communi vita verſantes. Quibus cùm ille benedixiſſet, reuerſi ſunt, ſanctam illius commendationem velut bonum aliquod viaticum accipientes.*

[a] Pſal. 131.
[b] Pſal. 144.

VII.

NICEPHORVS PATRIARCHA VISITAT S. PLATONEM

Quin etiam ſanctiſſimus ille Patriarcha cùm ad eum veniſſet, eius orationum ſe participem fieri poſtulauit: quarum compos factus, amplexus illum fuit, itaque omnis diſcordiæ ſuſpicio remota eſt, cum olim triſtia illa quæ inter eos acciderant, impedimẽto fuiſſent, quo minùs id credi poſſet. Omnes igitur admonuit: pro omnibus Deum orauit: vniuerſis veniam dedit, qui inimicè ſe in ipſum geſſerant, qui eum perſecuti fuerant, & moleſtijs affecerant. Hæc fecit diuinus ille vir, qui Chriſtũ ipſum etiã moriens imitatus eſt.

Quoniam verò & teſtamentum diſponi oportebat, dicam quodnam illud fuerit, Orthodoxa inquam Fides, & legitima vitæ inſtitutio: hæc enim & viuens & moriens ſeruauit. Hoc autem vel illud diſtribuere, ad eum minimè pertinebat: quoniam neque de amictu ipſo quicquam diſponere, in poteſtate habebat. Tunc & à me miſerabili homine rogatus, an aliquid haberet quod diceret: manu veſtem meã apprehendit, eamq; concuſſit, ſymbolum quoddam hoc eſt, obedientiæ omninò liberæ ac promptæ indicium relinquens, vocemque valdè ſummiſſam emittens, dixit, ſe nihil habere. Quo dicto, ad humilitatem meam omnia referebat. Minimè autem illud prætermittam, quod prædictionis apertam habet ſignificationem. Ipſe funebre canticum ſibi ante mortem modulatus eſt. Cùm enim thoracis morbo teneretur, & aſſiduo anhelitu laboraret, labia ipſa ex conſueta diuinorum eloquiorum meditatione mouebat, ſummiſſaque voce illam præcipuè cantici partem canebat: Reſurgent mortui, & exurgent qui ſunt in monumentis, & lætabuntur qui ſunt in terra: quem verſum hortabatur, vt ſecum vnà canerent qui præſto erant, quoad loqui potuit, & vocem tenuiſſimam emittere. Canticum autem illud eius obitus conſecutus eſt, qui iuſti Lazari, eiuſque diei feſti memoriam aduentantem anteceſſit, ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo cum partem habiturus erat pater hic cuius vitam ſcribimus. Poſtremò cùm inſurrexiſſet, & Deum precatus eſſet, vt ſaluus fieret, decoro habitu iacens, caputq; ad dexteram inclinans, ita leniter tacito corporis motu, tanquam in proprium locum migrandum ſibi proponeret, cùm oculos eâ horâ clauſiſſet, quâ ſol occidit ſanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad iuſtitiæ ſolem perducerent. Porrò diem hanc natalem eius coluerunt Græci pariter & Latini, quæ fuit quarta menſis Aprilis.

VIII.

PATRIARCHA EXTREMA PERSOLVIT S. PLATONE.

At non prætereamus, quæ ad ſepulturã eius pertinent à Nicephoro Patriarcha eidem ſancto extrema perſoluta, narrata verò à Michaële Studita monacho in Theodoro, paucis iſtis: *Cùm autem per id tempus ex hac vita excederet ſanctiſſimus Plato, octogeſimum ætatis vno minus agens, vir plurimis defunctus laboribus, egregijsq; virtutum editis documentis, in eo etiam abundantem Patriarcha caritatis ſuæ vim, animique rectè*

B *cõpoſiti ſpecimen exhibuit. Accurrens ipſemet vnà cũ clero ad monaſterium, & moribundo ſancto aſtitit, totus in illum defixus, membra eius omnia complectens, ſuauiterque ſingula deoſculans. Cui quidem tanquam patri Patrum, cum innumeris luminibus, thuris & ſuffitu iuſta perſoluiſſet, ægrè tandem corpus ſepulturæ condidit, multis vndecunque confluentibus, eiuſque depoſitionem pro virili prohibentibus, vt qui ne mortuo quidem ſancto priuari vellent.* hæc Michaël, qui cum cæteris diſcipulis præſens potuit eſſe: his verò ſubijcit ſtudium Theodori in reſtituendis monaſticis inſtitutis, iam diu ob illatam perſecutionem collapſis, & monaſterij Studij reparationem vſque ad Leonem Armenum, cuius tempore iterum eos omnes contigit pro defen-

C ſione Fidei Catholicæ exulare.

IX.

INTER EPISCOPOS ET MAGISTRATVS QVÆSTIO VENTILATA DE REDDENDIS FVGITIVIS.

Eodem anno Kalendis Nouembris habitus eſt conuentus Epiſcoporum & magiſtratuum Conſtãtinopoli, occaſione ſoluendæ quæſtionis inter Epiſcopos & magiſtratus obortæ ex huiuſmodi cauſa. Cùm pax inter Imperatorem & Crunnum Bulgarorum Regem tractaretur, inter alias conditiones à Rege barbaro illa eſt appoſita, vt fugitiui redderentur. Arbitrati ſunt alij eiuſmodi conditionem non reiiciendam, ſed bono pacis accipiendam, aduerſantibus alijs atq; dicentibus, penitùs reiiciendam, vtpote contrariam Euangelio, dicente Domino[c]: *Qui venit ad me non eiiciam eum foras.* Quibus partes tuebantur principes conſiliarij ducem habebant

D Theodorum Studitam, aduerſam verò partem defendebant Epiſcopi, quibus & aſſentiebatur ipſe Theophanes Abbas monaſterij Agri, auctor hiſtoriæ qui rem geſtam ſic deſcribit: *Kal. Nouembris aduocauit Imperator Patriarcham, cùm anguſtiaretur, & de pace conſilium ſumpſit: aderant & Metropolitani Nicænus ſcilicet, & Cyzicenus, præſentibus quoq; prauis conſiliarijs* (ita appellat eos Theophanes, qui pacem eâ conditione diſſuadebant) *cum Theodoro Egumeno Studij. Etiam Patriarcha & Metropolitani Antiſtites pacẽ cum Imperatore amplectebantur. Mali verò conſiliarij cum Theodoro Egumeno Studij hanc ſubuertebãt, fatentes, in ſubuerſione diuini mandati nemo pacẽ amplectitur. Eñ quippe qui venit ad me, non eiiciam foras, ait*[d] *Dominus.* his, inquã,

E aduerſatus eſt Theo. multiplici ratione, vſus illâ verò potiſſimâ, quod pluris facienda ſit multorum ſalus quàm paucorum, cùm rarò accideret, vt ex Bulgaris aliqui ad Romanos confugerent.

[c] Ioan. 6.
[d] Ioan. 6.

X.

De iſta controuerſia his diebus Conſtantinopoli ventilata, vbi Cedrenus agit, nullam de Theodoro Studita mentionem habet, rem geſtam ſic narrans: *Alij eam ſententiam, quâ decernebatur, fugitiuos eſſe reddendos, improbauerant, quorum princeps Nicephorus Patriarcha, & Theoctiſtus magiſter, ſuâ ætate virtute & prudentiâ præſtantiſſimus, alijq; non pauci: Nam hi Deo committendam ſuam ſalutem indicabant, neque perfugarum deditione barbarorum placandam ſuperbiam, omnipotentis Dei auxilio poſthabito.* hæc ipſe.

Porrò

Porrò defenſores aduerſæ partis tradit fuiſſe magni nominis monachos, inter quos liquet adnumeratum ipſum Theophanem Abbatem monaſterij Agri. Cæterùm obnuit pars negantium eâ conditione pacem eſſe accipiendam, ex quo, inquit ipſe Theophanes, maxima ſunt parta Imperio mala, quæ anno ſequenti dicentur. Quæ enim ſubſequuta ſunt mala ob pacem repulſam, effecerunt, vt tum in Theodorum, tum in alios fuerit ab omnibus declamatum tanquam in Reipublicæ euerſores, præſertim verò ab ipſo Theophane, qui dãna quæ ſunt hæc conſequuta deſcribit per prodigia è cœlo & cometam inuſitatum apparentem ſignificata.

XI. HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIÆ PROFANATÆ ET MONASTERIA PALÆST. DESERTA.

Quæ inſuper in Palæſtina hoc item anno euenerint mala, idem mox ſubdit his verbis: Eodem anno multi Chriſtianorum ex Palæſtina à Syria in Cyprum venêre, fugientes immenſam Arabum afflictionem. Cùm enim ſine generali principatu Syria eſſet & Ægyptus & Africa; & in omni principatu qui ſub ipſis eſt, homicidia, rapina, adulteria, & omnes Deo odibiles actiones in ciuitatibus ac villis à diuinitus peritura gente perpetrabantur, inque alma Dei noſtri ciuitate colenda loca ſancta Dei Genitricis, & Reſurrectionis ac Caluariæ, ſeu reliqua profanata ſunt. Similiter & Lauræ eremi opinatiſſimæ S. Charitonis & S. Sabæ, & reliqua monaſteria, & Eccleſiæ deſertæ facta ſunt. Alij autem percepto martyrio, interempti ſunt: alij verò Cyprum, & ex hac Byzantium properarunt; quos Michaël pius Imperator & Nicephorus ſanctiſſimus Patriarcha benignâ munificentiâ receperunt. Nam his qui venerunt ad vrbem, monaſterium inſigne donauit: his verò qui in Cypro remanſerant, monachis & laicis talentum auri tranſmiſit, & hos diuerſis conſolatus eſt modis. Erat quippe Michaël circa omnes ſuauis & clemens, circa negociorum verò diſpoſitionem iners, ſeruitute ſubactus Theoctiſto Magiſtro, & cæteris Principibus. hucuſque Theophanes.

XII. DE LEGATIONE MICHAEL. IMP. AD CAROLVM MAGNVM.

Hoc eodem anno, initio ſui Imperij Michaël Imperator Legatos ſuos miſit in Occidentem ad Carolum Magnum Imperatorem, & ad Leonem Papam, iunxitque eos Legatis illis redeuntibus, quos idem Carolus Imperator anno ſuperiori miſerat ad Nicephorum Imperatorẽ confirmandæ pacis cauſa: miſſi enim fuerant hi, Hatto Epiſcopus Baſileenſis, Hugo Comes Turo. & Aio Longobardus Forojulienſis & cum his Leo Spathar. natione Siculus, atque Wilharius Dux Venetorum. Hi igitur cùm perueniſſent Conſtantinopolim, occiſo Nicephoro Imp. cùm Michaële rem agentes, eum ad pacẽ capeſſendam promptum inuenerunt. Qui (vt dictum eſt) cũ eiſdem ſuos Legatos ad Carolum miſit, qui hoc anno ad eumdem Aquiſgranum peruenerunt, atque Græcâ oratione laudem eiuſdem Caroli Imperatoris dixerunt, & Auguſti titulo celebrarunt. hæc habent veteres Annales Francorum.

Nomina autem eorũ qui fuerunt hac functi Legatione Imperatoris, ſunt Michaël Epiſcopus Arſaphius & Theognoſtus Protoſpatharij. Qui reuertẽtes, Romã (vt habuerunt in mandatis) venerunt ad Leonem Romanum Pontificem, atque in baſilica ſancti Petri eiuſdem fœderis libellũ, nempe communicatorias litteras ab eodem Pontifice acceperunt. hæc Annales Francorum.

XIII. Miſerat enim ex more Catholicus Imperator ad Romanum Pontificem Catholicæ Fidei profeſſionem, vt Catholicæ Eccleſiæ communionem conſequi mereretur, à qua diuulſi fuerant prædeceſſores Orientis Imperatores: quam conſecutus eſt, datis ab eodem Pontifice, vt dictum eſt, in baſilica S. Petri, ad eumdem Imperatorem litteris communicatorijs. De legatione autem quam ſequenti anno Carolus ad Michaëlem miſit, dicemus ſuo loco.

Ponitur hoc eodem anno perperàm in Conciliorum voluminibus Concilium apud Theodonis Villam à Carolo Magno celebratum, de quo à nobis dictum eſt ſuperiùs: quod & ſuadetur ex Actis Conciliorum Moguntini atque Rhemenſis, quæ ſunt anno ſequenti celebrata, in quibus alij diuerſi recenſentur Epiſcopi Moguntinus & Rhemenſis, ab ijs qui in Theodonis Villam ad Concilium conueniſſe leguntur. Sed & quod eidem ſubiicitur Conſtitutio ibidem facta à Carolo Magno & Ludouico filio, aduerſus percuſſores ſacrorum miniſtrorum, longè abeſt, vt Caroli eſſe poſſit & Ludouici: ſiquidem in ea mentio habetur Concilij Triburienſis vigintiduorũ Epiſcoporum; quod celebratum conſtat longè poſt Carolum & Ludouicum, ſub Arnulpho Imperatore, anno Redemptoris octingenteſimo nonageſimoquinto. Hæc ſint dicta ad confutandos errores, qui incuriâ exactioris temporum peruestigationis emerſerunt, Porrò hoc anno ab eodem Carolo Magno habitum eſſe generalem conuentum Aquis, veteres Francorum Annales teſtantur.

XIV. DE TEMPORE CLADIS ACCEPTÆ IN SALTIBVS PYRENÆIS.

Ad hæc vltima tempora Caroli Imperatoris, qui proſecuti ſunt res Hiſpanas, referunt decantatam Francorum cladem illam acceptam in ſaltibus Pyrenæis, ad Rucidam vallem, vulgo dictam Ronciſualle, in qua præter multos alios cæſos deſiderati ſunt illi nominatiſſimi Duces Rotlandus Britanniæ Comes, Anſelmus & Eginhardus, aiuntque & Carolum ipſum fractum viribus in Gallias rediiſſe, & paulò pòſt defunctum eſſe, totumque id factũ per Alfonſum Regem Gallæciæ cognomento Caſtum. Hi autem quã longè in primis in his quæ ſunt temporis aberrent à veritate: omnes ſint iudices. Cladẽ namque illam contigiſſe anno Redemptoris ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octauo, Chronographi omnes, qui per ſingulos annos res Caroli Magni digeſſerunt, ijdemque eiuſdem ſæculi ſcriptores, abſque dubitatione pari conſenſu teſtantur. Porrò hãc non aliam fuiſſe ab illa, quam ipſi ſcriptores rerum Hiſpanicarum hoc tempore ponunt, illa neceſſaria demonſtratio ex eorum petita officina declarat. Siquidem æquè omnes affirmant, in hac clade deſideratos eſſe dictos viros inſignes Rotlandum, Anſelmum & Eginhardum. Verùm cùm iſti omnes reperiantur occiſi in dicto prœlio ante annos triginta quatuor, nihil dubij penitùs remanet. Non enim puto, hos eſſe dicturos, eoſdem præſtantes viros iterum eſſe mortuos. Eſt de his (vt alios omittã) eius temporis ſcriptor, qui fuit eidem Carolo à ſecretis Eginhardus, qui ipſius Caroli vitam ſcribens, eius fermè ſcriptionis exordio, iſta de his quæ tunc contigerunt, ſic habet.

XV. CONVINCITVR MVLTIPLICITER ERROR.

Cùm enim aſſiduo penè & penè continuo cum Saxonibus bello certaretur, diſpoſitis per congrua confiniorum loca præſidijs, Hiſpaniam quàm maximo poterat belli apparatu aggreditur, ſaltuq; Pyrenæi ſuperato, omnibus quæ adierat oppidis atque caſtellis in deditionem acceptis, ſaluo atque incolumi exercitu reuertitur, præter quod in ipſo Pyrenæi iugo Vaſconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam cùm in agmine longo, vt loci & anguſtiarum ſitus permittebat, porrectus iret exercitus, Vaſcones in ſummi montis vertice poſitis inſidijs (eſt enim locus ex opacitate ſiluarum, quarum maxima eſt ibi copia, inſidijs ponendis opportunus) extremã impedimentorum partem, & eos qui nouiſſimo agmine incedentes, ſubſidio præcedentes tuebantur, deſuper incurſantes, in ſubiectam vallem deijciunt; conſertoque cum iis prœlio, vſque ad vnum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quæ iam inſtabat, protecti, ſumma cum celeritate in

diuerſa diſperguntur. Adiuuabat in hoc facto Vaſcones & leuitas armorum, & loci in quo res gerebatur ſitus. E contrà Francos & armorum grauitas, & loci iniquitas per omnia Vaſconibus reddidit impares.

XVI. *In hoc prælio Egbartus*, aliàs Eginhardus *Regiæ menſæ præpoſitus, Anſelmus Comes Palatij. & Rotlandus Britannici littoris Præfectus, cum alijs compluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad præſens vendicari poterat, quia hoſtis, re perpetratâ ita diſperſus eſt, vt ne fama quidem remaneret, vbinam gentium quæri potuiſſet.* hactenùs de his Eginhardus. Qui cùm dicat id eo tempore factum, quo ingẽ vrgebat Saxonicum bellum, planè declarat, nequaquam fieri potuiſſe his vltimis Caroli temporibus, quibus iam diu antè (vt dictum eſt) à bello Saxonico ceſſatum eſſet, ſuperatis penitùs illis, & ad Chriſtianam religionem perductis. Sed & longè ante hæc vltima Caroli tempora eam cladem contigiſſe: ex eo etiam demonſtrat idem Eginhardus ibidem, dum eo ordine quo ſunt geſta bella à Carolo numerans, poſt huiuſmodi bellum Hiſpanicum, recenſet Britones ab eodem domitos, Beneuentanos ſub tributum redactos, inde Bauaricum cœptum bellum, & poſteà Auaricum; de quibus ſingulis dum agunt auctores veteres, qui per ſingulos annos eadem ſunt proſecuti, æquè poſt Hiſpanicum iſtud bellum ea omnia contigiſſe demonſtrant. His accedunt quæ de propagato ab eo Imperio idem qui ſuprà præſens rerum inſpector fideliſſimus teſtatur Eginhardus, dum ait: *Ipſe Carolus per bella memorata Aquitaniam & Vaſconiam totumque Pyrenæi montis iugum, & vſque ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertiliſſimos Hiſpaniæ agros ſecans ſub Dertoſæ ciuitatis mœnia Balearico mari miſcetur*, ſubegit ſcilicèt, *deinde Italiam totam*, &c. planè ſignificans ea de bello Vaſconico anteà contigiſſe quàm Carolus in Italiam inferret arma.

XVII. Rurſum verò procul abeſt, vt per Alfonſum Caſtum ea aduerſus Carolum fuerint perpetrata; ſiquidem magnâ amicitiæ neceſſitudine inter ſe coniunctos fuiſſe Carolum Magnum Imperatorem, & Alfonſum cognomento Caſtum, nec quicquam diſcordiarum inter eos interceſſiſſe. idem Eginhardus in eiuſdem Caroli vita demonſtrat, vbi ait de Carolo: *Auxit etiam gloriam Regni ſui, quibuſdam Regibus ac Gentibus per amicitiam conciliatis: Adeò namque Adelfonſum Gallaciæ atq; Aſturiæ Regem ſibi ſocietate deuinxit, vt is cum ad eum litteras vel Legatos mitteret, non aliter ſe apud illum, quàm proprium ſuum appellari iuberet.* hæc Eginhardus. Frequentatum namq; ab eodem Adelfonſo muneribus atque legationibus ipſum Carolum Imperatorem, pariter Francorum Annales edocent. Siquidem aliquando per Froiam Legatum papilionem miræ pulchritudinis ad Carolum Adelfonſus miſit; poſteà verò, aliâ legatione exhibitâ per eundem Froiam ac Baſiliſcum, manubias de expugnata Vlyſſipona & à Sarracenis vendicata ad eundem Carolum miſit, captiuos Mauros, loricas atque mulos: idque anno Redemptoris ſeptingenteſimo nonageſimooctauo.

NECESSITVDO INTER ADELFONSVM ET CAROLVM.

XVIII. Sed vnde adeo diſertis viris, res Hiſpaniarum hiſtoriâ proſequutis, tam grauiter errandi prouenit origo? dicam: Quod enim Turpini nomine (quiſquis ille fuerit) ſomniorum ac fabularum vanus contextor, poſt venerandi corporis ſancti Iacobi Apoſtoli inuentionem (quam etiam per ipſum Carolum factam eſſe mentitur) ponit bellum illud contigiſſe, in quo Rotlandus, ſiue Rolandus inter alios viros inſignes occubuit; nullâ hic habitâ exactâ temporis ratione, reverâ tunc bellum illud contigiſſe ſunt arbitrati, quo à fabuloſo auctore ponitur. Qui hoc errore ducti ſunt, antiquiores adnumerantur Tudenſis & Rudericus Toletanus Epiſcopus; recentiores verò omnes, ne ſingulos nominem, tanquam è cœlo allato oraculo firmiter eidem inhæſerunt, vno duntaxat excepto, præ cunctis Hiſpanarum rerum ſcriptoribus hoc nomine mihi laudando Ambroſio [a] Morale, qui hæc odoratus, haud imprudẽs eſt errantes ſequutus, ſed hærens ſubſtitit, vt rem accuratiùs conſideraret. Sed eos admirati ſumus magis, qui difficultatem hanc ſentientes, vt ſoluerent, duas clades exercitus Caroli in Pyrenæis montibus ſibi finxerunt, & hanc de qua eſt ſermo, poſteriorem dixerunt. Sed hos oportet ſuis diuinationibus adiiciant, vt pariter affirment, Rotlandum, & cæteros nominatos ſocios bis mortuos eſſe, cùm hos ipſos in poſteriori clade dicunt eſſe necatos, quos in eo iam diu anteà firmiſſimâ auctoritate oſtendimus fuiſſe peremptos. Sed faceſſant hæ cum ſuo auctore mentito Turpino fabellæ, vocis duntaxat dignę figmentis, ab hiſtorico ſtylo longè longiùs ſemouendæ. At ſæpè ſuorum gentilium nimium ardens amor plures fallere coëgit hiſtoricos, vt abſque delectu perciperent quæcumque ſcripta, quibus ipſi quolibet modo gloriam ſuis compararent. At de his ſatis.

FABVLÆ TVRPINI EXPLODVNTVR.

[a] Ambroſ. l.3.c.48.

IESV CHRISTI
Annus 813.

LEONIS PAP.III. Annus 18. CAROLI MAGNI 13. MICHAEL.CVRO.1. IMPP.

I. SEQVITVR Chriſti annus octingenteſimus decimuſtertius, ſextâ Indictione, quo Michaël Imperator à Leone Armeno præuentus deponit Imperium quinto Idus Iulij. Quo modo autem iſta ſe habuerint, & quæ hæc præceſſerint, ex Theophane qui præſens aderat, audiamus. *Cùm enim pax penitus irrita reddita eſſet, nec vlla amplius de ea conciliandа ſpes eſſet, vtrinque parantur copiæ, progreſſuſque primum Michaël: cum ſe hoſtis mœnibus contineret, redijt prorſus inefficax, quando deſcendens (inquit) ad monaſterium Taraſij Patriarchæ, celebratis eius memorijs, vnà cum Procopia Auguſta, petalo argenteo librarum nonagintaquinque ſacrum eius ſepulchrum veſtiuit.* iam enim Taraſius colebatur vt ſanctus, atq; eiuſdem reliquiæ celebri cultu frequentabantur.

MEMORIAM TARASII CELEBRAT IMP.

II. Egreſſus iterum menſe Maio Michaël Imperat. nihil hoſtibus detrimenti, ſuis verò plurimum intolit damni deprædantibus militibus ipſos Romano Imperio ſubditos, cuius rei causâ ſuorum in ſe conuertit odium, arguentium eius in rebus militaribus imperitiam.

Cùm autem ob egreſſum Regis Bulgarorũ menſe Iunij ingens pauor Conſtantinopolim occuparet, viſum eſt Nicephoro Patriarchæ more maiorum publicis litanijs implorare diuinam clementiam. cùm è contra hæretici Iconoclaſtæ ſepulchrũ adeuntes Conſtantini Copronymi, ipſum inuocare cœperunt. Quid autem hi nebulones confinxerint, audi ex Theophane rem geſtam ita per ſingula enarrãtem: *Cùm autem vrbs litanias celebraret cum ſummo ſacerdote in templo ſanctorum Apoſtolorum: quidã impiorum Deo peroſi, Conſtantini hæreſeos, obſeratâ portâ Imperialium ſepulchrorũ, nemine attendente propter turbæ frequentiam. quæ ſubito cum quodam ſonitu, vt aperiretur, egerunt, quaſi ex quadam operatione facti prodigij, & intrò inſilientes procidebant ſeductoris monumẽto, hunc inuocantes & non Deum: Surge, adiuua, & auxiliare perditæ Re-*

HÆRETICI ICONOCLASTÆ FALSO PRÆTEXTV INSVRGVNT.

*ditæ Reipublicæ. Diffamaueruntque quia ſurrexit ſuper equum ſedens, & vadit Bulgaros debellaturus, qui è contrario tartarum habitat cum dæmonibus. Qui ab vrbis Præfecto comprehenſi, primo quidem mentiebantur, diuinitùs vltrò fuiſſe apertas ſepulchrorum portas; præſentati verò tribunali Præfecti, & circa teſtimonium claudicantes, reſtrationis fraudem ante omnem pœnam confeſſi ſunt: quos meritò * veſtibus pompæ ſubmiſit vociferantes cauſam pœnæ. Sic enim nequitiæ inuentor diabolus ſuos milites erudiuit, vt non peccata ſua accuſent, ſed Orthodoxam à Patribus traditam Fidem, ſacrumque habitum monachorum, quod diuinæ eſt philoſophiæ gymnaſium. Multi autem qui in his blaſphemabant, habitu tantùm Chriſtiani erant, veritate verò Pauliciani,* nempe Manichæi, *qui non valentes deteſtabilia opera ſua manifeſtare, huiuſcemodi occaſione indoctos adulterabant, Conſtantinum qui Iudaici erat ſenſus, beatum dicentes, vt Prophetam & victorem, hæreſimque ipſius in ſubuerſionem incarnatæ diſpenſationis Domini noſtri amplectentes.* Ita perfidi iſti viam patefacere conati ſunt huiuſcemodi inuentionibus eiuſdem hæreſis conſorti Leoni: reſque accidit ex ſententia, ob nouam ipſis accommodatam obortam occaſionem, quam Theophanes ita deſcribit.

* veſtibus

III. *Decimo Kalendas Iunij prælium ineuntibus haud procul ab Hadrianopoli Chriſtianis & Bulgaris, delinquunt quidem Chriſtiani valde dirè circa bellum: obtinent autem inimici pugnam, adeò vt plures congreſſionem nec intuentes, ſummâ fugâ vterentur, ita vt Crunnus Rex Bulgarorum conſternatus æſtimaret inſidiarum argumentum eſſe quod factum eſt, & modicum retineret ſuos ab inſecutione. Quia verò vidit ſine vlla retentione fugere, perſecutus cecidit multitudines copioſas, & veniens nihilominùs ad ſarcinas, has cum exuuijs abſtulit. Aſt Imperator fugiens, repedabat in vrbem cum multitudinibus; harumque principibus ſumptis, inſuper pollicebatur Imperij depoſitionem deiurans, inter quos & Leonem Patricium tamquam pium & fortiſſimum & per omnia ſtrenuum, in tenendo Imperium adſciſcere ſocium voluit. Qui nullatenus acquieſcens, dimiſit eum thematibus præeſſe.* iſta Theophanes. Verùm hæc diuersè admodum ab alijs enarrantur, nimirùm factam culpâ Leonis Armeni fugam, proditione captandis, vt victoria è Romanorum manibus laberetur. iſta Cedrenus & alij. Pergit verò Theophanes.

FVGA IMPERATORIS ET CONSILIVM EIVS DE IMPERIO DEPONENDO.

IV. *Octauo Kalendas Iunij deponere volens Imperium & alium promouere, tamen ab vxore & filijs permiſſus non eſt, & ab his qui nequiter præualuerunt. Verùm in hoc Nicephorus ſanctiſſimus Patriarcha conſentiebat: Et ipſe, inquiens, & filij eius ſaluandi erunt, ſi taliter quis promoueatur. At verò Prætores deſcendentes cum multitudinibus in vrbem, Imperatorem fugiſſe audientes, deſperati quod ab eo de cætero imperandi forent, conſiliati ſunt apud ſemetipſos, & implorabant Leonem, quo auxiliaretur communi Reipublicæ, & Chriſtianorum religioni opitularetur. At ille aliquamdiu quidem vehementer differebat, temporis conſiderans difficultatem, & barbarorum incurſionem intolerabilem, & ſemetipſum erga Imperatores conſeruans rectum abſque inſidijs. Quia verò ad vrbem properare inimicum vidit, ſcribit Nicephoro de fide ſua recta, affirmans; petens etiam vt eius oratione & nutu eius Imperii ſumeret. Et veniens ad tribunal ante vrbem poſitum vnà cum Prætoribus & exercitibus, valdè legitimus Romanorum Imperator oſtenditur. Et die mediâ Conſtantinopolim per Cæſij portam ingreditur, & ad regalia peruenit. Porrò auditâ huius acclamatione Michaël, ad Oratorium Phari accurrens vnà cum Procopia & natis ſuis, detonſis capillis, monaſtica induit veſtimenta, quinto Idus Iulij, ſextâ Indictione, feriâ ſecundâ.* iſta Theophanes de abdicatione Michaëlis Imperatoris. pergit verò dicere de coronatione Leonis, atque eius in defendenda à barbaris vrbe ſolertia.

DE LEONE DIVERSÆ SENTENTIÆ.
CEDIT SPONTE MICHAEL LEONI.

V. At Cedrenus longè aliter rem ſe habuiſſe declarat, nimirum omnia tyrānicè per Leonem facta fuiſſe. quod ſcilicèt (vt dictum eſt) deditâ operâ in eiuſmodi diſcrimen Imperium adduxiſſet, atque etiam in Michaëlem vt ſegnem & inertem publicè declamâſſet, milites ad defectionem ſolicitâſſe, adegiſſe verò vt Imperator ipſe ab omnibus acclamaretur, licèt ſimulatè reluctaretur. Quid verò Michaël egerit depoſiturus Imperium, à Cedreno ſic accipe: *Michaël vt erat ingenio pacis ſtudioſus, conijcere ſe in diſcrimen tanta rei nolens, acriter eos reprehendit, à quibus ad ciuiles cædes committendas inſtigaretur. & ſuorum quemdam intimorum ad Leonem cum diademate, purpura, & calceis coccineis (hæc Imperij ſunt inſignia) miſit, Imperio ſe ei cedere indicans, quod vel vitam amittere potiùs cenſeret, quàm guttam vnam Chriſtiani ſanguinis fuſam cernere, iubensque eum ſine vllo metu ac dubitatione venire & Regiam occupare.* Fecit hoc Leo, ingreſſuſque Conſtantinopolim per auream portam cum exercitu Regiam tenuit. Quid autem ſequenti die à Michaëlis abdicatione factum ſit, Theophanes ita dicere pergit, *nimirum Leonem publicè à Nicephoro Patriarcha coronatum.* de quo iſta Cedrenus. *Multò antè,* inquit, *Nicephorus Patriarcha Leonis peruerſitatem præſenſerat, ab eo res Eccleſiæ agitatum, turbatumque iri. Nā quo tempore diadema capiti eius impoſuit, viſum ſibi fuerat, ſpinis ac tribulis manum compungi, idque omen malorum, quæ poſtea eſſent euentura, interpretatus fuerat.*

CORONATIO LEONIS IMP.

VI. *Poſterâ verò die, Leo coronatus à Nicephoro Patriarcha in ambone maioris Eccleſiæ, vrbis præcepit cuſtodiri portas, & muros, die ac nocte circumiens, & exercitans cunctos, ac bonam ſpei fiduciam habere commonens, eò quòd Deus celeriter foret inopinatè facturus per interceſſiones intemeratæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum; nec omninò confundi nos, eſſet paſſurus ob multitudinem culparum noſtrarum. Intereà nouus Sennacherib, Crunnus videlicèt, derelicto proprio fratre cum virtute ſua ad oppugnandam Hadrianopolim, poſt ſex dies Imperij Leonis ſuperueniens in viribus ſuis & equis, regiam vrbem circumiuit iuxta muros à Blachernis vſque ad Auream portam, oſtendens virtutem ſuam, & celebrato polluto dæmoniaco ſacrificio in prato penes mare ſito: poſtulauit ab Imperatore, vt figeret contum ſuum in eandem portam Auream, quo id fieri non permittente, reuerſus eſt ad tabernaculum ſuum. cùm autem admiratus fuiſſet muros vrbis, & benè ordinatam Imperatoris aciem, & ſuper obſidionem quam ſperabat deſperatus eſſet, ad conuentiones conuertitur & ante pacem tentatoria verba faciebat. At Imperator acceptâ occaſione, conatus eſt huic inſidiari, ſed à multitudine peccatorum noſtrorum hoc ad finem perducere prohibitus eſt, adminiſtrantium huiuſcemodi ruſticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. Super hos ergo inſaniens nequiſſimus, miſſo curſu ad ſanctū Mamantem, palatium illic habitum incendit, & æreo leone Hippodromi vnà cum vrſo & dracunculo, lateribus & marmoribus electis in plauſtro impoſitis, reuerſus eſt, & obſeſſam Hadrianopolim cœpit.*

REX BVLGARORVM OBSIDET VRBEM CONSTANT.

VII. Tunc contigit & eius ciuitatis Epiſcopum Manuelem martyrio coronari, quem & alij poſtea ſecuti ſunt ad triumphum. In Menologio ſiquidem Baſilij Imp. iſta notata reperiuntur vigeſimâ die Ianuarij.

MANVEL EPISCOPVS HADRIANOP. CVM SOCIIS MARTYR.

Sanctorum Martyrum Manuelis, Georgij, Leonis & ſociorum à Bulgaris peremptorum.

*Sub Leonis Armeni principatu Crunnus Bulgarorum Princeps magno cum populo Hadrianopolim Thraciæ petens, lege belli expugnauit eam, & cum vrbe ſanctum quoque cœpit Manuelem Epiſcopum, quem * manibus prius ab*

* brachijs

Digitized by Google

humeris amputatu, mox per medium gladio diſſectum feru ad deuorandum proiecit. Crunnus verò propter peccatum excæcatus eſt, proprijq; populi incurrens odium, funibus ab eo ſuffocatus fuit. Bulgarorum verò ſuſcipiens Imperiũ Zocus impiſſimus omnes captiuos congregauit Chriſtianos, duces, preſpyteros, diaconos, & laicos, & cùm Chriſti Fidem negare eos cogeret, & illi non acquieuiſſent, eoſdem diuerſis affectos tormentis crudeliter obtruncauit. hactenus ibi.

VIII. *De Theophanis hiſtoria.*

Porrò ad hunc vſque diem captæ ciuitatis Hadrianopolis Theophanes perducens hiſtoriam, eidem finem impoſuit. Nec eſt vt dici poſſit hiſtoriã intercîſam eſſe, quod auctor perorationem nullam (vt moris eſt) appoſuerit. Siquidem Anaſtaſius qui in Latinum eam tranſtulit, teſtatur vſque ad Leonẽ hunc qui ſucceſſit Michaëli ipſum eam ſcriptionem perduxiſſe. Cur autem reliqua Leonis Imperij non ſit proſecutꝰ: perſecutio ab eo excitata, qua & vexatus eſt ipſe Theophanes, in cauſa fuiſſe videtur. pœnituiſſe eum oportuit (ſi eius illa ſunt & non ab alio addita) Leonem anteà laudaſſe vt pium, & commendaſſe vt iuſtum, excuſaſſeque ab inuaſione Michaëlis Imperij. Fraudulentus ſiquidem homo ita comparatus erat, vt virtutum mentio pallio facillimè quemq; deciperet, vt optimus ab omnibus haberetur, qui reuerà omnium nequiſſimus eſſet, nec qualis vir eſſet prodiderit, quouſque ſtabiliſſe ſibi videretur Imperium: vt non mireris ſi Theophanem virum ſanctiſſimum eumdem audiſti laudantem. Cæterùm ſi Cedreno credimus, qui ait Theophanem vſque ad exitum tantum Nicephori ſuam hiſtoriam produxiſſe: affirmare neceſſe eſt, cuncta quæ ab eo tempore in hunc diem ponuntur, alterius eſſe auctoris additamentum, quod & exiſtimo eſſe verum, factumque vt aliquis eiuſdem Imperatoris ſtudioſus, illa de Leonis probitate commentus ſit.

IX. Quod autem ad ipſum ſcriptorem Theophanem ſpectat, Anaſtaſius Bibliothecarius, qui in Latinum vertit eam hiſtoriã, ipſum illum fuiſſe Theophanem magni nominis monachum ſanctitate celebrẽ & miraculis clarum aſſerit, cùm de ipſo pauca iſta peeſtringit.

Theophanes hiſtoricus quis fuerit.

De altero, nempe de Theophane quid dicam? cùm & eius conſcripta vita, qualiter videlicet amplu patrimonijs venditis, crucem ſuam tulerit, qualiterue ſecutus Chriſtum, Abbatis in monaſterio Agri functus officio, virtutibus fulſerit, miraculis coruſcarit, & circum quaſque regiones hi qui propè, & hi qui longè ſunt, clament: ſed & ſtudia eius ad nos vſque perlata, quæ vel quantus vir iſte fuerit, ſolertibus manifeſtant. hæc Anaſtaſius in præfatione à ſe editæ verſionis, quæ falſo nomine Pauli diaconi notatur inſcriptione, qui longè ante hæc tempora dictus eſt ex hac vita migraſſe. Porrò & alium Theophanem æquè monachum & Confeſſorem conſtat hoc eodem tempore claruiſſe, & ſub eodem Leone Armeno coronatum fuiſſe, qui Sabæ Abbatis monaſterij in Palæſtina monachus fuit Theodori frater, de quibus ſimul ſuo loco dicturi ſumus.

X. *Anaſtaſii ratio in transferendo in Latinum Theophane.*

Sed de ipſo Anaſtaſio interprete non ſilendum, ſic Theophanem Latinitati donaſſe, vt tamen (quod ipſe teſtatur) aliqua omiſerit, perſtrinxeritque aliqua breuitate, addiderit verò ipſe nihil: Nam accipe ipſius verba: *Operæpretium duxi ex Georgij ſummatim quædam & Theophanu chronographia plura ſed ſuccinctè carpenda.* & poſt multa: *Accipe itaque hoc, cariſſime, incompoſitum opus, & nihil meum in hoc prorſus inſertum pernoſce.* & inferiùs: *Porrò ſic ego ex his duobus illuſtribus viris quædam deflorare propoſui, vt penè omnia quæ à nominatis hiſtoriographis commemorata ſunt, à me commemoranda non duxerim. Ex tertio ſiquidem autem geſtis quædam ſummatim excerpſi: quãuis à Iuſtiniano Principe ac deinceps pauca omiſerim eorum quæ ab his Chronographis relata ſunt.* hæc ipſe ad Ioannem diaconum Anaſtaſius cùm meditaretur hoc ipſum, quod nos Deo adiuuante præſtamus, hiſtoriam Eccleſiaſticam texere. cui idem Anaſtaſius omnem ſuam operam ſpondet, tum in reddendis Græcorum monumentis Latinitati, tum etiam ex Latinis qui inueniri poſſent, libentiſſimè exhibere. Cæterùm ipſum integrum abſque cõpendioſa breuiatione Theophanem reperiri Pariſijs in bibliotheca Reginæ matris accepi. nos autem eumdem Græcè ſcriptum dono miſſum conſecuti ſumus à viro doctiſſimo Aloyſio Lolino Veneto, Epiſcopo Belunenſi, depromptum ex ſua Græcorum librorum refertа bibliotheca, cui perpetua gratiarum actio hic cuſa permaneat.

Sed ad Leonem redeamus, qui nactus Imperium haud quieuit, Michaëlem cum coniuge Procopia & filijs degere Conſtantinopoli, priuatim inter monachos profitentem, ſed relegauit eoſdem in inſulam Protam, ſiue Principem dixeris: adiecit ad crudelitatem, vt filios eius Theophilactũ natu maiorem, nec non Ignatium qui ſedem Conſtantinopolitanam poſtea gubernauit, caſtrari iuſſerit. XI. *Relegatur Michael cum filiis et vxore.*

Quod autem pertinet ad res Occidentales, hoc anno, veris initio Carolus Magnus dum eſſet Aquiſgrani ad confirmandam rurſus pacem cum Michaële Imperatore, ad ipſum legationem decernit. delecti ſunt Legati inſignes doctrinâ Amalharius Epiſcopus Treuerenſis, atque Petrus Abbas monaſterij Nonantulæ in Italia. Verùm cùm hi Conſtantinopolim peruenîſſent, non Michaëlem (ceſſerat enim ille) ſed Leonem Imperatorem inuenerunt, à quo ſunt auditi atque dimiſſi anno ſequenti cum Legatis eius ad Carolum Imperatorem, vt ſuo loco dicetur. *Legatio Amalharii Conſtantinopolim.*

Eodem anno idem Carolus Imp. habito generali conuentu Aquiſgrani, filium ſuum Ludouicum coronauit Imperatorem, & Bernhartum nepotem ſuum Pipini filium Italiæ præfecit, atque Regem appellari iuſſit. hæc veteres Annales Francorum. De Ludouico verò in Imperium à patre promoto hæc Eginhardus habet: *Extrema vitæ tempore, cùm iam & morbo & ſenectute premeretur, euocatum ad ſe Ludouicum Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolemniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni, & Imperialis nominis heredem conſtituit, impoſitoque capiti eius diademate, Imperatorem & Auguſtum iuſſit appellari. Susceptumque eſt hoc eius conſilium ab omnibus qui aderant, magno cum fauore: nam diuinitus ei propter Regni vtilitatem videbatur inſpiratum. Auxitque maieſtatem eius hoc factum, & exteris nationibus non minimum terroris incuſſit.* hactenùs Eginhardus. XII. *Ludovicus coronatur Imp. à patre.* *Ludovicus prouehitur in Imp.*

Sed quę de coronatione Ludouici Theganus habeat ſcriptor huius temporis (fuit iſte Chorepiſcopus Treuerenſis, qui de geſtis Ludouici commentarium ſcripſit, cuius & meminit Walfridus Strabo) adducamus in medium.

XIII. *Supradictus verò Imperator cùm iam intellexiſſet appropinquare ſibi diem obitus ſui (ſenuerat enim valdè) vocauit filium ſuum Ludouicum ad ſe cum omni exercitu, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco poſitis: habuit grande colloquium cum eis Aquiſgrani Palatio, pacificè & honeſtè admonens, vt fidem erga filium ſuum oſtenderent, interrogans omnes à maximo vſq; ad minimum, ſi eis placuiſſet, vt nomen ſuum, id eſt, Imperatoris, filio ſuo Ludo-*

LVDOVICI CORONATIO.

nico tradidiſſet. Illi omnes reſponderunt, Dei eſſe admonitionem illius rei. Quo facto, in prima die Dominica ornauit ſe cultu Regio, & coronam capiti ſuo impoſuit, incedebatq; clarè veſtitus & ornatus, ſicut eum decuerat. Perrexit ad Eccleſiam, quam ipſe à fundamentis conſtruxerat, peruenitq; ante altare in eminentiori loco conſtructum ceteris altaribus, & conſecratum in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuper quod coronam auream aliam, quam ipſe geſtabat in capite ſuo, iuſſit poni. A

MVNITIO CAROLI FACTA AD LVDOVICVM.

Poſtquam diu orauerunt ipſe & filius eius, locutus eſt ad filium ſuum coram omni multitudine Pontificum & Optimatum ſuorum, admonens eum in primis, omnipotentem Deum diligere & timere, eius præcepta ſeruare in omnibus, Eccleſias Dei gubernare & defendere à prauis hominibus, ſororibus ſuis & fratribus qui erant natu iuniores, & nepotibus, & omnibus propinquis ſuis indeficientem miſericordiam ſemper oſtendere præcepit: deinde ſacerdotes honorare vt patres, populum diligere vt filios, ſuperbos & nequiſſimos homines in viam ſalutis coactos dirigere, cœnobiorum conſolator & pauperum eſſe. Fideles miniſtros & Deum timentes conſtitueret, qui munera iniuſta odio haberent. Nullum ab honore ſuo ſine cauſa diſcretionis deiiceret; ſemetipſum omni tempore coram Deo & omni populo irreprehenſibilem demonſtraret. B

XIV. QVANDO CORONARI VOLVIT CAROLVS FILIVM.

Poſtquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio ſuo oſtenderat, interrogauit, ſi obediens voluiſſet eſſe præceptis ſuis. At ille reſpondit, libenter obedire & cum Dei adiutorio omnia præcepta quæ mandauerat ei pater, cuſtodire. Tunc iuſſit eum pater, vt propriis manibus coronam quæ erat ſuper altare eleuaret, & capiti ſuo imponeret, ob recordationem omnium præceptorum quæ mandauerat ei pater. At ille iuſſionem patris impleuit. Quo facto, audientes Miſſarum ſolemnia, ibant ad Palatium. Suſtinuit enim filius patrem eundo & redeundo quamdiu cum eo fuerat filius. Non poſt multos dies magnificis donis honorauit eum pater ſuus, & dimiſit eum ire in Aquitaniam. Anteq̃uam diuiſi eſſent, amplexantes ſe, & oſculantes, propter gaudium amoris flere cœperunt. hactenus de coronatione. his vero hæc addit. C

Poſtquam diuiſi fuerant, dominus Imp. nihil aliud cœpit agere, niſi in orationibus & eleemoſynis vacare, & libros corrigere: nam quatuor Euangelia Chriſti, quæ intitulantur nomine Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, in vltimo, ante obitus ſui diem cum Græcis & Syris optimè correxerat. huculque Theganus.[a] D

XV.

Præter hæc autem, addunt Annales Francorum, fuiſſe conſilium Caroli, non ſolum vt ita bene conſuleret rebus Imperij, ſed & ſtatum Eccleſiæ relinqueret bene diſpoſitũ. cuius rei perficiendæ cauſâ, voluit diuerſis in locis Concilia celebrari. Nam hoc eodem anno (tradunt Annales) quinque Cõcilia quoque iuſſu eius ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigẽdo per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata eſſe. Quorum vnum Moguntiaci, alterum Rhemis, tertium Turonis, quartum Cabiloni, quintum Arelati congregatum eſt. Et conſtitutiones quæ in ſingulis facta ſunt, collatione coram Imperatorem ille conuentu habitâ, qui noſſe voluerit, in ſupradictis ciuitatibus inuenire poterit quamquam & in Archiuo Palatij exemplaria illarum habeantur. Extant hodie ſingulorum omnium canones editi in recentiori editione Conciliorum. Et quod pertinet ad Moguntinum Concilium quinquagintaſex canones extant, de quo ea quæ ibi leguntur de certa temporis nota, quo exploratiora cuncta fiant, hic reddamus. E F

DE QVINQVE CONCILIIS IN GALLIA CELEBRATIS.

XVI. DE CONCILIO MOGVNTINO.

Facta eſt autem hæc Synodus in ciuitate Moguntia, in clauſtro baſilicæ ſancti Albani Martyris anno Domini octingenteſimo decimotertio, & Imperij domini Caroli Imperatoris anno decimotertio, Indictione quintâ. quinto Idus Iunij, vbi ſederunt Epiſcopi triginta, Abbates vero viginti quinque. Complura ſanè in eo ſtatuta ſunt ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia, quæ quiſque magno emolumento, ſi velit, inſpiciat. Eſt & in eo illud obſeruatione dignum, de armorum vſu, cui ob bellorum frequẽtiam iam Eccleſiaſtici aſſueuerant, quos prohibet ſancta Synodus arma geſtare, eius autem familiam ſecus, cui armorum vſus iam eſſet antiquitate præſcriptus. ſunt iſta verba canonis[a]: *Nos autem qui relinquimus ſæculum, id modis omnibus obſeruare volumus, vt arma ſpiritualia habeamus, ſæcularia dimittamus. Laicis verò qui apud nos ſunt, arma portare non præiudicamus, quia antiquitus mos eſt, & ad nos vſque peruenit.* hæc ibi, conſideratione digna aduerſus eos qui iſta de laicis impugnare conſueuerunt. A

[a] *Conc. Mogunt. ſub Car. c. 17.*

DE RHEMENSI SYNODO.

Eodem quoque anno (vt dictum eſt) habita eſt Rhemenſis Synodus, in qua canones quadragintaquatuor ſanciti ſunt, quibus de nota loci & temporis eiuſmodi præpoſitus eſt titulus: *Hic eſt ordo capitulorum breuiter adnotatus, quæ anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo decimotertio notata ſunt in conuentu Metropolitanæ ſedis Rhemenſis Eccleſiæ à domno Carolo piiſſimo Cæſare, more priſcorum Imperatorum congregato, ordinante Vulfario eiuſdẽ ſanctæ Sedis Archiepiſcopo, menſe Maio,* &c. Inter alia autem plura tali conſeſſu digna, iſta habet digna memoriâ de menſa Epiſcoporum atque Abbatum[b]: *Pauperes & indigentes ſecum ad menſam habeant, & lectio diuina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione & laude Dei.* B

[b] *Con. Rhe. ſub Carol. c. 17.*

XVII. DE CONCILIO TVRONENSI ET CABILONENSI.

Turonenſe quoque hoc eodem anno eadem ex cauſa eſt celebratum Concilium, canones quinquaginta & vnum continens, vbi & de menſa pariter Epiſcoporum iſta itidem: *Peregrini & pauperes conuiuæ ſint Epiſcoporum, cum quibus non ſolùm corporali, ſed ſpirituali reficiantur alimento.* In Cabilonenſi verò Synodo hoc item anno celebrata in prouincia Lugdunenſi, canones ſexagintaſeptem ſtatuti reperiuntur, in quorum tertio canone mentio habetur de præcepto Caroli Magni, *quo voluit omnes Epiſcopos ſcholas erigere, in quibus bonæ litteræ atque in primis Theologica docerentur. Ad ſugillandum verò, curandumque ſimul in ſacerdotibus auaritiæ morbum eiuſmodi antidotũ parat. Oportet etiam, vt ſi quando ſacerdotes fruges, vel quoſdam reditus terræ congregant, ac protelant, non ideò hoc faciant, vt cariùs vendant, & theſauros congregent, ſed vt pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniant.* C D

Sed illa in eodem Concilio ſtatuta conſideratione digna videntur, in quibus agitur de peregrinatione ad loca ſancta ſuſcipi ſolita à fidelibus; & quãdo probanda illa, quando verò improbãda ſint decernit. Quod autem eſſent hoc tempore illæ inter alias celeberrimæ in Occidente peregrinationes, Romam ad Limina Apoſtolorum, peccatorum remiſſionis gratiâ conſequendæ, atque Turonum ad S Martinum, & ijs complures diuerſis ex cauſis abuti ſolerent, hæc de his ſancta Synodus ſtatuit. E

XVIII. DE PEREGRINATIONIBVS AD LOCA SANCTA ABVSVS TOLLENDIS.

A quibuſdam qui Romam, Turonumùe, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſultè peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri & diacones & cæteri in clero conſtituti, qui negligenter viuentes: in eo ſe purgari à peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominùs laici, qui putant ſe impunè peccare aut peccaſſe, quia hæc loca oraturi frequentent. Sunt quidam potentes, qui acquirendi cenſus gratiâ ſub prætextu Romani ſeu Turonici itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt; & quod ſolâ cupiditate faciunt, orationum ſiue ſanctorum locorum viſitationis cauſâ ſe facere videri affectant; ſunt pauperes, qui vel ideò id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi; de quorum numero ſunt illi, qui circumquaque vagantes, illa ſe pergere mentiuntur; vel quia tantum ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorum ſolâ viſitatione à F

Digitized by Google

peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus, non Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt. De quibus omnibus domini Imperatoris, qualiter ſint emendanda, ſententia expectetur.

XIX. Quænam verò, quorumue ſit peregrinatio proficua Patres ibi ita definiunt: *Qui verò peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt parochijs, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum Limina, vel quorumlibet Sanctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio modis omnibus collaudanda.* Abſtinuerunt tamen Epiſcopi de peregrinis illis quicquam decernere abſque Caroli ipſius ſcientia, eò quòd ſcirent in colligendis huiuſmodi peregrinis eumdem Carolum fuiſſe ſtudioſiſſimum, de cuius in his propenſiſſimo ſtudio iſta habet Eginhardus: *Amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam, adeò vt eorum multitudo non ſolum palatio, verùm etiam Regno nō immeritò videretur oneroſa. ipſe autem pro magnitudine animi huiuſcemodi pondere minimè grauabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonæ famæ mercede compenſaret.* hæc Eginhardus.

CAROLVS MAGNVS STVDIOSVS PEREGRINORVM.

XX. At non deſiit ipſe Carolus eiuſmodi errones lucri causâ peregrinantes cohibere. nam audi quid in eius Capitularibus [a] habeatur de Mangonibus, qui nouis adinuentis etiam diſpendio ſanguinis pecuniam corradebant.

Item vt iſti Mangones & Cociones, qui ſine omni lege vagabundi vadunt: per iſtam terram non ſinantur vagare, & deceptiones hominibus agere. Nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe datâ ſibi pœnitentiâ ire vagantes. Melius videtur, vt ſi aliquod inconſuetum & capitale crimen commiſerint, in vno loco permaneant laborantes, & ſeruientes & pœnitentiam agentes, ſecundum quod ſibi canonicè impoſitum ſit. Itemq; de pauperibus ita vagantibus [b].

De mendicis qui per patrias diſcurrunt, volumus, vt vnuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando. Et vbi tales inuenti fuerint, qui ſibi manibus laborent: nullus eis quicquam tribuere præſumat. & quod rurſum ad hoſpitalitatem ſpectat, dicta ab eodem Carolo ad clerum, hæc [c] accipe.

Vt de hoſpitalitate & cura pauperum memores ſitis, & propter quod res Eccleſiaſticæ à fidelibus oblatæ, & ab Eccleſia receptæ ſint; & eo modo illas diſtribuatis, vt ab illo, cui de his rationem reddituri eſtis, non damnationem, ſed æterni gaudij mercedem accipere mereamini. De his item alibi [d], hortans omnes ad hoſpitalitatem, agit. hæc de his quæ ſpectant ad Conciliū Cabilonenſe quarto ordine numeratum.

XXI. In quinto verò Concilio hoc anno Arelati celebrato canones ſunt ſanciti vigintiſex, quibus nota temporis ita præfixa eſt: *Dum anno quadrageſimoſexto inclyti & Orthodoxi domini & Principis noſtri Caroli Imperatoris, ſub die ſexta Idus Maias, Era octingenteſimâ quinquageſimâ primâ vnanimitatis noſtræ conuentus in Arelatenſium vrbe in baſilica S. Stephani Martyris primi aggregatus conſiſteret,* &c. In quo [e] ſicut & in Moguntino Concilio præcipitur, vt Epiſcopo obediant Comites, & Iudices ſæculares: Demum illud ſic habeto: nihil penè prætermiſſum in quinque Concilijs iſtis, quod ad optimam Eccleſiæ inſtitutionem ſpectare poſſe videretur. Sic igitur Chriſtianiſſimus Princeps proximè ex hac vita diſceſſurus, Eccleſiæ benè conſuluit, de qua dum dixit ſemper optimè meritus fuit.

RES ECCLESIÆ PER CAROLVM BENE DISPOSITA.

Sed & in eo potiſſimum idem Carolus Magnus intentum animum habuit, vt ipſam Dei Eccleſiam omni ex parte liberam relinqueret, cuius rei gratiâ, Epiſcoporum electionem vſurpatam à prædeceſſoribus, in priſtinam libertatem reſtituit, eiuſmodi legem vnà cum Lodouico ſancitam relinquens [f] *Sacrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum ordini Eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicèt per electionem cleri & populi, ſecundum ſtatuta canonum, de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, vt exemplo & verbis ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.*

ELECTIONES EPISCOPORVM REDDITÆ LIBERÆ.

XXII. Quomodo autem reliquerit Carolus Magnus diſpoſitionem ſedium Epiſcopalium vacantium, ſecundùm quod (vt vidimus) in ſuis Capitularibus teſtatus eſt, vt ſecundùm canones eſſent electiones, ex epiſtola Hincmari ad Carolum poſteà ſcripta, poſſumus intelligere, quæ ſic ſe habent: *Venerunt tres clerici & duo laici Siluanectenſis Eccleſiæ ad indignitatem meam, innoteſcentes, eamdem Eccleſiam, fratre & conſacerdote noſtro defuncto, viduatam eſſe paſtore, ferentes etiam ipſius Eccleſiæ tam cleri quàm plebis petitionem, vt ſecundùm ſacras regulas paſtor tribuatur. Quos interrogaui, ſi verbum erat de pace cleri ac plebis ipſius Eccleſiæ, & aliqua deſignata perſona? Qui reſponderunt, ſe non aliam petitionem ex parte ſociorum afferre, niſi vt apud ſolitam miſericordiam veſtram illis liberam ac regularem electionem obtinere ſatagerent: quatenus ſecundùm ſacras regulas illuc canonico Viſitatore directo, ab omnibus Eccleſiæ ipſius alumnus valeat eligi, cui debet ab omnibus obediri.*

PRAXIS DE EPISCOPORVM ELECTIONE.

Ego autem, licèt ſacerdotem veſtrum Heſprinum per fratrem Hildeboldum compresbyterum noſtrum VIII. Idus Iunij defunctum audirem: non tamen ſtatui anteà dominationi veſtræ quicquam inde ſuggerere, aut pro eadem Eccleſia poſtulare, priuſquam ſecundùm regularem modum, ab eo Legatos acciperem. & paulò pòſt: *Dignetur mihi dominatio veſtra,* [*] *ſiue litteris ſignificare, quem vultis de Epiſcopis noſtris, vt ei ex more litteras canonicas dirigam, vt Viſitatoris officio fungens, in eadem Eccleſia electionem canonicam faciat. Et aut per ſe, aut per litteras ſuas Vicario ſuo diſſerente, eamdem electionem canonicam faciat. Et aut per ſe, aut per litteras ad me referat, & per meipſa electio ad dominationis veſtræ diſcretionem perueniat.* hactenùs de his ad Carolum Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus.

XXIII. Ex quibus intelligis, Lector, nonniſi ex præſcripto canonum voluiſſe electiones eſſe liberas. Sed Viſitatorem à Rege mitti, nec antè licere quicquā agi, eò quòd magnæ rixæ in his accidere ſolerent ob diuerſa diuerſorum ſtudia in iſtiuſmodi electionibus. quæ omninò ceſſarent, ſi præſentia Legati Regis adeſſet. Cæterùm in omnibus ſeruata integra iura clero, populoque in electione Archiepiſcopi, cuius muneris erat de electo reddere Imperatorem certiorem fuiſſe liquet. Ex quibus omnibus multò magis erroris redarguas eos, qui Carolo aſſerunt datam facultatem ab Hadriano omnes ſui Regni Epiſcopos eligendi, de quibus abundè ſuperiùs actum eſt, cùm tantum mendacium patefecimus.

IESV CHRISTI
Annus 814.

LEONIS PAP. III. Annus 19. LVDOVICI I. LEONIS ARMENI I. IMPP.

I. CHRISTI Redemptoris annus ſequitur octingenteſimus decimusquartus ſeptimæ inchoatæ Indictionis, quo ab ipſo Leone Imperatore dira excitatur perſecutio aduerſus cultores ſacrarū imagi-

[a] Capit. l. 2. c. 79.
[b] Capitul. l. 6. c. 184.
[c] Capitul. l. 6. c. 221.
[d] Capit. l. 1. c. 75.
[e] Conc. Arelat. ſub Car. c. 13.
[f] Capit. li. 1. c. 84. & de. 63. c. 34.
[*] ſuis

imaginum. De his acturi quod primum ad temporis rationem ſpectat, cùm conſtet Græcorum hiſtoricorum aſſertione, ipſum Leonem imperaſſe annos ſeptem & menſes quinque: cumque teſtificatione Michaelis huius temporis ſcriptoris, vbi res geſtas magiſtri ſui Theodori Studitæ proſequitur, pariter liqueat, hoc anno ipſum Theodorū à Leone in exilium miſſum: vtique dicendum erit, hoc ipſo primo Leonis Armeni anno cœptam perſecutionem fuiſſe: numerat enim ipſe ſeptem annos exilij ipſius Theodori, quo ſolutus eſt, cum occiſo Leone, Michael Balbus accepit Imperium moderandum. Quod verò tradunt omnes non ita primū ac imperare cœpit, ipſum perturbare ac perſequi cœpiſſe Catholicos, ſed vbi omnium conciliaſſet ſibi animos: planè id eſſe intelligendum oportet, quinque in his menſibus perſeueraſſe, nempe totum quod excurrit à quarto Idus menſis Iulij, quo die coronatus eſt, vſque ad finem anni ſuperioris.

DE TEMPORA PERSECVTIONIS LEONIS ARMENI.

II. Ceterùm cùm multi velint hæreſeos veneno ante imbutum Leonem, illud ipſum occultaſſe ad tempus, vſquequo Imperium ſtabiliſſet: aliorum diuerſa de his eſt ſententia, nempe ex Orthodoxo deceptum fraude hæreticorum, hæreticum euaſiſſe; remque geſtam ſic narrant:[a] *Quo tempore, cum videlicet Bulgaros prælio ſuperaſſet, recordatus Leo Imp. monachi Philomelienſis, qui eo tempore quo ſub Bardanio Duce Orientis militabat, prædixerat ipſi imperium, decreuit muneribus ac donariis compenſare. Mittit ergò ſuorum quemdam fideliſſimum, qui ad eum deferret donaria, ſupellectilem, vaſa argentea & aurea, ac ſpecies odoratas, quales ad nos ex India afferuntur. Verùm is monachus iam tum vitam cum morte commutarat, ſucceſſerátque ei Sabbatius quidam, totus impia Iconoclaſticæ hæreſi immerſus. Ad eum cum veniſſet Legatus Imperatoris, hortatus eſt, vt munera præceptori ſuo miſſa perciperet, litteriſq; ac precibus Imperatorem remuneraretur. At Sabbatius munera reſpuere, ipſum retrò abire iubere, adeóque Imperatorem dignatione iſta indignum dicere, ſimulacrorum cultus deditum, & Irenæ Imperatricis, Taraſiiq; Patriarchæ ſtatutis obtemperantem. Irenam impuriſſimus homo Pardalim & Baccham, Taraſium verò nobilem in Patriarcharum numero, Taraxium, quaſi perturbatorem denominabat. Celerem quoque Imperij & vitæ amiſſionem Leoni minari, niſi quamprimum ſibi parens, ſacras deijceret imagines.*

a Cedren in Leon. & alij.

SABBATIVS MONACHVS HÆRETICVS QVOMODO DECIPIT IMP.

III. *Imperator iis litteris acceptis, cùm ex Legato intellexiſſet quæ ex monacho audiuiſſet, animo maiorem in modum perturbato, Theodotum Meliſſenum ad ſe vocat, túmque eo quid agendum ſit, deliberat. At verò Theodotus iam pridem hæreſi iſta infectus, occaſionémque palam impietatem profitendi præſtolatus, hoc conſilij dat Imperatori. In Degiſtenſi monaſterio degere monachum quemdam, mirabilia edere facinora. Cum hoc rem communicandam, eiuſq; ſententiæ obtemperandum. Hæc cum Leone locutus, ſtatim ab hoc ad monachum cum ſe contulit, indicátque Imperatorem vili habitu ad ipſum proximâ nocte venturum, & de religione conſulturus, aliiſq; grauiſſimis negotiis. Proinde meminiſſet, ei præſentem Imperij, vitæq; amiſſionem denuntiare, niſi vltro Leonis Iſauri Imperatoris decretum amplectens, idola (ſic ſacras imagines appellabat) diuinis ædibus exturbaret. Sin hoc feciſſet, fore dominationem, vitámque eius diuturnam atque felicem. Hoc modo ſubornato monacho, & quæ cum Imperatore loqui deberet inſtructo, abiit.*

THEODOTI MELISSENI FRAVS AD SEDVCENDVM IMP.

IIII. *Paulò pòſt noctu Imperatorem vili habitu velatum ad monachum adducit. Ibi iā inito colloquio, monachus proximè ad Imperatorem adſiſtens, veluti qui diuino inſtinctu Imperatoriam maieſtatem adeſſe ſentiret: Non rectè, inquit, abs te factum eſt, Imperator, quod nos priuato habitu decepiſti, intus occultans tuam perſonam. Sed quamquam tu hoc agis, nos tamen gratia diuini Spiritus nō diutius eſt paſſa à te falli. Hoc vt audiuit Imperator, ſeq; fruſtrà conatum vili habitu Imperatoriam dignitatem celare putauit, animo perculſus eſt, vt par erat, iſtius machinationis ignarus: monachumq; diuinum hominem eſſe faſſus, imperata ab eo obedienter & ſine mora ſe facturum promittit, atque ita venerabilium imaginum ab eo mandatam deiectionem ſuo ſuffragio probat. Principiò deinde cogitauit, quo pacto promiſſa occultè impleret, ne quam ea res in Eccleſia excitaret ſeditionem. ſed poſt publicè quoque decretum ea de re propoſuit proceribus & Eccleſiaſticis partim vltrò, partim contra animorum ſuorum ſententiam obtemperantibus.* hæc auctor. Verùm ſingulos eius progreſſus audiamus à Michaele rerum inſpectore in vita Theodori Studitæ locupletius iſta tractante, qui ita exorditur indictam ab Imperatore Orthodoxis perſecutionem.

LEO IMP. SEDVCITVR AB HÆRETICO MONACHO.

Sumpto (inquit) *Imperio, haud omnem ſubitò proferendam cenſuit immanitatem, verùm conciliatis prius ſibi atque inter ſe iis qui diſſidebant, quorum multos ſentiebat infeſto & alieno à ſe animo eſſe ob vſurpatam tyrannidem, vt qui ergà Imperatorem ſuum beneuoli ac fidi eſſent, cùm proceres ac magiſtratus clam ac callidè ſenſim ſeduxiſſet, omnéſque, vt ſibi videbatur, in ſuas partes pertraxiſſet: tum demùm latens animi vitium prodere, in lucro poſuit. Omnémque protinus impietatem oſtentans, in hanc vocem deteſtandam, quam cognominis ſui Leo vſurparat, ſceleratus erupit: Non decet, ô fidi mihi comites, colere, aut venerari, vel recipere prorſus, aut retinere imaginum effigies, ſed tollere illas atque humo allidere, vt quæ manifeſta ſint idolorum ſimulacra. Atque hæc veſana lingua effutiebat imprudens non domeſticis tantùm, ſed omnibus ſi poſſet propinare cupiens impietatem ſuam.* V.

LEO IMP. PALAM DETESTATVR CVLTVM SANCTARVM IMAGINVM.

Quare quos videbat ſententia ſua mordicùs eſſe, atque ab eo omninò pendere (quos quidem non immeritò vaſa iræ ac nequitiæ principes, dicere liceat, Paulum[b] *imitando) hos ille conſilij ſui ſocios, malorumq; omnium præſides conſtituendos exiſtimauit. Quorum omnium coryphæus atque ductor Ioannes ille fuit, cui Lecanomantis cognomentum à ſuis inditum, quod vaticiniis (vt ego arbitror) aliiſq; turpiſſimis rebus deditus erat, cui iam lingua eſſet prompta & exercita, multáque & varia ſophiſticarum artium, externarúmque diſciplinarum cognitio, ob eam cauſam in pretio erat apud Imperatorem, cui is ille velut os vulgò habebatur, omnibuſq; negotiis, rebuſq; gerendis adhibebatur.*

b Rom. 9.

IOANNES DVX ICONOCLASTARVM.

Quæ cùm illi præclarè atque ex animi ſententia fluere viderentur: ipſum etiam Eccleſiæ Archipaſtorem aggrediendum ſibi putauit, non aſperè quidem initio, nec arroganter, ſed blandè potius, atque adulantis in morem. Quocum ſolo ſolus congreſſus, poſtquam omnes machinas illiberali ſimulatione admouens, re ipſâ perſpexit, non modò expugnari non poſſe veriſſimum rectæ fidei præconem; ſed ipſum etiam vt numini aduerſum conniti, non leuibus appetens, ſtygiámque eius audaciam proſcindens: tum à diuino viro penitùs abſceſſit, maiore mox apparatu & illum & aduerſantes ſimul omnes oppugnaturus. ſubdit his Michael, alia plura de congreſſu, quem poſtea idem Imperator habuit cum Orthodoxis Epiſcopis & monaſteriorum Præpoſitis. ſed quod ipſe res dumtaxat Theodori ſit proſequutus, audiamus primò de eo congreſſu quæ ſcripſerit Theoſterictus[c] in Niceta, auctor & ipſe temporis huius. Atque primum vnde ipſe exorditur dicere, de præcipuis Imperatoris miniſtris, quibus eſt vſus ad hæreſim propagandam, ait enim: VI.

IMP. FRVSTRA TENTAT NICEPHORVM PATRIARCH.

c Apud Sur. extat tom. 2. die 3. April.

VII.

* QVOS SVI ERRORIS FAVTORES IMP. NACTVS SIT.

*Cœpit igitur Leo Imperator ſancta ſanctorum perſequi, quemadmodum & Leo Iſauricus fuerat perſecutus. Deinde ſuorum myſteriorum duces, prauarumq; rerum magiſtros quærebat. Inuenit paucos quoſdam è Senatu, Ioannem ſcilicet cognomento * Spectam & Eutychianum. ad hæc & ex ſacerdotum numero aliquos inuenire cupiebat. Diabolus igitur qui hæc in eius mentem coniecerat, Byzantium luſtrans, inuenit Ioannem quemdam, cognomento Grammaticum, nouum Tertullum, quem manu apprehenſum ad Imperatorem duxit, & ait: Habeas hunc hominem tibi in eo quod cupis vtilem futurum: Vas enim electionis eſt mihi iſte; vt portet nomen meum contra Orthodoxos. Quemadmodum igitur Paulus Chriſti vas, ita & hic diaboli os factum eſt; & ſicut torrens ex diuerſis imbribus conſtans maleolentes & perturbatas aquas defert; ita & iſte ex fœdo cordis ſui theſauro graueolentia & cœnoſa dogmata produxit, eos quos propè ſe habebat, turbido quodam potu euertens. Habebat autem adiutores ex iis qui infra ſolium regale erant, Antonium Syleum, è monachis vero Leontium quemdam & Zoſimum, qui illis ipſis diebus in adulterio deprehenſus, truncis manibus, mortuus eſt.* hæc de adinuentis ad ſcelus præcipuis miniſtris Imperatoris auctor, qui & de congreſſu cum Orthodoxis ſubiicit iſta.

VIII.

IMPERATOR CONGRESSVM HABET CVM ORTHODOXIS.

Poſt hæc omnem monachorum multitudinem cum Epiſcopis & Metropolitis ad ſanctiſſimum Nicephorum Patriarcham coëgit. Qui per totam noctem in magna Eccleſia pernoctarunt. Mane verò ipſos ad ſe Imperator acceſſiuit. Habebat autem ſecum intra palatium occultos quoſdam fallaces homines & malorum magiſtros, quos veluti gallina quædam in regia domo fouens & animans, eiſq; dona promittens, iubebat nihil metuere. Iuſſit autem & Patriarcham ſolum in primis ad ſe introire, ignorans quænam inter ipſos ſeorſum dicta fuerant. Deinde omnes acceſſiuit. Itaque ante illum ſtetit Patrum caterua lectiſſimorum hominum ac ſanctorum qui Angelis ſimiles erant ac diuini. Aderant & Imperatoris Optimates & totus Senatus. Sanctiſſimus igitur Nicephorus eos qui gradus dignitate præſtantes erant affatus: Agite, inquit, dicite mihi: Poteſtne cadere quod non eſt? caſui expoſitum ſcilicet. *At illi cùm ad eius interrogationis obſcuritatem ambigerent, & nihil reſponderent, ſed ſe viciſſim intuerentur: rurſus Patriarcha ab eis quæſiuit: Num Leonis & Conſtantini Iſaurorum tempore ſanctæ imagines cecidiſſent? Illi verò cùm capita deorſum inclinâſſent, & nutu verum eſſe quod Patriarcha quæſierat, ſignificâſſent, quod ſatis erat ad eorum quæ priuatè inter ſe dixerant propoſitum confirmandum: tum Patriarcha: Quomodo, inquit, quod non ſtat, poteſt cadere? Ad hæc nihil reſpondit Imperator, ſed ad Patres conuerſus ait:*

IX.

VVLT IMPERATOR ORTHODOXOS ET HÆRETICOS SIMVL CONGREDI.

Scitote Patres, me idem ſentire quod vos, ſimulq; effigiem quamdam, quam in ſinu geſtabat extulit & per ſimulationem illam adorans; ſentio, inquit, quod vos, vt videtis, neque à vobis diſſideo. Verum quidam ſurrexere, qui aliter docentes, eam viam rectam eſſe dicunt, quam ipſi tenent. Prodeant igitur coram vobis, & materia hæc inter vos inquiratur. Et ſiquidem vobis perſuaſerint, quod ipſi rectè dicant, neque vos quod bonum eſt impediatis. Si verò ipſi à vobis perſuaſi fuerint, quòd res nouas doceant: deſiſtant à praua doctrina, & recti dogmatis ſententia vigeat, vt antea. Nam ſi de alia aliqua re minoris momenti ad me relatum eſſet, neque ita deceret me eam rem tacitam præterire: Quomodo de Eccleſiaſtica quæſtione tacuerim?

QVANDO HÆRETICI NON AVDIENDI SED DOCENDI.

Videri poſſet rerum Eccleſiaſticarum rudibus petitio iſta Imperatoris æquiſſima, vt de dogmatis veritate inter ſe conferrent coram Imperatore ad veritatem conquirendam Orthodoxi atque hæretici. At longè aliter res ſe habet: Vbi enim aliquid per Synodum Oecumenicam ſemel definitum eſt, amplius ad diſſerendum & contradicendum hæretici non ſunt admittendi, ſed docendi, ſi velint. quod pluribus docuit ſanctus Ambroſius ſuis ſcriptis Valentinianum Auguſtum. Deinde quod ſacerdotum eſt & non Imperatoris, & in Eccleſia & non in palatio de Fide agere, vt in Conſtantium Imperatorem Medinlani à Patribus dictum eſt: iuſtè quidem ac propè (licet non deeſſent inter eos qui & ſcientiâ & dicendi facultate præſtarent, & inter alios magnus ille Theodorus Studita) noluerunt Patres id concedere Imperatori illicita præſumenti. Quid autem tunc ad hanc Imperatoris rogationem reſponderint, idem dicere pergit Theoſterictus:

X.

ÆMILIANI EPISC. SENTENTIA.

Illi verò (inquit) nempe Orthodoxi, cùm neque paſſi eſſent eos homines, de quibus Imperator dixerat, coram ſe prodire, neque dicendi facultatem dandam eſſe dicerent, ſed velut execrabiles quoſdam eos haberent: ad hæc cùm certò ſcirent Imperatoris voluntatem ad malum procliuem eſſe, neque vnquam ſe illi perſuaſuros fore, quamuis totam ſcripturam teſtem ei afferrent: Aemilianus Cyzici Epiſcopus: Si quæſtio, inquit, Eccleſiaſtica, Imperator, hæc eſt, vt dixiſti: in Eccleſia inquiratur, vt mos eſt. Altius enim & à principio ipſo, Eccleſiaſticæ quæſtiones in Eccleſiis, non in palatiis regiis inquiruntur. Reſpondit Imperator: Sed & ego filius ſum Eccleſiæ; & vt vos conciliem, vtroſque veſtrum audiam, & vtraque viciſſim diiudicans, vera cognoſcam.

MICHAELIS EPISC. SENTENTIA.

Ad hæc Michaël Sinnaculorum Epiſcopus: Si nos, inquit, conciliare vis: quare non id facis, quod conciliantem decet facere? Quippe qui alios quidem in palatio occultos detines & ad te congregas, quibus excitatis, impiorum dogmatum docendorum facultatem præbes: Alii verò neque in angulis aliquid loqui audent, vbique edictis tuis perterrefacti. Non eſt hoc conciliantis, ſed tyrannidem inferentis indicium. Non eſt ita (inquit Imperator) ſed vt prædixi, ita ego ſum, vt vos eſtis. Sed quoniam ad me de ea re prouocatum eſt, non decet ſilentio me illa præterire. Quænam cauſa eſt, quare cum his hominibus non vultis loqui? An ipſi dubitatis, & teſtimonium non habetis, quibus veſtra dicta confirmentur?

XI.

THEOPHYLACTI EPISC. SENTENTIA.

Ad hæc Theophylactus Epiſcopus Nicomediæ dixit: Teſtis Chriſtus eſt, cuius effigiem vides ante oculos in primis deſcriptam, infinitis teſtimoniis nos abundare, quibus id confirmare poſſimus, neque dubitamus, vt tu ſuſpicaris; ſed non habent iſti aures audiendi, ob idque nihil illos iuuaremus: potentiâ enim & Imperio nos oppugnamur.

PETRI EPISC. SENTENTIA.

Poſt hunc & Petrus Nicææ Epiſcopus: Quomodo, inquit, cum illis nos loqui vis, quibus tu auxilium affers? An illud ignoras, eos qui Manichæi dicuntur, ſi hos ducas, & eorum propugnator ſis, à te adiutos, potentiores quam nos futuros? Non temerè ſanctiſſimus Petrus hoc dixit; vbi enim impietas ipſa cum poteſtate coniuncta eſt, illic veritas ſuperari videtur, & iuſtitia tyrannide oppreſſa conculcatur.

EVTHYMII EPISC. SENTENTIA.

Poſt hæc ſacer Euthymius Sardenſis Epiſcopus liberiori vſus oratione, ſic Imperatorem affatus eſt: Audias Imperator. Ex quo tempore Chriſtus in terram deſcendit, vſque ad hunc diem per octingentos annos & amplius in Eccleſiis quæ vbique gentium ſunt, Chriſtus ipſe depingitur, & in imaginibus adoratur. Et quiſnam tam arrogans eſt, qui audeat totam vetuſtam traditionem à ſanctis Apoſtolis, Martyribus, ac piis Patribus profectam diſſoluere, vel paululùm mouere? Apoſtolo ipſo dicente [a]*: State igitur fratres, & tenete traditiones quas edocti eſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. & alio loco* [b]*: Quamuis Angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod accepiſtis: ſit anathema. Quamobrem aduerſus eos qui antè nos hæreſim hanc excogitarunt, Synodus apud Nicæam*

[a] 2. Theſſ. 2.
[b] Gal. 1.

vrbem

vrbem iterum collecta eſt ſub Irene & Conſtantino piis Imperatoribus. Hanc Synodum ipſe Dei Filius proprio digito ſignauit: Quicunque audebit ex ipſa mouere, vel expungere, anathema eſto. Cùm hæc audiſſet Imperator, & ſimulata mentis eſſet, facilè ſe hæc pati ſimulauit.

XII.
THEODORI STVDITÆ AVREA SENTENTIA.

Reſpondit autem & Theodorus vehemens Eccleſiæ magiſter, dux Studitarum; Noli tentes nunc, ô Imperator, Eccleſiaſticum ſtatum diſſoluere. ait enim Apoſtolus:[a] Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertiò paſtores, & doctores ad perfectionem Sanctorum; non dixit Reges. Tibi quidem, ô Imperator, ciuilis ſtatus, & exercitum commiſſus eſt. Has igitur cura. Eccleſiam autem paſtoribus & doctoribus (vt ait Apoſtolus) derelinque. At ſi non vis hæc facere: Si quis peruertenda Fidei noſtræ cauſâ de cælo nobis aliquid annuntiauerit: ipſum non audiemus; tantum abeſt vt te audituri ſimus. Tunc Imperator furore admodum exardeſcens, & quod rectè dictum fuerat, velut iniurioſum quiddam accipiens, omnes eiecit, ſanctum verò Theodorum in exilium miſit. ita Theoſterictus poſtrema iſta ſummatim perſtringens: ſiquidem multa alia intercesſerunt; antequam Theodoro decerneretur exilium, plura præteriens, quæ aduerſus eumdem Imperatorem in hoc eodem congreſſu ſunt dicta, cùm ille exuens quam ſuperinduxerat perſonam Catholici hominis, apertè coram illis cœpit hæreſim propugnare. Michaël enim qui Theodori Studitæ prolixiùs res geſtas eſt proſecutus, ſigillatim cuncta recenſet, quæ hic tibi labori non parcentes reddituri ſumus: narrans ipſe quæ tantum ſunt Theodori, ſic rem cum ipſo geſtam ab exordio incipit.

[a] 1. Cor. 12.

XIII.

Cùm igitur die quâdam cum incredibili faſtu conſediſſet, nequiſſimorum hominum coronâ cinctus, qui impietatis ſuſcitandæ patrocinium ſuſceperant: conuocantur vnà omnes eodem ſacerdotes pariter & monachi, atque ipſe adeo ſanctiſſimus Patriarcha, magnuſque Theodorus Studitarum præfectus. Quibus audientibus, irridere demens cœpit atque intemperanti ore ſubſannare ſacrarum imaginum adorationem, vecordes, ſenſûſque expertes eos vocans, qui illas erexerant: Lex enim (inquit) quam magnus Moyſes Dei digito ſcriptam olim accepit, diſertè ac perſpicuè prorſus vetat, ne manufactum quicquam colatur, néve imago vlla, eiúſve ſimilitudo ſtatuatur, diris eos deuouens, qui tale aliquid facere præſumpſerint, cum idololatriæ cultus & ſtolidæ illud amentiæ inuentum ſit, imagines fingere, diuinumq́ue nomen illis imponere, quod non modò indecorum: ſed abſurdum etiam eſt, & planè pugnans, incircumſcriptum circumſcribi putare, vt cubiti vnius tabulis eum quem locus nullus capiat, includere. Hæc enim qui ante nos regnarunt, Imperatores, perperàm fieri cùm cernerent, Leonem dico & Conſtantinum, & qui ex iiſdem natus eis ſucceſſit imagines deiici, earumq́ue cultum explodi iuſſerunt. Hæc impius atque his abſurdiora delirans euomebat, & quaſi præclarum quiddam doceret, turpiſſimis dictis gloriabatur, peſſimis illis, quorum conſuetudine vtebatur vſquequaque fretus, illorumq́ue ante omnes præſide ac magiſtro, cuius maximè verbis (vt dictum eſt) imbutus fuerat.

DISSERIT PALAM LEO ADVERSVS IMAGINES.

XIIII.
REDARGVVNT PATRES DICTA AB IMP.

At diuinus Patrum cœtus nihil ad hæc commotus, multiplicémque Tyranni manum ac potentiam nihili faciens, eius orationis vanitatem redarguebat, ineptámque & inſanam doctrinam multis ſacrarum literarum teſtimoniis confutabat: Orthodoxi dogmatis euerſionem, & Domini ad nos aduentus negationem hanc eius fallacem & pernicioſam doctrinam vocans, vt quæ infinitam abſurditatem, errorémque & improbitatem contineret. Etenim ſi ſanctarum, aiebant, imaginum venerationem euertamus, inanis vtique fides noſtra, inanis prædicatio. Fruſtra nobis diuina olim Patres tradiderunt. Euaneſcet nobis omnis actio & virtus, Deiq́ue cognitio, ac denique ſimul omnia concident & peſſum ibunt. Dominica ſiquidem imaginis abrogatio non ſolum Dei mandatorum abrogationem affert, ſed ipſius etiam ante imagines, Filij Dei, qui communione carnis nobiſcum conuerſatus, & homo noſtri ſimilis factus, & diuinæ ſuæ formæ characterem nobis oſtendit: quem tu, neſcio quam ob cauſam abnegans, non tibi tantum peſſime conſuluiſti, ſed ſimpliciorum quoque animas, vt improbitas tua notior eſſet, in parem fraudem & exitium induxiſti. Nos verò vel aſſidere vobis ſolummodò, cùm tales ſitis, aut in vnum coire, longè abeſt, vt decere arbitremur. Suffragetur enim nobis diuinus David[b], non ſedere docens in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introire, & in Eccleſiam malignantium non ire, nec cum illis congregari. Atque in hunc modum Patres vno ſimul ore talia loquentes, apoſtatæ ſententiam primâ velut acie impugnabant, ſummam eius fraudem & nequitiam oſtendentes. puto quidem eum qui hæc ſcripſit Michaëlem Studitam, & ipſum vnà cum Patribus iſtis interfuiſſe: nam quæ fideliſſimè narrat, æque ex epiſtolis ipſius Theodori Studitæ certam ſibi conciliant fidem. pergit verò de eodem Theodoro dicere.

[b] Pſal. 25.

XV.

At parens noſter Theodorus tenere ſe non potuit, quin maiorem & apertiorem dicendi fiduciam demonſtraret, totumq́ue inſani hominis conſilium & occultam eius cogitationem penitùs patefaceret. Quarè vt primas inter eos qui conuenerant & eloquentiâ & virtute facilè tenebat, hæc animo conſtantiſſimo, ſummáq́ue verborum libertate dicere aggreſſus eſt.

ORATIO THEODORI CONTRA IMPERATOREM.

O Imperator, quo conſilio pacatam nunc & tranquillam Dei Eccleſiam turbare, ac peruertere auſus es? Nec tibi illa quæ iis acciderunt, qui illam ante te perſequuti ſunt, quorum tu modò nomina commemoraſti, in mentem venerunt; nec impetum tuum retardarunt? Qui cùm paria tibi facerent, ſacraſq́ue imagines contumelioſe tractarent, dici non poteſt, quàm graues pœnas dederint, vt teſtata litteris eorum improbitas ad poſteros tranſmitteretur. Nec te diuturna, ac longis temporibus confirmata diuinarum imaginum veneratio, Deiferorumq́ue Patrum conſtans de ea conſenſus & conſpirans ſententia monet, nouorum dogmatum propugnator, vt à peruerſis iſtis & exitioſis rebus abſtineas, & meliora ſectatus, ſententiam mutes, & veritatem agnoſcas? Numquam audiſti, quid B. Paulus[c] dicat, Timotheo ſcribens? Nam & hoc aliquandò te tractaſſe arbitror, quamuis nunc illa ex animo eieceris: Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus, & ei quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum ad ſubuerſionem audientium. Et rurſus idem:[d] Denuntia illis ne aliter doceant, neque intendant fabulis interminatis & quæſtionibus vanis, quæ à rectâ via aberrare eos faciunt, & ædificationem Dei, quæ eſt in Fide deſtruunt.

[c] 1. Tim. 6.

[d] Ibid.

XVI.
REFELLIT EX LEGE VETERI SVMPTVM CONTRA IMAGINES ARGVMENTVM.

Quod & tibi protinùs accidit, qui futilibus ſermonibus animam adiiciens, & ſacras imagines idola vocare non erubeſcens, tamquam in arcem quandam, ad legem veterem te conuertis, vt inde argumenta tibi deſumas, quod nihil creatum, nihil manufactum, nihil denique aliud ex his, quæ ſimilitudine effinguntur, amplectendum, aut vllo penitus honore colendum ſit. In quo illud primum te cogitare oportebat, Imperator, adueniente gratiâ, legem ceſſaſſe, quam obſeruaſſe nunc, ſumma dementiâ foret; alioquin circumcidi nos conuenit, & ſabbata colere, & alia quæ ſunt ſcripta facere, ne legem videamur dimidiatam tantum obſeruare. Deinde hoc etiam cogitandum erat, legem hominibus datam fuiſſe, qui ex Aegypto nuper egreſſi, ad Aegyptiorum æmulationem propenſo ſtudio ferebantur. Aegyptij autem omnium, qui idola finxerunt infeliciſſimi fuerunt, vt qui viliſſimis rebus, & aliarum gentium ſenſu turpiſſimis diuinos honores tribuerunt.

Vnde

A *Vnde Propheta cum leges daret, qui apud illos educati fuerant, omnis formæ ſimilitudinem interdixit, tamquam hominibus ad deceptionem paratiſſimis, & manufactorum cultui inhiantibus. Neque tamen id ſemper obſeruaſſe viſus eſt, cùm in tabernaculo Cherubim fabricatum ſit, eademque in Propitiatorio collocarit. Et illa quidem magno cum honore habuerant & admiratione.*

DEVS FACTVS HOMO IVSTE PINGITVR.

Nos verò ſuperueniens gratia ab omnibus illis abduxit, & ad meliora, multoque præſtantiora traduxit. Quid enim maius, illuſtriuſque eſſe poſſit, quàm in carne apparuiſſe nobis æternum & incomprehenſum Deum, & glorioſa forma ſua ſpeciem omnibus repræſentaſſe? Quinimmò, vt tibi rem altius explanem, poſtquàm conditor & Deus noſter, qui hominem bonis omnibus ornatum creauit, vidit ipſum peccato abreptum ſimilitudinem ſuam B *amiſiſſe, libuit illi inenarrabili diſpenſatione carnem noſtram aſſumere, vt lapſum erigeret, immaculatamque imaginis pulchritudinem repararet. Idcircò naturam noſtram totam ſibi vniens in ſubſtantia, inconfuſas vtriuſque naturæ, diuinæ ſcilicet & humanæ retinuit proprietates, orationem omnem excedente admirabili earum concurſu & coniunctione. Hinc & ſacræ carnis ſuæ figuram nobis honorandam & colendam & adorandam dedit, vt in imagine ſtupendum Incarnationis myſterium ipſis oculis cernamus, & à Chriſti deſcriptione, quæ in imagine cernitur, ad intellectualem & omnis figuræ expertem Dei formam mentis oculos conuertamus, in eum adſpirantes perpetuò, nulliq; caducæ rei animum obſtringentes.*

XVII. NASCENS CVM EVANGELIO CVLTVS SACRARVM IMAGINVM.

C *Quo autem diuini characteris fides nobis certior fieret: idem ipſe qui eam geſſit Saluator noſter ſuæ ipſius faciei oris formam, admoto ad faciem linteo expreſſit atque effinxit, petentique Abgaro (vir erat fidelis, & inter Edeſſenos primarius) miſit. Qui diuinam illam effigiem complexus, incredibilem eius vim mox ſenſit, omnibuſque patefecit, diuturno atque incurabili morbo, quo tenebatur, liberatus, nec magis corpore quàm animo corroboratus. Lucas verò qui ſacrum compoſuit Euangelium, cùm Domini pinxiſſet imaginem, pulcherrimum & plurimi faciendum opus poſteris reliquit: aliique deinceps quamplurimi imagines ſacras affatim effingendo, publicè conſignatum earum cultum conſeruarunt. Nec locus vllus eſt, non Regia, non domus, in qua diuinæ imagines* D *eorum affixæ non ſint. quippe omnibus veneranda, miniméque pudenda res eſt, cui temporis lapſus & auctoritas honorem conciliarunt. Annis igitur octingentis, & eò ampliùs promulgatam, & ab omnibus receptam atque confirmatam imaginum venerationem, iamque vnà cum Chriſtianiſmo auctam & propagatam (vno ſiquidem, paríque greſſu inceſſerunt Chriſtianiſmus & imaginum efformatio) tu nunc, temporis momento, ſoláque pro animi tui libidine tollendam è medio cenſuiſti, & cum dedecore explodenda, quæ laudem, honorémque merebantur?*

XVIII. IMPIE VOCARI IDOLA SACRAS IMAGINES.

Neque ipſum ſalutare nomen reueritus es, vt idola (ô verborum peruerſitatem!) ſacras imagines appellares? E *vnde, & à quo doctus? aut quiſnam eſt qui te docuit, imaginis atque idoli vnam eſſe vocem? Hoc enim nec Patrum vllus vmquam ſenſit, nec verò res ipſa ferunt, vt dicatur. Qui enim? cum infinito ſpacio inter ſe diſſideant, non nominis ſolùm appellatione, ſed multo magis archetypi ſubſtantia. Idolum enim eſt & appellatur, quod dæmonis aut alterius cuiuſpiam ex iis, quæ Gentiles turpiter pro diis coluerunt, ſpeciem repræſentat, fœdi fœdius, & mali deterius. Qualis enim cauſa, talis prorſus eſt cauſatum; & cuius abominandum eſt prototypum, nihilo minus abominanda eſt imitatio. Imaginis autem & honorandum eſt archetypum; Sancti enim alicuius, aut Sanctorum Domini figuram depingit, & quæ in tabula depicta eſt efficeret, digna eſt cum animaduerſione. Hæc ſiquidem*

A *ſincerum veritatis ſimulacrum, illud verò mendacij, fallaciſq; doli ſimilitudo. Sic enim harum rerum peritis viſum eſt hæc nomina diſtinguere, qui idolum falſi imitationem eſſe dixerunt, imaginem veri expreſſam ſimilitudinem.*

XIX. FRVSTRA IMPVGNAT IMAGINES, QVI COLIT CRVCEM. ...

Sed quoniam à vobis, Imperator, imaginis quidem honor ablatus eſt, Crux verò veneratione digna cenſetur; primum illud capere non poſſum, cùm tam vtriuſque honor coniunctus ſit (ſimul enim imago, & ſimul Crux, quandoquidem Domini aduentus gloriam vtrique attulit) nunc à vobis alterum ab altero ſecerni, ita vt alteri ſors melior obtigerit, alterum repudietur & contemnatur. Deinde quæram, ô veteris ſcripturæ interpres, quomodo cum lex execratione dignam Crucem vocet: Maledictus enim, ait[a]*, qui pendet in ea: tu qui Crucem colis,* B *legem vilipendere non videare? immo verò deuotus inter ſe contrariis obnoxius teneris, qui nec legi vſquequaque conſentias, cùm tu cuſtos perpetuus, & in hoc nabiſcum medius ex parte ſentias; quos omnibus modis inſectari decreueras: cùm oporteret te, quando impius eſſe ſtatuiſti, nec Crucem, nec imaginem confiteri, vt ſic poſſes & conſentanea tibi facere, & congruentia legi quam obſeruas. Atenim ratiocinari neſcit improbitas, ipſa ſecum pugnans, & quos imperio ſuo ſubmiſerit, ab omni honeſtate procul auocans. Cui tu quoque ſemel mancipatus, nullam poſtea officij nec decori rationem habuiſti, ab iis ſolis qui tua obſeruant, inductus adulatoribus, ſcurris, viri voluptatis, ventriſq; commodis ſeruientibus.*

[a] Deut. 21.

PERSTRINGIT THEODORVS HÆRETICVM IMP.

Mihi verò mirari venit in mentem, quomodo eos ad C *iudicium vocaueritis, qui ſic animo & conſilio comparati eſtis. Ecquis enim erit, qui inter vtroſque diiudicet? Quis de victoria ſententiam ferat, cùm occupati à vobis omnes, potentiáque perculſi fuerint ſuppliciorum metu? minæ ſiquidem & tormenta iis proponuntur, qui partibus veſtris non fauent. Rectè ſanè quidam è maioribus noſtris, primum hoc bonum eſſe dixit, à vobis longiſſimè recedere, humanâ ſpecie feras, hæreticos vocans, eorumq; ſermones atque inſtituta pernicioſa eſſe docens, ac penitus exitioſa; quos deuitare omni ope oporteat, ac ne occurrere quidem illis, ſi fieri poteſt. Ex quo ſequitur, cum eis colloqui quoquo modo non ſolùm ſupernacaneum, ſed damnoſum planè, valdéq; noxium eſſe.*

XX. IMP. IRA FREMENS QVID IN PRÆPOSITOS MONASTERIORVM.

D *Hæc illo dicente, ira ſimul & timor Imperatoris animum agitabat, viri ſancti vim facultatémque conſiderantis: iram accendebant verba, quibus perſtringi ſe ſentiebat, metum creabat dicendi vis, quam in eo inſuperabilem eſſe cernebat. Sed ira potius cedens, quâ vehementius impellebatur, indecoris illum contumelioſiſq; verbis aſperius excepit, ad terrorem maximè vocem ſuam & verba componens. Scio quidem, heus tu, inquit, nomine appellans, te præfractè adeò amentiæ eſſe, vt nobis quicquid dicamus, aut ſentiamus, maximoperè ſemper aduerſeris, iniuſtos nos & ſtolidos vocans, omniáque in nos conuitia ingerens, vt qui colloqui nobiſcum, ſupernacaneum eſſe dicas atque damnoſum; quaſi non cum* E *Imperatore tibi, ſed cum infimo quopiam è vulgo res eſſet. Martyrem te (vt video) celebrari cupiens, vt nos ad mortem in te decernendam prouoces, has contra nos loqui, nobiſque auſus es reluctari. At non facile adeò tibi gloriam hanc venanti concedemus. Quin nec exilium, nec pœnam aliam prius decernemus, quam iterum vos audiamus, ſingulorúmq; fidem exploremus, vt rectius ac verius dogma ſine controuerſia cognoſcatur, & vobis deuictis nullus ſuperſit fuga, aut defenſionis locus.*

Hæc autem eò dicebat impius, quod potentia amplitudine fretus, in promptu haberet omnes, vel ſeorſum ſingulos, vel ſimul vniuerſos mulctare. deinde vt eâ ratione probabilius factis ſuis conſilium redderet, quaſi in iudicium prius perducti, atque ita damnati iam fuiſſent. Cum verò Patrum chorus nihil ampliùs Tyranno reſpondere ſtatuiſſet,

inctio

PRAEPOSITI MONASTERIORVM SILENT.

a 1.Cor.4.

A tueretur: inutile quippe, aiebant, nobis iam condemnatis lo-qui, ad eos præſertim, qui occæcatis animis meliora capé-re nequeant, & inſanabiles prorſus facti ſunt. Nec vero de-cet nos ab humano [a] die, vel à ſæcularibus interrogatos, ra-tionem Fidei reddere.

XXI. RVRSVM THEODORVS REDARGVIT IMP. IMMISCENTEM SE SACRIS.

Magnum iterum Theodorus pari fiduciâ ac libertate ſic exorſus eſt: Haud ſane oportebat, Imperator, tibi à rectis omnibus, ſanisq; auerſo aut dicere quicquam amplius, aut reſpondere. Sed quoniam ad interrogationes etiám-num ac reſponſiones nos prouocas: hoc tibi ante omnia re-ſpondemus: Res Eccleſiaſticas ad ſacerdotes, doctoreſq; per-tinere; Imperatoris vero exterarum rerum adminiſtra-tionem propriam eſſe. Hoc enim ſanctus Apoſtolus ait: [b] Poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, deinde Pro-

b Epheſ. 4.

B phetas, tertiò doctores, & nuſquam Imperatorum memi-nit. Hi de dogmatibus & de Fide ſtatuere debent: Si verò, illis obſequi oportet, & nullo modo munus vſurpare. Ait il-li Imperator, nomine rurſus compellans: Num igitur hodie me ex Eccleſia eijcies? Non ego, inquit Sanctus, ſed illum pa-ranymphus, diuinus Apoſtolus. Quin tu illum auertens, teteipſe factis tuis eiecisti. Quod ſi redire ad illum, iterúm-que ingredi, eſt animus: perſta nobiſcum, qui veritatem prædicamus, Chriſtiq; imaginẽ veneramur, ſanctiſſimum ſequens & communem omnium Patrem, Patriarcham, cuius, vt vides, oratio æquè ac mores vtilitatem planè ſpi-rant atque gratiam.

XXII. PRAECEPIT IMPERATOR SILENTIVM ORTHODOXIS.

Ad hæc Tyrannus quod diceret, non habens, cum clamo-re, animiq; perturbatione à conſpectu ſuo depulit, ne pro-

C piùs accederent, néve ampliùs loquerentur, magnâ voce, miniſq; interdicens: quod vnum rectè, deroq; animo ſuo cõ-gruẽter facere norat. Egreſſi ergò beati omnes vnà cum Pa-triarcha, magnum ambient Theodorum, hominem labris ſimul atque animis deoſculantes, eiuſq; in dicendo liberta-tem pariter & gratiam collaudantes, quod Tyrannum tam fortiter tantoq; pudore affeciſſet.

EDICTVM AD CONFESSORES MISSVM.

Ceterùm vix domum quiſque redierat, cum afferun-tur ad ſingulos Præfecti vrbis edicta, quibus continere ſe iu-bet vnumquemque, nihilq; prorſus cum aliis tractare, nec inter ſe conferre, aut docere, aut de Fide prorſus loqui. Ita e-nim, inquit, ab Imperatore decretum eſt.

NEGAT THEODORVS TACENDAM DOGMATIS VERITATEM.

Vt vero ad Sanctum venerunt qui miſſi fuerant: Ae-quúmne, illis ait, ſit vobis, an Deo parere: vos ipſi rem ra-

D tione æſtimantes, dicite: Nobis vero, ſcitote, certum eſſe, lin-guis potius amputatis carere, quàm vt fides noſtra teſtimo-nio deſtituatur, nec illam quâ poſſumus verborum ope propu-gnemus. Quæ enim ratio eſt, vos deteriora defendere cona-ri, & nos in multo meliore cauſa ſilentio vti? Quare non committemus, vt vel ad horam ſermonem abditum tenea-mus, & populum præſenti eius vtilitate fraudemus.

XXIII.

Vnde congruentia omnibus incunctanter ſuggerebat, hos vocans, illos adiens, alios litteris confirmans, abiectoſq; & proſtratos animos erigens, verbiſq; excitans pro viribus. hactenus Michael Studita, qui, modeſtię cauſâ puto, tacuit referre ea quæ ab aliis monaſteriorum Præ-poſitis (quod adhuc illi fortaſſe viuerent, & con-

E uerſi eſſent ab errore) geſta probroſè tunc eſſent. Siquidem illi miſeri acquieuerunt iuſſioni Impe-ratoris, atque etiam ſcripto polliciti ſunt, ſe de ſacro cultu imaginum ampliùs non loquuturos, alióſve docturos ſecundùm præceptum Imperatoris. Iſta autem ſic ſe habuiſſe, ex ipſius Theodori Studitæ epiſtolis ſatis expreſſum habetur. Extant ipſæ qui-dem: magno namque Dei beneficio factum eſt, vt ipſæ, aliæq; eodem argumento, hac vrgente perſe-cutione, conſcriptæ ad noſtra tempora integræ ſeruatæ ſint. habet eas idem qui ſupra ſæpe citatus eſt vetus Codex bibliothecæ Columnenſis, quæ Cardinalis Sirleti doctiſſimi viri cum eſſet, ab A-ſcanio Columna diacono Cardinali, de antiquita-tibus Eccleſiaſticis adeo bene merente, vt Romæ

A conſiſteret, nec aliò transferretur, empta ab eius hæredibus fuit. Reddituri ſumus ſic eas ſuis locis concinnè accommodatas, Latinitati redditas (vt ſuperius diximus) à viro valdè diſerto Iacobo Sir-mundo Pariſienſi Societatis Ieſu profeſſore.

XXIIII.

Theodorus igitur ſic videns monachorum Præfectos ſi-lentio victos, linguâ vinctos, atque edicto illo proſtratos, ſciens eiuſmodi factum haud mediocrem ceteris mona-chis, immò & Orthodoxis omnibus afferre ruinam: mox ex aduerſo conſurgens, ad tanta Eccleſiæ illata damna re-paranda feſtinans: exacuit ſtylum ad pugnam, litteras in facti deteſtationem conſcribens. Extant ipſæ quidem, quæ his ipſis diebus ſcripta cognoſcuntur. ſic enim ſe habet ea-rum inſcriptio generalis, vtpote quod generalis eſſet atque

B patens epiſtola.

Monaſticam vitam agentibus [c]:

c Theod. lib. 2. epiſt. 2. ex Cod. Colum

In hoc temporis articulo, cùm perſecutionem in imagine ſua Chriſtus pateretur: non ſolum qui dignitate & ſcien-tiâ præcellit, certare is debet, recta fidei doctrinam profe-rens, & ceteris tradens; ſed & diſcipulus quoque ipſe fidu-ciam ſumere & veritatem intrepidâ ac liberâ voce profi-teri. Non mea ſunt hæc verba, qui peccator ſum, ſed di-uini Chryſoſtomi; quinimmò & aliorum Patrum. Quod

THEODORI STVDITAE EPIST. DE PRAEPOSITIS QVI SCRIPTO SILENTIVM SVNT POLLICITI.

verò domini Præpoſiti ab Imperatore detenti hoc mini-mè præſtiterunt, quamuis dignitatis gradu & doctrinâ omnibus huius ora præpoſitis anteirent, at contra potius conticuerunt; neque id ſolùm, quòd re ipſa graue eſt; ſed chirographo etiam ſuo, ſe neque congreſſuros mutuo, neque docturos confirmarunt: id verò eſt prodere veritatem &

C præfecturam abnegare, & ſubditos ſibi, atque adeò æqua-les, & ſocios ſubuertere. Apoſtoli enim, cum à Iudæis de-nunciatum illis eſſet, ne docerent in nomine Chriſti, ſic verbis reſpondebunt: [d] Iudicate, ſi iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum. &: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Hæc & ſimilia illos dicere o-portebat, vt per eos glorificaretur Deus, & ædificarent Or-thodoxos, vt monaſteria confirmarent, & confortarent eos qui in exiliis patiuntur.

d Act. 4.5.

XXV.

Sed quid, quòd pluris facimus monaſteria quàm Deum? pluris commoda quæ inde capimus, quàm mala quæ boni cauſa ſuſtinemus? Vbinam eſt illud: [e] Loquebar in con-ſpectu Regum & non confundebar? & illud: [f] Labia mea

e Pſal. 118.

f Pſal. 39.

D non prohibebo, Domine tu ſciſti. Vbi gloria & fortitudo ordinis noſtri? Quonam pacto Sabas & Theodoſius cùm impiam hæreſim tunc temporis Imperator Anaſtaſius am-plecteretur, inſurrexerunt, pro Fide acriter pugnantes, tum eos qui perperam in Eccleſia ſentiebant excommuni-cando, tum ad Imperatorem ipſum ſcribendo, ſe mortem potiùs oppetere paratos, quàm vt de conſtitutis aliquid im-mutarent? Et dicunt (vt fama eſt) domini Præpoſiti: Qui-nam ſumus nos? Primum Chriſtiani, qui nunc prorſus lo-qui debeant. Deinde monachi, quos re nullâ adduci, nec abripi par ſit, tamquam mundo minimè adſtrictos, mini-meq; obnoxios: denique Præpoſiti, qui & aliorum ſcandala tollunt, & in nullo dare offendiculum debent, ne vitupere-

E tur (inquit [g]) miniſterium noſtrum.

g 2.Cor.6.

XXVI. NICEPHORVS PATRIARCHA SE CONTINENS SILENS SCANDALVM INFERT.

Cuiuſmodi verò ſcandalum & vituperationem, ſeu potius condeſcenſum chirographo ſuo præbuerint, quid at-tinet loqui? Nam ſi conſenſus par eſt ſilentium: illum i-pſum ſcripto in totius Eccleſiæ oculis firmare, quantum eſt nefas? Ac occultè (dicitis) ſacrificans Nicephorus, clam of-fert, & Patricq omnes (vt ceteros omittam) ſunt Ortho-doxi. Verum quid ait Chriſtus? [h] Si quis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt; & è contra de negatione. Quamquam enim hoc ſolùm chirographo ſuo poſiti ſint, ſe mutuo non congreſſuros idem plane eſt. Quomodo enim obſeruabunt quod Chriſtus ait: [i] Eum qui venit ad me, non eijciam foràs? Veniat quiſpiam percontans, & diſcere cupiens ve-ritatem, ſeu Præpoſitus ille ſit, ſeu quis alius: quid reſpon-

h Matt. 10.

i Ioan. 6.

debis et Prapoſitus? Mandatum nempe, dicet, accepi, ne loquar. atque vtinam id ſolum, ſed vt te nec monaſterio ipſo excipiam, nec tecum veſcar. Chriſtus dicit: Suſcipe, & doce. Quod ſi ſubtraxerit ſe, inquit [a], *non placebit animæ meæ. Ac his ſcripto fidem obſtrinxerunt, vt Imperatoris decreto contra Chriſtum obedirent. Hæc ſunt fratres ac patres, quæ ab eis geſta, pro certo comperi. Quæ quoniam dicerem, quod ſcirem, voluiſti, coram Deo teſte, nuntiaui.* hucuſque epiſtola Theodori, cetera deſunt in Codice cum epiſtola ſequenti.

a Hebr. 10.

XXVII. Quod autem, vt ex litteris Theodori accepiſti, Nicephorus Patriarcha & ipſe quaſi parens Imperatoriæ edicto contineret ſe domi, & ipſa etiam ſacra clàm, in multorum ſcandalum faceret: non deſtitit Theodorus ipſum ita labantem ſtatuere, & ad publicam confeſſionem erigere, probè ſciens, quátum eſſet damni allaturum Fidei Orthodoxæ Patriarchæ ſilentium, & è contra quantum afferret emolumenti eius manifeſta confeſſio. Quid autem hac in re Theodorus ipſe præſtiterit, ex eodem qui ſupra Michaële ſic accipe: *Patriarcham in primis maximè frequentabat, conſiliarium ſe illi ad omnia præbens. Cumq; illum afflictum admodum, & præ doloris magnitudine ſui penè oblitum videret, ſaluberrimis monitis recreabat, & ad Dei optimi benignitatem recolendam hortabatur: Non enim ſinet, aiebat, miſericors & clemens Deus tentari nos ſupra id quod poſſumus, neque hæreditatem ſuam inimicis poſsidendam relinquet. Nec diutius qui aduerſùs nos machinabantur, impiè agent, ſed velocem ac repentinum finem accipient, quamuis nunc ſine ſenſu hebetes, ſortiſque ſuæ ignari viuant.* hæc de rebus Patriarchæ Michael, deque Theodoro illi hoc tempore accedente fortiſſimo adiutore: etenim egit vt idem palàm egregius Confeſſor progrederetur, atque eius rei causâ primus omnium pœnas dare iuſſus, eiectus throno, in exilium mitteretur. pergit enim auctor.

THEODORVS PRÆSTO EST NICEPHORO PATRIARCHÆ.

XXVIII. *Haud multò pòſt eijcitur è ſede ſua ab impiis Patriarcha, pulſus iisdem ab vrbe ob veritatis defenſionem: damnantur pariter exilio quotquot erãt in presbyteris Orthodoxi, quibus vnicum crimen, pietas fuit.* ſed quomodo pulſus ſit ipſe Nicephorus Patriarcha, audi ex huius temporis ſcriptore Theoſterictoin Niceta, qui ait: *Leo Tyrannus ſanctiſſimo viro Nicephoro Patriarchæ ſcribens: Deſcende, inquit, tu de ſede iſta, quoniam Eccleſia te non indiget. At ille honeſtiſſimis ſuis litterulis ad eum reſcripſit: Non ita, ô Imperator, ego temerè deſcendam: non enim cauſa aliqua in me eſt, cur deponi debeam. At ſi rectæ Fidei gratiâ, & propter pietatem tyrannidem patior, ſiue per te ipſum, ſiue per aliquem regium tuum hominem, mihi ſignifices, & deſcendam. Tunc Imperator miſit vnum ex Optimatibus ſuis, qui tyrannico more ipſum depoſuit. Ille verò cùm in magnam deſcendiſſet Eccleſiam, & cereas faces accendiſſet, thuráque & preces adhibuiſſet, cùm populus ipſe illius peregrinationem lamentaretur, hanc habuit orationem: Filij, Chriſtianos vos inueni, Chriſtianos vos relinquo. Cúmque ad Acropolim deſcendiſſet, nauigium conſcendit, & venit in eum locum, in quem exul ducebatur. Illic autem in ieiunijs ac precibus ſilentio, toleratiâ, & multâ patientiâ vſque ad eum diem permanſit, quo ad Dominum ſuum migrauit.* hæc Theoſterictus.

NICEPHORVS PATRIARCHA EIICITVR IN EXILIVM CVM SVIS.

XXIX. Sed quæ Patriarchæ exilium Conſtantinopoli ſecuta ſint, à Michaële res Theodoti proſequente ſic accipe: *Videres tum impios ea patrantes quæ ſola ipſorum excogitaret & caperet improbitas. Sacras enim, proh dolor, & ſanctas imagines impuris manibus rapientes (quam fuiſſe dicam tuam, Chriſte mi, tum temporis longanimitatem?) ſolo impudenter allidebant & frangebant: alias flammis dabant, alias luto & ſordibus oblinebant, nihil denique omittebant, quod ipſorum ſimiles facere conuenirét.* hæc auctor, paucis licèt plurima mala perſtringens.

b

Porrò exulantẽ ipſum & gloriâ confeſſionis clariorem redditum Patriarcham magis quàm mille thronis, ipſe Theodorus qui eum ad certamen exercerat, & in hoſtes immiſerat, eiuſmodi ad eum ſcriptis litteris laudibus eſt proſequutus [b].

b Theod. l. 2. epi. 18. Cod. Column.

THEODORI EPISTOLA AD NICEPHORVM PATRIARC. CONFESSOREM.

Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ.

Cùm ſæpenumerò ad ſacrum beatitudinis tuæ verticem ſcribere inſtituiſſem, deſtiti ab incepto, partim indignitatis meæ conſideratione, partim etiam ex infinito te ex ærumnis nacta præpeditus. Nunc verò vtrumq; paruipendẽs, & Trinitate fretus, miſer hæc dico: Gaude, verè victor impietatis, qui virtutum quadrigis Fidei curſum conſummas. Salue magne ſol doctrinæ Orthodoxæ, cuius confeſſionis radiis vniuerſus orbis illuſtratur. Salue propugnator veritatis, veterum Sanctorum inſtar, virtutis pulchritudine collucens. Reliquiſti excelſum thronum eius cauſa, qui ſemetipſum humiliauit vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Reliquiſti miniſteria & oblectamenta Archiepiſcopalia, & variis incommodis, Confeſſorum more, exerceri maluiſti quàm temporarius frui deliciis peccati. Ac certe, quoniam non ex illis, etſi in illis viuebas, membra per vitam in Chriſto actam mortificãs, ſanctæ matris priuationem pertuliſti, caris fratribus, omnibus ſimul in omnibus ſpoliatus. Necdum opprobria tua Chriſti opprobrijs ſimilia commemoro, immiſſas à Imperatoribus oppugnationes, vexationes anguſtias, ac veluti ſuffocationes. Noctu cum Chriſto abductus es. etenim proditus etiam ipſe relegatus es, in collis confinium redactus es, Martyr Chriſti.

XXX. *Sed euge quàm in bonum tibi omnia. Attolle in orbem oculos ex ſpecula mentis, & aſpice filios tuos, ſeu mauis oues, paſtor bone, quamuis corpore diſperſas, animo tamen coniunctas, totam penè Eccleſiam tuam varijs locis occupãtes, & confeſſionis tuæ fulgore, ſtellarum inſtar, ijs qui in nocturnis hæreſeos tenebris verſantur, Orthodoxæ Fidei lumen oſtendentes. alias quidem Deo immolatas per athleticam conſummationem, alias decertantes ſine vllo præſentium rerum metu, ſed Deum flectentibus precibus tuis corroboratas. Hæc eſt gloria Eccleſiæ tuæ: Hoc inſigne ac ſymbolum martyrij: quod ſequens ætas excipiens, Deum in te, vti nunc, glorificabit. Multa tibi pro Chriſti imagine pugnanti encomia dicentur. Sed ignoſce mihi, Dei imitator, quia hæc ex amore auſus ſum quæ dixi, ſacras preces tuas impertiens; vt minimus filius tuus eſſe non deſinam, qui omnium maximè inutilis ſum propter peccata.* hucuſque ad Nicephorum Patriarcham Theodorus Studita.

XXXI. Sed quid de eo ad locum exilij pergente Cedrenus habeat, accipe: *Magnum quoq; & inter Patriarchas celebrem Nicephorum cogere voluit, vt edicto ei ſubſcriberet: nulloq; modo obtemperantem Proconneſum relegauit.* & paulò pòſt: *Cùm autem Proconneſum abduceretur Nicephorus, Theophanes Confeſſor monaſterij magni Agri Præfectus cum nauigio præteruehi diuino inſtinctu ſentiens, cùm in porto pradij quadam ipſe ageret, ſuffitu, & cereis profectus eſt. Sed & Nicephorus intenſis manibus, viciſſim Theophanẽ ſalutauit, flexuq; genibus, tum cum venerans, benedixit, cùm quidem neuter alterum videret, ſed ore ſpiritus ſe mutuò cernentes, dignum inuicem honorem exhibuerunt. Et cùm quidam vna nauigantium quæreret, quemnam ita manibus in ſublime eleuatis ſalutaret: Sanctiſſimum Theophanem Confeſſorem (reſpondit) Agri Præpoſitum, qui nos facibus & ſuffitu excepit. Neque multò pòſt exitus veram Nicephori prædictionem oſtendit: nam mox cum multis alijs Theophanes quoque ab Eccleſia eiectus, infinitiſque vexatus modis, Confeſſoris coronam deportauit: Neque ei datum eſt, Patriarcham poſſe videre, ne eius vel hac in parte falleret vaticinium.*

THEOPHANES ET NICEPHORVS NEVTER ALTERVM VIDENS SE SALVTANT.

THEODOTVS PSEVDO EPISC. CONSTANTINOPOL.

Relegato Nicephoro, ſolium Archiepiſcopale indignè conſcendit, ipſo Reſurrectionis Dominicæ die, Theodotus Meliſſenus, quem & Caſſiteram dictum, ſuprà monuimus. fuit hic ille, quem idem auctor per fraudem in hæreſim perduxiſſe Imperatorem teſtatur, qui & ſubdit: *Is eo euectus, & Imperatoris potentiam ſibi habens adiumento, non iam in tenebris & angulis, ſed palàm & pleno ore Iconoclaſtarum promulgauit hæreſim.* hactenus ipſe.

XXXII. At qualis iſte fuerit, qui tunc fuit Patriarchę ſuffectus, audi Theoſterictum in Niceta, qui ait: *Fecerunt & Patriarcham Theodotum quemdam ex eorum numero qui Spatharij dicuntur, adoleſcentium ludibrium, eligentes ſcilicet hominem ita rudem ac leuem, vt & theatri rem ludicram eum appellare ſoliti ſint, qui aliquid ridiculum & ſalſum in eum dicere volebant. Hunc, aiunt, & ſeruam quamdam ſecum habuiſſe eo nomine, quod renibus laboraret, re autem verâ, vt voluptatem expleret.* hæc de nouo & hæretico Patriarcha Theoſterictus.

Tunc & Niceta Patricius eadem ex cauſa eiicitur in exilium: nam in Menologio die ſextâ Octobris hæc de ipſo: *Sancti Patris noſtri Nicetæ Confeſſoris memoria. Hic fuit Irenes Imperatricis cõſanguineus, quem non modo per conſanguinitatem ſuſcepit, verum propter ipſius virtutem. Tantum enim laborauit & virtute perfecit, vt ad ſacram Nicænam Synodum ſecundam fuerit ab Imperatricis facie miſſus, & ſecundum Dei placitum ibi ſe geſſerit. Multâ verò pollens grauitate Patricius honoratus, Siciliæ Dux fuit electus, vbi cùm ſe bene geſſiſſet erga viduas & orphanos, reuerſus reperit Imperium occupaſſe Leonem Armenum Iconomachum: quamobrem relictâ dignitate, factus eſt monachus. Quo audito Imperator, volens eum cruciare, Saluatoris imaginem, vt eam combureret, vel ad ſe mitteret, ſignificauit. Sed id ille facere negans, ab ipſo relegatus eſt. Qui multas in exilio paſſus tentationes, conſummationem accepit.* hæc ibi in Menologio Baſilij Imp. Iuſſus pariter eſt exulare tunc Æmilianus Epiſcopus Cyzici, de quo Græci agunt diem natalem octauâ menſis Auguſti. Sed pariter in exilium actus eſt Michael Epiſcopus * Synnadorum, cuius certamen pariter recolunt Græci vigeſimatertiâ Mai.

NICETA PATRICIVS ET ALII CONFESSORES EXVLANT.

* Sinnaculorum.

XXXIII. Sed ad res geſtas Theodori Studitæ reuertamur. quidnam ab eo factum ſit, vbi demotus eſt Catholicus Patriarcha, & iam imagines ſacræ vbique cõculcarentur, ſic narrat qui eius res geſtas proſequutus eſt Michael Studita: *Noſter itaque Theodorus acerbè plangens, animumq; deſpondens in tanta rerum atrocitate, dehiſcere ſibi terram optabat, ne vel audire talia, vel cernere cogeretur. Verumtamen ne dolorem ſolus ſilentio ferre ac lugere videretur, nullumq; mali remedium inuenire: rem excogitauit, qua & hoſtes ſimul vlciſci poſſet, & nos magis magisq; confirmare. Monachos omnes qui in eius monaſterio erant, imagines accipere iubet, eaſq; manibus ſublimes geſtare, totumq; cœnobij ambitum circumire, hymnum illum dicendo:* IMMACVLATAM IMAGINEM TVAM ADORAMVS O BONE, *& quæ ſequuntur hymni ſacri, atque alios pariter victori Chriſto triumphales hymnos. Agebatur enim tum dies feſtus Palmarum, quem ante Paſsionem, Reſurrectionémq; Domini fideles omnes celebrare conſueuimus.*

PROCESSIONIBVS CELEBRAT THEODORVS SACRAS IMAGINES.

XXXIV. *Quamobrem indignatus Tyrannus (neque enim illum res latuit) famâ iam ad omnes peruagante, iniurias ſtatim, minaſq;, & qui eas inferret, ad Sanctum mittit; aut deſinere illum prorſus talia comminiſci; aut ni pareat, animumq; mutet, pœnas dare, mortémq; referre pro præmio. At ille non modo nihil remiſit, ſed maiorem etiam fiduciã ſumpſit, Fidem Orthodoxam omnibus qualis eſſet, exponens, & imaginum venerationem verbis, factiſq; declarãs: quid contumelioſi conuiciatores ſui dicerent, parùm ducens. Multi è monachis ad illum eo tempore confluebant, ſua quiſque tamquam apud communem patrem deponentes, & quid in re præſenti facere debeant, interrogantes: Quâue ratione ad Patriarchium vocati, vocationem defugere ac vitare poſſint. Vocabant enim illos impietatis duces, vt in erroris ſui ſocietatem pertraherent.* Siquidem indixerant hæreſis propugnatores vnà cum nouo Patriarcha concilium, ad quod vocauerant Orthodoxos, qui eiuſmodi conuentum malignantium vitare quauis arte ſtudebant. Quodnam autem fuerit Theodori conſilium, ita Michael edocet.

PSEVDOSYNODVS ECCLESIÆ ICONOCLASTIS.

XXXV. *His ille omnibus vtilia pariter & congruentia perſuadebat, optimum ducens penitus abſtinere, neq; eò ire, ac ne ſermonem quidem conferre cum hæreticis, vnde nulla eſſe poſſet vtilitas; litteriſq; excuſationẽ proferre, cuius rei gratiâ vocatis adeſſe non liceat. Rogabant autem illum, vt litteras ipſe dictaret, & quod vellet, ſuis verbis exprimeret. Itaque præſcribit ipſorum nomine epiſtolam, duobuſq; monachis deferendam tradit his verbis.*

VITANDI CONVENTVS HÆRETICORVM.

Nos legibus diuinis Eccleſiaſticiſq; canonibus obſequentes, qui manifeſte ſic ſanciunt, nihil præter Epiſcopi ſui ſententiam dicere aut agere oportere, aut de his quæ ad Fidei dogma, vel ad aliam quampiam diuinam controuerſiam ſpectent inueſtigare aut penitùs inquirere: nec venire, abſente Patriarcha poſſumus, nec vocantibus vobis parere; ne reos nos ipſi faciamus, violatæq; legis culpam ſuſtineamus. Eſt enim talium vindex Deus minimè multos ſinens eos, qui eius mandata deſpiciunt. Quarè ignoſcite nobis, quod aduentum refugimus, quem noxium nobis fore ſcimus. Quid enim reſpondere vobis, aut omnino loqui poſſimus, proprio capite deſtituti, cui tamquam membra copulati omnes ſumus, & ſine quo reliquum corpus operari non poteſt? Paruus enim pariter & magnus, in vniuerſum omnes ac ſinguli priuatim Patriarchæ noſtro colligati ſumus, ab eóque pendemus, & pendebimus perpetuò. huculque Theodori epiſtola apud Michaëlem ad pſeudoſynodum data nomine monachorum, qui id ab eo expetierant. Ceterum prolixiorem ipſam habemus eius ad eamdem hæreticorum Synodum congregatam nomine Præpoſitorum epiſtolam, quam hic tibi integram recitandam putamus. ſic enim ſe habet, [a] eodem inchoata principio. eſt ite titulus.

RESPONSIO SCRIPTIS REDDITA.

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 1. Cod. Column.

Iconomachicæ Synodo tamquam ex perſona omnium Præpoſitorum.

XXXVI. *Diuinis legibus, canoniciſq; decretis obſequentes, quæ præter Epiſcopi ſui ſententiam in iis quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, nedum quæ ad dogmaticas quæſtiones deducunt, nihil agi vel dici oportere definiunt. Cùm ab auctoritate veſtra ſemel atque iterum ad talia euocaremur: auſi non fuimus præter ea quæ ſtatuta ſunt agentes, accedere, vt qui ſub ſacra manu Nicephori ſanctiſſimi Patriarchæ diuino ſpiritu conſtituti ſumus. Poſtquam autem quidam ex ordine noſtro Præpoſiti, quaſi periculum aliquod facturi, accedendum ſibi, & oppoſitis ſermonibus reſpondendum cenſuerunt: quid aliud audire nobis liceat, quàm quæ humile cor noſtrum obſtupefaciant? Ferunt ſiquidem conuentum iſtum ad euerſionem ſecundæ Synodi Nicænæ, id eſt, ad tollendam venerandam Domini noſtri Ieſu Chriſti & Deiparæ, Sanctorumq; omnium imaginum adorationem conſtitui.*

THEODORI NOMINE OMNIVM EPIST. AD PSEVDOSYNODVM HÆRETICORVM.

XXXVII. *Et quiſnam hæc audiens, ex imo pectore non ingemiſcat, tamquam euerſa iam per hæc œconomia Domini noſtri Ieſu Chriſti? [b] Audi cælum, & auribus percipe terra, & quæ ſequuntur, nobiſcum exclamat clariſſimus Iſaias, [c] aut potius, & propriè magis exclamemus: Audi Oriens, Occidens, Aquilo & plaga quæ ad mare eſt, quò nunc redactæ ſunt res noſtræ, & quæ de re conuentum iſti agere non reformident. Nos itaque omnium minimi, qui præſentes, quique abſentes; vtriuſque enim idem eſt ſermo. tamquam*

[b] Deut. 32.
[c] Iſai. 1.

IVSTA DECLAMATIO THEODORI STVDITÆ.

A *vnanimes in vno eodemq́; diuino ſenſu, conſonam vniuerſa ſub cælo Eccleſia Fidem tenentes, diuinam Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctiſſimæ Matris eius, aut cuiuſcumque Sanctorum imaginem erigere & adorare, non ſolùm ex ſancta Nicæna ſecunda Synodo, alter.ive quæ ante illam diuiniſſimè do.uit, ſecurum & tutum eſſe affirmamus, ſed ab ipſomet aduentu* DOMINI *noſtri ac* DEI *tàm ſcripto quàm ſine ſcripto fundati, ſecurè ſupra ſedem illam conſiſtimus, de qua Chriſtus ait:* [a] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Iſta ipſe allodens ad Romanam Eccleſiam, cui communione omnes illi Orthodoxi coniuncti erant. pergit verò:

a Matt. 16.

XXXVIII. B *Quænam enim reperiri poſſit oratio, ſi quis tantum veritatis robur impugnandum ſibi proponat? Nam ſi communi omnium conſenſu Dominus Ieſus Chriſtus in humana forma noſtra viſus eſt: congruenter profectò circumſcribitur. & imagine exprimitur more noſtro, quamuis incircumſcriptus ipſe maneat ſecũdùm formam diuinam quippe qui mediator eſt Dei & hominum, vtriuſq; naturæ quâ conſtat, proprietates integras conſeruans. Quod ſi non circumſcribitur, homo eſſe deſineret, ac multò magis mediator, ſublatis vnà cum circumſcriptionis priuatione, omnibus eiuſdem ordinis proprietatibus. Etenim ſi circumſcripticius non eſt, nec tangi vtique poteſt. ſin tangi poteſt, vtique & circumſcribi: quibus ſane contradicere, ſtultum eſſet: corporis enim hæc propria ſunt, quod ſub tactum, coloremq; cadit. Quomodo non circumſcripticius, quando & paſſibilis? Quod ſi circumſcripticius & paſſibilis, omninò etiam adorandus, ſecundum eam humanam formam, quâ* C *circumſcribitur, cum prototypi gloria (ſicut Magnus Baſilius docet) in ſimilitudinis expreſſione minimè diuidatur: honor ſiquidem imaginis ad prototypum tranſit, quæcumque haud dubiè illa ſit, ſiue naturalis, ſiue arte facta. quandoquidem & venerandæ Crucis typo eadem ſpeculatio locum habet. cum typi enim adoratione viuificum ſimul lignum adoratur, & vice verſâ, eâ ſublatâ, ſimul tolli neceſſe eſt. Nonne typi confeſſio, confeſſio eſt viuifici ligni? eodemq́; modo negatio iuxta conuerſionis ſimilitudinem. Par igitur analogia in imagine Chriſti & Chriſto ipſo ſumenda eſt omni rectè ratiocinanti.* D

XXXIX. Firma fidei catholicæ profeſſio.

Sed nondum eſt tempus dogmaticæ explanationis, quæ vel obſcuræ admodum mentis homini facilè perſuadeat attollere oculos & ſuſpicere ad ſplendorem veritatis. Hæc peccatorum Euangelica Fides noſtra: hæc humilium Apoſtolica confeſſio noſtra; hæc minimorum à Patribus tradita religio noſtra. Præter hanc non ſolùm ſi qui, aut ſi qua ex his qui nunc ſunt vel olim fuerunt; ſed neque ſi Petrus, & Paulus (dicemus enim quæ euenire nequeunt quaſi euenire poſſint) neque ſi ex cælis ipſis veniat quiſpiam aliud docens & euangelizans, illum in communionem recipere poſſumus, qui ſanam Fidei doctrinam non ſequatur. Demùm quicquid libet auctoritati veſtræ, parata eſt humilitas noſtra vſque ad mortem perpeti potius, quàm vt negatores ſimus huiuſce noſtræ confeſſionis. E hactenus Theodorus nomine omnium Præpoſitorum. Ceterùm & ſi neque Theodorus neque qui ad eum diuerterant Archimandritæ pſeudoſynodo intereſſe voluerunt; ſed ſe ipſos ſcriptis excuſauerunt, & defenſionem pro Fide Catholica ſcripto pariter parauerunt: non defuerunt tamen Orthodoxi Epiſcopi qui adierunt, itemque aliqui ex Præpoſitis monaſteriorum, vt coràm ipſos hæreticos redarguerent, prout quæ dicentur, oſtendent. Quæ verò hæc conſequuta ſint, audi à Michaele ex eis vno qui his præſtò erant, qui ait:

XL. A *His ad tumultuariam turbam perlatis, effrenatus omnes furor inuaſit, adeò vt in latores ipſos iram effunderent, grauiſſimas illis plagas infligentes. Verùm illi quidem redierunt à conſpectu impiorum gaudentes, eò quod digni habiti ſint, pro nomine Domini hæc pati. Atrecta Fidei propugnator Theodorus haud deſtitit ab inſtituto, linguâ ſimul, manúque opportuna docens, veritatiſque dogma liquidò declarans.* Intereà verò quæ concilium malignantium ſtatuerit, ſunt intelligenda. paucis enim ea ſignificat [b] ipſe Theodorus in epiſtola ad Patriarcham Antiochenum verbis iſtis: *Synodus facta eſt, veterem illam impiam confirmans, & Orthodoxam, Nicænam ſcilicet, anathemate damnans.* de eadem quoque B Synodo ſatanica hæc & Theoſterictus in Niceta habet: *Poſtea, vbi ſcilicet Pſeudoepiſcopus Conſtantinopolitanus in locum Nicephori Confeſſoris creatus eſt, Iudaicum quoddam Concilium iidem in magna Eccleſia coegerunt, & ſub anathemate ſanctos Patres eiecerunt. Heu quæ inſania hæc fuit? Sed reuertetur dolor ipſorum in capita eorum, & in verticem illorum anathema ipſum deſcendet. Epiſcopos verò qui ab ipſo diſſentiebant, partim in terram deiectos pedibus conculcabant, partim per poſticum eiiciendos è conſeſſu curarunt. Quo facto, iuſſi ſunt introire inſignium monaſteriorum duces. Itaque omnes introierunt, è quorum numero vnus fuit & diuinus pater noſter Niceta, de quo nobis ſermo eſt. Deinde illos primùm* C *aſſentationibus, verſuto quodam modo decipere; poſteà verò & minis eoſdem perterrefacere conabantur. Cùm verò illos omnia contemnentes vidiſſent, in diuerſos carceres coniecerunt, cogitantes quidnam de ipſis fieret.*

b Theod. lib. 2. epiſt. 15. Cod. Colum.

Quæ acta in pſeudoſynodo hæreticorum.

XLI. Nicetæ confeſſoris carcer et exilium.

Tunc & ſanctus pater noſter Niceta in carcere maleolente & ſordido clauſus fuit, idque per multos dies, ita vt etſi non alia pœna ei acceſſiſſet, ſatis condemnatio hæc ad ſupplicium valeret. Erat enim vir ille, vt quiuis alius, ad nauſeam propenſus. Ad hæc omnia veniebant ad ipſum per ſingulos dies inſani & imperfecti quidam homunculi, abiecti, & pro nihilo faciendi, & planè indigni qui virum appellarent. D *eiuſmodi tamen homines nugaces, maledicta & inſana quædam verba in eum iactabant, vt moleſtiam viro ſancto afferrent Præter ceteros autem homo quidam Nicolaus nomine, inani & temerario ſermone illum ſæpius affligebat, quoad eius pater qui mortuus fuerat, in ſomnis filio Nicolao apparuit, eique minatus: Abſtine, inquit, à ſeruo Dei. Ex illo tempore vir ille immodeſtus reſipuit, neque ampliùs viro iuſto moleſtus fuit. Cùm igitur ſanctus ille pater multos dies vexatus fuiſſet; tunc Imperator in Orientis partibus illum exulem eſſe iuſſit, & in caſtello quodam ſeruari, quod Maſaleon dicebatur.* Porrò carceris tempus ad finem anni huius perduraſſe, indéque in exilium abire iuſſum, idem au- E ctor his quæ ſubiicit docet, cùm ait: *Erat autem medium hiemis tempus: itaque licebat videre ſanctum illud corpuſculum frigore ac niuibus è ſuperiore parte affligi, ex inferiore verò, cùm terra ipſa humorem emitteret, & multam difficultatem afferret, multò magis affligebatur. Ad hæc cùm is, qui virum ſanctum ad exilium ducere iuſſus fuerat, naturâ eſſet immitis, diuinum illum patrem ita vrgebat, vt per ſeptem dies, qui eo tempore breuiſſimi erant, totam viæ illius longitudinem tranſegerit.* hæc de rebus geſtis anni huius, ex quibus quæ reliqui Confeſſores paſſi ſunt, poſſumus intelligere. de quibus pauca hæc tantum idem auctor ſuperius.

Digitized by Google

XLII. THEODORI STVDITAE EXILIVM ET CARCER.

A *Omnes Imperator eiecit, ſanctum vero Theodorum,* Studitam videlicet, *in exilium miſit, ac iuſſit, quamdiu Imperator ipſe viueret, in vrbem ByZantium non reuerti. Monaſteriorum verò præſides cum præcepiſſet eos nuſquam progredi, neque Orthodoxæ Fidei veritatem docere, expulit eos ex vrbe, magnarumq; Eccleſiarum præfectos partim ad Orientis, partim ad Occidentis inſulas relegauit.* hæc ipſe.

Sed de exilio Theodori Michael paulò fuſiùs iſtis verbis: *Quamobrem neſciens quò ſe verteret Tyrannus, cùm hominis libertatem ac fiduciam ferre amplius non poſſet, ByZantio expelli atque in exilium duci, carcerique tradi iuſſit. Hanc enim vnam quaſi vitalem ſcintillam ſupereſſe videns, illam ipſam Orthodoxis eripere properabat, ne quem poſtea ſententiæ ſuæ repugnantem haberet.* B *Accepto igitur vir ſanctus hoc decreto, diſcipulos ad ſe omnes vocat. Quibus cum, Vale, dixiſſet; & apta cuique ſigillatim monita præbuiſſet: hoc ante omnia vniuerſis iniunxit, ne quis poſt diſceſſum ſuum in monaſterio remaneret, ſed abirent omnes, quà via cuique ſalutem oſtenderet: dies enim malos eſſe, pedéſq; iniquorum veloces. Ad extremum Deo ac præcipuis fratribus omnes commendans, monaſterio digreditur, flens flentes & triſtis triſtes relinquens. Quem mox vicinus Apolloniæ locus in caſtro, quod è paludis regione, Meſopa nuncupatur, cuſtodiæ traditũ excepit.*

XLIII. THEODORVS IN CARCERE ORE SCRIPTISQ. DOCEBAT OMNES.

An vero qui liber cùm eſſet, liberúmque indefeſſum docendi ſtudium oſtendebat, incluſus nunc carcere priſtinam C *curam intermiſit, ſtatimq; obmutuit, tamquam ſi anguſtiis loci oppreſſus, linguam idcirco compeſceret, velut vnà cum corpore vinctam & præpeditam? minimè gentium. Quin perinde ac ſi noui nihil accidiſſet, ita totus in docendo erat, partim hos coram allocutus & erudiens, partim ad illos atramento, manúque ſtylum exerens, & tamquam ex mentis tabulis dicta promens; aliis demum aliter, prout temporis ratio dabat, omnibus autem ſuum fructum, vtilitatémq; tribuens: ita vt ex ipſo carcere omnes vſitata eius colloquia, doctrinámque perciperent.* hæc ipſe de ſcriptis ab eo multiplicibus in carcere litteris, quæ ferme omnes quod integræ ad hæc tempora fuerint diuinitus cuſtoditæ, & in his & aliis Orientalis Eccleſiæ naufragiis fuerint illæſæ ſeruatæ: Deo ipſi optimo maximo iterum atque iterum plurimas agimus gratias. D

XLIIII. Vt autem hiſce, Lector, & tuipſe diuitiis potiaris, ex eis aliquas hic tibi pro temporis ratione deſcribere, operæpretium iudicauimus; vtpote quæ tanquam monilibus quibuſdam, auro, gemmiſq; progrediantur decoratæ, nempe catenis, plagis, vibicibus, ſacriſque Chriſti ſtigmatibus glorioſæ; quæ & Apoſtolico ſpiritu ſcriptæ, repræſentent etiam Apoſtolicam dictionem.

Primum omnium patentem, circularemq́ue epiſtolam dogmaticam, ſiue catecheticam dixerim (ſic enim ipſe eam appellat) ſcripſit ad eos, qui cauſà ſacrarum imaginum cultus, vel in carcere eſſent, vel in exilio longè, extorréſve facti, alij alio, fugientes perſecutorem, migraſſent, qua omnes perſtare E in Fide Catholica hortaretur, roborarétq; puſillanimes, & titubantes erigeret. hic eſt eius titulus.

THEODORI AD CONFESSORES EPISTOLA CATECHETICA.

Theodorus omnibus vbique propter Chriſtum diſperſis fratribus, & iis qui in carceribus & exiliis detinentur in Domino ſalutem. Potuiſſet vtique iure & illud Apoſtolicum vſurpare: Ego vinctus in Domino. Verum ex pluribus ſummam animi demiſſionem in viro ſanctiſſimo haud minùs admiror quàm eruditionem, & in afflictionibus tolerantiam, epiſtola vero ſic habet. [a]

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 8. ex Cod. Colum.

XLV. *Gratia vobis, & pax (vt Apoſtoli verbis vtar) à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſpes noſtra, pro quo & propter quem perſecutio, tribulatio, anguſtia, ſolitudo, exilium, carceres, & quotquot alia in dies ad cumulum calamitatis incidũnt, & occurrunt. Huius rei gratia, fratres cariſſimi, abſentiæ humilis faciei noſtræ ſolatium aliquod excogitantes, hanc ad vos epiſtolam mittimus, notum facientes, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri faciamus ſemper in orationibus noſtris, vnumquemque animo recolẽtes, ac priuatim commemorantes, cum lachrymis ac gemitibus leuantes manus ad Deum: vt ſicut certamen pro veritate ſuſcepimus, & in vno ſpiritu & anima vna, tamquam ex nido, ex ſacris aſceteriis noſtris proceſſimus; ita vſque ad finem Domini virtute perſeueremus, eãdẽ fidẽ habentes, eandẽ caritatem, vnanimes, idẽ ſentiẽtes, & veritatis dogma retinentes, quod annuntiatũ eſt, & inſcriptũ oculis & auribus in omni creatura quæ ſub cælo eſt: Adorare quidem Patrẽ & Filium & Spiritũ ſanctũ, venerandam & beatam Trinitatem, ſicut Theologiæ ratio docet. Confiteri autem vnum è Trinitate Filium ac Verbum Dei & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſeipſum exinaniſſe, ſeruiq; formam accepiſſe, & in ſimilitudinem hominum factum, in forma noſtra, effingi, efformariq; corporis figura, quatenus idem perfectus Deus ſimul & homo eſt: ſic intrà circumſcriptionem ſecundum nos, quorum formam aſſumpſit conſiſtens, quemadmodum ab ea per diuinæ naturæ incomprehenſibilitatem remotus eſt. Non enim vtique (ait ſcriptura) Angelos apprehendit (quamquam & illos effingi conuenit, vt viderunt quibus videre à ſpiritu conceſſum eſt) ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* versatur in his Theodorus, quod (vt vidimus) Leo Imperator cum ſuis Hagiomachis diceret effingi non debere Deum incomprehenſibilẽ tabula vnius cubiti. pergit vero Theodorus aduerſus hæc diſſerens.

XLVI. *Dicant ergo Chriſtomachi, quomodo poteſt ſemen Abrahæ non effingi? Aut quomodo per omnia ſimilis nobis erit, quorum frater vocatur, ſi circumſcriptionis proprietatem, prout in nobis eſt, qui eius fratres ſumus, non ſumpſiſſe demonſtretur? Non igitur frater, nec ſimilis nobis eſt, ac proinde nec homo. Ita concluditur ex eo quod negant Chriſtum per imaginem exprimi more noſtro. Ita illi ſalutarem œconomiam deſtruunt, perinde ac Manichæi, Valentiniani, & Marcioniſtæ, quorum communionem fugiamus, fratres, tamquam ſerpentis venenum, non corpus infuſcans (vt quodam loco ait Theologus) ſed intima mentis præcordia.*

QVALIS ECCLESIA CONSTANTINOPOLITANA.

D *Nos Apoſtolicæ & vniuerſali Eccleſiæ conſentientes (hæc enim ByZantina ſegmentum eſt hæreticorum, cui ſolemne eſt, & ab aliis frequenter abſcindi) Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum corporali figurâ depingimus: ſerie ſurſum ab ipſo eius aduentu & Apoſtolico facto deductâ, imaginem ex imagine deriuantes, quemadmodum & viuificam Crucem; non autem vt hanc quidem exprimamus, quæ Chriſti armatura eſt aduerſus diabolum, ipſum autem non exprimamus, qui armiger eſt, ſatanæ interfector. Qui enim depingi queat armatura victrix ac vera, quæ armatum quoque ipſum oculis non ſubiciat? Adoramus deinde ſanctam eius imaginem, tamquam expreſſum in ea Chriſtum adorantes. Expreſſus enim & efformatus ex vtero prodijt Deipara Matris ſuæ; ſin minus abortiuum quiddam & nõ formatus homo fuit, ô Theomachi. Quod* [b] *ſi conformatus infans prodit, & verum eſt, de quo dixit Propheta:* [c] *Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Deo vocabitur: neceſſe prorſus, vt exprimi natiua ſua poſſit & effingi.* E

[b] Luc. 2.
[c] Exod. 13.

XLVII. *Audite ſurdi, & cæci aſpicite. Vnã in re dumtaxat nouitatem in Chriſto agnoſcimus, quod ſine ſemine in Virginis vtero conceptus ſit, & ſine corruptione prognatus: quippe qui peccatum* [d] *non fecit, & in ore eius non inuentus eſt dolus. Cetera autem omnia more noſtro, edit, bibit, ſpiritum duxit, venit, ambulauit, ſudauit, laborauit, crucifixus eſt, mortuus eſt, etſi vt Deus tertio die reſurrexit, habens etiam poſt Reſurrectionem expreſſam formam noſtrã iam Deificatam & immortalẽ in ipſa factam. Secundum*

[d] Iſai. 53.

A quam, vt viſus eſt ab Apoſtolis, & cum illis edit & bibit rediuiuus, & à Thoma contrectatus eſt, omnibus qui eum ſpiritum ſuſpicabantur, dicens: [a] Palpate & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Sic & aſſumptus eſt in gloria, ſic & veniet in forma eadem ſpeciei noſtra, quem videbit omnis caro de cælo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis vindictam dantem iis, qui non nouerunt Deum, & qui Euangelio eius non obedierunt, ſicut ſcriptum eſt [b], cum quibus plangent & qui crucifixerunt eum Iudæi, & qui eius effigiem fieri non ferunt, Iconomachi.

[a] Luc. 24.
[b] 2. Theſſ. 1.

XLVIII. Hæc eſt, fratres, Euangelica prædicatio, hæc ſunt Apoſtolica documenta. Qui verò contra ſentiunt, ad aliud Euangelium (quod quidem non eſt aliud) Dei populum traducere conantur, B adulterina ſcripta proferentes, ex ventre loquentes, & non ex ore Domini. Solent ſemper cum tritico zizania ſeminari, & veritati mendacium adſpergi. Quomodo enim veritas eluceſcat, ſi contradictionem nullam habeat? Sed licet nos, inquit Apoſtolus [c], aut Angelus de cælo annuntiet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizet præter quod accepiſtis, anathema ſit.

[c] Gal. 1.

De Deipara autem & vnoquoque Sanctorum, quòd eorum efformantur imagines, ſuperuacaneum mihi eſt ſcribere vobis. Stultum quippe dixerim, quemcumque hominem non effigiari. At qui Chriſtum circumſcribi negant, qui eſt caput corporis Eccleſiæ, inferre vnà voluerunt, C membra itidem Chriſti non effingi. [d] Corpus enim Chriſti nos omnes ſumus, & membra de membro. Ipſorum autem confutatio eſt, Matrem quidem Dei effingi, nec tamen eum qui ex ea natus eſt, qui eius vberibus adhæſit, & quæcumque alia illum in corpore aduentum ſecuta ſunt. aut rurſum, Oculatos teſtes ac famulos ſtatuis exprimi, ipſum verò cui ſeruiebant, & quo cum verſabantur, non exprimi. Et Iudæis planè deteriores ſe oſtendunt, quia nec Moyſis, nec alterius cuiuſpiam è Prophetis imaginem recipiunt, admittentibus illis eos qui ante gratiam fuerant ſeu legis cultores, & non Chriſtianos. Iſti vero adeò vecordes ſunt, vt ſecum ipſi & cum Iudæis pugnent, vt neque Iudæi ſint legis cuſtodes, neque Chriſtiani, qui Chriſti effigiem exprimi nolint, quem hominem factum agnoſcunt.

[d] 1. Cor. 12.

XLIX. D Petri Apoſtoli vox eſt in hiſtoria S. Pancratij: † Fili Ioſeph, adfer imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & imprime illam in Pyrgiſco, vt videat populus qualem formam ſumpſerit Filius Dei, vt videntes, amplius credant, formæ typum intuentes, & reminiſcantur eorum quæ per nos eis annuntiata ſunt. Vox Pauli eſt: [e] O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Vox Baſilij Magni eſt: [f] Exprimatur etiam in tabula certaminis Præſes Chriſtus. & iterum: [g] Imaginis habitus honor ad exemplar tranſit. Vox multarum palmarum Athanaſij: [h] Non tamquam deos, imagines adoramus nos Chriſtiani, quod Græci faciunt, abſit: ſed affectum tantummodo, & caritatis noſtræ ſtudium erga figuram perſonæ per imaginem expreſſa declaramus. Vox Chryſoſtomi eſt: [i] Ego ex E cera fuſam amo picturam, pietatis ergò factam. Vidi enim Angelum in imagine barbarorum copias in fugam vertentem: Vidi protritas barbaras gentes, & Dauidem verà voce concinentem: Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Quid in Chriſtum hoc tempore, & in Deiparam ac Sanctos faciunt Iconomachi? O rem auditu horrendam! ſanctas illorum imagines abolendo.

† Cæremoniis Actis martyrij S. Pancratij.
[e] Gal. 3.
[f] Baſil. in Barlaam.
[g] Baſil. ad Amphiloch.
[h] Athanaſ. ad Antioch.
[i] Chryſoſt. quæ vtriuſque Teſt. idem auct. pſal. 72.

L. Atque vt ceteras aliorum auctoritates prætermittam, multa enim ſuppetunt, ſi vnam adiecero, ad aliam orationem conuertam: Vox eſt diuinorum Patrum, qui ſextæ Synodo affuerunt. In quibuſdam ſanctarum imaginum picturis agnus exprimitur, quem Præcurſor digito demonſtrat.

A Refert enim nobis verum illum Agnum, quem lex ſignificabat, nempe Chriſtum Dominum noſtrum. Nos igitur veteres figuras atque vmbras, vt veritatis notas & ſigna Eccleſiæ tradita complectentes gratiam & veritatem anteponimus, quam vt plenitudinem legis accepimus. Itaque vt id quod perfectum eſt, in picturis etiam omnium oculis ſubijciamus, Agnum illum qui mundi peccatum tollit, Chriſtum Deum noſtrum, loco veteris agni humanâ formâ poſthac exprimendum decernimus, vt per humilitatem Dei Verbi celſitudinem cogitemus, & in memoriam conuerſationis eius in carne, & cruciatuum ac ſalutiferæ mortis eius, ex quo mundo redemptio parta eſt, reducamur.

LI. EXHORTATIO AD FRATRES.

B His ergo inſtructi teſtimoniis, cariſſimi, cum illa noſtra, & ab ipſa veritate minimè dubia demonſtratione, vt ſuprà demonſtratum eſt, vigilate obſecro, & ſtate in fide, viriliter agite, conſortamini, ne in vllo deterreamini ab aduerſariis, neque à falſis fratribus, qui ſeducti fuerunt & in fraudem inducti. Quæ eſt illis quidem oſtenſio perditionis, nobis autem ſalutis, & hoc à Deo, ſicut ſcriptum eſt: [k] Quoniam vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale vidiſtis in me peccatore, & nunc audiſtis; idem ſentientes, vnanimes, collaborantes Fidei Euangelij, cum timore & tremore ſalutem veſtram operantes: vt ipſe gaudeam, cum audio de vobis.

[k] Philip. 1.

MONET EOSDEM QVID CAVERE ET QVID AGERE DEBEANT.

Videte ſatanam, videte audaciam, videte ne quis in vllo C Deum irritet. Draco enim magnus, vt vafer & callidus in varias partes ſe verſat. Vbi cum per fidem perimere non poteſt, illic per lapſum eamdem perniciem adferre ſtudet per legem peccati repugnantem legi mentis noſtræ. Rugit, quærit ſicut leo quem rapiat, titillat, ignem accendit, inflammare cupit animæ domum. Nuſquam inuidia habitet, nec contentio, nec inanis gloria, nec quicquam de operibus tenebrarum. Dum adhuc emergunt & oriuntur perturbationes, arceantur; ne poſtquam admiſſæ fuerint, animámque infecerint, difficilius expellantur. Qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: [l] Sic currite, vt comprehendatis: cedite nouiſſimis primis. [m] Non enim diſſenſionis Deus ſed pacis. Diligite, ſicut Deus, præpoſiti ſubditos, & non ex auctoritate, ſed ex virtute & bonitate ſubiectionem exigatis & obedientiam. Ne ſeparemini D ab inuicem, loca multa mutantes, & nuſquam proficientes. Marcum Euangeliſtam ſecum aſſumere noluit Paulus (ſicut [n] ſcriptum eſt) eò quòd non iſſet cum eis, ſed domi prius remanſiſſet. Quantò magis nos acquieſcere debemus? [o] Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, cariſſimi, in hoc permaneat: [p] Mundemus nos ab omni inquinamento corporis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

[l] 1. Cor. 9.
[m] 1. Cor. 14.
[n] Act. 15.
[o] 1. Cor. 7.
[p] 2. Cor. 7.

LII. Tenete [q] traditiones quas didiciſtis: inſtruite inuicem: mortem ſemper recogitate. Orate obſecro pro omnibus. [r] Benedicite perſequentes vos, benedicite, & nolite maledicere. Circumeuntes de loco in locum, egentes, anguſtiati, afflicti, & ſpeluncas forſan & cauernas terræ intrantes, gloriamini, quia propter Chriſtum: quia vobis dignus non E eſt mundus. [s] Suſtinete filioli mei filioli ſuſtinete modicum, & veniet Dominus coronæ dator, & mercedis retributor, cuius nos coheredes fore, nobis promiſſum eſt, [t] ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. In omnibus orantes pro me etiam miſero, vt confirmetur cor meum ad perferenda vſque ad mortem ea quæ nobis infliguntur: vt non repellat me Chriſtus propter indignitatem meam, vt liberer à malo per omnia vſquequaque. Nunc viuo, dilectiſſimi, dum ſtatis in Domino. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos eſtis tum in hoc, tum in futuro ſæculo? Vos enim & ſolatium caritatis, & conſolatio mea eſtis. Ipſe enim Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus ſine querela ſeruetur: [u] Fidelis Deus noſter, fratres, qui faciet,

[q] 2. Theſſ. 2.
[r] Rom. 12.
[s] Hebr. 1.
[t] 2. Theſſ. 2.
[u] 1. Theſſ. 5.

vt ſa-

vt ſilutetis innicem in oſculo ſancto. Salutatio mea humilis Theodori, ad omnia membra mea ex labijs cordis mei. Salutant vos qui mecum ſunt, fratres. Gratia cum ſpiritu veſtro. Amen. Quæ autem idem Theodorus paſſus ſit, cùm prima iſta catecheſis ad manus venerit Imperatoris, quando & verberari crudeliter iuſſus eſt, & arctiori ſtringi cuſtodiâ, ſuo loco, eo anno quo hæc contigerunt, dicturi ſumus ex epiſtola, quam idem tunc ſcripſit [a] ad eoſdem fratres.

[a] *Theo. li. 2. ep. 38 Cod. Column.*

LIII. BARDAS AVIT IN MONACHOS THEODORI.

Porrò aduerſus Theodori monachos graue bellum excitauit Tyrannus, exiſtimans eos à Theodoro diuulſos, à Fide quoque Catholica poſſe diuelli, atque ad hoc opus vſus eſt Bardâ propinquo ſuo, vt Michaël in Theodoro teſtatur. Hic quidem velut immanis inſiliens in eorum quem primum eſt nactus Thadæum monachum, ſuam crudelitatem exercuit, quem in aliorum exemplum adeò ſæuè verberari iuſſit, vt inter impacta fortiter verbera, emiſerit ſpiritum. Eſt de his eiuſdem Theodori ad Naucratium data epiſtola in hunc modum.

Naucratio filio [b].

[b] *Theo. li. 2. ep 5. Cod. Columm.*

DE MARTYRIO THADÆI EPISTOLA THEODORI.

Nuntius ſupra nuntium, & ſermo ſupra ſermonē. Quid dicam? aut quid loquar? Quem ſenſum miſer capiam in ijs quæ acciderunt? Gaudium mihi, & dolor: Iubilatio, & luctus. In affectuum duorum medio poſitus nec ſtatuere poſſum, ad vtrum me conuertam. Verùmtamen vincit qui ſatanam vicit, & principes & tortores ſæculi huius. Morti pro Chriſto datus eſt, Chriſtus agnus flagellis conciſus Thadæus, ramus meus, viſcera mea, filius obedientiæ, ſurculus pietatis, Apoſtoli cognominis: Gaudium immenſum, inſuperabilis lætitia non mihi tantùm puſillo, ſed Angelis pariter & hominibus. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, quod nunc etiam in humili generatione iſta incorruptum veritatis tuæ teſtem produxiſti: & hunc non ex ſapientibus, aut nobilibus mundi huius, ſed è planè diuerſis, vt Apoſtoli ſermo compleretur [c]: *Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret.*

[c] *1. Cor. 1.*

LIV.

Et quónam mihi abiiſti, beate fili? Vbi tam citò exaltatus es in Martyrum Album adſcriptus? O ſortem tuam! ô generoſitatem tuam! ô prudens conſilium tuum! vno die ſæcula infinita promeruiſti. Per cruciatuum tormenta inexpugnabilem lætitiam adeptus es. Centum & triginta verberum ſuffragio plenam laboris mercedem à ſancta Trinitate cum Martyribus accepiſti, nimirum ille perfectionis, ſic Trinitatis ſpeciem numerus repræſentat; vt vel ex ipſo ſupplicio magnificentiam tuam Deus oſtendat. Sanguis tuus, vnguentum. Reliquiæ tuæ ſanctificationis tangentibus largitrices. Oro te, ſancte Thadæe, intercede pro me indigno famulo tuo: neque enim audeo te filium appellare. Videtis, fratres, quid occiderit, qualem theſaurum, & quale membrum poſſideamus? Sufficit vnus ad Dei gloriam, ad oſtentationem noſtram, ad Eccleſiæ totius exultationem Dei Martyr Thadæus.

Quid cætera? Erunt (inquit [d]*) primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Hoc de Iacobo dixerim & Luciano. Quorum alter quidem decertauit, & vtinam vſque ad finem decertâſſet, cum Dorotheo & Beſſarione. Alter propter peccata mea naufragium fecit cum ſui ſimilibus. O quomodo ceciderunt in medio luminum infelices? Obliti ſunt illius qui dixit* [e]*: Nolite timere eos qui occidunt corpus: An non enim vires & facultatem dimenſus eſt, qui ſolus potens eſt, & infirmos confortans? At teſtes adſunt de propinquo. An non eos eripit de tribulatione, qui vires nondum habent, naturâ non voluntate? at teſtis Thadæus in cœlo fidelis.*

[d] *Matt. 20.*

DE LAPSIS DOLOR THEODORI.

[e] *Matt. 10.*

LV. EXHORTATIO THEODORI AD SVOS.

Ne igitur terreamur, fratres, neque animo conſternemur ob cladem eorum qui lapſi ſunt, quaſi plagas & ipſi perferre non poſſimus. Perferemus Dei virtute, & tranſiliemus, quamuis per ignem, quamuis per gladium. Deus eſt qui nos ducit, & inuitat, vt promiſſum nobis Regnum intremus, ſicut Iſraëlitæ terram promiſſionis. Neſcitis quid ijs contigerit qui populum tunc ſubuertebant, dicentes [f]*: Non poterimus penetrare, quoniam illic vrbes vſque in cælum muratas vidimus, & gigantes, inter quos Enac? Quid deinde ſequutum eſt? Nonne ob eam cauſam igne ſuccenſi ſunt? & murmurator populus vniuerſus interijt, & membra eorum ceciderunt in ſolitudine? Nullus ſit huiuſmodi perturbator: nullus moroſus: nullus deſperabundus: Tranſgrediemur omninò fratres, tranſgrediemur, ſicut Caleb, inquam, & Ieſu Naue promiſſionis hæredes. Corruent ante nos ſpirituales muri ſicut tum Hierichuntini* [g] *ad gratiarum actionis buccinam, quâ cecinit beatus Thadæus, ex ipſa laborum meta perſonans. Hæc dies quam fecit Dominus. Sic oro, ſic obteſtor. Pro* [h] CHRISTO *enim legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos, obſecramus, ne reformidetis mortem ipſam, ſi opus ſit pro illo, & cum illo ſuſtinere.*

[f] *Num. 13. 14.*

[g] *Ioſ. 6.*

[h] *2. Cor. 5.*

Ad omnes hæc epiſtola, tametſi ad te inſcribitur, fili optime. Propterea omnes ſaluto, & omnibus gratulor in æ rumnis [i]*: Et quis dignus erit adimplere ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne ſua? Et væ neganti, aut ſuccumbenti, licèt mors impendat: quia mors* [k] *æterna depaſcet eum: & dominabuntur eius recti in matutino. Pax vobis Chriſti, robur, fortitudo, conſolatio, pro fratribus vniuerſis & pro me orantibus, vt ad quæ hortor, ipſe impleam Dei miſericordiâ. Salutant vos fratres qui mecum ſunt.* iſta Theodorus hoc anno, cùm licèt in carcere nondum adeò arctaretur arctiori cuſtodia. quãdo autem loco mutatus fuerit, & duriori in cuſtodia, & diris fuerit vinculis mancipatus, dicemus anno ſequenti.

[i] *Coloſſ. 1.*

[k] *Pſal. 48.*

LVI.

Quod autem rurſum ad eumdem Leonem Imperatorem ſpectat, qui res Venetorum ſunt proſequuti, & inter alios Sabellicus, tradunt ab eodem Imperatore miſſas ad Ducem Venetiarum (hic erat Angelus Patriciacus) ſacras reliquias. quod mirum videri debet, vt quas ipſe non coleret alijs colendas mitteret; niſi dixerimus hiſce muneribus deuincire ſibi conatum animum externorum, quæ ipſe contemneret, & ab illis plurimi fieri certo ſciret. ſunt hæc verba auctoris: *Miſit* (inquit) *Leo publicè Venetias Zachariæ corpus cum parte ſacratiſſimæ Crucis, ac Dominica veſtis, & alterius, quæ Deiparæ fuit Virginis: Quæ Patriciacus Princeps nouo intulit templo, quod Zachariæ nomine ſtatuendum curauit.* par eſt credere Venetos qui erant Conſtantinopoli hoc procurâſſe apud Imperatorem, ſignificâſſeque nullo ampliori munere quam eiuſcemodi ſacris pignoribus conciliare ſibi ac deuincere ſe poſſe animos Venetorum: hocque facilè perſuaſum Principi, de Venetis benè mereri ob inuidiam partam aduerſus Occidentis Imperatores Francorum Reges cupienti.

S. ZACHARIÆ CORPVS MISSVM VENETIAS.

LVII. CAROLI MAGNI OBITVS.

Sed res ipſorum Francorum adeamus. Hoc anno, menſe Ianuario, moritur Carolus Magnus Imperator, de cuius ad Deum tranſitu habet ita Eginhardus. *Cùm Aquiſgrani hiemaret, menſe Ianuario, febre valida correptus decubuit. Qui ſtatim (vt in febribus ſolebat) cibi ſibi abſtinentiam indixit, arbitratus hac continentiâ morbum poſſe depelli, vel certè mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quam Græci pleuriſim vocant, illoque adhuc inediam retinente, neque aliter corpus quàm rariſſimo potu ſuſtentante, ſeptimo poſtquàm decubuit die, ſacrâ cõmunione perceptâ, deceſſit anno ſuæ ætatis ſeptuageſimo ſecundo; ex quo regnare cœperat quadrageſimo ſeptimo, quinto Kalend. Februarij horâ diei tertiâ.* Sed quibus prævijs ad ſalutem remedijs curarit animã, accipe ab auctore eius temporis monacho monaſterij Engoliſmẽſis, qui eius vitã æquè per annos ſingulos ſcripſit, de quo ſæpè ſuperius, qui ait: *Oleo autem ſancto inunctus ab Epiſcopis, & viatico ſumpto, & omnibus ſuis diſpoſitis, commendans Domino ſpiritum ſuum, obijt in*

Digitized by Google

pace, anno octingenteſimo quartodecimo ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti. hæc ipſe.

LVIII. Sed & quæ de eius ad Deum tranſitu Theganus eius temporis teſtis adducit in medium, recitemus. ait enim: *Septimo die poſtquam laborare cœpit, iuſſit familiariſſimum Pontificem ſuum Hiltibaldum venire ad ſe, vt ei ſacramenta Dominici corporis & ſanguinis tribueret, vt exitum ſuum confirmaret. Quo facto, laborauit in infirmitate diem illum & noctem ſequentem. In craſtinum verò, luce adueniente, ſciens quod facturus erat, extenſa manu dextera, virtute qua poterat ſignum ſanctæ Crucis fronti imprimens, & ſuper pectus, & omne corpus conſignauit. Nouiſſimè autem colligens pedes ſuos, extendens brachia & manus ſuper corpus, clauſit oculos, pſallens hunc verſum leniter: In manus tuas commendo ſpiritum meum. Statim poſt hæc in ſenectute bona plenus dierum perrexit in pace*, &c. vt alij de diu & ætate ipſius. His addenda eſſent quæ de obitu eiuſdē Imperatoris auctor, Turpinus falſo inſcriptus narrat, ſed fabularum contextori, nec ſi verum dicat, fides adeò tuta adhiberi poteſt.

LIX. De eius verò ſepultura idem qui ſuprà auctor Theganus habet iſta: *Corpus eius aromatizatum eſt, & in ſede aurea ſedens poſitum eſt in curuatura ſepulchri, enſe aureo accinctus, Euangelium aureum tenens in manibus, & genibus reclinatis, humeris in cathedra & capite honeſtè erecto ligato aurea catena ad diadema, & in diademate ſignum ſanctæ Crucis poſitum eſt. Et repleuerunt ſepulchrum eius aromatibus, pigmentis, & balſamo, & muſco, & theſauris multis in auro. Veſtitum eſt corpus eius veſtimentis Imperialibus, pera peregrinalis aurea poſita eſt, quam Romam portare ſolitus erat. Sceptrum autem & ſcutum aureum, quod Leo Papa conſecrauerat, ante eum poſita ſunt dependentia. Et clauſum & ſigillatum eſt ſepulchrū eius. Nemo autem referre poteſt, quantus planctus & luctus pro eo fuerit per vniuerſam terram; etiam inter Paganos plangebatur quaſi pater orbis.* hactenùs ipſe. His addamus quæ de ſepultura & inſcriptione habet Eginh.

LX. *Dubitatum eſt*, inquit, *primo vbi poni deberet, eò quod ipſe viuus nihil de hoc præcepiſſet: tādē omniū animis ſedit, nuſquam eum honeſtius tumulari poſſe, quàm in ea baſilica, quā ipſe propter amorē Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ob amorem ſanctæ & æternæ Virginis Dei Genitricis, eius proprio ſumptu in eodē vico conſtruxit, in hac ſepultus eſt eadē quâ defunctus eſt die; arcúsq; ſuper tumulū deauratus cū imagine & titulo extruct*[*], *cuius hæc ferè ſunt verba.*

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII. FOELICITER[*] TENVIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICTIONE VII. QVINTO KAL. FEBRVARII.

* rexit

LXI. CAROLI FORMA CORPORIS. Qualis autem eius fuerit forma corporis (ſi & hoc cupis) idem Eginh. ita tibi deſcribit: *Corpore fuit amplo & robuſto, ſtaturâ eminenti, quæ tamen iuſtam nō excederet: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem eius conſtat habuiſſe*[*] *menſuram. Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canicie pulchrâ facie lætâ & hilari, vnde formæ auctoritas & dignitas tam ſtanti quàm ſedenti plurima inerat. quāquam ceruix obeſa & breuior, venterq; proiectior videretur: tamen hæc cæterorum mēbrorum celabat æqualitas, inceſſu firmo, totaq; corporis habitudine virili, voce clarâ quidē, ſed quæ minus corporis formæ conueniret. valetudine proſperâ, præterquam antequā decederet, per quatuor annos crebrò febribus corripiebatur, ad extremum vno etiam pede claudicaret.* hęc Eginhardus, qui eſt (vt ſæpè dictum eſt) fuit à ſecretis, vitamque eius ſcripſit, ſed breuius meâ ſententiâ, quàm par erat.

* figuram

LXII. Meminit eiuſmodi Eginhardi lucubrationis de vita Caroli, Lupus Abbas Ferrarienſis magna cum laude in epiſtola ad ipſum ſcripta, vbi poſt alia hæc ait: *Cum deinde in auctorum voluminibus ſpaciari aliquātum cœpiſſem; & dictatus noſtrâ ætate confecti diſplicerēt, propterea quod ab illa Tulliana, cæterorumq; grauitate, quam inſignes quoque Chriſtianæ religionis viri æmulati ſunt, aberrarent: venit in manus meas opus veſtrum, quo memorati Imperatoris clariſſima geſta (liceat mihi abſque ſuſpicione adulationis dicere) clariſſimè litteris allegaſtis. Ibi elegantiam ſenſuum, ibi raritatem coniunctionum, quam in auctoribus notauitam, ibidemque non longiſſimis periodis impeditas & implicitas, at modicis abſolutas ſpacijs ſententias inueniens, amplexus ſum. Quare cum & ante propter opinionem veſtram, quam ſapiente viro dignam imbiberam, tum præcipuè propter expertam mihi illius libri facundiam, deſiderarem deinceps aliquam naſci opportunitatem, vt vos præſentes alloqui poſſem*, &c. hæc de libro, quo res geſtæ Caroli Magni ſcriptæ leguntur, Lupus; ex quo pariter non alterius auctoris, nempe Albini (vt aliquis exiſtimauit) ſed re verà Eginhardi opus illud eſſe ſatis certum oſtenditur.

Sed reuertamur ad Carolum, cuius ſi animæ, ſicut & corporis ſpectes formam, planè ex his quæ de ipſo ſcripta ſunt ab eo, tum ab alijs eius tēporis ſcriptoribus, dignum virtutum exemplar intueberis, religionis verò omnibus abſolutum numeris ſimulachrum, cui nec, meâ ſententiâ, qui præceſſerunt, vel poſteà ſucceſſerunt Imperatores, penitùs æquari valeant; ſed nec in moribus etiam haberet æqualem, niſi ipſe coniugalem caſtitatem concubinarum introductione fœdâſſet. Sed poſterior maculas iſtas pœnitentia iugis abſterſit, dum carnem ſuā, ſenilem licèt, cilicino ſuper nudum corpus inhærente iugiter indumento attriuit. XLIII.

Porrò egregiarum ipſius virtutum merito Eccleſia Gallicana eius diem natalem celebrat, habentq; inter Sanctos recenſitum Aquiſgranenſis Eccleſiæ tabulæ. Sub Federico Imperatore poſt annos centum ſexaginta ſex, Paſchalis, Papa dictus, in numerum Sanctorum adſcripſit, cui rei geſtæ aſſeruari diploma in Aquiſgranenſi Eccleſia tradunt. Verùm quod Paſchalis ille haud legitimus Pontifex fuit, ſed ſchiſmaticus, eiuſmodi canonizatio haud recepta eſt ab Eccleſia Romana, ob quam cauſam nec nomen eius illatum eſt in Eccleſiæ Romanæ Martyrologium. Verùm quod non reperiantur legitimi Pōtifices illud diploma aboleuiſſe, aut impugnâſſe, aut prohibuiſſe, res ſic tacitâ permiſſione ſiue tolerantiâ perſeuerat, vt ſcilicèt in propria Eccleſia vbi ſepultus fuit in Gallijs coleretur. ita quidem canonum præcipui interpretes declararunt[a]. Cæterùm propagatus poſteà noſcitur eius cultus in alias Eccleſias Belgij, atque Germaniæ, in quibus idem Carolus ſanctitatis titulo celebratur ac colitur. quibus fauent ſcripta plurium rerum Francorum hiſtoricorum. Sed de his hactenùs. Iam verò ad eius ſucceſſorem Ludouicum filium ſe oratio conferat, de quo iſta Theganus rerum ipſius ſcriptor illius temporis.

[a] *Card. Oſtienſ. & Io. Andr. in c. 1. de reliquijs & Vener. San.*

LXIV. *Poſt obitum glorioſiſſimi Imperatoris Caroli perrexit Ludouicus de partibus Aquitaniæ, & venit in Aquiſgrani palatium. Suſcepit omnia regna quæ Deus tradidit patri ſuo ſine vlla contradictione (qui eſt annus Incarnationis Domini octingenteſimus decimusquartus, qui eſt primus annus Regni eius) poſt patrem ſedit in ſupradicto palatio. Et in primis cum magna feſtinatione iuſſit oſtendi ſibi omnes theſauros patris in auro, in argento, in gemmis pretioſiſſimis & in omni ſupellectili. Dedit ſororibus ſuis partem earum legalē, & quicquid remāſerat dedit pro anima*

patris.

MAXIMA PARS THESAVRI ROMAM MISSA.

patris. Maximam partem theſauri miſit Romam temporibus beati Leonis Papæ. Et quicquid ſuper hoc remanſerat, ſacerdotibus & pauperibus, aduenis & viduis, orphaniſque omnia diſtribuit, nihil ſibi reſeruans præter vnam menſam argenteam, quæ triformis eſt in medio, quaſi tres clypei in vnum coniuncti: ipſam ſibi retinuit ob amorē patris, & tamen eam dato pretio redemit, quod pro patre tradidit.

LXV. LEGATIONES EX DIVERSIS LOCIS AD LVDOVIC. IMP.

Hoc facto Legati venerunt ad eum ex omnibus Regnis & prouincijs & ex cæteris nationibus, & omnes qui ſub ditione erant patris ſui nuntiantes pacem & fidem erga eum obſeruare, & ſpontaneum obſequium non coacti obtulerunt. Inter eos venerunt Legati Græcorum cum Amalario Treuirenſi Epiſcopo, qui erat Legatus piæ memoriæ Caroli ad Principem Conſtantinopolitanum, cuius nomen modò non occurrit (Leo iſte erat) *illi venientes in ſolio patris collocatum dominum Ludouicum inuenerunt, quia ſic Deus ordinauit. Ille benignè eos ſuſcipiens, & dona eorum cum gratiarum actione accipiens, & colloquium familiare, interim quouſque cum eis erat, habebat. Non poſt multos autem dies magnis honoribus decorauit eos, & dimiſit ire ad propria, & ante eos miſit Miſſos ſuos præparare eis quicquam deſiderabant ad opus eorum quouſque forent in Regno. Eodē anno iuſſit ſupradictus Princeps renouari omnia præcepta quæ ſub temporibus fratrum ſuorum geſta erant in Eccleſiis Dei, & ipſe manu propriâ ea cum ſubſcriptione roborauit*, &c. agit auctor de alijs legationibus è diuerſis locis ad nouum Imperatorem hoc eodem anno miſſis, alijsq; quas ipſe ad diuerſos Principes miſit; quæ cùm ad inſtitutum minimè ſpectare videantur, dicere prætermittimus.

IESV CHRISTI Annus 815.

LEONIS PAP. III. Annus 20. LVDOVICI 2. LEONIS ARMENI 2. IMPP.

I. SEQVITVR Chriſti annus octingenteſimus decimusquintus, Indictione octauâ. Quo rurſum ſancta Dei Eccleſia Romana ſceleratorum hominum factione preſſuram paſſa eſt. Siquidem Carolo Magno Imperatore ſublato de medio, qui eius Eccleſiæ protectionem ſuſceperat, ſemperq; liberauerat à prauorum hominum in Leonem Romanū Pontificem inſurgentium audacia: quaſi eius morte deſtitutus omninò remanſiſſet auxilio, rurſum facinoroſi in eum inſurrexere, molientes inſidias. quod ſciens ipſe Pontifex, in eos lege agi præcepit, cuius rei gratiâ magnæ ſunt turbæ Romæ concitatæ, ſequutæque ſunt plurimæ ſtrages, deprædationes, incendia, aliaque mala, adeò vt opus fuerit Ludouico Imperatori mittere in Vrbem qui loco Pipini fratris ſucceſſerat in Regnum Italiæ Bernhartum. At hæc & alia narrantur ab Annalium ſcriptore huius temporis domeſtico Ludouici, dum ait: *Priuſquàm autem Ludouicus illuc veniret, ſed domi adhuc eſſet, allatum eſt ei, quoſdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem Papam in ipſa Vrbe Roma conſpiraſſe, ac deinde cùm huius cauſa * indicium ad Pontificem eſſet delatum, omnes illius factionis auctores ipſius iuſſu fuiſſe trucidatos. Quod cùm moleſtè ferret, ordinatis ſuis Sclauorum & Harioldi rebus, ipſoq; in Saxonia dimiſſo, cùm ad Francenoſurt palatium veniſſet, Bernhartum Regem Italiæ nepotem ſuum, qui & ipſe ſecum in Saxonia fuerat, ad cognoſcendum, quod nuntiabatur, Romam mittit.*

IN LEONEM ROMANVM PONTIFICEM CONIVRATIO.

* indicium

II. *Is cùm eò veniſſet, ægritudine decubuit: res autem quas compererat, per Geroltum Comitem, qui ad hoc ei Legatus erat datus, Imperatori nuntiauit. Quem Legati Pontificis Ioannes Epiſcopus Silua candidæ, Theodorus Nomenclator, & Sergius Dux ſubſequuti, de ijs quæ domino ſuo obijciebantur, per omnia Imperatori ſatisfecerunt.* & poſt nonnulla: *Cùm autem Romani Leonem Papam ægritudine decubuiſſe viderent, collectâ manu, omnia prædia, quæ in ſingularum ciuitatum ditionibus ſiue territorijs nouiter extruxerat, primùm diripiunt, deinde immiſſo igne cremant, tum Romam ire ſtatuunt, & quæ ſibi erepta querebantur, violenter auferre. Quo comperto, Bernhartus Rex miſsâ manu, per Vuinigiſum Ducem Spoletanum ſeditionem illam ſedauit, & eos à cœpto deſiſtere fecit. Quæq; erant geſta per Legatos Imperatori nuntiauit.* hucuſque auctor.

III. Sic & omnes huius temporis ſcriptores, qui res geſtas Ludouici ſunt proſequuti, ſicut auctor qui eius vitam conſcripſit Adhemarus & apud Aimoinū appoſuit appendicem, res pariter geſtas ſui temporis proſequutus, æquè teſtantur Legatos Apoſtolicos purgatum reddidiſſe Leonem Pontificem in omnibus ipſi obiectis apud Ludouicum Imperatorē.

AVGETVR LEONIS PERSECVTIO IN ORTHODOXOS.

Quòd verò pertinet ad res Orientales, hoc eodem anno impius Leo Imperator maiori odio in Orthodoxos cœptam anno ſuperiori perſecutionem adaugens: vt ad lapſum cogeret, quos relegarat Epiſcopos & Abbates, eoſdem Conſtantinopolim reuocat, præſenſque adhibet ad ruinam ipſorum omnem ſolicitudinem. Quod & ex ſententia ipſi accidit, vt nonnulli metu pœnæ in laqueum apoſtaſiæ abducti fuerint magno ſcandalo & ruinâ fidelium. Acta iſta quidem fuiſſe hoc anno ſecundo Leonis, Theoſterictus in Niceta demonſtrat, cùm ſequenti hieme à perſecutione excitata id acciſſe teſtetur, qui de Niceta Confeſſore id memoria dignum enarrat.

IV. *Cùm Imperator conſideraſſet, exilio ipſo nihil aliud perfectum iri, niſi Patres illos alacriores reddi, quippe qui animos omnibus anguſtijs maiores haberent: verſutus ille conſilium mutauit. Cùm enim nondum quinque dies illi viri in exilio manſiſſent, rurſus maiore quodam ſtudio eoſdem Byzantium reuerti iuſſit, eâdem itineris difficultate & moleſtiâ: eoſque tamdiu liberos eſſe, quoad ipſe cogitaret, quâ ratione ad ſuam voluntatem illos pertrahere poſſet. Cùmque hiemis tempus, & ſanctorum ieiuniorum dies tranſiiſſent, poſt ſanctum Paſcha malorum inuentori Ioanni eos tradidit, vt quâ vellet ratione, ipſos affligeret. Cùm igitur eos apprehendiſſet, in diuerſos carceres miſit, & talibus tormentis ſubiecit atque compreſſit, qualibus neque Gentiles olim Martyres ipſos afflixerant. Cùm enim in triſtes & obſcuros carceres eos conieciſſet, neque ſtratum aliquod infra ſe, neque tegumenta ſuper ſe habentes, eo modo quo ſinguli erant induti, ſic humi proſtrati ſunt, teſtis quibuſdam pro puluinari vtentes. Quibus ſingulis per foramen quoddam anguſtiſſimum panis eiuſque putidi vnciam velut canibus proiiciebant, tantum videlicèt, quantum ſatis eſſe videbatur, ne fame perirent. Iiſdem & parum aquæ maleolentis dabatur. Erat enim Imperatori propoſitum, vel ſanctos viros ad ſuam ſententiam adducere, vel vitâ eos priuare. Quin etiam vt plus moleſtiæ & ærumnarum celeberrimo Patri noſtro Nicetæ afferret, eum qui illi miniſtrabat, fratrem noſtrum Theoctiſtum nomine, qui Chriſti gratiâ ei ſucceſſor fuit, adhuc iuuenem in cuſtodia concluſit, & eâdem ratione afflixit.*

REVOCANTVR IN VRBEM EXVLES ARCHIMANDRITÆ.

V. *Cùm autem aduerſarij illos vidiſſent malle mori, quàm veritatem prodere: dederunt operam, vt ipſos eo nomine deciperent, quod nihil aliud ab eis quærerent, niſi vt ſemel cùm Theodoro Patriarcha communicarent, neque quidpiam aliud facerent; deinde ſinguli ad ſua monaſteria regredi poſſent cum ea fide & ſententia quam haberent. Hac conditione exierunt Patres illi, ſi decet eos Patres appellare, qui velut in palæſtra quadam ſupplantati ſunt, quamuis eam rem in ardentem quendam feruorem poſterius conuerterint, ob idque carcere detenti fuerint. Venerunt ad*

LAPSVS MVLTORVM ARCHIMANDRITARVM.

ſanctum

Digitized by Google

ſanctum Nicetã, eum hortantes, vt exiret de carcere. Cùm autẽ ille remoraretur, & nullo pacto ijs quæ ab ipſo dicerentur, parere vellet pergebant ipſum excitare, quod dicerent, fieri non poſſe, vt illic ipſe remaneret, alijs exeuntibus. Nihil, inquiebant, eſt quod illis à nobis quærunt. Paululum quidpiam prudenter eis concedamus, ne ipſi totum perdamus.

VI. NICETA DAT MANVS.

Itacum diutiùs vim inferrent, contra voluntatem ſuam Pater ceſsit, non ærumnas fugiens, neque quod calamitates pati recuſaret (nunquam enim hoc dixerim) ſed Patrum exhortatione impulſus ſe ſubiecit, non animo & propoſito, ſed ſenes reueritus. Nam ſi pro Fidei ratione vita & mors propoſita illi fuiſſet: certò ſcio mortem illi futuram fuiſſe optabiliorem, neque omninò de recta Fide ac doctrina aliquid eum remiſſurum fuiſſe, etiam ſi pericula infinita propoſita ei fuiſſent. velabatur deceptio ſub diſpenſationis prætextu ab illo Ioſepho ſceleſto Ioannis in impietate collega: nam & eodem nomine probarat & benedixerat nuptias mœchi Conſtantini Imperatoris, vt ſuperiùs dictum eſt. hoc itaque velamento ſimpliciores decepti ſunt, vt ſua reciperent monaſteria. Pergit verò Theoſterictus.

VII. ARCHIMANDRITÆ COMMVNICANT CVM THEODOTO HÆRETICO.

Quamobrem omnes ad ea quæ oratoria dicuntur, quæque vt anteà picturis exculta erant, aſcenderunt, communicaruntque cum Theodoto, manum illi dantes. Tunc illis Theodotus: Qui non adorant, inquit, imaginem Chriſti, anathemati ſubiiciantur. ita aſtutiſſimus homo adorare ſe Chriſti imaginem profeſſus eſt, vt monachos Confeſſores faceret deſertores, eorumq; communionem fraude ſubriperet. Itaque pergit auctor. *Reliqui Patres in ſuum quiſque monaſterium, quod regebat, abierunt. Ille verò beatus pater Niceta, cũ ſecũ animo cogitâſſet, multæ ruinæ causã eſſe, cũ quis ab inſtitutionis norma deflexerit, decreuit aufugere, & in aliam regionem proficiſci, & illic errorẽ, in quem lapſus fuerat, emendare. Cùm igitur omnia ſua in nauigium coniecisſet, nauigauit vſque Proconneſum. Sed illic ſententiam mutans, ſecumq; dicens: Vbi erratum commiſſum fuit, illic opus eſſe & emendationem fieri: redit rurſus Byzantium, & in priore ſua confeſſione ac fide permanebat, nihil omninò metuens.*

VIII. NICETA LAPSVS ITERVM CONFESSVS.

Quem cùm Imperator ad ſe vocaſſet: Quid eſt, inquit, quod cùm alij Patres in ſua monaſteria profecti ſint, tu ſolus hic relictus es, propriam voluntatem ſequutus, non edicto meo parens? ſed, vt audiui, cogitâſti imperium noſtrum aufugere & nos decipere. Quamobrem noſtro edicto cedens, in monaſterium tuum redi, ſin minùs ærumnas tibi afferam, quas perferre non poteris. Ad hæc ſanctus ille vir leni voce reſpondens: Ego, inquit, Imperator, neque in monaſterium meum redibo, te iubente, neque à fide mea deſciſcam, ſed in eadem confeſſione mea ſum & ero, in qua Patres mei ſeruati ſunt, & propter quam olim periclitati ſunt optimi Eccleſiæ propugnatores. In qua Eccleſia nos ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Benè illud ſcito, Imperator, quod neque mortem extimeſcens (ad tempus enim hæc eſt) neque vitam hanc appetens (Deus teſtis eſt) feci quod non decebat, ſed ſenum illorum reuerentiâ his me ſubieci, quibus non debui. Certò igitur ſcias, nullam me vobiſcum habere communionem, ſed in traditione permanere, quam ab initio accepi. Fac igitur quicquid libet: nihil ampliùs à me te auditurum ſperes.

IX. NICETA ITERVM CONFESSOR CONIICITVR IN CARCEREM RELEGATVS IN INSVLAM.

Cùm igitur Imperator eâ ſententiâ illum eſſe vidiſſet, quæ mutari non poſſet, eum Zachariæ cuidam tradidit regalium ædium curatori, quæ Magnauræ dicuntur, illucq; interea iuſsit ab illo viro cuſtodiendum, quoad quid de ipſo agendum eſſet, decerneret. Cùm autem Zacharias ille pietatis eſſet ſtudioſus, nihil mali ſancto homini fecit, ſed omninò aliter ſe gerens, beneficijs maximis eum afficiebat, neque in eius vultum præ reuerentia intueri audebat. Eum poſteà Imperator exulem miſit in vnam quandam inſulam ex ijs quæ ſunt in ſinu ipſo poſita, Glyceria vocata. Eam verò inſulam detinebat Anthemius quidam præſtigijs deditus, ſacrilegus, verſutus, obliquus, doloſus, arrogans & crudelis. Hunc propter nimiam ipſius malitiam, monaſteriorũ quæ illic erant, præſidem impij homines fecerunt. Talibus enim vitiis tunc imperia in manus tradebantur, vt eorum potentiâ totum perumerteretur. Illum propter malitiam eius inſaniam, arrogantiam, & temeritatem, eius loci homines Caipham nominabant.

X.

Hic cùm ſanctum virum accepiſſet, & poteſtatem contra eum haberet, crudeliter eum affligebat. Cùm enim in anguſto & arcto carcere ipſum concluſiſſet, perpetuò vexabat, neque paululùm è carcere illum proſpicere ſinebat, ipſe carceris clauem ſecum ferens, & per foramen quoddam paululùm cibi ei dari iubens. Quippe homines impij ei promiſerant, ſi Nicetæ perſuaſiſſet, vt cùm ipſis conueniret, maiore honore donandum. Quocirca nefarius homo Nicetam affligebat, ſperans viro ſancto perſuaſurum quod volebat. Sed ſefellit eum ſpes ſua: ſiquidem vſq; ad Leonis obitum conſtans in eo ingi martyrio perſeuerauit. Cùm enim dicat Theoſterictus ſex annos illic degiſſe vſque ad necem Imperatoris, vtique hoc anno illuc eum amandatum, affirmare neceſſe eſt, vt intelligas omnia temporis rationi congrua reddi. Multa verò alia digna viro ſancto à Niceta illic geſta eſſe, idem auctor commemorat, quæ breuitatis causâ nos præterimus, ad Theodorum Studitam orationem conuertentes.

THEODORVS NON VOCATVR CVM ALIIS CONSTANTINOPOLIM.

Non enim ipſe Theodorus, vt alij Archimandritæ, vocatus eſt Imperatoris edicto Conſtantinopolim, quod ſciret ipſum eius prauo conſilio obfuturum: quippe quod non ſolùm ſpes nulla eſſet ipſum à propoſito diuellendi, ſed fore, ſi veniſſet, vt alios ab Imperatoris ſententia, ne illi parerent, impediret. Iſta igitur probè ſciens Imperator abſentem potiùs eſſe maluit, quàm præſentem liberè ipſius vocis ictibus verberari. Porrò cùm ſciſſet Theodorus tot Præpoſitorum monaſteriorũ naufragium, ſummo fuit dolore affectus, prout eius hoc tempore ſcriptæ litteræ ad germanum ſuum Ioſephum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem indicant, quæ ſic ſe habent[a].

a Theo. li. 2. ep. 9. ex Cod. Colum.

XI. THEODORI EPIS. AD IOSEPHVM ARCHIEPIS. THESSAL.

Ioſeph fratri & Epiſcopo Theodorus.

Semper mihi optabile ſcribere ſanctitati tuæ, ac tantò magis, quantò exilij noſtri longiora ſunt interualla: facit enim, vt propiùs quodammodo veniam in cõſpectum tuum, & leuamen affert ipsâ tui allocutione. Quod & nunc quoque accidit grauiter mœrenti ob proditam à quibuſdam Præpoſitis veritatem. Vt enim iam nouit ſanctitas tua, veteris illa cuſtodia, Ioſeph inquam adulteri copulator, Photinodites, Heracleotes, Mediciotes, Myſianus, Hypolichuiotes, Guleotes, & (ô peccatum meum) etiam Philubutenus ſtultâ ſimplicitate captus, vnanimi conſenſu, diſpenſationem ſcilicèt inſtituentes, abrepti ab eo qui talia patrare ſolet Ioſepho, poſt ſatanam abierunt, ſemel atque iterum cum impijs communicantes. Qua de cauſa beneuolè dimiſſi, in errorem ſuum inſtabiles impellunt. Quin etiam, vt apparet, Nicænus quoque in ruinam poſitus eſt Epiſcoporum. Reuocantur enim ab exilijs, vt talia faciant. Et niſi nos fulciens præueniat manus Dei, perimus & nos qui reſidui ſumus. Quid ergo eſt, quod iterum in nos humiles cum paucis alijs incumbere fabula videtur?

XII.

Exurge itaque, vir Dei, tanquam Pontifex Chriſti veri principis paſtorum; tantoq; impenſius, quantò cæteris omnibus ſupereminet culmine ſacerdotij, vno dempto, quod in abdito detinetur[b]: Glorifica Deũ in corpore tuo & in ſpiritu tuo. Non penitùs in inſula relinqueris: exerceri forſitan & probari te, ſicut anteà, oportet, vt coronam inde referas illuſtriorem. Heu, heu frater, in quæ tempora reſeruati ſumus? ſed gratia tamẽ ei qui reſeruauit. Et hoc à Deo, quoniam nobis donatum eſt à Chriſto[c], non ſolùm vt in eum

b 1. Cor. 6.

c Philipp. 1.

credamus,

A *credamus, ſed etiam vt pro illo patiamur. Non deſpexit Do-
minus humilitatem noſtram in ijs quæ anteceſſerunt; ſed
neque nunc, ſpero, deſpiciet venerentiã tuam; ſed ſicut tunc,
ita & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore tuo, faciens
ſupra modum miſericordiam ſuam ad oſtenſionem virtu-
tis ſuæ. Propterea & mihi quoque porrige manum inter-
ceſſionis, vt confirmer, & eruar ab ingruente hieme amara.
Sta, & propitium fac, vt procella in auram ſpiritum con-
uertatur. Vtinam! Fratribus ſalutem plurimam dico; vos
obſecrans, vt orent pro humilitate mea. Qui mecum ſunt,
pedibus tuis aduoluuntur.* hactenus ad Ioſephum The-
odorus, qui eodem argumento epiſtolam ſcripſit
ad Naucratium, vnum ex ſuis diſcipulis Confeſſo-
rem valdè carum, quâ etiã expoſtulat de lapſu Præ-
B poſitorum, plurimùm deteſtans Ioſephum illum
inuerſorem canonum, omnium peccatorum licen-
a Theod. l. 2. ep. 10. Cod. Column. — tiam prædicantem ex diſpenſationis indulgentia.
ipſa autem epiſtola digna memoriâ ſic ſe habet [a].

XIII. De lapſis ad Naucratium epiſtola.

Naucratio filio Theodorus.

*Peſſimus nuntius litterarum tuarum, ô fili, qui ſimul
animam meam attigit, reuera contriſtauit, & vordis la-
chrymas eliciut, tantum non inſomnem mihi reddens no-
ctem illam, quâ literas accepi. Atque hoc quidem omnium
cauſa, qui vna lapſi ſunt, maximè autẽ ob Philubuta Præ-
poſitum: nam quod ad alios attinet, conſentanea præteri-
tis egerunt? hic verò ex ijs erat, qui ſecurè ſtare videban-
tur. Mirabar itaque priuſquam ruerent illi, quòd priſtinã
ſuam circa adulterium & adulteri nuptias ignauiam mi-
nimè agnoſcentes, in repræſenti aliquid auderent: cogita-
C bamq; illos priuatim forſitan & apud ſe pœnitentiã tactos
fuiſſe. Ideò gaudebam miſer, quaſi rectè ambularent. Sed
in marcidis (vt apparet) domum ſuam ædificantes, ingru-
ente hæreſeos turbine, ruinâ peſſimâ corruerunt, diſpenſa-
tionem iterum appellantes, ipſam veritatis condemnatio-
nem. Illi ipſi qui ſcandalo Eccleſiæ Dei anteà fuerant, eodẽ
nunc relabuntur, & facti ſui exemplo ad interitum pro-
uocant vniuerſos. Et quidem parati plurimi ad criminis
ſocietatem, prætextum quempiam in neceſſitatibus reperi-
re geſtientes, quo ærumnarum & calamitatum expers ipſis
pietatis certamen reddatur, in negatione Chriſti, Deiparæ,
Sanctorum omnium, communionem inierunt. Hoc ſiqui-
dem eſt cuiuslibet imaginis negatio. O perniciem! ô fallaci-
D am! & quomodo cùm rectè cœpiſſent, retrò conuerſi ſunt?
Hoi mihi quàm multis fraudi erunt & ſubuerſioni, æqua-
libus, maioribus, laicis, clericis, monachis!*

XIV. *At enim antiquum vulnus, inteſtinum malum Ioſeph
olim Mœchozeuctes, id eſt, adulteri copulator iure appella-
tus, nunc Chriſtempactes, id eſt, Chriſti illuſor ipſe dux fu-
it veteris cuſtodiæ Præpoſiten. Quid verò ad hæc? Languidi-
orésne erimus? frangemur? concidemus animis ad confeſſi-
onem, defenſionemq; Chriſti? minimè gentium, fratres,
De Ioſepho Mœchorum coniunctore iterum lapſo. — minimè. Etenim ſi corruentibus impijs, iuſti metu percel-
luntur, & vicini lapſus maxima eſt ſtantis ſecuritas: ſte-
mus igitur in Chriſto conſtantiores, ampliùs obteſtor, nec
in vllo conterriti ab aduerſarijs. Numquid propter eos qui
E ſubuerſi ſunt conſepto noſtra? aut illorum ſtabilitate nixi,
conſiſtebamus, vt eorum quoque lapſu concutiamur? Abſit,
neque horum, neque aliorum. Fundamentum noſtrũ Chri-
ſtus eſt, in quo ſtamus, in quo gloriamur, cum Paulo dicen-
b Rom. 8. — tes [b]: Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio, an
anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an pericu-
lum, an gladius? Sed enim in his ampliùs ſperamus propter
eum qui dilexit nos. Itaque qui a cinctus pro Chriſto non
certauerit, Chriſtianus eſſe non poteſt.*

XV. *An verò incaſſum Martyrum agones? certamina? tor-
menta? an tandem nobiſcum carnem non geſſerunt? aut
tantis ſupplicijs ſubiecti laborem nullum ſenſerunt? An non
c 2. Cor. 1. — eos viuere tædebant, vt ait Apoſtolus [c]? ſed perennium pœ-
narum metu, cæleſtiumq; præmiorum deſiderio, carnis mor-
tem, vt prudentes, quàm æternam ſubire maluerunt. Nihil*

A *expaueſcebant, minimè omninò conſternabantur, & futu-
ra tanquam præſentia meditantes, læti & alacres ad tor-
menta pergebant; muneris loco habebant, plurima pati.
Nobis [d] enim donatum eſt pro Chriſto non ſolùm vt in eum* — d Philip. 1.
*credamus, ſed vt etiam pro illo patiamur. & alibi rurſum
[e]: In multo experimẽto tribulationis abundantia gaudij i-* — e 2. Cor. 8.
*pſorum fuit. Ita gaudebant, ita lætabantur, cùm pro Chri-
ſto paterentur, Sancti omnes. Delibemus & nos, cariſſimi,
caritatem Chriſti, incedamus per Sanctorum veſtigia; ſæ-
cularium affectus omnes abiiciamus [f]. Nõ habemus hic ma-* — f Hebr. 13.
*nentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Superna Hie-
ruſalem patria & ciuitas noſtra eſt, ô viri potentes in Spi-
ritu, ô filij Dei, non.n. mei, qui peccator ſum. Ne procũ ba-
mus, quãuis omnes ſubuertãtur, quod abſit. Ipſi enim, vt o-
B lim, a Deo corroborati, vel ſoli etiamnum depugnabimus.*

Stat à nobis Deus, Sanctiq; omnes qui vnquam fuerũt. — XVI.
*Nobiſcum Oriens, nobiſcum Occidens. Exigua pars eſt, quæ
ab Eccleſia vniuerſa ſeſe abrupit, & ſeiunxit. Idq; metu, &
propter hæc temporaria, propter carnem: quam poſtmodũ,
niſi veritatem defendimus, ſempiternis ignibus vna cum a-
nima ipſa trademus. Exerceamur, eſto, & flagellemur, neq;
id ſemel, ſed ſæpiùs, deniq; moriamur. non poſt hæc gaudium
erit immenſum, nos cælorum Regnum conſequi, & gloriam
inde referre immortalem? non contrarijs quæ dixi, vitatis,
propterea irrideri perpetuò, & ignominiam interminam
ſuſtinere. Vtique vos oro, filij, quos genui in Domino, quibus
incrementum dedit Chriſtus per ærumnas & labores non
ſolùm aſceticos, verumetiam athleticos [g], explete gaudium* — g Philip. 2.
*meum, vt idem ſapiatis, eandem caritatem habentes, idi-
C pſum ſentientes: nihil per contentionem, neq; per inanem
gloriam, ſed in humilitate, ſuperiores ſibi inuicem arbitrã-
tes. Apoſtolica hæc monita, licet a me miſero in memoriam
reducantur.*

Orate & pro me, obſecro, vt detur mihi fortitudo, ro- — XVII.
*bur & ſermo propter vos, quamuis diuinâ gratiâ indignus
ſim: vt vnanimiter in vno ſpiritu glorificetur Deus in cor-
pore & in ſpiritu noſtro. Mitte ad Archiepiſcopum egre-
gium Dionyſium. Saluta Petrum Abbatem, Ignatium Ab-
batem, & Titoben Abbatem, & oſtende illis hanc epiſto-
lam. Porro accingere & paratus eſto cum cæteris, & cum ijs
maximè quos ſcripſi, quoniam cùm lapſi ſint qui vicini e-
rant, fieri nequit, vt relinquamur, ab illis ipſis delati. Det
D autem Dominus vires, robur, intellectum, oculum, pruden-
tiam, omnia rectè agere, vobis in honorem & gloriam Chri-
ſti, ad laudem meam & gloriationem veſtram ſempiter-
nam. Salutant qui mecum ſunt vtroſque. Dominus vobiſ-
cum. Amen.* huculque epiſtola ad Naucratium & ali-
os ſuos diſcipulos per eum. Haud fruſtrà quidem
eos roborauit ad pugnam: euenit enim quod præ-
dixit, vt & ipſi tentaretur ab aduerſarijs, ſubijceren-
tur pœnis. Siquidem factum eſt vt ipſe Naucratius
cum ſeptem alijs ſocijs eiuſdem Theodori diſcipu-
lis, eodem modo quo cæteri detruderentur in car-
cerem, & negantes ipſorum hæreticorum acquie-
ſcere petitionibus, ob idq; verberibus quoque di-
E ris ſubijcerentur. de quibus anno ſequenti agendũ
eſt, quo iſta fieri contigerunt.

Sed quid inter hæc accidit? Delatæ ſunt res The- — XVIII.
odori per exploratores ad Imperatorem, nimirum
ipſum quantumlibet exulem, in inſulam deporta-
tum, carcereque detentum, atque vinculis alliga-
tum, eſſe nihilominùs per litteras vbique præſen-
tem. Haud enim fieri potuit, vt qui litteras circula-
res ad monachos vbiq; degentes daret, eaſdemque
patentes, vt eædẽ perſonas ad quas ſcriberet nõ ex-
cederent, in aliorumq; manus deuenirent; vel etiã
ab illis ipſis Præpoſitis monaſteriorum, ad quos ſcri-
pſerat, cum fidei proditores communicationẽ cùm
Patriarcha hæretico iniſſent, & ob eã cauſam ab i-
pſo Theodoro dãnati eſſent, ab illis ipſis inquã de-

ferre-

ferretur ad Imperatorem; vel ab illo omnium nequiſſimo Ioſepho mœchiæ defenſore, qui conatu ſuo præ cæteris expertus eſſet aduerſarium Theodorum, apud Imperatorem accuſaretur, quod imperatum ab eo ſilentium non ſeruaret, quodque à communicatione cum Patriarcha ſuarum litterarũ monitu quoſque retraheret, & eos qui communicâſſent cum ipſo, æquè damnaret; quòd inſuper ſuis litteris monachos omnes, ceu bellica tuba hortaretur ad prœlium aduerſus ipſum Leonem Imp. ſubeũdũ; quòd eundẽ Imp. eiuſq; ſectatores nominaret hæreticos, Dei aduerſarios, atq; perſecutores omniũ Orthodoxorum; quòd è contra ei reſiſtentes, nec obedientes nominaret & coleret Confeſſores, & ab eo peremptos, Martyres nuncuparet; quòd ad huiuſcemodi martyrium ſubeundum ſuis litteris omnes quàm potentiſſimè hortaretur, illecebriſque coronæ martyrij ſimplices quoſque deciperet, alliceretque ad reſiſtendum, atque contradicendum edictis Imperatorum: Adijciebant (quod & ex eius litteris oſtendebant) ipſum de ciuitate ubloqui Cõſtantinopolitana, vt quæ Fidem Catholicam prodidiſſet, præconijs verò tolleret Romanam Eccleſiam, cui ſe gloriaretur eſſe communione coniunctum.

XIX. Hæc & alia Leoni impio ſuggerentes, & exaggerantes valdè: ad poſtremum rem omnem in eo ſtatu collocatam eſſe dixêre, vt niſi Theodorus de medio tolleretur, omnem conatum Imperatoris incaſſum iri atq; penitùs euaneſcere, calamo ipſius contranitente, & litteris vbique loquentibus eidem aduerſantibus. His perſuaſus rationibus Imperat. cùm in ipſum iam antè plùs ſatis commotus eſſet: vrgentibus modò eiuſmodi ſtimulis cruentatus, impetu iracundiæ fertur in eum; ita tamen vt inuidia retraheretur à nece, ne quod ipſum ſciret optare, inferendo ſupplicium, inſigniret coronâ martyrij. Non occidit, ne proſit; ſed non quieſcit, ne parcat qui exæſtuabat ardore vindictæ. Verùmtamen ad vltionem laxans habenas, deligit ad hoc fidum hominem, qui eum è loco vbi degebat in carcere aliò lõgiùs amãdaret, durioriq; carcere coarctaret, arctiùs vinculis ſtringeret, nec alicuius commercio frui poſſet; ſed & verberibus cæderetur quàm acerbiſſimè, atq; tandem ciborum inopiâ mori cogeretur. Hæc omnia in Theodorum à truculento Leone exhibita eſſe, quæ modò dicturi ſumus ſignificabunt, petita à Michaële eiuſdem diſcipulo, necnon ex eiuſdem Theodori epiſtolis ad diuerſos acceptâ. Sed audiamus primo loco ipſum Michaëlem [a] res geſtas ita narrantem.

a Mich. in Vita Theod. Studita.

XX. NICETA A IMP. AD THEODORVM VT ALIO ABDVCAT.

Fieri ergo, inquit, *prorſus non potuit, quin vltrò citroq; commeantes in hunc modum litteræ ac ſermones, ad ipſam quoq; Aulam peruenirent, atq; ipſi Imperatori innoteſcerent. Quibus ille (vt credi par eſt) incẽſus, quippe minima omnia quæ gerebantur perdidicerat, Nicetam mittit, illum Alexij filium, cui fidere omnia ſolebat, vt Sanctum longiùs abducat ad Bonita (id loco nomen) ibiq; clauſum ita coërceat, vt neminem videre, nemini alloqui poſſit, non paucis, non pluribus; nec quicquã demũ aliud liberè præſtare. Quæ ille Theodoro cùm detuliſſet: Locum, inquit, mutabo haud grauatè; nulli enim addictus ſum; meamq; ſcio eſſe terram, quocunq; deuehar; atq; in lucro mihi fore ipſam migrationem. Cæterùm ſilere, linguamq; inhibere, mihi ſat ſcio, non expedit: nec verò inhibebo vnquam, nec adducar, vt ſuadentibus id vobis, cõſilio veſtro obtemperem. Qui enim, qui proptereà ſortem hanc malui, ne deſerere viderer quæ adamaram, præclarumq; ac laudabile inſtitutum abdicâſſe.*

XXI. *Audiuit hanc viri iuſti libertatem, erectamq; in omnibus atque excelſam mentem Imperator. Quare ipſum rurſus Nicetam, vt erat in procinctu, ad Sanctum ablegat, diras plagas illi inferre iubens, & carnem verberibus minutatim concidere, ac totum vibicibus opplere. Qui cùm ad Sanctum perueniſſet, aduentuſq; ſui cauſam aperuiſſet: è veſtigio ille tunicam alacriter exuit, corpuſq; ad accipienda verbera compoſuit. Hoc enim aiebat, optatum ſibi, atq; expectatum fuiſſe iam pridem. At compatiens vir ille ac repẽtè miſericors, vt venerandas illas carnes nudas vidit, quas ætas & ieiunia ad ſummam maciem perduxerant, intimis ſenſibus indoluit. Itaque commotus eſt, vt nec attingere, nec propius de cætero accedere auderet, nedum manibus, flagriſq; dilaniare. Vnde & ſecum callidum quiddam comminiſcens, quo & Imperatoris iuſſa expleſſe, & Sanctum verberâſſe, aſtantibus videretur: ouis pellem recens detractam accipit, viriq; humeris imponit, atque in ea ſic verbera diſtringit, cùm hoc antè prouidiſſet, vt ſolus cum ſolo relinqueretur, propter viri, vt aiebat, reuerentiam, eiuſq; corporis extenuationem & maciem. Quin vt guttas etiam ex plagarum cruore profuſas oſtendere liceret: ipſe ſibi (ô animi benignitatem) ſanguinem ex brachio lanceolæ ictu elicuit, eoq; manante flagrum imbuit, foraſq; progreſſus carne ſimul ac cruore tinctum oſtendit. Ipſe porrò anhelitu citato fatigationem ſimulabat. Ita pius ille benedictionem à Sancto referens, eiuſq; precibus comitatus rediit, maximâ pulcherrimi operis mercede honeſtatus.*

RVRSVM NICETA AD THEODORVM MISSVS.

NICETÆ EGREGIVM VALDE FACINVS.

XXII. *Nec verò diuinus Pater mollior deinceps, aut verbis remiſſior propterea fuit, quod iis fortaſsè accideret, quos ſupplicij metus deterreret. Quia ille quò grauiora ſe oculis obijciebãt, tantò animatior erat atq; conſtantior, tum alijs plurimis, vt res ferebat, profutura documenta impertiens, tum maximè diſcipulis per quaſcunq; terrarum oras diſperſis, quibus ille potiſſimùm ſalutaria ſuggerebat, atq; hoc in primis, ne vllo præſentium malorum ſenſu flecti animos ſuos permitterent, ſed intrepidis pectoribus confeſſionem vnius rectæque Fidei conſeruarent. Etſi enim grauis, aiebat, hæc tentatio: at tantò maior quæ illam excipiet remuneratio, ineffabilis illa & abdita, Deoq; largitore digna, vt quamuis quotidiè moreremur, lõgè minimam eorum partem inferre nobis liceat, quæ accepturi ſumus. Et quoniam nõnullos illorũ acceperat, inflecti nonnihil cœpiſſe animo, & manus dare, quos nimirum carceris diuturnitas, viſque illata perturbarat: hos congruentibus verbis adhortans, ad futuros caſus iterum confirmauit, eorumque puſillanimitatem penitùs abſterſit, adeò vt ipſimet veniã ſuis reſponſis eo nomine poſtularent, quod ceſſiſſe aliquantum, animi ſtatum exiguo tempore immutâſſe viderentur. Hic Patris erga omnes animi ſenſus erat: hæc in medijs periculis atq; aduerſis de omnibus cura atq; ſolicitudo,* &c. pergit enim dicere de alijs ad diuerſos ab ipſo eodem argumento ſcriptis epiſtolis, de quibus inferiùs pro ratione tẽporis ſermo erit. Quomodo etiam idem ipſe Theodorus iuſſu Imperatoris iterum reuocatus ad verbera acerrimè iuſſus ſit cædi; idem quoq; auctor narrat inferiùs, quæ ſequenti anno, quo acciderunt, dicturi ſumus. hic ſtatus rerum Orientalis Eccleſiæ.

THEODORVS LABORAT PRO ORTHODOXIS EPISTOLAS SCRIBENDO.

XXIII. Eodem tempore in Occidente, cùm Hiſpaniæ duriſſimo Sarracenorum iugo premerentur, complures populi diræ ſeruitutis impatientes, magis deligentes ſeruire Chriſtianis quàm Chriſti hoſtibus Mahometanis: inde migrârũt, bonis ſuis relictis, in Gallias. At Imperator maximè pius Ludouicus tantũ abeſt, vt ſuſcipere voluerit eos in ſeruos, vt æquâ conditione, quâ Francos, illos omninò voluerit eſſe liberos, concedens eiſdem quoq; agros, quos colerent, vnde viuerent. Sed & quod maius eſt, à tributorum exhibitione voluit immunes eſſe. Extant de his diplomata duo eiuſdem Imperatoris nuper à Pithœo edita in Annalium Francorum tomo, quæ hic tibi rerum antiquarum auido reddemus, ſic enim ſe habet primum eorum hoc anno Kal. Ianuarij datum, hacque inſcriptione notatum.

HISPANI CONFVGIENTES AD FRANCOS BENE HABITI.

Ex Archiuis Metropolitanæ Narbonenſis Eccleſiæ.

Hoc eſt præceptum remiſſionis, ſiue conceſſionis, quod fecit Ludouicus Imperator Hiſpanis, qui ad ſe confugerãt.

In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ Imperator Auguſtus omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris præſentibus ſcilicet & futuris in partib. Aquitaniæ, Septimaniæ, Prouinciæ, & Hiſpaniæ cõſiſtentibus in locis ſcilicet illis q̃ diximus à Frãcis fuiſſe Sarracenis ablata.

XXIV. *Sicut nullius veſtram notitiam effugiſſe putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppreſſionem, & crudeliſſimum iugum, quod eorum ceruicibus inimiciſſima Chriſtianitati gens Sarracenorum impoſuit, relictis proprijs habitationibus & facultatibus, quæ ad eos hæreditario iure pertinebant, de partibus Hiſpaniæ ad nos cõfugerunt, & in Septimania, & in ea portione Hiſpaniæ, quæ à noſtris Marchionibus in ſolitudinem redacta fuit, ſeſe ad habitandum contulerunt, & à Sarracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes, noſtro dominio liberâ & promptâ voluntate ſe ſubdiderunt: Ita ad omnium hominum notitiam peruenire volumus, quod eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra receptos in libertate conſeruare decreuimus; eo videlicet modo, vt ſicut cæteri liberi homines cum Comite ſuo in exercitum pergãt, & in marcha noſtra iuxta rationabilem eiuſdem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias (quod vſitato vocabulo vuaitas dicunt) facere non negligant, & Miſſis noſtris, aut filij noſtri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubuectiones eorum veredas donent. Alius vero cenſus ab eis, neq; à Comite, neq; à iunioribus & miniſterialibus eius exigatur. Ipſe verò pro maioribus cauſis, ſicut ſunt, homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum inuaſiones, & vndecumque à vicino ſuo aut criminaliter, aut ciuiliter fuerit accuſatus, & ad placitum venire iuſſus: ad Comitis ſui * mallum omnimodis venire nõ recuſent. Cæteras vero minores cauſas, more, ſicut hactenus feciſſe noſcuntur, inter ſe mutuo definire non prohibeantur. Et ſi quiſpiam eorum in partem quam ille ad habitandum ſibi occupauerat, alios homines vndecumq; venientes attraxerit, & ſecum in portione ſua, quam, Ad portionem vocant, habitare fecerit, vtatur illorum ſeruitio abſque alicuius contradictione vel impedimento; & liceat illi eos diſtringere ad iuſtitias faciendas, quales ipſi inter ſe definire poſſunt: cætera verò iudicia, id eſt, criminales actiones ad examen Comitis referuentur.*

* mallum idem quod maius iudicium. *habet Gloſſar. in fine lib. Capitular. Regum Franc.*

XXV. *Et ſi aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus eſt, & in ſua portione collocatus, locum reliquerit; locus tamen qui relictus eſt, à domino illius qui eum prius tenebat non recedat. Quod ſi illi propter lenitatem & mãſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti honoris & obſequij gratia quippiam de rebus ſuis exhibuerunt: non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur, aut Comes ille vel ſucceſſores eius hoc in conſuetudinem præſumant, neq; eos ſibi vel hominibus ſuis aut manſionaticos parare, aut veredas dare, aut vllum cenſum vel tributum aut obſequium, præter id quod iam ſuperius comprehenſum eſt, præſtare cogat. Sed liceat tam iſtis Hiſpanis, qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quam his qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo confluxerint; & in deſertis atque incultis locis per noſtram vel Comitis noſtri licentiam conſidentes, ædificia fecerint, & agros incoluerint; iuxtà ſupradictũ modum ſub noſtra defenſione atq; protectione in libertate reſidere, & nobis ea quæ ſuperius diximus tam cum Comite ſuo, quàm cum Miſſis eius pro temporum opportunitate alacriter atq; fideliter exhibere.*

*Nouerint tamen ijdem Hiſpani, ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, vt ſe in Vaſſaticum Comitibus noſtris, more ſolito commendent; & ſi beneficium aliquod quiſpiam eorum ab eo cui ſe commendauit, fuerit conſecutus: ſciat ſe de illo tale obſequium ſeniori ſuo exhibere debere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio ſenioribus ſuis exhibere ſolent. Idcirco has noſtræ auctoritatis litteras eis dare decreuimus, per quas decernimus, atq; iubemus, vt hæc noſtra liberalitatis ac manſuetudinis Conſtitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris inuiolabiliter conſeruetur. Cuius Conſtitutionis in vnaquaque ciuitate, vbi prædicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres deſcriptiones eſſe volumus; vnam quam Epiſcopus ipſius ciuitatis habeat, & alteram quam Comes, & tertiam ipſi Hiſpani qui in eodem loco conuerſantur. Exemplar verò harum in Archiuo Palatij noſtri cenſuimus reponendum, vt ex illius inſpectione, ſi quando (vt fieri ſolet) aut ipſi ſe reclamauerint, aut Comes, vel quilibet alter contra eos cauſam habuerit: definitio litis fieri poſſit. Hanc quippe Conſtitutionem, vt per diuturna tempora à fidelibus ſanctæ Eccleſiæ Dei, & noſtris, & verius credatur, & diligentius conſeruetur, manu propriâ ſubſcripſimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus ..... Signum domini Ludouici sereniſſimi Imp. Durandus diaconus ad vicem Heliſachar recognouit. Datum Kalend. Ianuarias, anno, Chriſto propitio, Imperij domini Ludouici piiſſimi Auguſti * .... Indictione octauâ. Actum Aquiſgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.* XXVI.

* II.

Sed quid poſt hæc accidit? planè quod mireris: Qui enim è ſua patria extorres, à Ludouico Imp. ſunt tantam miſericordiam conſecuti ijdem à ſuiſmet hominibus qui inter eos potentiores erant, Hiſpanis pati cœperunt diram tyrannidem, cum ab eis cultis priuarentur agris, & redigerentur in ſeruitutem. Ita malè ſuaſit cæca dominandi libido, vt Comites Hiſpani, qui nuper ſub iugo premebantur Sarracenorum, eo liberi, iam illo ipſo ſuorum colla gentilium, qui in libertatem fuerant vẽdicati à Ludouico, prægrauare tentarent, eoſdemque conſtituere dirâ tyrannide ſibi ſeruos. Quamobrem miſeri illi vt eriperentur de manu potentum, cùm de his queſti eſſent apud eumdem Ludouicum: ab eodem rurſum eiuſmodi aduerſus eos reſcriptum ſunt conſecuti, anno ſequenti. XXVII.

In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ, Imperator Auguſtus. XXVIII.

SECVNDA CONSTITVTIO LVDOVICI PRO HISPANIS COLONIS.

Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, tam præſentibus quam & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris; quia poſtquam Hiſpani, qui de poteſtate Sarracenorum ſe ſubtraxerunt, & ad noſtram ſeu genitoris noſtri fidem ſe contulerunt, & præceptum auctoritatis noſtræ, qualiter in Regno noſtro cum ſuis Comitibus conuerſari & noſtrũ ſeruitium peragere deberent, ſcribere & eis dare iuſſimus: querimoniam aliqui ex his Hiſpanis noſtris auribus retulerunt, duo capita continentem; quorum vnum eſt, quod quando ijdem Hiſpani in noſtrum Regnum venerunt, & locum deſertum quem ad habitandum occupauerunt, per præceptum Domini & genitoris noſtri ac noſtrum ſibi ac ſucceſſoribus ſuis ad poſſidendum adepti ſunt: hi qui inter eos maiores & potentiores erant, ad Palatium venientes, ipſi præcepta regalia ſuſceperunt; quibus ſuſceptis, eos qui inter illos minores & infirmiores erant, loca tamen ſua benè excoluiſſe videbantur, per illorum præceptorum auctoritatem aut penitus ab ijſdem locis depellere, aut ſibi ad ſeruiendum ſubijcere conati ſunt.

Alterum eſt, quod ſimili modo de Hiſpania venientes, & ad Comites ſiue Vaſſos noſtros, vel etiam ad Vaſſos Comitum commendauerunt, & ad habitandum atq; ad excolendum deſerta loca acceperunt: quæ vbi ab eis exculta XXIX.

ſunt, ex quibuslibet occaſionibus eos inde expellere, & ad opus proprium retinere, aut alÿ propter præmium dare voluerunt. Quorum neutrum iuſtum aut rationabile nobis eſſe videtur. Et ideò per hanc noſtræ præceptionis auctoritatem decernimus atque iubemus; vt hi qui vel noſtrum vel genitoris noſtri præceptum accipere meruerunt; hoc quod ipſi cum ſuis hominibus de deſerto excoluerunt, per noſtram conceſſionem habeant. Cæteri verò qui ſimul cum eis venerunt, & loca deſerta occupauerunt: quicquid de incerto excoluerunt, abſque vllius inquietudine poſſideant tam ipſi quam illorum poſteritas; ita dumtaxat, vt ſeruitium noſtrum cum illo qui ipſum præceptum accepit, pro modo poſſeſſionis quam tenet, facere debeat. Hi verò qui poſtea venerunt, & ſi aut Comitibus, aut Vaſsis noſtris, aut Paribus ſuis ſe commendauerunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, ſub tali forma eas in futurum & ipſi poſſideant, vt ſuæ poſteritati derelinquant.

XXX. *Hoc noſtræ auctoritatis decretum non ſolum erga præteritos & præſentes, verum etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus ad noſtram fidem venturi ſunt, conſeruandum ſtatuimus. Ac de Conſtitutione noſtra ſeptem præcepta vno tenore conſcribere iuſſimus. Quorum vnū in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertiū in Roſciliona, quartū in Empurÿs, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris haberi præcepimus; & exemplar eorum in Archiuo Palatÿ noſtri, vt prædicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere & habere poſſint; & per exemplar, quod in Palatio retinemus, ſi rurſum querela nobis delata fuerit, facilius poſſit definiri. Et vt hæc noſtræ auctoritatis Conſtitutio firmiorem obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ plenius per tempora conſeruetur: manu propriâ ſubter firmauimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Data quarto Idus Februarÿ, anno, Chriſto propitio, tertio Imperÿ domini Ludouici piiſſimi Auguſti, Indictione nonâ. Actum Aquiſgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen. Arnaldus ad vicem Helisachar recognouit.* poſt multos verò annos ea prouincia, Septimania, dicta olim à Septimanorū colonia, quæ eam colendam accepit, ab eudem Ludouico Imperatore data eſt Beroardo Barchinonenſi Duci ſiue Comiti (vtruque modo nominatum ipſum inuenimus) quem & ab Hiſpania accerſitum, ſuo præfecit cubiculo, vt ſuo loco dicturi ſumus: ſicque voluit per Hiſpanum hominem regi colonos Hiſpanos. Etenim idem Bernardus appellatus eſt Dux Septimaniæ, prouinciæ ſitæ in Gallia Narbonenſi.

XXXI. Habes ex his, in quo plurimum commẽdes Ludouici Imperatoris erga exteros & profugos Hiſpanos è manibus Sarracenorum ſe liberantes pietatem, illud implentis, quod diuinis ſcripturis traditum reperitur: [a] *Occurrite cum panibus fugiẽti.* cum optimas regiones eiſdem dederit incolendas, & liberauerit eos de manu potentium, ſuorum gentilium: qui probroſè valdè tantâ clementiâ Principis abuſi, eam aduerſus ſuos in tyrannidem conuertiſſent. Ipſe autem Ludouicus hoc anno aduerſus Northmannos miſit exercitum, qui abſque pugna acceptis obſidibus redÿt. ita veteres Annales Francorum, cuius etiã expeditionis meminit Claudius Scotus huius temporis ſcriptor, in præfatione ſuæ interpretationis in Matthæum.

[a] Iſai. 21.

IESV CHRISTI
Annus 816.

LEONIS PAP. III. Annus 21.	LVDOVICI	3.	IMPP.
	LEONIS ARMENI	3.	

I. ANNVS Redemptoris octingenteſimus decimusſextus Indictione nona incipit, quo vrgente magis perſecutione Leonis Imperatoris, Theophanes præfectus monaſterÿ Sigriani poſt dirum per biennium toleratum carcerem, deportatus in inſulam Samothraciam, illic citò reddidit Deo ſpiritum confeſſionis gloriâ inſignis. De quo antequam aliquid dicamus, admonendum putamus Lectorem, hunc diuerſum ab illo Theophane, de quo primo Leonis anno dictum eſt: ille enim Agri Abbas, & anno primo quãdo Nicephorus Patriarcha in exilium miſſus eſt, perſecutionẽ paſſus; hic verò hoc anno poſt bienniÿ carcerem. Porrò hic qui Theophanes, idem & Iſacius dictus eſt, cuius res geſtæ Græcè ſcriptæ extant. ex quibus ea quæ ad confeſſionem ipſius ſpectant, hæc dicenda erunt: *Tunc* (inquit incertus ſed eiuſdẽ temporis auctor) *ad certamen vocatur etiam Theophanes admirãdus, non tamen manu tyrannicâ aut violentâ, ſed blanditÿs ac dolis. Aduerſus hoſtes* (dicebat impoſtor ille) *mihi pugnandum eſt; ſed antequam manum cum illis conſeram, precibus tuis armari me oportet. Theophanes autem cognitâ hominis malitiâ, quamuis renum & vrinæ difficultate laboraret (inſtrumentis enim per naturalem cuniculum in veſicam admiſsis, quæ lapides inſitos cõſtringerent, humido excremento exitum præbebat) maximiſq; moleſtÿs vexaretur, & in lectulo ægrotus aſſidue decumberet; nauis tamen ad vrbem regiam ſe contulit.*

Theophanis confeſſoris corona.

II. *Quod cum ſceleſtiſſimus ille intellexiſſet, ſancti viri conſpectum (vt arbitror) veritus, per nuntium hæc illi ſignificat: Si veniſti vt mihi morem geras (aduentus enim celeritas bonam mihi ſpem attulit) iſto tam multis te bonis fruiturum, quam multis eos frui par eſt, qui propria voluntati Imperatoris voluntatem & conſilium anteponunt, & monaſterium tuum varÿs muneribus ornatum iri, & propinquos tuos maximis dignitatibus decorandos, teq; primas apud me amicitiæ atque auctoritatis partes habiturum. Sin (quod vix cogitare fas eſt) ſtudio tuo preces meas poſthabueris, & conſilium meum neglexeris, & quæ tibi proponuntur præmia fueris aſpernatus: inuitus facies, quæ volens recuſas, & maximi tibi ipſe dedecoris atque calamitatis auctor exiſtes.*

Ad hæc diuinus vir, perſpectâ dictorum ſtultitiâ, ita nuntio reſpondit: Ego nec pecunias, nec poſſeſſiones, nec reliqua huius vitæ bona vllo modo curo. Quæ enim adoleſcens, cum his frui poſſem, amore Chriſti inflammatus repudiaui, ea iam ſenex quomodo complectar, ab inſtitutoq; recedam: præſertim cum corpus morbis confectum ſit, vt vita finis procul abeſſe non poſſit, & hæc mania eſſe conſtet? Quod autem ad monaſterium, propinquoſq; pertinet, id Deo curæ erit, cui à me commendantur, & quibus ipſe Deus melius quam Imperatores & Principes poteſt conſulere. Quodſi, quẽadmodum pueros parum generoſos magiſtri ſcutica perterreſaciunt: ita tu me morbo & ſenectute confectum minis territum iri ſperas: rogus accendatur, parentur tormenta, & omnia cruciatuum genera: vt ſcias planiſſime Chriſti virtutem in meis infirmitatibus perfici. Ego qui per humum iter facere nequeo, valetudinis infirmitate ſuperatâ, in ignem inſiliam.

Theophanis confeſſio.

III. *His auditis, impuriſſimus ille conſtantiam quidem animi fortis admiratus eſt, de victoria tamen non deſperauit, hominis facinoroſiſſimi quem apud ſe habebat fretus aſtutiâ, qui ſophiſtarum præſtigÿs & Genium auſpicÿs & iecinoris inſpectionibus inſtructior erat quam diſciplinis, & ad impietatis barathrum infelices homines trahẽs, apud ipſum valebat plurimum. Huic beatum Theophanem tradit, ſperans præſtigÿs ipſius omnino deceptum iri: ſed tamquam aſinus ad lyram deprehenſus eſt. Inuictam enim viri ſancti libertatem admiratus, antequam cõgrederetur, ſe victum eſſe confeſſus eſt. Imperatoriq; annuntiauit, eum eſſe præſtantiorem, quam vt oratione, aut minis ſuperari poſſet; quin etiam ſi ibi diutiùs moraretur,*

Fruſtra tentatur Theophanes.

fore vt

Digitized by Google

fore vt aliorum animos, quos in ſententiam ſuam adduxerat, abalienaret. & paulò pòſt: *Cæterũ ab impugnatione non deſiit homo tyrannicâ plenus crudelitate. Sed virum ſanctum in Eleutherij palatio includi iubet, adhibitis cuſtodibus, ne quis humanitate ductus ei propter Chriſtum patienti conſolationem vllam afferret. Itaque corpus ipſius diuturnâ fame confectum, paulatim tabeſcebat, & ad acerbam mortem appropinquabat. Morbi enim medicorum auxilio deſtituti grauius ſæuiebant, & vitam reddebant morte ipſa longè acerbiorem. At ipſe optatiſſimam Dei pulchritudinem mente contemplans, ea quæ ne auditu quidem tolerabilia ſunt, patienti & æquo animo perferebat.* & paulò pòſt.

IV.
THEOPHANIS CONFESSORIS OBITVS ET MIRACVLA.

Duos igitur annos cùm acerbiſſimum carcerem pertuliſſet, in Samothraciam inſulam deportatur: quod ipſe diuino animo proſpiciens, ei qui ſibi miniſtrabat, pronuntiauerat. Cumq; tribus & viginti diebus in inſula vixiſſet, tamquam ſuauis hoſtia communi Domino oblatus eſt, & eius manibus ſacrum atq; ſanctum ſpiritum tradidit, vt ad diu optatam hæreditatem admitteretur. Neq; verò corpus eius quod victoriæ particeps fuerat, & animæ ſemper in omnibus bonis inſeruierat, meritis muneribus caruit. Nam piorum virorum manibus in lignea arca compoſitum, & conuenientibus cantibus (vt tempus ferebat) elatum, admirandis gratijs à Deo fuit illuſtratum. Cùm enim lues in pecora illius inſulæ deſæuiret, adeò vt mortua derepentè cõciderent, aquam illius arcæ admouentes (neq; enim corpus audebant attingere) pecora peſte laborantia aſpergebant, & periculo liberabantur. at de obitu S. Theophanis hactenùs, qui cõtigit duodecimo die menſis Martij, quo anniuerſaria memoria in Eccleſia celebratur. Tunc temporis & Stephanus (alter hic à priori) idem ſubiens certamen, eamdem promeruit coronam; de quo Græci agunt in Menologio vigeſimaſeptimâ Martij: affectus enim multis ſupplicijs, relegatus, ibi Deo ſpiritum reddidit. Exulauit pariter & Coſmas Chalcedonenſis Epiſcopus, qui & ipſe inter ſanctos Confeſſores receptus celebratur. de ipſo enim agitur in Menologio decimaoctauâ Aprilis.

V.
THEODORVS STVDITA REVOCATVR AD VERBERA.

Hoc eodem anno, creſcente in dies magis perſecutione, Theodorus Studitarũ Præfectus actus in exilium, rurſus reuocatur ad verbera in eodem carcere vbi tenebatur incluſus, nouâ emergente causâ ob clericũ Aſiaticum ex hæretico ab eo conuerſum ad Fidem Catholicam, cuius rei cauſa ab Epiſcopo loci illius delatus eſt Theodorus ad Imperatorem, cuius iuſſu quàm duriſſimè eſt laceratus verberibus, ac poſtea arctiori carcere preſſus. De his actuti in primis quod ad rationem temporis ſpectat, iſta omnia hoc eodem anno eſſe peracta, ex Michaëlis Studitæ ſcriptis certum illud deducimus argumentum. Cùm enim numeret eiuſdem durioris carceris tempus annos tres, & annum cũ dimidio commorationis Smyrnæ eiuſdem Theodori vſque ad obitum Leonis Imperatoris, quem cum & imperaſſe tradat annos ſeptem cum dimidio: vtique ad eiuſdem Imperatoris annum hunc tertium referas neceſſe eſt eiuſdem Theodori flagella. His de tempore elucidatis, iam videamus quæ de his ab eodem Michaële omni fide veritati conſentientia ſcripta ſunt. ſic enim ait: *

VI.
DE CLERICO ASIANO A THEODORO INSTRVCTO.

Cum autem multi ad eum obiter venitare ſolerent, vtpote ſparsâ iam paſſim eius famâ & nominis celebritate, cuſtodibus vel propter viri reuerentiam aditum non prohibentibus, vel pecuniæ præmio cuſtodiæ curam relaxantibus: accidit vt clericus quidam ex Aſia illac iter faciens, in Patris congreſſum veniret. Eius enim virtute captus iam anteà fuerat. Vt igitur illum vidit, eiuſq; colloquio fruens, tum alia quæ vſui erant inde hauſit, & aduerſus hæreticos ſummum odium, auerſionemq; ſuſcepit. Demum letus redijt, in alios etiam vtilitatis cõmoda deriuaturus. Qui primum omnium amico ac familiari ſuo, eumdemq; ordinis gradum obtinenti omnia de Sancto fideliter expoſuit, quemadmodum in vinculis clauſum viderit, ab eoq; accuratiùs de veritate inſtitutus atque edoctus ſit, præclaramq; & eximiam venerandarum imaginum adorationem perdidicerit. Quem cùm in ſententiam ſuam mox perduxiſſet, nullam cunctationem, nec moram interponentes, ambo inter ſe conſtituunt, nec adire ampliùs Epiſcopum ſuum, nec commune cum illo quicquam habere, quem ſcirent cum Iconoclaſtis conſentire.

Quod cùm ſubolfeciſſet Epiſcopus, ad Aſiæ Præfectum clericos defert è veſtigio, & quænam illis cauſa fuerit diſceſſionis. At ille confeſtim, ne horæ quidem ſpacio differens, omnia per expeditos nuntios refert Imperatori, conuicijs Sanctum onerans, aliaq; addens peruerſi ingenij ſui moribus conſentanea. Simul autem Magiſtro militum Orientis edicit, vt iure ſuo agat. hunc enim vnum clericorũ exilij cauſam & auctorem. Qui quidem veritus, ne quid mali hoc nomine pateretur, è ſuis vnum mittit, qui Sanctum cedat, & quinquagenis flagris pœnas repoſcat. Quo aduentante, & aduentus ſui cauſam exponente, Theodorus zonam ipſe ſoluit illico, famuli operam minimè præſtolans, poſitaq; veſte, nudum corpus offert ad verbera: Voluptati enim, inquit, mihi eſt, corpuſculi huius flagellatio, atque iſta demum eius ſuprema depoſitio, quo citius nudâ animâ euolem ad eum quem deſidero.

ITERVM AD FLAGELLA SVSCIPIENDA THEODORVS PARATVS.

VII.
PARCIT PERCVSSOR THEODORO.

Verùm ille qui miſſus ad verberandum venerat, pio ac miti animo, & priori ſimilis, iuſti protinus miſeretur, eiuſq; confecta corporis membra, adeò vt ne contueri quidem oculis, nedum manus admouere auderet, aut alia facere imperata. Quin potiùs veniam (ô bonam mentem) ab illo petit, eiuſq; pedibus aduolutus, lachrymiſq; profuſis, quod ſemel [illegible]horum iudex futurus aduèniſſet. Cum Pater egregiam fidem complectens, precibuſq; vicem reddens, atq; votis, illuc vnde venerat placidè remiſit. Nõdum ille ad magiſtrum peruenerat, cum Imperatore nuntius alius aliâ via venit, nomen impio, Anaſtaſius, qui conuicijs non lenibus, minuſq; hominem inceſſit, quod negligentius, remiſſiuſq; officio fungeretur, qui apertum Imperatoris hoſtem nondum dignis ſupplicijs affeciſſet. Cumq; ille miſiſſe ſe affirmaret, & flagris cecidiſſe, quaſi ſanguinis ſitiens, eò vbi Sanctus cuſtodiebatur, approperat, ſuis oculis plagas conſpecturus. Detractiſq; ei veſtibus, rogabat: Vbinam recentia eſſent ſtigmata & vibices? Et cùm nuſquã apparerẽt, quæ videre optabat, profuſè cachinnans, eumq; ſubſannans qui flagellatum fuiſſe dixerat, ipſemet ſuis manibus ſanctum virum crudeliter flagellat, centum illi verberum ictus incutiens, ſemianimem humi iacentem deſtituens. Tum obſcuro tetroq; carcere incluſit, vnaq; eius diſcipulum Nicolaum, qui magiſtro aſſiduus comes erat, & numquam ab eius latere diſcedebat, cuſtodibus præcipiens, vt fame ambos, alijſq; incommodis vexarent, vt ſi quid vitæ illi adhuc ſupereſſet, hoc ipſum breui abſumeretur.

THEODORVS DIRE VERBERATVR. NICOLAVS CVM THEODORO INCLVSVS.

VIII.

Hoc ipſum illud eſt tempus, cùm idem Theodorus in carcerem diriorem truſus, auditis Naucratij diſcipuli ſui & aliorum fuſtigationibus, ad ipſum ſcripſit epiſtolam ipſis in primis cõgaudens, ſimulq; iungens quæ ipſe paſſus ſit verbera, non oſtentans, ſed ſummâ animi demiſſione narrans. epiſtola verò digna ſanctiſſimo Martyre ſic ſe habet.

Naucratio filio Theodorus [a].

Quid iucundius audire poteram, quàm te dilectum filium meum cum alijs ſeptem fratribus tuis, quorum nomina in libro vitæ, pro Chriſto Domino noſtro flagris cæſum fuiſſe? Laus ei, qui vos vocauit ad confeſſionem veritatis ſuæ: laus ei, qui honorandas animas veſtras corroborauit, vt ante alios certamen ſubirent. Vt non reformidarens,

[a] *Theod. li. 2. ep. 34 in Cod. Colu.*

NAVCRATIVS CVM SEPTEM ALIIS VERBERIBVS AFFECTI.

rent, nec refugerent a conſpectu impij, ſed pulchram confeſſionē obirent, & propter eam dorſum verberibus cum Chriſto præberent. Vos chorus altus confeſſionis Eccleſiæ Dei adiecti eſtis. Vos fraternitatis in Chriſto gloriam auxiſtis. Beati omninò dilecti mei, & ter beati: quin beati & ventres qui in lucem vos ediderunt. Quod ſi de me aliquid etiam dicendum eſt: Beatus ego quoque infelix ac miſer, qui tantorum audio pater filiorum, Dei filiorum & hæredum Chriſti. Quodnam hoc gaudium? An non omni gaudio delectabilius? Quænam gloria hæc? An non diademæ geſtantium gloria mirabilior, ſtigmata ferre Chriſti, viuificas eius paſſiones, ceu coronas? Sic igitur veſtra ſe habent, quæ & cælum laudauit, & terra audiuit. Noſtra verò nullius ſunt momenti, & plena peccatis, quæ nimirum Hadrianus frater nuntiauit: omninò enim ſaluus euaſit.

IX. Quod ſi quid adijci oporteat: hæc quoque indicabimus. Poſt verberum dilaniationem, incluſerunt nos ambos in ſublimi loco, ianuam obſtruentes, & ſcalis remotis: addiis circumquaque cuſtodes, ne quis propius accedat, contingatque domicilium. Quin & caſtrum ingredientes ſingulos obuij cuſtodes obſeruant, nec aliò diuertere ſinunt, quàm ad proprias domos, quoad illi rurſum egrediantur. Interdictum eſt ſeuerè, ne quid nobis detur præter aquam ſolum & lignum: ita nos planè tamquam in ſepulchro locarunt, vt necent nos. At Deus benignitatis ſuæ miſericordia, per ea quæ intulimus neceſſaria; & quod inſuper ab eo, qui admotis ſtata hora ſcalis redit, nobis tribuitur imperatum, nos ſuſtentat. Dicere non audemus, quod Daniel[a] dixit, cùm prandium ab Habacuc accepiſſet: Recordatus enim eſt mei Dominus: Verumtamen recordatus eſt & noſtri peccatorum, & miſeretur, & regit, & protegit. Quamdiu igitur ali poſſumus, vel ijs quæ intus ſunt, vel vno è ianitoribus domo clam interdum largiente, qui & hebdomadarius eſt, alit nos, & Deum glorificamus. Deficientibus autem neceſſarijs, Dei permiſſu, vitam vnà ponemus ipſi, atque in hoc gaudemus; idque ipſum eſt Dei munificentia. Et quis ego ſum miſer, qui pro eius nomine in hunc modum detinear, vt abundantiore poſt gloriâ, ſicut iubet, inhonoratum cum fratre remuneret?

[a] Dan. 4.

X. Obſecro ergò, vos fratres, iuuate me precibus veſtris ad Deum, vt ſemper à malo liberer omnibus modis. Et qui confeſſionis ſuæ opus in nobis cœpit, per viſcera miſericordiæ ſuæ, non ex operibus meis vllis (neque enim bonum aliquod in terra egi, ſed contrarium) ipſe perficiat in ambobus. Hoc etiam nos humiles pro vobis qui eadem patimini, cum lachrymis oramus. Non octo tantum in Domino electos, ſed Abbatem quoque Petrum, & egregium Latoium, vt ſi quis alius, in Domino ſalutamus. iſta egregius Chriſti Confeſſor Theodorus aſperſas dixerim ſuo ſanguine ex arcto & duro carcere litteras dedit. Quæ autem iſta ſecuta ſint, à Michaële ſic accipe.

Hìs ex animi ſententia peractis, ſceleratus duos alios Sancti diſcipulos abducens, inde abijt, alios alibi in carcerem pariter coniecturus. Vt ergo ad Magiſtrum militum venit, & iureiurando exprobrauit, quod Theodorum ante non verberaſſet. Metuens ille ne infenſum ſibi redderet Imperatorem, bonum illum virum, quem ante miſerat, in medium producit, atque in oculis nefarij flagris cædit duplo quàm fuerat imperatum. Ira inſatiabilis voto ſatisfaciens, cum abs ſe dimiſit muneribus & blanditijs delinitum. Prorſus autem tametſi egregij facinoris, vſurpata in iuſtum miſericordia pœnas auctor ſuo corpore luerit: at maiorem reuera mercedem nactus eſt, & ab ijs quæ paſſus eſt diſſimillimam. hucuſque Michaël, qui & quam aſper fuerit carcer ille, ſic ſubiicit.

VERBERATVR QVI NON VERBERARAT THEODORVM.

XI. Sed tranſeat (inquit) oratio ad Patrū noſtri in eo carcere calamitates. Quas enim ærumnas, quas moleſtias in tenebricoſo illo & anguſtiſſimo ergaſtulo pertulerit, ſola dicere poſſit experientia, nec vlla ad declarandum ſatis eſſe queat oratio. Quis enim tum frigus deſcribat, quo tenuiſſimum & aranei inſtar corpuſculum illud hieme vexabatur? Quis flagrantes æſtus, quibus per æſtatem ſuffocabatur? ardentem ducens ſpiritum, & cum alijs incommodis colluctans? Quis pediculorum, pulicumque examina, & puſilla id genus animalia, quæ caliginoſus hic receſſus puluere ac ſordibus obſitus parturiebat & alebat? Quis (vt quod acerbiſſimum omnium erat commemorem) plagarum inflammationes, omniumque membrorum intumeſcentium dolores & cruciatus explicet, & pro rei grauitate repræſentet? Mitto cuſtodum ludibria & ſubſannationes, famemque ab illis irrogatam, omnia denique acerba adhibita, quibus naturam penitùs proſternerent: ſic enim illum ſiti atque fame cruciarunt, vt vix fruſtulum panis non quotidie, ſed alternis diebus inijcerent per anguſtum foramen, quod vnicum apertum reliquerant.

QVANTA IN CARCERE PASSVS THEODORVS.

XII. Quo tempore fama eſt, Patrem ſummâ illâ inediâ preſſum diſcipulo hæc dixiſſe: Conantur (vt video) fili, homines iſti ad cæteras acerbitates, quas in nos exercent, etiam famo nos extinguere, quam omnium miſerrimam mortem eſſe norunt. Sed collocemus etiamnum ſpem noſtram in Deo, qui non in ſolo pane alere poteſt, ſed alio longè præſtantiori cibo: quandoquidem ſpiritus omnis eius ſolius nutu ſuſtentatur. Et quoniam mihi præ cæteris Dominici corporis participatio, corporis ſimul & animæ alimentum eſſe ſolet (habebat enim vbique Pater ſecum partes aliquas viuifici corporis, peragebatque diuina myſteria quandocumque celebrandi facultas erat) hunc ego ſolum cibum capiam, aliunde penitùs nullum degustans: tibi verò vni ad victum cedant, quæ duobus præberi ſolent: quamquam id ægrè tibi ſuffecturum ſit, vtpote perexiguum. Sed ſic fortaſſe corpuſculum ſuſtentabis hoc leui ſolatio & vitā produces, exceſſumque meum Oeconomo & fratribus nuntiabis, ſi quidem ita ſtatuet Dominus. Ferre ſecum ſolitos ſanctos viros Euchariſtiam in itinere, moris fuiſſe olim tam in Occidentali, quàm in Orientali Eccleſia, ſuis locis ſæpè ſuperiùs dictū eſt. pergit auctor.

SACRA EVCHARISTIA TANTVM VIVIT THEODORVS.

XIII. Verùm qui implet omne animal benedictione, haudquaquam famulum ſuum deſpexit, aut intolerabili fame illum diutius exercuit, ſed prouidentiâ ſuâ illum dignatus eſt, vinctumque præter expectationem tranſmiſit. Ex illuſtribus enim, primaſque apud Imperatorem obtinentibus quidam viâ illâ iter faciens, cùm de Sancto cognouiſſet, quem in ſtatum redactus eſſet, quemadmodum fame, alijſque grauioribus torqueretur: eius vicem dolens, Deo ſcilicet ad miſericordiam illum commouente, fiduciam præbente potentiâ, victū affatim illi ac diſcipulis præberi iuſſit, aliaque omnia ſubminiſtrari, nec contemptos in poſterum, neglectoſque ſine cura deſtitui. atque ita Dei benignitate, viribus confirmatus, mortem illam effugit. iſta Michaël Theodori diſcipulus rerum conſcius.

THEODORO AC SOCIO MINISTRANTVR NECESSARIA.

Porrò magnâ Dei prouidentiâ factum, vt ante hæc ipſe Theodorus & Nicolaus concaptiuus à ſancta virgine anu iam facta de ſupernis domus eius, quâ detinebantur, in carcere alerentur, vt indicat eiuſdem Theodori epiſtola ad ipſam data, quæ adhuc extat ſine principio quæ ſic ſe habet.

Eudociæ virgini[b]. Caret exordio; quæ autem extant, ita ſe habent.

[b] Theod. li. 2. epiſt. 94.

XIV. In carcere illic detinebamur ego fraterque Nicolaus, cùm ante cuſtodiæ foramen poſiti cuſtodes neminem, ex impiorum interdicto, propiùs contingere ſinebant. Tum tu (vt ſuperiora quamuis memorabilia prætereamus) Dei fiduciâ freta mittebas, quodammodo lactabas, alebas, potum dabas, conſolabaris, hortabaris, te ipſa in apertum mortis periculum conijciens. quam quidem niſi ee Dei manus præuertens eripuiſſet, te ipſā pertuliſſes. Noſti vicinorum accuſationes, exactiones magiſtratuum: Quia à reo munera accepiſti; quia autem mandatis præbuiſti, hoc, & illud. Attamen, ô fidei magnitudinem! Nec ſic quidem commotis illis, vllo modo deſtitiſti. Sed quaſi noui nihil accidiſſet,

DE EVDOCIÆ VIRGINE LAVDATIO THEODORI.

miniſtra-

miniſterio iterum inſiſtebas, cuſtodes muneribus conciliãs, & quod dici ſolet, Deo per nos peccatores deſeruiens, à quo & periculorum liberatio, & præter ſpem ſalus. Quã in re cedunt hæc Priſcilla, & Phœbe illi, aut earum in miniſterio æqualibus, cuius causâ celebrantur à diuino Apoſtolo? Nullo modo, meâ quidem ſententiâ, niſi quòd erga indignos. Sed hoc tantò laudabilibus. Ibi enim perſonæ amplitudo vel ſenſu carentia ſaxa ad beneficentiam promouiſſet: hic verò contra etiam ſenſu præditas languere cogeret deſpicabilis & ſpernenda conditio. Cum ergo hæc ita eſſent, & tu nihilominùs ſecus agere viſa fueris: conſidera encomium.

XV. *Suſcepimus itaq., egregia virgo, miſericordiam, & inde te laudamus, amplectentes ſimul & collaudantes alia tua ornamenta, temperantiam, obſitam comam, neglectam veſtem, in alios quoque beneficentiam, amorem caſtimoniæ, & quod de ea numquam taxata fueris ab vllo mortalium. O præclaras actiones tuas! O Deo carum & ſenile caput! Efflorniſti in medio ſpinarum, ſicut roſa odorem dediſti in medio nationis prauæ atque peruerſæ, tamquam rectum lilium. Quid reliquum eſt? Vt permaneas in poſterum etiam abſque offenſione ſalua, ſeruansq. cætera omnia Domini mandata. Vt nec prorſus iures Domini nomen, nec vllum aliud contemnas ex mandatis. Hoc verò dico, non quaſi accuſari te ſentiens, ſed in omnibus perfectam eſſe te cupiens, & promiſſa inde bona conſequi. Salutat te frater Nicolaus, & ego dominum ac conſobrinum tuum.* hæc ad ipſam religioſiſſimam virginem.

XVI. Cùm igitur ſic magnus Theodorus in carcere detineretur, de lapſis ad ipſum Naucratius ſcribit, ijs videlicèt, qui hoc anno (vt vidimus) per hæreticos in tranſuerſum acti, admiſſi mox ſceleris pœnitentes, ad ſuos rediere, ab eis in Eccleſiam recipi poſtulantes. Quid autem de his eſſet agendum, idem Naucratius conſuluit magiſtrum, Theodorũ ipſum, qui ad eum de omnibus quæ rogaſſet ſcripſit epiſtolam, in qua hæc de his quæ ad eam rem pertinent ſcripta leguntur [a]: *De illis autem quos ſcribis, erroris ſui pœnitentia duci: erga eos qui è corpore noſtro ſunt,* noſtris ſcilicèt monachis, *medici ſumus, quãuis indigni. Quam igitur pœnam Oreſti, qui ad nos huc venit, per fratres indiximus (neque enim conuenire multas ob cauſas viſum eſt, vt in conſpectum noſtrum admitteretur) hanc eamdem & cæteri ſuſcipiant vnà cum alijs obſeruationibus. Quouſque tandem? rogas. Quoad Orthodoxæ Fidei redeat tranquillitas. Si mors interueniat, communicent, remiſſum illis peccatum arbitramur. Quod verò ſignificaſti, vos de hac & illa re inter vos diſſidere: tollite quæſtiones iſtas, & mutuam pacem habetote.*

De lapſis recipiendis conſulitur Theodorus.

[a] Theodo. li. 2. epiſt. 11. Co. Colum.

XVII. *Non ſicut qui ab hæreſi conuertuntur, recipiendi ſunt iſti, quamquam & illic quoque non leue diſcrimen ſit, huius ad illam; ſed tamquam qui Dei nomen abnegarint, vel ad eius abnegationem Chriſtomachis communicarint, ſeu metu adacti, ſeu aliam ob cauſam. Ad huius enim abnegationem manifeſtò communicarunt ſacram eius imaginem negãtibus: quia imaginis negatio ad prototypum tranſit, vt clamans clamat S. Baſilius, nec aliter res ſe habet, tametſi negationem eleuare quidam velint. Si ergò non prius rectè ſentientes, nec veritatem edocti, ſed diuinâ quadam prouidentiâ veritatis lumine illuſtrati ad nos conuolaſſent, alia ratio eſſet: nec illos temere admitti oporteret, niſi ex plurimorum Orthodoxorum conſenſu, vt diuinus Baſilius docet ad eos ſcribens, qui in Meſopotamiam fuerũt relegati ex Ægypto. An neſcis quid idem Pater dicat in alia epiſtola? Non agnoſco Epiſcopum, nec inter Chriſti diſcipulos illum adnumerarim, qui à profanis eſt manibus ad Fidei deſtructionem Præſul electus.*

Negatio imaginis ad imaginatum refertur.

XVIII. *Quales nunc ſunt, qui non per ignorantiam, ſed dominandi ſtudio in ſedes inſiliunt, veritatem ſponte ſuâ prodentes & primũ loco principatũ accipientes. Si ſecundùm hominem (inquit Paulus [b]) ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt? Aio & ego, ſi poſt negationem vel communionem cum Chriſtomachis, tales ſtatim, ſententiâ veſtrâ, ſine pœna reſipiendi ſunt: cur incaſſum periclitor in dies, ac non potius ad aduerſarios vltrò occurrens, Orthodoxis iterum, mox vt facti pœnituerit, ſine pœna vlla me aggrego? Nolite ſeduci. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. [c] Euigilate in Domino. Quæ autem ſocietas luci ad tenebras? vt ad Chriſtomachorum inſtar res noſtra dirigantur? quoniam ipſi eos qui ab Orthodoxa parte ad illos tranſeunt, cum gaudio, nullâ pœnâ irrogatâ, ſuſcipiunt. Væ. Ergo & coronandi nobis ſunt negatores Chriſti, & ſolemus honore afficiendi, vt ab illis quidam eorum affecti ſunt. [d] Fratres oro vos, nolite pueri effici ſenſibus, ſed per veram ſcientiam perficimini.*

[b] 1. Cor. 15.

[c] Ibidem.

[d] 1. Cor. 14.

De his autem qui extra fraternitatem noſtram ſunt: quis ego ſum, vt verba faciam? ſi cogat tamen quiſpiam, quoniam quæ plenitudo legis eſt dilectio ſuam quoq. ſuadelam habet: hoc ipſum dico, quod de noſtris: nam & noſtri ſunt etiam illi, Presbyter ſeu ſubſcripſerit, ſeu metu communicarit, afflictionem nõ ferens, à communione arceatur. Qui enim aduerſus Chriſtum communionem iniit: qui poteſt cum Chriſto communicare? Priuationis enim ſacrificij relaxatio, Synodica eſt conſultationis.

XIX. *Qui poſt lapſum ad certamen iterum reuertitur: abſtineat ab eo loco, quem prius obtinuit: alioqui quomodo innoteſcat tum ipſimet negatio quam paſſus eſt, tum alijs? Non poſſum permittere, quando præſertim iterata eorum pugna inſigni quopiam opere non cernitur, quemadmodum in Epiſcopo Laodiceæ. Neque enim illi ego auctor fuerim ſacrificandi, ſed communicandi tantùm propter celebritatem: ſic in monacho vnoquoque, ſic in laico. Arcendus eſt à communione, cum alijs dignis fructibus pœnitentiæ, expectandumq. tempus Fidei Orthodoxæ. Cæterum quoniam & remitti & intendi ab eo fas eſt, qui pœnam imponit (de communione loquor) ſi occultis iuſta Dei iræ iudicijs hæreſeos tempora prorogentur: licebit etiam ante Synodum in Domino relaxare, prout perſona grauius, leuiuſq. lapſa eſt, & pro ea rurſum pœnitentia, quam præſefert, tum erga noſtros, tum erga externos. Prohibendam non eſt quin vna epulentur, non tamen vt benedicant ante relaxationem. Hæc ſunt, fili, quæ de his habeo in timore Dei & veritate. Si quid noui vel à vobis vel ab alijs proferatur, diſcam. Fateor enim me in multis peccare, & multa neſcire, non abnuo. Salnta, &c.* ſed de his, lapſis ſcilicèt recipiendis, aliæ plures extant eiuſdem Theodori epiſtolæ eodem tempore carceris [e] ſcriptæ.

[e] Theod l. 2. epiſt. 6. 19. 20. 32. 40. 45. 50. 68. 95. 101. 119. 130. 154. 202. 212.

XX. Quicumque enim ſuæ ſalutis cupidi eſſent, ad ipſum, vti virum ſanctiſſimum, quem & ſciebant eſſe doctiſſimum, confluebant. Ipſe verò regulam diſciplinæ adhibens, ex ſacrorum canonum præſcripto cuncta moderari ſolitus erat. diuerſi enim caſus diuerſas ingerebant conſultationes, & ab eo reſponſa diuerſa manabant. ſicut cum ad [f] Tabalæum diſcipulum inter alia ſcribit: *Contra voluntatem eſt,* inquit, *ſi quis Orthodoxi os violenter aperiens, hæreticam communionem infundat. quod fecerunt olim hæretici, & faciunt (vt accepi) huius temporis Chriſtomachi.* ex quibus intelligi poteſt, quanta fuerint rabie Iconomachi in Orthodoxos, vt cogerent eos ad communicandum cum ipſis.

[f] Theod. l. 2. epiſt. 32.

Sed quid accidit admiratione dignũ? Quo tempore tot Præpoſiti monachorum & alij qui videbantur eſſe columnæ corruerunt: erigunt vexillum Confeſſionis feminæ ſexu fragiles: Moniales ſiquidem triginta vnius monaſterij ea de cauſa & carcerem & verbera pertulerunt. ad quas extat [g] eiuſdem Theodori epiſtola, qua ipſas commendat atque hortatur ad perſeuerantiam.

Feminæ fortes in confeſſione.

[g] Theod. l. 2. epiſt. 39.

Monialibus.

XXI. *Debeo ſi quid aliud, humilis ego vos, Domini reuerẽ ſorores, matresq́; vt veritas ipſa dixit, verbis hortari, & monitis accendere, quæ propter Chriſtum, & ſpiritualis matris priuationem, & mutuam à vobis ſeparationem, & ſancti cænobij ademptionẽ, & carceris cuſtodiam ſuſtinetis, verbera iam ante pro veritatis confeſſione perpeſſæ. Sed quid ſatis magnum dicam, præclarum encomium veſtrum extollens? vnius monaſterij congregationem vniuerſam, ſororum numero triginta hoc tempore, cum vna deflexerunt Principes & ſubditi, verbum Domini mortis metu reijcientes, monachi etiã ipſi & moniales, licèt pauci quidam ſint reliqui, ſic animis conſpiraſſe, certamenq́; pro Chriſto ſuſcepiſſe, hoc verò cum priſcis eſt temporibus cõparandum. Sanctorum quadraginta hæc ſimilitudo, aliorumue quorumpiam è beatis victoribus expreſſa imitatio.*

B

XXII. MONIALES LAVDANTVR EX CONFESSIONE PHIL.

Quàm beatæ vos eſtis, alia aliam ardenti zelo ſuperans, & omnes pariter ad confeſſionis ſtudium ſe inuicem acuentes? Dignum angelicis choris, Martyrumq́; cætu ſpectaculum, Deo in primis gratũ, cuius causâ ipſa afflictiones. Adeſte igitur, filiæ cœleſtis Hieruſalem, vera vitis palmites, Verbi haud dubiæ diſcipulæ, diuinũ in morem exultemus, Chriſto confiteamur, qui vos ad hæc toleranda cõfirmauit. Deinde ad futura quoque accingamur. Quidnam hoc rei eſt? Etſi rurſum verbera, etſi vincula, etſi ignis, etſi gladius: nullo modo refugere, ſed lætis animis perferre omnia cupere cum Chriſto. Enimuerò poterimus. Quandoquidem dixit: [a] *Omnia poſſibilia credenti. Cernitis qualia ſint encomia? Quid deniùm futuræ retributiones, Regnum cœlorum, gaudium ineffabile?*

[a] *Marc. 9.*

C

Nulla ergò ſatanæ ſuccumbens, nulla vitã amans, ſicut illi quadraginta, in his triginta reperiatur. Illi abſtinentiæ ſymbolum, vos ſanctæ Trinitatis ſimulacrum tripliciter decimatum. Talis eſt infima & nihili exhortatio noſtra. Vos verò preces mihi, ô matres ter beatæ, ad ſalutis compendium rependite. hactenùs ad moniales Theodorus, qui & alias [b] eiuſdem argumenti anteà dederat, laudans eas quod hæreticis non communicent: deinde petentibus tradididit præcepta vitæ perfectæ.

[b] *Theod. l. 2. epiſt. 19.*

MARIÆ IMP. CONFESSIO.

Enituit & tunc Imperatricis Mariæ confeſſio. iſta illa quidem, quæ nupta Conſtantino Irenæ filio, cùm ipſe præter ius faſq; mœcham ſibi in coniugem coniunxiſſet, in monaſterium detruſa, eâ occaſione bene vſa adeò profecit, vt hoc perſecutionis tempore victricem ſibi texuerit in confeſſione coronam, exilium paſſa, prout ipſius Theodori ad eam epiſtola ſcripta ſignificat, quæ ſic ſe habet [c].

[c] *Theo li. 2. epiſt. 182. ex Cr. Colum.*

Mariæ Reginæ.

XXIII. MARIA EXILIVM PASSA OB CVLTVM SS. IMAGINVM.

Quales nos & quinam abiecti ſumus, quos in occurrentibus moleſtijs defendere, & laudibus ſuprà modum efferre & conſecrare dignata ſit præcellens dominatio tua? Attamẽ quòd iſtam pietatis tuæ dignationem ſuſceperimus, res ipſa fidem faciet. Quando etiam neceſſarium eſt, multos falsâ ſuſpicione liberari, quæ huiuſmodi occaſionibus obrepere ſolet, nimirùm, effuſus enim ſermo in multos diſpergitur, veritm in ſingulis haudquaquam obtinens vſquequaque. Nos verò quibus verbis vtemur, afflictiſſimi cordis tui dolorem abſtergere conantes? Aut quonam molliore contactu aſperrimum animi ſenſum lenire poſſimus? Pertuliſti ergò (vt ab initio prouehatur oratio) iniuſtum coniugis diuortium, ab Imperio ſimul itidem auulſa, cuius rei causâ concuſſus eſt mundus. Miſerandum ſpectaculum! Adultera purpuram gerens, & Regina pullo amictu tecta: Famula imperans, & domina ſeruiens. atque vt cætera omittam quæ tibi, quæ paſſa es, notiora ſunt, quàm nobis ignorantibus: exilium pro veritate pertuliſti à proprijs viſceribus ſeparata. Ex quo & dolor tibi ſummus & laus præcipua erga Deum, pioſq́; omnes. Tertia plaga hæc eſt, de qua, quid deceat, proferre iuſſi ſumus. Et alia quidem

A

alij pronuntiant. Filiam matri adeſſe, eamq́; ſequi oportere. Hoc enim aiunt, videre eſt in belluis naturâ fixum inſtinctum. At nos tenues, illud Domini: [d] *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? atque iterum: Si quis venit ad me & non odit filiam, non eſt me dignus: religioſam pietatem tuam domi manere, Auguſtæ palatium obtinente, in quo cernitur Euangelicus gladius ſectionem inducere. Hæc, ignoſce domina, cum multa cordis attentione & ſolicitudine auſi ſumus, tamquam in aurem loquentes, ſcribere, pro ambabus orantes meliora & ſaluti propiora & nunc & in futurum.* hæc Theodorus ad Mariam cum eius filia Auguſta tunc regnans, matrem Mariam ad ſe ſtuderet vt ſecũ degeret, euocare; quod fieri non debere, ex Euangelica lege admonuit, ne cum hæreticis communicaret aliquo modo, vel communicantibus cum hæreticis communicatione vllatenùs iungeretur.

[d] *Matt. 12.*

XXIV. Vides ex his, Lector, Orthodoxos omnes in vnum Theodorum ad conſulendum eum reſpexiſſe, & de rebus dubijs habuiſſe cõfugium. relictum ipſum in Eccleſia illa, cui incubabat hæreticus Patriarcha, tamquam diuinum oraculum vocale omnibus eum interrogantibus, iam & voce ſanguinis vehementius clamans. Vt planè vel in Theodoro Apoſtolica ſententia appareat experimento probata, quâ Paulus Apoſtolus [e] de ſeipſo dicit: *Pro Euangelio laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum.* Etenim neq; carcere, neq; vinculis, neq; cuſtodibus valuit impediri vel præpediri, neq; cõminationibus vel pœnis potuit prohiberi, terroribusq́; vetari, neq; verberibus iteratis contineri, vel inedia arctari, atque conſtringi, vel quid minimum detineri quo minus liberanimo perſeueraret, & liberè curreret, longè lateque per vniuerſum Orientalem orbem excurreret Spiritus [f] pennis verbum Dei inſtar columbæ deargentatæ quocumque velit pro voluntate volantis.

[e] *2. Tim. 2.*

[f] *Pſal. 67.*

XXV. Credi vix poteſt, quot hoc tempore litteras ſcripſerit hortatorias ad martyrium, catecheticas ad inſtructionem, dogmaticas aduerſus hæreticorum obiectiones, cõſolatorias ad concaptiuos, luctuoſas ad lapſos, canonicas ad reſipiſcentes, remedia ex præſcripto canonum continentes: vt planè in ſummo ocio & maxima libertate eum cõſtitutum fuiſſe quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore ſcripta conſideret, & plures illi inſeruiſſe notarios, famulos aſtitiſſe tabulas ex confertis armarijs miniſtrantes, & ad ſcriptionem ceram parantes, tabellariosq; crediderit etiam plurimos ſingulis diebus ad iter accinctos, expeditos in diuerſas orbis partes mittendos pro foribus ſemper aſtitiſſe paratos. Summa hæc eſt potẽtia verbi Dei, qui omnia [g] quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra; & [h] vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt; & voluiſſe tantùm, perfeciſſe eſt.

[g] *Pſal. 134.*

[h] *Rom. 4.*

E

DE EPISTOLIS THEODORI IN CARCERE SCRIPTIS.

Numerũ excedit ducentarum epiſtolarum ſumma quas Theodorus perſecutionis tempore exul, & in carcere conſtitutus conſcripſit: extant ipſæ ſingulæ. ex quibus paucas quæ magis ad cõtextum hiſtoriæ ſpectare noſcuntur, hic tibi annis ſingulis quibus ſunt ſcriptæ, curauimus deſcribẽdas, Apoſtolici quidem ſpiritus odore flagrantes, eorumdemq́ue glorioſa ſtigmata referentes, dum quot apices, tot vibices glorioſæ confeſſionis legentibus repræſentent, & in charta verſus fluẽtes ex eius corpore riuos ſanguinis manifeſtent. Sed iam reliqua, quæ ſunt eiuſdem Theodori anni huius rerũ geſtarum & ſcriptionum monumenta reddamus.

XXVI. Hoſtis humani generis cum plurimum cruciaretur ipſe cruciamentis Sanctorum: ad fraudes ex

more

Google

DIABOLI NOVA FRAVS ADVERSVS CONFESSORES.

more confugit, ſi quomodo poſſet robuſtos Chriſti athletas reddere debiles, atq; à certamine reuocare. Quid agit? Ore negantium loquitur, & hæreticorum lingua viperea ſibilans, illud aſſerit & euulgat: fruſtrà gloriari in confeſſione fideles, & exultare de corona martyrij Orthodoxos, longè procul abeſſe ſignificans, vt pro Chriſto pati dicantur, qui pro imaginibus ſubeant illata ſupplicia: ſed ſicut pro imaginibus fuiſſet ſuſceptum certameo, ita imagioaria ſpes eſſet de præmio conſequendo. Iſta audiens Theodorus: mox occurreos, ad omnes Chriſti Confeſſores vbique degentes hanc ſcribit epiſtolam [a], quâ primum eos laudat qui talia paterentur.

[a] Theod. li. 2. ep. 31. ex Cod. Colum.

Theodorus ijs qui propter Dominum in diuerſis carceribus detinentur dilectis fratribus ſalutem.

XXVII. THEODORVS EX CARCERE SCRIBIT AD CONFESSORES IN CARCERE POSITOS.

Quidnam hæc rei ſunt, quæ videmus? Gaudiũ & exultatio; quoniam martyria pro Chriſto mire dignati ſumus, quia carceribus & tormentis pro Dei verbo traditi ſumus: quia plagis & contumelijs propter Chriſtum, qui pro nobis verbera, opprobria, mortem denique paſſus eſt, ſubditi ſumus. Quis non laudet? Quis non gloriæ ducat? Oriens lætatur, gaudet Occidens; vniuerſa per quatuor mũdi cardines exultant Eccleſia. Et quid terrenum orbem loquor? cælum ipſum gaudio repletum eſt. Quod non ſolum ſupremus Antiſtitum noſtrorum, Epiſcopi ac ſacerdotes, præſides cœnobiorum, & diſcipuli, ſed monachæ etiam ipſæ cum moderatricibus ſuis martyrij ſcammata ingreſſæ ſunt: mitto illos dicere, qui in deſertis & montibus, in ſpeluncis & cauernis terræ exules affliguntur, & durâ pro Chriſto perſecutione vexantur. Meritò itaque, fratres mei dilecti ac deſiderandi, gaudium & corona mea, gaudeo & cõgratulor vobis. Idipſum autem & vos gaudete & congratulamini mihi: beati Pauli [b] ſunt hæc verba, ſed tempori congruentia: omnia ſiquidem ad doctrinam noſtram ſcripta ſunt, & imitatores ſui nos eſſe obteſtatur.

[b] Philip. 2.

XXVIII. *Primum ergo illud verè dixit, non quantum volunt, cupiuntq; ij, qui nos vexant, ærumnis & afflictionibus nos premi: ſic enim intolerabilis foret tentatio, qualis quæ à dæmonibus occultè nobis infertur, ſed quantum permittit certaminis præſes & particeps nobiſcum Chriſtus, qui pro cuiuſque viribus modulo ac menſura iuſto iudicio agones immittit, vel ad delictorum vindictam, ſi modò ſponte ad id patiendum accedimus, vel ad victricium coronarum retributionẽ, è gloria in gloriam progredientib. Non enim ijſdem nos, quib. Petrus & Paulus cum æqualibus, aut Georgius aut Demetrius cum ſimilibus, aut Thecla cũ Febronia cum paribus affecti tormentis fuimus, quibus, cũ multũ diligerent, abundarunt & Chriſti conceſſæ paſſiones. At quib. exigua eſt caritas, ijs minora etiam pati conceditur, vt dolere atq; ægrè ferre, quòd multa non patimur, non turbari nos deceat, neq; frangi ob mediocria hæc ſupplicia quæ ſuſtinemus.*

XXIX. *Quod ſi ceciderimus (quòd abſit vel cogitare) non ad diuini iudicij permiſſionem, ſed ad eius qui emollitus eſt, remiſſionem, ignauiam, impietatemq; referendum. Deus enim vires dedit aduerſus dæmonis potentiam, victorem volens athletam ſuum fieri: hic vero negligentiâ ſuâ patientiæ arma proijciens perijt. Teſtis horum qui clamat: [c] Fidelis Deus qui non patitur vos tentari ſuprà id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Ne igitur erubeſcamus teſtimonium Domini noſtri Ieſu Chriſti: Nec vinci nos patiamur à Thadæo Martyre nouo ijſq; qui vnà confeſſi poſt eum abierũt, quorum ipſi nomina tenetis. Martyrum ſanguine irrigata eſt etiamnum Eccleſia Dei, atque adeò irrigatur per eos qui decertant, & varijs ærumnis affliƈtantur. Sanguinem fundit qui incluſus tenetur, qui ab alijs ſeiunctus eſt, qui in anguſtijs coactus, qui ab omni cõſpectu remotus, qui rebus neceſſarijs deſtitutus, qui eſurit, qui ſitit, qui ſolis radium non videt, quotidie [d] moriens, vt loquitur Paulus: & totâ die mortificatus, vt canit [e] Dauid. Sed ſi commortui erimus, conuiuemus, & ſi ſuſtinuerimus, conregnabimus cum eo. Superioribus ſæculis elegit gratia quos elegit ad Chriſti teſtimonium: exoriuntur per ætates ſingulas Martyres. Neceſſe enim eſſe, vt veniant ſcandala, dixit Chriſtus [f], vt ſolis ritu reſplendeant electi, & Zizania nocturna ſuâ obſcuritate manifeſta fiant.*

[c] 1. Cor. 10.

[d] 1. Cor. 15.

[e] Pſal. 43.

[f] Matth. 18.

XXX. *Sumus, fratres, in natione hac praua & peruerſa, tamquam ſtellæ lucentes in tenebris hæreſeos: ſicut elegit nos Chriſtus in gloriam ſuam, ad laudem Fidei orthodoxæ. Quemadmodum nobis ij qui olim fuerunt, ita & nos poſteris ſtabilimento atque exemplo ſimus, vt in die Domini exultantes reperiamur. Et verò clarius atque manifeſtius, quàm maiores noſtri, teſtimonium habemus. Non enim de Chriſti naturis, aut voluntatibus, & ceteris quæ in quæſtionem vocata fuerunt, quorum altercatio quoniam in notionibus ipſis poſita erat, nullam ſub ſenſus demonſtrationem dabat, ſed de ijs quæ cogitationes ſimul atque oculos feriunt, dubitatio eſt, ſeu potius impia negatio. Chriſtum ſiquidem aduerſarij nõ ſolum effingi poſſe negant, eodemq; modo Deiparam atque Sanctos, verum expreſſos etiam abolent, errorem ac perniciem animarum ſacras imagines eſſe affirmantes. O Iudaicam pariter & Ethnicam impietatem!*

CONTRA ICONOCLASTAS.

XXXI. *Nulla igitur vniuersè, aut quod ad ſubſtantiã differentiam, varietas in eo de quo ſermo eſt. Ait Iudæus aut Ethnicus Chriſtiano: Nega Chriſtum, nega Mariã. Hoc ipſum ait & Iconomachus. Imago enim Chriſti & Deiparæ eodẽ nomine Chriſtus & Deipara nuncupatur. Quare qui imaginẽ negari iubet: eum cuius imago eſt, negari haud dubiè iubet. Non mea hæc ſententia, audi quid Moyſi dicat vniuerſorũ Deus: [h] Fac Cherubim; & tamen Cherubim imagines fieri iuſſit. Nec enim Cherubim naturã deſignaſſe, mẽtis compos vllus dicet. rurſum: [g] Fac ſerpentem æneum, & hic quoque ſerpentis imaginem exprimi iubet. Verùm hæc eſt natura prototypi & exempli ab eo ducti, vt exemplum archetypi nomen ſumat, & vno ſublato alterum tollatur, tamquam qui ſimul ſint. Erat Angelus, ideò & Angeli imago: erat ſerpens, ideò & imago ſerpentis, atque ita rei cuiuſque, & vocantur interdum quidem imagines, quorum re ipsâ ſunt, interdùm verò propter habitudinem, tamquam archetypa ipſa nuncupantur, & non imagines eorũ. Hoc modo diuinus Apoſtolus: [i] Super eamq; (inquit) Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium, prototypi nomen tribuens imaginibus.*

IMAGO SEMPER PROTOTYPVM REDDIT EX DIVINA SCRIPTVRA

[g] Exod. 15.

[h] Num. 21.

[i] Hebr. 9.

XXXII. *Audi & Baſilium Magnum: Exprimatur etiam in tabula certaminis præſes Chriſtus: non enim, ait, exprimatur imago præſidis certaminũ Chriſti. Audi & Niſſenũ Gregoriũ: Præſto eſt Iſaac, Iſaac imaginẽ Iſaac appellantem. Audi Chryſoſtomum: Vidi Angelum in imagine; non enim imagine Angeli à ſe viſam dixit, ſed Angelũ. In imagine quippe prototypum repræſentatur, ſicut à typo Crucis. Crux ipſa viuifica. Quatenus inſeparabile eſt vnum ab altero in adoratione, propterea & archetypi nomen obtinet imago. Crux enim Crucis typus appellatur. Sic de Rege, omniq; homine, & de omni alia re verè dicere liceat, Regem dici etiam Regis imaginem, ait diuinus Baſilius, & Petrum Petri imaginem, & Paulum Pauli imaginem (dicam aliquid ſublimius) & Deum quoque hominem dici, tamquã Dei imaginem. Ergo iuxta ea quæ Baſilius docuit, etiam Chriſtus imago Chriſti. Dixit enim (iterum dico) Exprimatur in tabula non imago Chriſti, ſed Chriſtus.*

EX PATRIBVS IDEM PROBATVR.

XXXIII. *Quod ſi hæc non ferunt contentioſi, primum diuinas voces improbant, deinde Chriſtum hominem non eſſe, ſi non verbo, re ipsâ docent. Si enim eſt homo depingitur vtique, hominis enim proprietas prima eſt depingi: ſi verò non depingitur, homo non eſt, ſed carnis expers; & nondum venit Chriſtus, ſicut Iudæi nugantur. Hanc ob cauſam & Deiparam quoq; depictam delent, & Sanctos omnes. quaſ*

non Mater Chriſti, nec famuli Chriſti eſſent. Exclamat vox aurea: Verbis tuis opera mihi credibiliora ſunt: Conſequitur ergo Iudaizare reuera Iconomachos. Et qui ab eis patitur propter Chrſtum, & pro Chriſto patiētem, propter Deiparam & pro Deipara, propter Sanctos & pro Sanctis quibuſcumque, Martyrem irrefragabilem & Confeſſorem Chriſti eſſe qui decertat & reſiſtit. Nec opponi cōtra quicquam poteſt.

VERE MARTYRES QVI PATIVNTVR PROPTER CHRISTVM.

Machabæi Martyres facti, quod ſuillas carnes edere abnuerent, Præcurſor Chriſti propter iudicium veritatis, alius qui obolum offerre nollet ad ſtructuram idoli: alius aliud ob mandatum. Quid enim attinet multa loqui? Et hic qui manifeſtè decertat, Martyr non erit, vt miſeri quidam affirmant? Martyr planè verus, nulla re diſcrepans ab illis, quos Ethnici vel Iudæi Martyres fecerant: Et Martyr ac teſtis in cælo fidelis. Omnino ergò, ſi quis Crucis typum ſpernit, in Chriſtum ipſum contemptum hunc torquet: multo magis qui imaginem Chriſti negat, negationem in Chriſtum refert. Sic qui martyrium pro alterutro ſuffert, Martyr veriſſimus, ac magis etiam in imagine, quia typus ſignum, imago forma eſt Chriſti.

XXXIV. *Obſecro, fratres mei ſancti, cæleſtis vocationis participes, primùm quidem memoriam mei faciatis orantes, vt quæ dico, repræſtem, nullis cedens nec apertis nec occultis inſultibus. Deinde vobis ipſis attendatis & præſenti certamini. Nec verò cogitationibus vramini ex inopia ſcientiæ in harum rerum contemplatione, quæ à prouidentiæ alto conſilio gubernantur, quod aſſequi nequit humana intelligentia, nec vobis id contingat, quod canitis: [a] Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, hoc & illud videns. Sed audite potiùs dicentem Dominum: [b] Expecta in die reſurrectionis meæ. Et: [c] Qui ſuſtinuerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.* hæc Theodorus, qui & eodem etiam argumento aliam ipſo quoque tempore ſcripſit[d] epiſtolam ad Abbatem quemdam in carcere conſtitutum, oſtendens imaginem ad prototypum relationem habere, ita omnibus vbique in omnibus conſulens, inuigilans cuiuſcumque ſaluti.

[a] Pſal. 72.
[b] Marc. 10. Luc. 9.
[c] Marc. 24.
[d] Theod. lib. 2. ep. 83. ex Cod. Colūn.

XXXV. Quod autem ita, vt vidiſti, Theodorus in carcere conſtitutus, confectus ærumnis, haud diu viuere ſe poſſe putaret: & hoc prouidit, vt quaſi proximè moriturus vice teſtamenti epiſtolam ſcriberet, qua veniam peteret, ſi quem ex fratribus offendiſſet, ſignificans & ipſum pariter ignoſcere illis, à quibus eſſet offenſus, monens tamen lapſos de perpetrato delicto debere peragere pœnitentiam. epiſtola ſic ſe habet.

Fratribus abſentibus [e].

[e] Theod. li. 2. epiſt. 12. & Cod. Colūn.

Semper quidem ad mortem omnia diſponere Chriſtianum oportet: ſed tùm maximè cum ærumnis mortis minas intentantibus vrgetur. Quandò igitur hoc in ſtatu ſunt res noſtræ, ſæuiente perſecutorum rabie, ob Chriſti caritatem, præſens ſcilicet teſtimonium confeſſionis eius; nec ſcire poſſum, quid ſubitò euenturum ſit mihi ab alijs ſeiuncto, proculq́ à vobis fratribus ac Patribus meis circumcluſo: rectè facturum me exiſtimaui, ſi ſupremam veluti vocem hanc epiſtolam vobis commendarem, & per vos vniuerſæ fraternitati. Melius enim eſt ſæpè teſtari, & expectare, quàm vitæ longioris expectatione ſubitò abripi, & inteſtatum inconſultò relinqui.

TESTAMENTVM THEODORI IN CARCERE CONSTITVTI.

XXXVI. *Quid ergo nunc reſtat, quandoquidem ſæpe quæcumq́ dicere conueniebat, vel graui quopiam morbo decumbens, vel inſtante perſecutione recenſui, memoriæq́ ſuggeſſi; neque nunc opus eſt, quæ dicta ſunt, iterum repetere? Hoc primùm, fratres mei, vt veniam mihi detis omnium, quæ præter rationem in gubernatione aduerſum vos dixi vel egi, tum verbo, tum factis. [f] Delicta enim quis intelliget? &c. [g] Offendimus omnes, egoq́ præſertim omnium hominum nequiſſimus. Vnde & preces veſtras imploro ad conſequendam ſalutem ærumnoſæ animæ meæ. Deinde pro ijs, qui propter peccata mea ſegregati, auulſiq́ à noſtra in Spiritu ſancto congregatione ſunt fratres. Eſt quidem, eſt planè omnibus patefactum, quod eis impendet iuſtum Dei iudicium. Verumtamen quia filij ſunt & membra, condolendum illis eſt, & amplius conteſtandum. Dico autem fratri Leontio, Maximo, Clementi, alijs omnibus qui ſe ipſos quâcumque inanis prætextus ſpecie ſegregarunt. Et quæ in me quidem admiſerunt, & olim dixi, & nunc dico, ignoſcendum illis eſt. Sed quoniam quæ in Deum commiſſa ſunt, hominis non eſt, ſi abſque pœnitentia maneāt, ſoluere; illi autem nondum pœnitentiâ tacti videntur, quin alia inſuper hæc & illa egiſſe, quæ ipſi norunt: obſecro, vt per vos ſiue nunc, ſiue poſt mortem meam hoc illis denuntietur, Videtis fratres terribile & ineuitabile iudicium, niſi dignâ Deum pœnitentiâ placaueritis, quantum enim ad me peccatorem, ignoſcendum vobis eſt. Hoc erat, quod nonnihil me contriſtat, & menti occurrit, quod vt erga omnes perficiatis vos ore. Valete in Domino.*

[f] Pſal. 18.
[g] Iac. 3.

XXXVII. Qui ergò modò preſſus anguſtiis eiuſmodi breue admodum per litteras teſtamentum conſcripſit, maiori poſteà proximè moriturus, aliud longè prolixius confecit, quod ſuo loco inferiùs ponetur.

Quòd ad hoc ipſum quoque tempus ſpectat, poſt elapſum ſcilicet perſecutionis biēnium, idem Theodorus litteris veneratus eſt Theophylactum Epiſcopum Nicomedienſem egregium Confeſſorem. Etſi enim maxima Epiſcoporum pars tempori inſeruiens perfidiam ſequuta eſt Imperatoris, vel ſaltem nefariæ eius (vt vidiſti) communionis particeps facta eſt: non defuerunt tamen, licet pauciſſimi numero ex Epiſcopis, qui carere ſedibus, in exilium deportari, aliaque grandia quantumlibet pati delegerunt potiùs quàm miſceri ſceleſtis, inter quos iſte (vt diximus) Theophylactus enituit Epiſcopus Nicomediæ, quem vocibus triumphalibus iure meritoq́; Theodorus eſt proſequutus, hanc ad eum è vinculis epiſtolam ſcribens [h].

[h] Theod. li. 2. epiſt. 4. Cod. Colum.

Theophylacto Epiſcopo Nicomediæ.

XXXIIX. *Biennium eſt, cùm in hac cura & cogitatione verſor, vt ſcribam ad ſacrum verticem tuum: & vix nunc tandem impleo deſiderium humilitatis meæ. Sed rectè, quòd dignus habeor, qui per litteras ſalutem patrem meum, columnam veritatis, rectæ Fidei fundamentum, cuſtodem pietatis, Eccleſiæ firmamentum, victorem virum, Chriſtiferum Pontificem, confeſſionis Dei Martyrem. An non enim martyrij corona tibi præſtò eſt, qui propter Chriſtum exul & peregrinus graues ærumnas ſuſtines, idq́ in corpore tum naturâ ſuâ imbecillo, tum priſtinis ſat ſcio aſceticæ vitæ laboribus attrito? Gloriatur in te Orthodoxorum chorus, lætatur Nicomedienſium ciuitas, & triumphat orbi terrarum te oſtentans, & vetera olim decantata præſulum ſuorum probra depellens. At ſi propriè magis loquendum eſt: Exultat animo S. Taraſius, ex caula, manuq́ ſua primùm ouem, tum paſtorem inclytum videns, depugnantem modo, & diſcrimen omne petentem pro Fide orthodoxa, cui quod in ſe erat, per Synodum Dei gratia contulit temporibus Auguſtæ, quæ pacis cognomen geſſit & pacem dedit, ita vt res ipſa nominibus aptè congruerēt. Verùm illa quidem ſic fuerunt; præſentia verò amara & luctuoſa. Quid enim aliter? altaribus exterminatis, euerſis Eccleſiis, ſurſum, deorſum, omnia miſcente hæreſi, & Chriſtum cum Matre & ſeruis ſuis perſequente.*

THEOPHYLACTVM EPISC. NICOMEDIÆ LAVDIBVS PROSEQVITVR THEODORVS.

XXXIX. *An verò perſecutionem paſſi non ſunt, deiectis & proſtratis ipſorum imaginibus? Num ergò ſi viuifici ligni typus aboleatur, ſublatam è medio Crucē quis neget? Quod ſi in typo dici hoc nullo modo poteſt: cur non idem etiam in imagine fatendum ſit? Imago ſiquidem & typus ipſe eſt, ac vice verſa recurrit oratio. At quiſnam ego ſum mi-*

ſer, &

ſre, & ſacrorum imperitus, qui hæc diuino Patri & magiſtro ediſſeram? Tu ipſe nos, ſanctiſſime, perfectiora doce, vt diuinis imbutus. Tu factis inſtrue ad fortiter ferendam præſentem ſeu caſtigationem ſeu probationem, quorum illud prius in nos quadrat propter peccata, poſterius in te propter diuinam caritatem Chriſti, quem tu erare ne ceſſes, vt impietatis vmbram diſcutiat, & ſereno tranquillæ Fidei diluculo permutet. ita modo, ſed ad eũdem ruſſus eodem argumeoto[a] ſcribens, ſtatum deformem Eccleſiæ temporis præſentis deplorat.

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 26. Cod. Colũn.

RVRSVS AD EVNDEM THEODORVS DEPLORANS STATVM ECCLESIÆ.

Iamdudũ optabam beatitudini tuæ ſcribere, ſed defuit mihi copia tabellarij: nunc Dei voluntate nactus, expleo deſiderium, quod in te iure ſuſcepi, non ſolùm ob tuam in Domino confeſſionem, ſed peculiariter etiam ob egregios pra multis mores tuos & ſuauitatem, candorem, gratiã, & mellitam conuerſationem, affabilitatem in congreſſibus, & ſuprà omnia beneficentiam, ex quibus ſacræ animæ tuæ character, etſi non inſpectus, ornatus viſus eſt virtutũ varietate. Sed de hac re ſatis: nec enim tempus eſt encomiorum. Quid verò tibi, ò beate, viſa ſunt hæc quæ geruntur? An non propè Iudaiſmus aut paganiſmus? Detractus eſt ornatus Eccleſiæ, ſacrarum ædium facies, igni tradita ſunt ſancta. Alia quædam forma cernitur in Chriſtianiſmo, ſi Chriſtianiſmum dici fas eſt & non potius Iudaiſmum.

XL. *Nunc oportunum eſt vt dicatur:* [b] *Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua deſtruxerunt. Et quidem occiderunt, & quidem deſtruxerunt. Et adere enim & effodere faciem eorum, quid aliud eſt quam apertè deſtruere? Aufer hominis faciem, non iam homo erit, ſed abortiuum quiddam, ſi tamen viuere poſſit.* [c] *Incenderunt igni ſanctuarium tuum, & hoc verè item. Omnem diuinam imaginem quacumque materiâ expreſſam concremantes. Apertum eſt os blaſphemum, Chriſtum idolum appellans, & Deiparam & Sanctos: archetypi ſiquidem nomen retinet etiam exemplum, quando & adorationem quoque; idcirco typum omnem Crucis Crucem appellamus, & viuificam Crucem adorantes amplectimur. Verum hæc ego humilis deploraui, non quaſi errorũ perniciem ignoret exacta ſapientia tua (ne ſtultus videar) ſed vt cordis mei dolorem ipſe leniam commemorando. Solent ſiquidem narrationes cum efferuntur, occultas leuare moleſtias. Atque vt illam vnà excitem ad Deum enixius deprecandum, vt celerem vindictam prauæ huic hæreſi reddat ad populi ſui ſalutem. Ora etiam pro me minimo filio tuo, Pater ſanctiſſime.* hæc ad Epiſcopum Nicomediæ.

[b] 3. Reg. 19.
[c] Pſal. 73.

XLI. Quod vero ad reliqoos Confeſſores Epiſcopos pertinet: Enituit hoc quoque tempore & Theophili Epiſcopi Epheſi decorata ſaoguine clara confeſſio, quo nomine ab eodem Theodoro plurimũ commendatur, cum ab exilio ſcriptam ab eo accepiſſet epiſtolam cum eulogia, dignam quidem vt hic perenne eius gloriæ monumeotum inſexatur in tanti memoriam Confeſſoris, ſic enim ſe habet.

THEOPHILVS EPISC. EPHESINVS CONFESSOR AD QVEM THEODORVS.

Theophilo Epiſcopo Epheſi [d].

[d] Theod. lib. 2. ep. 41. ex Cod. Colũn.

Et ſacram epiſtolam tuam accepi tamquam diuinitus ſcriptum libellum, & eulogiam ſimul ſuſcepi, veluti amoris igniculum. Et quis ego ſum miſer, qui à ſancto ore tuo ſic lauder, qui nec corrigiam calceamentis tui ſoluere dignus ſum? En humilitatis Deum æmulantis proprietates! Tu beatiſſime Pater, qui magnus & diceris, & extolleris, & prædicaris Orienti atque Occidenti, maximi Apoſtoli, Euangeliſtæ ac Theologi thronum dignè condecoraſti per ea quæ paſſus es, & pateris etiam nunc, carnis tuæ ſanguine vitam illuſtrans, & pingi Chriſtum confitens vt corporeum, non ſicut impij faciunt, negans, quando depingi eũ non admittunt. Quod enim non exprimitur imagine, nec corporeum quidem eſt. Mitto dicere quod Angelum incorporeum cum ſit, per ſenſibiles imagines exprimi à Theologis traditum eſt. Hi vero etiam corporeum Dominum, & incorporeum famulum, Deiq; Matrem cum omnibus Domini miniſtris depingi negarunt, per imagines videlicet prototypa ipſa ſimul negantes. Neque hoc intelligentes, ea propria figura ac characteris ſuſceptione vim ſuam & ſtatum obtinere, quo ſublato vel dedecore affecto, tollitur procul dubio & dedecore afficitur eorum vis omnis & dignitas. Attamen intelligere nolunt, vt benefaciant & meliores fiant. Illis vero aduerſus ſtimulum calcitrare licet. Te vero potens manus cuſtodiat ad gloriam Eccleſiæ ſuæ, vt columen, vt fundamentum, vt propugnaculum, videamuſq; te humiles, aut inde in Aſiaticam terram redeuntem; ſicut illi olim ex Pathmi cuſtodia ſolem Euangelij; aut in cœlis [e] *ſupra decem ciuitates pontificaliter glorificatum.* hæc ad Theophilum, ad quem hæc breuiter rurſum.

[e] Luc. 19.

Theophilo Epiſcopo Epheſi [f].

[f] Theod. li. 2. ep. 70. ex Cod. Colũn.

XLII. *Cum epiſtolam fœnori dediſſem, expectabam vt debitum caritatis reciperem; ſed quia non accepi, cupio iterum fœnerari: dulce mihi valde hoc fœnus, hoc eſt, cum ſacro capite tuo colloqui pro Chriſto patiente, vel potius Cõfeſſoris inſtar coronato & exornato. Non enim quibus oculis videt mundus, iiſdem mens cernit, Deum ac diuina conſpiciens. Ille ſiquidem corruptibilia & pereuntia bonorum nomen obtinere cenſet, malè iudicans & preuersè: hæc vero illud as ſolum beatum ducit, quod non his regionibus definit voluptatem, ſed futuro ſæculo repoſitum eſt ad interminum gaudium animi iucunditatis. Hoc modo ſanctitatis tuæ res intuens, gaudeo & gratulor, deſideratiſſime. Contempſiſti gloriam terrenam, elegiſti cum Chriſto humilia & contemptibilia, immò verò tribulationem & anguſtias, verbera & exilia. Quam beata ſunt quæ egiſti? quàm laudanda quæ paſſus es, Orienti, Occidentiq; celebrata, in cœlis deſcripta, Angelos exhilarantia, Confeſſores ac Martyres oblectantia, dæmones & his ſenſu ac moribus ſimiles Iconomachos pungentia? Meritò igitur tibi congaudeo, princeps Patrum, vtpote Archiepiſcope. Sed peto vt pro me etiam ores miſero vndequaque, vt non excidam à veſtigijs conſtantiæ veſtræ.* iſta ad Theophilum Epheſi Archiepiſcopum Sed recenſeamus ceterorum coronas Epiſcoporum.

XLIII. Inter alios Epiſcopos Confeſſores nobilitatus eſt valde Ioſephus ipſius Theodori germanus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, de quo etiam ſæpè ſuperiùs, qui tum verbis, tum ſcriptis Fidem Catholicam aduersùs Iconomachos fortiſſimè propugnauit, vt indicant eiuſdem ad eum redditæ Theodori litteræ. deſcribemus hic eas quòd plura habeant, quæ ad præſentis temporis ſtatum & ingruentis perſecutionis tragœdiam ſpectent, ſunt planè pijs Lectoris auribus dignæ, his verbis conſcriptæ [g].

IOSEPH ARCHIEPISC. THESSALONICÆ CONFESSOR EGREGIVS.

Ioſepho fratri Archiepiſcopo.

[g] Theod. lib. 2. epiſt. 31. Cod. Colũn.

Quantum quidem ex litteris, de valetudine tua nihil cognoui. Sed heu peccatis meis, quod hæc ita euenerunt. Indicatum enim mihi eſt à fratribus de aliorum atq; aliorum interitu, & hæc quidem diaboli vis. Sed laus Deo, qui hæc eos celauit, qui rerum potiuntur: multis enim impendebat periculum. Quin etiam perijſſe ſimul Iambos, quos contra Iconomachos ſcripſeras, omninò autem ſine exemplo & nota eos mittere non debueras. Hæc ſanè contriſtauerunt nos, vt par erat, ego verò iterum alloquor ſanctitatem tuam, faciem videre deſiderans, cum enim potius? aut non ſemper? neque id ex natura tantum, ſed ex actionum conſpirante ſocietate, non humi nata, ſed cœlitus profecta, à primis fere carceribus in hanc diem, vt ſciunt omnes; ac formauerunt parentes corporaliter dicam ac ſpiritualiter. Vtinam autem ſic maneamus etiam in poſterũ, vt à te non diuellar peccatorũ meorũ multitudine. Ex diuina prouidentia conſentientes, & ex eorum conſue-

tudine

tudine qui genuerunt, ac vota quidem noſtra talia ſunt.

Cetera autem qualia & quàm multa in Eccleſia Dei gemitu ac lachrymis digna, iam prorſus audiſti: Quæ enim ne priſci quidem contra Chriſtum egeſsant hæretici, ea nũc maiori rabie patrata ſunt. Et dormit Chriſtus, & ſalſum incredulitatis mare intumeſcit, extremam perniciem afferens. Sed adſunt tecum germani diſcipuli, qui Chriſtum ad increpationem, periculiq́; depulſionem exſuſcitent. Abyt & meus in habitu ſuſceptor ac ſponſor, vir bonus, confeſſionis præmium reportans in moleſtiſſima (adeò vt in lectulo ſe ipſo verſare non poſſet) infirmitate. Quo modo? Reſiſtens, abductus eſt & cuſtoditus, deinde etiam relegatus, atque ita martyrium conſummans. Itaque non deſpexit Dominus ſubiectionis eius labores, quãtos noſti, tametſi propter peccata mea inter Mœchianos deprehenſus fuerit, corpori parcens, non animo item abreptus, vt res ipſa declarauit. Propterea cœtui à Deo ſubductus, in alteram partem victoriam vertit, quemadmodum & Mediciotes, atque adeo Nicænus quoque, vt litteris ipſis edoctus ſum. Et quid hunc aut illum dico? Mihi enim perſuadeo, ſic affectos eſſe omnes qui reſtiterunt. Quin & ipſe verus Patriarcha noſter veritatem profitetur, vt ex eius ore didici, qui illum audierat, eiuſq́; defenſionem laudabat. Hæc omnia dixi, tum vt defunctum merito laudarem, tunc vt ſanctitati tuæ vota facerem quæ debebam.

XLV.

DE LEONTIO EX MONACHO PERSECVTORE.

Sed non ignoras inteſtinum malum, Leontium illum quondam noſtrum, qui & anteà Mœchianis adhæſit, & nunc princeps eſt Iconomachorum, eam ob cauſam & C *Studitarum obtinuit & Saccudioni iniuſtè dominatur.* monaſteria hæc erant ad Theodorum ſpectantia, quorum alteri ipſe, alteri ſanctus Plato præfuerat. Sed pergit: *Ex impuro nihil purum: qualis genitor carnalis, talis & filius: quem Deus conuertat ſanctis precibus tuis, & me peccatorem in timore ſuo confirmet. Saluto eos qui reuerentiæ tuæ famulantur. Qui mecum eſt,* Nicolaus videlicet, *vt famulus ſupplex veneratur.*

Quòd autem hic tantùm attigit de Nicæno, etſi anteà viſus ſit, in naufragio illo vnà cum monaſteriorum præfectis ad horam communicaſſe, reſipiſcens ſtatim pro Orthodoxis ſtetit in defenſioné Catholicæ Fidei, cuius rei cauſa Epiſcopatûs ſui iacturam paſſus fuit, dato illo Iconomacho cuidam luſco. Hinc pleno (vt dicitur ore) ab eodem Theodoro laudatus epiſtola reperitur, qua omnis illa prior ex ea cõtagione infamia prorſus abſtergitur, atq; ob eam cauſam hic merito recitanda. ſic enim ſe habet[a].

[a] *Theod. li. 2 epiſt. 24. Cod. Colũn.*

Petro Nicææ Epiſcopo.

XLVI.

PETRVS NICAENVS EPISCOP. A THEODORO LAVDATVR.

Sciens tibi cordi eſſe, vt tecum nihili homo loquar cum ſacro capite, amoris ergò non neceſſitatis cauſâ ea loquar. Et quidem iam antè loquutus per alteram epiſtolam videor, quam vtrum acceperis, neſcio. In vtraque autem eadem vox mihi, vt corpore valeas, mi pater, firmum veritatis fundamentum ob multorum ſtabilitatem, ad Fidei ſignaculum, ad laudem Chriſti, ad gloriam vniuerſæ Eccleſiæ. Quoniam conſpicuus tuo oculus præ ceteris Orienti & E *Occidenti notus, habens vnà cum vita ſancta orationem quoque multiplicem. Vnde & Imperatoribus tarm ſactus es, & Principibus amabilis, & monachis laudabilis, propriæ vero Eccleſiæ quid dicere opus eſt? cum beatum te prædicet, te expetat, ametq́; ob plurima quæ patraſti egregia facinora, vt infantes vbera materna, vt pulli nutricem, vt agni verum paſtorem. Quidni autem? cum auribus inſonantia habeant viuifica verba tua: præ oculis erecta per te Dei templa; necdum dico eleemoſynæ copias & reliqua opera ſancta. Nec verò arbitrere amicitiæ me gratificari. Nam etſi oculis non vſurpaui, audiui nihilominus ex iis qui viderant. Quod ſi nunc hac occupat piaculum, verè luſtus ille & internis & externis oculis: ne contriſteris beate, neque adeò miseris. Apoſtoli in cœnaculo erant, & celeberrimum templum Deicidæ occupabant. Eadem nunc Iconomachorum ratio & Iudaica ſentientium: quos conuertat Dominus, & te cuſtodiat orantem pro me filio tuo.*

XLVII.

Quod verò perdifficile eſſet, quot reperirentur Epiſcopi exules, totidem ad ſingulos ſcribere litteras, vnas communes omnibus dedit, cõſolatus eos & hortatus pariter, vt ſuâ auctoritate alios confirmarent, ſunt dignæ plane, quæ ſicut reliquæ eodem argumento conſcriptæ inſerantur Annalibus, ſic enim ſe habent[b].

[b] *Theod. li. 2 epiſt. 17. Cod. Colũn.*

AD EXVLES EPISCOPOS SCRIBIT THEODORVS.

Epiſcopis propter Chriſtum exulibus.

Cùm de beatitudinis veſtræ rebus nuper audiuiſſem, B *Patres deſideratiſſimi, gauiſus ſum magnopere, Deumq́; collaudaui. Quod verò non etiam videre vos, nec gratiæ donis quæ in vobis ſunt, frui licuit: tuli permoleſtè. Viſurus ſiquidem eram homines Dei, Epiſcopos Domini, beatos viros, mundi lumina, Fidei fulcimenta, & ſi quid aliud eſt honeſti, eius rem ac nomẽ obtinentes. O iacturam, ô calamitatem! Sed multa nimirum peccata noſtra huius nobis caſus cauſa fuerunt. Nec iam miramur infortunium, ſed offerimus ſupplicationem. Quidnam tandem? Vt defectum litteris ſolemini, inſtruentes, illuminantes, confirmantes oſtendentes quæcumq́; vera ſunt, quæ honeſta, quæ iuſta, quæ ad Fidei defenſionẽ & certamen idonea. Si qua virtus, ſi qua eſt laus confeſſionis, hanc peſcribite, & quomodo adorandus ſit imagine expreſſus Chriſtus, homonymè, an ſynonymè: quoniam quidem hoc Orthodoxa,* C *illud verò contraria eſt ſententia, & quomodo intelligatur adoratio erga Chriſtum, eiuſq́; imaginem: vna ne, an duæ; quandoquidem hoc noſtrum, illud verò Iconomachorum, quorum enim vna eſt & hypoſtatica ſimilitudo, horum vna & eadem eſt adoratio, præterquam quod imaginis ſubſtantia nequaquàm adoratur. Hic tenuis eſt ſermo noſter commonitorius, non ad docendum comparatus: veſtra autẽ tanto prorſus perfectiora, quanto ſupereminet dignitas vnctionis, in qua præſentẽ curſũ viriliter peragite, ſanctiſſimi, tamquam iuſtitiæ coronam percepturi.* huc uſq; ad Epiſcopos exules Theodorus. At de rebus Orientalibus anni huius iam hactenùs.

XLVIII.

Quod verò ad res Occidentales pertinet, hoc D eodem anno pridie Idus Iun. Leo Papa, cùm ſediſſet annos viginti, menſes quinque & dies decem & ſeptem, vt Anaſtaſius habet, ex hac vita migrauit.

LEONIS PAPAE OBITVS ET RES COLLATAE IN ORNAMENTVM ECCLESIARVM.

Quod verò ſint nonnullæ eiuſdem Pontificis res geſtæ, quæ ignorantur quo potiſſimum anno eius Pontificatûs fieri contigerint: hîc ad finé eius ſedis de ſingulis ex more agendum erit. Scriptores omnes, qui res Hiſpaniarum ſunt proſequuti (haud ſingulos recenſere morabor) æquè teſtantur, huius auctoritate Pontificis factum, vt ſedes Epiſcopalis Hirienſis Eccleſiæ transferretur Compoſtellam, id expoſcente Alfonſo Rege cognomento, Caſto, per Carolum Magnum ab eodem Leone Romano Pontifice. Rerum autem nouandarum E illam omnes pariter cauſam aſtruunt, quod reperto Compoſtellæ venerando corpore ſancti Iacobi Apoſtoli fratris Ioannis, atque miraculis inſigniter illuſtrato, Apoſtolici culminis reuerentiâ dignum viſum, vt locus ille Epiſcopalis ſedis inſigniri deberet honore: quod per eumdem Leonem tertium Romanum Pontificem feliciter impletum affirmant, hiſque initijs iacta eſſe Compoſtellanæ Eccleſiæ fundamenta, nempe ex reperto illic ſanctiſſimi Apoſtoli corpore. Sed longè poſt iſta tempora aliquando accidit, vt Præſul eiuſdem Eccleſiæ Compoſtellanæ ſibi ſumeret maiora conceſſis, erigens ſe aduerſus Archiepiſcopum Toletanum.

Quæ

XLIX. Quæ res tanta declamata eſt ab ipſo Compoſtellano Epiſcopo in plena Synodo [a] in magno illo Concilio Lateranenſi, quadringentorum octoginta trium Epiſcoporum, vendicante ſibi ius non parendi Archiepiſcopo Toletano, eò quòd Compoſtellana Eccleſia eſſet ſuper omnes Hiſpaniarũ Eccleſias, duplici ratione, vt aiebat: tum quòd ſanctus Iacobus ibi quieſcat corpore; tum etiam quòd in Hiſpania prædicauerit Euangelium. Sed aduerſantem ſibi acerrimè expertus eſt Rudericum Ximenium Archiepiſcopum Toletanum, in plena Synodo, coram ipſo præſidente Romano Pontifice Innocentio tertio iſta locutum poſt alia de corpore Apoſtoli ibidem collocato.

[a] Recitat. Garſi. Loaiſa in Collect. Concil. Hiſpan. in decreto Gundemari pagin. 291.

Si, inquit, inducat etiam, Compoſtellanus Antiſtes ſcilicet, primam diuini verbi promulgationem, & plurimorum conuerſionem ad Fidem Chriſti in Hiſpania per Iacobum Apoſtolum factam: qui diuinam paginam nouerunt, teſtimonium perhibeant. Ego tantum legi datam ei fuiſſe poteſtatem prædicandi in Hiſpania. Sed interim, cùm per Iudæam & Samariam diuinam legem ſeminaret, ſub Herode Hieroſolymis truncato capite exhalauit animam, & Domino reddidit. Quomodo ergo ibi prædicauit, quo nondum ingreſſus eſt? Aut ſine prædicatione quos, obſecro, conuertit ad Dominum: hęc ipſe. Qui ſubdit, de eiuſdem Apoſtoli prædicatione in Hiſpanijs id tantum ſe accepiſſe cùm iunior eſſet à religioſis quibuſdam feminis; indignumque putans, vt in re tanta ijſdem fides adhiberetur, nullam de his mentionem haberi voluit in hiſtoria, quam conſcripſit rerum Hiſpanarum. Hic enim ille fuit inſignis Rudericus Archiepiſcopus Toletanus rerum Hiſpanarum hiſtoriæ ſcriptor ore omnium prædicatus: cuius, fateor, perculſus auctoritate ſubſtiterim aliquantiſper, & reuocarim in dubium, quæ in Notis ad Romanum Martyrologium de aduentu Iacobi in Hiſpanias dixiſſe meminerim, atque omnia altiori indagine, grauiorique expendenda eſſe lance putarim, ob ea quæ à tanto viro, in tanto Concilio ſine tanti aduerſarij redargutione reperiuntur aſſerta.

L. Hic rurſus meam mentem exagitauit illa inde etiam manans ſuggeſtio. Si vera Calliſti Papæ eſt illa quæ de eadem re prædicatur aſſertio: cur Compoſtellanus Archiepiſcopus eam in ſacro illo celeberrimoque Patrum conuentu ad redarguendum Toletanum non produxit in medium? cùm præſertim contra ex eodem Calliſto Papa rem propoſitam potiùs refelleret Toletanus iſtis verbis ipſum Compoſtellanum compellans: *Si, inquit, antiquitatem Compoſtellanæ Eccleſiæ pro te facere exiſtimas; antiquitas iſta centum* [*] *& nouem annorum ſpatio continetur, quod ſic perſuadeo: Dominus Calliſtus Papa ad inſtantiam Principis & populorum Hiſpaniæ Metropoliticum ius antiquæ & celeberrimæ ciuitatis Emeritenſis Compoſtellam tranſtulit, anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo quarto: tum quia ciuitas Emeritenſis erat ſub dominio Sarracenorum conſtituta; tum quia peregrinantium deuotio ob reuerentiam beati Iacobi, cuius corpus ibidem creditur eſſe ſepultum, in melius ſemper creſceret: nam vſque ad hæc tempora Oratorium quoddam admodum paruum erat locus ille, in quo nunc ſita eſt Compoſtellana Eccleſia.* hæc tũc ipſe in plena Synodo. Quod ſi tum extitiſſent ea quæ nunc ea de re produntur Calliſti Papæ nomine monumenta: certè erubuiſſet tantus vir propoſitis à Compoſtellano rationibus adeò liberè aduerſari; ſed aduerſus Toletanum idem Compoſtellanus tanti auctoritate Pontificis, ea in medium prodens ſcripta Calliſti, vehementiori impetu, vt potenti armatus telo in aduerſarium inſiliſſet: ardenti enim animo (vt ipſa Acta recitata declarant) rem Compoſtellanus agebat. Verùm ſuccubuit, cùm nedum Calliſtum, ſed nec aliquem alium haberet, qui de prędicatione ſancti Iacobi in Hiſpania in medium aſſiſteret auctorem, quantumlibet benè veniſſet inſtructus, vt in tanta Synodo aduerſus tantum aduerſarium cauſam ſuæ Eccleſiæ ageret, quem etiam & ſpontè puto abſtinuiſſe à citatione fabuloſi Turpini (ſi tamen illo tempore commentitius liber ille ſcriptus erat) vel à Pſeudo Iſidori ſententia, vel quòd falsò aſſeritur nomine Bedæ, vel alijs quos aſſertores eius ſententiæ poſteà prodidêre.

[*] minus nonim.

LI. Ceterùm ſi conſulatur antiquitas, vnde omnino prouenerit Euangelij prædicatio in Hiſpaniam: duo id ſanctiſſimi atque doctiſſimi Romani Põtifices, Innocentius primus & Gregorius ſeptimus conſcripſerunt. Habet iſta quidem Innocentius in epiſtola ad Decentium Eugubinum Epiſcopum: *Legant* (inquit) *ſi in his prouincijs nempe Italia, Gallia, Hiſpania & Africa, alius Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur: oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe, non dubium eſt.* hæc ipſe. Quibus & illud luce clarius demonſtratur, ante ipſius Innocentij tempora nec quicquam de S. Iacobi acceſſu in Hiſpaniam eſſe conſcriptum; dicam amplius, neque cognitum, vel ſi cognitum, certè non creditum, neque poſt multa temporum ſæcula; Siquidem Gregorius [b] huius nominis Papa ſeptimus in epiſtola data ad Hiſpaniarum Reges Alfonſum & Sancium, quæ ſcripta reperitur quarto Kalendas Aprilis, Indictione XII. qui numeratur annus Redemptoris milleſimus ſeptuageſimus quartus, hæc ipſo ſui exordio habet: *Cùm beatus Apoſtolus Paulus Hiſpaniam ſe* [*] *adiſſe ſignificet, ac poſteà ſeptem Epiſcopos ab vrbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ populos à Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idololatriâ, Chriſtianitatem fundauerunt, religionem plantauerunt, & officium in diuinis cultibus agendum oſtenderunt, & ſanctas Eccleſias ſuo ſanguine dedicauere: veſtra diligentia non ignoret,* &c. Inferiùs verò, ne quid temerè effudiſſe videri potuiſſet, teſtimonium adducit prædeceſſorum Romanorum Pontificum, & ſacrorum Conciliorum Hiſpanorum, ſic dicens: *Vnde enim non dubitatis vos ſuſcepiſſe religionis exordium: reſtat etiam vt inde recipiatis in Eccleſiaſtico ordine diuini officij. Quod Innocentij Papæ ad Eugubinum directa Epiſcopum vos docet epiſtola: Quod Hormiſdæ ad Hiſpalenſem miſſa decreta inſinuant: Quod Toletanum & Bracarenſe demonſtrant Concilia* &c. Quis igitur non intelligat ex his, ignoratum hactenus, ſeptem illos (quod recentiores tradiderũt) Iacobi Apoſtoli fuiſſe diſcipulos? quos non vnius Iacobi, ſed principum Apoſtolorum Petri & Pauli fuiſſe, ex antiquitatis prõptuarijs Gregorius prodit. vnde magis magiſq; Hiſpaniarũ Eccleſia illuſtretur, vt quę ab ipſis Apoſtolorum principibus ſacrum acceperit Euangelium. Hæc nos docent Patres, & Acta magni Concilij affirmare ſuadent.

[b] Greg. VII. li. 1. epiſt. 64.

[*] adire voluiſſe.

LII. De translatione corporis S. Iacobi, & inventione. Quòd autem ſpectat ad tranſlationem eius venerandi corporis Hieroſolymis in Hiſpaniam, citatur eiuſdem Leonis tertij Papæ epiſtola, quâ aſſeritur, translationem eodem anno fieri contigiſſe, quo idem ſanctus Apoſtolus truncatus eſt capite; tũc & fuiſſe ſublatum corpus quod canib. atq; volucribus expoſitum fuit, nauigioque impoſitum Iriam Flauiam delatum ad octauum Kal. Auguſti, inde verò Compoſtellam. Factum verò vt vrgentibus in Chriſtianos perſecutionibus, mortuiſque illis qui tantum theſaurum detulerunt, &

occu-

occuluerunt, vt locus penitus remanſerit incognitus, omniſque eius rei memoria omninò perierit. Fuiſſe autem id quidem penitus ignoratum, in argumentum deduci poteſt, quod Venantius Fortunatus in carmine de Bodegiſilo Duce, cùm relegit cuiuſque prouinciæ vel ciuitatis celebriores in illis poſitos, & cultui expoſitos Sãctos, primum de Ioanne atque Iacobo, ſanctis fratribus, neſciens Hieroſolymis hunc translatum, hos habet verſus.

Præcipuum meritu Epheſus veneranda Ioannem
Dirigit, & Iacobum terra beata ſuum.

Cùm verò ad Hiſpaniam idẽ auctor peruenit, qui in ea celebrior haberetur, Vincentium nominat iſto verſu:

Vincenti Hiſpana ſurgit ab arce decus.

quod illo nullus clarior in ea prouincia Sãctus aliquis eſſe ſciretur; vt planè appareat, adhuc occultũ iacuiſſe, qui deliteſcebat magnus ſub terra theſaurus.

LIII. Quid tamdem? Magno Dei beneficio factum, vt quod poſt tot ſæcula tanti latuiſſet corpus Apoſtoli, hoc ipſo tempore ſub Alfonſo Caſto Principe maximè pio in lucem emerſerit lucis ſignis ſuper vepres in loco vbi erat abditum pluribus noctibus viſis non vni ſed multis, præcipuè vero Theodomiro Epiſcopo Iriensi. Cuius cùm rem inueſtigandi diuinam præcipua cura eſſet, ſummâ religione, vt alter Moyſes, ad ardentem rubum reuerenter accedens, non voce repulſus, vt ille, ſed impulſu ſpiritus etiam inuitatus eſt. Nec vt Nehemias[a] quærẽs ſacratum ignem in alto & ſicco puteo, aquam craſſam tantum inuenit, ſed accenſum virtute potentẽ fulmineum ignem nactus eſt, ipſum dico Filium [b]tonitrui, ita à Domino nominatum Iacobum, opportuno tempore reuelatum, ad faciendam[c] vindictam in nationibus & increpationes in populis; ad vindicandam ſcilicet Hiſpaniam è manibus impiorum, & liberandos fideles à dira infidelium ſeruitute, prout abundè ſatis felicia declararunt euenta. Porrò ex hoc tempore ille totius orbis cõcurſu ſacer locus quod ingentibus coruſcaret miraculis cœptus eſt frequentari; adeò vt qui ipſum venerandum ſepulchrum vniuerſo patens orbi miraculorũ promptuarium nominarit, puto veritatis ſcopum attinget; vt planè minimũ ſit probare ſcriptis, quæ tot gratiarum acceptarum iugiter voces inſonant. ſed de his hactenus.

[a] 2. Mach. 1.
[b] Marc. 3.
[c] Pſal. 149.

Vt autem ad res geſtas eiuſdem Leonis Pontificis redeamus, Tudenſis ſicut & Rudericus eſt auctor, obtinuiſſe eumdem, qui ſupra, Alfonſum Regem ab eodem Leone Pontifice, vt Ouetenſis Eccleſia, quam ipſe tot religionis monumentis illuſtrauit, Archiepiſcopatu inſigniretur.

LIIII. Quod inſuper ad eiuſdem Leonis Papæ res geſtas pertinet: ad hunc ſpectare potius, quam ad aliũ aliquem eiuſdem nominis Pontificem Romanum certum eſt, quæ Vualfridus Strabo ſcribit in libro de rebus Eccleſiaſticis his verbis: [e] *Fidelium relatione virorum ad noſtram vſq; peruenit notitiam, Leonem Papam (ſicut ipſe fatebatur) vnâ die ſepties vel nonies Miſſarum ſolemnia ſæpius celebraſſe; Bonifacium vero Archiepiſcopum & Martyrem ſemel tantum per diem Miſſas feciſſe: qui & non longè ante noſtra fuerũt tempora, & ambo tam ſcientiâ quàm gradu præcipui.* At quæ de his ipſe ſentiat, iſta adijcit: *Itaq; vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet, dum fides concordet, vt nec ſæpius offerentes æſtiment Deum aliter petitiones non poſſe diſcernere; nec ſemel hoſtias per diem immolantes putent ſuæ fidei ſubtilitatem potius, quàm ſuperiorum deuotionem diuinis acceptã conſpectibus.* hæc Strabo, quæ admiranda cuique videri poſſunt. Sed de pluralitate Miſſarum vna die agendarum tractatio prolixiorem requirit diſputationem, hæc autem modo tantùm occaſione rerum geſtarum S. Leonis Papæ, qui cùm eſſet grauiſſimis afflictionibus vexatus, frequentiorem adhibuit ad implorandum diuinum auxilium celebrationem Miſſarum.

[e] Vualfr. Strab. de reb. Eccleſ. cap. 21.
MISSÆ PLVRES VNO DIE.

LV. Sed iam ad ea quæ de eiuſdem Pontificis munificentia apud Anaſtaſiũ leguntur, veniamus. Quod enim tot annis, quibus in Pontificatu vixit, multiplicib. oblationibus Caroli Magni & aliorum Regum Romana locupletata Eccleſia admodùm fuerit; necnon ex peregrinãtium iugiter frequentiſſimo cœtu ad ſacra Limina ex remotiſſimis regionibus populorum muneribus totius Occidẽtalis orbis Chriſtiani diuitiæ in vnum velut ærarium, in ipſam Romanam Eccleſiam congeſtæ eſſent: idem Pontifex Leo quicquid ſupereſſet cleri, atque pauperum alimonijs, accreſci voluit ornamẽtis Eccleſiarum, de quibus ſcripta hæc reperiuntur apud ipſum quem diximus Anaſtaſium, eodem ordine quo diuerſis temporib. diuerſis in locis ab eo oblata ſunt: vt non mireris ſi ſæpiùs & interpolatis vicibus de iiſdem Eccleſijs contingat fieri mentio. Præter illa igitur quæ recenſuimus ſuperius, tum quæ ſedis ſuæ exordio, tum etiam quæ poſt reditũ ex Germania ante terræmotum baſilicæ S. Pauli ab eo ſunt donata: hic quæ per diuerſa poſt hæc tẽpora ab eodem Pontifice ſunt tradita in diuerſis Eccleſijs ornamenta, ex eodem auctore deſcribamus, quæ ſic ſe habent.

LVI. IN BASILICA CONSTANTINIANA. *Fecit præfatus Pontifex in baſilica Saluatoris quæ appellatur Conſtantiniana veſtes duas, ex quibus vnam cum chryſoclauo & gemmis habentem hiſtoriam Saluatoris introeuntem in ſanctam ciuitatem, & aliam chryſoclauam cum gemmis pretioſiſſimis, habentem hiſtoriam Reſurrectionis Dominicæ. Et in circuitu altaris vela rubra ſerica quatuor, & alba quatuor cum chryſoclauo, & tres ante imagines cum liſta, & alias albas ſericas numero trigintaſeptem, & in altare B. Venantij fecit veſtem de ſundato & vela duo, & in Oratorijs S. Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Euangeliſtæ fecit veſtes duas de ſtauraci cum chryſoclauo, & vela duo.*

IN BASILICA S. PETRI. *Idem verò beatus Pontifex ſuper altare beati Petri Apoſtoli fecit veſtem cum vite ex auro puriſſimo & gemmis pretioſiſſimis & margaritis, habentem in medio vultum Saluatoris & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & duodecim Apoſtolorum, vbi & miſit auri libras vigintiquinq;. Fecit & aliam veſtem chryſoclauam habentem hiſtoriam Litaniæ maioris. Et aliam veſtem habentem tabulas chryſoclauas tres, & in eis hiſtoriam Dominicæ Paſsionis, legentem* HOC EST CORPVS MEVM QVOD PRO VOBIS TRADETVR, &c. *Similiter etiam & cortinam maiorem de fundato. Verum & per arcus argenteos fecit vela Paſchalia cum periclyſi de ſtauraci, & quinque cum chryſoclauo, & per arcus maiores vela alba quadraginta & octo, necnon gabathas fecit ex auro puriſſimo quindecim cum gemmis pendentes in pergula ante altare, penſantes libras ſexagintaquinque & ſemis. Sed & tabulam ante Confeſsionẽ fecit ex auro puriſſimo penſantem libras viginti nouem: verumetiam & imagines argenteas deauratas duas ſuper rugas maiores poſuit, penſantes libras nonaginta, immò & canthara argentea duo in presbyterio fecit, penſantia libras quinquaginta. Necnon & feneſtras ipſius Eccleſiæ ex metallo Cyprino decorauit, & alias feneſtras de vitro diuerſis coloribus decoratas.*

LVII. S. ANDREÆ. *Super altare beati Andreæ Apoſtoli fecit veſtem chryſoclauam cum margaritis. Sed & presbyterium ex marmoribus ſculptis ornauit.*

S. PETRONILLÆ. *Et in altare beatæ Petronillæ fecit veſtem albam holoſericam*

ſericam

ſericam cùm tabulis de chryſoclauo & Cruce, & ibidē preſbyterium ex marmoribus ſculptis ornauit. Fecit & columnas argenteas ſex & regulares duos ex argento puriſſimo, penſantes ſimul libras octoginta.

S. GREGORII.

Super corpus beati Gregorij Confeſſoris atque Pontificis fecit veſtem albam holoſericam cum tabulis de chryſoclauo & Cruce.

S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

Itemq; fecit in baſilica S. Dei Genitricis Ad præſepe cortinam Alexandrinam cum periclyſi de ſtauraci, & alia alba cum periclyſi de blatthi, necnon intra Regias maiores atque ante ſecretarium numero duodecim, & intus Præſepe fecit veſtem de alythino cum chryſoclauo.

S. LAVRENTII.

Itidem & in baſilica beati Laurētij Martyris foris muros, fecit cortinam regiam cùm periclyſi de ſtauraci.

S. PANCRATII.

Item in baſilica ſancti Pancratij fecit ciborium argenteum penſans libras trecentas ſexagintaſeptem.

LVIII.

TIT. CALLISTI.

In titulo Calliſti ad honorem Dei Genitricis ſemperq; Virginis Mariæ fecit ciborium argenteum penſans libras quingentas quatuor & ſemis.

TIT. EVDOXIÆ.

In titulo Eudoxiæ fecit veſtem albam cum periclyſi de chryſoclauo.

S. CÆCILIÆ.

In titulo S. Cæciliæ fecit veſtem de ſtauraci.

S. EVSEBII.

In titulo S. Euſebij fecit veſtem de fundato.

S. VITALIS.

In titulo S. Vitalis fecit veſtem de ſtauraci.

S. PVDENTIANÆ.

In titulo S. Pudentianæ fecit veſtem vt ſuprà.

S. ANASTASIÆ.

In titulo S. Anaſtaſiæ fecit veſtem de fundato.

S. PRAXEDIS

In titulo S. Praxedis fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. LAVRENTII.

In titulo B. Laurentij in Formoſo, fecit veſtem de quadrap lo.

S. ANASTASII.

In monaſterio ſancti Anaſtaſij fecit veſtem de chryſoclauo cum eiuſdem Martyris paſſione depicta, & pharum de argento cùm caniſtro de octogoni penſantia libras vigintiquinque.

LIX.

S. SILVESTRI.

In monaſterio S. Silueſtri fecit veſtes duas, vnam in baſilica maiori ByZantea cum chryſoclauo, & aliam de fundato in Oratorio.

S. LVCIÆ IN RHENATIS.

In monaſterio S. Luciæ in Rhenatis fecit veſtem de fundato cum chryſoclauo.

S. ANGELI.

In S. Angelo in Fabiano fecit veſtem de fundato.

S. LVCIÆ IN SEPTEM VIIS.

In diaconia S. Luciæ in Septem vijs, fecit veſtem de fundato.

SS. SERGII ET BACCHI.

In diaconia SS. Sergij & Bacchi fecit veſtem de ſtauraci.

S. EVSTACHII.

In diaconia S. Euſtachij fecit veſtem de fundato.

S. LVCIÆ IN ORPHEA.

In diaconia S. Luciæ in Orphea fecit veſtem de fundato.

BASILICA S. PETRI.

Ipſe item à Deo protectus venerabilis & almiſicus Pontifex fecit in baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui in medio eius Crucifixum ex argēto puriſſimo penſantem libras ſeptuagintaduas.

BASILICA LATERANENSIS.

Itē fecit in Triclinio Lateranēſi miræ magnitudinis alias decem abſides dexterâ lauâq; diuerſis hiſtorijs depictas, habentes Apoſtolos Gentibus prædicantes, cohærentes baſilicæ Conſtantinianæ, in quo loco & accubita collocauit, & in medio concham porphyreticam aquam fundentem. Necnon & pauimentum ipſius marmoribus diuerſis ſtrauit.

S. QVIRIACI

Fecit in titulo S. Quiriaci veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi, & in gyro chryſoclauum, & in medio Crucem de margaritis.

COEMET. S. SIXTI.

In cœmeterio S. Sixti viâ Appiâ fecit veſtem de ſtauraci habentem in medio Crucem de chryſoclauo.

LX.

S. CALLISTI.

In titulo S. Calliſti ſuper altare poſt abſidem fecit veſtem de ſtauraci, & in medio Crucem de chryſoclauo, ibidem & ſimiliter vela fecit de ſtauraci.

SS. QVATVOR CORONATORVM.

Fecit & in titulo SS. quatuor Coronatorum veſtem de ſtauraci habentem in medio Crucem de chryſoclauo.

S. SABINÆ.

Similiter in Eccleſia S. Martyris Sabinæ fecit veſtem de fundato cum periclyſi de blatthi habentem in medio Crucem de chryſoclauo, necnon in baſilica S. Laurentij in Formoſo fecit veſtem de fundato.

S. LAVRENTII IN FORMOSO.

S. PAVLI ECCLESIA.

Eccleſiam verò B. Pauli Apoſtoli, quæ appellatur Conuentus, ſitam in territorio * Vrbeuetano inter fines Suanenſes & Cluſinos ſeu Tuſcianēſes, atque Caſtritana, quæ nimia vetuſtate marcuerat, atque in ea pecudes refugium faciebant, ex qua & reliquiæ ablatæ fuerant, idem ſanctiſſimus Pontifex mundari fecit, & omnia ſartatecta ipſius cum porticibus noviter reſtaurauit, atque in altare eius veſtem de ſtauraci poſuit, & reliquias recondi præcepit.

* Orbetano

LXI.

S. PETRI IN ALBANO.

Pari modo & baſilicam S. Petri ſitam in Albano, quæ præ nimia vetuſtate iam ruitura erat, omnia ſarta tecta reſtituens reſtaurauit.

S. HIPPOLYTI.

Et in baſilica beati Hippolyti Martyris in ciuitate Portuenſe fecit veſtes de ſtauraci duas, vnam ſuper caput eius, aliam in altari maiore.

S. SABINÆ

In titulo S. Sabinæ tetrauila de ſtauraci pulcherrima.

SS. QVATVOR CORONATORVM.

Fecit in titulo SS. quatuor Coronatorum veſtē de ſtauraci habentem in medio Crucem de chryſoclauo.

S. AGAPITI

In baſilica S. Agapiti Martyris in ciuitate Preneſtina fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de fundato, & in medio Crucem de chryſoclauo.

S. CLEMENTIS.

In Eccleſia S. Clementis poſita Velitris fecit veſtem de ſtauraci.

S. CHRYSOGONI.

In Eccleſia S. Chryſogoni fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. LAVRENTII IN LVCINA.

In tit. S. Laurentij in Lucina fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. MARCI.

In tit. S. Marci veſtem de ſtauraci cum periclyſi.

S. LAVRENTII.

In titulo beati Laurentij in Damaſo fecit veſtem ſimiliter.

S. SIXTI.

In titulo beati Sixti fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. HADRIANI.

In diaconia beati Hadriani & in Eccleſia beatæ Martinæ, & in diaconia antiqua fecit veſtes de ſtauraci cum periclyſi.

LXII.

S. ARCHANGELI.

In diaconia beati Archangeli fecit veſtes tres, ex quibus vnam de ſtauraci cum periclyſi de blatthi, & alias duas de Tyrio cum periclyſi de fundato cum hiſtoria de . . . .

S. SERGII.

In diaconia beati Sergij fecit veſtem de fundato, & in gyro veſtis ſtauracin periclyſin de blatthi.

S. AGATHÆ

In diaconia S. Agathæ fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. ARCHANGELI.

In baſilica beati Archangeli, quæ ponitur in ſeptimo fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi.

S. AGAPITI.

In monaſterio S. Agapiti quod ponitur, Ad vincula, fecit veſtem de ſtauraci.

S. AGNETIS.

In Eccleſia beatæ Agnetis Martyris, vbi eius corpus requieſcit, fecit veſtem de fundato cum periclyſi de blatthi.

S. APOLLINARIS.

Item fecit in Eccleſia S. Apollinaris.

SS. MARTINI ET SILVESTRI.

In titulo SS. Martini & Silueſtri fecit veſtes duas de ſtauraci, è quibus vnam cum periclyſi de fundato, aliam verò de blatthi.

S. VITI.

In diaconia S. Viti fecit veſtem de ſtauraci & periclyſi de fundato.

S. EVGENIÆ

In Eccleſia beatæ Eugeniæ, in qua ſanctum corpus eius requieſcit, fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi . . . .

S. STEPHANI.

Item fecit in Eccleſia ſancti Stephani in Cælio monte veſtes de ſtauraci duas, vnam ſuper altare maius, alteram ſuper corpora SS. Primi & Feliciani.

S. EVPHEMIÆ.

In baſilica beatæ Euphemiæ fecit veſtem de ſtauraci.

S. ARCHANGELI.

In baſilica beati Archangeli in Vico Patricij fecit veſtē de ſtauraci.

S. SEBASTIANI CATACVMBAS.

Item fecit ſuper ſepulchrum beati Sebaſtiani Martyris, viâ Appiâ, ad Catacumbas veſtes maiores duas vnam de ſtauraci, & aliàm de fundato, & inibi ſuper tumbas Apoſtolorum Petri & Pauli fecit veſtes duas de ſtauraci, & de fundato cum blatthi.

S. LAVRENTII.

In baſilica ſancti Laurentij Martyris ſita infra ciuitatē Tiburtinam veſtem de ſtauraci.

In Oratorio ſancti Stephani in ſancto Petro, qui appellatur Maior, fecit veſtem de ſtauraci.

In baſilica beati Hyacinthi ſita in Sabinis, vbi & corpus eius requieſcit, fecit veſtem de ſtauraci pulcherrimam.

BASILICA S. PETRI.

Item fecit ſuper altare beati Petri fautoris ſui veſtem chryſoclauam miræ magnitudinis habentem hiſtoriam Dominicæ Natiuitatis cum gemmis pretioſiſſimis & margaritis ornatam.

LXIV.

Fecit & in ſupradicta Eccleſia vela de ſtauraci atque fundato pendentia intus inter columnas maiores dextrâ læuâq; numero ſexagintaquinque. & alia vela alba holoſerica maiora, quæ pendent ante Regias in introitu. Atque ibidem fecit Crucifixum ex argento puriſſimo iuxtà altare maius penſantem libras quinquagintaduas, cui deſuper fecit gabathas ſex, cunctas ex argento puriſſimo, quæ pendent ante arcum maiorem dextrâ læuâq; penſantes ſimul libras duodecim & ſemis. Ibidem fecit vela de ſtauraci quæ pendent inter arcus argenteos in circuitu altaris numero decem, ex quibus duo habentia in medio Cruces de chryſoclauo cum orbiculis, & alia octo cum periclyſi de chryſoclauo; arcus verò cum columnis ſuis ex argento puriſſimo penſantes libras ducentas quinquaginta vnam & ſemis. Ibidem ſuper Crucem fecit anaglyphum interſatilē ex auro mundiſſimo, pendentem in pergula ante altare cū candelis duodecim penſantem libras tredecim.

LXV.
S. MARIAE AD PRAESEPE.

In baſilica ſancta Dei Genitricis Ad præſepe fecit gabathas quinque ex auro puriſſimo penſantes libras octo & ſemis, atque Crucem ex auro puriſſimo penſantem libras decem, atque coronam maiorem ex argento puriſſimo pēſantem libras trigintaſex, fecit & ibi vela alba holoſerica inter columnas maiores dextrâ læuâq; numero quadragintaduo, ex eiſq; vndecim roſata. Fecit etiam in introitu altaris alia vela holoſerica roſata, quæ pendent inter arcus de ciborij numero quatuor, ex quibus vnum de chryſoclauo & margaritis, atque aliud velum maius album, quod pēdet ante Regias maiores in introitu ſarta tecta.

S. AVREAE.

Item ſanctiſſimus Pontifex ſarta tecta Eccleſiæ S. Aureæ ſitæ ad oſtia Tiberina nouiter reparauit.

S. MARCELLI.

Eccleſiam beati Marcelli, ſitam in quartodecimo, quæ ab igne fuerat exuſta, idem almificus Pontifex in omnibus nouiter reſtaurauit.

BASILICA CONSTANTINIANA.

Fecit & in baſilica Saluatoris, quæ appellatur Conſtātiniana, tetrauila in circuitu altaris alba holoſerica, ex quibus vnum habet in medio tabulam cum Cruce de chryſoclauo. Sed & renouauit altare maius miræ magnitudinis decoratum ex argento puriſſimo penſante libras ſexagintaocto.

LXVI.
S. MARIAE AD PRAESEPE.

Fecit & in baſilica S. Dei Genitricis Mariæ, Ad præſepe, veſtem chryſoclauam cum margaritis ornatam, habentem hiſtoriam Dominicæ Natiuitatis, ſimiliter & arcus duos ex argento in presbyterio cum columnis quatuor, & alios arcus quinque penſantes libras centum triginta. Idē verò præcipuus Præſul fecit ibidem veſtem rubram alythinam, habentem in medio tabulam cum chryſoclauo cum hiſtoria Domini noſtri Ieſu Chriſti, & S. Simeonis quando in templo eſt præſentatus, & in circuitu liſtam de chryſoclauo. Necnon aliam veſtem de chryſoclauo, habentem hiſtoriam S. Dei Genitricis Mariæ miræ magnitudinis & pulchritudinis, decoratam gemmis pretioſis & margaritis ornatam periclyſi de chryſoclauo, & in circuitu liſta de chryſoclauo.

S. MARIAE DOMNICA.

Sed & in diaconia S. Mariæ Dei Genitricis dominæ noſtræ, quæ appellatur Domnica, fecit veſtem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum hiſtoria eiuſdem S. Dei Genitricis ex margaritis ornatam, & periclyſin de chryſoclauo.

S. MARIAE ANTIQVAE.

Fecit autem & in diaconia S. Dei Genitricis, quæ appellatur Antiqua, ſuper altare maius ciborium ex argento puriſſimo penſans libras ducentas duodecim.

LXVII.
BASILICA S. PETRI.

Fecit & in baſilica S. Petri nutritoris ſui gabatham ex auro puriſſimo anaglypham cum gemmis pretioſis ornatam, quæ pendet ante imaginem ipſius Apoſtoli in ingreſſu veſtibuli, penſantem libras ſeptem & ſemis. Faciem autem Saluatoris, & ipſius Apoſtolorum principis ab imo vſq; ad ſummum cum luminaribus inferiùs & ſuperiùs honorauit; necnon & intra Confeſſionem Saluatorem ſtantem dextrâ, læuâque eius B. Apoſtoli Petri & Pauli imagines, habentes pariter coronas ex gemmis pretioſis. Atque pauimentum ipſius Confeſſionis veſtitum ex auro fuluo penſante ſimul libras quadringentas quinquagintatres, & vncias ſex. Verumetiam ſuper ipſum ſacrum altare fecit veſtem chryſoclauam habentem hiſtoriam Dominicæ Aſcenſionis & Pentecoſten, cum periclyſi de chryſoclauo. Pari modo vbi ſuprà fecit imaginem ipſius Apoſtolorum principis in porta virorum ex auro puriſſimo penſantem libras decem & octo & vncias tres. Idem verò beatiſſimus Pontifex vbi ſuprà fecit cācellos fuſiles in ingreſſu presbyterij, à dextra, læuaq; necnon & in ingreſſu veſtibuli ex argento mundiſſimo, penſantes ſimul libras mille quingētas ſeptuagintatres. Simulq; & columnas* verſatiles in ingreſſu corporis dextrâ læuâq; ex parte virorum ac mulierum octo, ſimul penſantes libras centum nonaginta tres. Necnon & arcus argenteos octo, penſantes ſimul libras centum quadraginta.

*tornatiles

S. ANDREAE

Fecit idem beatiſſimus Pontifex in baſilica ſancti Andreæ vbi ſuprà, regnum ex auro puriſſimo cum gemmis pretioſis penſans libras duas & vncias quinque.

S. PETRONILLAE.

Necnon ſuper altare beatæ Petronillæ, vbi ſuprà, fecit regnum aureum cum gemmis pretioſiſſimis penſans libras duas & vncias tres.

LXVIII.
S. MARIAE MEDIANAE.

Simili modo ſuper altare S. Dei Genitricis vbi ſuprà, quæ appellatur Mediana, fecit veſtem de fundato cum periclyſi de chryſoclauo habentem hiſtoriam Annūtiationis Dominicæ.

S. AGATHAE IN SVBVRRA.

In monaſterio S. Agathæ ſuper Suburram fecit veſtem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum periclyſi de chryſoclauo.

S. PANCRATII.

Necnon in monaſterio S. Pancratij ſito poſt baſilicam Saluatoris, quæ Conſtantiniana dicta eſt, fecit veſtem de fundato.

S. PETRI.

Hic fecit beato Petro nutritori ſuo Euangelia aurea cum gemmis praſinis ac hyacinthinis & albis miræ magnitudinis in circuitu ornata penſantia libras decem & ſeptem & vncias quatuor. Hic fecit calicem aureum præcipuum diuerſis ornatum lapidibus pretioſis penſantem libras viginti & octo, ſimiliter & patenam auream penſantem libras viginti octo & vncias nouem. Pari modo in eadem baſilica ipſius Apoſtoli fecit Cherubim de argento puriſſimo deauratos quatuor, qui ſtant ſuper capita colūnarum argentearum ſub ciborio penſantes libras nonaginta tres. Fecit quoque imaginem Saluatoris, vbi ſupra, auream quæ ſtat in trabe ſuper ingreſſum veſtibuli penſantem libras ſeptuaginta nouem.

S. PETRONILLAE.

Item præfatus Pontifex fecit ſuper altare beatæ Petronillæ ciborium cum columnis porphyreticis ex argento puriſſimo miræ magnitudinis penſans libras trecentas quadraginta octo, & imaginem argenteam ſtantem ſub arcu ipſius ciborij penſantem libras decem & ſemis.

LXIX.
S. MARIAE AD PRAESEPE.

Item fecit in baſilica ſancta Dei Genitricis, Ad præſepe, ſuper altare veſtem chryſoclauam habētem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis miræ magnitudinis & pulchritudinis, decoratā cum periclyſi de chryſoclauo & vndiq; margaritis ornatam.

S. MARIAE TIT. CALLISTI.

In titulo S. Dei Genitricis quæ appellatur, Calliſti, fecit regnum ex auro puriſſimo pendens ſuper altare maius ex gemmis pretioſis ornatum.

S. MARIAE IN DOMINICA.

In diaconia S. Dei Genitricis quæ appellatur, Dominica,

fecit

A fecit regnum ex auro mundiſſimo pendens ſuper altare maius cum gemmis pretioſis ornatum penſans libras duas.

* S. MARIÆ AD PRÆSEPE. Fecit & in baſilica ſanctæ Dei Genitricis, Ad præſepe, in ingreſſu præſepis regias * veſtes ex auro puriſſimo penſantes ſimul libras centum viginti ſeptem, & ſuper ipſas Regias modicum fundatum, habens in circuitu liſtam de chryſoclauo. necnon alia vela maiora Tyria ſuper regias maiores tria in ingreſſu baſilicæ cum periclyſi de fundato.

S. PETRI BASILICA. Idem ogregius Præſul in Eccleſia beati Petri Apoſtoli fecit calices maiores ex argento puriſſimo qui ponuntur ſuper trabes argenteos numero decem & octo penſantes ſimul libras centum octoginta duo. necnon fecit ceroſtrata maiora fuſilia ex argento puriſſimo, quæ ſtant ante Confeſſionem penſantia libras centum nonaginta octo. B inueſtiuit verò ipſam Crucem ex argento mundiſſimo quæ eſt ſuper imaginem auream in ingreſſu veſtibuli penſantem libras centum viginti ſex & ſemis. Verum etiam ibi fecit lucernas fuſiles duas ex argento puriſſimo penſantes ſimul libras viginti ſeptem, & conſtituit vt diebus Dominicis & in ſanctis ſolemnitatibus hinc inde iuxta Lectoriũ conſiſterent, & ad legendas ſacras lectiones luminis ſplendore refulgerent.

LXX. S. ANDREÆ. Hic fecit ad beatum Andream ciborium ex argento puriſſimo ſuper altare maius penſans libras trecentas quinque. Idem Pontifex diuinitus baptiſterium eiuſdem Eccleſiæ iam præ nimia vetuſtate ruinæ proximum (quia anguſtior locus exiſtebat populo qui veniebat ad baptiſmum) à C fundamentis ipſum amplum & rotundum in meliorem erexit ſtatum, atque ſacrum fontem in medio largiori ſpacio fundauit, eumq; in circuitu columnis porphyreticis decorauit & in medio fontis columnam poſuit, & ſuper columnam agnum ex argento fundentem aquam, penſantem libras viginti octo & vncias decem; necnon altare maius ſuper abſide conſtituit, cuius faciem atque Confeſſionem, ſeu rugas ad decorem ipſius ſacri altaris inueſtiuit ex argento mundiſſimo penſante ſimul libras quadraginta octo. Verũ etiam & veſtem de ſtauraci ſuper ipſum poſuit, atq; regularem vbi ſuprà inueſtitum ex argento puriſſimo fecit, & ſuper ipſum regularem poſuit arcum & gammadias ex argento penſantes ſimul libras octoginta, necnon imagines tres vbi ſupra poſuit ex argento penſantes libras triginta ſeptem & vncias decem. ipſum verò baptiſterium D diuerſis in circuitu decorauit picturis.

LXXI. ORATORIUM S. CRUCIS. Oratorium verò ſanctæ Crucis præ nimia vetuſtate ruiturum à fundamento ſimul cum abſide nouo ædificio erexit, & ad perfectum vſque perduxit atque ipſam abſidem ex muſiuo diuerſis decorauit picturis atque marmoribus miro ſplendore, vbi obtulit hæc, ciborium ſuper altare cum columnis ....., atque faciem altaris inueſtiuit ex argento puriſſimo penſanto libras centum viginti vnam & vncias duas, regnum epanocliſtum ex auro puriſſimo cũ Cruce in medio pendente ſuper ipſum altare penſans libram vnam & vncias vndecim: necnon alias columnas argenteas quatuor & ſuper ipſius regularem inueſtitum ex argento puriſſimo penſantẽ libras ſexaginta quatuor & vncias tres, E arcus argenteos tres penſantes libras quadraginta tres & vncias octo. imagines argenteas deauratas tres penſantes libras triginta: caniſtra argentea duodecim penſantia libras ſeptuaginta duo, gabathas argenteas interſatiles fundatas viginti vnas, & Crucem vnam pẽſantes ſimul libras quinquaginta. veſtem verò ſuper altare fundatam vnam & aliam de blatthi cum chryſoclauo, necnon aliam veſtem roſatam cum chryſoclauo, velum modicum chryſoclauatum cum Crucifixo & margaritis ornatum, vela modica quæ pendent in regulari ante imagines. Tyria ſex, vela alba roſata ſerica ornata in circuitu de fundato duodecim. Velum maius album roſatum ornatum deſuper de quadraplo vnũ & aliud velum rubeum cum tabula, quod pendet ante Regias maiores, vela modica de ſtauraci quatuor quæ pendent A in regulari ante imagines. ſed & alia vela promiſcua ſerica numero vndecim. Fecit vbi ſuprà a ſentes vela Tyria tria, quæ pendent in regulari ante imagines, & alia vela ſerica numero viginti vnum.

LXXII. S. PETRI BASILICA. Hic fecit beato Petro Apoſtolo nutritori ſuo calicem aureum præcipuum epanocliſtum diuerſis ornatum lapidibus pretioſis penſantem libras viginti quinque: fecit vero ſuper ciborium canthara maiora quatuor ex argento puriſſimo habentia in medio cereos ex argento diademata penſantia libras centum quadraginta. Fecit & thuribulum Apoſtolicum ex auro puriſſimo penſans libras duas & vncias quinque. Fecit verò veſtem ſuper altare maius chryſoclauam diuerſis ornatam picturis, quam conſtituit quatuor temporibus per annum in duodecim lec ... ibidem ponere. B Fecit vbi ſupra coronas maiores ex argento puriſſimo quatuor penſantes ſimul libras centum quinquaginta & ſemis. Fecit & Lectorium ex argento puriſſimo miræ magnitudinis penſans libras quadraginta tres, necnon ceroſtrata ex argento puriſſimo manentia iuxtà Lectorium penſantia ſimul libras quadraginta octo, verum etiam * ſuper ſcripta ceroſtrata fecit lucernas fuſiles bimixas duas ex argento puro penſantes libras viginti ſeptem, & conſtituit vt Dominicis diebus vel ſanctis ſolemnitatibus hinc inde iuxta Lectorium cõſiſterent & ad legendas ſacras lectiones luminis ſplendore fulgerent. Phara canthara fecit in presbyterio quatuordecim ex argento mundiſſimo penſantia ſimul libras quatuor centum triginta tres, necnon columnas octo & arcus quatuor ex argento penſante libras centum C ſeptuaginta tres. Fecit ibidem calices fundatos ex argento qui pendent inter columnas maiores dextrâ læuâq; baſilicæ numero ſeptuaginta quatuor ex argento penſantes libras * centum ſexaginta vnam. *

* 40r.

LXXIII. S. ANDREÆ. Item beatus Antiſtes ad beatum Andream Apoſtolum veſtiuit altare maius ex argento puriſſimo deaurato penſante libras centum triginta quinque, canthara ex argento puriſſimo duodecim pẽſantia libras quinquaginta duas, caniſtra duodecim ex argento puriſſimo penſantia libras ſeptuaginta octo.

S. PETRONILLA. Veſtiuit altare ſanctæ Petronillæ ex argento puriſſimo deaurato diuerſis ornatum picturis vndique penſans libras centum ſexaginta duas.

S. GREGORII PAPÆ. Necnon veſtiuit altare beati Gregorij Confeſſoris atque D Pontificis ex argẽto deaurato vndique penſante libras centum viginti octo.

S. PETRI. Fecit inſuper in gremio baſilicæ beati Petri Apoſtoli cortinam maiorem Alexandrinam holoſericam habentem in medio adiunctum fundatum & in circuitu ornamenta de fundato. Verum etiam idem præcipuus Præſul fecit thuribula Apoſtolica duo ex auro puriſſimo, ex quibus vnum miſit intus ſuper corpus eius, penſans libras quinquaginta duas, alterum penſans libras duas & vncias octo, quod præcedit per ſtationes.

S. MARIÆ AD PRÆSEPE. Idem Pontifex inueſtiuit faciem altaris ſanctæ Dei Genitricis Ad præſepe ex argento mundiſſimo deaurato penſante libras octoginta ſex. Fecit ibi coronas duas ex argento puriſſimo penſantes libras quinquaginta quatuor. E Cortinam maiorem Alexandrinam holoſericam ornatam de fundato vnam.

LXXIV. Hic idem verò præcipuus Præſul ex largitate omnipotentis Dei & beati Petri Apoſtoli clauigeri Regni cælorum obtulit per vniuerſas Sanctorum Eccleſias huius almæ Vrbis Romæ coronas vel etiam caniſtros ex argento puriſſimo ob veniam peccatorum ſuorum, videlicet, In Eccleſia Domini noſtri Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, fecit coronam ex argento puriſſimo penſantem libras viginti tres. BASIL. CONSTANTINIANA.

S. MARIÆ AD PRÆSEPE. In baſilica ſanctæ Dei Genitricis Ad præſepe ſimiliter fecit coronam ex argento puriſſimo penſantem libras tredecim.

S. MARIÆ AD MARTYRES. In Eccleſia S. Dei Genitricis ad Martyres fecit coronam

penſantem libras duodecim & vncias tres.

S. MARIÆ TIT. CALLISTI. In Eccleſia S. Dei Genitricis tituli Calliſti fecit coronam argenteam penſantem libras tredecim & vncias tres.

S. MARIÆ ANTIQVÆ. In Eccleſia S. Dei Genitricis quæ appellatur, Antiqua, fecit coronam ex argento penſantem libras tredecim.

S. MARIÆ COSMEDIN. In diaconia ipſius Dei Genitricis quæ appellatur Coſmedin eodem modo fecit coronam ex argento penſantem libras duodecim.

S. MARIÆ DOMNICÆ. Necnon in diaconia S. Dei Genitricis quæ appellatur Domnica ſimiliter fecit coronam de argento penſantem libras nouem.

LXXV. S. MARIÆ IN VIALATA. In diaconia S. Dei Genitricis quæ appellatur Via lata fecit coronam ex argento penſantem libras nouem.

S. MARIÆ IN CYRO. Item in diaconia ſancta Maria in Cyro fecit coronam ex argento penſantem libras octo.

S. MARIÆ FORIS PORTAM. In diaconia ſancta Dei Genitricis, quæ appellatur foris portam fecit coronam penſantem libras quatuor & vncias duas.

Similiter fecit in monaſterio S. Siluestri coronã ex argento penſantem libras ſex & vncias tres.

*Pallacini. In monaſterio S. Laurentij dicti *Pallaciani, fecit caniſtrum de argento penſans libras duas & vncias ſeptem.

In monaſterio ſancti Pancratij quod ponitur iuxta baſilicam Saluatoris fecit caniſtrum de argento penſans libras quinque & ſemis.

Fecit etiam in monaſterio SS. Andreæ & Bartholomæi quod appellatur Honorij caniſtrum ex argento penſans libras tres.

In monaſterio S. Stephani quod ponitur iuxta Lateranas fecit caniſtrum de argento penſans libras duas.

In monaſterio primi Martyris Stephani, quod ponitur ad beatum Petrum Apoſtolum fecit caniſtrum ex argento penſans libras tres & ſemis.

LXXVI. In monaſterio SS. Ioannis & Pauli, quod poſitum eſt iuxta beatum Petrum Apoſtolum fecit caniſtrum ex argẽto penſans libras tres.

In monaſterio S. Martini fecit caniſtrum ex argento penſans libras quatuor & vncias duas.

In monaſterio S. Stephani quod appellatur Cata galla patricia fecit caniſtrum penſans libras duas & ſemis.

In monaſterio S. Cæſarij quod poſitum ad beatum Paulum Apoſtolum, fecit caniſtrum ex argento penſans libras tres.

In monaſterio ſancti Stephani apud ſanctum Paulum fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

In monaſterio SS. Coſmæ & Damiani iuxta Præſepe fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas & vncias duas.

In monaſterio S. Andreæ quod appellatur Maſſa Iuliana, fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

In monaſterio S. Hadriani quod ponitur iuxta Præſepe, fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

*Caſſii. In monaſterio S. *Caſsini quod ponitur iuxta beatum Laurentium foris muros fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

In monaſterio S. Stephani fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

In monaſterio S. Victoris ad S. Pancratium fecit caniſtrum penſans libras duas & vncias ſeptem.

In monaſterio S. Chryſogoni fecit caniſtrum ex argento penſans libras tres.

LXXVII. In monaſterio S. Mariæ quæ appellatur Ambroſij fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas.

In monaſterio S. Mariæ quæ appellatur Iulia fecit ſimiliter.

In monaſterio S. Andreæ quod poſitum eſt iuxta baſilicam Apoſtolorum fecit ſimiliter.

In Oratorio S. Stephani quod poſitum eſt in monaſterio Dulcitij fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas & vncias quinque.

In Oratorio SS. Sergij & Bacchi quod poſitum eſt in Callinico fecit ſimiliter.

In monaſterio ſancti Agapiti quod poſitum eſt iuxta titulum Eudoxiæ fecit ſimiliter.

In Oratorio ſanctæ Agnetis quod poſitum eſt in monaſterio quod appellatur duo furna fecit caniſtrum penſans libras duas & vncias octo.

Necnon in Oratorio S. Viti quod poſitum eſt in monaſterio quod appellatur ad Surdas fecit caniſtrum penſans libras duas & vncias nouem.

In monaſterio S. Bibianæ fecit ſimiliter caniſtrum de argento penſans libras duas & vncias nouem.

Fecit in Oratorio S. Luciæ quod poſitum eſt in monaſterio *Recanati caniſtrum penſans libras duas. *Renati

Fecit in Oratorio S. Mariæ quod poſitum eſt in monaſterio S. Michaelis caniſtrum penſans libras duas, vncias duas.

In monaſterio S. Sergij fecit caniſtrum ſimiliter ex argento penſans libras tres.

In Oratorio S. Agathæ quod ponitur in monaſterio ad caput Africæ caniſtrum ex argento penſans libras tres.

In monaſterio S. Euphemiæ & Archangeli quod poſitũ eſt iuxta titulum Pudentis fecit caniſtrum ex argento penſans libras quinque. LXXVIII.

In monaſterio S. Seridonis fecit ſimiliter.

In Oratorio S. Agathæ quod poſitũ in monaſterio Tempuli fecit ſimiliter.

In Oratorio S. Cæſarij ad monaſterium de Corſas ſimiliter fecit caniſtrum penſans libras duas & vncias tres.

In monaſterio S. Semitrij fecit ſimiliter.

In monaſterio S. Mariæ ad Aquas Saluias fecit ſimiliter.

In monaſterio S. Donati quod poſitum eſt iuxta titulum S. Priſcæ, fecit caniſtrum argenteum penſans libras duas & vncias quinque.

In monaſterio S. Ioannis quod poſitum eſt in Auentino fecit ſimiliter.

In Oratorio S. Mariæ quod poſitum eſt in monaſterio de Lutara fecit caniſtrum argenteum penſans libras duas & ſemis.

In monaſterio Hieruſalem quod poſitum eſt ad ſanctum Petrum Apoſtolum fecit ſimiliter.

In monaſterio S. Agnetis poſito foris portam Numentanam fecit caniſtra ex argento penſantia libras quinque.

In monaſterio S. Eugeniæ foris portam Latinam pari modo fecit caniſtra ex argento penſantia libras quinque.

In Oratorio S. Gregorij quod poſitum in Campo Martis fecit caniſtrum penſans libras tres. hactenus de donis in monaſteria collatis, quæ numerata hic habes quadraginta quatuor, vt non te pigeat prolixæ lectionis, cum repræſentatam in his habeas veterem Romam huius temporis in numero & cultu diuerſorum nominum Eccleſiarum. ſed dolendum ſit, earum quamplurimas excidiſſe; gaudendum tamen vel earum ſaltem nomina ſupereſſe. Pergit vero de aliis donis ad alia loca ſacra miſſis Anaſtaſius cœptam ſemel orationem. LXXIX.

Fecit in titulo beatæ Sabinæ coronam ex argento puriſsimo penſantem libras octo.

In diaconia SS. Silueſtri & Martini poſita iuxta Orpheam, coronam ex argento penſantem libras ſex & vncias duas.

In Oratorio S. Luciæ, quod eſt poſitum in xenodochio, fecit caniſtrum ex argento penſans libras duas & vncias quatuor.

In Oratorio S. Abbacyri, quod eſt in xenodochio, fecit ſimiliter caniſtrum penſans libras duas.

In Oratorio SS. Coſmæ & Damiani poſitum in xenodochio, quod appellatur Tucium, fecit caniſtrum penſans libras duas & vnciam vnam.

In Oratorio S. Peregrini poſito in hoſpitale Dominico ad Naumachiam fecit caniſtra penſantia libras quinque & vnciam vnam.

LXXX. BASILICA CONSTANTINIANA. *Fecit idem Pontifex in Baſilica Domini noſtri Ieſu Chriſti quæ appellatur Conſtantiniana ſuper altare maius veſtes chryſoclauas duas, ex quibus vnam habentem hiſtoriã Dominicæ Reſurrectionis, aliam habentem hiſtoriam viuificæ & venerandæ Dominicæ Crucis. Canthoros ex argento mundiſſimo octo penſantes ſimul libras vigintiſeptem & vncias ſex. Inueſtiuit ſuper rugas ante ingreſſum altaris ex argento puriſſimo penſante libras quadragintaocto & vncias octo. Fecit coronam ex argento puriſſimo penſantem libras duodecim. Fecit vbi ſuprà ad Fontes vela alba holoſerica ornata in circuitu de fundato atque quadraplo numero decem. Sarta tecta ipſius Eccleſiæ cum quadriporticu ſimul ad fontem omnia, & in omnibus nouiter reſtaurauit. Quæ enim intacta & inconcuſſa reliquerat terræmotus? ſimul & feneſtras in abſide ex vitro ex diuerſis coloribus concluſit atque decorauit: & alias feneſtras baſilicæ ex metallo gypſino reparauit. Et in medio baſilicæ fecit cortinas duas, ex quibus vnam maiorem fundatam albam & aliam minorem albam roſatam.*

S. MARIÆ AD PRÆSEPE. *Fecit idem Pontifex in baſilica ſanctæ Dei Genitricis quæ appellatur, Ad præſepe, cortinam roſatam cum periclyſi de fundato: canthara de argento puriſſimo duo penſantia libras vigintitres, columnas duas penſantes libras viginti vnam vncias quinque, Crucem cum gabbatha ex argento mundo penſantem libras quinque.*

In diaconia ipſius Dei Genitricis quæ appellatur Antiqua, fecit tetrauila alythina ornata in circuitu de quadraplo.

LXXXI. *In Oratorio S. Andreæ vela holoſerica ornata vt ſuprà.*

S. MARIA IN CALLISTO. *In titulo ipſius Dei Genitricis quæ appellatur Calliſti, fecit veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum hiſtoria de Præſentatione Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſancti Simeonis, cum periclyſi de Tyrio. tetrauila rubea alythina quatuor, habentia Crucem cum gammadiis, & in circuitu periclyſin de Tyrio. Velum Tyrium maius, quod pendet ante imaginem cum periclyſi de blatthi vnum. Vela modica rubea alythina cũ ſtauraci in medio numero tria, quæ pendent ante imagines argenteas cum periclyſi de blatthi. Cortinam maiorem holoſericam in gremio baſilicæ vnam. Fecit & imagines argenteas deauratas, è quibus vnam cum gemmis, arcum argenteum vnum cum gammadiis. Supra ceroſtrata pharum vnum, thuribula duo, penſantia ſimul libras nonagintaquinque & vncias ſeptem.*

BASILICA S. PETRI. *Fecit vero idem præfatus Antiſtes B. Petro Apoſtolo calicem aureum diuerſum ornatum lapidibus pretioſis, qui procedit per ſtationes penſantem libras tredecim & ſemis.*

Hic fecit in baſilica ipſius Apoſtoli velum chryſoclauum, quod pendet ſuper ingreſſum veſtibuli, item aliud velum maius chryſoclauum, quod pendet in trabe argentea ante imaginem Saluatoris ſuper ingreſſum veſtibuli. Coronam maiorem ex argento puriſſimo penſantem libras quinquagintatres & vncias octo, pharum argenteum pendens infrà ipſam coronam, penſans libras vigintiquatuor. Item coronas argenteas quatuor penſantes libras quinquagintaſeptem. Caniſtra octo penſantia ſimul libras quadraginta.

LXXXII. SYMBOLVM FLORI SCRIPTVM IN SCVTIS ARGENTEIS. *Hic verò pro amore & cautela Orthodoxæ Fidei, fecit vbi ſuprà ſcuta argentea duo ſcripta vtraq; Symbolo, vnum quidem litteris Græcis & aliud Latinis, * ſedentia dextrâ læuâq; ſuper ingreſſum corporis penſantia libras nonagintaquatuor & vncias ſex.* huius autem faciendi operis tam in baſilica S. Petri quam in baſilica S. Pauli quæ præceſſerit occaſio, ſuperiùs dictum eſt ſuo loco. Pergit idem auctor.

* pendẽtia

Fecit vbi ſuprà in gremio baſilicæ cortinam maiorem holoſericam fundatam vnam. Velum album holoſericum roſatum maius vnum, quod pendet in trabe maiore ſuper imagines aureas ornatum in circuitu de fundato. Super fontes fecit vela ſerica alba numero nouem ornata in circuitu de fundato.

ALTARE S. LEONIS. *Hic vero inueſtiuit altare beati Leonis Confeſſoris atq; Pontificis ex argento mundiſſimo deaurato penſante libras centum & nouem.*

ALTARE S. GREGORII. *Item inueſtiuit altare beati Gregorij Confeſſoris atque Pontificis ex argento mundiſſimo deaurato penſante libras centum vigintiſeptem.* & poſt illa de cultu baſilicæ ſancti Pauli, quę dicta ſunt ſuperius dum de terręmotu, quo illa baſilica concuſſa eſt, actum eſt, iſta addit.

LXXXIII. S. SABINÆ. *Hic fecit in baſilica B. Sabinæ Martyris in gremio baſilicæ cortinam maiorem holoſericam de quadraplo & fundato pulcherrimam.*

S. PETRI. *Præfatus verò venerabilis & præclarus Pontifex fecit in baſilica beati Petri nutritoris ſui ſuper altare maius ciborium vnum cum columnis quatuor ex argento puriſſimo deaurato cum diuerſis hiſtoriis miræ magnitudinis mirificè decoratum, quod penſat vndiq; libras ſeptingentasquatuor & vncias tres. Ciborium verò quod inde abſtulit poſuit ſuper altare maius in baſilica Dei Genitricis quæ appellatur, Ad præſepe, & Crucem argenteam fecit inibi, penſantem libras duodecim & vncias tres.*

SS. APOSTOLORVM. *Quadriporticum baſilicæ ſanctorum Apoſtolorum in Via lata intus & foris reſtaurauit.*

S. AGATHÆ. *Sarta tecta S. Agathæ Martyris ſita in Suburra nouiter reſtaurauit.*

IN PATRIARCHIO LATERANENSI. *Hic vero ſanctiſſimus Præſul fecit in Patriarchio Lateranenſi Oratorium à fundamentis in honore beati Archangeli, quod etiam muſiuo diuerſis picturis ornauit vndiq; & omnia ſimilia tam aurea quàm argentea, atque etiam vela obtulit.* Mancronam verò ipſius Lateranenſis Patriarchij, quæ extenditur à campo & vltra imagines Apoſtolorum, quæ præ nimia vetuſtate ruituræ erant, à fundamentis reſtaurauit, & ſolaria reſtituit, marmoribus ſtrauit, & cameram ipſius Macronæ nouiter fecit, & diuerſis hiſtoriis picturâ mirificâ decorauit.*

*

LXXXIV. BASILICA S. PETRI. *Idem à Deo protectus venerabilis & præclarus Pontifex, fecit in circuitu altaris beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui tetrauila rubea holoſerica alythina, habentia tabulas, ſeu orbiculos de chryſoclauo diuerſis hiſtoriis depictos cum ſtellis de chryſoclauo ex margaritis ornata miræ magnitudinis & pulchritudinis decorata, quæ in diebus feſtis ibidẽ ad decorem emittuntur. Pari modo & deſuper & alia tetrauila alba holoſerica roſata Paſchalia, habentia tabulas & orbiculos de chryſoclauo & margaritis, cum periclyſi de chryſoclauo. Item etiam alia vela modica quatuor vbi ſuprà in ſingulis columnis ciborij fecit, habentia tygres de chryſoclauo, & in circuitu ornata de blatthi. Item & alia vela modica quatuor eamdem habentia ſimilitudinem, eorum quæ in baſilica Doctoris mundi Pauli Apoſtoli in columnis ciborij fecit.*

S. AGAPITI. *Idem Pontifex ſarta tecta reſtaurauit ſancti Agapiti Martyris, quæ ſita eſt in Præneſtino: necnon tecta alterius baſilicæ, poſita iuxta eamdem reſtaurauit.*

S. STEPHANI. *Pari modo ſarta tecta baſilicæ beati Stephani primi Martyris poſita via Latina milliario tertio, quæ erat ruinæ proxima, reparauit.*

S. BASILIDIS. *Item baſilicam beati Baſilidis Martyris ſitam in Merulana nouiter reſtaurauit.*

BASILICA LATERANENSIS. *Item in baſilica Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ appellatur Conſtantiniana de proprio argento ipſius baſilicæ coronas cum delphinis quinq;, caniſtra numero trigintaquinq;, gabbathas numero octo de argento puriſſimo penſantes ſimul libras ducentas ſeptuaginta ſex.*

LXXXV. S. MARIÆ AD PRÆSEPE. *Fecit etiam in baſilica ſanctæ Dei Genitricis, quæ vocatur, Ad præſepe, cortinam de fundato, & in circuitu ornatam de blatthi, quæ pendet in pertica ſuper ſedem mirificè decoratam. Vela promiſcua tam de fundato quàm de ſtau-*

Digitized by Google

rati & quadraplo, ornata in circuitu de blatthi numero quadraginta. Fecit verò vbi ſuprà ante ingreſſum Præſepis pharum in modum retis ex argento puriſſimo cum caniſtris quinque de argento puriſſimo, penſans libras triginta ſeptem & ſemis. A

BASILICA S. PETRI.

Idem verò ſanctiſſimus Pontifex fecit rurſum beato Petro Apoſtolo nutritori ſuo calicem aureum præcipuum tetragonum epanocliſtum diuerſis ornatum pretioſis lapidibus, penſantem libras triginta duas: necnon patenam auream ſpanocliſtam mira magnitudinis decoratam, penſantem libras vigintiquinq. & vncias nouem. Fecit & pharum in modum retis cum caniſtro & Cruces de argento puriſſimo, quæ pendent ſub arcu principali: necnon & alium pharum maiorem cum caniſtro pendentem ſub trabe maiore argentea ad ornatum S. Dei Eccleſiæ, penſantem libras mille centum quatuor, & vncias ſeptem. B

LXXXVI

S. MARIÆ AD PRÆSEPES.

Idem fecit ſanctiſſimus Pontifex in baſilica ſancta Dei Genitricis Mariæ. Ad præſepe tetrauila alba holoſerica roſata ornata in circuitu de chryſoclauo, & intrà præſepe idē fecit veſtes albas roſatas numero quatuor, ornatas in circuitu de Tyrio.

S. MARIÆ IN DOMNICA.

In diaconia verò eiuſdem Dei Genitricis, quæ appellatur Domnica, fecit veſtem albam holoſericam roſatam habentem in medio tabulas de Tyrio cum hiſtoria Crucifixi: necnon & rotam de chryſoclauo ornatam in circuitu de quadraplo. Fecit vbi ſupra cortinam ſundatam ornatam in circuitu de blatthi.

S. MARIÆ IN COSMEDIN.

In diaconia eiuſdem Dei Genitricis, quæ appellatur Coſmedin, fecit veſtem albam holoſericam cum tabula de chryſoclauo, habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu liſtam de chryſoclauo. C

S. MARIÆ AD MARTYRES.

Fecit ad S. Mariam Ad Martyres veſtem albam holoſericam roſatam cum tabula de Tyrio habentem hiſtoriam Crucifixi, & rotam chryſoclauo ornatam in circuitu de Tyrio.

S. MARIÆ FORIS PORTAM S. PETRI.

In diaconia antedicta Dei Genitricis poſita foris portam beati Petri fecit veſtem de Tyrio mirificè decoratam.

XXCVII.

Idem præclarus & venerabilis Pontifex fecit in baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui caniſtra interſatilia ex argento puriſſimo, tam in quadriporticu quàm in gremio baſilicæ numero vigintiduo penſantia ſimul libras centum vigintiquinque. Gabathas ſignatas ſigno Crucis, quæ pendent tam in gradi porticu quàm in pharo areas in medio baſilica numero quadragintaocto, penſantes libras centum vnam & ſemis. Phara argentea tria, quæ ſtant ſuper trabes argenteas, penſantia libras nonagintatres. Arcus argenteos duos penſantes libras quadragintavnam, & vncias nouem. Vela de blatthi maiora, quæ pendent in trabibus argenteis dextrâ, læuâq. presbyterij, necnon & in circuitu Sedis numero triginta, ornata de quadraplo. Vela modica de ſundato quadraginta ſeptem ornata in circuitu de blatthi ByZanteo, & inueſtiuit de blatthi Neapolitano: necnon & in gremio Eccleſiæ fecit cortinam Alexandrinam in circuitu de Tyrio. Vela alba modica holoſerica roſata numero vigintiquinque ornata in circuitu de blatthi, ex quibus vnum ornatum de ſtauraci. D

S. ANDREÆ.

Super altare verò beati Andreæ fecit veſtem albam holoſericam roſatam cum tabula de chryſoclauo habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu eius liſtam de chryſoclauo. E

S. PETRONILLÆ.

In altari beatæ Petronillæ fecit veſtem albam holoſericam cum tabula de chryſoclauo, habentem pariter hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu eius liſtam de chryſoclauo.

XXCVIII

S. MARIÆ IN MEDIANA.

In Oratorio S. Dei Genitricis in Mediana fecit veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio Crucem de chryſoclauo, & in circuitu ornatam de Tyrio.

S. MARIÆ PAULI PAPÆ

*In Oratorio ipſius ſanctæ Dei Genitricis, quæ dicitur Domni Pauli Papæ, fecit veſtem albam holoſericam in circuitu de * ſuizslo.*

*

MONASTERIUM S. MARTINI.

In Monaſterio S. Martini fecit veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio Crucem de chryſoclauo, cum periclyſi de Tyrio.

BASILICA SS. APOSTOLORUM.

Fecit in baſilica Apoſtolorum in Via lata ſuper altare maius veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu veſtem de chryſoclauo; necnon & orbiculos de chryſoclauo cum periclyſi de Tyrio, tetrauila media in circuitu de ſundato, ex quibus vna cum chryſoclauo, Vela modica Alexandrina duo ornata in circuitu de ſtauraci, & in medio baſilica fecit cortinam maiorem de ſundato mirificè decoratam, ornatam in circuitu de Tyrio, & in medio Cruces de Tyrio.

S. SABINÆ.

Fecit in titulo S. Sabinæ Martyris ſuper altare maius veſtem albam holoſericam roſatam; habentem in medio tabulam de ſtauraci, & in medio hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu liſtam de chryſoclauo.

S. SUSANNÆ

Pari modo & in titulo S. Suſannæ Martyris ſuper altare maius veſtem albam fecit de holoſerico roſatam, habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu liſtam de chryſoclauo.

XXCIX.

S. STEPHANI IN COELIO MONTE.

Fecit in Baſilica ſancti Stephani primi Martyris in Cœlio monte veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de ſtauraci cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & Crucem de chryſoclauo.

S. GEORGII.

In diaconia beati Georgij Martyris ſuper altare maius fecit veſtem albam holoſericam roſatam habentem in medio tabulam de ſtauraci cum hiſtoria Crucifixi, ornatam de Tyrio, & roſas de chryſoclauo.

S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

Idem verò protectus à Deo venerabilis & præclarus Pontifex in baſilica ſancta Dei Genitricis, quæ appellatur Ad præſepe, ob nimium amorem ipſius Dominæ noſtræ fecit pharum ex argento puriſſimo cum lucerna & cerapro ſuo, penſante ſimul libras quadraginta & ſemis. & conſtituit eius beatitudo, vt in Dominicis diebus, vel in ſacris ſolemnitatibus iuxta Lectorium conſiſteret, & ad legendum ſacras lectiones luminis ſplendore fulgeret.

S. PETRI BASILICA.

In Eccleſia beati Petri pari modo fecit pharum ex argento puriſſimo cum lucerna & corapto ſuo penſantem libras nonaginta & ſemis; & ſub imagine Saluatoris Crucifixi in modum, fecit coronam ex argento puriſſimo pro luminarium ſplendore penſantem libras . . . .

XC.

S. APOLLINARIS RAVEN.

In baſilica S. Apollinaris Martyris atque Pontificis, quæ fundata eſt iuxta ciuitatem Rauennam, iam præ nimia vetuſtate ruina proximam reſtaurauit, & in meliorem deduxit ſtatum. Super altare verò ipſius ſacræ baſilicæ in honorem omnipotentis Dei & beati Petri Apoſtoli de eius donis ac datis fecit veſtem ſericam roſatam albam habentem in medio Crucem de chryſoclauo cum orbiculis & roſas ſericas, habentes hiſtorias Annuntiationis & Natalis Domini, atque Paſſionem, & Reſurrectionem, necnon in cœlos Aſcenſionem & Pentecoſten ornatas in circuitu ſimili modo de chryſoclauo. ſed & caniſtrum ex argento puriſſimo inibi fecit cum catenulis ſupra, penſans libras quindecim.

XCI.

ALBANENSIS ECCLESIA EXUSTA RESTAURATA.

Epiſcopium Albanenſe ſimul cum Eccleſia, quæ nomine beati Pancratij fundata eſt, per quamdam negligentiam vel iniuriam, per immiſſionem diaboli iam poſt matutinas laudes exuſtam à fundamentis vſque ad tectum, clementiſſimus & ſolertiſſimus Pontifex, Deo inſpirante, firmum iaciens fundamentum, mirum in modum nouiter reſtaurauit, & ſarta tecta in meliorem ſtatum deduxit. & fecit ſuper altare maius veſtes duas, e quibus vnam cum roſis maioribus habentem gryphes ornatam in circuitu de ſundato, & aliam veſtem de fundato, ſed & tetrauila ſerica alythina ornata de Tyrio optimo in circuitu eiuſdem altaris fecit numero quatuor.

S. PETRI BASILICA.

Verumetiam in Eccleſia beati Petri Apoſtoli fecit veſtem roſatam habentem hiſtoriam Domini noſtri Ieſu

Chriſti,

Chriſti, quando extendit manus, & apprehendit Petrum Apoſtolum de fluctibus maris. A

XCII. S. CYRIACI. *Idem beatiſsimus & præclarus Pontifex fecit in baſilica S. Cyriaci veſtem albam holoſericam, habentem in gyro periclyſin de fundato, & in medio hiſtoriam Reſurrectionis, & in circuitu altaris tetravila alba, habentia periclyſin de Tyrio.*

S. VITALIS. *Fecit autem & in titulo ſancti Vitalis veſtem albam holoſericam, habentem periclyſin de fundato, & in medio hiſtoriam Reſurrectionis.*

S. ARCHANGELI. *Necnon & in diaconia S. Archangeli poſuit veſtem albam holoſericam, habentem periclyſin de Tyrio, & in medio hiſtoriam Reſurrectionis.*

S. ABBACHYRI. *Item ſuper altare S. Abbachyri fecit veſtem ſimilem.*

S. AGATHÆ. *Porrò in diaconia S. Agathæ Martyris fecit idem Pontifex veſtem albam holoſericam habentem in gyro periclyſin de Tyrio, & in medio hiſtoriam Reſurrectionis.* B

S. PAMMACHII. *Verùm & in titulo S. Pammachij ſuper altare SS. Ioannis & Pauli fecit veſtem albam holoſericam, habentem in gyro periclyſin de fundato, hiſtoriam Crucifixi, Aſcenſionis, & Pentecoſtes.*

S. CLEMENTIS. *Pariter in Eccleſia B. Clementis Martyris atq; Pontificis fecit veſtem albam cum chryſoclauo, habentem hiſtoriam Reſurrectionis & Aſcenſionis & Pentecoſtes.*

S. CYRIACI. *In Eccleſia S. Cyriaci poſita via Oſtienſi fecit vela è quadraplo numero quinque, habentia hiſtoriam Saluatoris vocantis diſcipulos de naue, & ſuper altare ipſius Martyris poſuit veſtem de fundato.*

XCIII. S. MARIÆ AD PRÆSEPE. *In baſilica ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ dominæ noſtræ quæ eſt Ad præſepe, fecit coronas argenteas cum delphinis duodecim, penſantes libras centum & duas & vncias quatuor. & phara canthara argentea cum delphinis numero . . . penſantia libras octoginta & ſemis.* C

BASILICA S. PETRI. *Idem beatiſsimus Pontifex fecit in baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui ante presbyterium pharum volubilem ex argento puriſſimo cum coronis & Crucibus penſantem libras centum triginta quinque & vncias ſex. Verùm & idē ipſe & deorſum vbi ſacratiſsimum corpus ipſius principis Apoſtolorum requieſcit renouauit imaginem auream habentem vultum Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſanctæ Dei Genitricis Dominæ noſtræ & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli atq; Andreæ, necnon & beatæ Petronillæ virginis, vbi & addidit auri obrizi libras viginti vnam & vncias tres & ſemis.* D

S. MARTINI * *Veſtiuit altare S. Martini Confeſſoris Chriſti ex argento puriſſimo deaurato * ex terra quondam Fridigiſi Abbatis penſante libras decem & ſeptem & ſemis.*

XCIV. SS. MARTYRUM NEREI ET ACHILLEI. *Idem præclariſsimus Pontifex conſpiciens Eccleſiam beatorum Martyrum Nereí & Achillei præ nimia iam vetuſtate deficere, atq; aquarum inundatione repleri, iuxta eamdem Eccleſiam nouiter à fundamentis in loco ſuperiorē Eccleſiam conſtruxit miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam. In quo etiam loco hæc obtulit dona, ciboriū ex argento puriſſimo penſans libras ducentas quindecim, caniſtra ex argēto numero ſex penſantia ſimul libras quindecim. Calicem & patenam ex argento puriſſimo deauratos penſantes libras duodecim & vncias decem.* E *Regnum ſuper altare ex auro puriſſimo penſans libras duas & vncias ſex, veſtes duas, ex quibus vnam albam holoſericam, habentem hiſtorias Dominicæ Natiuitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, atque Pentecoſtes ornatam in circuitu de chryſoclauo, & aliam de Tyrio.* in reſtauratione autem eiuſdem Eccleſiæ recens factæ reperimus eiuſdem inſtaurationis à Leone facta aliqua monumenta: Sixtus enim Papa quartus qui reſtaurauit & ipſe breuiori ambitu ipſam contraxit, & obtexit quod labefactatum vidit vetus pauimentum.

Item fecit in baſilica beatæ Dei Genitricis Ad præſepe regnum ex auro puriſſimo ſpanocliſto, diuerſis in circuitu de chryſoclauo ornatū lapidibus pretioſis, penſans libras quatuor & vncias ſeptem. A S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

Fecit verò communicales ex argento puriſſimo per ſingulas vrbis regiones, quæ præcederent ſtationes per manus acholytorum numero viginti quatuor penſantes ſimul libras . . . . .

Pari modo in baſilica beati Petri fautoris ſui fecit regnū ex auro puriſſimo diuerſis pretioſis ornatum lapidibus pēſans libras ſeptem. XCV. BASILICA S. PETRI.

Fecit etiam in diaconia SS. Martyrum Nerei & Achillei vela promiſcua holoſerica numero . . . . quæ autem hoc tempore diaconia erat, poſtea tranſiit in titulum. SS. NEREI ET ACHILLEI.

Itemq; fecit ſarta tecta beati Agapiti Martyris ſita iuxta Eccleſiam beati Laurentij foris murum, & quæ præ nimia vetuſtate emarcuerant nouiter reſtaurauit. B S. AGAPITI.

Immò & in titulo beatæ Pudentianæ fecit veſtem albam holoſericam ornatam in circuitu de Tyrio. hactenùs Anaſtaſius de Eccleſiarum ornamentis. Sic igitur in chartis ſaltem fulgeant, quæ temporis iniuria, vt de omnibus rebus mundi huius accidit, ſunt conſumpta.

Ad poſtremum autem iſta habet de ordinationibus ab eo habitis. *Fecit autem ordinationes tres per menſem Martij, in quibus creauit presbyteros triginta, diaconos vndecim. Epiſcopos per diuerſa loca viginti ſex. ſepultus autem eſt in baſilica beati Petri Apoſtoli pridie Idus Iunias, Indictione nonâ, & ceſſauit Epiſcopatus dies decem.* C ita Anaſtaſius, licet alij habeāt dies viginti Sedem vacaſſe, ſed Anaſtaſio magis creditur.

XCVI. STEPHAN. PAPA QVINTVS DICTVS QVARTVS. Sic igitur vigeſimâ ſecundâ eiuſdem menſis Iunij creatus eſt in locum ipſius Stephanus Papa eius nominis quintus, dictus quartus. qui autem Sedē Leonis dies viginti vacaſſe ponunt, creationē Stephani ad quintum Nonas Iulij collocant. De Stephano autem iſta apud Anaſtaſium: *Stephanus natione Romanus ex patre Marino à primæua ætate in Patriarchio Lateranenſe ſub ſanctæ memoriæ domno Hadriano nutritus atque educatus, nobili proſapiâ atque præclariſſimo genere ortus, adhuc in parua ætate ad diſcendam ſacræ diſciplinæ ſcientiam ſtudioſius inuigilabat. Defuncto verò ſanctæ memoriæ præfato domno Hadriano Papa, qui in eius locum ſucceſſit domnus Leo Stephanum conſpiciens bonæ conuerſationis & humilitatis, eum ad ſubdiaconatus ordinem promouit, & cùm magis ſpiritualibus ſtudijs vacare conſpiceret, ad diaconatum ipſum prouexit. Et ſpiritualibus pollens ſtudijs, maximè verò Euangelicâ prædicatione, & in omnibus bonis operibus efficax probatus eſſet, factum eſt, vt cùm migraret è vita præfatus domnus Papa Leo: illicò feruentiſſimo affectu à populo Romano deligeretur ipſe præcipuus & ſanctiſſimus vir Stephanus ad ſacri Pontificatus culmen. Qui omnes vno affectu, parique amore eum ad Eccleſiam Petri Apoſtoli perducentes, Dei ordinante prouidentiâ Papa Vrbis eſt conſecratus.* D

XCVII. STEPHAN. PAPA PROFICISCITVR IN GALLIAS AD LVDOV. *Hic ſanctiſſimus vir in Pontificatu iam poſitus, pro confirmanda pace & vnitate ſanctæ Dei Eccleſiæ, Franciam arripuit iter ad piiſſimum & ſereniſſimum domnum Ludouicum Imperatorem. Qui cùm in Franciam perueniſſet, tanto honore atq; exaltatione à prædicto piiſſimo Principe atque Francorum populo ſuſceptus eſt, quantam vix lingua narrare poteſt. Et tantam gratiam largitus eſt ei Dominus, vt omnia quæ ab eo popoſciſſe dignoſcitur, in omnibus impetrarit, in tantum vt idem ſereniſſimus Princeps pro illius amore in finibus Franciæ ſuper omnia dona quæ ei largitus eſt curtem de ſuo proprio Fiſco beato Petro Apoſtolo perpetualis vſus perceptionis paginam conceſſit. Idem verò ſacer Antiſtes exemplum ſumens Redemptoris noſtri qui pro nobis de cælis dignatus eſt deſcendere & de capti-* E

A *uitate diaboli nos eripere, omnes exules qui illic captiuitate tenebantur propter ſcelera & propter iniquitates ſuas, quas in ſanctam Romanam Eccleſiam & in domnum Leonem Papam geſſere, pro pietate Romam reduxit.* hæc de eo apud Anaſtaſium. Sed quæ ab eodem ſunt prætermiſſa, quæ habent eiuſdem temporis ſcriptores hîc reddamus.

XCVIII. Auctor incertus, ſed qui ſui temporis res geſtas conſcripſiſſe cognoſcitur domeſticus Ludouici, per annos ſingulos vitam ipſius Ludouici Imperatoris conſcribens hæc de his habet:[a] *Imperator Stephani Papæ aduentu præcognito, Bernhardum quidem nepotem, Regem Italiæ, Pipini filium eum comitari iuſſit. Sed eo appropinquante, alios Miſſos qui eum cum debito honore perducerent, direxit. Ipſe autem aduentum eius Rhemis* B *ſuſtinere ſtatuit. Cui etiam obuiam Hildebaldum, Archicapellanum ſacri Palatij, Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem, Ioannem Aerebatenſem, aliorumq; miniſtrorum Eccleſiæ copiam procedere iuſſit, infulis indutos ſacerdotalibus. Ad vltimum Imperator milliarium, equo excepit, & Eccleſiam intrantem manu propriâ ſuſtentauit, præcinentibus pro tanta exultatione varijs Eccleſiæ ordinibus: Te Deum laudamus, & reliqua. Quo hymno finito, laudes Imperatori debitas clerus Romanus conclamauit, quarum finem dominus Apoſtolicus oratione compleuit. His expletis intra domus penetralia conceſſum eſt, expoſitiſque cauſis ſui aduentus, & benedictione panis & vini ſimul participata, Imperator ad ciuitatem rediit, dominus Apoſtolicus ibidem remanſit.* hæc ille de prima die. habet de his C plura alia eiuſdem temporis, rerumq; à Ludouico geſtarum ſcriptor certus auctor Theganus Treuirenſis Chorepiſcopus, de cuius fide ne quid dubites, habes Walfridi Strabonis qui eidem operi præfationem præpoſuit teſtimonium, cùm hæc ait: *Hoc opuſculum in morem Annaliū Thegan natione Francus, qui eidem operi præfationem Eccleſiæ Chorepiſcopus quidem & breuiter potiùs quam lepidè compoſuit, &c.* Idem igitur auctor Theganus rem geſtam ſic aggreditur.[b]

XCIX. *Stephanus ſtatim poſtquam Pontificatum ſuſcepit, iuſſit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico.* id ea de cauſa, vt tumultuari D ſoliti Romani in Romanum Pontificem (vt vidimus in Leone) eo ſaltem modo coerceri poſſent. ſed pergit auctor. *Et dirigens Legatos ſuos ad ſupradictum Principem, nuntiauit ei, vt libenter eum videre voluiſſet in loco vbicumque ſibi placuiſſet. Quod audiens, magno tripudio repletus cœpit gaudere. Et confeſtim iuſſit Miſſos ſuos obuiam ire ſancto Pontifici cum ſalutationibus maximis & ſeruitia præparate. Perrexit poſt Miſſum dominus Ludouicus obuiam ſupradicto Pontifici obuians ei in campo magno Rhemenſium. Deſcendit vterque de equo ſuo. Et Princeps ſe proſternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertiâ vice erectus ſalutauit Pontificem iſtis verbis, dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit* E *nobis. Et reſpondit Pontifex: Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui tribuit oculis noſtris ſecundùm Dauid Regem videre. Amplexantes enim ſe & oſculantes pacificè perrexerunt ad Eccleſiam, qui cùm diu orauerunt, erexit ſe Pontifex & excelsâ voce cum clero ſuo fecit ei laudes regales.*

C. *Poſteà Pontifex honorauit eum magnis honoribus & multis & Reginam Irmingardam, & omnes Optimates & miniſtros eius. Et in proxima die Dominica in Eccleſia ante Miſſarum ſolemnia coram clero & omni populo conſecrauit eum, & vnxit ad Imperatorem, & coronam auream miræ pulchritudinis & pretioſiſſimis gemmis ornatam quam ſecum apportauerat, poſuit ſupra caput eius. & Irmingardam Reginam appellauit Auguſtam, & poſuit co-* A *ronam auream ſuper caput eius. Quamdiu ibi erat beatiſſimus Papa, quotidie colloquium habebat de vtilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ. Poſt quod dominus Imperator eum honorauit magnis & innumeris donis tripliciter & ampliùs quam ſuſcepiſſet ab eo, ſicut ſemper ſolebat agere, magis dare quàm accipere. Dimiſit eum ire Romam cum Legatis ſuis, quibus præcepit vbique in itinere ſuo honeſtum exhibere ſeruitium. Poſtquam Romam venit non poſt multos dies claruit Dei manifeſtatione in nõnullis miraculis, quod ipſe verus erat viuens Dei cultor.* hæc ipſe, agens de eius obitu poſt reditum ad Vrbem, nos verò dicemus de eo ſuo loco, ſequenti anno.

Hoc anno tertio Ludouici, ab eo celebratum conſtat conuentum prouincialem Aquiſgrani, in B eoque ſanctum Meinulphum accepiſſe licentiam ædificandi monaſterium virginibus canonicis regularibus, habent vitæ eius Acta à Gobelino conſcripta. Fuit hic diaconus Eccleſiæ Paderbornenſis, qui egregiâ claruit ſanctitate, vt eius vitæ Acta ſignificant.

CI. Quod verò ad rerum geſtarum tempus ſpectat hic dicemus, quæ deſiderantur in aliis, atq; ex auctore ſui temporis res ſcribente: nam ita apud Aimoinum iſta narrantur: *Stephanus non duobus poſt conſecrationem ſuam exactis menſibus, quàm maximis itineribus ad Imperatorem venire contendit.* & inferiùs de reditus tempore: *Tertio poſtquam Romam venerat menſe nondum exacto circiter octauum Kalendas Februarij diem obijt.* Ex quibus patet ipſum hoc anno ex C Gallijs Romam redijſſe, menſe Octobris.

Stephani autem ipſius Papæ apud[c] Gratianum de Romani Pontificis electione in hæc verba decretum extat.

Quia ſancta Romana Eccleſia, cui auctore Deo præſidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperialis notitia Pontificis fit conſecratio: nec canonico ritu, & conſuetudine, ab Imperatore directi interſunt nuntij, qui ſcandala fieri vetent: volumus vt cùm inſtituendus eſt Pontifex, conuenientibus Epiſcopis & vniuerſo clero eligatur præſente Senatu & populo qui ordinandus eſt. Et ſic ab omnibus electus, præſentibus Legatis Imperialibus conſecretur. Nullusque ſine D *periculo ſui, iuramenta vel promiſſiones aliquas, nouâ adinuentione, audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit cõſuetudo, ne Eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur.* hactenus Stephani Papæ decretum aſſertum. An enim verè ciuſdem Stephani ſit, aliæ plures recitatæ & confutatæ ſuperiùs ſchiſmaticorum impoſturæ, vt de hoc etiam dubitari poſſit, efficiunt. Cùm præſertim Ludouicus Imperator anno ſequenti, vt ſuo loco apparebit, in Conſtitutione à ſe edita de donatione facta Romanæ Eccleſiæ, liberam eſſe velle declarat electionem & coronationem Romani Pontificis; nec ad aliud teneri qui creatus eſt Pontifex, niſi vbi eſt conſecratus, legationem mittere ad ipſum Impe- E ratorem, quâ eum de ſua promotione faciat certiorem, prout & ſucceſſor Stephani huius Paſchalis Papa feciſſe conſpicitur. Adeò vt aut nõ ſancitum eiuſmodi decretum, vel ab ipſo Ludouico non acceptatum opus ſit affirmare, cùm (vt dictum eſt) anno ſequenti his contraria ab eo conſtituta noſcantur. recitat illam ipſam Ludouici Conſtitutionem etiam[d] Gratianus, ſimulque ea[e] quæ contigerunt in electione Hadriani Papæ ſecundi, cùm nec qui aderant tunc Romæ Legati eiuſdem Imperatoris vocati ſunt.

Marginal notes:

[a] *Vita Lud. c. 38. 39.*

QVOMODO EXCEPTVS STEPHANVS PAPA A LVDOVICO.

[b] *Thega. de geſtis Lud. c. 16. 17. 18.*

QVOMODO LVDOVICVS IMP. PROSTRAVIT SE CORAM PONTIFICE.

STEPHAN. PAPA CORONAT LVDOVICVM ET IRMINGARDAM.

DE TEMPORE REDITVS STEPHANI PAP. IN VRBEM.

[c] *Diſt. 33. c. 28. Quia ſancta.*

DECRETVM STEPHANI PAPÆ DE ELECTIONE ROM. PONT.

[d] *Diſt. 63. c. 30. Ego Lud.*

[e] *Diſt. 63. c. 29. Cum Hadrianus.*

IESV CHRISTI
Annus 817.

PASCHALIS PAP. LVDOVICI 4. Annus 1. LEO. ARM. 4. IMPP.

I. DE OBITV STEPHANI PAP. ET TEMPORE SEDIS EIVS.

SEQVITVR annus Redemptoris octingenteſimus decimusſeptimus, Indictione decimâ, *quo Stephanus Papa cùm ſediſſet menſes ſeptem & dies tres, octauo Kalendas Februarij (ſiue nono vt habent alij) ex hac vita ſeiungitur, ſepeliturque in baſilica S. Petri cùm menſe Decembri ordinationem habuiſſet, in qua creauit presbyteros octo & diaconos quatuor; Epiſcopos verò per diuerſa* B *loca quinque.* hæc Anaſtaſius, apud quem error irrepſit: nam cùm ſeptem menſes ipſe ſediſſe dicatur, errore librarij factum, vt loco ſeptem menſium, ſeptem poſiti habeantur anni: ſed & irrepſit error peior priore, dum apud eumdem aliquis, qui poſteà exſcripſit, vtrumque reddidit numerum, nempe ſeptem annos & ſeptem menſes; ſed redarguitur quàm apertiſſimè error ex huius temporis rerum Francorum ſcriptoribus, cùm omnes æquè teſtentur poſt reditum ex Gallijs Stephanum tribus menſibus tantum fuiſſe ſuperſtitem. Ipſum inſuper Stephanum fuiſſe illuſtratum miraculis, ex Thegano huius temporis fideliſſimo ſcriptore, dictum eſt anno ſuperiori. Sunt multa in Anaſtaſij codice quo vtimur, C de ornamentis à Stephano Papa in diuerſas Eccleſias collatis, & reſtauratione earum, & ædificiorum ſtructuris, ſed ad Leonem eſſe referenda, paginæ ipſæ tranſpoſitæ docent; cùm alioqui nec temporis anguſtiæ talia tantaque adſcribi Stephano patiantur, cùm plurium annorum ad ea cõſummanda oportuiſſet ſpacia interceſſiſſe. His igitur prætermiſſis, ad ſucceſſorem Stephani conuertamus orationem.

II. PASCHALIS PAPA CREATVR.

Cùm vix biduo (vt habet Anaſtaſius) Sedes vacaſſet, Paſchalis miro totius populi & cleri conſenſu Papa creatur, quinto Kalendas Februarij. de cuius natalibus & vita bene à pueritia inſtituta iſta apud eumdem Anaſtaſium leguntur: D *Paſchalis natione Romanus ex patre Bonoſo à primano ætatis ſuæ diuino cultui mancipatus, atque ſacroſanctæ Eccleſiæ Patriarchio ſtudijs diuinæ ſaluiferæq; ſcripturæ imbutus, tam in pſalterio, quàm in ſacris paginis noui & veteris Teſtamenti ſpiritualiter eruditus elegans & in omni bonitate perfectus, ſubdiaconus quidem factus, & poſtmodum diaconus, atq; presbyter conſecratus eſt.*

Erat autem vir ſanctus, caſtus, pius & innocens, magnanimus, loquelâ deuotus, pudicitiâ plenus. Sed & nimis hilariter, iucundeque in eleemoſynis pauperum cuncta quæ habebat opportunâ diſtribuens. In colloquijs diuinis frequentius cum religioſis ac ſanctis monachis ſedulâ obſeruatione; diu noctuque inſiſtebat in orationibus ac vigilijs, quotidianiſq; ieiunijs humiliter & honeſtè vigebat. E *Quem dum prædeceſſor eius domnus Leo ter beatiſſimus Papa tantis ſtudijs peruigilem & religionis deuotum conſpexiſſet: tunc ei monaſterium beati Stephani primi Martyris iuxta Eccleſiam beati Petri principis Apoſtolorum ad regendum commiſit, quia ſcriptum eſt* [a]*: Nemo Lucernam accendit & ponit in abſcondito neque ſub modio ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Vnde qui ſummet vitæ huius temporalis lucra pro æterna ſobriè atque vtiliter moderando correxit, ad exemplum bene viuendi ſubditis, & . . . ctione pietatis religioſius exornauit.*

[a] Matt. 5.

III.

Qui etiam gratiam hoſpitalitatis peregrinis qui ob amorem beati Petri Apoſtoli de longinquis regionibus ad e- A *ius Limina accurrebant, vtiliter præparans neceſſaria, miniſtrabat, & occultè quibus egebant hilariter erogabat. Et ſemper quotidie in Dei oper..tione creſcebat, vſquequò prædeceſſor eius domnus Stephanus Papa de hac luce ad æternam beatitudinem migràſſet. Dum ergo per tanta bonæ operationis exempla præcipua longè latéque fama diſcurreret: & omnipotens Deus in regimen Eccleſiæ ſuæ ſub pia gubernationis cura annueret aptè, moderatèque diſponere: vnâ concordiâ, eâdemque voluntate, diuino interueniente conſulto, à cunctis ſacerdotibus & proceribus, atque omni clero, necnon & Optimatibus atque cuncto Populo Romano conſentientibus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in Sedem Apoſtolicam Pontifex eleuatus eſt. Erat enim Patrum præceptorum, & Pontificum inſtituto-* B *rum atque canonum, legum & ſanctionum diligentiſſimus obſeruator. Et cuique iuſtitiæ normæ à tempore ordinationis ſuæ nobiliſſimus promulgator, tardus ad iraſcendum, velox ad miſerandum, nulli malum pro malo reddẽs, ſed ſemper miſericors omnibus ciuibus, & à Deo ſibi commiſſi Populi Romani amator & gubernator exiſtebat.* hæc apud Anaſtaſium, & alia quæ opportuniùs ſuo loco dicentur inferiùs.

PASCHALIS QVALIS ELECTIO.

IV. LEGATIO PASCHALIS PAPÆ AD LVDOVICVM IMP.

Cùm igitur Paſchalis ad Pontificatum eſſet aſſumptus ex monaſterio, licet inuitus ac renitens: placuit de ſui electione certiorem reddere Ludouicum Imperatorem, ad eumque legationem mittere, quâ ſignificaret, ſe inuitum ac reluctantem fuiſſe coactum ſubire munus tanti Apoſtolatus. Huius C legationis ac litterarum Paſchalis Papæ mentio eſt in vita Ludouici Pij Imperatoris his verbis: *Poſt expletam conſecrationem ſolemnem Legatos cum epiſtola Apologetica & maximis muneribus Imperatori Paſchalis miſit, inſinuans non ſe ambitione ac voluntate, ſed electione & populi acclamatione, huic ſuccubuiſſe potius quam inſiluiſſe dignitati. huius baiulus fuit Theodorus Nomenclator, qui peracto negocio, & petitis impetratis ſuper confirmatione ſcilicet pacti & amicitiæ more prædeceſſorum ſuorum, reuerſus eſt.* hæc auctor eiuſdem temporis. Eadem alij eiuſdem quoque ſæculi hiſtoriam proſequuti veteres eius æquales ſcriptores habent.

V. LVDOVICVS IN VITÆ DISCRIMEN ADDVCTVS.

Quæ autem poſt hæc acciderint ipſi Ludouico Imperatori, idem vitæ eius auctor & rerum inſpe- D ctor ſic ait: *Sub eodem anno, Quadrageſima penè exacto tempore, vltima hebdomadis, quintâ feriâ, quâ Dominica Cœna celebratur memoria, dum peractis omnibus, quæ tanta diei ſolemnitas exigebat, Imperator ab Eccleſia in Regiam ſe recipere vellet, porticus lignea per quam redeundum erat, carie, ſenioque confecta, & humectatione continuâ putrefacta, fatiſcentibus inferioribus, ſub Imperatoris pedibus, Comitumque illius collapſa magnum fragore ſuo omni palatio incuſſit metum, verentibus ſingulis, ne ruina illius euentus Imperatorem oppreſſiſſet, ſed à Deo, cui erat dilectus, à præſenti diſcrimine eſt protectus. Nam cùm viginti vel eò ampliùs Comites cum eo ad terram vſque deciderint, variaſque incurrerint calamitates: ille nihil triſtioris incurrit iactura, præter imi pectoris* E *locum, cui illiſus eſt capulus enſis, vltimaque auris cutis paululùm expoliata, ſed & crus illius iuxta inguina cuidam ligno impactum, cui tamen citiſſimè eſt ſubuentum. Adhibito enim medicorum ſtudio, quam breui priſtinæ ſaluti eſt reſtitutus. Viginti namque peractis diebus, Nouiomagum venatum perijt.*

VI. AQVISGRANENSIS CONVENTVS.

Quo peracto negotio, Imperator generalem habuit conuentum Aquiſgrani, in quo quantum feruoris circa diuinum cultum in arca pectoris geſtaret, tanto adniſu declarauit. Congregatis enim Epiſcopis, nobiliſſimoq; ſanctæ Eccleſiæ clero, fecit componi, ordinarique librum canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri iuſſit cibi potuſque atque omnium neceſſario-

rum ſummã, vt omnes tam viri quàm ſanctimoniales, ſub hoc ordine Chriſto ſeruientes nullis præpediti neceſſitatibus liberâ ſeruitute Domino omnium militare meminiſſent. Quem librum per omnes ciuitates & monaſteria canonici ordinis ſui Imperij miſit per manus Miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupradictis locis tranſcribi facerent debitaque atque conſcripta exigerent ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum Eccleſiæ contribuit exultationis tripudium, & piiſſimo Imperatori debita cum laude immortale monimentum. Itidemque conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo monachos ſtrenuæ vitæ per omnia, qui per omnia monaſteria monachorũ euntes, redeunteſq́; vniformẽ traderent cunctis monaſterijs tã viris quàm ſanctimonialibus fœminis viuendi ſecũdũ regulam ſancti Benedicti incommutabilem morem. B Habes iſta omnia prout à Ludouico conſtituta leguntur, capitibus octoginta diſtincta in additione prima poſt ſeptimum librum Capitularium Francorum, hac inſcriptione notata litteris grandiuſculis.

VII. *De capitibus LXXX. ad regulares ſpectantibus ab ipſis Abbatibus conſtitutis.*

Anno Incarnationis Domini noſtri IESV CHRISTI *octingenteſimo decimoſeptimo, Imperij verò glorioſiſſimi Principis Ludouici quarto, ſexto Idus Iulij. Cum in domo Aquiſgrani palatij, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quamplurimis vnà ſuis reſediſſent monachis, quæ ſubſequuntur Capitula communi conſilio ac pari voluntate inuiolabiliter à regularibus conſeruari decreuerunt.* ita inſcriptio. Sequuntur poſt hæc dicta Capitula de regularibus ſtatuta etiam vt dictum eſt, C in his quæ ad cibum & potum ſpectare viderentur, ſecundùm ea quæ in Ludouici edicto eſſe ſancita ex auctore vitæ eius narratum eſt. At verò ita iſta tribuuntur Ludouico, vt quia interfuit, & harum ſcribendarum legum fuiſſet auctor & promulgator: tamen non ab ipſo Ludouico conſtituta fuiſſe, ſed ab ipſis Abbatibus vnà ſimul conſidentibus, recitata nuper inſcriptio manifeſtat. Tu verò ipſa octoginta capita, quæ extant, pro arbitrio conſulas.

VIII. *Reformatio Eccleſiæ ex Ludouici edicto et concilio Aquiſgra.*

De alijs etiam quæ in eodem conuentu per Ludouicum conſtituta idem auctor affirmat, ſic dicere pergit: *Conſiderans etiam idem piiſſimus Imperator non debere Chriſti miniſtros obnoxios eſſe humanæ ſeruituti; ſed multorum auaritiam abuti miniſterio Eccleſiaſti-* D *co ad proprium quæſtum: ſtatuit vt quicunque ex ſeruili conditione, conciliante ſcientiâ, & morum probitate, ad miniſterium altaris adſciſceretur, primùm manumitteretur à proprijs dominis, vel priuatis vel Eccleſiaſticis; & tunc demum gradibus altaris indueretur. Volens etiam vnamquamque Eccleſiam habere proprios ſumptus, ne per eiuſcemodi inopiam diuini cultus negligerentur: inſeruit prædicto edicto vt per ſingulas Eccleſias manſus tribueretur vnus cum penſatione legitima & ſeruo & ancilla. Hæc erat ſancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, hæc paleſtrica agonia, ſpectante Deo, quo eius vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret, qui in pomparum ſublimitate conſtitutus, imitando Chri-* E *ſtum humilitate altius eminebat. Denique tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis & clericis cingula baltheis aureis & gemmeis cultris onerata, exquiſitæq́; veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui. Monſtro enim ſimile ducebatur, ſi Eccleſiaſticæ familiæ deputatus conaretur aſpirare ad ſæculari gloriæ ornamenta.*

IX. *De Ludouici rebus geſtis in conuentu Aquiſgranenſi.*

In hoc eodem conuentu Aquiſgranenſi (ne prætereamus rem magni momenti) quod Apoſtolicæ Sedis legatione petebatur, Ludouicus Imperator confirmauit quæcunque à prædeceſſoribus ſuis donata vel reſtituta fuiſſent Romanæ Eccleſiæ, de his ſcribens publicam Conſtitutionem, quam tum ſuâ, tum ſuorum ſubſcriptione firmauit, atque ſigillo muniuit. meminit huius Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinate cùm ait [a]: *Vltimo huius Abbatis*, Theodomari ſci- A *licet, anno Ludouicus Imperator, qui cognominatus eſt Almus, vel Sanctus, huius Caroli filius, quarto Imperij ſui anno Aquiſgrani in palatio cum pluribus totius Franciæ * Abbatibus religioſiſq́; monachis Concilium faciens, vtiliſſima noſtri ordinis obſeruationi * LXXX. generalia Capitula conſtituit, quæ omnia apud nos perinde ferè, ac ſi regula ſancti Benedicti, obſeruantur. Hic pactum Conſtitutionis & Confirmationis fecit beato Petro Apoſtolo, eiuſq́; Vicario domino Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus, manuq́; ſuæ ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionarium & Oſtiarium vnum ſubſcribere fecit, & per Legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem domino Paſchali Papæ tranſ-* B *miſit.* hæc Leo. Eamdem Conſtitutionem ex parte tantùm, quæ ſcilicet inſeruirent argumento, de quo ageret, nempe principium & finem [b] Gratianus poſuit in ſuo quem collegit libro Decretorum: nos autem hic reddimus integram ex monumentis Vaticanis his verbis.

*Epiſcopis

*LXII.

b Ego Ludouicus d. 63.

X. *Conſtitutio Ludouici Imp. de rebus S. Petro donatis et reſtitutis.*

In nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Ego Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & pro te Vicario tuo domno Paſchali ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis ciuita- C *tem Romanam cum Ducatu ſuo & ſuburbanis atque viculis omnibus & territorijs eius, montanis, & maritimis litoribus & portubus, ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſij, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum alijs tribus inſulis ſuis, id eſt, Maiorem & Minorem, Pulueuſem & Lacum. Narniam *, Otriculum cum omnibus finibus ac territorijs ad ſupradictas ciuitates pertinentibus. Simili modo & in partibus Campaniæ. Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum alijs partibus Campaniæ; necnon & Tibur cum omnibus finibus & territorijs ad eaſdem ciuitates pertinentibus.*

*Otriculos

XI.

D *Necnon & Exarchatum Rauennatenſem ſub integritate cum * vrbibus, ciuitatibus, oppidis & caſtellis, quæ piæ recordationis domnus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris iamdudum per donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt, ciuitatem Rauennam & Æmiliam, * Bobium, Ceſenam, Forum Pompilij, Forum Liuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, * Comiaclum, & Adriam & Gabelum cum omnibus finibus, territorijs atq; inſulis in terra, mariq́; ad prædictas ciuitates pertinentibus. Simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronij, Montẽ Feretri, Vrbinum & territorium * Valuenſe, Galles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus ac* E *terris ad eaſdem ciuitates pertinentibus.*

*ſuburbanis

* Robium

*Comaclũ

* Balneenſe

Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à genitore noſtro Carolo Imperatore B. Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab Itherico & Macenario Abbatibus, Miſsis illius inter idẽ territorium Sabinẽſe & Reatinum definitum eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum caſtellum Felicitatis, Vrbeuetum, Balneum Regis, Ferenti caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas. Et inſulas Corſicam & Sardiniam & Siciliam ſub integritate cũ omnibus adiacentibus & territorijs maritimis, litoribus, portubus ad ſupradictas ciuitates & inſulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam & patrimonia ad poteſtatem

& ditio-

a Leo Oſti. enſ. l. 1. c. 18.

*& ditionem noſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneuentanum & Salernitanum, & patrimonium Calabriæ inferioris & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanum, & vbicumque in partibus Regni atque Imperij à Deo nobis commiſſi patrimonia * noſtra eſſe noſcuntur.*

* veſtra

XII. *Has omnes ſupradictas prouincias, vrbes, ciuitates, oppida & caſtella, viculos & territoria, ſimulq; & patrimonia iam dicta Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo ſpirituali Patri noſtro domno Paſchali ſummo Pontifici & vniuerſali Papæ, eiuſq; ſucceſſoribus vſque ad finem ſæculi eo modo confirmamus, vt in ſuo detineant iure, principatu, ac ditione. Simili modo per hoc noſtrum confirmationis decretum, firmamus donationes quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, auus noſter, & poſtea domnus & genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo ſpontaneâ voluntate contulerunt. Necnon & cenſum & penſiones, ſeu cæteras donationes, quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſiue de Tuſcia Longobardorum, ſiue de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupradictis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum & genitorem noſtrum Carolum Imperatorem conuenit, quando eidem Pontifici idem de ſupraſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmauit, eo ſcilicèt modo, vt annis ſingulis ſupradictus cenſus Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſoluatur, ſaluâ ſuper eoſdem Ducatus noſtrâ in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram * partem ſubiectione.*

* ditionem

XIII. *Cæterum, ſicut diximus, omnia ſuperiùs nominata, ita ad noſtram * partem per hoc noſtræ confirmationis decretum roboramus, vt in * veſtro, veſtrorumq; ſucceſſorum permaneant iure, principatu, atq; ditione, vt neque à nobis, neque à filijs & ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſiue machinationem in quacumque parte minuatur * veſtra poteſtas, aut nobis de ſupraſcriptis omnibus vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur de ſupraſcriptis videlicèt vrbibus, prouincijs, ciuitatibus, oppidis, caſtris, * viculis, inſulis, territorijs, atque patrimonijs, necnon & penſionibus atq; cenſibus, ita vt neq; nos ea ſubtrahamus, neq; quibuſlibet ſubtrahere volentibus conſentiamus; ſed potiùs omnia quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, prouincias, ciuitates, vrbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia atque inſulas, cenſus ac penſiones, Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli & Pontificibus in ſacratiſſima illius Sede in perpetuum reſidentibus, in quantum poſſumus, defendere nos promittimus, ad hoc vt omnia ea in illius ditione ad vtendum & fruendum atque diſponendum firmiter valeat obtinere: nullamq; in eis nobis partem aut poteſtatem diſponendi aut iudicandi, ſubtrahendiue aut minorandi vendicamus, niſi quando ab illo, qui eo tempore huius ſanctæ Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet homo de ſupradictis ciuitatibus ad veſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe volens de veſtra iuriſdictione vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, niſi ad iuſtam pro eo faciendam interceſſionem ita dumtaxat ſi culpa quam commiſit venialis fuerit inuenta; ſin aliter, comprehenſum veſtræ poteſtati eum tradimus, exceptis his qui violentiam vel oppreſſionem potentium paſſi, ideò ad nos * veniant, vt per noſtram interceſſionem iuſtitiam accipere mereantur, quorum altera conditio eſt, & à ſuperioribus valde diſiuncta.*

* poteſtatē
* noſtro, noſtrorum
* que
* noſtra
* villis
* venerint

XIV. *Et quando diuinâ vocatione huius ſacratiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex Regno noſtro aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut priuatè veniendi, aut electionem faciendi; nulluſq; in ciuitatibus vel territorijs ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præſumat, ſed liceat Romanis cum omni veneratione & ſine aliqua perturbatione honorificã Pontifici ſuo exhibere ſepulturam, & eum quem diuina inſpiratione & beati Petri interceſſione omnes Romani vno conſilio & vna concordiâ ſine aliqua promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint: ſine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico conſecrari. Et cum conſecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & inter illum amicitiam & caritatem & pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis domni Caroli attaui noſtri, ſiue domni Pipini aui noſtri, vel & Caroli Imperatoris genitoris conſuetudo erat faciendi. Hoc autem vt ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmũ eſſe credatur, firmiuſq; per futuras generationes & ſæcula ventura cuſtodiatur, propriæ manus ſignaculo & venerabilium Epiſcoporum, atq; Abbatum, vel Optimatum noſtrorum ſub iureiurando & ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtræ confirmationis roborauimus, & per Legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem domno Paſchali Papæ direximus.*

VT ELECTIO ET CORONATIO PAPÆ SIT LIBERA.

Ego Ludouicus miſericordiâ Dei Imperator ſubſcripſi. *Et ſubſcripſerunt tres filij eius & Epiſcopi decem & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius vnus & Manſionarius vnus & Oſtiarius vnus.* hęc ex parte tantùm apud ^a Gratianum, atq; ex codicibus Vaticanis quatuor exemplarium factâ ſimul mutuâ collatione conſignatis litteris Alphabeti A.B.C.D.

^a Diſt. 63. c. Ego Ludouicus.

XV. Quæ poſt hæc fuerint eiuſdem Ludouici res geſtæ anni huius, idem qui ſuprà auctor pergit his verbis: *At verò non tulit hanc ſanctam Deoq; dignam Imperatoris deuotionem humani generis inimicus, vndiq; ſe impetentem & ab omnibus Eccleſiæ ordinibus ſibimet bella indicentem; ſed cœpit totis virium copijs ſe expugnantem oppugnare, & per membra ſua Chriſti fortiſſimum bellatorem vi & aſtu, quo potuit, laceſſere. Nam his ritè ordinatis, poſtquam Imperator in eodem placito filium primogenitum Lotharium Imperatorem appellari & eſſe voluit, & duorum filiorum ſuorum alterum Pipinum in Aquitaniam, Ludouicum in Baioariam miſit: vt ſcilicèt ſciret populus, cuius deberet poteſtati parere; ſtatim ei Abodritorum defectio nuntiatur, qui cum filijs Godefridi amicitias iungentes Saxoniam Tráſalbianam vexabant, contra quos Imperator ſufficientes copias dirigens, eorum motus, Deo fauente, compreſſit.*

XVI. *Ipſe autem Voſagi luſtra ſectaturus venatum petijt. Interea venatione ibidem iuxta morem Francorum expletâ, cùm hiemem exacturus Aquiſgranum reuerteretur, nuntiatum eſt ei, * Bernhardum nepotem ſuum Italiæ Regem, cui ipſe maximè, vt Rex fieret, apud patrem cauſa fuerat, cõſilijs quorumdam prauorum hominum adeò dementatum, vt ab eo deſciuerit, omnes ciuitates Regni & Principes Italiæ in hæc verba coniurauerint; ſed & omnes aditus quibus in Italiam intratur, poſitis obicibus & cuſtodijs obſerarint. Quod cum certis nuntijs referentibus, maximè verò Rathaldo Epiſcopo, & Sappone certiſſimè cognouiſſet: contractis vndiq; copijs tam ex Gallijs quàm ex Germania, cum maximo exercitus robore Cabillonum vſque peruenit. At Bernhardus cùm ſe cerneret viribus imparem, & ad cœpta inefficacem, vtpote à quo plurimi ſuorum quotidiè deficerent, deſperatis rebus, ad Imperatorem venit, armiſq; depoſitis, pedibus ſe eius proſtrauit, confeſſus perperam ſe egiſſe. Cuius exemplum primores eius ſunt ſequuti, & armis depoſitis, ſe eius poteſtati & iudicio ſubdiderunt.*

* Bernhartum

BERNHARDI REGIS ITALIÆ CONIVRATIO IN LVDOVICVM IMP.

Sed & concinnationes, quomodo cœptam rebellionem, & quare inchoauerint, & ad quem finem inchoatam perducere voluerint, quoſue cõplices ſibi allexerint, ad primã prodiderunt interrogationem. Fuêre ſanè huius conſpira-

PATEFACTA IN OMNIBVS CONIVRATIO.

tionis

tionum auctores Egiddeo regalium amicorum primus, Reginerus olim Comes palatij Imperatoris, & filius Reginerij Comitis, ſed & Reginardus præpoſitus cameræ regalis. Erant autem huius ſceleris conſcij quamplures clerici ſeu laici, inter quos aliquos Epiſcopos huius tempeſtatis procella inuoluit, Anſelmum ſcilicet Mediolanenſem, Volfoldum Cremonenſem, ſed & Theodulphum Aurelianenſem.

XVII. *Poſtquam verò defectionis prolati ſunt principes & cuſtodiæ mancipati, ſicut decreuerat, hiematum regreditur, ibiq; vſque dum ſacram Paſchæ ſolemnitatem celebraret, remoratur. Poſt cuius feſtiuitatis tranſactam celebritatem, Bernhardum hactenùs Regem eiuſq; fautores in ſupradicto ſcelere, cùm lege, iudicioq; Francorum deberent capitali inuectione feriri, ſuppreſſa triſtiori ſententiâ luminibus orbari conſenſit, licet multis obnitentibus, & animaduerti in eos totâ ſeueritate legali cupientibus. At verò licet Imperator indulgentius ageret, vltio tamen eliminata ad effectum in aliquos eſt perducta. At enim Bernhardus & Reginerius dum impatientius oculorum amiſſionem & ablationem tulerunt, mortis acerbitatem ſibi conſciuerunt. Epiſcopos porro hac immanitate conſtrictos ab Epiſcopis reliquis depoſitos monaſterijs mancipauit, cæterorum autem nullum vel vita priuari iuſſit, vel membrorum amputatione mulctari, ſed ſecundùm quod exigente culpâ viſum eſt, alios * exiliari, alios iuſſit * attondi.* hactenùs de his auctor, quæ cœpta hoc anno in ſequentem ſunt propagata.

SYNODVS EPISCOPORVM IN QVA DEPOSITI EPISCOPI CONIVRATI.
* exulare
* attonderi

XVIII. Porrò Bernhardi corpus delatum fuiſſe Mediolanum, ſepultumque in Eccleſia S. Ambroſij, inſcriptio illic poſita docet, quæ ſic ſe habet.

BERNHARDVS CIVILITATE MIRABILIS CÆTERISQVE PIIS VIRTVTIBVS REX HIC REQVIESCIT. REGNAVIT ANNOS QVATVOR MENSES QVINQVE OBIIT XV. KALEND. MAII INDICTIONE XI. FILIVS PIÆ MEMORIÆ PIPINI.

Factum autem operâ Anſelmi Mediolanenſis Epiſcopi eius ſtudioſiſſimi vt transferretur eius corpus Mediolanum, exiſtimare poſſumus.

At Ludouicus vbi eius obitum accepit, moleſtiſſimè tulit, doluit permiſiſſe iudicibus eam in ipſum animaduerſionem, & perinde ac ſi reus eius obitus eſſet, pœnituit, peccatumque ſanctis operibus expiare curauit. ait enim Theganus eius temporis auctor: *Tertio die poſt amiſſionem luminum Bernhardus obijt. Quod audiens Imperator, magno cum dolore fleuit multo tempore, & confeſſionem dedit coram omnibus Epiſcopis ſuis, & iudicio eorum pœnitentiam ſuſcepit, propter hoc tantum, quia non prohibuit conſiliatores hanc crudelitatem agere. ob hanc cauſam multa dedit pauperibus propter purgationem animæ ſuæ.* hæc ipſe.

PŒNITENTIA LVDOVICI IMP. DE MORTE BERNHARDI.

XIX. Detruſos pariter narrant in monaſterium filios Caroli Magni naturales in eiuſdem criminis ſuſpicionem adductos Drogonem, Theodoricum & Hugonem, inter quos Drogo laudatiſſimus habebatur, quod & liberalibus diſciplinis imbutus eſſet, de quo Angelomi in epiſtola nuncupatoria ad Lotharium eſt inſigne teſtimonium. Sed & Adelhardus quoque conſobrinus Caroli Magni iuſſus eſt exulare: neſcitur cauſa, cùm tamen vir eſſet ſanctitate conſpicuus, de quo inferiùs dicendum. Iam ad res Orientales conuertimus orationem.

Hoc eodem anno legatio miſſa eſt à Leone Imperatore ad Ludouicum Auguſtum. Quiſnam autem hoc functus ſit munere, & quid nuntiandum Ludouico in mandatis Legatus acceperit, Theganus in rebus geſtis Ludouici ſic narrat: *In eodem commorans palatio ad ſe venientem Miſſum ſuſcepit Leonis Conſtantinopolitani Imperatoris nomine Nicephorū: legatio autem, exceptâ amicitiâ & ſocietate, erat de finibus Dalmatiarum, Romanorum & Sclauorum. At quia nec hi præſentes erant, nec Chadalo finium præfectus, neq; ſine illis hac dirimi poterant, miſſus eſt in Dalmatiam ad hæc pacificanda & componenda Albigarius cum Chadalone eorumdem finium Principe.* hæc de legatione Leonis Imperatoris.

DE LEGATIONE MISSA A LEONE IMP.

XX. Quod ad religionis ſtatum pertinet, vbi innotuiſſet in Oriente Paſchalem Pontificem in Apoſtolicum eſſe thronum euectum, Theodorus Studita clariſſimus Confeſſor ad eum litteras ſcripſit, necnon ad alios Patriarchas. ita quidem teſtatur Michael eius diſcipulus in ipſius vita, cum ait: *Miſit etiam vir egregius quatuor Patriarchis epiſtolas, prudenter admodum atque opportune, antiquioris dico Romæ, & Hieroſolymorum, Antiochiæ, & Alexandriæ. Quæ ſingula commemorabant, quemadmodum Chriſti imago contumelioſe a perſecutoribus tractata eſſet, & Orthodoxi omnes in carcerem & exilium miſſi. tum deinde vnumquemque excitabat ad defenſionem, opemq; ferendam periclitanti Fidei ac veritati, quam falſitas ſic opprimeret.* Extant ipſæ epiſtolæ magno Dei beneficio hactenùs conſeruatæ, dignæ quidem quæ ſingulæ audiantur. Ac primum quod ſpectat ad datam ad Paſchalem Romanum Pontificem: miſſus eſt ad eum cum ipſa à Theodoro Dionyſius eius diſcipulus vnà cum alijs ſocijs non ſuo tantùm nomine, ſed quinque aliorum Præſidum monaſteriorum Fidei gratiâ expulſorum, quæ ſic ſe habet[a].

THEODORVS SCRIBIT AD PATRIARCHAS.

[a] Theod. l. 2. epiſt. 12. Cod. Column.

PASCHALI PAPÆ ROMÆ.

XXI. *In omnibus ſummâ virtute prædito lumini magno, principi ſacerdotum primo, domino noſtro Apoſtolico Papæ Paſchali, Ioannes, Theodoſius, Athanaſius, Ioannes, Theodorus minimi presbyteri & Præſides eorum qui Cathara, Pteridij, Paulopetrij, Eucariæ & Studiani.*

THEODORI ET ALIORVM CONFESS. EPIST. AD PASCHALEM PAPAM.

Iam ferè audita ſunt omnino ſupremæ veſtræ beatitudini ea quæ propter peccata noſtra in noſtram Eccleſiam innaſcere. Etenim facti ſumus in parabolam & prouerbiū omnibus Gentibus, vt ſecundùm ſcripturam[b] loquar: non tamen par eſt renuntiatio quæ fit exiliter, & per epiſtolas. Quare nos minimi, etſi membrum corporis Chriſti, vltimum ſumus, tamen capite noſtro comprehenſo, atq; ij qui in fraternitate excellunt, huc atque illuc diſſipatis, potiſſimum quodammodo ex eo quod prope ſimus, & per mutuam ſignificationem in vnum fieri & ſpiritum & verbum, ſcribentes hæc tametſi confidenter. Audi, Apoſtolicum caput, à Deo præpoſite Paſtor ouium Chriſti, ianitor Regni cœlorum, Petra fidei, ſuper quam ædificata eſt Catholica Eccleſia. Petrus enim tu, Petri Sedem exornans & gubernans.

[b] Num. 24.

PRÆCONIA ROMANI PONTIFICIS.

XXII. *Lupi graues irruperunt in caulam Domini, portæ inferi, vt olim, ruptæ ſunt in ipſam. Quid hoc? perſecutionem patitur Chriſtus cum Matre & miniſtris. Siquidem contra imaginem incurſus, prototypi eſt perſecutio. Hinc detentio patriarchalis capitis, & exilia, & relegationes Archiepiſcoporum, & ſacerdotum, & monachorum, monacharumq; & compedes & vincula ferrea, tormentaq; & ad extremum mori. O horribilem auditionem! veneranda imago Saluatoris noſtri Dei, quam & dæmones perhorreſcūt, contumelijs affecta. & ludibrio habita eſt, non ſolùm in regia vrbe, verum etiam in omni regione & oppido. Altaria deleta ſunt, templa deſtructa, ſacra profanata, effuſus eſt ſanguis, & effunditur eorum qui retinent Euangelium. Perſecutiones & exilia eorum qui adhuc reliqui ſunt. Conticuit omne pium os metu mortis: aperta eſt aduerſaria & blaſphema lingua. commota eſt omnis caro in ambiguitate verſans.*

QVA PATIATVR ORIENTALIS ECCLESIA.

Hei mihi, inquit Propheta[a], *quia factus ſum vt qui colligit calamū in meſſe & racemū in vindemia, cum non ſit botrus. In nos, ò beate, hæc omnia facta ſunt. Quæ quis non ægre tulerit in ſeipſo proximi damna conſiderans? Quæ*

[a] Mich. 7.

A *autem non ratiocinatus fueris, eſſe aduentus Antichriſti præludia, tantum differentia, quantum ab exemplari imago, in quam etiam inſaniunt? Huc igitur ab Occidente, ô Chriſti imitator, reſurge, & ne repellas in finem. Tibi dixit Chriſtus* [a] *Deus noſter: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ecce tempus, ecce locus: opitulare nobis, qui es à Deo ad hoc ordinatus. porrige manum, quantum fieri poteſt. Habes poteſtatem à Deo, eò quòd omnium princeps es, in quo poſitus es. Terreto, ſupplicamus, hæreticas feras calamo diuini verbi tui. Paſtor bone, pone animam pro ouibus, ſupplicamus.*

IMPLORAT A PASCHALI PAPA AVXILIVM.

[a] Luc. 21.

XXIII. *Audiat Eccleſia quæ ſub cœlo eſt, quòd à vobis anathematizantur per Synodum qui hæc auſi. Et iam ſanctos Patres noſtros anathematizant. Hoc fuerit Deo acceptum, Angelis & Sanctis gaudium, concuſsis firmamentum, fundatis*
B *ſtabilimen, lapſis reſurrectio, omni Orthodoxorum Eccleſiæ exultatio, & tua certè celſitudinis ſecundùm eos qui antiquitus præceſſerunt, æternum monumentum. Qui ſimilibus temporibus cùm fecerint ea, quæ à nobis peccatoribus nunc petuntur, Spiritu S. afflati, & commemorantur, & beati habiti ſunt. Prorſus autem credimus & confidimus, quod miſericordiâ miſerationum flexus, noſtram tenuem ſcripturam accipies, Chriſtum imitatus, qui Deus omnium nõ recuſauit ab* * *Abagara epiſtolam accipere, & acceptâ reſcribere.* hæc Theodori & aliorum eius collegarum ad Paſchalem Papam epiſtola per Dionyſium (vt dictum eſt) miſſa, vt indicant aliæ eiuſdem Theodori litteræ [b] ad Epiphanium datæ, de quibus ſuo loco inferiùs dicetur.

* Abgaro

[b] Theod. lib. 2. epiſt. 35. Cod. Col.

C Citat Gennadius [c] Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus in expoſitione pro Cõcilio Florentino hanc Theodori Studitæ ad Paſchalem Romanum Pontificem epiſtolam, recitatq; totidem verbis quæ habentur in laudem Apoſtolicæ Sedis, quibus iungit quæ leguntur in alia epiſtola ab eodem Theodoro ad ipſum Paſchalem ſcripta. ſed de his anno ſequenti.

[c] Gennad. expoſ. pro Conc. Flor. c. 5. ſect. 16.

XXIV. Accedit verò, vt & creato Romæ eodem Paſchali Pontifice, ex veteri conſuetudine, ipſe etiã Theodotus pſeudopatriarcha Conſtantino politanus ad eum mitteret Apocryſarios pro reſponſis Eccleſiaſticis, communionem hac viâ conatus ſubripere ab ipſo Romano Põtifice.
D Quos cùm audiſſet Paſchalis in Vrbem aduentare, eoſdem ne propiùs accederent, eos execratus valdè, prohibuit. Cõtra verò miſſum nuntium à Theodoro & aliis Archimandritis quàm benigniſſimo animo excepit; litterasq; datas cùm legiſſet, magno animi dolore ex compaſſione affectus eſt, & quibus potuit, ſtuduit periclitantibus præſtò eſſe, reddens ad eos affectus paterni pleniſſimas Apoſtolicas litteras, quibus tũ Theodorus, tũ reliqui eas accipientes, magnâ ſunt conſolatione affecti, & fortitudine roborati. Caremus tamen litteris illis à Paſchali Pontifice ad Archimandritas redditis. Cæterum hæc ita, vt narrata ſunt, ſe habuiſſe, fidem faciunt aliæ litteræ ab iiſdem monaſteriorum Præpoſitis ad eumdem Paſchalem Pontificem ſcriptæ, miſsâ aliâ rurſum legatione anno ſequenti per Epiphaniũ, vt ſuo loco dicturi ſumus. Sed videamus quæ hoc eodem tempore ab eodem Theodoro litteræ ſunt ſcriptæ ad Patriarcham Alexandrinum. Extant ipſæ, atq; plura habent de ſæuitia perſecutorum, quæ deſiderãtur in aliis ab eo datis epiſtolis. Quamobrẽ vt hic eam deſcribamus, hiſtoriæ ratio à nobis id exigit. ſic enim ſe habet [d].

APOCRYSARII HÆRETICI REIECTI A PASCHALI PAPA.

[d] Theod. Stud. lib. 2. epiſt. 14.

XXV. *Per omnia ſanctiſſime Patri patrum, lumini luminum, domino meo beatiſſimo Papæ Alexandriæ Theodorus minimus presbyter, & Præpoſitus Studiani.* Quod autem æquè ac Romanus Pontifex Alexandrinus Epiſco-

A pus Papa dicatur, a Cæleſtino Pontifice Cyrillo cõceſſum eſt, cum illi legationem à latere crediderit tẽpore Concilii Epheſini, vt ſuo loco ſuperius dictũ eſt. Sed attende differentiam: Romanus Pontifex ſupremum lumen in Eccleſia prædicatur, alii verò Patriarchæ non ſupremum lumen, ſed lumen luminum, vtpote qui ſecundùm à Dionyſio deſcriptam Eccleſiaſticam Hierarchiam talis ſit nomine dignus, vt lumen luminum dicatur qui eos illuſtrat, qui ſunt in Eccleſia poſiti & ipſi lumina, minores Epiſcopi. Habet autem amplius in ſuperiùs poſita inſcriptione, Romanus Pontifex, vt dicatur Princeps ſacerdotum primus, quod ad cui alteri Patriarcharum minimè conceſſum eſt. ſed ad epiſtolam, quæ ſic ſe habet [e].

TITVLI ROM. PONT. DIVERSI AB ALIIS PATRIARCHIS.

[e] Theod. lib. 2. epiſt. 14. Cod. Col.

B *Maximum humilitatis meæ munus & ſummi voti opus erat, vt dignus fierem, qui per litteras colloquerer cum Apoſtolica vertice tuo, non ſolùm ob tenuitatem paruitatis meæ, quæ impar eſt vt ad æquales ſcribat, nedum ad tam magnum & diuinum caput: verùm etiam ob difficilem in tanto interuallo acceſſum, quem hebraica præcipuè inhibet obſtructio,* mediis poſitis Sarracenis regnantibus etiam in Ægypto: *attamen Dei benignitate mihi abrigor, & nunc ſcribo duabus de cauſis: altera, vt quo iamdudum teneor deſiderio, id explicem intellectuali contactu ſacrorum pedum tuorum, quandoquidem aliter votum explere non liceat; altera, quæ magis vrget, vt notiora fiant, quæ hic dirè acciderunt diuiniſſimo vertici tuo, vt qui totius corporis*
C *Eccleſiæ membris condoleat: quæ quidem velim vltimis terræ finibus audita exiſtimo.*

XXVI. THEODORI EPIST. AD PATRIARCHAM ALEXANDRINVM.

Inuaſit nos perſecutio, beatiſſime, & perſecutio grauiſſima. Olim quidem [f] *Achab Eliam quærens Prophetam, loca omnia incendiſſe dicitur, incendit ille impyram & furorem demonſtrante. Nunc verò & dignitate & corde Achabites non Eliam ſolùm depictum, ſed huius quoq; Dominum, Dominum Ieſum Chriſtum & Deum noſtrum, Deiparam, & Sanctum vnumquemq; quærens quærit, inuentumq; magnâ irâ delet ex omni ciuitate & regione ditionis ſuæ. hinc euerſa altaria, templa Domini vaſtata, & priuata & publica, quæ in virorum & fœminarum habitaculis, tam vetera quàm recens extructa. miſerabile ſpectaculum! tamquã facie deformatos homines, & oſtenta quæ-*
D *dam ſic Dei Eccleſias ornatu ſuo deſtitutas & informes relictas contemplari. Quis talia audiuit, aut vidit vmquam in priſca impietatis exemplũ? Ille ipſe, qui ceruicibus veſtris incubat Arabs, mitiùs forſitan hac in parte erga Chriſtum ſe gerit. at non ſic* [g] *Iabeel noſter. Parce Domine, ne des hæreditatem tuam in opprobrium.*

[f] 3. Reg. 18. ſecundũ 72

[g] Ioel. 2.

XXVII. *Cum ergo pictas in tabulis imagines è ſacris donariis ſublatas, & libros qui mentionem earum continent, profundit, irridet, ſubſannat tamquam abominanda & Deo inuiſa piacula, quæ Deo accepta ſunt & mundo ſalutaria. Heu quis lachrymas teneat? quis gemitum ex imo pectore non edat? Viæ Sion* [h] *lugent, eò quòd non ſint qui piè ambulent in eis. Et verè omnes declinauerunt,* [i] *ſimul inutiles facti ſunt.*

[h] Thren. 1.

[i] Pſal. 52.

E *Qui Epiſcopi videbantur & ſacerdotes, monachi & ſæculares, omnis ſexus & omnis ætas; alii quidem circa fidem naufragium paſſi ſunt, alii ſi minus mente & cogitatione demerſi, & hæretica ſaltem communione, mortis metu cõtracta, eadem ex parte periculo inuoluti. Relicti tamen ſunt qui non curuauerunt genua ante Baal; ſiquidem tot numero, quot numerati ſunt à Deo.*

XXVIII. *Ante omnes, qui primum eſt inter nos, ſacrum caput noſtrum & eiuſdem tecum dignitatis, Epiſcopi, & ſacerdotes Domini, monachi, & monachæ, quorum ludibriis & verberibus tentati fuerunt; illi vinculis & carceribus pane modico & aquâ vitam trahentes, alii exiliis relegati, alii in deſertis & montibus, in ſpeluncis & cauernis terræ verſantes: quidam inſuper flagellis cæſi, Martyres ad Dominum*

QVÆ PASSI SINT ORTHODOXI.

A *emigrarunt. Sunt qui ſacco in luſi in mare demerſi noctu fuerunt, vt ab ijs qui viderunt, relatum eſt. Quid cætera? Anathemate feriuntur ſancti Patres noſtri. Prædicantur qui impij fuerunt. Infantes impietatis dogmata, traditæ magiſtris tomo, docentur. Non eſt vſquam ſalutis profugium inter mortales. Pium verbum proferre non licet. Mox inſtant inſidiæ, ita vt vir à coniuge ſua caueat. Indices & pittaciorum oblatores ad hoc ipſum ab Imperatore mercedem capiunt, vt obſeruent, vbi quiſque quid dicat à Cæſare diſcrepans, aut impietati non communicet, aut librum habeat de imagine tractantem, vel imaginem ipſam, aut exulem excipiat, aut captiuis pro Chriſto miniſtret. Quod ſi deprehendatur illicò rapitur, cæditur, relegatur, vnde & dominos videas ſeruis ſupplicantes indicij metu.*

B XXIX. [a] Dan. 3. *Nobis illud dicere fas eſt:*[a] *Non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque locus primitiarum coram Domino, vt poſſimus inuenire miſericordiam. Propterea hæc apud ſanctam animam tuam indigne lamentamur, eius patrocinium & miſerationem implorantes. Scimus enim: Si iuuare aliter non poſſit, precum ſaltem ſubſidio magnum nobis, cum propitium Deum habeat, emolumentum allaturum. Quo autem ex parte cognoſcat, qualia ſint impiorum dogmata, his ea litteris adiunxi in quaternionibus. quæ & piorum rogatu, refutanda imperitus ſuſcepi. Oro autem ſapientiam tuam, vt omnia videat, & veniam mihi tribuat erratorum, meique & inutilis filij in Deum flectentibus precibus ſuis, recordetur.* hactenùs epiſtola, quæ miſſa eſt etiam ad Patriarcham Antio-

C chiæ, vt in eodem codice expreſſum habetur, di- [b] Theod. lib. 2. epiſt. 15. Cod. Col.
uerſam verò ab his licet eodē argumento ſcripſit[b] ad Patriarcham Hieroſolymorum his verbis:

XXX. [c] Gen. 24. ſecundũ 70 AD PATRIARCHAM HIEROSOLYMORVM EP. THEODORI. *Quis annuntiabit*[c] *Abraham, quod lactat puerum Sara? ait vſpiam ſermo diuinus. & indigno mihi quis nuntiet humilem epiſtolam meam ad ſacras Apoſtolici culminis veſtri manus perueniſſe? Attamen perueniet, vt ſpero. Non enim veſanâ cupiditate, ſed neceſſariâ cauſâ impulſus & epiſtolam mittere auſus ſum, & latorem vnà fratrem cariſſimum Dionyſium deſtinaſe, fidelem prorſus, & qui ſupplere per ſe omnia queat, quæ epiſtolæ deſunt. Itaque velut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, primùm quidem eius pedes ſecundùm Deum ambulantes amplector. hinc enim*

D *mihi benedictio & ſanctificatio. deinde tamquam ab eo iuſſus, ad ſancta loca proficiſcor, aduenerοr ſacrum ſolum, quod diuina veſtigia calcarunt, viuificum monumentum* DE LOCIS SANCTIS HIEROSOLYMORVM. *in quo ſanctiſſimum Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti corpus depoſitum fuit, ſacrum Caluariæ locum, vbi Dominus gloriæ crucifixus. Alio pergo: Sanctam Bethlehem quaſi Edem conſpicio, diuinum adoro præſepe ſupra vrnam auream, in qua non manna ſed panis vitæ conditus eſt. Video etiam ſacrum montem, in quo diuiniſſima transfiguratio: oliuarum montem, vnde ad cælos omnium Dominus euolauit: ſacram Gethſemanem, vbi ſepulchrum omni honore colendæ Deiparæ dominæ noſtræ. Hoc atque illud, ne longam texam orationem. O quanta vel ex ipſa commemoratione manat ſatisfactio! O quot & quantis culturis*

E *præeſt beatitudinis tuæ vertex! Tu primum Patriarcharum,* quod ſcilicet prima Eccleſia eſſe cœperit Hieroſolymis, *licet quintus numereris. Vbi enim Epiſcopus animarum, & Pontifex omnium natus eſt, & diuina omnia operatus, & paſſus & ſepultus, vbi reſurrexit & vixit, & aſſumptus eſt. illi: ſuprema omnium dignitas proculdubio. Sed de his hactenus. deſiderio obſequens, loqui auſus ſum. nunc ad alteram narrationem me conuerto.*

XXXI. DE PERSECVTIONE AB ICONOMACHIS EXCITATA. *Inuaſit nos perſecutio, beatiſſime, & perſecutionum omnium Ethnicæ ſimilliima. poſtquàm enim ſenſit ſatanas, in ianuis eſſe beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, maiores hæreſeos faces accendit, præludia aduentus Antichriſti. Quid hoc rei eſt? Exortam olim ſub Leone & Conſtantino impietatem, diuque*

A *debacchatam, ſed diuinâ vindictâ compreſſam, nunc iterum cognominis & æquè impius Imperator renouauit tanto conatu, vt illorum etiam obſcuret. Expreſſum picturâ Chriſtum inſectatur cum Matre & miniſtris. Vbicumque nactus eas eſt, delet, exurit. Hinc euerſa altaria, ædes ſacræ deformatæ, ſacra vaſa concremata. Quin ſi repertus quis fuerit imaginem occultaſſe, aut librum qui de ea re tractet, capitur è veſtigio, verberatur, & dira alia omnia perpetitur. Hinc terrores ac trepidationes, ſtuporeſque omnium hominum, adeò vt frater fratri, Vale dicat, & amicus amicum auerſetur.*

XXXII. *Synodus facta eſt, veterem impiam illam confirmans, & Orthodoxam anathemate condemnans. Sacerdotes non intellexerunt, Deum non exquiſierunt: ſed quod Achab placuit, comprobarunt. Omnes declinauerunt ſimul inutiles*

B *facti ſunt, paucis admodum exceptis. quibuſnam illis? Epiſcopis, & Præpoſitis, monachis, & monialibus, & ipſo, Dei gratiâ, ſupremo Archiepiſcopo noſtro. Quorum quidem alij flagellis affecti ſunt, alij relegati, atque in carcerem detruſi, alij per haſce pœnas ad Dominum migrarunt, athleticam coronam repoſtantes. Quid de blaſphemia loquar? Irridetur venerāda & tremenda imago Chriſti tamquam abominatio deſolationis, idolumque erroris; eodē modo quælibet alia Dominæ noſtræ & Sanctorum: Nunc, inquit, ſincera & inculpata fides: Nunc Dominus*[d] *loquutus eſt pacem ijs qui conuertuntur ad cor. quaſi ſublata pax eſſet, ex* [d] Ioan. 14.
quo Chriſtus dixit: Pacem meam do vobis, ad hoc vſque tempus, & etiam Eccleſia contaminata, quam beatus[e] *Paulus* [e] Ephes. 5.

C *non habentem maculam prædicat, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ſanctam & immaculatam. Et alij quidem vltimum circa Fidem naufragium fecerunt. Alij quamuis mente & cogitatione ſubmerſi non ſint, ipſa tamen hæreſis communione vnà perierunt. Enimuerò etiam ij qui recta ſentiunt, perſecutionis diuturnitate titubant circa veritatem; quemadmodum ijs contingit qui ad decumanos maris fluctus nauigationis rudes caligant. Miſerāda nobis omnia, luctuque digna.*

XXXIII. *Subtrahuntur cantica ab antiquis accepta, in quibus imaginum fit mentio. Canuntur pro eis impia noua dogmata palàm expoſita, quæ & pueris ipſis traduntur à magiſtris. Omnium rerum impia eſt conuerſio. Facti ſumus ſicut Sodoma & Gomorrha propter peccata noſtra: & pro-*

D *cella hæreſis altius in dies aſſurgens nos operit: nec inuentus eſt qui Chriſtum Deum noſtrum expergefaciat, vt increpet turbulentum hoc mare. At tu eſto nobis vnus è duodecim Apoſtolis, beatiſſime: Excitat è ſomno inſomnem oculum diſpenſatiuè dormitantem, quia perimus omnino. Si quod eſt aliud auxilij pharmacum, ad ſanandos infirmos, vt peritus, exurge, deprecamur, ſanctiſſime, obteſtamur: membra tua ſumus, quādoquidem fideles omnes corpus ſunt Chriſti & membra de membro. Præcipe & alijs ſanctis Patribus veſtris, interceſſoriam manum porrigant, vt multorum interpoſitu, ſuam nobis Deus miſericordiam impertiat. Hunc in finem epiſtola, & tabellarius ab omnibus animo deſtinatus, etſi à nobis ſolis illorum vicem agentibus miſſus.*

E XXXIV. *Vt autem ex parte cognoſcat celſitudo veſtra, cuiuſmodi ſint dogmata impiorum, ea in quaternionibus deſcripta epiſtolæ adieci, quæ & aliorum rogatu refutanda imperitus ſuſcepi. Oro autem vt ea inſpiciat diuina tua ſapientia: quod deeſt ſuppleat & veniam tribuat erratis. Atque adeò conſeruum fratrem noſtrum, & litteras alijs, quas accepit, reddere, & huc poſteà, Deo volente, redire permittat.* hæc ad Patriarcham Hieroſolymitanum Theodorus, qui his addidit[f] alias ad Abbatem Lauræ S. Sabæ [f] Theod. lib. 2. epiſt. 16. 17 Cod. Col.
hac inſcriptione notatas.

A Deo honorato, dilecto, & ſpirituali Patri, meo moderatori celebris Lauræ beatiſſimi Patris noſtri Sabæ, & ijs qui ſub eo ſunt ſanctis Patribus Theodorus minimus presbyter & Præpoſitus Studitarum. alias quoque his adiunxit

ad mo

ad moderatorem Lauræ ſancti Charitonis, eiuſdē pariter argumenti.

XXXV. At quid profecerit his litteris datis ad Patriarchas, nulla eſt affirmatio Theodori; immò querela in epiſtolis poſteà, occiſo Leone, tēpore Michaelis Imp. ſcripta ad eumdem Hieroſolymitanum Patriarcham Thomam, in qua hac ex parte tantūmodo laudat nauatam operam à Romano Pontifice. ſcribit enim hæc his verbis: [a] *Quid hoc rei eſt? quod feruente hæreſis perſecutione, cōuenie bat ſublimium ſedium Antiſtites, tamquam ſpiritus adiutores, & Apoſtolico conſilij plenos, fraterno animo commouere, manumque pro veritate certantibus compatiendo porrigere: & ſi quid patitur, inquit,* [b] *vnum membrū compatiantur alia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudeant omnia membra; quia nimirum caput eſt totius Eccleſiaſtici corporis Chriſtus verus Dominus ac Deus noſter. Quod ſanè Occidentis Apoſtolicus cùm præſtitiſſet: quantùm profuerit, quid opus eſt loqui? partim quidem reſiſtentium mentes ſummoperè confirmans (vel exiguum quippe momentum vim ac robur feſſis ac laborantibus addere ſolet) partim impiorum inſolentiam à ſpiritu profectâ reprehenſione profligans. Quo quid eſſe potuit ſalutarius? At verò qui idem facere cùm poſſent, minimè præſtiterunt, ſed contrarium: dicere miſer nequeo, beatitudinis veſtræ Angelicæ reuerentiæ, quanta illis debeatur reprehenſio.* hæc Theodorus. ſed hæc ex aliis eiuſdem ad Paſchalem redditis litteris, manifeſtiora fient.

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 121.

[b] 1. Cor. 12.

PROPICVA LITTORA ROM. PONT.

XXXVI. Cæterum querela iſta Theodori de Patriarchis, magis pertinet ad Alexādrinum & Antiochenum, quàm ad ipſum Hieroſolymitanum. Siquidem nō defuit Patriarcha Hieroſolymorum ſuccurrere, vt potuit, periclitanti ſub impio Leone Eccleſiæ Cōſtantinopolitanæ: etenim ſelegit ex S. Sabæ Laura à Sarracenis tunc temporis afflictata duos egregios monachos, ſanctitate claros, doctrinâ conſpicuos, Chriſtianâ conſtantiâ firmos, re verâ duo bellica fulmina aduerſus graſſantem impietatem, & ſagittas acutas in manu Dei omnipotentis. Hi Cōſtantinopolim miſſi, non ſolum ſub Leone Armeno, ſed & ſub Michaele quàm ſtrenuiſſimè certauerunt, ac demùm ſub Theophilo Imperatore Iconomacho martyrium egregiè conſummarunt. Sed de eorum modò profectione Conſtantinopolim, & confeſſione coram Leone hic agendum. Auctor eius tēporis qui amborum certamina eſt proſequutus quàm ſinceriſſimè, vbi de graſſatione Sarracenorum tunc facta mentionem habuit, iſta mox ſubdit.

PATRIARCHA HIEROSOLYM. MITTIT THEODORVM ET THEOPHANEM CONSTANTINOPOLIM.

XXXVII. *Hæc videns diuinus ille Antiſtes & paſtor Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, & ſciens hæc eſſe pœnam peccati & iræ poculum, proptereà quòd deſpicatus habetur & aboletur diuinarum adoratio imaginum: excitatur protinùs ad zelum, & quærit modum, quo poterit tantum extinguere incendium & oſtendere eos malè facere, qui ſunt parati noua introducere, & prompti ad tranſmouendos limites. Sic reuocabuntur captiui & conſequentur miſericordiam ſauciata animæ. Ad hoc ergò admodùm aptum ſanctum inuenit Theodorum, vt & virtute eſſet celebratus, & in dicendo exercitatus, & zelum ſpiraret acrem & iuuenilem. Ille autem: Ecce me, dicit Pontifici: mitte me, & proficiſcar, & tuis adiutus precibus, pudore afficiam impietatem. Ipſum ergò mittit Patriarcha, cùm precibus eum vndique muniſſet, & ſpe in Chriſtum totum corroboraſſet.*

Vt autem prætermittamus ea quæ interceſſerunt cùm veniſſet in Regiam ſecum fratrem habens Theophanem, qui eum ſequeretur, & quæ erant fraterna, ſentiebat, & in zelo pro pietate cum eo conſpirabat: primum quidem ſic intrepidè ſiſtit in conſpectu eius, qui Eccleſiam more prædonis inuaſerat, Theodorū pſeudopatriarcham intelligit. *Vbinam enim ille ſe geſſit more ſacerdotali, & liberè arguit quod eos peruertat quos paſcit, & hæreſim ei aperbè exprobrat? Deinde ipſi quoque Imperatori ex aduerſo occurrit tamquam acutus quidam gladius; & non ſolum eum criminatur, quod ſuam perdat animam, ſed etiam quod Dei populum impiè per fraudem euertat. Deinde etiam adhortatur, vt relictâ hac profanâ & impiâ opinione, eius loco diſcat pietatem. Fortaſſe enim (inquit) tibi Deus placabitur, & non omnem iram Domini tamquam fæcem aliquam ipſe bibes.*

RODARGVIT IMPERATOREM THEODORVS PALÆSTINVS.

XXXVIII. *Quamobrem Imperator, cùm & viri eſſet libertatē admiratus, & prætereà verborum opportunitatem, & morum moderationē, & quæ ex animo ad vultum emanabat illius, vt poterat, animaduertiſſet alacritatem, eum eſt veritus, & moderatè tulit eius reprehenſiones. Deinde etiam eum accerſit, & familiariter eum eſt allocutus, rogans quiſnam eſſet, & vndè veniret, & quid ſibi vellet illa mira & incauta dicendi libertas. Ille autem & ſignificat patriam, & ſuum eſſe ex Palæſtina aduentum enunciat, & quod ſtatuebat non oportere vel apud Imperatorem ſe à dicendo reprimere, quando videret Regem qui eſt in cælo, affectum iniuriâ. Deinde aperit dogmata, docet honorem diuinarum imaginum. & cùm alia dixiſſet, & adieciſſet, hoc eſſe indicium noſtri in Chriſtum deſiderij, & confeſſionem ab eo ſuſceptæ carnis. Deinde deſtruit propoſitas ab illo quæſtiones Fide Chriſti & virtute ſermonis & ſpiritus. Poſtquàm autem, poſt multa quæ inter eos dicta ſunt, Theodori oratio victoriam eſt adepta, primum miratur Imperator, deinde etiam ei incipit blandiri, toto animo contendens, talem virum in ſuam redigere poteſtatem, per quem multos eſſet ſuperaturus.*

CONVVTAT IMPERATOREM THEODORVS PALÆSTINVS.

XXXIX. *Poſtquam verò vidit eum à ſe capi non poſſe: nam tale quid etiam apud eum adiecerat, dicens: Oblitus es eorū quæ Deo promiſiſti, ò Imperator, quorum interceſſor fuit magnus Pontifex, quando tuo capiti Imperatoriam impoſuit coronam,* cùm videlicet promiſiſſet Fidem ſeruare Catholicam, *parce animæ tuæ, & prius ornamentum reſtitue Eccleſiæ, & noli pugnare cum Deo iuſto Iudice & forti, etiamſi non quotidiè iram inferat propter ſummam benignitatem. hæc ille ſic ad eū liberè eſt locutus. Imperator verò ſeiuncto prætextu lenitatis, in iram & furorem erupit; & rogauit, an eſſet aliquis eiuſdem animi & ſententiæ in pietate, cuius erat Theodorus. Poſtquàm verò intellexit de fratre eius Theophane, & quòd non minus quàm naturam conſeruat in dogmatibus cognationem, & fraternitatem: ambos diu flagellis cæſos condemnat, vt relegentur ad oſtiū Ponti. Iubens neminē eis impertire nec cibum nec potum, nec veſtimentum, vt mali (inquit) ſic malè atterantur.* hactenus de certamine ſub Leone. quod antē exantlauit ſub Michaele, ſuo loco dicturi ſumus.

THEODORVS ET THEOPHANES CÆSI DAMNANTVR EXILIO.

IESV CHRISTI
Annus 818.

PASCHALIS PAP. Annus 2.	LVDOVICI 5. LEON. AR. 5. IMPP.

L. QVI ſequitur annus octingenteſimus decimusoctauus Indictione vndecimâ inchoatâ, quiotus item numeratur perſecutionis Leonis Imperatoris, quo acceptis iam anteà litteris per Dionyſium à Paſchale Romano Pontifice Theodorus Studitarum Præpoſitus in carcere conſiſtens, rurſum legat ad Occidentem Epiphanium diſcipulū ſuum ad eumdem Romanum Pontificem, cui & litteras dedit, quæ ſic ſe habent [c].

Per omnia religioſiſſimo Patri, ſupremo lumini Vniuer-

[c] Theod. lib. 2. epiſt. 13. Cod. Col.

ſali, domino noſtro, Apoſtolico Papæ, Ioannes, Theodoſius, Athanaſius, Theodorus, minimi presbyteri & Præpoſiti Catharorum, Pieridij, Pauloperrij, & Studiani. Vnus autẽ qui hic deeſt è numero in præcedentis ad Paſchalem epiſtolæ inſcriptione, nempe Ioannes Eucariæ Præpoſitus lapſus eſt, ac propterea nequaquam cũ cæteris recenſitus. Teſtatur id quidem ipſe Theodorus in epiſtola ad ipſum Epiphanium Romam Legatum. porrò epiſtola ad Paſchalem Papam ſic ſe habet[a].

a Theod. lib. 2. epiſt. 35 ex Cod. Col.

II. LEGATIO MISSA PER EPIPHANIVM AD PASCHALEM PAPAM.

Reſpexit nos Oriens ex alto Chriſtus Deus noſter, tuam in Occidente beatitudinem, tamquam facem quamdam diuinitus lucentem ad Eccleſia, quæ ſub cælo eſt, illuminationem, in Apoſtolica prima Sede conſtituens. Etenim ſpiritualis lumen percepimus, qui in tenebris & in vmbra mortis improba hæreſeos tenebamur, & triſtitia nebulam depoſuimus, atq; in ſpem optimam emerſimus, cùm didiciſſemus ex fratribus & conſeruis noſtris, quos miſimus, qualia & quanta egerit & dixerit ſancta celſitudo veſtra. Quãdo hæreticos quidem Apocryſiarios, velut fures, ne in ſacrum quidem conſpectum admiſit; ſed cùm procul adhuc eſſent, meritò reiecit: noſtris verò calamitatibus ex litteris auditione & Miſſorum relatione compatiens, indoluit atq; ingemuit Dei exemplo tamquàm proprijs membris. Ac re ipsâ cognouimus, manifeſtum Apoſtolorum principis ſucceſſorẽ Romanæ Eccleſiæ præſidere, certoq; nobis perſuaſimus, Dominum Eccleſiam noſtram minimè deſeruiſſe, cui vnum, ſolumq; à vobis auxilium hactenùs, atq; ab ipſo exordio in occurrentibus moleſtijs Dei prouidentia conceſſum eſt.

ROMANÆ ECCLESIÆ PRÆCONIA

Vos igitur illimis ac ſincerus ab initio fons Orthodoxæ veritatis. Vos aduerſus omnem hæreticam procellam tranquillus ſepoſitus portus Eccleſiæ vniuerſæ. Vos à Deo electa ciuitas refugij ſalutis. Sed quoniam temerarium eſt à nobis miſeris ac indignis encomia congeri diuino nomini veſtro, quod diuina olim lingua beatum prædicarunt, præſtat vt ad ærumnas noſtras veniamus.

III. STATVS ECCLESIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ.

Impij ergo conſueta ſibi omni conatu ac veſania facere non ceſſant, omnes qui mortis metu franguntur, in hæreſis barathrum trahentes & abripientes. Neceſſe ſiquidem eſt, eum qui credere nolit, verberum, aliorumq; ſuppliciorum pœnis ſubijci, ita vt diffluant ſenſim aliqui (quod eſt miſerrimum) etiam ex ijs qui certamen anteà ſuſtinuerunt. Nos verò iterum humiles & in membris poſtremi, tam pro ſacro proprio capite, quam pro reliquis præſentibus partibus, & fratribus audentes legatione fungimur, & obſecramus, vt conſoletur nos ſancta & Apoſtolica anima tua. Primum quidem (quod & facere illam credimus) ne ſuas pro ſtabilitate & ſalute omnium Deum flectentes preces intermittat. ita obteſtamur ſacratiſſima viſcera. deinde vt quæ Spiritus ſancti inſtinctu pro humilitatis noſtræ vtilitate ac perpetua virtutis tuæ laude dolo erauit & ſtatuit, ad exitum, Deo adiuuante perducat. hactenùs poſterior ad Paſchalem epiſtola, ex qua à Gennadio in defenſione pro Concilio Florentino præconia digna illa Eccleſiæ Romanæ citantur: *Vos illimis & ſincerus ab initio fons Orthodoxæ veritatis, &c.* Quòd autem exigit his litteris Theodorus à Papa, illud fuit, vt præſtaret quod promiſerat, legationem remiſſurũ Conſtantinopolim: quod & præſtitit, vt ſuo loco patebit.

His ſcriptis litteris Theodorus, Epiphanium, quem mittat cum eis in Occidentẽ, delegit, ad quẽ has quæ ſequuntur litteras dedit, onus eidem legationis huius iniungens, his verbis:

b Theod. lib. 2. epiſt. 35. Cod. Col.

IV. EPIPHANIO CREDITVR LEGATIO AD PASCHALEM PAPAM.

Epiphanio filio[b].

En dilecte mi, ſi ne alacri animo inſtituiſti, ſolue in Occidentem, litteras iſtas laturus, quas dictaui. Miſi epiſtolas duas ad Apoſtolicum, & dominum Methodium. Frater enim Dionyſius Dei nutu, & incolumis eouſque peruaſit, & ſpem optimam reportauit. Ad quam iteratas litteras addere, operæpretium duxi. Scripſi autem non tamquam à me ſolum, ſed ſicut anteà, ex perſona vtrorumque Præpoſitorum quos indicat epiſtola, præterquàm Eucariæ. Is enim, vt accepi, ſecundùm peccata mea, lapſus eſt. Ex communi ergo ſententia & ſcientia, tum per occultam ſignificationem, tum per epiſtolæ ipſius lectionem, tunc ſcripſimus, vt epiſtola miſſa declarabat. Nunc verò etſi propter arctam cuſtodiam id facere non potui, attamen velut iam conſentientibus vtriſque, eorum etiam hæc eſt epiſtola. Fortaſſe autem poſteà continget, vt & ipſi certiores fiant.

Vade igitur, egregie Epiphani, ἐπίφανον, id eſt, appare Occidenti nuntius fidelis, prudens, iam olim probatus, redde epiſtolam & iuxta ea quæ diuino inſtinctu impreſſa ſunt in ſancto Apoſtolico, ſuggeſtione, verbiſq; ſancti Methodij, & ſancti Monabaſiæ Epiſcopi, ſimul intercede & ipſe, & ora vt ad finem hæc perducantur Dei voluntate, qui poteſt & ſaluum te ſeruare, & ſiſtere ſacro ac beato vertici. Ne formides, multa tibi merces, & magnum certamen. Dominus tecum. Saluta Sãctos omnes, & maximè eos qui notiſſimi ſunt, præcipuè ſanctum Patrem meum Archimandritam, ac dominum etiam meum Carthophylacem, cuius caritas eſt in humili corde meo. hucuſque ad Epiphanium Theodorus.

V. Quod autem ad Methodium ſpectat, ad quem ſe ſcripſiſſe Theodorus teſtatur, erat iſte illic Apocryſiarius Nicephori Patriarchæ ad Romanum Põtificem miſſus, cui quid tunc acciderit admiratione dignum Romæ moranti, ſic accipe ex Curopalata atq; Cedreno in Michaele Theophili filio, dũ narrat quæ acciderunt eidem Methodio iam Conſtantinopolitano Patriarchæ, cùm adulterij accuſatus, ob ſui defenſionem coactus fuerit virilia penitus conſumpta & exſiccata monſtrare, ſic dicens: *Quidã de notioribus placidè ingreſſus, ex eo quæſiuit, quomodo virilia eius ita emarcuiſſent? Cui rem totam à principio enarrauit. Se cùm Romæ degeret miſſus eo ad Papam ob intentata Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ crimina, vexatum fuiſſe a cacodæmonio ſtudioſo malo genio, ſine intermiſſione dies noctesq; ipſum titillante, & rei venereæ appetitum excitante. Itaque ſe ardentem ea cupiditate ac tandem non ei ſuccumbentem, Petro Apoſtolorum principi ſe dedere ſtatuiſſe, multumq; ab eo precibus cõtendiſſe, vti ſe libidine illâ liberaret. Hunc noctu aſtitiſſe, ac virilia ſua manu dexterâ tangente, combuſſiſſe. ſimulq; dixiſſe: Nihil eſſe quod in poſterum ſibi ab iſta metueret voluptatis concupiſcentia: ſe ob vehementem dolorem ſomno excuſſum, talem repertum fuiſſe, qualem ipſi vidiſſent.* hæc ipſa quidem Methodius cùm iam eſſet Patriarcha confeſſus liberè ea quæ his ipſis diebus, Romæ cùm eſſet, diuinitùs contigiſſent. Quod autem ait, eũ Romæ tunc fuiſſe pro Nicephoro Patriarcha ob intentata illi crimina defenſorẽ, accidiſſe putamus, quod Theodotus, quo ſe in throno ſtabiliret, depoſitionem Nicephori falſis obiectis criminibus colorare ſtuduiſſet. Cęterùm epiſtola illa quam ſe eodem tempore ad Methodium Romam ſcripſiſſe Theodorus ipſe teſtatur, non eſt reperta in dicto codice, quo vſi ſumus, Columnenſi, vt hic ſimul eam tibi ſcribere potuiſſem.

VI. Sed ad legationem à Theodoro miſſam reuertamur. Profectus eſt igitur Epiphanius Româ, exceptuſq; eſt benignè à Paſchali Põtifice. qui & quibus valuit remedijs ſtuduit tot malis occurrere. Sed quid faceret, cùm regnaret Imperator apoſtata, ſederet Patriarcha hæreticus, & cum eo clerus eiuſdem cõmunionis, & monachi deſertores? quo modo ipſi audituri eſſent, quę ab eo pro eorum ſalute admonerentur? Non deſtitit tamen ad Conſtantinopolitanam auerſatricem licet Eccleſiam ſcribere, & quidem grauiſſimas litteras. teſta-

tur

tur [a] id quidem Theodorus ipſe litteris ſuis ſuo loco reddendis.

[a] *Theod. lib. 2. epiſt. 62. 63. 66. Cod. Colum.*

Intereà verò Theodorus nõ quieſcit, qui & hoc pariter anno ſcripſit Catecheticam epiſtolam ad vbiq; diſperſos fratres. Cùm enim in ea numeret ipſe annos quinque perſecutionis, hoc planè anno fuiſſe ſcriptam, qui numeratur quintus perſecutionis, affirmare neceſſe eſt. Loco planè miraculi habendum (quod ſæpè inculcandum eſt) vt in arctiſſimo carcere conſtitutus, tot cuſtodibus vallatus, facultas ei ſcribendi fuerit ſuppeditata. Huius autem ſcribendæ epiſtolæ ipſi ea cogitatio fuit, quod cùm ſciret ſuos monachos & alios diuerſorum monaſteriorum Confeſſores vagari à monaſteriis expulſos, extorres, ac à perſecutore Imperatore abripi: timens iis, ne quos terror non ſubegiſſet, mundana voluptas vinceret, occaſione verſandi cum feminis: vt cauti eſſe debeant, datis his ad eos litteris, monuit vehementer. Sic ſpiritualis agonis dux ſapientiſſimus, ne aduerſariæ poteſtates ſuos lædere poſſent milites, quaquauerſum prouidit. epiſtola autem ipſa ſic ſe habet. [b]

[b] *Theod. lib. 2. epiſt. 37.*

VII.

EPIST. THEODORI CATECHETICA AD FRATRES DISPERSOS.

Theodorus omnibus vbiq; diſperſis fraternitatibus.

Gratia vobis & pax multiplicetur. Æquum enim eſt Apoſtolicis verbis affari eos, qui pro Chriſto perſecutionem patiuntur: [c] Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui humilitati noſtræ ianuam aperuit, quamuis arctè cuſtodiamur, vt vobiſcum cariſſimis noſtris epiſtolarũ colloquio congredi poſſimus. Verè Dei verbum non eſt alligatum, etſi alligare ſe putent, qui dominantur. Verè lætari plurimùm debemus, cum diuinarum prædictionum euenta in nobis conſpicimus. Age cum Apoſtolo [d] dicamus, fratres: Quis nos ſeparabit à caritate Dei? tribulatio, an anguſtia, an fames, an perſecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? Num enim de ſeipſo tantum hæc dixit, ac non etiam de nobis? & vt nos erga Deum ſic affecti ſimus, vt afflictionibus iſtis, quas ſuſtinemus, minimè frangamur, ſed ea quæ deſunt paſſionum perferre geſtiamus. Gaudium enim eſt inenarrabile pro Chriſto & cum Chriſto pati, quemadmodum oſtenderunt Sancti omnes vſque ad Thadæum Martyrem noſtrum, & Confeſſores alios egregiâ animi cõſtantiâ, & perſecutioni conuenientibus factis ſiue ex carcere, ſiue ex alio exilij quouis loco poſt illum abierunt. Simus & nos, fratres mei, Martyres ad hunc modum, vt parati nimirum ſemper ſimus, comprehendi, confiteri, flagris cædi, mori; hoc eſt enim quotidiè Martyrem eſſe: hoc quotidiè mori.

[c] *2. Petr. 1.*

[d] *Rom. 8.*

VIII.

Ex hoc quidem purgari mentem contingit, & perturbationibus abſcedere, Deo appropinquare, mundum odiſſe, cælum meditari, perpetuò adamata bona, ac certè triſtiora. Nec enim locum menti relinquit hæc huiuſmodi præparatio, vt voluptates conſectetur, vt hoc illudve carnali deſiderio amplectatur, ſed vires cordi & neruos addit, oculos in lachrymas ſolùm compellit: deſiderium inijcit ex corpore, tanquam ex graui quodam carcere emigrandi. Conſiderantes itaq; quales ſimus: Et ſiquidem ſic affecti, rectè ſane; ſin aliter, redeamus in viam, & emundemur. Fugiamus inimicum draconem diabolum & ignea tela amara & lethifera cupiditatis. Non eſt voluptas, ſed dolor; non dulcedo ſed fel, non beneuolẽtia ſed odium, ſeruitus, corruptela, dæmoniaca vexatio eius, qui ſecũdùm naturam eſt ſtatus immutatio. Etenim ſi bona eſt & dulcis, quomodo quos arripuit, eos fatuos ſtatim reddit, iumentis ſimiles, probroſos, ſeruiles, deſperabundos, eneruatos, æternæ mortis reos ſtatimque faſcinat, à mente alienans, & peruertens, non id re verâ exiſtẽs quod præſefert præſtigiatrix, tanquam energumenos à dæmone correptos, qui id quod patiuntur priùs quàm ad ſe redeant, non agnoſcunt.

NE ILLECEBRIS CARNIS CAPIANTVR ADMONET SVOS.

IX.

Videamus ergò, Chriſtiani, quænam ſint diuerſoria noſtra, vbi & quibuſcum habitatio & cõſuetudo. Quod ſi quid vos noxium eſt, migrandum; ſi cum eo qui ſcãdalum affert, abſcindendum; ſi cum nemine, adſciſcendum: quia execrabile ſolum eſſe, quamdiu neceſſitas non cogit. Obſeruanda ſunt & alia, cibus, potus, ſomnus, opus, vt menſura fiant omnia, quæ corpori vires præbeant, vt pareat & iuſſa faciat, non efferatum reddant, vt inſurgat & animæ repugnet. Equus idem eſt, ſi affatim alatur, laſciuit, ſeſſorem q; animum proſternit. Ex rebus noſtris de veſtris etiam enuntiamus: Omnes ſiquidem homines liberi arbitrij habenas à Deo patri iure acceperunt cum ſumma poteſtate, licet animâ & corpere inter ſe pugnãtibus, perpetuum bellum ſit. De hoc igitur hactenùs hæc dicta ſint. Quid cætera deinde? Fidei firmæ immutabilis, ſicut tradidi vobis & à Sanctis accepi, vel potius ab vno vtiq; & eodem ſpiritu, &c. adiicit de cultu ſacrarum imaginum ſuperiori conſimilem doctrinam, quam breuitatis causâ hic deſcribere prætermimus. ac de perſecutione hæc rurſum inferius ingerit, hortans eos ac roborans in fidei confeſſione perſiſtere.

X.

EXHORTATIO AD PATIENTIAM.

Minimè vos conturbet duratio perſecutionis, haud multos annos pertulimus, vt antiqui olim Confeſſores. Nondum examinati ſumus legitimo igne probatiſſimæ tentationis: adhuc admixtum eſt plumbum, adhuc ruga peccatrix. Tu quis es qui incomprehenſorum iudiciorum profunda ſcruteris? Quæ tibi præſtita ſunt hæc cogita. Abrahæ ſemẽ illud, cui promiſſa Dei benedictione terra ſancta hæreditas fuerat, quadringentis triginta annis Pharaonis manu ſeruitutem ſeruire Deus permiſit. Chriſti Eccleſia ab Apoſtolorum prædicatione vſq; ad Conſtantinum primum Chriſtianorum Regem ſupra annos trecentos feruentem perſecutionem paſſa eſt. Qui ſecuti ſunt, tem ſe quidem, attamen longius tempus duxerunt præterquàm ſub Iuliano Apoſtata. Paulus magnus annis quinque & triginta perſecutionem pertulit, quotidiè moriẽs. Et tu quinque annorum ſpacio langues? Clemens multorum certaminum vir viginti octo annis in perpetuo martyrio fuit. Et tu intra paucos deficis? Et quod mihi tempus ſatis ſit ad alios Martyres cõmemorandos? Non audiſti ſufferentiam Iob? Nonne annis quindecim & amplius vlcere graui vexatus eſt præter alios qui adiecti fuerunt, lugubres caſus? atq; hoc cũ nullius ſibi mali facinoris cõſcius eſſet, quin potius laudabilium quamplurimorum. Quid autem ei reſpondet oraculum? Vt iuſtus, inquit, appareas. Ita & nunc cribrat quodammodo prouidẽtia huius temporis homines, vt quæ inſunt Zizania eijciat, & frumentum purum maneat.

XI.

Non audis quid Hieremias dicat? [e] Mitte vos in conflatorium, & vide ſi eſt probatio, ſicut & ego probatus ſum pro eis. Feramus adhuc, ô ſtrenui milites Chriſti. Dies ſicut vmbra tranſeunt, quamuis perſecutores permanere exiſtiment: [f] Si me perſecuti ſunt, inquit, & vos perſequentur: Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. ſed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me. Verè enim ignorãt quod Deus & Pater miſit [g] Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret & Patri ſuo acquireret. Niſi enim ignorarent, illum pingi non negarent: nemo quippe qui ex muliere natus ſit, talis eſt, vt exprimi nõ poſſit, alioqui abortiuum quiddã eſſet. Sic itaq; fratres perficimus nos ipſos, ſic conſolationem habemus in verbis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti expectantes remunerationem. his præmiſſis ad poſtremũ monet de Leontio perſecutore. Fuerat hic monachus & diſcipulus Theodori, & ſanctarum imaginum cultus aſſertor: Verùm infelix in veritate nõ ſtetit, ſed factus apoſtata cæteris ardentiùs perſequebatur Orthodoxos. de eo enim monet his verbis.

[e] *Ierem. 6.*

[f] *Ioan. 15.*

[g] *Gal. 4.*

XII.

DE LEONTIO EXMONACHO DIRO PERSECVTORE.

Sed noſtis qualis ſit Leontius, eunuchorum genus non ſolum ingloriũ, vt quidam Sanctorum dixit, ſed & Chriſtum negans; neque adeò his finibus ſe continens, verùm acerbè & crudeliter fratres noſtros excrucians; Qui ante diſc-

diſcipulus, nunc nugator Iudaizans: qui inter fratres emmentiores, nunc contra fratres ſuprà quàm Iudices omnes: Qui non ſimpliciter imaginem dicebat, ſed ſanctam imaginem ſiue Chriſti ſiue Deiparæ & cuiuslibet Sanctorum: nunc eas incēdit, & abolet, inſanientis inſtar feræ blaſphemans. Vnde & Imperatori carus factus eſt, & monaſterijs noſtris potitur, & omnia miſer facit in contumeliam Chriſti. ſed heu me! mea enim hæc eius ludibria. Attamen ſimilis illi eſt, qui genuit ſecundùm carnem: nam & ille olim primitus fuerat impietatis; ſicut & Hermia. ambo enim furentes aguntur: nec miſcet Deus cornicem columbæ ſed ſimilia ſimilibus. Ergò illis non hunc modum. Det illis Dominus agnoſcere veritatem, quos captos tenet diabolus pro ſua voluntate. Vos verò Chriſtus cum ijs quos vexat apoſtata confirmet, viresq; ac robur tribuat, vt ſuſtinere adhuc poſſitis, eſurientes, ſitientes, nudi, colaphis caſi, inſtabiles, laborantes, maledicta & perſecutionem patientes, blaſphemati, tamquam purgamenta huius mundi facti, omnium peripſema, vt Paulus [a] magnus, quo cum pars veſtra ſit. Fratres, orate pro nobis peccatoribus vt ſaluemur, digni habiti omnium qui reſtiterunt infimo gradu. Salutat vos qui mecum eſt frater Nicolaus. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

[a] 1. Cor. 4.

XIII. LEGATIA PASCHALI MISSI VENERVNT CONSTATINOPOLIM.

Poſt hæc autem venerunt Conſtantinopolim Legati qui miſſi ſunt à Paſchali Romano Pontifice cum litteris aduerſus Iconomachos, quibus erroris arguerentur. Eſt mentio de hac legatione in epiſtola catechetica eiuſdem Theodori contra eoſdem Iconomachos [b] data, in qua hæc ſcribuntur verba: *Non igitur effugerunt, quin à ſupremo Eccleſiæ throno arguerentur, ſicut factum eſt, & ipſi ſciunt. Et nobis quidem tuta & ſincera erant omnia etiā ante Occidentalium aduentum. pluſimum verò etiam indè acceſſit, vt cognoſcamus conſentaneè ſanctis ſuperioribus noſtrum hoc Deo curæ eſſe, & ob oculos ſtatuiſſe teſtimonium, quod ab eo alieni ſunt, qui imaginem negant. Si enim à Corypheo abrupti ſunt, & ab alijs tribus Patriarchis, vtiq; & à Chriſto, qui caput eſt prædictorum. & lugere illorum causâ & mœrere conuenit, noſtri verò lætari ſuprà modum, &c.* apparet ex his quidem litteras Apoſtolicas Paſchalis Papæ eius fuiſſe argumenti, vt ab eo erroris arguerentur hæreſis Iconoclaſtarum, ipſi verò oſtenderentur ſeparati eſſe ab Eccleſiæ Romanæ communione. eiuſmodi igitur legatio, & declaratio veritatis, quâ innotuit ſciſſos eſſe ab Eccleſia omnes Iconomachos, pluſimum attulit adiumenti ciuibus Cōſtantinopolitanis, cùm ab Eccleſia Catholica ſe eſſe ſeparatos audirent. Quamobrem quampluſimi deteſtati errorem, ſunt veritatem profeſſi ex omni hominum genere vtriuſque ſexus, adeò vt & plures ex iis qui latebant, prodeuntes in lucem martyrio ſe obijcerent. ita vt de ciuitate Conſtantinopolitana illud diceretur, quod vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Ita quidem teſtatur idem ipſe Theodorus Studita ſuâ epiſtolâ ad Naucratium [c] datâ, ſuo loco inferiùs recitandâ.

[b] Theod. lib. 2. epiſt. 66. Cod. Col.

A CHRISTO DEFICIT QVI AB ECCLESIA ROMANA RECEDIT.

[c] Theod. lib. 2. epiſt. 71. Cod. Col.

XIV.

Quando autem peruenerit Conſtantinopolim legatio Paſchalis Romani Pontificis, in fine anni huius, vel ſequentis initio: haud ſatis exploratum haberi poteſt. Enituit quidem maximè vbique locorum Orientalis Eccleſiæ ingens eiuſdem Paſchalis Papæ ſtudium in iuuandis Græcis Orthodoxis laborantibus, quod & ex aliis ab eo rebus geſtis declarandum. Siquidem idem ſanctiſſimus Pontifex intereà nihil antiquius habens quàm de Fide Catholica bene mereri: Orthodoxos omnes cultores, Conſtantinopoli vel aliis partibus Orientis Romam confugientes quàm benigniſſimè excepit; quin & Græcis monachis egregium conſtruxit

MONASTERIVM GRÆCORVM A PASCHALI PAP. ROMÆ EXTRVCTVM.

A monaſterium apud ſanctam Praxedem, quem presbyteralem titulum mirificè exornauit, doniſque quampluribus auxit. Ne igitur confugientes ad Romanæ Eccleſiæ gremium monachi Orientales incertis ſedibus per Vrbem vagarentur: ipſis dictum monaſterium erexit, de quo Anaſtaſius meminit, dum agit de eodem S. Praxedis titulo ab eodem Paſchali ſanctorum Martyrum corporibus locupletato. his enim verbis rem aggreditur enarrare.

XV. DE ECCLESIA S. PRAXEDIS RESTITVTA.

Eccleſiam beatiſſimæ Chriſti virginis Praxedis, quæ quondam priſcis ædificata temporibus, nimio iam laxata ſenio ita, vt à fundamentis caſura ruinam ſui minaretur, idem venerabilis Pontifex illius ruinam antè prauidens, B *eiuſdemq; Eccleſiæ curam adhibens, illic peruigil ſæpius exiſtens, in alio non longè demutans loco, in meliorem eam, quàm dudùm fuerat, erexit ſtatum. Abſidem verò eiuſdem Eccleſiæ muſiuo opere exornatam varijs decenter coloribus decorauit, ſimili modo & arcum principalem eiuſdem metallis mirum in modum proficiens compſit.* extat adhuc ipſa abſis ſacris imaginibus ex muſiuo elaboratis decora & integra, in cuius fronte eiuſdem Paſchalis nomen eâdem arte exſcriptum legitur his inter ſe complexis elementis. P S atq; verſus iſti in abſide eodē opere exarati CAL leguntur.

EMICAT AVLA PIA E VARIIS DECORATA METALLIS

C PRAXEDIS DOMINO SVPER ÆTHRA PLACENTIS HONORE

PONTIFICIS SVMMI STVDIO PASCHALIS ALVMNI

SEDIS APOSTOLICÆ. PASSIM QVI CORPORA CONDENS

PLVRIMA SANCTORVM SVBTER HÆC MOENIA PONIT

FRETVS VT HIS LIMEN MEREATVR ADIRE POLORVM

Ibidē in ſacro cubiculo vbi nunc colitur columna flagellationis Ieſu Chriſti, ſuper limen iſta legūtur:

PASCHALIS PRÆSVLIS OPVS, DECORA FVLGET IN AVLA

QVÆ PIA OBTVLIT VOTA STVDVIT REDDERE DEO.

D Pergit de eadem hæc Anaſtaſius.

XVI.

Hic enim beatus & præclarus Pontifex multa corpora Sanctorum dirutis in cœmeterijs iacentia, pia ſolus ſtudine, ne remanerent neglecta, quærens, atque inuenta colligens, magno venerationis affectu in iam dictæ Chriſti Martyris Praxedis Eccleſia, quam mirabiliter renouans conſtruxerat, cum omnium admiratione Romanorum, Epiſcopis presbyteris diaconibus & clericis laudem Deo pſallentibus, deportans recondidit. Quæ dum ſanctiſſimi atque coangelici Præſulis hæc intima cordis vigilantia gererentur; vt reconditorum ibidem ſanctorum corporum, Domino indeſinenter ſuper aſtra placentium precibus apud omnipotentem Dominum iuuaretur: conſtruxit in eodem loco à fundamentis cœnobium, quod & nomine ſanctæ Praxedis virginis titulauit, in quo & E *ſanctam Græcorum congregationem aggregans, quæ diu noctuque Græca modulationis pſalmodiâ laudes omnipotenti Deo, ſanctiſque illis ibidem quieſcentibus ſedulò perſolueret, introduxit. Siquidem in eodem monaſterio plurima conferens prædia, & poſſeſſionum loca vrbana & ruſtica, affluenter atq; abundanter ditauit.*

CORPORA SS. MARTYRVM OBLATA IN ECCLESIAM S. PRAXEDIS.

XVII. ORNAMENTA ECCLESIÆ S. PRAXEDIS.

Quin etiam in eadem Eccleſia fecit Oratorium beati Zenonis Chriſti Martyris, ubi & ſanctiſſimum eius corpus ponens, muſiuo ampliantet ornauit. Fecit etiam in eadem Eccleſia ciborium ex argento penſant libras octingentas & decem. Item & Propitiatorium ſacri altaris ex argenteis laminis mirificè exornauit. Confeſſionem deniq; eius cum * *rugalis ſuis interius exteriuſq; vallās, pulcherrimè cōpſit*

* regulis

atque

atque deaurauit, quæ ſimul penſant libras trecentas. Supra eiuſdem venerabile altare fecit regnum ſpanocliſtum ex auro fuluo, ex diuerſis lapidibus exornatum penſans libras quinq; & vncias duas & ſemis. In eodem ſacro altari fecit veſtem de chryſoclauo cum diuerſis hiſterijs miræ magnitudinis atque pulchritudinis exornatam. Item vbi ſuprà obtulit aliam veſtem chryſoclauam ex auro gemmisq; confectam habentem hiſtoriam virginum cum accenſis facibus mirificè comptam atque decoratam. Ad ſacrum denique eiuſdem virginis corpus obtulit imaginem ex laminis argenteis præfiguratis penſantem libras nonaginta octo.

Hic benigniſſimus Præſul fecit in iam dicto monaſterio Græcorum Oratorium ſanctæ Agnetis Chriſti virginis miræ pulchritudinis exornatum. hactenus Anaſtaſius de titulo S. Praxedis & de Græcorum monaſterio à Paſchali Papa conſtructo, vt Græcis monachis Romam fugientibus dignè proſpiceret. Erat enim extorrium haud exiguus numerus monachorum, vt non ſufficerent alia quæ in Vrbe erant Græcorum monaſteria.

XVIII. PERSECVTIO RECRVDESCIT.

In eos autem qui remanſerant diram fuiſſe renouatam perſecutionem, ex litteris magni Theodori cognouimus: occaſionem autem recrudeſcentis perſecutionis eam diximus præceſſiſſe, quod eiuſdem Pontificis legatione miſſa hoc anno Conſtantinopolim, complurium concaluerunt animi ciuium ad hæreſim reſpuendam, & veritatem profitendam, excitatiq; pariter ad errorē publicè deteſtandum, palamque cultum ſacrarum imaginum confitendum. Factum eſt enim, vt ob excitatum in ciues ſpiritum confeſſionis, ſæuiret magis ac recrudeſceret perſecutio, & complures ex ijs qui lapſi erant, rurſus confeſſionis ingrederentur agonem aduerſus Iconomachos certaturi: dū & qui detinebantur in carcere, arctioribus vinculis ſtringerentur; atq; ipſi regij impietatis miniſtri in eos acrius ſæuirent. Extant autem pleræq; è carcere tum datæ ab ipſo Theodoro Studita litteræ ad hos conſolandos & roborandos. Tunc temporis enim ab eodem Theodoro ſcripta eſt Catecheſis ad Simeonem [a] & alios nouem de his qui ſe ipſos vltrò obiecerunt martyrio. Tunc & data videtur epiſtola ad Leonem Patricium [b] & Sacellariū, quâ deplorat acerbitatem perſecutionis, quam & ille dolebat, necnon illa ad Irenam [c] Patriciam poſt lapſum confeſſam & flagella atque exilium paſſam, hortans eam vt forti animo ærumnas perferat, nec frangatur. Extat pariter ad Gregoram laicum hominem, qui primus tunc ex Imperatoris aula ad ſtadium perſecutionis progreſſus eſt, quę ſic ſe habet perbreuis ſatis [d].

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 44.
[b] Idem epiſt. 56.
[c] Idem epiſt. 68.
[d] Idem li. 2. epiſt. 55. ex Cod. Colum.

XIX. GREGORAM CONFESSOREM HONORAT THEODORVS.

Gregoræ laico.

Salue Confeſſor Chriſti. Meritò Dei hominem te olim appellaui. en non mentitus & humilis ſermo meus, qui ſublimis in te apparuit. Quomodo carcer? Ferrea etiam vincula ſuſtines, vt audio, corpore conſtrictus, res laborioſa. Veruntamen confortare in Domino, ſancte, & Martyrum more depugnans. belle, belle frater. Qualis eluxiſti? Quantum exaltatus es? vnus ex omnibus laicus (de ijs loquor qui ſub hoc Imperio) tu ſolus Deo confeſſor oſtenſus es & Angelis & hominibus. Cernis vbinam te detineant perſecutores? In palatio, ceu margaritum, ceu Regem effectum, quamuis ita non ſentiant. Ne timeas, amice, ne terrearis ob imminentia verbera. ſuſtine, Chriſtus vna ſubleuans, ſimul adiuuans, vt ſimul pugnans, & ſimul percuſſus. Si ergò à quopiam è ſubditis defenſus, Imperatorem haberes defenſorem, & inter verbera tecum & animo & affectu verberatum: nónne pati gauderes, ornamentum amplectens, quaſi patiendo perciperes quas deſiderabas opes, gloriam, principatum: Quantò verò magis hoc in re præſenti ſentiendum? quod & amplectendum nobis neceſſariò, vt non ſomnis ſimilia hæc & inania, ſed ſempiterna & vera & ineffabilia bona conſequamur, æterna ſupplicia declinantes: quæ qui pingi Chriſtum negant, ſuſtinebunt, à quibus liberemur, frater, pro nobis inuicem orantes. ita Theodorus, qui tunc etiam & hortatus eſt ſuos cùm in eos crudelius Leontius perſecutor ille exmonachus ſæuiret. ſic ſe habet [e].

[e] Theod. lib. 2. epiſt. 58. Cod. Colu.

XX. STVDIANOS MONACHOS CONFESSORES CONSOLATVR THEODORVS.

Fratribus Studianis.

Salueto in Domino, fratres ac Patres: ſaluete milites Chriſti: ſalue fratrum ternarius ſanctæ Trinitatis gratiâ diues, verè digni talib. ſalutationibus, quia propter Chriſtum generosè duriſſimum carcerem patimini à Leontio B nefario vexati. O Iudaicam apoſtaſiam! ſi agreſtis fera eſſet, ſatiari vtiq; iam poſſet, ſanguinem veſtrum tamdiu pœnis fundens & hauriens; at nunc inſatiabilis manet ſanguinis potor dæmoniacus, nullum ſenſum miſericordiæ, nullam humanitatis commiſerationem erga vos ſuſcipiens agnos Chriſti; ſed affligens omni modo deuorans vos, cum ſatana moliens, vt glorietur draco, vt per vos nos etiam perterrefaciat. ſed fruſtrà: [f] *Fidelis enim Deus qui non ſinit vos tentari ſuprà quam poteſtis, ſed facit cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Recordamini Sanctorū qui à ſæculo fuerunt, quia nemo tentationum & tribulationum expers, placuit:* [g] *hic quidem ſectus eſt: ille lapidatus, alius igne conſumptus, alij diſtenti ſunt. Et quod tempus ſufficiat recenſendæ nobis circumpoſitæ nubis Martyrum? quorum vos cum participes ſitis & certaminum ſocij, gaudeto fratres mei gaudio ineffabili contra hæreſim, contra affectum regnum obtinentes.*

[f] 1. Cor. 10.
[g] Hebr. 11.

XXI.

Tu nominis congruenter καρτερόψυχος, *id eſt, animoſe tu, Carterius, tu in patientia diues* ἀφθονώτατος, *id eſt, abundantiſſimus Aphthonius. Tu diuina* ἀγάπῃ, *id eſt, caritate corroboratus veriſſimus Agapius. Carceris obſcuritas æternæ vobis & inacceſſibilis lucis eſt conciliatrix. Fames paradiſi delitiæ: nuditas pallij immortalitatis: ſolitudo conuerſationis cum Deo: coma intonſa decora venuſtatis, vt reuelatâ facie Dei gloriam conſpiciatis. Num gaudium ſunt iſta? Num exultatio omni exultatione maior? Ægrè forſan laturi ſumus, quod non inditus pes ligno, non impoſita catena. Quo enim magis abundant ærumnæ, tanto abundantior conſolatio gloriæ Dei. Hæc paucis, ſciens vos à vobis ipſis habere patientiam, vos hortatus ſum, cariſſimi. Vos verò rependite mihi cum Nicolao qui mecum eſt fratre noſtro, qui vos ſalutat, ſacras preces veſtras, vt ſalui ſimus.*

LABORANT PERSECVTORES VT ABSQVE CORONA MARTYRII FIDELES AFFLIGERENTVR.

Quod verò perſecutores ipſi (vt ſæpè dictum eſt) Orthodoxis martyriū inuiderent: haud mortem violentam palàm intulerunt; ſed fatigationibus eos frangi, & ærumnis confici voluerunt, vt longiore ita ducto martyrio, ipſorum conſtantiam emollirent. Verùm cùm in carcere conſtitutos cernerent, haud illis permoueri poſſe ſupplicijs: illud excogitarunt, vt eos per diuerſa longinquaq; itinera & aſpera fatigarent. quod vidimus in ipſo Theodoro Studitarum omnium Patre; ſed & de alijs monachis Confeſſoribus id factum ipſius ad Simeonem monachum datæ litteræ docent, cum aliàs ab eo de his omnibus certum nuntium accepiſſet. ſic enim ſe habent [h].

[h] Theod. lib. 2. epiſt. 30. Cod. Colum.

XXII. EPISTOL. THEODORI AD SIMEONEM.

Reddita mihi epiſtola ſanctitatis tuæ. Vbi eam legi, & ſingula didici, quæ cæteris qui cum ea ſunt, ſanctis Patribus noſtris, quorum nomina in libro vitæ acciderant, ſacram omnium expulſionem, longinquam deportationem, moleſtam illam & grauem propter variam hinc inde abductionem, & duram impiorum cuſtodiam. ingemui ſimul, in cuiuſmodi tentationes Dei Eccleſias tempus perduxerit, animo conſiderans. Simul etiam beatam duxi perſecutionū pro Chriſto ferentiū certamina. Teq; pariter, qui geſto

rum omnium nuntius nobis fuiſti; nec remiſiſti erga me nihili hominem, & manum mouere ad ſcribendum, & totam afflictionis ſeriem, ſingulatim percenſere. Quo nomine benedicat tibi Dominus, ac magis, magiſq; confirmet, & corroboret in acerba iſta teſtimonij Chriſti dimicatione. Enimuerò cognoui quemadmodum poſt dimicationem iſtam, cum Ioanne impiorum duce congreſſus, haudquaquam metu ceſſeris, nec inferior ſermonis conflictu ex titeris, ſed fortiter obſiſtens ipſum euiceris, & elinguem iuuenilis vigore reddideris, veritatis verbo ſubnixus, quam tibi Spiritus ſancti operatio ſuggerebat. Nulla videlicet in iis qui decepti ſunt, reſidet vis ſermonis; quoniam nec lumen, nec veritatis ſpecimen, nec rectum aliquid, aut ſanctum, in tenebris ambulantibus ſtulto corde & euanida ſapientia, ſeu vt verius dicam, inſipientia, imperitia, caecitate. Vnum autem ineſt, & primum & poſtremum, poteſtas tenebrarum, hæc illis & ſermo, & definitio, & fides, & gloria, & arma. [a] *Ex operibus eorum cognoſcetis eos,* [a] Matt. 7.
dicit Dominus.

XXIII. *Quid enim impium, aut Iudaicum non egerunt? Chriſtum contumelia affecerunt, Deiparam & Sanctos: quorum enim corporea figura ignominia afficiuntur, in prototypa ipſa tranſmittitur contumelia. Ideoq; Antichriſti meritò dici poſſunt Iconomachi: quandoquidem vti à Theologo & Euangeliſta ſcriptum eſt* [b], *nunc multi ſunt Antichriſti. Hæc parua quidem ad prudentiam tuam, ſed caritatis quæ nobis à Deo in vno ſenſu & anima vna donata eſt, ſymbola ſunt. Tu verò frater egregie pro me ora, vt pari tecum pugna decertem. Et indicare porrò non graueris, quomodo & ipſe agas, & quomodo ſe habent & habituri ſunt ſacri comites tui.* hæc ad Simeonem Confeſſorem.

[b] 1. Ioan. 2.

XXIV. Ipſe verò Theodorus de fratribus Confeſſoribus iſta & alia audiens per litteras diuerſorum ad eum ſcribentium; eadem vt pretioſa monilia cuſtodiens, auro ea veſtienda & ornanda ſuſcepit, cùm videlicet ocio carceris bene vſus, eorumdem tùm verba tùm facta verſibus conſcripſit, à poſteris canticis proſequenda, teſtatur id ipſe quidem ſua epiſtola, iiſdem ferme diebus ad Naucratium data [c], vbi poſt alia.

VITA CONFESSORVM AC MARTYRVM A THEODORO SCRIPTÆ IN CARCERE

[c] Theod. li. 2. ep. 61. Cod. Colum.

Miſi ad te libellum, & quaterniones quatuordecim, in quibus ſunt ſermones & vita fratrum metricis verſibus. Quæ legens tu, & aliquis è fratribus fidis, diligenter abſcondito. Equidem nihil facio frater, quod vllius momenti ſint. Sed quandoquidem ocium ſuppetit, & extimulor quodammodo à ſancto Patre meo, rurſumq; audiens beatum Paulum dicentem: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, tamquam indignus cum timore & tremore facio quæ facio. hæc de his Theodorus, qui & ſolutâ oratione, ſcriptis epiſtolis, eorum encomia proſecutus id ipſum præſtitiſſe cognoſcitur, vt vidimus de Thadæo, & nunc dicendum de Iacobo, cuius præconia celebrauit litteris ad Hypatium datis his verbis [d].

[d] Theod. li. 2. ep. 100. Cod. Column.

XXV. *Nec nos ſine dolore, fili, accepimus dormitionem Iacobi Confeſſoris Chriſti & amabilis fratris noſtri, nec porrò ſine lætitia. Illud quidem ex ſpirituali affectu (quid enim ille niſi filius, & talis filius, cuius ego propter peccata mea filius quidem dici merebar) hoc verò ſpei cauſa, nec noſtræ dumtaxat, quarum ille velut membrum ſacer ornatus futurus erat, verumetiam totius Dei Eccleſiæ. Quid enim? qualem virũ cenſes? an non Confeſſorem? non Martyrem? non Sanctum? A primis annis in aſcetica vita laborib. deſudantẽ legitimè ſubditum, obediens, aduerſus animi motus viriliter pugnans, incorruptum corpus afflictationibus cuſtodiens, quib. illud continebat, & in ſeruitutem redigebat, ſine apparatu comedens, ſic dormiens cùm adhuc ſanus eſſet, vt in admirationem raperet intuentes, ſeceſſum colens, vt plurimum quoad poterat, & ad ſeipſum reflectens, atq; ad diuinum amorem inde aſſurgens. At ne quis fingi à me hoc exiſtimet animi gratiâ propter audientes: teſtis eſt Deus, & qui eius pædagogus fuit Ioannes, à quo mihi eorum quæ neſciebam explicatio. Atque has velut rude quoddam ſpecimen aſceticæ diſciplinæ.*

DE IACOBO MONACHO PRÆCONIA.

XXVI. *In confeſſione autem quot & quanta? Spectaculum factus eſt Angelis & hominibus. O forte, Deoq; carum cor! Ingreſſus eſt ſtadium, tamquã Dei miles impauidus, intrepidus, hinc inde tenebrarum miniſtri terga verberibus laniarunt, pectora, brachia, ſanguinẽ hauſerunt, carnes conciderunt, humi ſtratum Sanctum reliquerunt, ſanam vocẽ nullam prorſus mittentem, ſed martyrium Deo perfectum explentem, & hoc pro Chriſto Filio Dei ac Deo noſtro. Nam pro ſacra eius imagine decertare, pro eo ipſo eſt martyrium pati. Audiant manſueti & lætentur: exultent Martyrum amatores & tripudient. Confundatur diabolus: confidat Iconomachorum caterua. ex vtrorumq; operibus iuxta dominum* [e] *mandatum, vtroſq; agnoſcite. Hi enim non hunc ſolum, ſed multos è noſtris, & non noſtris, immo & noſtris (ſiquidem omnes vnum corpus ſumus in Chriſto Ieſu, qui eſt caput omnium) pariter dimxarunt, occiderunt, inediâ peremerunt, & quæ alia his conſentanea ſunt. Ille vero ex intolerandis illis vulneribus, membris omnibus ſolutus, & exanimatus, & corpus acerbiſſimis doloribus chirurgicæ curationi ſubiecit, & fractus inde ad finem vſq; tamquam quotidie moriens vitam traxit, & quidem cum gratiarum actione & quidem cum humilitate.*

[e] Matt. 20.

XXVII. *Quod ſi (vt ſcribis) ſuum etiam obitum prædixit, hoc ipſum conſequens erat ex certaminibus. Quia vero adiecisti, maximum ad funus concurſum fuiſſe etiam illuſtrium in vtroq; genere: id quoq; facit ad orationis teſtimonium. Neq; enim ad hominem obſcurum ſecundùm carnem, niſi Dei nutu talis factus concurſus eſſet. Ille igitur in cælum abijt, & appoſitus eſt ad commilitones, auctuſq; eſt chorus Confeſſorum ac Martyrum priorum, ex quo gaudium eſt in cælo, & animi lætitia, cuius precibus ſaluemur, fratres, ipſe autem condignam obſequij ſui mercedem nancîſcatur. Beati autem & qui conuenerunt, vereà pij, vereà Martyrum amatores, quorum pars cum eo ſit, quem extulerunt. De venerandis eius reliquijs, ſicut ſcripſi de canone, ſi Deo placet, faciam. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Etenim omnibus fratribus legi debet. Salutat vos dominus Ar. hiepiſcopus, protopresbyter, œconomus, & reliqui fratres. Dominus ſit vobiſcum. Amen.* hactenùs ipſe. Sed ex multis paucos recenſet, cùm tamen Græcorum Menologia ſuis quibuſque diebus, quibus ex carne ſoluti ſunt contineant plures ſanctos Martyres in hac perſecutione paſſos in Eccleſia celebrandos.

PLVRES MARTYRES SVB LEONIS ARMENI PERSECVTIONE.

XXVIII. Vt autem de rebus Occidentalibus aliquid attingamus, dicenda ſunt aliqua de cœnobio Caſſinate, vbi vigebat his temporibus monaſtica obſeruantia, ex quo tamquam ex fonte fluenta regularis diſciplinę manabant, cùm floreret viris ſanctiſſimis, & inter alios qui creatus fuit hoc anno eiuſdem cœnobij Abbas nomine Apollinaris, qui ea miraculorum gratiâ eſt ſublimatus, vt Lirim amnẽ ſicco veſtigio pertranſiret, vt [f] Leo Oſtienſis eſt auctor. Porrò dictum cœnobium haud pridem S. Adelbardus conſobrinus Caroli Magni petijt diſciplina monaſtica imbuendus, vt Paſchaſius in rebus ab eo præclarè geſtis [g] enarrat. Sed & ſub eodem quoque Imperatore Carolo Magno etiam ille ſanctitatis nomine inſignis primus Monaſterienſis Epiſcopus, Ludgerus nomine in idem S. Benedicti monaſteriũ peregrinatus, illic annis duobus & ſex menſibus excolendus monaſticis inſtitutis permanſit, quæ poſtea propagauit in Friſios atque Saxones: nam Friſiorum eſt delegatus Apoſtolus. teſtantur hæc Acta ipſius, à monachis Werdenſibus quàm fideliſſimè ſcripta [h]. Licet autem

COENOBIVM S. BENEDICTI CASSIN SANCTITATE FLORET.

[f] Leo Oſti. lib. 1. cap. 18.

[g] Apud Sur. die 2. Ianu. in Adelhardo.

[h] Extant apud Sur. die 26. Martij.

Digitized by Google

de remotis orbis partibus ad dictum cœnobium frequens eſſet acceſſus: illorum tamen qui ex diuerſis regionibus Italiæ tamquam ad ciuitatem refugij, atque ad aſylum Chriſtianæ libertatis illuc confluere ſolerent, ſeq; illic cum ſuis diuitijs Deo offerrent, frequentior erat aduentus, vt ex Leone Oſtienſe res eiuſdem monaſterij deſcribente quiſque poterit intelligere.

IESV CHRISTI
Annus 819.

PASCHALIS PAP. Annus 3. LVDOVICI 6. LEON. ARM. 6. IMPP.

I. ANNVS Redemptoris octingenteſimus vndeuigeſimus ſequitur, Indictionis duodecimæ, *quo Ludouicus Imperator* (vt veteres Annales Francorum produnt) *hieme conuentum habuit Aquiſgrani, in quo multa de ſtatu Eccleſiarum & monaſteriorum tractata atque ordinata ſunt, legibus etiam Capitula quadam perneceſſaria, quia deerant, addita ſunt.*

CONVENTVS AQVISGRANENSIS. Porrò eiuſdem conuentus habendi occaſionem eam præceſſiſſe, auctor eius temporis in vita ipſius, narrat his verbis: *Qua hieme Imperator in eodem palatio conuentum publicum populi ſui celebrauit: & renunciantes ſibi Miſſos de omni Regno ſuo, quos pro ſtatu ſancta Eccleſia reſtaurando deiecto vel confirmando miſerat, audiuit: quicquid vtile iudicauit, ſanctâ impellente deuotione ſuperaddidit, nihilq; intactum reliquit, quicquid ad honorem ſancta Dei Eccleſia perficere poſſe viſum fuit. Intereà Capitula quadam legibus ſuperaddidit, in quibus cauſa forenſes claudicare videbantur, qua hactenus veluti perneceſſaria ſeruantur.* hactenus de his ibi.

Imperator ſiquidem maximè pius Apoſtolicæ Sedis auctoritate (vt dicetur inferiùs) quibus valuit, ope, & conſilijs conſulere laborans Eccleſijs Gallicanis, per ſingulas prouincias legationes inſtituit ſingulas, mittens Epiſcopum & cum eo comitem, vnà cum legum Eccleſiaſticarum capitibus, quæ ſingulis darent deſcribenda Eccleſijs, quę obſeruare deberent. in hoc laborans, vt vigeret vbique in Gallicanis Eccleſijs cultus pietatis & ſacrorum canonum obſeruantia.

II. Extant ipſa Capitula Ludouici, immò & ipſa miſſio Legatorum per diuerſas prouincias, quæ ſic ſe habent: [a] *Volumus etiam vt Capitula, qua nunc & alio tempore conſultu fidelium noſtrorum à nobis conſtituta ſunt, à Cancellario noſtro Archiepiſcopi & Comites eorum de proprijs ciuitatibus modò aut per ſe aut per ſuos Miſſos accipiant, & vnuſquiſque per ſuam diœceſim ceteris Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & alijs fidelibus noſtris ea tranſcribi faciant, & in ſuis Comitatibus coram omnibus relegant, vt cunctis noſtra ordinatio & voluntas nota fieri poſſit. Cancellarius autem noſter nomina Epiſcoporum & Comitum qui ea accipere curauerit, notet, & ad noſtram notitiam perferat, vt nullus hoc pratermittere præſumat.* his habet additâ nomina Epiſcoporum & Comitum. Porro hi appellari conſueuerunt Legati Dominici. nam [b] ſubditur: *In Veſontio qua eſt diœceſis Bernoini Archiepiſcopi Hemointus & Monogoldus Comes. In Moguntia qua eſt diœceſis Heiſtulphi Archiepiſcopi, idem Heiſtulphus Epiſcopus & Doutbertus Comes. In Treuiris Hetti Archiepiſcopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadalboldus Archiepiſcopus & Æmundus Comes. In Rhemis Ebo Archiepiſcopus quando potuerit, & quando non licuerit Rhuotbardus Epiſcopus vius vice, & Rhuofridus Comes, ſint ſuper ſex videlicet Comitatus, id eſt, Rhemos, Catalaunem, Sueſſionem, Siluanectem, Belluacum, & Laudunum. Super quatuor verò Epiſcopatus, qui ad eam* A *diœceſim pertinent, id eſt, Nouiomacenſem, Ambianenſem, Teruanenſem & Cameracenſem. Rangarius Epiſcopus & Berengarius Comes. Senones Hieremias Archiepiſcopus & Donatus Comes. Rothomagum Vuillebertus Archiepiſcopus & Lagibertus Comes, Turonem Landranus Archiepiſcopus Rhoutbertus Comes: Lugdunum, Tarantaſia & Vienna Albericus Epiſcopus, & Richardus Comes.* Quæ verò hi qui miſſi ſunt agere deberent, iſta quæ ſubijciuntur, declarant his verbis [c].

[a] Lib. 2. Capitu. Franc. cap. 24.

CAPITVLARES LVDOVICI IMP. CONSTITVTIONES.

[b] Eod. lib. 2. c. 25.

III. RECTA DISPOSITIO RERVM GERENDARVM. *Commemoratio. Quid ad prædictorum Miſſorum legationem pertineat. Primum vt conuentum in duob. aut tribus locis congregent, vbi omnes ad eorum legationem pertinentes venire poſſint, & omnibus generaliter notum faciant, qualis ſit eorum legatio, ſcilicet ad hoc eſſe ſe à nobis* B *Miſſos conſtitutos; vt ſi quilibet Epiſcopus aut Comes miniſterium ſuum propter quodlibet impedimentum implere non poſſit, ad eos recurrat, & cum eorum adiutorio miniſterium ſuum adimpleat. Et ſi alis cauſa fuerit, qua per eorum admonitionem emendari non poſſit: per eos ad noſtram notitiam deferatur. Et ſi fortè Epiſcopus aut Comes aliquid negligentius in miniſterio egerit, per iſtorũ admonitionẽ corrigatur; & omnis populus ſciat ad hoc eſſe conſtitutos, vt quicumq; per negligentiam aut incuriam, vel impoſſibilitatem Comitis iuſtitiam ſuam acquirere non potuerit, ad eos primùm querelam ſuam poſſit deferre, & per eorum auxilium iuſtitiam acquirere. Et quando aliquis ad nos neceſſitatis cauſa reclamauerit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipſi vero Miſſi* C *non ſine certiſſima cauſa vel neceſſitate huc illucq; diſcurrant, niſi fortè quando tale aliquid in cuiuslibet miniſterio ad legationem ſuam pertinente ortum eſſe cognouerit, quod eorum præſentiâ indigeat, & ſine eorum conſilio vel adiutorio emendari non poſſit. Inde tamen debent eſſe ſoliciti, vt propter illorum negligentiam nihil in ſua legatione correctum remaneat. ſed vbi certam & veram neceſſitatem cognouerint, noſtram iuſsionem implere non negligant.*

[c] Lib. 2. Capitu. Franc. cap. 26.

IV. *Volumus* [d] *etiam vt omnibus notum ſit, quia ad hoc conſtituti ſunt, vt ea qua per Capitula noſtra generaliter de quibuscumque cauſis ſtatuimus, per illos nota fiant omnibus, & in eorum procuratione conſiſtant, vt ab omnibus impleantur. Et vbi forte aliquo casu impedimento, quod* D *per eos emendari non poſſit, aliquid de his qua conſtituimus ac iuſſimus, remanſerit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, vt per nos corrigatur, quod per eos corrigi non potuit,* &c. Dat enim in mandatis, vt quique Legatorum in ſuâ prouincia medio menſis Maij conuentus agant, in quibus quæ ſunt Eccleſiaſtica primùm perquirantur, ne quis deſit officio ſuo; inde reliqua quæ ad optimum populi totius regimen ſpectant, inueſtigent atque componant. Recitantur ibi ſingula capita, quæ in publico conuentu tractata cum Epiſcopis idem Imperator ſuâ Conſtitutione promulganda per eoſdem Legatos vbique ſancinit. primoque loco illud poſitum, ne loca ſacra vel ad ea ſpectantia aliquo modo alienari poſſint, idque ex præſcripta Conſtitu- E tione Leonis Papæ ea de re edita [e].

[d] Eod. lib. 2. c. 27.

[e] Eod. lib. 2. c. 29. 30.

V. Principibus verò illud tantum eſſe conceſſum, vt permutatione liceat, dando immobilia, recipere pariter Eccleſiæ immobilia. Sunt alia plurima quæ Anſegiſus Abbas Lobienſis (vt ipſe teſtatur in [f] præfatione, in ſecundum Capitularium librũ) collegit. ait enim: *Ea verò Eccleſiaſtica, qua domnus ac piiſſimus Ludouicus Imperator & Lotharius Cæſar filius ipſius ediderunt in ſecundo deſcripſi libello.* & paulò poſt: *Ipſa verò qua domnus Ludouicus præclarus Imperator & Lotharius Ca . . . filius illius fecerunt ad augmentum mundana pertinentia legis, in quarto congeſſi.* in quo hanc affixam habes inſcriptionem ſeu titu-

[f] Præf. in lib. 2. Capitul.

lum

lum: Capitula, quæ conſtituit domnus Ludouicus Imperator Salicis legibus addenda[a]*: quæ & Miſſi & Comites habere, & cæteris nota facere debent.*

[a] Capitul. lib. 4 cap. 13.

VI. IMITATVR LVDOVICVS CAROLVM IMP.

In qua quidem functione cùm ipſe teſtetur Ludouicus Imperator: ſe genitoris ſui in his exemplum ſectari, quo ſtuduerat rebus Eccleſiaſticis benè conſulere; conſtetque Carolum Magnum (quod ipſe præſando priori libro teſtatur) in eo inuigilaſſe, omneque ſtudium adhibuiſſe, vt Conciliorum decreta ab omnibus ſeruarentur, ſimulq; Romanorum Pontificum Conſtitutiones, vt etiã in ipſis Capitularibus ſæpè inuenitur expreſſum, dum Romanorum Pontificum decreta citat Leonis, Innocentij, Gelaſij, Hadriani & aliorum: planè apparet non nouas in Eccleſia eumdem Ludouicum Imperatorem ſanciuiſſe leges, ſed ſancitas eſſe ſeruandas ſuis legibus ſtatuiſſe, & ſi quæ nouæ additæ eſſe reperiuntur, eaſdem illas omnes, Epiſcoporum conſpirante ſententiâ, conſcripſiſſe, atque per dictos Legatos ſeruandas mandaſſe; atque auctoritate Pontificiâ roboraſſe.

VII.

Ne tu igitur exiſtimes, Lector, dum audis ſingulis fermè annis collectas per eoſdem Imperatores Synodos & ſancitas leges Eccleſiaſticas, id abſq; Romani Pontificis auctoritate ab eis eſſe præſumptum: plura hic voluimus congeſſiſſe loca, quibus oſtendatur, nihil ab ipſis abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate eſſe tentatum. Qui Ludouici leges collegit Benedictus Leuita in præfatione ipſis prępoſita, hæc habet: *Agnoſcant omnia hæc prædictorum Principũ Capitula maximè Apoſtolicâ auctoritate fore firmata. poſt iſta quoq; quæ ſequũtur, eadem auctoritate, maxima (vt diximus) ex parte, & omnium Francorum vtriuſq; ordinis virorum aſſenſu ſunt roborata.* recitat idem eiuſdem Ludouici Imperatoris decretum de cuſtodia Pontificiorũ decretorum his verbis: [b] *Ita vnanimes diuinis & Apoſtolicis Conſtitutionibus ſeruiatis, vt in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Vt nulli fas ſit, ſine ſtatus ſui periculo vel diuinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare.*

[b] Capitul. lib. 6 c. 267.

DECRETORVM ROM. PONTIFICVM OBSERVANTIA.

VIII.

Sed & conſueuiſſe Ludouicum Imp. auctoritate in primis Pontificiâ eiuſmodi vnà cum clericis & laicis conuentus cogere, idem collector Benedictus Leuita in [c] ſecundo à ſe addito Capitularium libro teſtatur, nempe hoc ipſum de auctoritate Apoſtolicæ in his agendis à Ludouico Imperatore impetrari ſolita, affirmat his verbis in titulo ſubſequentium Capitularium: *Hæc Capitula domni Ludouici in Ingilheim Apoſtolicâ auctoritate & ſynodali ſanctione omnium videlicet clericorum & laicorum generaliter conſenſu atque hortatu decreta.* hæc ibi.

[c] Eod. lib. c. 96.

AVCTORITATE APOSTOLICÆ SEDIS SANCITÆ LVDOVICI LEGES.

Porrò non auctoritate ſolùm in eoſdem Francorum Reges agere conſueuiſſe, ſed & hortatu etiam Apoſtolicæ Sedis, teſtatur eiuſmodi Caroli Magni ad legem quã de militari expeditione ſanxit prælocutio verbis iſtis: [d] *Carolus Dei gratiâ Rex, Regniq; Francorum rector, & deuotus Eccleſiæ defenſor atq; adiutor in omnib. Apoſtolicæ Sedis hortatu, omniumq; fidelium noſtrorum & maximè Epiſcoporum ac reliquorũ ſacerdotum conſultu, ſeruus Dei &c.* Sed hæc ipſa idem Imperator affirmat, cum de iiſdem agens hæc ait: [e] *In quantum valemus & poſſumus, adiuuante Leone Papa & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio vſi hoc egimus* &c. itemque rurſum: [f] *Omnibus vobis tàm præſentibus quàm futuris ſcire cupientibus, quia ideò conſultu Sedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum* &c.

[d] Capitul. lib. 7. c. 104.

[e] Eod. lib. c. 91.

[f] Eod. lib. cap. 104.

Eod. lib. cap. 105.

IX.

Quin etiam & illud noſcitur eſſe factum, vt licet auctoritate Romanorum Pontificum iidem ab Imperatoribus celebrati fuerint conuentus: cùm verò in rerum conſultationibus aliquid quod videri poſſet arduum, vel quid magni momenti cõſulendum eſſet: id nequaquam niſi conſultâ rurſum Apoſtolicâ Sede definire præſumpſerant. Eſt de iis certum exemplum in eorum conuentu, cùm de auctoritate Chorepiſcoporum eſt dubitatum. vbi poſt alia [g] hæc Imperator: *Quod iurgium cùm enucleatiùs diſcutere voluiſſemus: placuit nobis ex hoc Apoſtolicam Sedem conſulere, iubente canonicâ auctoritate, atque docente: Si maiores cauſæ in medio fuerint deuolutæ, ad Sedem Apoſtolicam, vt ſancta Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, incunctanter referatur. Quapropter Arnonem Archiepiſcopum miſimus ad Leonem Apoſtolicum, vt inter cetera quæ ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, vt quicquid ſuper his definiendum eſſet, Apoſtolicâ auctoritate à noſtris Epiſcopis regulariter ſopiretur.* & inferiùs de eadem Apoſtolica auctoritate in cogendis Synodis Gallicanis: *Decretum namque eſt in illa Synodo, quam Reginisburc pro eadem vel pro aliis cauſis Apoſtolicâ auctoritate præfato prætextu habuimus* &c.

[g] Eod. lib. cap. 187.

IN DVBIIS SEMPER CONSVLEBATVR APOSTOLICA SEDES.

X.

Et quid amplius? Nullius prorſus eſſe auctoritatis quod contra Apoſtolica decreta ſanciretur, idem ipſe Imperator cõſtituit eo Capitulo vbi ait: [h] *Conſtitutiones contra canones & decreta Præſulũ Romanorum, ſeu reliquorum Pontificũ, vel bonos mores nullius eſſe momẽti.* Quin etiam ſtatutas ab eis Synodos per ipſos Romanos Pontifices atque eius Vicarios irritas poſſe reddi, idem ſancitâ lege decreuit, quæ ſic ſe habet: [i] *Vt Comprouincialis Synodus retractetur per Vicarios Vrbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreuerit.* Nouerũt quippe iidem Imperatores nullius eſſe momenti Synodum, quæ abſq; auctoritate Apoſtolicæ Sedis quibuslibet ex cauſis cogeretur: quod & his ingenuè ſunt verbis profeſſi: [k] *Nullus Epiſcopus niſi canonicè prouocatus & in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolicâ auctoritate conuocata (cuius iuſſione Domini & meritis beati Petri Apoſtoli ſingularis Conciliorum congregandorum auctoritas & ſanctorum canonum ac venerandorum Patrum decretis multipliciter tradita eſt poteſtas) ſuper quibuslibet criminibus pulſetur, id eſt, iudicetur, audiatur vel impetretur,* &c.

[h] Capitul. 7. c. 265.

NIHIL VSVRPANDVM CONTRA DECRETA ROMANORVM PONTIFICVM.

[i] Eod. lib c. 267.

[k] Addit. 4 ad lib. 7. cap. 12.

XI.

At non ſatis viſum Chriſtianiſſimis Imperatoribus, nihil inconſultâ Apoſtolicâ Sede tẽtare, decernere vel definire; ſed quæ eius auctoritate cœpta atq; perfecta eſſent, adhuc tamẽ ipſis viſa ſunt indigere Romanorum Pontificum confirmatione antequã in publicum ederentur. teſtatur hæc quidem ipſe Benedictus Leuita, qui in fine libri ſeptimi Capitularium à ſe collectorum hæc habet: *Maximè trium vltimorum Capitula iſtorum librorum Apoſtolicâ ſunt cuncta auctoritate roborata: quia his cudendis maximè Apoſtolica interfuit legatio. Nam eorum nomina præter trium, id eſt, Leonis, Sergij, & Gregorij hic non inſeruimus, licet ea per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus, vitantes legentium atq; ſcribentium faſtidia. Si quis autem pleniùs ea noſſe voluerit, illorum legat authentica, quib. illa inſerta reperiet.* hæc Benedictus Collector ipſorum Capitulorum Caroli Magni & Ludouici Imperatorum. Iſta quidem tàm exactè & copioſè notata de Capitularibus ſanctionib. Francorum Principum dicta ſunto ad confutandam Nouatorum perfidiam, qui exemplo Caroli, Ludouici & aliorum Chriſtianorum Principũ ius condendarum legum Eccleſiaſticarum tribuunt Regibus & Imperatoribus. Tantum enim abfuit Ludouicus à condendis legibus ad Eccleſiæ perſonas & res ſpectantibus, vt etiam nec putaret licere ſibi, ſuisque Epiſcopis abſq; auctoritate Romani Pontificis de

CAPITVLARES CONSTITVTIONES CAROLI ET LVDOVICI IMPP. SÆPE CONFIRMATÆ AB APOSTOLICA SEDE.

NOVATORES ARGVVNTVR.

his quæ

A his quæ ſpectant ad Eccleſiaſticas controuerſias vel tantum pertractare atq; diſſerere, niſi primùm de his licentiam accepiſſet ab ipſo Romanæ Sedis Epiſcopo, vt tum ea ipſius Ludouici, tum etiam ex Epiſcoporum litteris inferiùs ſuo loco recitandis apparebit. Sed de his iam ſatis.

XII. Hoc eodem anno Ludouicus Imperator duxit vxorem Iudith filiam Huelphi Comitis quã creauit Auguſtam, cũ iam anno ſuperiori quinto Nonas Octobris mortua fuiſſet Irmingardis coniunx Imperatrix. Hæc veteres Francorum Annales. De nobiliſſima ſtirpe Bauarorum fuiſſe Iudith, Theganus affirmat. quanta hinc mala in ipſum Ludouicum emerſerint, vix dici poteſt.

CONVENTVS IN VILLA ENGELHEIM HABITVS.

B Eodem anno alium habitum eſſe à Ludouico conuentum æſtatis tempore in villa dicta Engelheim ijdem annales habent, in quo præter illa quæ ad res bellicas ſpectantia, tractata ſunt, actum eſt de his qui res ſiue perſonas Eccleſiaſticas infeſtãt. de quibus agens Benedictus [a] Leuita in collectione Capitularium hæc habet ſub hoc titulo: *De his qui rapinas intra Regnum faciunt.*

[a] *Capitul. li. 5. c. 96.*

Ex Capitulis domini Ludouici in Engelheim Apoſtolicâ auctoritate & Synodali ſanctione omnium videlicet clericorum ac laicorum generaliter conſenſu atq; hortatu decretis. vbi mox in fine decreti aduerſus eos qui res furantur Eccleſiæ hæc habentur: *Qui de rebus Eccleſiaſticis aliquid abſtulerit, grauiùs inde iudicetur, quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur, qui ex his aliquid abſtulerit aut rapuerit. Infames quoq; tales perſonæ vſq; ad ſatisfactionem Eccleſiæ quã læſerint ſint habendæ.* pergit dicere ſubſequentibus Capitibus de his qui appetunt armis perſonas Eccleſiaſticas, ac de alijs. quæ tu ocioſè conſulas.

C XIII. Hoc eodem anno, menſe Iulio Paſchalis Papa de confirmatione priuilegiorum Rauennatis Eccleſiæ Apoſtolicas litteras dedit ad Petronacem Archiepiſcopum eiuſdem Eccleſiæ, quas corroſas nonnihil vendicatas à tineis cuſas habes apud Rubeum [b].

[b] *Rub. hiſt. Rauen. li. 5. ſub hoc anno.*

D Iam verò ad res Orientis recurrat oratio, in his quæ ſpectant ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſtatum perſecutione Leonis Imperatoris vehementiſſimè perturbatũ: Abſoluitur hoc anno diri carceris Theodori Studitæ de quo multa ſuperiùs, annus tertius, quo menſe Februarij idem rurſus ad acriora reuocatur tormenta. quâ autem occaſione, tum ex Michaelis eius diſcipuli ſcriptis, tum ex ipſius Theodori epiſtola palàm fiet. Michaël enim hæc ait: *Triennio autem integro poſt id tempus in eo carcere perſeuerans, permultis incommodis conflictatus eſt, præcipuè ob ſtomachi intumeſcentis dolores, qui ei morbus aſſuetus ac velut collactaneus erat. Necdũ verò ab his malis reſpirabat, cum acrioribus rurſùm alijs, ô Dei iudicia! ex inſucco ac ſolis oſſibus hærente corpuſculo exercetur. Inciderant in manus Imperatoris, neſcio vnde, litteræ, quas Sanctus dictarat, & immanem illum immenſo furore accenderant, vt quæ illius amentiæ, ſtupoq; notam, indiciumq; continerent: Has ergò mittit è veſtigio ad eum quem diximus Magiſtrum militum Orientis, addito mandato, vt ad Sanctum ipſemet proficiſcatur, litteras oſtendat, eumq; ad extremum vſq; ſpiritum acerrimè diuerberet, vt tandem, inquit, deſiſtat à contumacia.*

LITTERÆ THEODORI ALLATÆ AD IMPERATOREM.

E XIV. *Qui ſimulac aduenit, primùm illud interrogat: eius ne litteræ vel alterius eſſent, quas manibus gerebat? Patre autem ſuas eſſe nec alterius affirmante, nullum aliud verbum addens, Nicolaum prius eius diſcipulum, tanquam epiſtolæ notarium, in oculis magiſtri nudum extendi, cædiq; imperat. Deindeq; Sanctum ipſum exuens, centum illi verberũ plagas imponit, omnia propemodum membra diſſecans, oſſiumq; ipſorum nexus, & colligationes deſtruens, quæ ſola illi ſupererant. Tranſit inde rurſus ad Nicolaum, tamen illũ propter verbera molliorem factum; verbiſq; aſperrimus ad ſacrarum imaginum, magiſtriq; eiurationem inſtigat. Vt verò fortiorem illum quàm antea eſſe ſenſit: cum loris intextis, viminibuſq; recèns exciſis, manus ac pedes reliquũq; corpus dilanians iteratis plagis exulcerans, ſub dio ſic affectum reliquit: duplici tormento vexandum frigoris ac verberum doloris: tum enim Februarius menſis agebatur.*

ITERVM THEODORVS FLAGELLATVR.

A *Quo autem tempore hæc Sanctus illic cum diſcipulo patiebatur: mulier in Bithynia, quam dæmon obſederat, vehementiùs ab infeſto ſpiritu agitari cœpit, oculos indecorè torquens, ſpumaſq; ore deſpuens, atque huiuſmodi verba interciſa voce proferens: Leo meus verbera iterum miſit*

DIABOLVS IN ARREPTITIA QVID DE THEODORO.

B *ad Theodorum, eiuſq; carnes lacerauit. Ite, inquit, & afferte mihi reſponſum. Veruntamen nolite ad eum propius accedere, ne vos flamma exurat, quam ore gerit. Deinde interpoſito breui ſilentio, iterum vociferabatur: Quid hoc rei eſt? Nihil eorum factum eſt, quod volebamus. Sciebam illum propter plagas minimè flectendum, vt qui auxilio habet præſentem, & humeris ſuis inſidentem virtutem. Et hæc quidem mulier energumena, procul licèt poſita, longeq; ab illo diſtans, enuntiabat; indicans opinor, eximiam quæ Sancto inerat virtutem atque gratiam, eumq; in omnibus tormentis inſuperabilem fore, ipſos adeò infeſtos ſpiritus fruſtrà infrementes, cladem ſuam cognoſcere, & miniſtros ſocios aduerſus inuictum athletam armare.*

C Ita quidem diuinâ ſapientiâ factum quis neget? nimirùm vt omnibus præſentis ſæculi & ſequentium etiam pariter innoteſceret, in hac dogmatum pugna à qua parte adſtaret diabolus, à qua verò contrà Deus ſummâ virtute ſuis aſſiſteret: vt in tanto certamine, veluti ex quadam teſſera militari qui veritatem defenderent, qui verò mendacium, tùm illis qui tunc viuebant, tùm poſteris, cùm idem rurſus certamen exoriretur, omnibus palàm fieret: ſicq; vel ex hoc ſciant infeliciſſimi Iconomachi, ſub cuius Principis vexillis militent; gaudeant verò Orthodoxi, ſe vnà cum Deo pro veritate tuenda aduerſus dæmones prœliari. pergit verò Michael. XV.

MANIFESTVM SIGNVM DOGMATIS VERITATIS.

D *At diuinus ille Pater intolerabiles dolores ex acerbiſſimis illis verberibus ſuſtinens, humi iacebat exanimis prorſus, omniſq; ſenſus expers, niſi quatenus dolores ipſos ſentiebat, non cibum, non potum, nec breuiſſimum ſomnum accipere poterat, nec aliud demùm ex ijs quæ moribundis ac deficientibus dari ſolent. Quem ſic affectum cernens diſcipulus, ſui ipſius curam omittens, quamquam & ipſe peſſimè habebat, totus in illius curam conuertitur, ac ptiſanæ aliquantulum depoſcens rigare arentem Patris linguam cœpit, modicoq; in os infuſo potu, nonnihil eum refocillauit, ac veluti mortuum vitæ reſtituit. Vt verò vitalem ei vim rediiſſe ſenſit, ad marcida iam membra medicanda ſe conuertit, pleraq; enim carne penitùs corruptâ & graueolente tabo ac ſanie confectâ putruerant, & cernere erat partes alias ab alijs pendentes, omnes ad vſum*

NICOLAI ERGA THEODORVM CARITAS.

E *iam factas inutiles: quam ob cauſam cultello eas detruncat, & à ſanioribus auellit: ſi hoc fortè pacto reliquæ cohærere poſſint, cicatricemq; obducere.*

XVI. *Nonaginta totos dies intolerabili dolore perfunctus Pater, nullâ prorſus vel temporis puncto perceptâ requie, in medijs adhuc laboribus labores alios & duriores carceres, & longiora itinera ipſe, qui oſtij limen egredi vix poterat, naciſcitur, ſæuiſſimo Tyranno nouos ei cruciatus affatim ſuppeditante. Mox enim ab illo citatis itinerib. adfuit barbarus homuncio, ferox atq; intractabilis, pecuniæ mani. ipiũ, pecuniamq; animo & voto ſibi præſagiens. Tales enim eſſe oportebat, qui impij iuſſa exequerentur. Qui ſimulac ad locum peruenit, hoc ſibi primum propoſuit, rimas &*

SMYRNAM TRANSFERTVR THEODORVS.

angulos omnes carceris perſcrutari, parietes effodere, terram egerere, ſicubi aurum reperiret, manibus explorans. Exiſtimabat enim ſceleſtus aduerſantes doctrinam pecuniâ redimere, Patremq́ue magnam auri vim repoſitam habere, animoq́ue inſatiabilis eſſe, quamuis cæteris ſibi indigeret. Vt verò ſenſit ſe fruſtrà laborare, ac ſtultè ſibi perſuaſiſſe (vbi enim illic auri quod dicitur vmbra?) Tùm malam mentem in alijs explet: iniurijs enim plagiſq́ue affectum cum diſcipulo Sanctum è carcere eijciens, ambos aſſectantibus famulis tradidit Smyrnam (illuc enim deſtinarat) omni feſtinatione ducendos. Qui igitur menſe Februarij verberibus eſt affectus, & nonaginta diebus in eodem carcere ægritudine poſt verbera confectus iacuit, menſe Maij indè tranſlatum Smyrnam perducendum ad arctiorem cuſtodiam & grauiores pœnas ſubeundas, poſſumus intelligere.

XVII. Eſt de his omnibus quæ in eo loco nouiſſimè paſſus eſt egregia eiuſdem Theodori epiſtola ad diſperſos fratres; quos ipſe ad continendum in officio, & perſeuerandum in confeſſione plurimum laborauit, cùm plerique ex illis fracto iam inciperent eſſe animo & diffluerent à priſtino illo mentis propoſito atque conſtantia. Videre eſt ex ea quàm celſo eſſet in cruciatibus perſiſtendis mentis propoſito Theodorus, quamq́ue ex iteratis ſæpè tormentis vegetior factus ſpiritu, ſurgeret ad conſulendum aliorum ſaluti, quorum infirmitas ipſi maiorem cruciatum afferret quibuſuis plagis impoſitis. Qui igitur propter ſcriptas ſuperiùs à ſe litteras tanta nuper paſſus eſt, alias rurſum ſcribere litteras nō detrectat. Epiſtola autem iſta plurimâ commendatione digna, vtpote quæ verè Apoſtolicum in omnibus ſpiritum ſpiret, & antiquos Martyres in tormentis exultantes, & humilitate ſe cuſtodientes in omnibus repræſentet. ſic ſe habet [a].

SVIS PASSIONIBVS THEODORVS ROBORAT TITVBANTES.

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 38. Cod. Colum.

Theodorus vbique diſperſis fraternitatibus.

XVIII. THEODORI EPISTOLA AD DISPERSOS FRATRES.

Gaudete fratres mei ac Patres deſiderandi, quoniam gaudij adſunt nuntia. Digni rurſum habiti ſumus indigni, qui pulchram confeſſionem confiteremur. Rurſum plagis affecti ambo ſumus pro nomine Domini. Etenim & frater Nicolaus pulcherrimè & fideliſſimè decertauit. Vidimus ex carnibus noſtris fluentem in terram ſanguinem: conſpeximus vibices, ſaniem, & quæ his adiuncta. An non hæc gaudij ſunt? Sed quis ego ſum infelix, qui vobiſcum dignis Christi Confeſſoribus adnumerer omnium hominum inutiliſſimus? Cauſa autem, cuius gratiâ hæc contigerunt, priſtina fuit Catecheſis, quæ cùm in manus veniſſet Imperatoris, ad Magiſtrum militum eam miſit, comitem cohortis ad nos venire iubens. Qui cum ducibus ac militibus intempeſtâ nocte adueniens, & domunculam in qua eramus repentè obſidens cum clamore, veluti feram nacti: obiectum ſeptum per foſſores celerrimè perfregit, deinde protulit, excuſſit, oſtendit Catecheſim. Confeſſi ſumus, nos eam feciſſe, ſicut Deus voluit.

Et ille vnum hoc petebat ſolum, vt ad Imperatoris voluntatem deſcenderemus. Reſpondimus quod veritas poſtulabat: Abſit. Deum noſtrum non ita negamus, & alia quæ conſentanea erant reſpondere. Tum acriter ab eo verberati ſumus. Et frater quidem nihil boni neque poſt primam comprehenſionem & inſcriptionem in ærumnis paſſus eſt: Ego verò humilis febribus immenſis correptus & intolerandis doloribus, parùm abfuit quin vitâ priuarer. Attamen bonus Deus ſenſim miſertus eſt mei, adiuuante fratre in quibus decuit, etſi adhuc maneant plagæ ad integram ſanitatem nondum perductæ. Hæc igitur ſic ſe habent. vim mali vobis expoſui (id cupere vos ſciui) ad condolendum.

XIX. *Quid autem poſt hæc? minæ grauiores, cuſtodia arctior; nam & verbera cuſtodibus & cuſtodiæ præfecto propoſita. Vt nec mutire nobis, nedum aliubi ſcribere liceat. Deterrebimur ergò, & ſilebimus, obedientes præ timore hominibus & non Deo? nequaquam ſanè. Sed quamdiu tanuam nobis aperit Deus, non deſiſtemus, quod in nobis eſt, officium præſtare, reformidantes ac timentes impendens ſilentij iudicium. Quod ſi ſubtraxerit ſe, inquit, [b] non placebit animæ meæ. & rurſum Apoſtolus: Nos verò non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Hanc ob cauſam hæc epiſtola mea ad omnes quidem diſperſos fratres, qui perſecutionis tribulationem ſuſtinent, præcipuè autem ad vos Confeſſores Christi. Suſtineamus fratres mei cariſſimi, magis ac magis corroborati, & non conterriti in afflictionibus. Carnes ſunt, ne parcamus. Pro Christo tormentis ſubiecti, exultemus. Cui abundant labores, amplius gaudeat, tamquam præmijs abundans. Qui verberum pœnas reformidat, metum exſuſcitat, ſempiternos cruciatus recogitans. Illorum enim plagæ, ſi cum his conferantur; ſomnium ſunt, & ſagittæ paruulorum. Ne quæſo, obteſtor. In ærumnis pro Christo delectemur, quantumuis ſecundùm carnem ſint amaræ.*

[b] Heb. 10.

XX. *Contemplemur futura & permanentia, non præſentia & prætereuntia. Expetamus ſanguinem noſtrum Martyrum ſanguini admiſcere, partem noſtram Confeſſorum partis, vt cum eis exultemus in æternum. Quis prudens? Quis ſapiens? Quis bonus negotiator, vt det ſanguinem, & ſpiritum accipiat; carnem aſpernetur, & Regnum Dei conſequatur? Qui amat animam ſuam, perdet eam (ait [c] Dominus) & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam. Audiamus verba illius, & ſequamur eum. Vbi ego ſum, inquit, illic erit & miniſter meus. Vbinam ille? in Cruce. Et nos ergò humiles tamquam eius diſcipuli ibidem. Obſecro vos fratres, vt ſufferatis verbum exhortationis: etenim perpaucis ſcripſi vobis. Scitote nos gaudere & animum non deſpondere. quamdiu ſtatis in Domino. Salutat vos Nicolaus concaptiuus meus & laboris ſocius & commilito meus, veſter autem frater cariſſimus. Salutate inuicem in oſculo ſancto perſecutionem paſſi, eos qui perſecutionem paſſi ſunt; vniuerſi omnes qui vos amant in fide. Si quis non confitetur Dominum noſtrum Ieſum Christum, corpore depictum, anathema ſit à Trinitate. Gratia Domini noſtri Ieſu Christi vobiſcum. Amen.* hæc Theodorus in carcere antequam Smyrnam transferretur, quo poſt tres menſes arctiori cuſtodiæ mancipandus adductus eſt.

[c] Ioan. 12.

XXI. Reliquum eſt igitur, vt hic tibi pauca de eius itinere, & de Smyrnenſi carcere, quæ habet idem qui ſuprà auctor huius temporis Michaël Studita reddamus: *Diuinus ergo Pater*, inquit ille, *cui vires iam penitùs exhauſtæ, illo nihilominus fretus, qui ſpiritum dat mortuis, immites illos ſequebatur, qui eum interdum quidem & humaniter impellebant, noctu verò tamquam fugitiuum cippo olligabant. Poſtquàm verò maximis cum laboribus vix tandem Smyrnam attigit, eius vrbis Antiſtiti vnà cum diſcipulo traditur, viro inter hæreſis patronos principi, impietatiſq́ue magiſtro, à quo in obſcurum ſub terra carcerem retruſus, in eo manſit, vni omnium inſpectori Domino intendens; quem vnum in ærumnis conſolatorem habebat & cuſtodem. quando & propter ipſum ſolùm tot ſupplicijs affectus fuerat. Breui poſt hæc tempore ſuperueniens iterum ipſe Anaſtaſius, irâ feruens, Martyriiq́ue ſanguinis ſitibundus, qui verbera prioribus acriora Sancto inflixit, latusq́ue rediit ad Imperatorem, cum tertiò iam Theodorum cæcidiſſet, ita vt centenos per vices ictus pertulerit, diſcipulo eius pari pœnâ decertante; gratiaſq́ue pro his omnibus etiam agens vir patientiſſimus, Apoſtoli verba læto animo ſecum retinebat:* [d] *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelatur in nobis: & ſi compatimur, & conglorificabimur proculdubio: & patientia nobis neceſſaria eſt,*

CARCER SMYRNENSIS.

[d] Rom. 8.

propter

propter eam quam ſperamus beatitudinem, cuius adeptio exuperat omnem ſermonem & ſenſum. iſta Michael. Quid inſuper?

XXII.

Rurſum verò magnâ Dei largitate conceſſâ eidem Theodoro ibi degenti furtim ſcribendi ad ſuos monachos facultate, eâ beoe vſus, ipſos rurſus litteris monere non prætermiſit, ſcribeos poſt verbera ad eos epiſtolam Catecheticam, quæ ſic ſe habet [a].

[a] *Theod. li. 2 ep. 62. Cod. Colum.*

EPISTOL. THEODORI AD DISPERSOS FRATRES.

Nuper à vobis lectus ex Orientalibus, nunc ex Thracenſibus aduenio. Smyrnam enim nos tranſtulerunt Principes ſæculi huius, & arctiùs quàm in priori carcere, ſæuiùſque cuſtodiunt. Sed verbum Dei non eſt alligatum, nec quieſcit amor, nec ſilet mandatum: propterea humilis iterum loquor. Gaudete in Domino fratres & Patres, gaudete qui perſecutionem propter iuſtitiam patimini. Gaudete qui in montibus & ſpeluncis verſamini, ſed & qui in vrbibus, & deſertioribus locis abditi latetis. Si enim ſemper gaudere nos oportere, monuit Apoſtolus: [b] *Quanto nunc magis cùm pro Chriſto patimini, qui in tabula depictus eſt, qui in imagine ſua cernitur, qui per eam honoratur? Non mea ſunt infelicis hæc verba, Dionyſij ſunt ſanctiſſimi & Baſilij Magni. Nec iam tempus eſt, aliorum Sanctorum ſententias his litteris apponere.* his præmiſſis rurſus inuehitur in Conſtantinopolitanam ciuitatem, in ciues inquam illos, qui ſpreuiſſent monita Romani Pontificis, ſic dicens:

[b] *Phil. 4.*

XXIII.

ADVERSVS CONSTANTINOPOLITANAM ECCLESIAM.

Audi cœlum & auribus percipe terra, Moab ſpreuit, Byzantina videlicet, Angelicum iugum excuſſit, velut vitula inſaniens, imperium detrectauit. Vias tuas ſcire nolo, factis, verbiſque pronuntiauit, Corybantum more agitur, furit, ſanguinem bibit vt leæna vt aſpis aures obturat, reprehenſa reluctatur. Venit ad eam vox commonitoria velut è cœlo miſſa à ſupremo, à Romano throno: Quid feciſti, clamans, Chriſtum negaſti, Chriſti abrogans imaginem & Deiparæ, & Sanctorum omnium? Aperi obedientem aurem, audi Euangelica, Apoſtolica, Prophetica, paterna verba. & non admiſit, & non ſuſcepit, ſed auellens ſeipſam à primi verticis corpore Eccleſia (viuit ſiquidem etiamnum Nicephorus ſacer) aduerſus Deum omnipotentem ceruices erigit, Chriſto inſultans, ſancta proculcans. Talia ſunt eius facinora, deſideratiſſimi. Et nobiſcum Deus, Oriens, Occidens, Aquilo, Mare: In his gaudium. Sit luctus etiam propter eos qui pereunt. Agè ergo ſtate fortes, gratis animis has pro Chriſto ærumnas, quaſi theſauros abripientes. Tempus opportunum certantibus ſuauiter ſpirans, vnguentis flagrans tribulationum ſuprà omnia aromata. Fluit Martyrũ ſanguis in Eccleſiam, irrigans eam vltra quàm Edem quadruplicis fluminis fonte perfuſam. Accedunt Martyrum chori qui omni ætate fuerunt & Confeſſorum. Quæ beata olim prædicabantur, ea nunc oculis cernuntur. An igitur non feſtines ad certamen hæc audiens, faſtidiens montanam aut deſerti aut qualemcumque occultationem? Attamen manè vbi es habes & tu beatitudinem ingentem: ora, & lauda beatiores; percute mihi inaſpectabilem draconem: debella inteſtinum carnis bellum: vincat ſpiritus: ſeruiat corpus, vt libertate fruatur anima tamquam hera ac domina, pacem habens cùm Deo. Hoc ſi fiat quotidianum martyrium. A Deo texta corolla.

XXIV.

De nobis peccatoribus ne torqueamini, ſi cùm audieritis nos flagellis iterum cæſos fuiſſe. Tulimus precib. veſtris cùm gratiarum actione hilariter, etſi ad modicum acrimonià. Tantùm ne ſanctas manus veſtras extendere ceſſare. Speramus enim quamuis imbecilles, de Abimelech iſto ſpolia relaturos. Salutat vos plurimum Nicolaus frater veſter. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto, ſocij ſocios, parui magnos, atque in primis vicinos Patres. Cumque à vobis lecta fuerit epiſtola, ne pigeat & apud illos legi, ſi modò digna fuerit: quandoquidem vnanimes omnes, & vnum corpus, quamuis diuerſa membra. Dominus Ieſus Chriſtus vobiſcum & nobiſcum peccatoribus. Amen. iſta quidem Theodorus, vt apparet, poſt Smyrnenſem verberationem.

Sed quid ace dit? Cùm neque verberibus, neque alijs afflictionib. flecti poſſe videretur magnus iſte Theodorus Confeſſor: Præfectus blandimentis ſtuduit eum allicere, viſitans eum, ac potum dans, educenſque de carcere, atque honorans eum. Sed hæc omnia fruſtrà, perſtans ſemper ipſe eâdẽ animi fortitudine, vt ex his quæ ipſe in epiſtola hoc tempore ad Naucratium data declarat, cùm aliam ipſe accepiſſet ab eo epiſtolam. Sic igitur litteras ſcribebat ad Confeſſores è carcere, à Confeſſorib. & ipſe in carcere accipiebat è carcere pariter, Deo id largiente, vt mutuo ſe Sancti per litteras conſolarentur alloquio. Acceperat, inquam, his fermè diebus litteras à Naucratio diſcipulo ſuo qui detinebatur Conſtantinopoli vinctus in carcere, quibus certior redderetur de rebus geſtis Conſtantinopoli, & inter alia de litteris illuc miſſis à Paſchali Romano Pontifice, atque de alijs. Reſpondens igitur, & ipſe pariter de his quæ nuper accidiſſent litteras dedit de congreſſu videlicet, quem habuiſſet cum Magiſtro militum, quocum eâ diſpenſatione vſus eſt, vt ſalutatus ab eo ipſum eodem modo reſalutarit, & poculum acceperit. Sed qui tunc inter eos ſermones interceſſerint, ex ipſa epiſtola ad Naucratium reddita, intelligemus, nobis hic integrè recitanda, eùm rerum geſtarum tunc temporis narrationem contineat.

THEODORVS ACCIPIT LITTERAS A NAVCRATIO.

Naucratio filio [c].

[c] *Theod. li. 2 epi. 63. Cod. Colum.*

XXV.

AD NAVCRATIVM CONFESSOREM EPIST. THEODORI.

Non ſatiatur auris mea vocum tuarum auditu. Neceſſaria enim loqueris & opportuna: qualia & nunc audiens, ô fili egregie, chariſteria decantaui, quoniam nõ dereliquit in finem Dominus Eccleſiam ſuam, ſed illam vires ſuas adhuc habere docuit, fratres noſtros excitans ab Occaſu ad reprehenſionem temulentiæ noſtratium, & illuminationem in hæreſis caligine dimicantium. Quamquam recuſarunt præfracti, & cordis oculos non aperuerunt. Loquitur iſta dicens de Paſchalis Papæ litteris Conſtantinopolim pro Fide Orthodoxa aduerſus Iconomachos nuper allatis, quibus optimè congruunt, quæ mox ſubdit: *Teſtor nunc coram Deo & hominibus. Seipſos auulſerunt à corpore Chriſti & ſupremo verticali throno, in quo Chriſtus fidei claues poſuit, aduerſus quem non præualuerunt vmquam nec præualebunt vſque ad conſummationem portæ inferi, ora ſcilicet hæreticorum, ſicut pollicitus eſt qui non mentitur. Gaudeat igitur beatiſſimus & Apoſtolicus & nomine ſuo dignus Paſchalis, quoniam Petri opus impleuit. Exultet omnis Orthodoxorum chorus, quia ob oculos vidit Epiſcopatum Chriſti, ſecundùm ſanctos olim Patres noſtros.*

ECCLESIÆ ROM. PRÆCONIA.

XXVI.

Citatur locus iſte Theodori epiſtolæ ad Naucratium totidem verbis à Gennadio Patriarcha Conſtantinopolitano, quibus ipſe ſubijcit compellans aduerſarium: [d] *Audi quo pacto ea, nempe Romana Eccleſia, caput eſt Eccleſiæ Chriſti, cuius Petrus eſt primus Præſes; & quod numquam præualuerunt, neque præualebunt vſque ad conſummationem ſæculi hæreticorum effrænata ora, ſecundùm promiſſionem veracis Saluatoris? Si numquam præualuerunt hæretici aduerſus Chriſti Eccleſiam: quomodo audetis dicere, eam errare?* &c. Sed & idẽ ex eodem capite [e] ſuperius elegantem citat eiuſdem Theodori locum, cùm in eodem argumento verſatur, ſic dicens de eadem Romana Eccleſia: *Ergo ibi Eccleſiam confitebimur, vbi non eſt hæreſis, nec iniquitas, neque infidelitas, immò verò firma fides & inconcuſſa. At non ita apud Orientem, vbi abundat iniquitas & infidelitas. Nec meus ſermo hic eſt, ſed Theodorus Studites prodeat, & dicat teſtimonium, quod nemo poterit inficiari. In decimaquinta Catecheſi, quam legitis*

[d] *Gennad. in expoſ. pro Concil. Florent. cap. 5. Sect. 17.*

[e] *Ibid. ſect. 2.*

ROMANA ECCLESIA NVMQVAM ERRAVIT NEC ERRARE POTEST.

quidem, at non intelligitur, quia non vult. Videtur enim doctor hic aduerſus impugnatores imaginum pugnare, quando dicit: Audio autem quod Romæ principis Apoſtolorum claues proponuntur ad adorandum, atque in honore haberi, quamquàm non claues ſenſibiles Dominus ei tradidit, ſed intellectuales ad ligandum atq; ſoluendum. At illi argenteas populo proponunt ad adorandum. Tanta igitur apud eos eſt fides, & ibi ſolida petra Fidei, ſecundùm Dei verbum fundata. Hic verò, vt videtur, abundat infidelitas ac improbitas. Vides quod & beatus hic, ibi confitetur ſolidam eſſe Fidem, nec in Petro tantùm, ſed & in eius ſucceſſoribus? hæc ibi tunc Gennadius ex Theodori ſcriptis, quæ ſunt præ manibus. Pergit verò idem Theodorus in dicta epiſtola ad Naucratium in eoſdem Conſtantinopolitanos.

XXVII. *Cetera enim, vt Deo viſum fuerit, ferantur. Irriget Martyrum ſanguis Eccleſiam, augeſcat Confeſſorum chorus: hoc Deo gratum: hoc gaudium & exultatio, quamuis propter eos qui pereunt, miſerrimum. Quid dicere poſſint aduerſarij? Orientem non habent, Occidente priuati ſunt, à quinis verticis Eccleſiaſtico corpore (viuit enim etiamnum Nicephorus ſacer) auulſi ſunt,* ſic intelligens illos à quatuor Patriarchis atq; Romano Pontifice eſſe diuiſos: *igitur à Chriſto alienati ſunt: igitur mortui: igitur in tenebris ambulant. Quod ſi hæreſis principatum tenet in ſolitudine hoc faciunt & latrones, quippe qui occidunt etiam, vt iſti, ſanguinem, vt vno verbo dicam, fundentes. De his autem in hunc modum.*

Quantum verò concinam in Leontij mutatione? O maxima Dei prodigia! Tu quidem amice, ad hoc & illud Chriſti hoſtem transformaſti. Ego verò Cyprianizare illum in negocio arbitratus ſum extruſum ab Imperatore, ad certantes & in agone verſantes accurrere, iuxta celebrem Iuſtinam. Det Dominus vt in vtriſque tandem vtraque conſpiciantur. alludit ad Cyprianum atque Iuſtinam celebres Martyres. verùm hunc iterum lapſum, ex eiuſdem Theodori ſcriptis colligitur. pergit: *Cuſtodia tua quod interim reducta eſt, graue mihi eſt propter infirmitatem tuam. Ceterùm confortare & ſuſtine Confeſſor Chriſti * vt ante ſignificauimus. Vt autem clariùs adhuc cognoſcas, hæc addo. Clauſos etiam nunc tenet nos carceris præfectus. Quare, & quomodo? quoniam oportet diſpenſatione vti in rebus neceſſarijs.*

XXVIII. DISPENSATIO THEODORI. Quæ diſpenſatio iſta, qua ad modicum temporis ſpacium, impulſore ſpiritu, vſus eſt Theodorus? vt lucrari Præfectum poſſet, à quo ad congreſſum vocaretur, & ſermonibus tentaretur, vt aliquis in eo eſſet locus auditus Fidei, ne auſteritate diſciplinę penitùs abſterreretur, venientem ſalutauit, & bibit cum eo, ita ex Pauli [b] exemplo & doctrina, abſque Fidei præiudicio, & ceſſante ſcandalo, factus omnibus omnia, vt omnes lucrifaceret. Sed audi ipſum res geſtas proſequentem.

[b] 1. Cor. 9.

Quando in conſpectum venimus Chonarum hæreſiarchæ, ſic appellat Pręfectum illius prouinciæ *(illuc quippe deducti primùm fuimus ab ijs qui nos ex Orientalibus abduxerant) & genu fleximus, genu flectente pariter illo, & amplexi eum ſumus. & poſtquàm permiſit vt vnum in locũ conueniremus ego & dominus Athanaſius, bibimus vnà cũ eo ſemel atq; iterum, nequaquam tamen comedimus, obteſtante ſerpente, & inſuſurrante fraudulentia. Hac moderatione vſi ſumus, cùm abducti indè fuiſſemus ad draconem, quocum hic verſamur. Qui cùm ſeruim antè didiciſſet, nihil amplius vrſit, vt qui perſuadere non poſſet. Iniecit tamen, vt vidit nos, de argumento ſermonem, quia nihil eſt, inquit, aut perexiguum id de quo eſt quæſtio. Ad quæ reſpondimus: vel ex longè maximum eſſe. Quod ſi iubes, inquã, dic, viciſſim & audi. Sed omittamus in præſentia quod & factum eſt alia quidem dicere longum ſit. Ad finem tendit oratio, cuius gratiâ exorſus ſum.*

XXIX. *Putabat callidus ſe nos ſenſim pellecturum, non ſermone de imaginibus conferendo, ſed benefaciendo fortaſſe, & amicè colloquendo, & præfecturæ mentionem inferendo (thematibus enim quinque præfectus eſt) quin & Imperatorem diuinis laudibus extollendo. Venit, huiuſmodi colloquia mouet; & quod ne ſemel quidem fecerat in carcere, potum præbuit. Auxium accepi, ebibi, ter obſignans, factum extimui. paulò pòſt clam abducit. Inieci ſermonem de veritate. incitabatur & ille: ſententijs vltrò citroq; depugnauimus, ille quidem pleno ore ridiculè effutiente, me vero remiſſè in quibuſdam procedente, eò quòd ad Imperatorem tenderet ſermo, & ne cum tumultu ſeiungeremur. Poſtquam ſanè propoſitionem meam & ipſe obieci: non habuit quod reſponderet. & dixi: quænam eſt hæc blaſphemia? Pater & Spiritus ſanctus communicarunt in nos, quæ Chriſtus humanitus geſſit, an non? & ille annuit, & affirmauit, ita rem habere. Propter hæc remiſſa contentio, & quaſi à pugna diſceſſum eſt. At ille diſcedens: Ita putabam, inquit, hunc penitùs nihil ſcire, ſed & elinguem eum reddidi. Ego verò noram quidem illum ratione carentem, & fatuum quàm maximè cum impietate. Vnum autem quæſiui, vt actionem deponerem, & aliam perſonam agerem, qualem decet aduerſus ducem impietatis; quia nefas eſt, ante porcos mittere margaritas. Hinc magna cuſtodiæ cura, & interdictum, ne hominem vllum videamus, tametſi aliter diſpenſet Deus. Hæc licet per digreſſionem, neceſſariò tamen dicta ſunt, quod enixè poſtules, vt ab impij inſidijs liberemur. Frater tuus ſalutem dicit.* hactenus de his Theodorus. At quid poſt hæc?

DVX ORIENTIS AGIT DE NECE THEODORI. Idem ipſe Orientalium copiarum præfectus, vbi omne ſuum ſtudium in dimouendo Theodoro à confeſſione Fidei Orthodoxæ euaneſcere didicit: deſperatione victus Conſtantinopolim ſe contulit, actutum apud Leonem Imperatorem de inferenda nece ipſi Theodoro: quia iſta ſciens, lætus mortem quotidiè erat expectans. Sed Deus conſilium aduerſariorum irritum reddidit. eſt de his ipſius Theodori epiſtola ad eumdem Naucratium, quæ ſuo loco ſicut tempore, anni ſequentis exordio reddenda pariter erit.

IESV CHRISTI
Annus 820.

PASCHALIS PAP. Annus 4. LVDOVICI 7. LEON. ARM. 7. IMPP.

I. CHRISTI Redemptoris annus agitur octingenteſimus vigeſimus Indictione decimatertiâ, idemque perſecutionis Leonis Armeni annus ſeptimus, idemque nouiſſimus, ſed omnium acerbiſſimus, vt docent [b] litteræ Theodori Studitæ ad Naucratium, cùm ab Imperatore mortis reſcriptum opperiretur, quæ ſic ſe habent:

[b] Theod. li. 1 ep. 61. Cod. Cpl. um.

Naucratio filio.

INVALESCIT MAGIS PERSECVTIO. *Serius ad te ſcripſimus, frater cariſſime, ſed quia feruet etiam perſecutio, plaga, vincula, carceres, ſic eo qui nos detinet, ſpirante furoris & minarum, & hic & illic inuentos pios comprehendente, ac diuexante. Qui quidem in vrbem proficiſcens (ibi enim nunc agit) dicere non dubitauit: Rogabo Imperatorem, vt mecum ducam regium miniſtrum, qui aut capite penitùs obtruncet, aut linguam abſcindat. Neſcimus an verba ad exitum peruenerint. Ob hanc verò cauſam nos omnia diſpoſuimus, coniecturam ex alio etiam capientes, hominis ſcilicet peruerſitate, & concurſu Epiſcoporum, quandoquidem adſunt, vt fertur, quo tale aliquid perficiatur. Miniſter verò timore & me-*

tu per-

Digitized by Google

tu perculſus (graues enim minas anteà impius intentarat, morte propoſita, ſi vel leuiſſimi erratireus foret) chartam & atramẽtum nobis dare omnino reformidauit. Hinc tarditas. acceſſit ad impedimentum, quod audieram te ex carcere eductum eſſe. Sed & Sardenſem (qualis non deſinebatur) ob neſariam aliquod facinus capite plexum fuiſſe. vtraq; itaq; ex cauſa diſtulimus. Nunc autem conceſſum eſt, vt auribus tuis vox noſtra rurſum inſonet, ſignificans nos corpore valere (dicere autem liceat) etiam ſpiritu, ſanctis precibus veſtris cum beato Patre meo.

II. *Ad ea verò quæ indicaſti, quid dicam, aut quid loquar, niſi quod hæreſeos atrocitati congruat acerbitas perſecutionis? Quid enim videre velis, quando Chriſtus negatur per ſanctæ imaginis ſuæ contumeliam? An non fluentem ſanguinem, carnesq; conciſas? non afflictiones & anguſtias? non vincula & carceres, & alias omnis generis vexationes? non vaſa iræ præparata in interitum, ex quib. vnus eſt quem dixiſti? Et videbis frater etiam grauiora, ſi diutius duret hæreſis. ſed beati qui ſuſtinent, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Iam chori Confeſſorum & Martyrum exultant, lætantur, alios quidem per legitimam mortem ſuſcipientes, alios inuiſibiliter conſolantes & cõfirmantes. Et quid Martyres dica? Chriſtus ipſe, quem Martyres confitentur gaudens, & vnà certans, adeſt vnicuiq; confitentium. Niſi enim ita res eſſet, haudquaquam perferrent, qui præſentia perferunt ſtrenuè: haudquaquam mulieres virilem animum gererent ad exemplum antiquarum; haudquaquam laici & Senatores ad agones proſilirent: haudquaquam puellæ ipſa impiorũ marium aſpectum cõtemnerent: haudquaquam oſtenderentur vbiq; publicæ cuſtodiæ; nec refertæ eſſent ſolitudines & montes & ſiluæ & ſpeluncæ iis qui propter Dominum eiecti ſunt. non deniq; (vt concludam) concuteretur terra,* terræmotus enim magni inuaſerunt loca vbi perſecutio ipſa vigebat.

III. *Quarè manifeſtò credunt, perſecutionem pati Chriſtum; ſperandumq; ſimul & audendum, vt ſupplicia quæuis, in veritate credens, cum Chriſto, & adiuuante Chriſto, quiſque ſuſtineat. Hæc ſunt quæ narramus. Audiant manſueti & lætentur. Audiat Oriens & Occidens ea quæ apud Byzantium fiunt, & laudem dicat. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. hic certantium deſenſio, hic ſanguis fluit irrigans Eccleſiam Chriſti ſupra ipſam paradiſi Edem irrigationem:* [a] *Viuo ego, dicit Dominus: quoniã gloriſicantes me gloriſicabo. & qui me ſpernit, erit ingloriis. Deſcribe & tu, quiſquis es zelum Domini habens noua, ſeu potius diuina martyria, vt ſciant poſteri, quia Dominus verè in nobis eſt, viuitq; ſemen iuſtorum, & Chriſtum gerit aureum genus Martyrum, aduerſus quod portæ inferi non præualuerunt nec præualebũt; quemadmodum promiſit qui verax eſt. Durum, inquit,* [b] *tibi contra ſtimulum calcitrare. & aliter eſſe nequit. Ego quidem infelix hæc dico. Tu verò, frater fili, rependo mihi tuas preces. Saluta Cõfeſſores tuos nominatim & condiſcipulos, neq; hos tantum, ſed ſi poſſis, alios omnes electos Dei, electos ex millibus, lumina mundi, vaſa miſericordiæ, Deo vtiles deſideratos Trinitati quorum precibus ſaluemur & nos indigni. Te cum omnib. qui mecum eſt, ſalutat.* hucuſq; epiſtola Theodori vrgente magis perſecutione ad Naucratium data, eademq; nouiſſima huius Leonis temporis.

IV. ECCLESIA CONSTANTINOPOLITANA VIRESCIT.

Cùm ita quidem perſecutio magis ſæuiret, ipſe Deus ad confitendum atq; patiendum auxit numerum, & vires addidit, vt Conſtantinopoli ſpontè exurgerent qui liberè palamq́ue Fidem Catholicam profitentes damnarent impios Iconomachos, idque non monaſtici tantum ordinis cultores, ſed alij cuiuſuis conditionis & ſexus, adeò vt ciuitas illa deleret confeſſione eam quam ob negationem contraxiſſet infamiam: ita planè emortua penè illa & ſpiritus exors reuixit Eccleſia, vbi (vt ex Theodoro anno ſuperiori audiſti) ex Occidente venere Legati à Paſchali Pontifice miſſi, & lectæ ſunt Apoſtolico ſpiritu plenæ litteræ, quibus ſignificatum eſt, exciſos eſſe ab Eccleſia Iconomachos, & à ſpe ſalutis prorſus factos extorres. Tunc enim miraculum velut oſtenſum eſt [c] Ezechielis, dum oſſibus aridis inhærens ſpiritus, eadem compage Catholicæ Fidei iungens capiti viuere fecit, & confiteri palàm aduerſus rugientem Leonem Catholicam veritatem. Cùm diabolus ſentiens appropinquare iudicium, quo ſceptrum auferretur exactoris (ſecundum illud Ioannis [d]) ſciens quod modicum tempus habet, venit habens iram magnam, atque acriora aduerſus Eccleſiam prœlia concitauit: verum ad finem anni huius quieuit tempeſtas iſta, & mediâ hieme, ceſſante vento, tranquillitas inexpectata eſt Eccleſiæ reſtituta. quomodo autem id acciderit, paulò pòſt dicturi ſumus.

V. BARDA PERSECVTOR ÆGROTAT.

Modò autem quod accepit iudicium maximus perſecutor Barda Patricius cognatus Imperatoris militari adhuc præfecturâ conſpicuus, dicendum erit ex Michaële in Theodoro, cũ res ab eo Smyrnæ geſtas enarrat; ait enim: *Eodem tempore Bardas ille Imperatoris propinquus, quem & militaribus illis copijs præfecerat, graui morbo correptus, Smyrnæ in lectulo decumbebat, exiguum ſpiritum ducens, animamq; vt videbatur, breui exhalaturus. Is cùm remedia vndiq; tentaſſet, quod in tanto periculo fieri par erat: quidam ex eius familia qui Orthodoxorum partium erat, mentionem intulit Theodori, quantamq; à Deo gratiam conſecutus ſit, expoſuit. Et vis, inquit, ad eum confugere, eumq; aduocare, vt tibi opem ferat in extremis laboranti? Quo mox annuente (flexibiles enim ſunt quos vrget neceſſitas) feſtinãter abijt ad Sanctum, oratq; vt ægro ſalutem dare velit. At ille de infirmo, vt cognouit quis & qualis eſſet, curationem quidem tunc differt, graues dudum & atroces virium eius haud ignorans, eiq; vtiliorem adhuc morbum eſſe. Ceterùm ea illi denuntiat, quæ ſi vel minimum ſapiat, plurimum illi ad vitæ emendationem profutura ſint.*

VI. BARDÆ PŒNITENTIA MOMENTANEA.

Vide, inquit, in die obitus quid reſponſurus ſis, vitâ ſic tranſactâ tot malis in Orthodoxos irrogatis: Tu enim ille es, qui inter cetera monachos meos nefandis modis diuexans, ſupplicijsq; mactans, magnum & admirabili virtute Thadæum ſuſtuliſti quem duplex & vitæ & confeſſionis corona exornauit. at beatus nunc Thadæus cum Sanctis æterni gaudijs fruitur. Te verò inſtantibus pœnis quis eripiet cum tot tantisq; ſcelerum notis hinc abeuntem? Agnoſce nunc tandem vltimo in fine te ipſum, Deoq; reſponde, cui anteactorum tuorum pœnas daturus es. Mirabilis Deus in conſilijs ſuper filios hominum (legens iſta exclamare cogor) illum ipſum dirum perſecutorem monachorum Studitarum Smyrnam perduxit, vbi eorum Abbas S. Theodorus degebat vinctus in carcere, eumq; ipſi ſupplicem, vt reum Iudici reddidit, & pro vita impetranda rogare coegit, vt vinctus licèt in carcere Theodorus tamquam in regio ſolio conſtitutus de eius ſalute decernat; ipſe verò licèt regiâ cognatione clarus, magiſtratu quoque conſpicuus, & exercitu potens, vinctus tamen iacens duris vinculis conſtrictus lethalis morbi, à Sancto vitam quibus valuit precibus ſuppliciter atque humiliter deprecari cogatur. Ita planè Deus vbi vult, hunc humiliat [e] & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto inclinãs ex hoc in hoc, vt bibant omnes peccatores terræ. pergit verò Michael.

VII. BARDA PŒNITENS CONVALESCIT.

Hæc ægroto Sanctus cùm ſignificaſſet hominis mentem terrore perculit, permouitq; vt præterita vita culpas agnoſceret: ſtringens enim in tempore ſermo multò melior eſt ſermone molli. Itaq; ad Sanctũ mittit è veſtigio, veniam petens tan-

[a] 1 Reg. 2.
[b] Act. 9.
[c] Ezech. 37.
[d] Apoc. 12.
[e] Pſal. 74.

Digitized by Google

tens ſanctorum facinorum, oransq́; vt ſe præſenti periculo eripiat. Habebis me, inquit, deinceps obſequentem tibi, atq; ex legibus tuis vitam moderantem; tantum hoc mihi beneficium impende. Orantis commiſeratione tactus Theodorus, & morbum ſanauit, crebris precibus Deum exorans, & cum corpore vt anima ſimul melius eſſet effecit, miſſa ad eum Deiparæ imagine, quam totius vitæ cuſtodem haberet. Hanc enim (inquit) ſi amplectare, colasq́;, rectè ac feliciter ages in omnibus; ſin reieceris, grauiſſima ſenties, & cunctis abominanda mala.

VIII. BAADA MVTATIO ET INTERITVS.

Verùm amens ille, ac ſuprà modum ſtupidus, quaſi nihil noui accidiſſet, repentè animum mutat, rediitq; ad priſtinā hæreſin & errorem, peſſimo conſiliario vſus Smyrnenſium Epiſcopo, à quo olei vaſculo donatus, eulogiæ nimirum nomine & valetudinis confirmandæ: ſimul ac illo ſe vnxit, morbus illicò inuaſit, nefandumq́; caput lecto iterum affixit. Cui mortem ſtatim prædixit Pater ac perfidiæ præiudicium: Neque enim impunè ait, ferunt qui malis conſociantur. Vnde animam infelix ſubitò eijciens, peſſimi conſilij peſſimum finem inuenit. Atq; ille quidem hunc ex meritatis ſuæ quæſtum cœpit. Chriſti verò famulus annum integrum ac dimidium Smyrnæ degens in carcere; alacriter omnia cum gratiarum actione perferebat, generoſum animum nullis moleſtijs frangi ſinens. Quo tempore ad eū venerunt nonnulli ex antiquis diſcipulis, in quib. erat virtutem à puero complexus, admirabilis Dorotheus, Beſſarion item & Iacobus, Domitianus, ac Tithoes, aliiq́; plerique, vitâ inſignes ſinguli, fideq́; erga Patrem inconcuſsâ. ſubijcit his auctor dicere de impij Leonis Imperatoris interitu.

IX. De quo acturi, quæ de eo prædictiones præceſſerunt, quibus ſi compos mentis fuiſſet, potuiſſet Deum vlciſcentem placare in medium adducamus. Secundùm illud Dauidis: [a] Non relinquet Dominus virgam peccatorū ſuper ſortem iuſtorum liberè pro animo hominis impij agere: cùm infelix ad ſeptem annos maiorib. in dies progreſſibus perſecutionem propagaſſet, vlterius etiam producturus eam ſi licuiſſet in omniū Orthodoxorum interitū; ne id faceret, quàm opportunè occurerit Deus, licèt ſatis importuno loco & tempore eū ab aduerſarijs miſerando modo necari permittens. Iſta admodū tragicè quomodo ſe habuerint, à Cedreno rem geſtam ex illius temporis ſcriptore acceptam, in medium adducemus. Is enim à Michaële maieſtatis reo, qui ei ſucceſſit in Imperium, narrationem auſpicatus ſic incipit: *Michaëlus Amorienſis cùm ſemper ad vlteriora ac maiora pergeret, maieſtatis accuſatus, cùm ſe difficulter admodum purgaſſet, ab Imperatore miſſus eſt, vt diſciplinâ ordinum exercitus inſtitueret. Fuit is homo non ceteris modò vitijs deprauatus, ſed & linguam habuit effrænem, arcana cordis identidem effutiens, & quod in buccam veniret proferens. Ita & de Imperatore quædam parum honeſtè dixerat, minans ei Imperij priuationem, & vxori illicitas nuptias.*

[a] *Pſal. 124.*

MICHAEL BALBVS MVLTA IN IMPERATOREM.

X. *Ea cùm eſſent ad ſe allata, Imperator principio ſtatuit, arte eum a maledicentia ac prauis conſilijs detrahere (nouerat enim eum turpiſſimo linguæ immoderatæ morbo laborare) diſſimulata eorū quæ in ſe erant dicta, notitiâ. Cū autem interminatus, viſusq́; admonitionibus, deprehenderet eum in præſentia maledicta inficiari, rurſumq́; nactum licentiam ab incepto nõ deſiſtere: ſubmittit occultè auſcultatores, qui obſeruent hominem. Hi cùm notaſſent, eum ſæpenumero in conuiuijs atq; inter pocula, vino mente alienata, magno conatu propoſitum ſuum perſequi, rem Imperatori exponunt. plus etiam delatoribus Michaëlis fidei conciliauit Exabolius homo prudens, Regiq; familiaris, ipſi Michaëli non ignotus. Quem is cùm ſæpe ab immodica dicendi licentia eſſet dehortatus, monuiſſetq́; vt taceret, neq; tam intempeſtiuâ libertate oris in præſens periculum ſe conijceret: cùm non perſuaderet, omnia eius ſtudia Imperatori declarauit.*

XI. *Pridie itaque Natalitiorum Chriſti, Imperator præceptis indictis, in Archiuo pro tribunali conſidet, ipſe de his inquiſiturus. Ibi Michaëlus, re accuratè exploratâ, affectatæ tyrannidis reus peragitur. Ipſo etiam confiteri ſcelus ob probationum perſpicuitatem coactus. Ferturq́; in eum ſententia, vt in caminum lauacri, quod eſt in palatio, viuus coniectus crematur, inſpiciente Imperatore. Cùm iam ad ſupplicium duceretur, idq́; Imperator coràm cernere geſtiret: interim dum ſpacium, quo ad locum pœnæ veniret, perambularent: Imperatrix Theodoſia Arſaberi filia illa, quid agendum eſſet, cognito celeriter thalamo exit, Bacchæ cuiuſdam inſtar, motu furioſo ſeſe agens, Imperatoremq́; apprehenſum, flagitioſum ac Deo aduerſantem appellat, qui ne ſacra quidem diei parceret, Dominicum Corpus percepturus. Ita Imperatoris impetum ea cohibuit, vt metuens ne Deum offenderet; in præſentia ſalute Michaëlum donarit, compedibus modò ferreis incluſum, quarum claue ſibi retentâ, hominem Papiæ cuſtodiendum mandauit. Ad vxorem verò conuerſus: Feci, inquit, quod inſtiſti, mulier, tuis perſuaſus bacchationibus: ſed tu mox cernes & proles noſtra quid euenturum ſit, etiam ſi me hodie à peccato abſtinuiſti. Atque hoc quidem ille, quamquam à fatidica inſpiratione alieniſſimus, verè vaticinatus eſt.*

MICHAEL DAMNATVR MAIESTATIS REVS IN IGNEM.

XII. DE LEONIS INTERITV PRÆDICTIONES.

Fertur hoc oraculum Sibyllinum inſcriptum libro cuidam bibliothecæ Imperatoriæ, quo non oracula modò continebantur, ſed ſigna Imperatorum coloribus depicta. In eo libro depicta erat fera, leo, cui supernè in dorſo littera X ad ventrem vſq; erat inſcripta: Et à tergo vir quidam accurrens leonem haſtâ per ipſam litterā configebat. Cùm aquè oraculum obſcurum videretur, ſolus eo tempore Quæſtor interpretabatur, Leonem dicens, olim Imperatorem fore, qui ipſo Chriſti natali malâ morte eſſet interiturus. Neque minus Leonem perterrebat matri eius oblata viſio. ea enim per viſum acceperat, ſe cùm in ædem Deiparæ Blachernenſem crebrò commearet, virgini cuidam occurrere albatis viris ſtipatæ: porrò ædem ſe videre ſanguine repletam, & virginem cuidam albatorum mandare, vt ollam ſanguine impleret, matriq́; Leonis bibendam porrigeret. ſe autem multorum annorum viduitatem prætendere, cuius gratiâ neque carnes, neque quicquam ſanguine præditum guſtaſſet, ideoq; olla etiam hac abſtineret. Tum virginem iratam dixere: Qui ergo filius tuus non deſinet ſe multo cruore implere, eoq́; me & filium Deum meum irritare? Atq; ab eo tempore mater viſionem iſtam tragicè referens, non deſtiterat crimen dehortari, vt ab Iconomachorum hæreſi abſtineret.

XIII. S. TARASIVS IMMITTIT MICHAELEM IN LEONEM.

Perturbabat & alia haud modicè viſio, Taraſium Patriarcham nobilem illum iamdudum mortuum, Michaëlum quendam nominatim exhortari, vt in Leonem impetū faceret, lethaliq; ictu ſterneret. ſed hæc ob Ignatio in Taraſio paulo fuſius ita narrãtur: *Leo adhuc Imperatoria gloria ſceptra adminiſtrans & Iconomachorū hæreſim nefariã amplectens, cū ei appropinquaret vitæ finis, quo erat gladio feriendus (vt ipſe adhuc ſuperſtes ſua voce declarauit) vidit beatum Taraſiū in ſomnis ad eum accedere, & cū graui ira iubere cuidam nomine Michaëli, vt enſem in eum adigeret. Ille verò iuſſis morem gerens, gladio trãſegit Imperatorem. Hic aūt Leo multus in hoc fuit, eū qui in ſomnis ſauciauerat Michaëlem omnino conans inuenire in ſancti Taraſij monaſterio, eius interfectorē eſſe indicantium, fremens; quem etiã vt euerſorē Imperij, eſſe extrema paſſurū. Hoc.n. ei perſuaſit, vel quod factū erat, narrare monachis, à quib. cum nos quoq; miraculum tanquam maturū fructum decerpſiſſemus, venimus ad vos fideles afferentes tractorem lætitiæ. Non enim præterierat tempus ſex dierum, cum Michaël ſuſcepit ſceptra Imperij qui eum interfecit.* hæc Ignatius res geſtas ſui temporis proſecutus.

XIV. *Exagitabat eumdem Leonem monachi apud Philomelium*

prædi-

prædictio, & veſtis ſua à Michaële induta recordatio quam rem ſuprà poſuimus. Prædixit & interitum Leonis magnus ille Ioannicius Anachoreta, manifeſtauitq́; Euſtratio monacho id roganti. His omnibus terroribus actus imperator, metu concutiebatur, & anima fluctuabat, eamq́; noctem inſomnem exigens, ſapientiùs quàm ſibi commodum conſilium iniit. Nam perruptâ, quâ ad Papiam ibatur, portulâ, domum eius intrauit, ſpeculatum quid ibi gereretur. Ingreſſo domum eam ſpectaculum oblatum eſt, quod eum haud vulgariter perterruit. Vidit namque damnatum altè ac magnificè admodum extructo thoro iacere, Papia in nudo pauimento recumbente; curioſiusq́; aggreſſus, vt deprehenderet, an Michaël (quod ſolent anxij & in vitæ diſcrimine conſtituti) ſomnum ancipitem ac curis plenum, an contrà ſecurum atque ſuauem duceret: ſenſit eum profundo ſopori deditum, adeò vt ne contrectando quidem eum potuerit excitare.

IMPERATOR EXPLORAT CVSTODIAM MICHAELIS.

XV. Hoc autem inſperato ſpectaculo irâ acrius incensâ, diſceſſit, per ocium non Michaëli tantum, ſed ipſi quoque Papiæ exitium ſtructurus. Neque hæc res Papiam fefellit, quod quidam Michaëlis excubitorum ex puniceis cothurnis Imperatorem agnouerat; ipſiq́; quid actum eſſet, perſpicuè indicauerat. Itaque Papias cum ſuo animo grauiſſimè perturbatus ac propè extrà ſe raptus, de periculo effugiendo deliberat. Iamq́; illuceſcebat, cum Michaël hoc conſilij capit: ſimulat ſe opera Theoctiſti (quem poſteà ad Caniclei dignitatem euexit) quaſdam animæ ſuæ mendas quibuſdam religioſis hominibus velle aperire. Cumq́; id Imperator permiſiſſet, licentiam nactus, Theoctiſto indicat, tempus poſcere, vt socijs coniurationis minetur, niſi ipſum celerrimè diſcrimine eriperent, ſe totam rem Imperatori enuntiaturum.

DE NECE INFERENDA IMPERATORI MICHAEL ET PAPIAS AGVNT.

Hoc mandatum exequente Theoctiſto, conſpirationis populares non mediocris inceſſit ſollicitudo: anxiiq́; conſultauerunt, quomodo & ſuam, & Michaëlis iam in extremo de vita ſua pericula verſantis ſalutem conſeruarent. Tandem conſilium componitur, quod & ipſos incolumes reddidit, & Michaëli cum vita imperium parauit. Mos tūc erat (mos is qui nunc tenetur ab illo tempore receptus) vt qui in palatino templo pſallunt clerici, in Regia habitent, ſed quiſque domi ſuæ degens circa tertiam noctis vigiliam ad portam Elephantinam ſeu Eburneam conuenie bāt, indeq́; in templum progreſsi, Deo matutina vota nuncupabant. In tum coniurati ſe permiſcentes, pugionibus ſubter alas occultatis, vnà intrabant, abditiq́; in obſcuro templi loco, teſſeram expectabant. Hymno abſoluto, venit etiam Imperator, ac pro more ſuo voce grandiore intonuit carmen:

CONIVRATORVM CONSILIVM.

Spreuere ſummi cuncta amore Principis.

XVI. Tum coniurati confertim impetum dederunt, qui eos initio per errorem in cleri magiſtrum tulit; ſiue quod is corpore Imperatori adſimilis erat, ſiue quod caput ſimili veſte velauerat: erat enim tempore ea magnum gelu, ideoq́; qui caput ſuum denſiore pileo tectum non denudabat. Sed is quidem pileo detracta, oſtenſa caluitie, periculo ſe ſubtraxit. Imperator inſidias ſentiens, in penetrale altaris ſe ſubduxit, dereptâ thuribuli catenâ, aut (vt alij perhibent) ſanctâ Cruce, ictus percuſſorem excepit. Verum ij non ſinguli, ſed facto cuneo irruentes, alius capiti, ventri alius, alius aliæ corporis parti plagas intentabant. Leo aliquamdiu Cruce ſe defendit, ictibus gladiorum repulſis, donec feræ inſtar vndiquaq; impetitus ſuccubuit. Tandem quemdam immani corpore gigantis ſimilem inferre ictum cernens, per inhabitans templum illud numen iratum obſecratus eſt, vt ſibi parceret. Fuit nobilis iſte Cramb onitarum ſtirpe oriundus, ac dicens, non iuramentorum eſſe hoc, ſed cædis tempus, graui ictu manum Leonis abſcidit clauicula, ſimulq́; cornu Crucis. Tandem vulneribus victo, & ad terram ſubſidenti quidam caput amputauit. Hunc finem vitæ ſortitus eſt Leo menſe Decembri, octauo

OCCIDITVR LEO IMP. IVXTA ALTARE.

LEO OCCIDITVR.

Kalendas, eiuſdem horâ noctis propè decimâ, cum Imperium annos ſeptem, menſes quinque geſſiſſet, & maiori quàm vllus anteceſſorum crudelitate atque impietate vſus, diligentiam in Republica procuranda, inq́; rebus bellicis fortitudinem ſuam obſcuraſſet.

XVII. Aiunt vocem quoq́; ſtatim cælitus editam, quæ lætum de eius morte nuntium multis patefecerit, ac nonnullos quoſdam, qui eam audiuiſſent, notata tempore & nocte ea, ratiocinando eam veracem deprehendiſſe.

LEONIS NECIS CALESTIA NVNTIA.

Interfecti Leonis cadauer percuſſores crudeliter per ſpolia in Circum traxerunt omnis metus vacui, quod ſuis armis Regiam vndiquaque cinxiſſent. Aulâ quoq́; Auguſtam eiecerunt cum quatuor filijs eius, Sabbatio qui Imperator deſignatus Conſtantini nomen ſuſceperat, Baſilio, Gregorio, & Theodoſio, quos omnes in lembum impoſitos in Protam inſulam auexerunt, ibiq́; omnes caſtrati ſunt, & Theodoſius vitâ functus vnà cum patre eſt ſepultus. ſed inferiùs de iiſdem agens, Conſtantinum dicit ob eam exectionem mutum eſſe redditum. vxorem verò Leonis in monaſterium quod dicitur Dominorum, incluſam. Subdit verò hæc de eius coronatione idem auctor his verbis.

QVID DE AVGVSTA ET FILIIS IMP.

At Michaëlus Papia cuſtodia liberatus, ita vt pedes adhuc in ferreis habebat compedibus incluſos (earum enim claues in ſinu Leonis aſſeruabantur) Imperatorio ſolio conſedit; eſtq́; ab omnib. qui tum in palatio aderant, Imperator ſalutatus & adoratus. Sub meridiem verò, famâ iam vndiquaq; diſſipatâ, malleo per vim diffiſſis compedibus, neque manibus ablutis, neq; Dei metu in animum ſuum inducto, neq; vllâ re aliâ, quam decebat fieri, peractâ, ad magnum S. Sophiæ templum prodijt, cupiens manu Patriarchæ coronari, & ab vniuerſo populo Imperator ſalutari, felis fidens coniurationis ſocijs, & Leonis percuſſoribus.

MICHAEL IMP. CORONATVR.

XVIII. Vtriuſque hic miretur aliquis peruerſitatem, Leonis, quod adeò nullum habuit ſui defenſorem de tot, tantiſq́; aſſentatoribus, qui tum omnes repentium beſtiarum in morem, in foramina ſe ſua abdiderunt; Michaëlis verò impudentiam, qui in ædem intraret, non vt homicida aliquis aut carnifex ſanguine pollutus manibus, ſed velut victor, & qui palmam meruiſſet, eo faſtu more ſuperbiens; cum quidem ciuilem ſanguinem non quouis loco fudiſſet, ſed ad ſacram aram, vbi quotidie Dominicus ſanguis, pro peccatis noſtris expiandis, funditur.

MICHAELIS IMPVDENTIA.

Fuit hic Michaël Amorij natus ſuperioris Phrygiæ vrbe, in qua ab antiquis temporibus Iudæorum, Athinganorum, aliorumq́; impiorum multitudo habitabat, & quædam ibi hæreſis ex iſtorum diuturna atque continenti inter ſe conflata conſuetudine, enata erat noua prorſus, & inuſitatis conſtans opinionibus, à qua & ipſe erat Imperator tradita à maioribus ſuperſtitioni inhærens. Ea hæreſis ſuos ad diuinum ac ſalutare Bapriſmum admittit quidem, in reliquis autem omnibus, dempta circumciſione, Moſaicam legem tenet. Erat Michaëlis præceptor, qui eum ijs ſacris initiauerat, & quaſi præfectus Hebræus quidam (ſicut is fœmina potiùs Hebraica fuit) quem domi fouebat, ab eoq́; non ad religionem modo, ſed & ad rem domeſticam pertinentibus rebus inſtituebatur. Ab eo præoccupatus nihil integrum ſeruauerat, ſed erat prauæ religionis in eo quaſi colluuio quædam, cum & Chriſtianæ decreta adulteraret, & Iudaicam religionem ſpurijs opinionibus pollueret. Fuitq́; omnino quod pietatis profeſſionem attinet, talis in eo varietas & confuſio, quaſi fertur Libycarum eſſe beſtiarum natura, quæ ex diuerſis animalibus ob aquæ defectum congreſſu naſcuntur. hæc de Michaëlis omni ex parte collecta impietate. pergit autem dicere de prædictionibus de ipſius Imperio. reliqua verò de ipſo anno ſequenti.

MICHAELIS ORIGO REPETITVR.

XIX. Quod ad res ſpectat Occidentales, laboratum eſt in Gallijs potiſſimùm peſte hominū & animalium, ob nimiam pluuiarum abundantiam. ſecuta

PESTIS IN GALLIA.

eſt & penuria, cum nec à bello ceſſatum fuerit. hęc Annales pluribus.

ANNONARIÆ LEGES PENVRIÆ TEMPORE.

Quod autem ad peſtilentiam atque penuriam ſpectat, quibus hoc anno magnoperè eſt afflictatum Regnum Francorum: hic opportunè reuocanda ſunt in memoriam, quæ Carolus Magnus eiuſmodi temporibus à ſibi ſubditis populis præſtari voluit. iſta enim in Capitularibus leguntur [a].

[a] *Capitul. lib. 5.*

De fame, clade, & peſtilentia, ſi euenerit.

De hoc, ſi euenerit, fames, clades, peſtilentia, & inæqualitas aeris, vel alia qualiſcumque tribulatio: vt non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, vt ſuos quiſque adiuuet, prout poteſt, & ſuam annonam non nimis carè vendat, & ne foris Imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ. & inferius [b], quæ & recitata eſt ſuperiùs breuis lex.

[b] *Eod. lib. cap. 124.*

De mendicis, qui per patrias diſcurrunt, volumus vt vnuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alibi ire mendicando. Et vbi tales inuenti fuerint, qui ſibi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere præſumat. ac rurſum inferius [c].

[c] *Eod. lib. cap. 132.*

XX.

Conſiderauimus itaque quia per plurima loca fames valida eſſe videtur: vt omnes Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Optimates, & Comites, ſeu domeſtici, & cuncti fideles, qui beneficia regalia tàm de rebus Eccleſiaſticis, quamq; de reliquis habere videntur, vt vnuſquiſque ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriã familiam nutriat. intelligit per familiam ruſticos, colonos, agricultores. Sed & pretium ſtatuit, dicens: *Non carius vendat, niſi modium de auena denarios duos, modium de hordeo denarios quatuor, modium vnum de ſigale denarios quatuor, modium vnum de frumento parato denarios ſex.* ex his intelligas abundantiam Galliarum, cum tempore ingentis penuriæ tam vili pretio iſta vendi iuberentur.

Sed & hoc ipſo anno, qui & tertius incipit Apollinaris Caſſinenſis Abbatis, auctor eſt [d] Leo Oſtienſis in Caſſinenſi Chronico, Sarracenos inuaſiſſe Siciliam, atque potitos eſſe Panormo nobiliſſimà ciuitate.

[d] *Leo Oſtienſis Chron. Caſſin lib. 1. cap. 28.*

PANORMVS CAPTA A SARRACENIS.

Iam verò antequam anni huius claudatur periodus, de tranſlatione S. Marci corporis agendum eſt.

XXI.

Sub eodem namque Leone Imperatore (quoto autem anno eius Imperij neſcitur) facta reperitur tranſlatio corporis ſancti Marci Alexandriâ Venetias per mercatores. Iam ante diu ſedes eiuſdem Euangeliſtæ ſub Heraclio Imperatore delata fuerat, ab eo dono data Reip. quæ eiuſdem Euangeliſtæ ſtudioſiſſima eſſe ſciretur, vt quæ gloriaretur, ab eodem ſacrum Euangelium accepiſſe, antequã idem S. Marcus Alexandriam mitteretur à Petro. Accidit planè ex diuina diſpenſatione, ſecundùm illud Dominicum: [e] *Habenti dabitur.* vel illud: [f] *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis erit.* vt qui hactenus quàm religioſiſſimè anniuerſarijs ritibus ſolemniter colere conſueuiſſent eiuſdem ſancti Euangeliſtæ memoriam, quem & in præcipuum patronum recepiſſent, cuius & patrocinium præſentaneum adeſſe in ſuis ipſorum opportunitatibus ſæpè experti fuiſſent: eiuſdem quoque ſacras poſſidere reliquias meruerint. Iacebat enim non incognitum, tamen inglorium inter perfidos Sarracenos ipſum ſancti Euangeliſtæ corpus, quorum deriſioni potius quàm venerationi eſſet expoſitũ. Cùm moderator rerum omnium Deus ſua prouidentia ita diſpoſuit, vt quando minùs id à Venetis cogitaretur eius tranſlatio clandeſtinè fieret per eoſdem Venetos mercatores, illuc præter voluntatem, impellentibus ventis, miſſos.

VENETI PRÆCIPVI CVLTORES S. MARCI.

[e] *Marc. 25.*
[f] *Luc. 16.*

XXII.

Cuius veritatis cùm plures ſint teſtes: nos rerum geſtarũ ſeriem petimus è tabulis Vaticanæ bibliothecæ, vbi eiuſmodi hiſtoria prolixè deſcripta habetur, accidiſſeq; ponitur ſub eodem Leone Imp. atque Iuſtiniano tunc Venetiarum Duce. Ex quibus corrigas eos, qui anno Redemptoris octingenteſimo vigeſimooctauo vel trigeſimo id factũ eſſe dixerunt, annos Ducũ haud adeò exactâ temporis ratione dinumerantes, dum tempus ipſius Iuſtiniani ad Michaelis Imperium reijciunt, quem conſtat tempore Leonis Armeni Reip. præfuiſſe. Sed reddamus iam hiſtoriam ipſam ex Vaticanis (vt diximus) erutam monumentis. Omiſſis autem quæ auctor qui ſcripſit, de rebus Venetis eſt præfatus, eius verbis (vt in codice ſcripta reperitur) aggredimur hiſtoriam enarrare.

DE TRANSLATIONE S. MARCI CORPORIS NARRATIO.

Cùm Sarraceni vniuerſam Ægyptum, & Alexandriam inuaſiſſent; Leo deinde Romanum adeptus Imperium, per diuerſas partes Regni ſui iuſſit, vt nullus omninò ad terram Ægypti negotij cauſa pertingeret. Cuius videlicèt iuſſio dum circumquaque peruolitans, Veneticis quoque delata fuiſſet, Iuſtinianus qui eo tempore Dux Venetiæ erat; Imperatoris ſtatuta confirmans idipſum omnimodò fieri præcepit. Sed cùm vt ſolitum erat Veneticis loca mercationis frequenter exquirere, quidam ex eis nauibus oneratis, cum trans mare pergere vellent, profundaq; pelagi nauigantes incederent; diuino factum eſt nutu, vt flante congruo vento, quod ſponte agerè propter metum Principis non audebant, velut inuiti ad Alexandriam ducerentur.

XXIII.

In illis autem diebus Regulus quidam nefandæ gentis Sarracenorum, dum ad vrbem, quæ ex nomine ciuitatis antiquæ Babylonia vocitatur: palatium ſibi conſtruere vellet, Deo ſibi contrario, iuſſit vt vbicumque in terra Ægypti columnæ marmoreæ, ſiue tabulæ tam in Eccleſijs, quàm in vulgaribus eſſent repertæ, ob pompam fabricæ quam parabat, ad eum ducerentur. Vnde factum eſt, vt dato impietatis decreto, etiam de Alexandrinis Eccleſijs lapides tollerentur. Cumq; Venetici apud eamdem vrbem negocijs inſudarent, moramq; aliquamdiu facerent; conſuetudinem ſibi fecerunt, vt beatiſſimi Marci corpus quotidianis orationibus frequentarent; munere ibiq; ſiue oblationibus eum pro ſuis delictis interceſſorem expeterent. Locus enim ipſe in proximo erat.

MARMORIBVS ECCLESIÆ SPOLIANTVR.

XXIV.

Porrò Veneticorum naues, quæ Deo trahente aduenerant, decem erant, in quibus erant pariter omnes nobiles viri, inter quos erant clariſſimi Bonus Tribunus Metamaucenſis, & Ruſticus Torcellenſis. Iſti dum cauſâ quotidianæ orationis apud cuſtodes Eccleſiæ beati Marci locum familiaritatis ſibi adeſſe inſpicerent: quadam die videntes eos triſtes, primum quidem compati, & condolere eis cœperunt de Sarraceni Reguli iuſſu, qui marmoreas tabulas, vel columnas auferri præceperat. Nam & cuſtodes propterea triſtes erant, quia timebant ne miniſtri illius impij Reguli illud beati Marci Eccleſiæ facerent, quod locis ceteris faciebant. Deinde verò inter eadem verba compaſſionis Domino inſpirante, Bonus, & Ruſticus dixerunt: Quare in tantum triſtamini Chriſti ſerui? quare plus ſolitò animus vester affligitur? Ecce videmus quod impij Reguli perſecutio, etiam ſacratiſſimus locus infeſta eſt, quæ non ſolùm vobis, ſed cunctis in Chriſto credentibus magni doloris triſtitiam generat. Sed quid contra hæc agere poſſumus, cùm Dominus ipſe prædixerit ſuis fidelibus perſecutiones innumeras eſſe futuras? Vnde ſi ſecretum poſſetis cuſtodire; aut placeret vobis conſilium noſtrum, hortaremur vtique illud vos facere, per quod ſecuri à perfida iſta gente eſſetis, & in honoribus maximis viueretis.

MERCATORES VENETI FREQVENTANT ECCL. S. MARCI.

Erant

Digitized by Google

AGVNT MERCATORES CVM CVSTODIBVS S. MARCI.

Erant ſanè duo cuſtodes iſti, cũ quibus loquebantur hæc, quorum vnus Stauratius nomine monachus erat; alter verò Theodorus ſacerdotij fungebatur honore. Porrò & alij eiuſdem Eccleſiæ erant cuſtodes, ſed iſti plus cæteris eminebant. Et quia ambo ex Græcorum genere erant, Theodorus presbyter vxorem habebat & filios, quem etiam Bonus Tribunus compatrem fecerat, ob eam maximè cauſam, vt verba quæ ſuadebat, in eius aures faciliùs intromitteret. Reſpondentes itaque ambo Stauratius, & Theodorus dixerunt: Secretum erit in corde noſtro, tantùm dicite quod vultis, & ſi gratiſſimum eſſe probauerimus, planè quia faciemus. Qui dixerunt: Tollite corpus beati Marci, & aſcendentes occultè nauim, venite nobiſcum ad terram noſtram.

XXV. *At illi primùm durè accipientes, dixerunt: Quid eſt quod dicitis? numquid ſuper anguſtiam quam habemus, mortem nobis inducere quæritis? Quis etenim ex nobis vel cogitare audeat, vt faciat rem iſtam grandem, & illud reuerentiſſimum corpus, quod veneratur in terra Ægypti, alienis hominibus tradatur? An forſitan vobis incognitum manet,*

CVSTODES SE EXCVSANT.

quòd idem beatus Marcus Euangelium, quod Petro dictante ſcripſerat, ipſo quoque iubente in hac prouincia prædicauerit; Alexandrinosq́ ciues, qui idolis ſeruiebant, per fontem baptiſmi Ieſu Chriſti Domini noſtri adoptionis filios fecerit? Vnde & meritò tamquam verè ſanctiſſimus Pater ab omnibus veneratur. Et quomodo fieri poterit, vt vrbem Alexandriam, quæ propter eum toto in orbe præclara eſt, tanto quis audeat priuare patrono? Sed etſi faceremus aduerſus animam noſtram audacter, nequaquam hoc plebem latere potuiſſet, & tunc apprehenſi, per multorum generum pœnas occideremur, & eſſemus in opprobrium omnium earum.

DE S. MARCI PRÆDICATIONE.

Bonus & Ruſticus dixerunt: Si de prædicatione eius tractandum eſt, ſcimus quia primùm Aquileiam ciuitatem Italiæ duxit ad finem, quæ ſita eſt in prouincia illa, quæ ex antiquo Venetia nuncupatur, de qua nos orti ſumus. Ergò nos ſumus primogeniti filij eius, qui primùm ab eo per Euangelium geniti ſumus. Vnde & credi poteſt vt filios ſuos quos alios acquiſiturus reliquerat, multa poſt tempora, vel mortuus videns gaudeat, & forſitan, vt ſperamus, ideò nos Dominus huc velut inuitos adduxit, vt nobis eumdem noſtrum ſanctiſſimum Patrem reſtituat, nam certè ad aliam regionem ire volumus.

XXVI. *Stauratius, & Theodorus dixerunt: ſufficiat vobis quod ſedem eius habetis. Cæterùm autem rem difficilem poſtulatis. Quis enim ſciat ſi placet Domino iſtud quod dicitis? vel quis dicere poterit, quod ſuum corpus beatus Marcus vel tangere dimittat? Vnde ceſſate iam talia dicere, quæ ſcimus nullo modo fieri poſſe. Et tamen dicamus, vt fieri potuiſſet, de nobis quid ageretur? Si dato corpore hic remaneremus, diuerſis pœnis à plebe occideremur. Sin autem vobiſcum in nauim aſcenderemus, haberemur vtique tamquam captiui ad terram quam ignoramus. Quapropter multò magis nobis melius eſt hic manere, & perſecutionem ſufferre quam nouis rurſum anguſtijs ſubiacere. Nam & Dominus dicit: [a] Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et iterum: [b] Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.*

[a] Matth. 5.
[b] Marc. 10.

Bonus & Ruſticus dixerunt: Iſta quæ dicitis vera ſunt, ſed tamen in alio loco Dominus item dicit: [c] Cùm perſecuti fuerint vos in ciuitate vna, fugite in aliam. Quam admonitionem multi Sanctorum ſecuti ſunt, etiam ſicut audiuimus, hic beatiſſimus Marcus impleuit, quando perſecutione feruente, ab Alexandria exijt, & ſeceſſit Pentapolim. Vnde quia Deo omnipotenti, & ipſi beato Euangeliſtæ hoc credimus complacere; humanus timor vos non terreat, quia vbi Deus adiutor eſt, humana temeritas nihil poteſt.

[c] Matt. 10.

XXVII. *Stauratius & Theodorus dixerunt: Temeritas iſta quãuis nobis anguſtioſa ſit, propter Eccleſiæ lapides qui tolluntur, tamen pertraxi poteſt, quia in noſtris membris Pagani iſti aliquam læſionem non inferunt. Hæc, & his ſimilia illis per aliquot dies occultè loquentibus; tandem diuinâ gratiâ reſpirante Stauratius, & Theodorus quod verbis audierant, animo conceperunt. Cumq́ ab inuicem receſſiſſent, ecce Stauratio nuntiatum eſt, quod miniſtri illius Pagani Reguli, cuius memoriam fecimus, vnum ex cuſtodibus eiuſdem Eccleſiæ crudeliter flagellaſſent. Siquidem fuerat in eadem Eccleſia tabula marmoris nimium pretioſa, & timens cuſtos ne tolleretur à Sarracenis, abijt, & confregit eam in loco vbi ſtabat. Quod cùm miniſtri Reguli comperiſſent, apprehenſum cuſtodem flagellis condemnauerunt. Hæc igitur audientes Stauratius, & Theodorus, timore perterriti, miſerunt, & vocauerunt Bonum Tribunum, & Ruſticum, dicentes: Pertractauimus inter nos de cauſa quã expetiſtis, & licet neſciamus vbi Domino placeat, tamen intrauit in cor noſtrum, vt illud ſanctiſſimum corpus tollentes, egrediamur vobiſcum. Nunc ergo volumus ſcire, quid erit nobis dum ad veſtram prouinciam venientes tam magnum theſaurum adduxerimus?*

CVSTODES TRACTANT DE TRANSLATIONE CORPORIS S. MARCI.

Bonus & Ruſticus dixerunt: Cùm Deo auxiliante illuc peruenerimus, vitâ comitante, perducemus vos ad dominum noſtrum Iuſtinianum egregium Ducem, virum illuſtrem, Sanctorumq́ amatorem. Cui dum fuerit nuntiatum, protinus mente gauiſus venerabile corpus ſuſcipiet, & Eccleſiam conſtruens cum honore dedicabit, voſq́ eritis in oculis eius vlterà quam credi poteſt dilecti, & primi in ordine ſacerdotum, quemadmodum hîc fuiſtis in ordine miniſtrorum. Cuſtodes dixerunt: Quomodo credere poſſumus? Bonus & Ruſticus dixerunt: Dominus teſtis ſit. Tunc ſtatuerunt diem in qua aduenientes ſanctiſſimum corpus ſuſciperent.

POLLICITATIO MERCATORVM.

XXVIII. *Cumq́ ſtatuta dies veniſſet, euntes prædicti cuſtodes, aperuerunt occultè ſepulchrum quod erat ex marmore, habens veluti incaſtraturas per latera in modum capſellæ, per quas tabula deſuper erat inducta. Iacebat autem beatum corpus vndique circumdatum chlamyde ſerica, & poſitum reſupinum, habens à capite vſque ad pedes ſigilla impoſita per ea loca, quibus ora eiuſdem chlamydis deſuper iungebantur. Cumq́ quid agerent ignorarent, tandem præcipuum inuenerunt conſilium. Vertentes igitur corpus, ſciderunt à dorſo chlamydem, vt ſalua ſigna quæ fuerant remanerent, & adducentes beatæ Claudiæ corpus, quod erat in proximo tumulatum, in loco beati Marci repoſuerunt ſimili modo ſupinum, & chlamyde circumdantes, ſigillorum quoque impreſſiones in pectore ſtatuerunt, vt ſi fortuitò diceret aliquis, quod corpus beati Marci furatum eſſet; chlamydis ſigna quæ ibi remanſerant, verum non eſſe oſtenderent.*

CORPVS S. CLAVDIÆ SVPPOSITVM PRO CORP. S. MARCI.

Tanta igitur ſublato corpore odoris fragrantia emanauit, vt non ſolùm Eccleſia, vel circuitus eius, ſed etiam tota ciuitas Alexandria repleretur. Commoti ciues Chriſtiani, ac Pagani dicebant: Quid eſt hoc? Alij dicebãt, neſcimus. Alij verò dicebãt: Videamus ne fortè à nautis illis Veneticis corpus beati Marci furetur. Concurrentes ergò ex vrbe, ad eãdem Eccleſiam peruenerunt; & aperientes ſarcophagum viderunt corpus beatæ Claudiæ chlamyde inuolutũ ſignaq́ ſalua. Quod cùm vidiſſent credulis factis quod B. Marci corpus ibi iaceret, ſedato tumultu ad propria remearunt.

XXIX. *Porrò Venetici, quorum iam ſæpè memoriam fecimus, cùm ibi laterent, tulerunt corpus, & ſubmittentes in ſportam, operuerunt illud ex folijs olerum, ac deſuper carnes porcinas impoſuerunt. Cumq́ ad nauim pergentes incederent, accedebant Sarraceni qui obuiabãt vt cernerent quod portabant. Sed cùm viderunt carnem porcinam, quam ipſi abominantur, clamabant dicentes: Canzir, canzir, id eſt, porcus, porcus, & expuentes elongabantur; at verò illi pertranſeuntes venerunt ad rupem, quæ proxima mari erat, & deponentes cum funiculis ſportam, miſerunt in ſcapham, ac perduxerunt ad nauim; quam cùm intraſſent*

DEFERTVR S. MARCI CORPVS IN NAVIM.

Digitized by Google

extrahentes beatum corpus de ſporta, abſconderunt illud in pannis velorum; timebant enim ne perſcrutata nauis ab Alexandrinis inueniretur. Cumq́ue veniſſet dies egreſsionis eorum, Stauratius monachus, occultè * abſcedit cum illis. Theodorus verò timebat: timens plebem quæ ſtabat ad littus, remanſit ibi, habens iam ſupellectilem ſuam naui impoſitam. Erat etiam quidam monachus ibi Dominicus nomine Cumaclenſis, qui ſultus amore diuino, eodem tempore, fuerat Hieroſolymis, qui & ipſe aſcendit cum illis. Cum ergò ab Alexandria receſsiſſent, tulerunt Venetici ſanctum corpus de velis, in quibus eum abſconderant, & ſub ſolario nauis digniſſimè locauerunt, accendentes lucernas, ac thymiama aſsiduè inſerentes. Dominicus verò monachus cum Stauratio diuturnis officijs iugiter inſudabat. Multa inter hæc ſigna per eum Dominus, dum adducitur, operatus eſt.

* aſcendit

XXX. Quadam etenim die dum omnes pariter illorum Veneticorum naues veliſicantes incederent, & cauſam reliqui ignorarent, dixerunt nautæ beati Marci ad quoſdam qui erant in alia naui: Neſcitis quod eſt factum? qui dixerunt: Quid? aiunt illi: Verè nos corpus beati Marci portamus. At illi dixerunt: Et quomodo iſtud fieri potuit? cumq́ue illis exponerent ordinem rei, quidam ex illis irridens ait: Fortaſſe alicuius Ægyptij corpus vobis datum eſt, & dicitis quia ſanctum Marcum portamus. Quod cùm dixiſſet, protinus nauis illa in qua beatum corpus iacebat, tanta celeritate conuerſa quanta nullus hominum vertere poteſt, inſurrexit aduerſus eam, in qua vir ille erat, partemq́ue lateris eius cõfregit, nec priùs ab illa receſsit, quamdiu omnes confiterentur beatum ibidem Marcum iacere.

INCREDVLITAS MOX PVNITA.

Deinde cùm nocte quadam tempeſtas adeſſet, nauesque illæ curſu velociſsimo ducerentur, ac nautæ neſcirent, quò pergerent propter tenebras noctis, venit B. Marcus in ſomnis Dominico monacho, dicens: Surge, & dic hominibus iſtis vt citiùs vela deponant, ne patiãtur naufragium, quoniam terra non longè eſt. Quod cùm monachus ſurgens dixiſſet, illicò velis depoſitis, cum iam aurora inſtaret crepuſculum, & ecce apparuit inſula quædam, Seroalia nomine, quam beatiſsimus Marcus adeſſe prædixerat. Tunc omnes pariter fidem dantes, reuerentiſsimè eius corpus ſollertiori ſtudio venerari cœperunt. Creduli facti, & congaudentes quod Marcum Euangeliſtam habere meruerũt; erat tamen apud illos occultum, atque decreuerant, ne vllus omninò cuiuslibet regionis rem iſtam cognoſceret. Timebant enim ne illis beatum corpus per vim tolleretur ab aliquo.

S. MARCVS SE MANIFESTAT PERICVLI TEMPORE.

XXXI. Sed quia Dominus tantùm ſua lucerna lumen lucere voluit: coram hominibus multis per proxima maris loca degentibus, qui cauſam penitùs neſciebant, dignatus eſt reuelare, quod ſui Martyris intra nauim luciflua membra quieſcerent, qui ex diuerſis locis aduenientes, dũ nauis ad portum, vel littora regionum accederet, poſtulabant dicentes: Reuelatum eſt nobis à Domino, quod B. Marci Euangeliſtæ corpus habetis, vnde diuino amore precamur, vt nos ad eum orare ſinatis. Qui cùm ingrederentur, fuſis ad eum orationibus, poſitiſq́ue muneribus, cum timore reuertebantur, dantes gloriam Deo, atq́ue dicentes Veneticis: O quam beati eſtis qui talem ſanctum habere meruiſtis!

PLVRIBVS REVELATVR CORPVS S. MARCI.

Sed cùm (vt plerique ſtultorum ex tali re dubitare diutiùs ſolent) quidam ex nautis nequaquam beati Marci, ſed cuiuslibet alius corpus portare ſe diceret: volens omnipotens Deus ipſius duritiam coarguere, eumq́ue illico credulum facere, digna continuò illum damnauit ſententia. Nam arreptus vir ille dæmonio tamdiu vexatus eſt, quouſque ad ſanctum corpus deductus, ſpumans, & ſtridens dentibus; beatum ibidem Marcum iacere confiteretur, ac munus pro ſuis delictis offerret. Qui ſtatim à dæmonio liberatus, & Domino gloriam dedit, & nihil ſe iam de corpore ſacro dubitaturum profeſſus eſt. Verùm quia multa ſunt quæ de virtutibus per eum à Domino Deo factis dicuntur, qualiter ad Venetiam venerit explicemus.

A DÆMONE PVNITVR INCREDVLVS.

XXXII. Cùm igitur nautæ ad Iſtriam perueniſſent, diuerterunt ad vrbem quamdam quæ appellatur Humacus: timebant enim redire ad ſua, quia Iuſtinianus Dux eorum vehementiſsimè contra illos erat iratus, pro eo quod iuſsionem ſuam repudiantes, ad Alexandriam ire præſumpſerunt. Qui tamen miſsâ ad eum legatione dixerunt: Confitemur peccatum noſtrum, & erubeſcimus, quia ſumus tamquam rebelles inuenti, ſed Dominus teſtis eſt, quomodo magis inuiti, quàm ſpontè hoc fecimus. Ecce enim habemus corpus beati Marci Euangeliſtæ: Si Dominus noſter gratiam ſuam nobis reddens, promittat nequaquam inferre moleſtiam nec in corporibus, nec in rebus noſtris: adducimus eum illi. Sin autem aliter, diuertemus in aliam regionem. Ad hæc Iuſtinianus Dux valdè gauiſus ait: Si iſtud quod aſſerunt verum eſt, reuertantur in pace, quia ſi talem theſaurum adducũt, non ſolùm illis malum non inferam, ſed etiam filios meos vocabo. Accepto igitur nautæ verbo, Venetiam redeunt, cumq́ue ad portum Oliuolenſem veniſſent, egreſſus cum crucibus Vrſus Epiſcopus loci illius, & omnibus miniſtrorum ordinibus, indutis ſacerdotalibus tunicis, reuerentiſsimè corpori obuiant, ſuſcipienteſq́ue illud duxerunt ad palatium Ducis, vbi dum per cœnaculi ſcalam aſcenderent, tanta agilitate pallium, quo corpus erat opertum, cùm eſſet tranquillitas, mouebatur; quanta vix aura venti mouere poterat: Sed & miniſtris, qui eum portabant, fiebat ſubitò pondus grauiſsimum, & immobile, & iterum ſubitò tantum leue, vt nihil ſentire ſe dicerẽt. Accepto igitur corpore Dux, repoſuit illud in cœnaculi loco, qui apud eius palatium vſq́ue ad præſens tempus monſtratur; ordinatis cantoribus, ac miniſtris qui ibidem Deo laudes referrent, inter quos cuſtos ille Stauratius primus erat. Sed & Theodorus presbyter anno ſequenti cum ſuis aduenit. Porrò Dominicus ille monachus ad propria remeauit.

DELATVM VENETIAS CORPVS S. MARCI.

XXXIII. At verò Iuſtinianus Dux cùm ſupra beatum corpus Eccleſiam vellet conſtruere morte præuentus eſt, cuius germanus Ioannes vir Deo dilectus Ducatum ſuſcipiens vicem eius expleuit: conſtruxit namq́ue iuxta palatium elegantiſsima forma baſilicam, ad eam ſimilitudinem quam ſupra Domini tumulum Hieroſolymis viderat: Quam etiam multis ac varijs iuſsit depingi coloribus, vbi & aromatibus venerabile corpus conditum honore digniſsimo poſuit. In eo ſtoreſcunt orationes ipſius, & multa beneficia præſtantur Chriſto credentibus, maximè autem, & plurima à dæmonijs liberantur. Cuius glorioſa translatio celebratur pridie Kal. Februarij. Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. hactenùs ibi.

ECCLESIA S. MARCI ÆDIFICATA.

Cùm autem ingentem adeò theſaurum Veneti eſſent adepti: vt cautè eum cuſtodirent, omnem adhibuerunt induſtriam. Sciebant enim Francos, penes quos erat in Occidente ſumma vis atq; potentia, Sanctorum corporum cupidiſſimos, venari ea, iamq́ue ex Italia complura ipſorum in Gallias tranſtuliſſe. Ne quid igitur eiuſmodi pati cogerentur inuiti: ita in ſumptuoſa recens erecta baſilica eadem ſacra pignora collocarunt, vt vbi locorum in ea poſita eſſent, penitùs ab aliis fuerit ignoratum. Cùm tamen certo ab omnibus ex maiorum aſſertione tradatur, ipſe eâdem ſanctâ baſilicâ contineri.

IESV CHRISTI
Annus 821.

PASCHALIS PAP. Annus 5. — LVDOVICI 8. MICH.BAL.I. IMPP.

I. [a] Sigeber. in Chron. hoc anno. — DE INVENTIONE CORPORIS S. CAECILIAE.

OCTINGENTESIMVS vigeſimus primus annus Redemptoris numeratur Indictione decimaquartâ, quo à Paſchali Romano Pontifice [a] corpus S. Cæciliæ virginis & martyris, ipsâ reuelante, repertum eſt aureis velatum indumentis ſanguine adhuc infuſis. quod inuentum ſimul cum corporibus ſanctorum Martyrum Valeriani eius ſponſi, Tiburtii, Maximi, necnon Vrbani atque Lucii Romanorum Pontificum tranſtulit in Eccleſiam eiuſdem S. Cæciliæ nomine nuncupatam. quam & plurimis donis auxit. At quo modo iſta ſe habuerint, ab Anaſtaſio Bibliothecario enarratam audiamus hiſtoriam. Continet iſta Codex Vaticanus acceptus è Cauenſi monaſterio Ordinis ſancti Benedicti, in quo ſunt nonnulla quæ in aliis deſiderantur, & inter alia iſta quæ ſequuntur.

II. PASCHALIS RESTITVIT ECCL. S. CAECILIAE.

Chriſti omnipotentis Domini famulus Paſchalis Pontifex maximam Eccleſiarum Dei curam & ſolicitudinem diligenter gerens, quadam die cum orationis ſtudio ad ſanctæ Dei virginis Chriſtiq́; Martyris Cæciliæ Eccleſiam aduenisset, nimio iam quaſſatam ſenio eiuſq́; mœnia à fundamentis ruitura videns, quod per olitana tēpora vetuſtate marcuerant: magno ſtudio & opere eodem in loco nouam Eccleſiam in meliorem quàm anteà fuerat formam ſtruere cœpit. Inter hæc accidit, quod prætereundum minimè exiſtimamus. Dum quadam die ad beati Petri principis Apoſtolorum Eccleſiam pergeret, quatenus apud eumdem beatum Apoſtolum ſolito more vigilias celebraret, & ante eiuſdem Confeſſionem Dominicas laudes reſidens decantaret: ſubitò depreſſus ſopore, vidit adſiſtentem ſibi virginali aſpectu puellam Angelico aſpectu decoram; taliaque ipſam ſibi locutionis affamina protuliſſe. Multas tibi gratias agimus, quod ad incertam famam quam de me ſparſam fruſtratorijs relationibus peruulgatam aures accommodare reliquiſti: quippe qui tanto penes me fuiſti, vt proprio loqui inuicem ore valeremus. Hæc iam ſæpe fatus Pontifex diligenter audiens: ſtudioſè requirere cœpit, quæ eſſet ipſa quæ talia illi verba diceret, vel quo nomine vocaretur. Cui illa reſpondit: Si nomen inquiris, Cæcilia famula Chriſti vocor. Ad quam ſummus Pontifex. Quo modo hoc credere poſſum, eò quòd olim famâ velatum ſit, quatenus eiuſdem venerabilis Chriſti Martyris Cæciliæ corpus ab Aiſtulpho Longobardorum Rege hoſtiliter Romam obſidente furtiueſſe per eius homines ſublatum?

S. CAECILIAE APPARITIO FACTA PASCHALI.

III. *Cui venerabili Pontifici iſta intimāti omnipotentis Dei famula Cæcilia dixit: Quod me deſiderabant & vt me inuenirent Longobardi quæſiuerunt; omninò verum eſt. Sed Domini mei Ieſu Chriſti opitulatione, & Dominæ meæ ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ auxilio me neque inuenire, neq́; deportare lōgius valuerūt. Et ideò ſicut quærere me cœpiſti, vt inuenires, aſſiduo labore non deſinas incūbere, quia D. Ieſu Chriſto pro cuius amore & honore paſſa ſum, placuit, vt tu me inuenias, & in Eccleſiā quā nouiter inſtruxiſti, recondas. Et hæc dicens, ab oculis aſpicientis ſublata eſt.*

Tunc idem venerabilis Pōtifex matutinalibus laudibus abſolutis, pro tam certo & indubitabili reuelationis indicio cœpit hac illac operoſius quærere, vbi ſacratiſſimum eius corpus iaceret humatum. Quod, tribuente Domino, ſolicitè quærens, reperit in cœmeterio Prætextati ſitum ferè per portam Appiam, aureis illud veſtitum indumentis vnà cū corpore venerabilis ſponſi ſui Valeriani, pariterq́; linteamina A *Martyris illius ſanguine plena, quando ab impio percuſſa carnifice Chriſto in cælo regnanti Martyr eſt conſecrata. Quibus linteaminibus ſanguis ſanctæ Martyris tertio à carnificis percuſſa eſt abſterſus, quæ ad pedes eius reperta ſunt. ea cuncta ſuis manibus tractans Paſchalis Pontifex collegit, & cum magno honore intra murus huius Romanæ Vrbis, in Eccleſiam eiuſdem Martyris nomine dedicatam, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, eiuſdem Virginis corpus cum cariſſimo Valeriano ſponſo & Tiburtio & Maximo Martyribus, necnon Vrbano & Lucio Pontificibus, ipſdemq́; Martyribus ſub ſacroſancto altari collocauit.* hæc Anaſtaſius huius ſæculi ſcriptor. Sed vnde iſta ipſe? non aliunde quàm ab eiuſdem Paſchalis Papæ litteris Apoſtolicis, quibus totius rei geſtæ ſeriem B prodit. Extant ipſæ in Vaticana bibliotheca[b], quas ne ſit quod deſideres (licet ſatis tibi ad rei geſtæ cognitionem eſſe poſſint, quæ ex ipſo Anaſtaſio ſunt recitata) hic tibi eas reddēdas exiſtimauimus, quāuis mendis obſitas vt in antiquis accidit. ſic enim ſe habent, omiſſo exordio præponi ſolito litteris Apoſtolicis.

[b] Bibl. Vati. plut 3. ... & alio exe.

IV. * CONOMEN PASCHALIS PAPÆ LITTERÆ APOST. DE INVENTIONE S. CÆCILIÆ CORPORIS ET ALIORVM.

*Cùm ſumma Apoſtolicæ dignitatis apex in hoc diuinis perſpectus nitore dignoſcitur perfulgere, cum in exercendis Dei laudibus impenſim ſtudebit exhibere * certamen: Ad hoc & iniuncta nobis eiuſdem Apoſtolicæ paſtoralis compulſit ſolicitudinis cura, quæ ad ſtabilitatem piorum pertinere dignoſcitur locorum, vberius promulgare, & Apoſtolicæ inſtitutionis cenſurâ confirmare. Et quia conuenit C noſtro Apoſtolico moderamini, vt diuerſa corpora Sanctorum, quæ diu inculta iacuerunt, cùm ſumma vigilantia ob honorem omnipotentis Dei intra huius almæ Vrbis clauſtra honeſtè cōgregare, inter quos & corpus beatæ Cæciliæ Martyris, peruigiles omninò inquirere deberemus: Et quia iamdudum fama inter quoſdam vulgauerat, quod eiuſdem beatæ Cæciliæ corpus ab Aiſtulpho Longobardorum Rege furtim fuiſſet ablatum: idcircò penè obliuionis obtenta poſtponere credebamus. Vnde tamen, Domini annuente clementiâ, quadam die dum ante Confeſſionem beati Petri Apoſtoli pſallentium, matutinali luceſcente Dominicâ, reſidentes obſeruaremus harmoniam: ſopore in aliquo corporis fragilitatem aggrauante, aſtitit nobis puella pulcherrima, virginali aſpectu & habitu decora. Et talia nobis, in-* D *tuens, ait: Multas tibi gratias referimus quod * cūctamen, quod in medium appoſueras, fruſtratorijs relationibus peruulgatis ſine cauſa, reliquiſti. quia tanto penes me appropinquaſti, quod ore proprio loqui communiter valeremus.*

* certamen

V. * præſumendo — SE PRODIT CÆCILIA PASCHALI.

*Et dum à nobis diligenter interrogata fuiſſet, tu quis es, & quod eſt nomen tuum, quæ talia, me * præmonendo, conaris? Reſpondit: Si de nomine quæris, Cæcilia, inquit, famula Chriſti vocor. Cui ſubiungens dixi: Quomodo hoc credere poſſumus, cùm olim famâ relatum ſit, quod idem ſacratiſſimæ Martyris corpus à Longobardis inde fuiſſet ablatum? Quæ ita reſpondēs dixit: Veritas eſt, quod me multùm deſiderauerūt, & quæſierunt, ſed gratia Dominæ meæ ſemperq́; Virginis Dei Genitricis Mariæ affuit, quod nec me* E *inuenire, nec me deportare, ſicut voluerant, hinc longius potuerunt. Sed ſicut cœpiſti, * perge, & ſicut operaris, indeſinenter operare, quia omnipotenti Deo me tibi placuit reuelare. Et corpus meum cum alijs corporibus ſanctis quæ ſunt iuxtà me recondita, in Titulo quem nuper reparari mandaſti, recondere ſtude intra muros Vrbis. Et hæc dicens, abſceſſit.*

* perage

CORPVS S. CÆCILIÆ INVENTVM.

Tunc etenim pro huius reuelationis manifeſtatione, omni poſtpoſitâ difficultate, incunctanter & abſque ambiguitate ipſius venerabilis virginis corpus inquirendū decreuimus. Qui & annuente Deo, eius q́; ſolito adiunamine properantes in cœmeterium S. Sixti ſeu Prætextati ſitum foris portam Appiam (ſicut in ſacratiſſima illius paſſione manifeſtè narratur) inter collegas Epiſcopos in aureis indumē-

REPERTVM CORPVS S. CÆCILIÆ.

tis cum

tis cum venerabili ſponſo reperimus. Vbi & linteamina, cum quibus ſacratiſſimus ſanguis eius abſterſus eſt de plagis, in quibus ſpiculator trinâ percuſſione crudeliter ſe geſſerat, ad pedes beatiſſimæ virginis in vnum reuoluta, plenaque cruore inuenimus. Quæ omnia noſtris manibus* attrectãtes, cùm venerabili corpore honeſtè intrà muros huius Romanæ Vrbis induximus.*

*inceſſerat

*pertractantes

VI.

Pro cuius deſiderabili dilectione Titulum, quem pia deuotionis affectu S. Papa primus Gregorius doctor eximius dicauerat, laxatum exiſtentem, Dei annuente clementiâ; in meliorem ſtatum à nouis fundamentis fecimus reſtaurari, & ad honorem omnipotentis Dei eiuſdem virginis corpus cum cariſſimo ſponſo atque Tiburtio & Maximo Martyribus, necnõ Vrbano & Lucio, vtriſque Pontificibus, ſub ſacro altari beati Andreæ Apoſtoli deducẽtes collocauimus †.* Erat (vt audis Lector) primarium altare Tituli S. Cæciliæ à S. Gregorio qui Eccleſiam conſecrauit, in honorem S. Andreæ Apoſtoli dedicatum: nam ergà ipſum S. Apoſtolum fuiſſe S. Gregoriũ amore propenſiſſimum, quæ dicta ſunt ſuperiori tomo ſignificant. Pergit verò Paſchalis, de monaſterio Titulo itidem S. Andreæ & aliorum SS. iuxtà eamdem Eccleſiam à ſe erecto iſta ſubiungens.

*deuotione

TITVLVS RESTAVRATVS

† *Alia lectio inferius non in ſuo loco poſita:* Sub altare ſupradicti Apoſtoli corpus prædictæ S. virginis Cæciliæ cum prædictis Martyribus & Romanis Pontificibus aliis conſtituentes cõdidimus.

Ibique ad laudem Creatoris inſtaurato monaſterio beatorum Andreæ Apoſtoli & Gregorij Confeſſoris, necnon in honorem ſanctarum virginum & Martyrum Agathæ & Cæciliæ infra Eccleſiam in loco qui dicitur Colli Iacentis. In quo monachorum Deo ſeruientium congregationi vnanimi conſuluimus pro quotidianis laudibus & pro ſubſidio, & luminarium continuatione, ſeu vtilitate & ſtipendio monachorum diu noctuque Domino Deo noſtro deuotione debitâ perſoluendis,* &c. quæ ſequuntur ſpectant ad alia Paſchalis opera, quibus aliis religioſis locis cõſuluit, vt Hoſpitali S. Peregrini poſito apud S. Petrum. *Quæ omnia* (inquit qui exſcripſit) *in Epiſcopali libro plenius continentur.*

* Proti & Iacinthi *locus titulo proximus, vbi erant corpora dictorum Martyrum.*

DE MONASTERIO INSTAVRATO.

VII.

Huius autem tranſlationis memoriam teſtatam etiam reliquit idem Paſchalis Papa poſitâ ante faciem altaris inferiùs in Confeſſione in marmorea tabula huiuſmodi inſcriptione.

INSCRIPTIO SEPVLCHRI SS. CÆCILIÆ ET SOCIORVM.

† *Hanc Fidei Zelo Paſchalis primus ab imo*
Eccleſiam renouans. Dum corpora ſacra requirit,
Eleuat inuentum venerandum Martyris almæ
Cæciliæ corpus. Hoc illud marmore condens.
Lucius, Vrbanus huic Pontifices ſociantur.
Voſque Dei teſtes Tiburti, Valeriane,
Maxime cum dictis conſortia digna tenetis.
Hos colit egregios deuotè Roma patronos. Crux ineſt in eadem tabula inter iſtos verſus ſculpta frangens nonnihil ipſos.

VIII.

Quanto autem decore & munificentiâ locum illum ipſe Paſchalis Pontifex exornarit, idem qui ſuprà Anaſtaſius, qui cuncta etiã oculis vidiſſe potuit, vtpote eiuſdem ſeculi ſcriptor, narrat. Sed antequam eadem recenſeamus, quæ in eiuſdem Eccleſiæ abſide Sanctorum imaginibus muſiuo opere exornata, eiuſdem Pontificis extant carmina deſcribamus; quamuis (vt conditio ferebat temporis) inculto loco ſint ipſa parum exculta, & exarata, auro ferrea penè ipſa, ſed pietate decora, quæ ſic ſe habent:

Hæc domus ampla micat, varijs fabricata metallis:
Olim quæ fuerat confracta ſub tempore priſco.
Condidit in melius Paſchalis Præſul opimus
Hanc aulam Domini firmans fundamine claro.
Aurea gemmatis reſonant hæc Dyndima templis.
Lætus amore Dei hic coniunxit corpora ſancta
Cæciliæ & ſocijs rutilat hic flore iuuentus.
Quæ priùs in cryptis pauſabant membra beata.
Roma reſultat ouans ſemper ornata per æuum.

IX.

PASCHALIS SIGNVM.

In vertice autem ipſius abſidis arcus eiuſmodi eodem opere habetur ſignum litteris intextis expreſſum, quo Paſchalis nomen inſcribitur, P S / CAL anteà de alio nuſquam viſum. Primus enim id genus ſigni mutuatus viſus eſt Paſchalis à Carolo & Ludouico Impp. qui eiuſmodi vſi ſignis reperiuntur. Riſimus planè qui Gregorio Papæ primo, vel anteceſſoribus Romanis Pontificibus pro inſignibus ſcuta tribuunt (vt nunc moris eſt) diuerſis imaginibus picta, cùm eorum vſus longè recentior ſit.

Quod verò ad eiuſdem Eccleſiæ ornamẽta pertinet, Anaſtaſius narrat, ſed primùm de monaſterio iſta ſubiicit: *Pro quorum SS. honore idem venerabilis Pontifex Paſchalis conſtruxit monaſteriũ ſub nomine virginum & Martyrum Agathæ & Cæciliæ, iuxta ipſam Eccleſiam, in loco qui dicitur, Colli iacentis, in quo monachorum Deo ſeruientium Congregationẽ pro quotidianis laudibus in præfato Titulo S. Cæciliæ die noctuque, omnipotenti Deo decantandis conſtituit. Pro quorum ſubſidio & luminum concinnatione, & vtilitate & ſtipendijs monachorum ab ipſo piâ deuotione adductis ſunt reditus, ſiue ex agris, ſiue ex vineis, atque domibus, & ruſticâ familiâ, ſcriptâ ſuæ auctoritatis paginâ pro nominata monachorum Congregatione factam donationem confirmauit.*

RVRSVM DE MONASTERIO ET EIVS REDITIBVS

X.

Quin etiam idem ſanctiſſimus Præſul amore venerandorum Sanctorum, eius Eccleſiæ abſidem muſiuo opere decorauit, & ciborium fecit miræ magnitudinis ex argento penſans libras quingentas & quinque & vncias octo. Propitiatorium denique ſacri altaris, ſeu Confeſſionem interiùs exteriùsque ex laminis argenteis mirum in modum perficiens compſit penſantem ſimul libras ſexagintatres & vncias . . Ad ſacrum verò eiuſdẽ virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis penſantem libras nonagintaquinque. Fecit etiam ante veſtibulum altaris regularem veſtitum ex laminis argenteis & columnas duas, vbi & poſuit arcum vnum, & gammadias duas pẽſantia omnia hæc ſimul libras centum & ſemis. Obtulit ſuper ipſam imagines ex argento deauratas três, penſantes ſimul libras quadragintatres & ſemis. Fecit ſæpefatus Præſul ſuper arcus eiuſdem Eccleſiæ calices maiores ex argẽto numero vigintiſex penſantes ſimul libras centum nouem & ſemis. Item vbi ſuprà obtulit caniſtra ex argento duo penſantia libras duas & vncias nouem. Gabatham ex auro puriſſimo penſantem libras tres, alias gabathas ex argento tres penſantes libras quinque. Thimiſibulum ex argẽto deauratum penſans libras . . . . vnam.

ORNAMENTA A PASCHALI DATA.

XI.

Hic item benigniſſimus Pontifex obtulit veſtem de blatthi Byzanteo habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum hiſtoria qualiter Angelus beatam Cæciliam, Valerianum & Tiburtium coronauit, cum periclyſi de chryſoclauo mirâ pulchritudine exornatam. Fecit ibidem & veſtem de fundato alythino, habentem in circuitu periclyſin de holoſerico. Et ob amorem eiuſdem imaginis fecit aliam veſtem de fundato purpureo, habentem in medio Crucem ex auro textam & comptè decoratam, ſic in dicto altari obtulit veſtem aliam ſigillatam cum roſulis, habentem in medio Crucem de blatthi cum periclyſi de blatthi Byzanteo pulcherrimè ornatam. Obtulit & in prænominato altari veſtem de quadraplo.

Idem venerabilis Pontifex fecit ibidem vela alythina, pendentia in circuitu altaris quatuor, habentia Cruces & gammadias de fundato & quadraplo. In arcella verò vbi venerabile caput eiuſdem virginis condidit, fecit veſtem paruam de Tyrio cum periclyſi de blatthi. & obtulit vbi ſuprà veſtem de fundato praſino, item aliam veſtem de ſtauraci cum periclyſi de chryſoclauo. & veſtem de blatthi cum periclyſi de chryſoclauo. Quod de capite Cæciliæ in arcella (vt ait) poſito habet hic auctor: neſcimus quomodo acciderit, vt idem corpori redditum fuerit. Si-

erit. Siquidem coniunctum corpori caput ipſum, nuperrimè (vt dicetur) inuentum eſt, ſed fortè loco, caput, legendum corpus. pergit rurſum idem Anaſtaſius:

XII. *Fecit & in iam dicta Eccleſia vela Tyria cum periclyſi de blatthi Byzantheo numero decem. Item vela praſina cum periclyſi de chryſoclauo numero quatuor. Obtulitque vela alythina numero tria, ſimulque vela de fundato parua cum periclyſi de blatthi numero duo; pariter vela Tyria cum periclyſi de fundato duo. & ſuper arcus præfatæ Eccleſiæ vela de fundato numero duodecim, & de quadraplo quatuordecim. & inter arcus presbyterij vela parua cum periclyſi de blatthi Byzantheo numero duodecim. Fecit & in ingreſſu eiuſdem Eccleſiæ cortinam maiorem de quadraplo & ſtauraci pulcherrimè exornatam.* hactenus ibi.

At quid acciderit his diebus, cùm tomum hunc Annalium prælo propediem ſubiiciendum recognoſceremus in Tuſculano morantes apud Sanctiſſimum D. N. Clementem Papam VIII. exigit opportunitas ac dignitas argumenti, vt hîc deſcribamus.

XIII. DE INVENTIONE CORPORIS S. CÆCILIÆ. Cùm enim eiuſdem Tituli S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Paulus Sfondratus, nepos ſanctæ memoriæ Gregorij XIV. Rom. Pont. poſt exornatam à ſe eamdem Eccleſiam, adijceret animum ad Confeſſionem ipſius nobiliùs illuſtrandam, atq; locupletandam, delectis Sanctorum reliquiis ſummâ induſtriâ perquiſitis, & in venis argenteis pluribus magni pretij collocatis, vt eas ibi recondetet, ſed non caperet locus patens inter altare & Confeſſionem, neceſſe habuit ſpacium dilatare. Quod dum fieret, vetus excauatum foramen detegitur peruium ad corpus S. Cæciliæ, per quod (vt aliàs ſuperiùs diximus) ſoleret fidelium pietas dimittere ſudariola, quæ tactu ſepulchri Martyris haurirent gratiam ſanitatum. Sicque per ipſum inuentum eſt pariter venerandum ſepulchrum illud, quo claudebatur ſacrum corpus inſignis virginis atque Martyris Cæciliæ, de qua inſcriptio foris poſita, certam & exploratam in omnibus fidem faciebat.

XIV. [a] Ioan. 20. PONTIFICI NOTA FIT INVENTIO S. CÆCILIÆ. Quid tum ille? exemplo [a] Ioannis, qui etſi cucurrit citiùs Petro, & prius venit ad monumentum, abſtinuit tamen ab ingreſſu ſepulchri, deferens Apoſtolico culmini perueſtigationem ipſius: munitâ mox capſâ ſigillis, cucurrit feſtinus in Tuſculanum ad ſummum Pontificem, vt de tanto inuento theſauro ipſum præſens redderet certiorem. Laborabat ipſe ſanctiſſimus Clemens acrioribus podagræ doloribus, & licèt nullum ad audientiam mitteret, vbi tamen eius aduentus cauſam cognouit, ſtatim præſentem adeſſe voluit, & audire cuncta, quæ facta eſſent. quibus magnâ animi delectatione perceptis, ex eo tamen doluit & ingemuit, quod eo detineretur ex mala valetudine impedimento, & non valeret (quod maximè optaret) ad inuiſendam & ſalutandam tantam Martyrem properare. Sed ceſſit impedimentum iſtiuſmodi meo lucro: etenim me tanto licèt munere indigniſſimû præmiſit explorare & adorare venerandum Cæciliæ corpus. Sicq; nullâ penitùs interpoſitâ morâ, eâdem celeritate quâ venit, rediens & ipſe eâdem die Romam, ſimul ad ipſum Titulum ſanctæ Cæciliæ ſummo veſpere læti peruenimus.

XV. ARCA CVPRESSINA ILLÆSA SERVATA. Vidi quę in marmoreo monumento poſita erat arcam cupreſſinam, quâ ſacra membra Cæciliæ claudebantur, operculo ductili clauſam, eamdemque modicè læſam: vt vehementer fuerim admiratus, quomodo poſt octingentos ſeptuagintaocto

A annos, potuerit arca lignea, humectâte illam marmoreo ſui naturâ ſepulchro, ſubtus terram abſque vlla aëris participatione locata, ita integra & illæſa ſeruari, & nõ penitùs tantâ humiditate laxata, iam diſſoluta marcuerit, ſed fortis, ſolidaque perſtiterit, vt abſque læſione tangere, contrectare, amplexari quis eam pro arbitrio poſſet & ſtringere, integrum adhuc vſum ipſo eius operculo ductili retinente, vt ad oſtenſionem duci poſſet pariter & reduci: quod ſæpè ſæpiùs fieri contigit pluribus diebus illis, quibus antequàm eodem in loco, in Confeſſione iterum conderetur, dum idem venerandû corpus intùs clauſum quamplurimi videre cuperent & venerari.

B Cùm nos iſta de lignea arca non ſine magna admiratione vidiſſemus: ad id quod intus detinebatur ſacrum Martyris corpus intuendum deuenimus. Ac planè, ſecundùm illud Dauidicum: *Sicut audiuimus ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri.* Etenim vt à Paſchali Papa inuentum & reconditum fuiſſe legimus (& ſuperiùs recitauimus) venerandum Cæciliæ corpus, ita inuenimus, nempe ad pedes eius quæ fuerant madida ſanguine vela; & ſerica fila auro obducta quæ viſebantur, iam vetuſtate ſolutæ veſtis illius auro textæ, cuius idem Paſchalis meminit, indices erant.

Alia verò ſupra Martyris corpus ſerica, leuia tamen C velamina poſita, ipſaq; depreſſa ſitum ipſum & habitudinem corporis oſtendebant. Viſebaturque (quod admiratione dignum erat) non vt aſſolet, in ſepulchro reſupinum poſitum corpus, ſed vt in lecto iacẽs honeſtiſſima virgo ſupra dextrum cubare latus, contractis nonnihil ad modeſtiam genibus, vt dormientis imaginem redderet potiùs quàm defunctæ, ipſo ita ad inſinuandam in omnibus virginalem verecundiam compoſito ſitu corporis; adeò vt (quod æquè mirandum) nemo quãuis curioſus inſpector, auſus omninò fuerit virgineum illud detegere corpus, reuerentiâ quâdam Inenarrabili repercuſſus, perinde ac ſi cæleſtis ſpõſus aſſiſteret vigilans cuſtos dormientis ſponſæ, D monens & minans: [b] *Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.* Vidimus, cognouimus, & adorauimus. Die verò ſequenti illuceſcente, ſuper eamdem Confeſſionem obtulimus Deo in memoriam & honorem tantæ virginis & Martyris & aliorum conditorum ibi Sanctorum ſacrificium Miſſæ: inde verò ad ſummum Pontificem, qui miſerat, reuerſi in Tuſculanum, ſingula viſa retulimus. XVI. SITVS CORPORIS S. CÆCILIÆ IN SEPVLCHRO [b] Cant. 3.

Audiuit ipſe cuncta magnâ animi voluptate, ſimulque de ſolemni mox cogitare cœpit repoſitione eiuſdem venerandi corporis in Confeſſione, quam non per alium quempiam quantâuis dignitate pollẽtem, ſed ipſe celebraturus eſſet ſolemniſ- E ſimâ pompâ. Cõdicitur certa dies, ipſe natalis eiuſdem Cæciliæ virginis. Interim de parando pretioſiori loculo cogitans, aureum facere meditatur, ſed diſſuaſus, eò quòd impiis effoſſoribus ſepulchrorum illecebræ aurum eſſe ſoleret, argenteam prægrandem, quæ ipſam etiam integram cupreſſinam caperet, arcam fabricari mandauit. In qua elaboranda, inſtar Beſeleheli inſpirati diuinitùs enituit induſtria excellentis opificis: qui veluti alterum cęlum corpori, cuius eſſet in cęlo animus, fabricans, thecam illam ſtellis auri fulgore micantibus exornauit. eſt pretium eius quatuor millium trecẽtorum nonagintaduorum aureorum, in qua eiuſmodi poſita eſt foris inſcriptio. XVII. PARAT SOLEMNEM REPOSITIONEM CLEMENS PAPA.

CORPVS S. CÆCILIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. INCLVSVM ANNO M. D. IC. PONTIF. VIII.

Intus verò in argentea lamina ab eiuſdem Tituli dicto ſæpe ſuperiùs Paulo Cardinali presbytero totius rei geſtæ ſeries ita deſcripta fuit.

XVIII. INSCRIPTIO INTRA SEPVLCHRVM POSITA.

Hic requieſcit corpus S. Cæciliæ virginis & Martyris, quod à Paſchali primo Pont. Max. ipſâ reuelante, repertum, & in hanc Eccleſiam translatum, & ſub hoc altari vnà cũ corporibus SS. Martyrum Lucij & Vrbani Pontificum, necnon Valeriani, Tiburtij & Maximi reconditum, iterum poſt annos ferè octingentos, Clemente VIII. Pontif. Max. cum ijſdem SS. Martyribus lucem aſpexit, die 20. Octobris, anno Dominicæ Incarnationis M. D. IC. Cuius ſanctæ virginis corpus prædictus D. N. Papa Clemens veteri ligneâ capsâ in qua iacebat, argentea incluſa, intactum, immutatumque hoc eodem loco, in quo fuerat collocatum, poſt peracta Miſſarum ſolemnia maximâ cum deuotione & lachrymis, toto ſpectante populo, repoſuit XXII. Nouembris, ipſo feſto virginis die M. D. IC. Ad cuius latus in alia ſeorſum capſa prædicti tres Martyres Valerianus, Tiburtius, & Maximus requieſcunt. Necnon ſub ipſa virginis corpore in alia ſimiliter arca prædicti duo Martyres ac Pontifices Lucius & Vrbanus, prout à Paſchali Pontifice omnes in ijs conditi ſunt.

Ego Paulus Tituli S. Cæciliæ S. R. E. presbyter Cardinalis Sfondratus, cui licèt miſerrimo peccatori prædicta corpora, quæ diuturnitate tẽporũ ferè in tenebris iacebãt, & inuenire, & videre, & venerari à Deo optimo Maximo datum eſt, memoriam hanc hiſce litteris conſignaui. ita inſcriptio in ſepulchro poſita. cœptam verò iam hiſtoriam proſequamur.

XIX. CLEMENS PAPA INVISIT INVENTVM CORPVS S. CÆCILIÆ.

Interea verò cùm idem ſummus Pontifex incolumis rediiſſet è Tuſculano: adiuit vnà cum S. R. E. Cardinalibus ipſam Eccleſiam S. Cæciliæ, vt eiuſdem virginis atq; Martyris inuiſeret, ac veneraretur ſacra pignora: vbi cùm adeſſet, educto operculo, cupreſſioq; illius capſę, venerandũ quoq; Angelis Sanctiſſimæ ipſius corpus, iis quæ diximus (vt poſitum fuerat à Paſchali Pont.) opertũ velis vidit, & veneratus eſt, atq; ei tunc quã ſciret omni auro, gemmiſq; eſſe gratiorem oblationem, preces obtulit, vnà cum lachrymis oblationis cordis indicibus; necnõ in honorem Martyris incruentũ Chriſti Corporis ſacrificium. reliqua ſolemniori ritu impleturus religionis officia, ipſo qui proximè adeſſet die natali Martyris. Iſta tunc fuère oblata virgini digna tanto Pontifice munera.

MODESTIA PONTIFICIS COMMENDATA.

Sed eius plurimùm in eo commendata modeſtia fuit, quod inuitatus licet, noluit reductis velis, nudum virginis corpus quantumlibet exiccatum inſpicere, cui eſſe videretur loco ruboris cuſtodis verecundiæ virginalis, ſanguis aſperſus; ſatis ad fidem eſſe ſciens, mẽbra ſingula cognouiſſe per ſuperpoſita vela, atque vidiſſe à prædeceſſore inſcripta ſepulchro atque deſcripta diplomate ſignacula illæſa reperta, atque diuinitùs conſeruata. Veneratus eſt pariter poſt hæc ſanctiſſimos prędeceſſores Pontifices Vrbanum & Lucium, necnon Valerianum, Tiburtium, atque Maximum Martyres in eadem Confeſſione recõditos, tunc ipſi ad breue temporis ſpacium, amoto operculo, demonſtratos.

XX. SOLEMNIS REPOSITIO S. CÆCILIÆ CORPORIS.

Vbi autem exoptata aduenit dies natalis eiuſdẽ S. Cæciliæ, ipſe Pontifex vnà cum ſacro Senatu, ipſo Collegio Cardinalium præſto fuit; atque etiã celebri pompa, ritu ſolemni ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium obtulit. Quo ſummâ religione perfuncto, miniſterio diaconorum adiutus, arcam illam argenteam iam anteà conſecratam, detulit in Confeſſionem, in eaq; cupreſſinam illam, quæ venerandum corpus virginis & Martyris Cæciliæ cõtinebat, conſuetis adhibitis precibus, collocauit, atque intra lapideum monumentum vtramq; ita ſimul compoſitam clauſit. Dicenda adhuc plurima eſſent de miraculis his diebus, quibus magno populi concurſu eadem frequentabatur Eccleſia, editis: ſed quod longiori ea indigeant narratione, nec abutenda nobis eſt licentia conceſſę digreſſionis: hæc ſatis ſunto.

XXI. [a] Pſal. 33. [b] Pſal. 128. [c] Gre. Naz. in Iulian. orat. 3. IN NOVATORES INVECTIVA EX GREG. NAZ. [d] Pſal. 62.

[a] Audiant manſueti & lætentur: [b] Confundantur autem & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion, impii Nouatores, apoſtatæ, Hagiomachi conſortes Apoſtatæ Iuliani, quem vnà cum ipſis Theologorum antiquorum vertex Gregorius [c] eiuſmodi exagitat inuectiua: *Non victimas pro Chriſto cæſas veritus es? Nũ magnos pugiles extimuiſti, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanũ, Lucã, Theclam, eos qui & poſt illos & ante illos periculis ſe obiecerunt? qui cũ igne & ferro, & belluis, & tyrannis, & præſentibus malis & denuntiatis, veluti in alienis corporibus, immò quaſi corporũ expertes, dimicarunt. Cur? ne pietatẽ vel verbotenus proderent. Quibus præclari honores & feſta conſtituta ſunt; à quibus dæmones propellũtur, & morbi curantur; quorum apparitiones, & prædictiones; quorũ vel ſola corpora idem poſſunt, quod anima ſancta, ſiue tangantur, ſiue honorentur: quorum vel ſola ſanguinis gutta, atque exigua paſſionum ſigna idem poſſunt quod corpora.* Iſta Theologus, & cum eo omnes pariter Patres, Eccleſiaſtici tractatores, & vniuerſa demum cum eis Eccleſia, quibus ſicut vna eademq; ineſt communicatio Fidei, ita & certæ expectatio ſpei & cũ Deo fruitio, quæ numquã excidat, caritatis: à quibus ſecluſi voluntarii extorres apoſtatæ, apoſtatis Angelis ſicut in perfidia ſociis, ita & in æterno ſupplicio comites inhærebunt, & ſecundùm propheticum illud: [d] *Introibunt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij,* vindicis iræ Dei, *& partes vulpium erunt.* quod Deus ab eis auertat: cupimus enim ſalutem & non interitum miſerorum.

XXII. LEGATIONES PASCHALIS AD LVDOVICVM.

Quod rurſum ad Paſchalem pertinet, duas hoc anno miſiſſe ad Ludouicum Imperatorem legationes, habent Annales rerum geſtarum eius. Priori legatione functos tradunt Petrum Epiſcopũ Centumcellẽſem, & Leonem Nomenclatorem; poſteriori verò Theodorum Primicerium & Florum cũ muneribus. Quæ autem negocia per eos tractata fuerint, nuſquam mentio. Addũt etiam perlatum hoc anno nuntium Ludouico Imperatori de nece Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani, & ſubrogatione Michaelis Balbi, de quo modo nobis dicendum erit, ſimulq; de ſtatu Orientalis Eccleſiæ ſub eodem Michaele.

STATVS ECCLESIÆ ORIENTALIS SVB MICHAELE.

Cùm igitur innotuiſſet vbique Leonis Imperatoris perſecutoris Orthodoxorum interitus, à Catholicis omnibus qui vel in carcere & vinculis, vel relegati tenerentur in inſulis, vel deliteſcerent in montibus & ſiluis, ſiue extorres profugi, huc illucque diſperſi eſſent, Deo redditæ ſunt immenſæ gratiæ, quòd liberati eſſent de ore leonis, inter quos Theodorus Studitarum Præpoſitus, quò plus cæteris fuerat ærumnis preſſus, eò alacriùs gratias ingentes Deo, qui Tyrannum abſtuliſſet dignè perſoluit, & imitatus Gregorium Nazianzenũ in Iulianum Apoſtatam ſcriptis inuectum, itidem ſuis epiſtolis eumdem vt Apoſtatã lancinauit, Dei prędicans in his potẽtiam & fortitudinem. Cùm ergò de nece Imperatoris audiſſet, mox ad Naucratium

ſuum

ſuum diſcipulum, egregium Confeſſorē iſta reſcripſit, iam ab eo qui Conſtantinopoli detinebatur in carcere, de omnibus quæ acciderant certior factus.

a Theod. l. 2. epi. 73. Cod. Column.

Naucratio filio [a].

XXIII. b Matt. 12. DE NECE LEONIS THEODORI EPISTOLA.

Sacrarum litterarum verba ſunt [b]*: Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari. Ego verò infelix voce commutatâ, iure illud dixerim: Gaudij fauſta nuncia nobis audita ſunt ex reuerentia tua, quorum gratiâ exultet non ciuitas hæc aut illa, ſed quæ ſub cælo ſunt ferè vniuerſa; quia ſuſtulit Dominus non Seon Regem Amorrhæorum, neque Og Regem Baſan, Reges paruos, ſed nuper exortum magnum draconē, & magnam orbis partem populantem, tortuoſum ſerpentem, & blaſphema ſibilantem, abominationem deſolationis, vas iræ, filium Tabeel, ne dicam Cabalini nepotem, Achab, Iuliani exemplar, complementum mali, contumelioſum in Chriſtum, Deiparæ hoſtem, aduerſarium Sanctorum omnium: quorum enim ſacros characteres perſecutus eſt, & è medio ſuſtulit, eorum proculdubio hoſtis penitus & perſecutor fuit. Lætentur cæli, & exultet terra, fluant montes dulcedinem, & colles iuſtitiam. Cecidit hoſtis, contritus eſt qui nos cædebat; obſtructum eſt os loquentis iniqua; repreſſa manus Abeſſalom, perijt durus corde Pharao. & nondum mihi tempus & locus, vt auditu digna eloquar de peſſimo dracone.*

Hoc verò adiiciam ad ea quæ dixi: oportuiſſe Apoſtatam, eo quo ſcripſiſti modo, vitam abrumpere: oportebat noctu tenebrarum filium occumbere: oportebat eum qui diuina templa deuaſtarat, in Dei templo nudatos in ſe gladios cernere: oportebat ad diuinum altare confugientem nō ſaluari, qui altare ipſum deſtruxerat: in eam manum quæ extenſa in ſancta fuerat, ſectionem inferri: in fauces quæ impia eructarant, gladium diſtringi; in humerum eius qui contumelioſè Chriſto inſultabat, opportunum vulnus infligi; pro iuſti ſanguinis effuſione iniuſtum ſanguinem ſpargi: pro ſectione & dilaniatione membrorum atque tergorum inniſa Deo membra concidi: pro morte ſancta impiam mortem exhiberi; & pro purpura panniculis indui ſemen inglorium.

XXIIII. QVOMODO IVSTI LÆTENTVR MALIS IMPIORVM. c Matt. 21.

Nec verò de caſu gaudent impij, quin gemens & lugens mortis genus ſugillo: ſed quia malus malè peribit, vt veritatis [c] *eſt ſententia, & omnis qui contra Deum iuueniliter inſurgit, condigna factis capiet etiam hic, necdum enim dico futurum extremum ignem, quo exterminabuntur omnes impij & iniuſti. Quid verò poſt hæc? Nouo Ioſia opus eſt, vel ſi vis, Iouiano quopiam, vel alio ex ſimilibus, qui Domini zelo ardens, deiecta erigere ſtudeat, diuulſa coaptare, Deo reddere quæ Dei ſunt (vt dicitur) reſtituere imaginem Chriſti & Deiparæ, ac Sancti cuiuſque; non quod conciderit vnquam Chriſti imago. abſit, ſed vt nos qui per impietatem cecidimus, ſuſcitemur. Talis vt ſit, optamus peccatores, videaturq́; piiſſimus Imperator à Deo promotus. & ſiquidem ita ſit, optimum & in perpetuum laudabile. Sin per peccata mea non ita: attamen nos in Chriſti confeſſione, non ſpernentes ſacrum eius carcerem, nec quicquam pro Deo formidantes, vt Deus ipſe hortatur. Hæc oſtende Confeſſoribus tuis: quos & ex nobis ſaluta. Frater tuus Nicolaum impenſè ſalutat.* Hæc Theodorus, qui eiuſdem in omnibus argumenti ſcripſit epiſtolam [d] ad Ioannē Logothetam, qua & deſcribit totidem fermè verbis Leonis occubitum peccatis condignum. fuerat & hic vnus ex Confeſſoribus.

d Theod. l. 2. epi. 80. Cod. Column.

XXV. EDICTO IMP. RELAXATI CONFESSORES. e Iſa. 63.

Inter hæc autem Michaël Imperator vbi eſt potitus Imperio edictum promulgauit, vt omnes exules Orthodoxi liberati carcere vel exilio liberè ad propria redire poſſent, de quo edicto agens Michaël iu Theodoro hæc ait: *Poſtquàm verò qui aduerſarios aufert Deus (ſicut ait Propheta* [e]*) recordatus eſt gemitus ſeruorum ſuorum, & à ſuperbo & arroganti Apoſtata pœnas exigit, impio iiſdem in locis in quibus imaginem Domini deſpexerat, in viſceribus percuſſo: tum Imperium quidem qui eum nolauerat, Michaël ſtatim corripuit: Patrum verò calamitates finem illico acceperunt, Imperatoris iuſſo reditum omnibus indulgente. etſi enim hæreticarum partium is erat: haudquaquam tamen impudentiâ ſimilis priori, nec moleſtus vlli erat, quod ei obſequi nollent, quæ celles agere ſinens vnumquemque.* hæc ipſe. Theodorus autem exilio liberatus ex promulgato pro Orthodoxis edicto exiſtimans Imperatorem re verâ Orthodoxum, ipſum mirum in modum præconiis extollens, hanc ad eum ſcripſit epiſtolam [f].

f Theod. l. 2. epi. 74. Cod. Column.

Michaeli Imperatori.

XXVI. EPIS. THEODORI AD IMPERATOREM.

Æquum eſt quam maximè hoc tempore ex ore omniū qui perſecutionem paſſi ſunt, parari laudem, primùm quidem Chriſto vniuerſorum Regi, deinde veſtro à Deo cuſtodito Imperio, per quod adepti ſumus relaxationem vincti, dimiſſionem carcerati, conſolationem afflicti, libertatem condemnati, reditum exules. Et quidem rectè videor exiſtimare, imitationem Chriſti Imperium veſtrum futurum, vt ſimile ſimili reddens, dicat & ipſum [g] *ijs qui vincti ſunt, exite; & ijs qui in tenebris, reuelamini. Et benedixit Dominus Deus Iſraël quoniam erexit cornu ſalutis nobis, nouum Dauid, alterum Ioſiam, pacifici Imperij Regē, qui faciens faciet quæ placita ſunt Deo: qui lapſa reſtituet, diſſecta coniunget; percutiet & ſanabit, & tertiâ die (vt propheticè* [h] *loquar) reſurget.* alludit enim ad edictum tertiâ die datū pro Orthodoxis reſtituendis. ſed pergit.

g Iſa. 49.

h Oſe. 6.

Quoniam autem, Chriſti aemule Imperator, quot in hæreſi mors occupauit, ij in perditionis partem abierūt, Chriſtum negantes, dum eius imaginem negarunt, quamuis Chriſtiani appellarentur: Credere enim in Chriſtum nihil aliud eſt, quàm quod Filius Dei & Patris perfectus homo factus imagine exprimitur ſecundùm ſimilitudinem noſtram, vt non ſit aliud quippiam quàm ſumus nos, manens idem incircumſcriptus cum Patre & Spiritu, quatenus eſt verus Deus. Sic itaque intelligatur mediator Dei & hominum tanquam vtriuſq; vtraque habens & in vtrouis nulla parte deſtitutus, ſicut omnis ſanctorum Patrum chorus vociferatur. Et ſicut in Imperio veſtro expreſſa imaginis ſuſceptio, confeſſio eſt Imperij veſtri, & contrà: ita & in Chriſto Rege vniuerſa terra idem ſumere licet, ac multò magis, quia Regni eius non erit finis

XXVII. NEGATORES CHRISTI IMAGINIS CHRISTVM NEGANT.

Si ergò in negatione imaginis Chriſti, negare Chriſtum ipſum, omni veritate demonſtratum eſt. perſpicuum eſt, & in adorationis eius improbatione, Chriſti quoque ipſius adorationem abrogari. Atque ideò vniuerſa quæ ſub cælo eſt, ab ipſa Apoſtolica prædicatione, vt teſtatur & aſpectus, per picturam, & auditus per ſcripta monumenta, ſanctam imaginem Chriſti, Deiparæ, Angelorum (quandoquidem cum corpore pinguntur & iſti diuino mandato licèt ſint incorporei) & Sanctorum qui diuerſis temporibus fuerunt in diuinis templis, ſacriſq; vaſis, gerit & adorat.

VNIONEM EXOPTAT CVM ROM. ECCLESIA PERAGI.

Quamuis nuper Eccleſia noſtra à quatuor Patriarchis diuulſa, nequicquam præuaricata eſt. Sed nunc tempus acceptabile, nunc dies ſalutis vt reconciliemur nos Chriſto, auſpice & probante pacato Imperio tuo. Vt vniamur nos vertici Eccleſiarum Dei Romæ, & per eam tribus Patriarchis. Vt vnanimiter, vno ore, glorificemus Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Filio & Spiritu ſancto, magnificantes & veſtrum piiſſimū & optabile Imperium. hactenùs ad Michaëlem Imperatorem Theodorus cùm eum ex factis ijs (vt diximus) crediderit Orthodoxum.

XXVIII. REDITVS THEODORI CONSTANTINOPOLIM.

Sic igitur Theodorus ſolutus vinculis nihil antiquiùs habuit, quam inter Conſtantinopolim verſus dirigere, quo diſperſos diſcipulos congregaret, ſuumq; repararet monaſterium. Fuit autem reditus eius veluti poſt victoriam adornatus triumphus lōgioris viæ ſpacio circūductus: quem à Michaële deſcriptum, hic reddere, congruum exiſtimamus, vt-

pote omnium qui io hoc prælio certauerint præcipui coryphæi; vt cuius vidimus repetita ſæpè & ſummâ gloriâ cõſummata certamina, eiuſdem ſpectemus quoque triumphum, opus Dei, cui facile[a] eſt in momento honeſtare pauperem, & humilem exaltare. ſed audiamus.

[a] *Ezech.21.*

Cùm igitur (inquit) ſolutus exilio cum cæteris diuinus Pater fuiſſet poſt ſeptimum annum quàm eiectus fuerat: age quæ'n eius reditus, quales omnium quàm illuſtres, quacunque tranſiòat, occurſus honoru & gratulationis ergò fuerint, intueamur. Per familias etenim, ſodalitateſq; diſtributi, certatim omnes contendebant, quis priùs eum tecto exciperet, quis ei priùs lautitias prap araret, probrum ducentes, idque maximum in hoc offi.io poſteriorem videri. Vt verò ad lacus locum peruenit, cui Metata, nomen eſt: ibi multò celeberrimus atq; honorificentiſſimus occurſus fuit, Leone illo admirabili, ac fuiſtimu Xerolophi accolis ſua propemodum omnia ad eius aduentum, profundentibus: nihil enim antiquiùs illi erat, quàm Patrem magnificè honorare, illiuſq; preces obtinere, quibus pretioſius nihil ducebant. Poſtquàm verò ibi ex.eptus, habituſque pro dignitate fuit, profectus inde eſt ad Pteleas, quo in loco dies non paucos egit, tum propter loci ſitum elegantem, tum quod multorum aduentantium capax eſſet. Ibi cùm alios ex diſcipulis confluentes excepit, tum germanum fratrem ſuum Ioſephum Theſſalonicæ Archiepiſcopum, quorum omnium aſpectu non mediocriter recreatus, diuturna que abſentiam praſenti congreſſu compenſans eximio lætitiæ ſenſu perfundebatur. Sed quæ à Sancto in via edita ſigna ſunt, idem Michaël quàm fideliſſimè recenſet, atque primùm de Leone apud quem diximus hoſpitatum, eodem ipſo ex Leone teſtante, atque iſta eo dicente poſt obitum eius, viro ſanè fidei ſinceriſſimæ.

XXIX. *Redeunti ab exilio cùm iter hac eſſet, Theodoro contigit vt paulò poſtquàm domo mea iberat, puellam quandam è vicinis filio meo quippe iam maturo in nuptijs apto deſponderem: quam in ipſa nuptiarum celebritate, canticis hymniſq; perſtrepentibus vehemens repentè febris inuaſit, luctuq; omnia compleuit, mortem illi oſtentans miſerrimam. Mærentibus ergò nobis ob duplicem calamitatem: tum quod nuptialem hilaritatem turbari videbamus; tum propter teneræ atque immaturæ virginis obitum, quem timebamus: ego cùm aliud ſolatium nullum eſſet, ad Sanctum miſi feſtinanter (nondum enim procul admodum à ædibus noſtris proceſſerat) opem implorans puellæ, mihique in primis qui multò grauius diſcruciabar: at ille confeſtim oleum à ſe benedictum remiſsit, eoque iacentem vngi iubet. Quod ſimul ac peregi, puella meliuſculè habuit, febriq; ardore liberata eſt, ita vt, quod curatione ipſa mirabilius eſt, nunquam ampliùs illam vel minimùm infeſtarit.*

Alias verò cùm ſolus, re ita poſcente, remotum ad vicum proficiſcerer, repentè obuiam, neſcio vnde aduolans, facta eſt pardalis, quæ terribili aſpectu in me conuerſa, tantùm non irruebat, & membra mea miſerè depaſcebatur. Ego verò qui in tanto tamque certo diſcrimine quid agerem nõ habebam: animum refero ad magnum Theodorum, in illo vno ſpem omnem collocans ſalutis. cui minimè dubiâ fide nixus intrepidâ voce pardalim compello: Abſcede à me fera bellua, nec me propiùs attingere aude: quoniam ad Chriſti famulum Theodorum pergo, cuius ego ſeruus, qui tutor ac cuſtos meus eſt in omnibus. Mirum dictu, nomine audito, bellua euolans è veſtigio, terramque contuens, terga dedit, & viam quaſi ſtudio declinans, longiſſimè à ea receſsit. Subdit his de alio Leone idem Leo, ſic rem geſtam admirandam valdè referens.

XXX. *Vicus eſt, Achirao, nomine, in quo habitabat Leo ille, infelici coniugio fœmina copulatus, quam immundus ſpiritus obſederat. Hanc dæmon tam atrociter agitabat, vt ſuas ipſa carnes laniaret ac deuoraret, nullum interim ſenſum doloris capiens nec miſeræ conditionis. Cùm ergo per eas oras tranſiret Sanctus, aſello inſidens (hoc enim in longioribus itineribus vehi ſolebat) obuiam cum vxore Leo occurrit lachrymis profuſus; vultu deiecto ac mœrore proſtrato, precibus imis obteſtans, vt afflictæ ſuccurreret, atq; violentum adeò, infeſtumque dæmonem profligaret: cuius miſericordiâ tactus, grauiq; ærumnæ compatiens Sanctus manum illicò vertici mulieris imponit, Crucis ſignum imprimens, & notas aduerſus prauos ſpiritus preces addens, quibus peractis; finem ſimul cepit fœminæ calamitas, infeſto dæmone fugâ penitus elapſo, illamque ſanam ac ſui compotem relinquente. Huic porrò miraculo aliud inſuper acceſſit coniunctum. In ipſo enim impuri ſpiritus exceſſu, auulſi vtrique tum manuum tum pedum mulieris vngues prolapſi ſunt, magno ſpectantium ſtupore, atque incredibilium obſidentis virium indicio.* hactenùs de Leone Leo. ita planè cedens imperio viri ſancti ab eo ſæpè victus perfidus dæmon fugæ ſigna, Deo ſic agente, reliquit, vt ſcirent omnes quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum, coronis plurimis de iteratis ſæpè confeſſionibus redimitum, de proſtrata perfidia Iconoclaſtarum triumphum agentem. Sed audi quod ab eodem his ſubijcitur grande in itinere perpetratum miraculum.

Fluuius eſt (inquit) Ptelearum agrum percurrens, qui agreſti vocabulo dicitur Onopnictes. ob eam opinor cauſam nomen id ſortitus, quod multa eius generis iumenta, nempe aſinorum ſuis vndis abſorbeat ac præfocet. Is non rarò intumeſcens, exundanteſque fluctus aluco effundens, non ſolùm armenta, aliaq; animantia rapit, ſed totum ferè Pteleenſium agrum cum incolis nonnunquam obruit, ac penitùs deuaſtat. Cùm igitur eo aduentantem aliquando Sanctum incolæ vidiſſent: pari omnes ſtudio preces obtulerunt, vti calamitatem hãc eximere vellet, quam perniciem, ruinamque ſuam appellabant, quaque perſeuerante, iniucundam ſibi, nec vitam fore vitam ipſam affirmabant. Quorum vota nullo momento differens, feſtinat ad fluuiũ Theodorus: veſpertinos hymnos Deo perſoluit, Crucem ligno efformatam in ripa quæ exundare ſolebat, defigit: Quæ ex eo tempore continens fluminis curſus, nunquam effluẽs, ſuos alueo fluctus compeſcuit; nec damnum ampliùs vllum intulit eluuione. iſta Leo ſui temporis res geſtas & quæ ſpectauit oculis proſequutus. Ita planè Deus hiſce ſignis, ceu diuinis characteribus illuſtrauit Sanctum ſuum, vt tum Orientalibus tum vniuerſo Chriſtiano innoteſceret orbi, nonniſi veritatis Orthodoxæ eſſe Theodorum prædicatorem, quem tanta miraculorum gratia illuſtraret, Apoſtolico more, Deo ipſius prædicationem[b] confirmante ſequentibus ſignis. Omiſſis autem reliquis quæ ab eodem auctore narrantur miraculis, cœptum Conſtantinopolim vſque iter ipſius proſequamur.

XXXI. (margin, beside "Fluuius eſt")

[b] *Marc. 16*

XXXII. *Diuerſatus ergo in Pteleis aliquo temporis ſpatio Theodorus: iter inde Pruſam verſus intendit. Quo ſimul eum qui Olympum incolunt veniſſe cognouerant: accurrerunt protinùs omnes videndi illius cupidi & audiendi: carus enim illis iam pridem erat & acceptus: quos vt congruentis ſingulos ſermone affatus eſt, multiſque caritatis officijs pro viribus impertiuit, relictâ Pruſâ, Chalcedonenſem viam ingreſſus eſt, Theoctiſtum illum viſurus, qui olim magiſtri dignitate honeſtatus, nunc verò monaſticum inſtitutum, ipſo inſtitutore ac paſtore complexus eſt. cuius haud parum aſpectu recreatus eſt, tantum in eo virtutis, tantum cernens rectæ vitæ ſtudium & exemplum.*

Pergit deinde ad Patriarcham, Nicephorum dico eius certaminis ſocium & amicum in cœnobio ſuo ad ſretum ſito commorantem, cuius congreſſum in ſumma deputans voluptate totus toti inhæreſcit, exquiſitis verbis ſuam in illum voluntatem affectumq; conteſtans, priſtinuq; ſeparationis

THEODORVS NICEPHORVM CONVENIT

tionis tædium præſenti nunc coniunctione abſtergens. Poſtquam igitur optatu abundè potitus eſt, & alios quoq; adire virtutis diſſeminandæ cauſa ſuadebat, illo ad breue tempus relicto, Creſcentis (vti vocant) loca petijt, in quibus à multis tum monachis tum ſecularibus officij gratiâ confluentibus, ſalutatus, omnibus vtilia & ſalutaria exundanti diuinarum rerum vbertate linguâ pandebat.

XXXIII. *Petro anachoretæ quid conſulat Theodorus.* *Adfuit inter cæteros Petrus ille celeberrimus, incomparabilis virtute, tum alia plurima cum Patre tractaturus, tum de ſiniſtra fama, quàm ipſi conflabant æmuli, eius vitã & acta reprehendentes: erant enim nonnulli qui hominem vellicarent, eo quod vitam illum à communi lege remotam agere & miraculis non exiguis florere cernebãt. Quem quidem de ſingulis accuratè interrogans Pater, cùm in omnibus recta ſentire deprehendiſſet, ac virtutem, gratiæ ope, cõſequutum eſſe excellentem: Nouum hoc (inquit) ſi mo audis, ac penitùs intactum vitæ genus paululùm remitte; malimq; ſimilem alijs rationem tenere, quæ proſit ſimul atque expediat. pane hoc quo cæteri veſcuntur, ad victum vtens, & vino interdum, cibiq; alijs quantum libet, vt & his veſci videare, faſtumq; ex media cibiq; abſtinentia demitas, & ijs qui tibi nunc detrahunt os claudas, nullaq; in re carpi poſſis. Deinde quoniam tibi inter cæteram os eſt nudis pedibus ingredi: meâ quidem ſententiâ id minime neceſſarium videtur: quia ſatius duxerim te integumento aliquo pedes munire, eosq; per hiemem illæſos ſeruare. Quæ cum ille in hunc modum ſuaſiſſet, eius viceſſim accuſatores verbis admonuit, ne tantum virum temerè proſcinderent, nec iudicium ſibi arrogarent, contraria illi ſentientes, qui laudare potius, admirariq; talem virum debeant.* Inter hæc autem affluit legatio miſſa ad Nicephorum Patriarcham ab Epiſcopis in Cherſone relegatis, cùm nondum illi ſciuiſſent, vel accepiſſent de relaxatione exilium edictum noui Imperatoris; datumq; in mandatis Legato (is fuit Agapetus ſanctiſſimus monachus) vt ſalutaret Theodorum Studitam: quâ occaſione ſcripſit tunc Theodorus ad ipſos Epiſcopos hanc epiſtolam.

Epiſcopis propter Dominum Cherſonem relegatis [a].

a Theod. l. 2. ep. 92. Cod. Column.

XXXIV. *Ad relegatos in Cherſone Epiſcopos.* *Vera caritatis opus eſt, fideique non fictæ demonſtratio, quod tãto ex locorũ interuallo vnum de exulibus fratribus miſit paterna ſanctitas veſtra, Agapetum reuerendiſſimum monachum vel potiùs beatiſſimum, iuxta id quod à Domino dictum eſt de ijs qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, ad viſitandũ primùm quidem diuinum ac ſupremum caput; deinde nos quoq; minimos in fratribus & filijs ſpiritualibus. O præclarum conſilium! ô ſinceram dilectionem! Et quorumnam aliorum quàm eorum qui propter Chriſtum elegerint à domeſticis ſeparari & longinquam in oram ſecedere, tanto maris ſpacio diſiunctam, eaq; illic pati, quæ conſentaneum eſt obtingere, clariſſimum hoc ſpecimen eſſe poſſit? Benedictus Dominus Deus qui vos erga tenuitatem noſtram ſic excitauit, & vires ac gratiam Miſſo dedit, vt nota vobis faceret omnia, quæ peregiſtis, quæque adhuc ſuſtinetis, feliciſſimi Patres, pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. quæ quidem audientes gauiſi ſumus, laudauimus, gratias egimus, & diximus: Verè in vobis Deum eſſe lætantem & honoratum confeſſione veritatis.*

XXXV. *Ego verò ſic exiſtimo, non veſtra tantum incolumitatis gratia, ſed incolarum etiam ſalutis ab omnium conſeruatrice prouidentia conſtitutum fuiſſe veſtrum in eas oras exilium, ſiue ſeceſſum. Eò ſiquidem profecti, mox lumina in tenebris, vitaq; errore verſantibus vos præbuiſtis, duces cæcorum, virtutis magiſtros, præcones pietatis, doctoreſque omnium quæ hic contra Chriſtum horrendis auſis geſta fuerunt. Ita & ibi & vbique terrarum ac maris veluti faces accendit Dominus Confeſſores ad oſtenſionem veritatis, auerſionem impietatis, quemadmodum ſæculis ſuperioribus. & magnificatum eſt nomen eius, probatus electus populus Chriſti, oſor cœtus reprobatus.*

Deniqùe finem vitæ ſortitus eſt magnus draco, mens Aſſyria, dignum temeritate ſuâ, quã in Deum exercuit. Quomodo autem nunc ſe res hic habeant, ſuperuacaneum dicere foret, cũ idoneus diuinâ gratiâ ſit tabellarius, vt omnia doceat exactè, cui nos cum epiſtola diſtributionem quandam commiſimus, quam ſuſcipere dignemini, venerandas preces ad animæ ſtabilimentum nobis largiendo. His ſcriptis litteris Theodorus profectus eſt Conſtantinopolim, abſque tamen Patriarcha cum alijs Epiſcopis: non venit Patriarcha, eò quod adhuc hæreticus intruſus pſeudopatriarcha ſederet.

XXXVI. *Epiſcopi iuſſu Imperatorum coeunt in vrbem.* Poſt hæc autem iubet Imperator, vt Epiſcopi omnes tam Orthodoxi quàm etiã hæretici Iconomachi conuenirent, atque vnà ſimul de dogmatibus agerent. His auditis conuenientes inter ſe Epiſcopi Orthodoxi confirmauerunt non decere in Concilium vnum cum hæreticis conuenire, id vetantibus Eccleſiaſticis regulis; ſupplicauere tamen Imperatori, vt ſe audire velit, excuſantes intereà ſibi non licere cum hæreticis habere conuentum, nec audire penitùs niſi ad correptionem, haſque ad eum litteras omnium nomine conſcripſère [b]: extant ipſæ inter Theodori epiſtolas, vtpote quæ ab eo putentur fuiſſe conſcriptæ, quæ ſic ſe habent, hac inſcriptione notatæ.

b Theod. l. 2. ep. 86. Cod. Colum.

Epiſtola ex perſona omnium Epiſcoporum & præpoſitorum ad Michaëlem Imp.

Quæ ſcribant Epiſcopi Catholici ad Imperatorem. *Nos qui veſtri à Deo coronati Imperij iuſſu in vnum cõuenimus, minimi Epiſcopi ac Præpoſiti primam hanc vocem ſub diuinitus conſtituto Regno veſtro edimus, actiones gratiarum & laudes: quòd reuocati ſimus qui fueramus eiecti: quod miſericordiam experti qui ærumnis preſſi: quòd refocillati fuerimus, qui deficiebamus: ab hieme ad ver, à tempeſtate ad trãquillitatem, à mœrore ad lætitiam, noua quædam & incredibilia cernentes. Tale enim eſt iuſtũ Imperium veſtrum, lætum, iucundum, optabile, pacatum, iuſti amans, multis alijs appellationibus dignum. Quod ad Chriſti veri Dei exemplum diſſidentia coapeat, ægra ſanat, triſtia exhilarat. Eximium quoddam reuera Imperium, & ijs quæ beata quondam prædicata fuerunt par. Quod laudibus exornare, hominis lingua haud facilè poſſit. Sed quãdoquidem hæc ita ſe habent, oramus & obteſtamur indigni, vt ſacro ipſo conſpectu veſtro frui nobis liceat, & ſuauiſſimam vocem audire venerandi ac ſapientiſſimi oris veſtri; vt quæ auribus accipimus, oculis intuentes, animo exultemus, quaſi lugubrem quandam veſtem, mœrorem noſtrũ hilaritate permutantes.*

XXXVII. *Non arbitrio Impp. tractanda diuina.* *Et quoniam alterum nobis loquendi argumentũ de ſincera & inuiolata Chriſtianorum Fide noſtra eſt: illud cùm reuerentia referre audemus: Quod ſi humanum quippiam eſſet, de quo ſermo eſt; & vel in ſanctiſſimi noſtri Patriarchæ poteſtate ſitum, vel in noſtra: non ſolùm paruũ aliquid, ſed totum ipſum cedere oporteret, ita iubente mandato. Cùm autem de Deo ſermo ſit, & in Deum cui ſeruiunt omnia, non modò hic aut ille, ſed neq; ſi Petrus & Paulus, neque ſi Angelorum quiſpiam foret, demutare quippiam vel minimum auderet, tamquam euerſa ea ratione Euangelio vniuerſo. Iam verò ſermonem refellendi causâ cùm Heterodoxis conferre, Apoſtolico mandato repugnat, minimèq; conuenit, niſi ad correptionem tantummodò. Propterea indigni nos Imperij veſtri famuli ne hiſcere quidem contra præceptum audemus.*

XXXVIII. *A quo docendus in dubiis Imperator.* *Quod ſi quid eſt huiuſmodi, de quo ambigat, aut diffidat diuina magnificentia veſtra à Patriarcha diſſolui poſſe: iubeat magna ipſius & à Deo confirmata manus ad communem vtilitatem à vetero Roma ſuſcipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditione tranſmiſſum mos fuit. hæc enim, Chriſti æmule Imperator, ſuprema eſt Eccleſiarum Dei, in qua Petrus ſedem primum tenuit, ad quem Dominus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo*

Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Locum hunc recitat [a] Gennadius ad demõſtrandam Apoſtolicę Sedis auctoritatem ſemper in Eccleſia cognitam & prædicatam. pergũt verò. *Hæc noſtra eſt indignorum famulorum poſtulatio, hæc cum Deo humiliatorum exhortatio. Valida ergo Dei manus ſeruet te mundo deſiderabilem, piumq; Imperatorem Chriſtianorum ad multos annos ſuperſtitem. & ad filios filiorum Imperium tranſmittentem cum proſperis ſucceſſibus, hoſtiumque & inimicorum victorijs. Fiat, Fiat.* hæc Epiſcopi Orthodoxi ad Imperatorem, à quo, vt petierunt, auditi ſunt. Quid autem ibi egerint, Michaël in Theodoro his verbis ſignificat.

[a] Genna. expoſ. pro Concil. Florent. c. 5. Sect. 17.

XXXIX. EPISCOPI ORTHODOXI QVID CVM MICHAELE IMP.

Cùm autem vna cum ſelectis Epiſcopis Theodorus conueniſſet: omnes inter ſe cum Patriarcha conſilium inierunt adeundi Imperatorem, eique preces offerendi, vt & ipſi proprias Eccleſias reciperent, & qui eas occuparant hæretici, pellerentur. Sic igitur eum cõuenientes, omnia commemorantes, quemadmodum ipſi violenter ab eius deceſſore eiecti fuiſſent, ac diuinæ imagines, quarum cultus è cœlo, turpiter ac contumelioſè tractatæ, aliaq; id genus, quæ res poſceret, disertè, planèq; repræſentantes: non agnouerunt, ſe ſurdo canere, verba fundere non intelligenti: Diuini enim verbi expers ad eam diem, prorſusq; rudis, neque intelligere poterat, ſi quid rectè ab eis diceretur, neque animum illis vllo pacto intendere. Qui enim? qui nondum quicquam ſacri vel ex ſeipſo viderat, vel ab alijs fuerat edoctus. Quare prolixa Patrum quam de Fide habuerunt, orationi hoc ſolum abſurdè, ſtultèq; reſpondit.

IMP. QVID RESPONDERIT AD EPISCOPOS CATHOLICOS.

Tametſi, inquit, egregia & honeſta ſunt quæ dixiſtis, at mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginẽ nullam colui vel adoraui. Quocirca & me æquum eſt eum manere, qui ſum, & vos pariter priſtinum ſtatum retinere, opinioneſq; veſtras ſequi. Per me enim licebit; nec cuipiam obſiſtam, niſi quod imagines in regia vrbe à vobis erigi prorſus nolo, ſed extra eam procul, & vbicunq; volueritis. Quo audito ſtatim exierunt, Theodoro ad Creſcentis loca redeunte, ibiq; cum diſcipulis vitæ ſtadium decurrente.

XL. *Haud longum tempus interceſſit, cùm Thomas ille defectionem à Romanis inſtituit, & populari circum omnia cœpit, atque infeſtis armis peruagari, transferre ad ſe vitens Imperium. Tum ne in eius manus venirent qui foris habitabant: regiam vrbem omnes ingreſſi ſunt, alij quidem ſponte, alij ab alijs impulſi. Rediit cum cæteris diuinus Pater, in eaque vixit quoad orta ſeditio reprimeretur, diuiſaque Imperij partes coaleſcerent.* hæc Michaël, quæ hoc anno cuncta accidiſſe noſcuntur: nam liquet ex epiſtola eiuſdem Michaëlis Auguſti ad Lodouicum Imperatorem, quam inferiùs ſuo loco reddituri ſumus, tyrannidem Thomæ ſumpſiſſe principium hoc anno menſe Decembris, Indictione decimaquintâ iam inchoatâ menſe Septembris, atq; Conſtantinopolim obſediſſe. ait enim de ipſo Thoma agens: *Feſtinus veniens ciuitatem noſtram obſedit. & nauali exercitu circumdedit eam menſe Decembri decimaquintâ Indictione.* Quod autem eius obſidio fuit anni vnius, & alia quæ ad eam ſpectant, dicemus anno ſequenti.

TEMPVS OBSESSÆ VRBIS A THOMA TYRANNO.

XLI. Poſt congreſſum cum Imperatore, Theodorus Studitarum Præpoſitus, de omnibus quæ tranſacta eſſent cum eo, ſuis litteris Nicephorum Patriarcham reddidit certiorem: iam eum eodem fermè argumento quo Epiſcopi apud Michaëlem Imperatorem perorarunt, ſcripſiſſe ipſum Nicephorum Patriarcham ad eum epiſtolam, auctor eſt Cedrenus dum ait: *Nicephorus nobilis Patriarcha epiſtolã miſit, petens ea ſacrarum imaginum reſtaurationem & pietatis reuocationem. reſpondit Michaël ſe nullum decretum de Fide conuellere ſtatuiſſe, neque quicquã eorum quæ tradita iam & conceſſa haberentur, damnaturum vel mutaturum. Quiuis ſecurè id ſequeretur atque ageret, quod ſibi probaretur atque liceret. Non tamen in hoc propoſito perſeuerauit; quippe qui ne initio quidem verus fuerit Chriſtianus.*

NICEPHORVS PATRIARCHA AD IMP. SCRIBIT.

Quo ipſo etiam tempore reddidit idem Nicephorus Patriarcha ad Theodorum Studitam epiſtolam, condolens quod nondum Eccleſia ſua re verâ pacem conſecuta eſſet poſt necem perſecutoris Leonis. Eâ acceptâ Theodorus eundem ſanctiſſimum Patriarcham ſpe meliorum niſus eſt conſolari, ſic ad ipſum reſcribens [b].

[b] Theod. l. 2. ep. 79. ex Co. Colum.

Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ.

XLII. THEODORI STVDITÆ EPIST. AD NICEPHORVM PATRIARC.

Scripſi olim miſer, non retributionem litterarum ſpectans: nec enim ſerui Domini debent, ſed meum ipſius affectum declarare cupiens, amore & opportunitate ita cogentibus non incongruè. Tu verò ô diuina & ſuprema ſacrorum capitum ſummitas, non ſolum reſpondere indigno dignatus es (Dei videlicèt exemplo ductus) ſed ab ipſo inſcriptionis exordio tantum nobis humilitatis tuæ culmen oſtendiſti, vt ſtuporem infelici menti noſtræ inieceris. O rem admirandam! Si tantus ac talis dignitate, & huic quidem parem gerens emicantem virtutem, vt facta ipſa teſtantur, filium ſe vilis homuncionis appellauit: vilis ipſe ac nullius rei quod ſibi nomen imponet? Et ſi ſanctimoniæ lampas, peccatorem ſeipſum ſubſcribit: peccator & inops quid reſpondebit? Igitur ſi aliud nihil ſcriptum fuiſſet, ſatis erat hoc vnum ad accipientis animum obſtupefaciendum, & ad ſcribentis inſuperabilem virtutem extollendam. Poſtquam autem totum libelli contextum humiliter perlegimus: tum multò magis gauiſi ſumus, totum orationis corpus ſuo capiti aptè reſpondere animaduertentes. Scis, Dei ſancte, qualia ſpiritu monente, locutus ſis: quomodo infirmam mentem noſtram laudum medicamentis confirmâſti: quomodo ad patientiam nos conſtabiliéris, ne in afflictionibus deſpondeamus. & quæcumque alia diuina ſapientia pulchrè ſuggeſſit.

XLIII. *Sed benedictus Deus, qui in tanto impietatis metu, & concuſſione talem propugnatorem ſimul ac gubernatorem Eccleſiæ ſuæ largitus eſt, inconcuſſum, immobilem, verba vitæ habentem, confeſſionis lumen vniuerſo orbi accendentem. Quod ſi hiems nondum præterijt, licet parua quadam ſerenitas affulſerit: non animo deſperandum, ô ter beate: Poteſt enim qui breuem pacis ſcintillam conceſſit Dominus, Deum flectentibus precibus tuis, inflexus, etiam totum Orthodoxæ Fidei ver pandere. & tunc nimirum, quando ira nubes omninò mutabitur, & piorum ac DEVM amantium amor probatus clarius fuerit. Hæc auſus ſum in præſentia tamquam catulus quiſpiam mutire optimo meo reuera Archipaſtori, & qui venerandum enchiridium cum ingenti exultatione ſuſcepi.* hæc ad Nicephorum Theodorus.

PACIFICE DEGIT CONSTANTINOPOLI THEODORVS.

Cùm igitur degeret Conſtantinopoli Theodorus, Imperator verò ob motus Tyranni totus eſſet in rebus bellicis, ſummâ fruebatur tranquillitate, beneque vſus occaſione, nihil prætermiſit loquendo, ſcribendo, vel quiduis agendo quod conducere poſſe ſciret Catholicæ pietati; cuius rei gratiâ ſcripſit eodem tempore epiſtolam Catecheticam ad ſuos monachos nondum in vnum collectos, ſed ob præteritam perſecutionem adhuc hinc inde diſperſos, cùm ſicut paſtor in medio ouium ſuarum diſſipatarum colligens eas, ſic eos litteris eſt allocutus.

XLIV. *Dilectis ſpiritualibus filijs & fratribus Laurentio, Simeoni, Dionyſio, Pæmeni, Leterio, & reliquis huc & illuc diſperſis Theodorus peccator monachus in Domino ſalutem.* Catechetica [c].

[c] Theod. l. 2. ep. 90. Cod. Columm.

Gaudere ſemper licet ijs qui ſecundùm Deum vitam agunt, etiamſi in triſtia, & lætitia contraria deuoluantur, quia vnũ veræ lætitiæ opus eſt, ſpes in Deum, & pro ipſo &

per ſi-

Digitized by Google

DISPERSOS CONGREGAT ET VNIT THEODORVS.

per ipſum viuere, & moueri, & aliud quidam agere. Quod verò ita vos comparatiſtis, res ipſa teſtantur. Quæ enim alia de cauſa diſperſio, labor & vexatio veſtra quam propter ipſum Dominum Deum noſtrum, tametſi nunc eiuſdem prouidentiâ ceſſauit perſecutio, optimi Imperij renuntiatione: & libertatis oſtium patefactum eſt ijs qui eam patiebantur, modicâ illis relaxatione & pace conceſſâ per vrbes ſingulas atque prouincias? Quo nomine agere Domino gratias debemus, Patres, & precari eum, tum pro abundantiori pace, tum pro confirmatione à Deo electorum Imperatorum noſtrorum. Hic igitur primus ſermo noſter. Proximus, vt & vos & nos relaxationem iſtam, miſſionemque ad virtutis ſolutionem minimè accipiamus; ſed vbicumque ſinguli ſimus, idipſum[a] *ſapiamus, eamdem normam teneamus, in nullo dantes offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, in patientia, in tribulatione, in anguſtijs, in alijs quibus huius temporis vita obnoxia eſt. Ita enim & ea quæ peracta ſunt ſtabilia confirmabimus, & ea quæ nunc inſtant, faciliora reddemus & futuris diuinitus occurremus.*

[a] 2. Cor. 6.

XLV. *Nos hîc ſumus ad vrbem habitantes, ſciente Imperatore, videmus pariter & videmur ab aduentantibus fratribus & Patribus noſtris, & libertas à pio Imperatore conſtituta eſt. De futuro, vt dirigit Dominus, & iubebis Imperium, ſiue hîc manere, ſiue aliò ſecedere, iter faciemus. Tantùm vos in opus veſtrum intenti inſiſtite & pro humilitate noſtra precari, vt ſine offenſione ſimus his atque illis & Eccleſiæ Dei. Fratres, qui abrepti anteà volentes fuerant varijs modis, congruentibus verbis nobis vniri Deo optimo placuit. Et gauiſi ſumus indigni gaudio magno, quia quæ non ſperabamus, videmus oculis noſtris, & cicatricem obduxerunt dimiſſa membra, & feſtum Domino agimus in vniuſcuiuſque concurſu, & confitemur Domino. & gratias agimus Imperatoribus; quoniam ſi aliud nihil, nobis certè magnum eſt beneficium: & quia mihi hæc nequaquam ita aptè cecidiſſent, niſi è carceribus ita dimiſſi fuiſſemus, & in tali loco conſediſſemus. Omnia nobis bellè venerunt, & euenient, ſat ſcio, ſanctis precibus veſtris.*

XLVI. *Et quoniam de reuocatione incidit mentio, reuocatus eſt, nobiſque, cum alijs coniunctus, imò pluſquam alij, tabellarius dilectus filius noſter Clemens, religioſiſſimus Præpoſitus, omnia lubenter accipiens, quæ ei loqui decebat, & de omnibus rationem reddens. Quo quidem recreati, toto eum ſinu amplexi ſumus, ſperãtes enim etiam ſalutari nobis gloriæ fore. Hunc ipſum & vos, quæſo, admittite fratrem vt fratres, membrum vt membra, conſentientem vt conſentientes. Sic enim illum reperietis Dei gratiâ in omnibus rectè habentem, & quærentem Deum.* ita Pater diſperſos vniens, & in vnum corpus coagmentare laborans.

Inter alios autem monachorum Præpoſitos lapſos fuit Euſtraſius, qui hæreticis manus dederat, occultè tamen: ob quam cauſam haud ſe inter lapſos pœnitentes conſtituit, ſed inter Sanctos atque iuſtos profitebatur, velut omni maculâ carẽs. Quod ergò quàm longiſſimè hic à ſalute eſſet, niſi ad curandum vlcus aperiretur: Theodorus paternâ caritate id minimè facere prætermiſit, ex multis arguens ipſum lapſum, ita ad ipſum ſcribens[b].

[b] Theo. l. 2. ep. 105. Cod. Colum.

XLVII. DE EVSTRASIO LAPSVM SVVM OCCVLTANTE.

Gauiſus ſum acceptâ epiſtolâ tuâ Patrum cariſſime, vbi de rebus ſanctitatis tuæ hæc & illa cognoui. Cæterùm quod ex nuptijs tantùm licet fide dignis accepi, ægerrimè tuli audiens factam ſubſcriptionem. Et audi me, reuerendiſſime, libeniùs diſſerentem. Non ſine cauſa fuit, te cùm à Regio miniſtro tenereris, indemnem dimiſſum fuiſſe. Hoc enim illud infert, quod vulgò iactatur. Nullum itaque eorum qui libertate vſi ſunt, ſine carcere, aut minimum ſine exilio manſiſſe conſtat. Qui verò hæc extra ſunt, intra fraudem ſunt, vt ne quid aſperius dicens offendam. An non vidiſti, oculatiſſime, grauem belluini nominis Leonis perſecutionẽ? cuius Achabitica manus etiam eos qui ex alio Imperio erãt, apprehendit, occidit, interemit, aut (quod humanius fuit) in carcerem truſit poſt diram flagellationem nedum eos qui ſub eius manu & poteſtate.

XLVIII. *Quod ſi tu nihil huiuſmodi paſſus es poſt comprehenſionem: ignoſce, abreptus es, Sancte. Et ne mihi dixeris, ſeruatas fuiſſe proprias Eccleſias, & picturas integras permanere, & commemorationẽ ſanctiſſimi Patriarchæ noſtri. Hos enim & alij qui ſeducti fuerunt, cauſari ſolent. Non potuerunt hæc ſeruari, niſi vera defenſionis proditio intercederet. Quæ vtilitas, ſi nos qui Dei templa & ſumus & dicimur, inutiles facti ſumus, & inanimas domos ſeruamus?* hæc idcircò quòd lapſus eius & multorum ille prætextus fuerat, vt eo modo communicando cum illis retinerent monaſteria, nec inuaderentur ab aduerſarijs. ſed pergit: *Imago Chriſti vti nec Deiparæ, nec Sanctis vllius cecidit: manet enim in eis vt prototypis, cadant verò qui ſibi videntur illas e medio tollere. Sed & qui, vt his pareant, libertatem proiecerunt, & quæ ſequitur ex ea vexationem, Væ. Alij morientes, alij relegati, alij flagellis cæſi, alij carceribus addicti, montes & ſolitudines, ſaxa & ſpeluncæ eos qui perſecutionem patiuntur paſſim habent, & nos domi hærentes, piè nos manere arbitramur? Nullo modo. Pereat vniuerſa mundi materia ſic opinantium: certa animæ pernicies: anteponatur quam ſubijt qui occaſionem arripuit.*

XLIX. *Hæc amoris ergò & commonefaciens dixi, & vt digniſſimus ad pœnitentiam venire. & quia Fidei Orthodoxæ tempore nihil intactum relinquetur. Præſtat que per humilitatem incedere, & ſanari quod infirmum eſt, quàm per impunitatem augere ſibi maiora delicta.* hactenùs Theodorus, atque de ipſo hoc anno hactenùs. reliqua autem inferiùs pro temporis ratione dicturi. Porrò diuerſus ab hoc ille Euſtraſius monachus monaſterij Agri, qui flagrans ſtudio ſacrarum imaginum, adiuit S. Ioannicium Anachoretam, ſciſcitaturus de fine eius perſecutionis, quando foret vt deſineret. A quo de Leonis proximo interitu reſponſum propheticum accepit, vt eiuſdem Ioannicij admirandæ res geſtæ continent.

Inter hæc verò ille olim lapſus, inde verò vltroneus Confeſſor exiſtens S. Nicetas, qui in Glyceriã inſulam miſſus, ſex illic in anguſtijs degerat annos, & ipſe edicto Imperatoris ſolutus exilio libertati redditus, ſolitariam vitam agens, haud diu multũq; ſuperſtes, Deo ſpiritum reddidit: cuius ex hac vita migrationi duo ſanctiſſimi Archiepiſcopi accurrerunt, Theophilus Epheſi & Ioſephus Theſſalonicæ nobiliſſimi Confeſſores. Teſtatur iſta omnia Theoſterictus eius diſcipulus.

L. S. NICETÆ TRANSLATIO.

Porrò de tranſlatione ex loco vbi deceſſit & ſepultura idem hæc habet: *Cum conſuetas exequias viro ſancto exoluiſſent, in loculis eum impoſuerunt. Eius verò diſcipuli cum ipſum nauigio impoſuiſſent, ad ſanctum monaſterium nauigârunt, quod ille proprijs laboribus excoluerat. Nos autem in littore ipſum expectabamus cum religioſiſſimo Paulo Epiſcopo Pruſiadis; cùmque ad nos peruenisset, & è nauigio eum extuliſſemus, ſanctas illas reliquias lachrymantes venerati ſumus, quas in humeros accipientes congruenti pſalmorum cantu omnis fratrum ſocietas ex vtriſque monaſterijs, ad ipſius Patris monaſterium deduximus. Tum & dæmones è multis qui vexabantur, fugati ſunt, & ægroti varijs morbis liberati: inter quos & mulier ſanguinis profluuium patiens cum fide acceſſiſſet, & ſanctas reliquias ſolùm tetigiſſet, ſanitati reſtituta eſt.* Theoſterictus iſta, &c. Porrò dies natalis quâ ad ſuperos trãſiit tertia Aprilis, in Eccleſia perpetua commemoratione annis ſingulis repetenda cõſignata remanſit.

LI. Tranſlatum & tunc fuit venerãdum corpus ſancti Theophanis Confeſſoris præfecti monaſterij Si-

S. THEOPHANIS CONFESS. CORPORIS TRANSLATIO.

A griani, de quo dictum eſt ſuperiùs ſuo loco, poſt biennium carceris in inſula Samothrace obdormiſſe in Domino; inde delatum ſepultum fuit in Eccleſia ſancti Procopij Martyris, vbi & ipſe innumeris fuit miraculis illuſtratus, quæ recenſet qui res ab eo geſtas enarrandas ſuſcepit. *His verò non prætereundum quod in rebus geſtis magni Patris Ioannicij, de quo plura ſuperiùs, enarratur, cùm ipſe veneraturus ſacras reliquias S. Theophanis è monte in quo habitabat, aduenit: hæc enim ſic ſe habent: Nauigauit aliquando ſanctus adoraturus S. Theophanis tabernaculum, quod eſt in Sigriana. Illinc reuertens & locum prætern auigans qui eſt ad borealem partem Apolloniadis, appulit Thaſo. Qui autem in illa vitam ſuſceperant monaſticã & omnes accolæ grauiter vexabantur à ſerpentum, qui in ea erant, multitudine: his enim* B *repleta erat inſula non paruum afferens damnum habitatoribus. Cùm autem Sanctus in ea eſſet, veniunt ad eum omnes qui habitabant inſulam, & ſupplices ei procidunt, poſtulantq; & rogant, vt eis opem ferat, vt eos, quoad eius fieri poterit, liberet à nocumento ſerpentum. Et ille quidẽ miſeretur eorũ calamitatis, & veluti quadam tela, quæ torquerentur in ſerpentes emittit preces. Illi autem protinùs proſerpunt è ſuis cauernis, & relictâ inſulâ, ſe in maris profundum proijciunt. Atque noſter quidem Ioſeph in aquis contriuit capita draconum, illius autem diſcipulus, & quoad eius fieri poterat imitator, per illas ipſas eos ſuffocauit.*

LII.

Erat autem Ioannicius iſte decus Anachoretarum ſæculi huius & ornamentum, ſtudioſiſſimus cultor ſacrarum imaginũ, cuius tres ſpecimina haud C vulgaria edidit, cùm ſæpiùs experiri accidiſſet. Inter alia autem illud planè memorabile, quod qui res ab eo geſtas fideliſſimè eius temporis auctor proſequutus eſt, ait: *Cuidam Senatori ægrotabat vna ex ſuis filiabus, membraque ei erant ſoluta, cùm eſſet pia, & Chriſtianam ſeruaret religionem. Qui autem Sancti ſororem duxerat vxorem, aduerſus Chriſti imagines grauiter furebat, & in eas inuehebatur. Accedens autem beatus, illam quidem precibus & ſigno Crucis à graui morbo liberauit: hunc verò, cùm admonens non poſſet perſuadere, vt à graui illa abſtineret inſania, tradidit diſciplinæ, & viſcerum deſpecta cognatione, & ſui ſanguinis oblitus propter veram religionem, precibus eum oculis orbat. Ita zelus pietatis &* D *verus Dei cultus gloriatur etiam contra ipſam naturam, & verum in Deum deſiderium eſt validius neceſſitate cognationis: nam illam quidem etiamſi genere ad eum non attineret, quoniam tamen Chriſtianam obſeruabat religionem, à morbo liberauit; hunc autem etſi ſororem duxiſſet in matrimonium, quoniam cum diuinis pugnabat imaginibus, viſu priuauit: & æquum cenſuit, vt mali qui erant manifeſtè caſtigarentur pro ijs qui non cernebantur oculis.* Sed de Ioannicio alia plura ad hæc ſpectantia, dicenda erunt inferiùs ſuis locis. Magna autem huic cum ſancto Theodoro Studita interceſſit familiaritas, & cum alijs præclari meriti Confeſſoribus, qui eum poſt reditum inuiſerunt. quando id acciderit, inferiùs patebit.

IOANNICIVS INSEQVITVR ICONOCLASTAS ETIAM SIBI CONIVNCTOS.

LIII. THEODORI ET THEOPHANIS FRATRVM CERTAMEN SVB MICHAELE.

E Sed agendum iam de duobus egregijs Confeſſoribus in Ponto exulibus, edicto Imperatoris iam liberatis, Theodoro videlicèt & Theophane fratribus, Palæſtinis, S. Sabę cœnobij profeſſoribus, quorum ſub Leone certamina ſunt ſuperiùs recitata. Quid autem egerint ſub Michaële, iam explicandum: *Ab exilio & alijs malis relaxati veniunt in Regiam noui Imperatoris, qui præferebat ſe ex humanitate permiſiſſe reditum: nam re verâ cum impietate præcedenti nihil cederet, ei cedebat in perſecutione. Atque illi quidem cùm veniſſent in ciuitatem, & pietatem liberè prædicaſſent, multos ex reliqua multitudine, & ex ipſis etiam magiſtratibus in ſuam adducunt ſententiam, partim quidem per expoſitionem canonum, quos germanus frater Theo-* A *phanes cecinit verſibus; partim autem per orationum quoque oppoſitionem, quas magnus hic conſcripſit Theodorus. Verùm enimuerò cùm tantam virorum virtutem non ferret Ioannes magus Ægyptius & Mambre ſodalis* (ita ſicut Theodorus Ioannem illum Anteſignanum Iconomachorum auctor appellat) *iam apertè reſplendere: eos includit in carcere.* hic igitur etſi Imperator à perſecutione quieſcere profeſſus eſſet, tantum ſibi ſumpſit, vt contra einſdem Imperatoris edictum ambos fratres liberè loquentes in carcerem coniecerit.

LIV.

Sed poſt hæc quæ ſequuta ſint proſequens auctor inſtitutam orationem ſic ait: *Et poſtremò cum eis in ſermone congreſſus, cùm non poſſet aduerſus illos decertare, ſed (vt dicitur) capream pugnam inire cum leonibus:* B *eos vi rurſus expellit è ciuitate, vt qui multum poſſet apud Imperatorem, tum quod eſſet einſdem ſententiæ, tum quod eſſet indutus habitu monaſtico, & quandã præſeferret pietatis ſpeciem: per quandam & Imperatorem & multos ex ijs qui gerebant magiſtratus decepit ſceleratus, & indignè paulò pòſt aſcendit ſedem Patriarchalem. At illi quidem ſic expulſi ex ciuitate, extraneam regionem tanquam patriã videbant, propter Chriſtum verſantes in loco qui vocatur Soſtenium.* vbi manſerunt vſque ad obitum Imperatoris. conſummatum autem eorum certamen ſub eius filio Theophilo, ſuo loco dicturi ſumus.

Contigit & tunc ipſum Theodorum ab vrbe eijci, atque alios fugari; quod teſtatur ipſe Theodorus in epiſtola ad Patriarcham Hieroſolymitanum. Si- C quidem hoc eodem anno Thomas Patriarcha Hieroſolymitanus vbi accepiſſet, redditâ Eccleſię pace, detentos exilio Confeſſores eſſe dimiſſos, & Theodorum eſſe profectum Conſtantinopolim: eidem congratulatus officij & amoris plenas ad eum litteras dedit. non extant illæ quidem, ſed ex ijs quas ad eum reddidit Theodorus tales fuiſſe conſpiciuntur. ſic enim iſtæ ſe habent [a].

a Theod. l. 2. ep. 121. Cod. Column.

LV. THEODORI AD THOMAM PATRIARCHAM HIEROS. EPISTOLA.

Thomæ Patriarchæ Hieroſolymorum.

Quanto humiles affecti fuerimus gaudio ex ſapientiſſima quâ nos per epiſtolam dignati eſtis allocutione: perſpicere licet ſuprema beatitudini veſtræ, qui Apoſtolica gradu ſupereminentes, & fratris Domini per legitimam ſucceſſionem perſonam agentes, vel nudo affatu honorare nos ingloriosl D *rios poteratis, nedum tantarum laudum faſtigijs, à quibus nos tam longè abſumus, vt penè arbitrari non auſimus de nobis dicta hæc à vobis fuiſſe, ſed neque cunſpiam è fortibus viris eſſe hæc encomia, vt diuiniſſimi Archipaſtoris noſtri, cui vel omnis omnium laudationum iure congruat oratio. Enimuerò qui aliter diuina æmulatio veſtra & benignitas poterat declarari? non paterni affectus indicijs patefacta, ſicut & ſolis erumpens lux radijs ſparſa diffunditur? qui aliter vnanimis & conſpirans nobiſcum ſenſus cognoſceretur, non alijs diſcretus, qui ad aduerſarios qualeſcumque fuerint, ſponte confluebant? De quibus etſi temerarium ſit, à nobis, æquum eſt loqui.* his ſubijcit quæ ſuperiùs aliâ occaſione recitauimus his verbis.

LVI. QVERELA THEODORI DE PATRIARCHIS ALEX. ET ANTIOCHENO.

E *Quid hoc rei eſt, quod feruente hæreſis perſecutione, conticeſcebat ſublimium ſedium Antiſtites, tanquam ſpiritus adiutores, & Apoſtolicis conſilijs plenos, fraterno animo cõmoueri, manumque pro veritate certantibus compatiendo porrigere: Et ſi quid patitur (inquit [b]) vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue glorìatur vnum membrum, congaudent omnia membra, quia nimirum caput eſt totius Eccleſiaſtici corporis Chriſtus verus Dominus & Deus noſter. Quod ſanè Occidentis Apoſtolicus cùm præſtitiſſet, quantùm profuerit, quid opus eſt loqui? partim quidem reſiſtentium mentes ſummopere confirmans (vel exiguum quippe momentum vim & robur feſſis & laborantibus addere ſolet) partim impiorum inſolentiam à ſpiritu profecta reprehenſione profligans. Quo quid eſſe potuit ſalutarius? At verò qui idem facere cùm poſſent, minimè*

b 1. Cor. 12.

præſti-

Digitized by Google

A *præſtiterunt, ſed contrarium: dicere miſer nequeo beatitudinis veſtræ Angeli reuerentiâ, quanta illis debeatur reprehenſio.*

Verùm hæc (vt omnes audierunt) finem iam cœperunt, Deo bono funeſtum draconem exterminante, & quidem atroci morte & apoſtaſia congruente. Nec tamen eo loco ſunt præſentia, quem ſuſpicata eſt: quoniam hiems quidem tranſiit, nondum tamen ver exoptatum, niſi quantum ſerenitas quædam affulget, & hæc per nebulam ab aurora. Sufficit enim opinor, imagine adumbrari orationem: quia nec doceri opus eximiam prudentiam veſtram, neque ego, ſi tempus permitteret, clariora proferrem. Hæc cauſa fuit, vt ſacri apices veſtri nihil profecerint. Quis enim proficeret, nobis in hunc locum procul ab vrbe proiectis, vti alijs quoq; B aliò fugatis?

LVII. *Itaque nec collectæ, quemadmodum cupiebamus, factæ ſunt, præter eam de qua in pittacio inſerto indicatum eſt, iis qui contulerunt, accepiſſe potiùs quàm dediſſe gratiam profitentibus, quòd digni fuerint, qui ſanctiſſimis locis cõmunicarent, in quibus magnum pietatis myſterium peractum eſt, Deus in ſpecie noſtra apparens. O ineffabile prorſus miraculum! Quem quidem etiam picturâ expreſſum, paternâ traditione, ſeu diuino præconio, nos, vel potius terra vniuerſa, confitemur & adoramus, ab ipſis prædicationis carceribus & initiis. Aliter enim non confitemur Chriſtum, ſicut vos beatiſſimi docetis. negant verò Iudæorum more diri nominis Iconomachi tamquam à malo dæmone agitati. Quem tu ipſum Deum ferventibus precibus pro-* C *pitium reddas, ô diuinum & ſacrum caput! vt populi ſeductricem hæreſim auertat, Fideiq; Orthodoxæ ſolem attollat. Deinde vt nos minimos filios tuos foueat, beatiſſimi Patris & Præſulis noſtri Nicephori veſtigiis adhærentes. Faxit. Deſeruientes vobis Patres, laudatoſq; fratres noſtros, ego & frater meus Theſſalonicæ Deo cariſſimus Archiepiſcopus plurimum ſalutamus. ex ſancta enim facie tua ante pedes tuos magis benedici ambos & quotquot nobiſcum ſunt, dicere congruentius.* hactenus ad Thomam Patriarchã Hieroſolymorum Theodorus.

De collectis pro locis ſanctis Hieroſolymorum.

LVIII. Hic idem pariter annus, numeratur primus [a] Habdarraghman Regis Sarracenorum in Hiſpania, cuius primordiis Cordubæ, vbi ſedem Regni fixe- tat, coronati ſunt martyrio Adulphus & Ioannes, D quorum glorioſum agonem latiſſimè ſcripſit Sperain Deo Abbas. teſtatur id quidem S. Eulogius [b] in ſuo Memoriali Sanctorum, eiuſdem temporis ſcriptor. ait enim: *Artemia & ipſa ſumma ſanctimonia femina geminum pignus per martyrialem obitum olim cælo præmiſerat, Adulphum ſcilicet & Ioannem, qui in primordio Regni principis huius viriliter de hoſte triumpharunt, quorum inſtar ſiderum cæli geſta micantia ad emolumentum Eccleſiæ ſanctæ & exemplum debilium ſenex & magiſter noſter atque illuſtriſſimus doctor, de quo in libro primo meminimus. beatæ recordationis & memoriæ Sperain Deo Abbas latiori ſtylo compoſuit.* hæc Eulogius. Sed perierunt adeò inſignia Martyrum monumenta. Fuerunt iſti primitiarum manipuli à nobili Eccleſia Cordubenſi oblati Domino, quos ingens ſequuta E meſſis Martyrum falce Sarracenorum obtruncatorum, de quibus ſuo loco dicturi ſumus.

[a] *Ambroſ. Moral. in Schol. ad Eulog.*

[b] *Eulog. in Memorial. Sanct. lib. 2. c. 8.*

Primitiæ martyrum Cordubenſium.

LIX. Hoc eodem anno reddunt Annales Francorum in rebus geſtis Ludouici Imperatoris motus Fortunati Gradenſis Patriarchæ maieſtatis rei. Quales iſti fuerint, ſic accipe ab eorum auctore Ludouici domeſtico: *Fortunatus Patriarcha Gradenſis cum à quodam presbytero ſuo nomine Tiberio apud Imperatorem, fuiſſet accuſatus, quod Liudeuuitum ad perſeuerandum in perfidia quã cœperat, hortaretur, eumq; ad caſtella ſua munienda, artifices & murarios mittendo iuuaret, & ob hoc ad Palatium ire iuberetur. Primò velut iuſſionem impleturus in Iſtriam profectus eſt. Inde ſimulato reditu ad Gra-* A *dum ciuitatem, nullo ſuorum, præter eos cum quibus tractauerat, ſuſpicante, nactus occaſionem, clam nauigauit, veniensq; Iaderam Dalmatiæ ciuitatem, Ioanni Præfecto prouinciæ illius, fugæ ſuæ cauſas aperuit. qui eum naui ſtatim impoſitum, Conſtantinopolim miſit.* hæc de Patriarcha Gradenſi.

Fortunatus epiſc. Gradenſis fugit Conſtantinopolim.

LX. Quod igitur hic maieſtatis reus dictus ſit Fortunatus apud Ludouicum Imperatorem, & vt vitaret, ne in eius manus incideret, fugerit Conſtantinopolim: poſſumus intelligere, ipſam Gradenſem ciuitatem fuiſſe tunc ſub dominio Ludouici Imperatoris, perſeueraſſeq; eo ſtatu, quo Carolus eius pater reliquerat. Etenim vt in eiuſdẽ Caroli Magni B teſtamento apparet, quod in fine vitæ ipſius recitatur ab Eginhardo, inter Archiepiſcopatus in prouinciis poſitos Carolo ſubiectis, numerantur Forumiulij & Gradus Eccleſiæ. Per Forumiulium autem intelligendum eſſe Aquileienſem Patriarchatum, ſatis ſuperq; dictum eſt ſuperius, vbi actum eſt de Foroiulio ciuitate, deq; Paulino Patriarcha Foroiulienſi. Parebant namq; Imperatori omnes illæ prouinciæ. nam Eginhardus qui fuit eidem Carolo à ſecretis, & quæ vidit ſcripſit, dum deſcribit eiuſdem Imperatoris dominium & regiones quas ſuo ſubiecit Imperio, iſtas numerat poſt alias recenſitas prouincias, Iſtriam, Liburniam, & Dalmatiam, *exceptis,* inquit, *maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam* C *& iunctum cum eo fœdus. Conſtantinopolitanum habere permiſit.* hæc ibi. Præterijt iſta Sabellicus, vel potius prætererierunt ipſum iſta.

Dominium Francorum.

Quod autem ad eumdem Fortunatum Patriarcham ſpectat, manſit biennio Conſtantinopoli, vſque ad annum Redemptoris octingenteſimum vigeſimum quartum: tunc verò occaſione legationis miſſæ à Michaële ad eumdem Imperatorem Ludouicum, ipſe cooptari inter eoſdem Legatos curans, eo nomine ſibi parauit ſecuritatem apud Imperatorem, vt ſuo loco dicturi ſumus.

IESV CHRISTI Annus 822.

D PASCHALIS PAP. Annus 6. LVDOVICI 9. MICHAEL. BALBI 2. IMPP.

I. OCTINGENTESIMVS vigeſimus ſecundus annus adeſt, Indictione decimaquintâ notatus, quo Ludouicus Imperator cùm ſemel inflictum ex morte Bernhardi Italiæ Regis, eius nepotis, & ex aliis quæ peccaſſet in fratres, atque cognatos, conſcientiæ vulnus numquam ſanare potuiſſet, quod ex eorũ memoria in dies acerbius recrudeſceret, eò quòd eius neci cauſã dediſſe videri poſſet, dũ non indulſiſſet ſpontè venienti atq; ſuppliciter veniam deprecanti (ſicut eſt ſententia Dauid dicentis: [c] Conuerſus ſum in ærumna mea dum E configitur ſpina) ad remedium conſequendum ipſe ſe, volens, libenſq; ſubiecit publicæ pœnitẽtiæ, quæ ab Eccleſia quam rariſſimè, nec niſi magnâ vrgente cauſâ, irrogari priuato licet alicui conſueuit. Sed quòd magis eius ea in re commendat ergaDeũ pietatem & aduerſus peccatum odium implacabile, illud fuit; quòd non ſatis ſibi viſum præ foribus alicuius Eccleſiæ coram ciuitatis vnius populo eãdem publicam agere pœnitentiam, ſed in generali conuentu quem ob eam cauſam indixit, ad quem Epiſcopi conuenirent; Principes & magiſtratus, & alij qui denſo agmine adeſſe conſueuerunt, exhibere ſe voluit. At quæ de re tanta domeſticus qui aderat ſcriptor rerum geſtarum eius habeat,

[c] *Pſal. 31.*

Ludouicus Imp. in magna ſynodo publicam agit pœnitentiam.

licet breuiter quæ ſunt acta recenſeat, videamus, quia t.[a]

II. *Anno hunc ſequenti* (hoc ipſo ſcilicet) *Imperator cõuentum generalem congregari iuſsit in loco cuius vocabulum eſt, Attiniacum. In quo conuocatis ad Concilium Epiſcopis, Abbatibus, ſpiritualibuſq́; viris, necnon Regni ſui proceribus, primò quidem fratribus reconciliari ſtuduit, quos inuitos attonderi fecerat; deinde omnibus quibus aliquid læſura intuliſſe videbatur. Poſt hæc palàm ſe errasse confeſſus, & imitatus Theodoſij Imperatoris exemplum, pœnitentiam ſpontaneam ſuſcepit tam de his, quàm quæ in Bernhardum nepotem proprium geſſerat. Et corrigens ſi quid talium vel à ſe, vel à patre ſuo geſtum reperiri alicubi potuit, etiam plurimarũ eleemoſynarum largitione, ſed & ſeruorum Chriſti orationum inſtantia, necnon propria ſatisfactione adeò diuinitatem ſibi placare curabat, quaſi hæc quæ legaliter ſuper vnumquemque decurrerant, ſua geſta fuerint crudelitate.* habent eadem veteres Annales, & alij fermè omnes, qui res Francorum ſcriptis ſunt proſequuti.

III. Sed quibus ritibus eadem tum iſta publica ſoleret fieri pœnitentia, in eiuſdem Imperatoris Capitularibus hæc ſcripta repetiuntur:[b] *Vt pœnitentes tẽpore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manus ſuper caput & ciliciũ à ſacerdote, ſicut vbiq́; conſtitutum eſt, cõſequãtur.* & ſequenti capite: *Omni tempore ieiunij manus pœnitentibus à ſacerdotibus imponãtur.* & inferius:[c] *Criminalia peccata multis ieiunijs & crebris manus ſacerdotis impoſitionibus, eorumq́; ſupplicationibus iuxta canonũ ſtatuta placuit purgari: ita vt nemo ſine manus impoſitione Epiſcopi aut eius iuſſu alicuius presbyteri ſe credat à ſuis facinoribus abſolutũ &c.* probat hæc enim tam ex veteri lege quàm etiam Euangelica. Et inferius de ijſdem ſequenti capite:[d] *Vt ſecundùm formam canonũ pœnitentibus detur pœnitentia; ac primùm eos à communione ſuſpenſos ad officium Eccleſiæ excubare faciant, & inter reliquos pœnitẽtes ad manus impoſitionem crebrò recurrere, expleto autem ſatisfactionis tempore, ſacerdotali prece per manus impoſitionem iuxta ordinem ſacramentorum & canonum reconcilient pœnitentes, & ſacrâ communione confirment.*

His ipſis canonibus pœnitentialibus, quos aliis ſeruandos propoſuit, quis dubitet ſeipſum adeo contritum dolore cordis ſubiicere voluiſſe? Sed & de temporis diuturnitate eiuſdem pœnitentiæ publicæ, accipe quod in ijſdem Ludouici Capitularibus pariter inditum[e] habetur.

IIII. *Qui pœnitentiam publicè gerunt, debent vnum annum eſſe cum cilicio inter audientes, vel vſque ad magnum diẽ, nempe quintam feriam maioris hebdomadis, qua reconciliantur pœnitentes: & populo quando intrat in Eccleſiam, profuſis lachrymis veniam poſtulare; precariq́; qualiter ſeptem annorum pœnitentia agatur cum humilitate, vt pro eis dignentur orare. Tribus vero annis ſubiaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum in loco retrò oſtium Eccleſiæ pœnitentibus conſtituto, & ſeorſùm, infra ipſam tamen Eccleſiam ſecluſo: populo tamen iam non in terram proſtrati, ſed vultu & capite humiliato, humiliter & ex corde (vt ſupra dictum eſt) veniam poſtulent, & pro ſe orare expoſcant. Duobus vero annis oblationem modis omnibus non ſinentur offerre, ſed populo tantummodò in oratione ſocientur, vt perfectionem ſeptimo in cœna Domini conſequantur anno, id eſt, Epiſcopi, vel eius iuſſu, ſi ipſe abeſt, aliorum ſacerdotum manus impoſitionem, abſolutione ſacerdotalium precum, communionis Catholicæ gratiam recepturi. In his vero ſeptem annis multipliciter ieiuniis & orationibus, fletibus, & eleemoſynarum (prout melius potuerint) exhibitionibus & lachrymis perſiſtant. Et ne vlterius ea talia contingant, admodum caueant, dicente Domino:*[f] *Vade & noli amplius peccare.* hæc ipſe ex antiquis canonibus exſcripſit. An autem aliqua ipſe diſpenſatione ſit vſus, affirmare non audemus, cùm præſertim ſciamus fuiſſe ſacrarum legum obſeruantiſſimum, quas & aliis cunctis propoſuit obſeruandas.

V. De eodem hoc Attiniacenſi conuentu idem Ludouicus meminiſſe viſus eſt, cùm poſteà Epiſcopos admonuit, vt qui ea neglexiſſent, perficere non prætermitterent: nam ibi poſt alia hæc ait:[g] *Scholæ ſanè ad filios & miniſtros Eccleſiæ inſtruendos vel edocendos, ſicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis & vobis iniunximus: in congruis locis, vbi necdum perfectum eſt, ad multorum vtilitatem & profectum, à vobis ordinari non negligantur.* Abſoluto eodem Attiniacenſi conuentu, tradunt ijdem qui ſupra auctores, Ludouicum Imperatorem miſiſſe in Italiam Lotharium ſuum filium, adiunctis eius lateri viris religioſis, quorum arbitrio res poſſet componere ac moderari.

Sed cur hoc potius anno de admiſſis culpis pœnitentiam egerit Ludouicus: ex Paſchaſio[h] Ratberto huius temporis ſcriptore, qui res geſtas S. Adelbardi ſcriptis eſt proſecutus, poſſumus intelligere. Acciderat enim, vt qui ante ſeptennium S. Adelhardus Corbeiæ in Gallia Abbas, idemq́ue conſobrinus Caroli Magni (de quo ſuperiùs dictum eſt) ab eodem Ludouico quibuſdam calumniis circumuentus exulare ſit iuſſus: poſtliminio reſtitutus, ipſum liberè monens, ad id vſque eodum prouocauerit Imperatorem: qui & ex eo nimio eſt afflictus dolore, quod in virum ſanctiſſimum adeò enormiter deliquiſſet. Sed accipe hæc à Paſchaſio, qui hæc ait de ipſo, poſtquàm eſt in Palatium reuocatus.

VI. *Apparuit autem, inquit, illicò nudata inſipientia, quæ tegebatur pallio caliginis, & factus eſt ſtupor nimius, qui Senatum populi ad tantam ineptiam deduxiſſet. Qui comperto non parum eos inuidia fuiſſe deluſos, duxerunt in irritum penè quicquid per hoc tempus, vt eis viſum eſt, argumentoſe tractauerant. Soluitur itaque cum multorũ captiuitas, eorum maximè qui regio pollebant ſemine. Redditur in vno libertas omnibus, quocunque in loco tenerentur, niſi quos vita prius mors priuaret. Tum deindè quorundam tonſura propter furoris ſæuitiam illata, tranſijt ad coronam, & dant Deo ſponte, quod dudum inuiti quaſi ad ignominiam ſuſceperant. Quid plura? Ipſe glorioſus Imperator publicam ex nonnullis ſuis reatibus pœnitentiam ſuſcipiens, factus eſt omnium humillimus, qui quaſi regali electione ſibi peſſimus perſuaſor fuerat, vt quorum oculis offenderant in delicto, ſatisfactione regiâ ſanarentur, præſertim quod eius velle cunctos conſiderare, eiuſq́; nolle conſpicere, manifeſtum non ambigitur. Sed niſi reuerſus eſſet veritatis aſſertor, intereà minimè paruiſſet, quo lethargico ſpiritu premerentur.* Subdit etiam quomodo idẽ fuerit auctor eidem Ludouico Imperatori, vt in expiationem delictorum admiſſorum Corbeiam in Saxonia erigeret monaſterium, à Corbeia Galliæ cui inſeruierat Abbas nomen accipiens, cui & idem Adelhardus præficeretur Abbas.

VII. Hoc namque anno iacta eſſe fundamenta Corbeiæ Saxoniæ æquè Lambertus affirmat, præcedẽti vero Adamus, dum ait:[l] Anno trigeſimotertio Villerici Bremenſis Epiſcopi, nouam Corbeiam in Saxonia ædificatam, quam conſtat ſedere cœpiſſe anno Domini ſeptingẽteſimo octogeſimooctauo, qua ratione præcedenti anno, eamdem cœptã ædificari dicendum erit. Ex quibus redarguendi ſunt ij, qui in alia tempora ab iis diuerſa proponunt. Fuit autem aliquandiu idem monaſterium ſchola ſanctiſſimorum virorum, inter quos primus enituit S.

Anſga-

[a] quia t. —
[b] Cap. lib. 5 c. 58. 59.
[c] Eod. lib. c. 61.
QVIBVS RITIBVS AGI IPSE IVSSERIT PVBLICAM POENITENTIAM.
[d] Eod. lib. c. 63.
[e] Eod. lib. c. 71.
[f] Ioan. 5.
[g] Cap. lib. 2. cap. 5.
[h] Apud Sur. die 2. Ianua. to. 1.
S. ADELHARDVS REVOCATVS AB EXILIO.
QVIS AVCTOR PVBLICÆ POENITENTIÆ LVDOVICO.
[l] Adam. li. 1. c. 15.
CORBEIÆ MONAST. IN SAXONIA QVANDO ÆDIFICATVM.

Digitized by Google

Anſgarius Apoſtolus Sueuorum atque Danorum, reliquorumq; interiorum Germanorum, de qoo inferiùs plura dicturi ſumus.

Porrò haud diutiùs ſenex ſanctiſſimus ſuperuixit, ſed in eodem monaſterio ſpiritum Deo reddidit, cuius ſepulchrum eiuſmodi exornatum eſt Epitaphio.

Hic iacet eximius meritis venerabilis Abba
Noſter Adelhardus, dignus honore ſenex.
Regia proſapies, paradiſi vere colonus:
Vir caritate probus moribus atque fide.
Quem dum ſub tumulo recolis tu quiſque viator
Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
Nam poſt octauas Domini, hic carne ſolutus
Succedente die, aſtra petiuit ouans. At de his ſatis.

VIII. CONSTANTINOPOLITANA CIVITAS OBSESSA.

B Quod ad res pertinet Oriétis, hoc anno obſidione laborauit Conſtantinopolitana ciuitas, Thoma Tyranno præſtringente eam. Quomodo ſe iſta habuerint, ex antiquioribus quos citat hiſtoricis exactè Cedrenus deſcripſit. Quod ad tempus ſpectat, cœpta eſt (vt dictum eſt anno ſuperiori) obſideri ciuitas menſe Decembri decimaquintâ Indictione; ipſa autem modò propior, modò longior perſeuerauit ſpacio vnius anni, vt ex eiuſdem Michaëlis Imperatoris litteris conſtat datis ad Ludouicum Imperatorem, vbi & res geſtæ ab eodem Thoma cum recenſeantur, reddituri ſumus eas inferius ſuo loco: modò ſatis hîc quàm breuiſſimè de ſceleratiſſimo homine ſummatim iſta referre.

QVALIS THOMAS TYRANNVS.

C Hic namq; ex obſcuriſſimo homine, famuloque viri Senatorij Conſtantinopoli, ob pœnæ metum ob inuaſum thorum eius, factus eſt transfoga ad Sarracenos, vbi ad vigintiquinque annos, eiurata Chriſtiana Fide permanſit. Poſteà verò rediens ad Romanos, ſe Conſtantinum finxit eſſe; filium Irenæ Imperatricis, eaq; arte comparaſſe ſibi perditiſſimorum hominum cœtum, quo ſub Leone Armeno occupauit Armeniam & alias regiones. Creato verò Michaële Imp. maioribus copiis ſimul collectis, diuerſarum gentium Romani Imperij inimicis Conſtantinopolitanam ciuitatem obſedit, locaq; complura munita cepit; comparataq; claſſe, terra, mariq; Conſtantinopolim ſtrinxit. Verùm & adiunxit ſibi Gregorium conſobrinum Leonis Imperatoris, ſed diſſidentiâ obortâ, eum necauit. Præſto

D autem in hoc bello fuit Michaël Rex Bulgarorum ſponte auxilium impêdens, qui Thomam cum ſuo exercitu profligauit, quem Imperator poſteà fugientem Hadrianopolim à ciuibus deditum viuum cepit. Similiter & filium eius adoptiuum Anaſtaſium exmonachum, qui in Biziæ præſidium confugerat, quod traditum ab oppidanis in poteſtatem accepit. Hos mutilatos manibus & pedibus, lento ſupplicio Imperator perire voluit. Finem hunc tãdem accepit infauſta Thomæ tragœdia.

IX.

E Fuit hoc item tempore ingens terræmotus, quo dirutis muris caſtelli cuiuſdam Parij nominati, potitus eſt Imperator, qui tot felicibus ſucceſſibus elatus, magis magiſq; in ſua ſe ſtabiliuit impietate, ratus nimirum ſe rectè credere, cum Deus aduerſus Imperij perduellem adeò immanem atque tremẽdum hominem ſibi ita præſto fuiſſet. Verùm tantam cladem per Tyrannum in Romanum Imperium illatam, & alias cælitus à Deo irato modis diuerſis immiſſas, nonniſi in vltionem perfidiæ acci-

CLADES QVIBVS HOC ANNO ROMANVM QVASSATVM EST IMPERIVM.

diſſe, qui ſanioris fuêre mentis intellexerunt. nã accipe quæ in hãc ſententiam in Annalibus à Cedreno dicuntur: *Neq; verò malorum impetus hoc modo ceſſaturus erat: ſed cum duo continentes, Europam dico atque Aſiam, veluti caput & cauda, diuinitùs caſtigarentur (ta-*

A *menſi id non intelligerent) ira Dei eas cædes, incendia, terræmotus, latrocinia, ciuiles turbas, vrbium inexpectata excidia, ſigna in cælo & in aere immittente: tandem miſeras quoq; inſulas veluti medium corporis (quo nulla eius pars plagis careret) mala inuaſerant. Sed nimirum corrigi non poterãt, qui Dei hominis formã adorandã negarent.* Cognouit & iſta magnus Theodorus Studita, qui in epiſtola ad Leonẽ anno ſequenti cõſcripta antequã penitus bellũ confectũ eſſet, de his quæ à Deo irato immiſſa ſunt mala & oſtẽſa prodigia agit. ſcies ea cũ eamdẽ epiſtolã ſuo loco anno ſequenti reddemus.

X. TEMPVS OBSIDIONIS.

Sic igitur obſidio ciuitatis anno ſuperiori menſe Decembri cœpta, hoc anno eodem tempore deſiit, verum haud ceſſauit bellum, quouſque Thomas i-

B pſe cum filio perijt, atq; ciuitates & caſtella quæ ab Imperatore deſciuerant capta ſunt. adeò vt bellum vſque ad finem ſequentis anni ad ſecundam Indictionem incohatam perductum ſit, vt patet ex litteris eiuſdem Imperatoris Michaëlis iam bello peracto conſcriptis Indictione ſecundâ ad Ludouicum Imp.

CRETA INSVLA INVASA A SARRACENIS HISPANIARVM.

Quo autem tempore bello ciuili laboraret Conſtantinopolitana ciuitas, Sarracenos qui erãt in Hiſpania inuaſiſſe ac obtinuiſſe Cretam inſulam, Græcorum Annales teſtantur, ibiq; Cyrillum Gortinæ Epiſcopum, quod Fidem Chriſtianam negare nollet, glorioſum ſubiſſe martyrium tradunt. Verùm cũ tam Græcorum Menologia quàm Latina Mar-

C tyrologia Cyrilli martyrium referant ad tempora ſiue Decij, ſiue Diocletiani, nihil eſt quod hoc aſſeri poſſit. Cæterùm Sarraceni potiti inſulâ, vt eam retinerent, monachi vſi conſilio, in loco tuto, Candace nominato, vrbem munitam erexerunt, ex qua vniuerſæ inſulæ dominarentur. Factumq; ex hoc eſt, vt loco Cretæ, inſula Candax cœperit nominari, atq; ſic cœpta vulgo Candia dici. habet iſta de loco munito Cedrenus.

IESV CHRISTI
Annus 823.

PASCHALIS PAP. Annus 7. LVDOVICI 10. MICHAEL. BALBI 3. IMPP.

D

I.

SEQVITVR Chriſti annus octiogenteſimus vigeſimuſtertius primâ Indictione ſignatus, quo Lotharius Cæſar Romam veniens à Paſchali Romano Põtifice coronatus eſt Imperator. De his autem auctor eius æqualis in Ludouici Imperatoris vita hæc habet: *Interea Lotharius filius domini Imperatoris, cùm, ſicut ſupra dictum eſt, a patre in Italiam miſſus eſſet, & ſecundum virorum qui cum eo miſerant conſilium, opportunitates negotiorum ordinaſſet, & quibuſdam perfectis, quibuſdam adhuc infectis de ſingulis reſpondere, & ad patrem de reditu cogitaret: rogatu Paſchalis Papæ Romani, imminente ſancta Paſchæ ſolemnitate, adijt, at-*

LOTHARIVS CORONATVR ROMÆ A PASCHALI PONTIFICE.

E *que ab eodem cariſſimâ ambitione ſuſceptus, ipſo ſancto die apud S. Petrum diadema Imperiale cum nomine Auguſti ſuſcepit: poſt hæc cum Papiam veniſſet, aliquantiſper neceſſitatibus ſemet impedientibus, ibidem moratus eſt, & ſic ad patrem menſe Iunio peruenit.* Sed quæ interea turbæ ſequutæ ſunt Romæ, ab eodem auctore ſic accipe.

II.

Sub hoc tempore, dum videlicèt autumnali tempore in Compendio ageretur, perlatum eſt Imperatori, Theodorum Primicerium S. R. E. & Leonem Nomenclatorem luminibus priuatos ac deinde decollatos in domo Epiſcopali Lateranenſi. Inuidiæ porro interfectoribus innaſcebatur, eò quòd diceretur ob fidelitatem Lotharij eos qui interfecti ſunt, talia ſuiſſe perpeſſos. In qua re fama quoque Pontifi-

DE ROMÆ OCCISIS LVDOVICVS MONETVR.

A *cu lædebatur, dum eius conſenſui totum adſcriberetur. Imperator autem dum ad hanc rem diucleatiſſimè inueſtigandam, Adalungum Abbatem monaſterij S. Vedaſti, & Humfridum Comitem mittere curaret; Paſchalis Miſſi ſuperuenerunt Ioannes Epiſcopus Silua candida, & Benedictus Archidiaconus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, accuſationi opponentes excuſationem, & ſuper iſta Imperatori examinationem offerentes.*

III. *Quibus auditis & cum congruo reſponſo remiſſis, Miſſos deſtinatos vt iuſſum fuerat, Romam ire præcepit, inueſtigaturos de dubiis veritatem. Ipſe autem, vt viſum eſt, ſingulis in locis moratus, conſtituto tempore (id eſt, Kalendis ...) ad Compendium venit,* vbi ſcilicet indixerat hoc anno conuentum. *In quo Placito Legati Romam miſſi redierunt, nuntiantes quod Paſchalis Papa ab interfectorũ nece* B *ſe cum plurimis Epiſcoporum ſacramento purgauerit, interfectores autem nequaquam exhibere potuerit. Sed & eos qui interfecti ſunt, meritis exigentibus talia perpeſſos aſſeuerauit. Simulque ſecum præſentabant Miſſos ab Apoſtolico directos ſimilia proferentes. Nomina Legatorum ſunt Ioannes Epiſcopus Silua candida, Sergius Bibliothecarius, Quirinus ſubdiaconus & Leo Magiſter militum. Imperator ergo naturâ miſericordiſſimus, occiſorum vindictam vltrà proſequi non valens, quanquam multùm volens, ab inquiſitione huiuſcemodi ceſſandum exiſtimauit, & cum reſponſis congruis Miſſos Romanos abſoluit.* hactenus auctor in vita Ludouici. Eadem reliqui eiuſdem temporis auctores. Inter quos qui ad Aimoinum adiecit Appendicem, ait interfectos damnatos eſſe à Paſchali Pontifice reos maieſtatis, & C interfectores fuiſſe ex familia S. Petri ab ipſo Paſchali defenſos: ob idque ipſum in ſuſpicionem adductum fuiſſe Paſchalem; verum patuit, fuiſſe ipſum Pontificem eius cædis innocentiſſimum.

LEGATIO PASCHALIS AD LVDOVICVM IMP.

IV. Sanè quidem in tanto Pontifice ob inſignia merita virtutum electo, & in adminiſtratione adeò pio, nefaria iſta locum habere potuiſſe, haud facilè quis prudens admiſerit, cùm præſertim eo ſanctitatis culmine eſſet euectus, vt ingentia quoque miracula palàm ediderit, & inter alia celebre illud quod recitat Anaſtaſius verbis iſtis: *Sed neque ſilentio* (inquit) *prætereundum eſſe arbitramur, quod eodem tempore diabolicâ operante verſutiâ, per quorundam* D *gentis Anglorum deſidiam ita eſt omnis illorum habitatio, quæ eorum lingua, Burgus dicitur, flamma ignis exundante combuſta, vt nec etiam veſtigia priſtinæ habitationis in eodem loco inueniri potuiſſent, vt & ex iiſdem incendiis penè tota porticus quæ ducit ad baſilicam principis Apoſtolorum deuaſtata ſit. Et dum hæc ter beatiſſimus Pontifex, quaſi horâ noctis conticinio perſenſiſſet: ſubitò propter honorem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, atque tantam peregrinorum deuaſtationem, nudis pedibus, diſcalceatus pedeſter cucurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in eius aduentu miſericordia affuit, vt locum in quo primum idem coangelicus Pontifex conſtitit, nequaquam vlterius impetus ignis tranſgredi potuerit, ſed ipſam Dei clementiam exorando, & multitudine fidelium quæ aderat cooperante flamma ignis, Deo miſerante extincta eſt, ſicq; peractum* E *eſt, vt totius noctis ſpacium vſque ad auroram perſeuerans, in eodem loco perſtiterit. Vnde poſtmodum ter beatiſſimus Pontifex miſeratus illorum peregrinorum inopiam, quæ ob deſidiam & diabolicam fraudem irrepſit, tanta dona, tantáque beneficia (ſicut ſemper ſolitus erat, in eorum neceſſitatibus) impertiuit in auro atque in argento, tam vel indumentis, quàm in alimentis omnibus, vberiùs miniſtrabat. Sed & lignorum copia eorum domicilia ſicut antea fuerant reſtaurauit. Porticum etiam quæ ob eamdem cladem vaſtata eſt, decentiùs quàm fuerat, & meliùs firmiſſimè reſtaurauit.* hæc de his Anaſtaſius.

A PASCHALI PAPA EXTINCTVM INCENDIVM

V. Porrò hoc eodem anno etiam, ſicut in Oriente, in Occidente crebra viſa atque audita prodigia, ex terræmotibus inuſitatis, ex igne de cælo lapſo, ex quo factæ ſunt conflagrationes locorum, pluuia lapidum cum grandine admixtorum, inuſitatis fulminibus, peſtilentiaq; hominum & animalium; habitumq; eſt præterea loco prodigij, quod puella vnius fermè anni ſpacium ſine cibo tranſegerit. His addimus quæ habentur apud Aimoinum & alios: *quod in territorio Comenſi in vico Grabadona, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ imago S. Mariæ puerum Ieſum ſuo gremio continentis ac Magorum munera offerentium in abſide eiuſdem Eccleſiæ depicta, atque ob nimiam vetuſtatem iam penè abolita, tantâ claritate per duorum dierum ſpa-* B *cia effulſit, vt omnem ſplendorem noua pictura ſua venuſtatis pulchritudinem cernentibus penitùs vincere videretur. Magorum tamen imagines, præter munera quæ offerebant, minimè claritas illa irradiauit.* hæc ibi. eadem quoque ſæpe citatum Francorum Chronicon.

DE PRODIGIIS IN OCCIDENTE VISIS.

VI. Quæ quidem, quod ad ſacram imaginem ſpectat, haud otioſè facta videri potuerunt, ſed ad confutandos eos qui in Galliis etiam adorandas eſſe ſacras imagines minimè conſenſerunt, in quem errorem Ludouicum etiam Imperatorem pertrahere, ſi licuiſſet, ſunt conati, vt inferiùs ſuo loco dicetur. Modò autem quæ in tantis prodigiis ad placandum iratum numen ſint facta dicamus. De his agens auctor qui vitam ſcripſit eiuſdem Imperato- C ris, hæc addit: *Imperator crebrò fieri ieiunia, orationumque inſtantiâ, atque eleemoſynarum largitionibus Diuinitatem per ſacerdotum officium monebat placãdam, certiſſimè dicens, per hæc portẽdi magnam humano generi futuram cladem.* hęc in conuentu apud Compendium habito, in quo redeuntes Roma Legatos excepit.

QVIBVS EXPIATIONIBVS OFFENSVM NVMEN PLACANDVM.

VII. Quæ autem facta fuerit precum indictio, cum ſubſequens peſtis, fames, & alia mala clades vexaret Gallias, ex Capitularibus Francorum accipe. ſic enim ſe habet [a].

[a] Cap. lib. 5 c. 136.

Capitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conuentu, id eſt, vt vnuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & tria pſalteria, vnum pro domno Rege, & alium pro exercitu Francorum, tertium pro præſenti tribulatione faciat. D *Presbyter Miſſas tres, monachi & monachæ & canonici, vnuſquiſque pſalteria tria, & biduanas omnes faciant, tam Epiſcopi, monachi & monachæ atque canonici atque eorum infra caſati homines vel qui potentes ſunt. Et vnuſquiſque Epiſcopus, Abbas & Abbatiſſa qui facere poteſt libram donet de argento, aut eam valente in eleemoſyna: mediocres verò dimidiam libram, minores verò ſol. quinque: Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtrictitate nutrire debeant vſque tempore meſſium. & qui tantum non poſſunt, iuxtà quod poſſibilitas eſt aut tres, aut duos, aut vnum. Comites fortiores libram de argento, aut eam valente donent in eleemoſyna, mediocres verò mediam libram. Vaſſus dominicus de Caſatis CC. mediam libram. de caſatis C. ſolid. quinque de quinquaginta vnciam vnam, & faciant biduanas, atque eorum* E *homines, atque eorum Caſati qui hoc facere poſſunt. Et qui redimere ipſam triduanam voluerit, fortiores Comites vncias tres, minores denarios triginta, minores ſolidum vnum. & de pauperibus famelicis, ſicut ſupradictum eſt, ipſi faciant. Hæc omnia (ſi Domino placuerit) pro domno Rege & exercitu Francorum & de præſenti tribulatione Miſſæ S. Ioannis ſint completæ.* hactenus ibi quæ recenſuiſſe voluimus in exemplum publicarum expiationum, quæ ab ipſo Imperatore per Epiſcopos indici ſolebant, cùm vexationes populorum ingruerent. Ceterùm harum omnium cælitus immiſſarũ cladium meminit Einardus [b].

[b] Einard in Marcellino & Petro lib. 3. c. 13. apud Sur. tom. 7. die 2 Iunij.

VIII. Hoc ipſo anno cõceſſione Paſchalis Papæ Ebbo

Archie-

Digitized by Google

EBBO ARCHIEPISC. RHEMENSIS PRÆDICAT EVANGELIVM DANIS.

Archiepiſcopus Rhemenſis ad Danorum conuerſionem profectus eſt, eiq; Halitgarius adiunctus. ita Rhemenſis Eccleſiæ canonicus Adã, qui de his hæc habet: *In diebus illis ſcribitur quòd Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, cum de ſalute Gentium religioſus ſtudio . . . legationem ad Gentes cum Halitgario ſuſcepit à Paſchali Papa, quam poſteà noſter Anſgarius diuinâ opitulante gratiâ feliciter peregit.* poſt biennium ſcilicet vt ſuo loco inferiùs dicetur.

STVDET IMP. CONCILIARE IN VNVM CATHOLICOS ET HÆRETICOS.

Quod ad res ſpectat Orientales, hoc ipſo anno, cùm adhuc etiam bello ciuili Imperium fluctuaret: poſt obſidionem vrbis Conſtantinopolitanæ Michael veritus ne acceſſione Orthodoxorum partes Thomæ excreſcerent in immenſum, aſtuto cõſilio conciliare in Eccleſia pacem magno ſtudio videri voluit laborare; cuius rei gratiâ inter ſe mutuo de his agere Orthodoxos & hæreticos vnà conuenientes ſuadere conatus eſt, refragantibus omnino Catholicis, quod id canones prohiberent: qui tamen ad pacem in Eccleſia ſanciendam, quid opus ſit facto, per Theodorum Studitam litteris ſcriptis ad Leonem Sacellarium docuerunt. Extant ipſæ quidem, quibus primum de ſtatu rerum præſentium agitur. ſic enim ſe habent [a].

a Theod. l. 2. ep. 129. Cod. Column.

IX.

Leoni Sacellario.

Ingentis gratiarum & reſponſionum quas debemus. nomine obſtricti, paruam quamdam debiti partem reddere nos cenſemus per litteras ad laudatiſſimam ac deſideratiſſimam ſanctitatem tuam ab humilitate noſtra exaratas. Nam & nunc Siluani fratris cauſâ quid reſpondebimus. Primùm quidem, quod cùm eum in conſpectum ſuum admiſerit Deo cara anima tua, quaſi vnum ex familiaribus, melleâ affabilitate, hilariq; vultu cum abiecto colloquens ac tractans. Deinde quod de rebus noſtris, qui peccatores ſumus, ita ſciſcitata ſit, & de vtriuſque noſtrum corporis infirmitate, & aliis modis ſua in nos caritatis affectum oſtenderis, adeò vt diceret: Ego in ſuſpicionẽ apud eos, qui in vos malè affecti ſunt venio, quod Studiota ſim; & deprecaretur, ne tanti amoris coniunctio vmquam labefactaretur.

QVAM MAGNO AMORE PROSEQVERETVR LEO STVDITAS MONACHOS.

Hæc nos omnia deuinxerunt, & magis magiſq; in ſincera dilectione confirmarunt. vt hæc verba vſurparemus: Numquam ô Domine vniuerſorum, obliuiſci nos ſinas egregij benefactoris, fidi, vnanimis, probati amatoris, ſacri hominis, per omnia & in omnibus tutoris ac patroni, heriq; & domini noſtri, ſed hæreat in nobis infixus amor tuus etiam poſt mortem, vnaq; in futuro ſæculo conſiſtetur, quando nos inuicem cogituros ſperamus, & congratulaturos iis qui ſpiritûs nutu nos amarint.

X.

Verùm hinc egrediens oratio, in duplici, ſi iubes, argumento verſabitur. In priore itaque, qui ſenſus tuus fuerit, domine, idem & noſter erit. Sic igitur ordiamur. Phoniſcus poſtquam victus fuerit, debitas legibus pœnas dabit. nunc autem ciuile bellum adeſt, quod ſicut alia iræ diuinæ ſigna, terræmotus, & fames, eluuiones maris, atque incendia, ad correptionem noſtram à Deo excitatum eſt, & populi vim, quantam potuit, tantam abſumpſit. Poſtquam ergò miſertus Dominus plagam repreſſit, minimè vult ſuperſtites perire: alioqui communem omnium cladem, quemadmodum diluuij tempore induxiſſet. Quid igitur? ſeruari vult eos qui relicti ſunt, & venia dignos fieri. Ait enim in Euangeliis, [b] *dimittite & dimittetur vobis, & beati Pauli voce:* [c] *Nullus malum vlli pro malo reddat, ſed quod bonum eſt, ſectamini ſemper tum inuicem, tum in omnes. At non ſine mulcta. Nam & Cain cum fratrem occidiſſet, multiformem & celebratam pœnam meritò ſubijt. pœnam quoq; à ſe ipſo repetijt Lamech, & Abſalom qui Ammon fratrem necarat, à patre, iuxta Thecuitidis* [d] *problema, nequaquam cæſus eſt; nec Abſalom parricidam ſuum occidi volebat idem Dauid, ſed neque eos qui cum eodem defecerant, poſt belli finem perimi iuſſiſſe, proditum eſt. Ac de his hactenus veluti compendio. Miſericors enim Deus per caſtigationes, id eſt, exilia, carceres & ſimilia, pœnitentiam ab illis totâ vitâ vult obſeruari.*

DIVERSA IRÆ DIVINÆ SIGNA.

b Luc. 6.
c Rom. 12.
d 2. Reg. 14.

XI.

De altero autem capite quid dicemus, cum perſpecta ſint omnia prudenti ac ſolerti menti tuæ? Eodem nimirum tendebat Leonis Imperatoris conatus, vt nos cum Heterodoxis ſermonem conferremus diſceptante illo, æquo in oppoſitum iudicante, vt arbitrabatur. Quin & is qui nunc imperat, mens eadem fuit, cùm ante tres annos nobiſcũ coràm egit: ita tamẽ vt nequaquam Iudicem ſe futurum diceret, ſed hunc atque illum ex iis ſcilicet qui nobiſcũ eadem ſentiebant. Sed neque nos qui præſentes aderamus, neque inclytus Pontifex noſter id tulit, quippe iniquum & alienum. Non enim de rebus ſæculi, carniſq; ſermo eſt, de quibus iudicandi penes Imperatores poteſtas eſt, & iudiciũ ſæculare. ſed de diuinis ac cæleſtibus dogmatibus, quæ alijs cõmiſſa non ſunt, quam iis quibus Deus Verbum dixit: [e] *Quæcumq; ligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cælo, & quæcumq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Quinã autem hi ſunt, quibus hoc iuſſum fuit? Apoſtoli, & eorum ſucceſſores. Quinam porro ſunt ſucceſſores? Qui Romanã nunc primam Sedem tenet. Qui Conſtantinopolitanam ſecundam. Qui Alexandrinam, & Antiochenam, & qui Hieroſolymitanã. Hæc quini vertex, hoc eſt, quinq; Patriarcharum, poteſtas Eccleſiæ, penès hos diuinorum dogmatum iudiciũ. Imperatorum verò & Præſidum eſt opem ferre, & cõprobare quæ decreta ſunt, & recõciliare qui carnaliter diſſident ac diſcrepant. Haud aliud quicquam illis de diuinis dogmatibus neq; à Deo traditum eſt; nec ſi fiat, ſtabit.*

ECCLESIASTICA NON IMPERATORIBVS SED EPISCOPIS COMMISSA.

e Matt. 16.

XII.

Propterea exploſa & reiecta fuerunt circa diuinarum imaginum dogma ea quæ ſub Conſtantino quondam & Leone regiâ potentiâ atque audaciâ in conciliabulo acta, & perperàm dicta ſunt. Quorum cauſa diuiſa hæc noſtra Eccleſia fuit à cæteris quatuor, anathematiſmis affecta perennibus, approbante Spiritu ſancto. Poſt hæc, Deo miſerante, erectum eſt cornu Fidei Orthodoxæ, magnâ Irene Imperium obtinente cum ſurculo ſuo, quo tempore coaluerunt quæ diuulſa erant vſque ad proximum Leonem. Sub quo iterum diſcerpta eſt Eccleſia noſtra, & ab iiſdem pariter anathemate damnata. Fieri ergò nulla ratione poteſt, domine, vt ſæculari iudicio diuinum iudicium compararetur, aut vt coaleſcat hæc Eccleſia, nõ conſentientibus quinque Patriarchis.

SÆCVLARE IVDICIVM OMNINO REIICITVR.

Quod ſi roget quiſpiam, quo pacto fieri id poſſit? Si excedat, inquam, Eccleſiis Dei Heterodoxi, & propriam ſedem recipiat Nicephorus ſacer Patriarcha. Qui coacto eorum conuentu cum quibus certamen ſuſtinuit, ſi fieri non poſſit, vt ab aliis Patriarchis adſint vicarij (quod certè fieri poteſt, ſi velit Imperator, Occidentalem intereſſe, cui & poteſtas ſumma defertur Synodi Oecumenicæ) attamen pacem cõficiet & coniunctionem, Synodicas ſuas ad primæ Sedis Præſulem mittendo. Quod ſi hoc minimè probet Imperator, deflexitq; (vt ipſe ait) à veritate Nicephorus Antiſtes: Mittenda eſt ad Romanum ex vtraque parte legatio, & inde Fidei accipienda certitudo. Etenim ſic res habet, vt ſi aberret vnus e Patriarchis, à cæteris eiuſdem ordinis (quemadmodum diuinus Dionyſius tradit) correctionem admittat, non ab Imperatoribus indicetur, exurgant licet omnes quotquot vmquam fuerunt Imperatores Orthodoxi. aurea plane & digna tanto doctore & Cõfeſſore ſententia, qui ſubdit.

MODVS VNITATIS INEVNDÆ CONCORDIÆ IN ECCLESIA CATH.

XIII.

Atq; hoc ſanè caput deſpicere minimè debet Imperator noſter, ſed ante omnia magni facere, in quo & Imperij felicitas, & iuſtè regnãdi munus poſitũ eſt. Aliud nos nihil ſentimus humiles & indigni, orãtes pro optabili vita tua proſperitate. ſi quid denique huic epiſtolæ deeſt, de eo venerandorum veſtigiorum tuorũ adorator tabellarius reſpondebit. hucuſq; Theodorus. Quibus planè intelligis, incõſulto primæ ſedis Epiſcopo, ipſo Romano Põtifice, impoſſibile eſſe, vt ſciſſi ab Eccleſia vni ntur & pax

b Gal. 5.

Digitized by Google

agatur, ad quam componendam primùm quidem opus eſſe, vt Oecumenicum agatur Concilium auctoritate Apoſtolicæ Sedis, Vicarium ſuum mittendo. vel ſi prouincialem Synodum agat Catholicus Patriarcha, ſcribenda ſit inde Synodalis ad ipſum Romanum Pontificem. Si verò impediatur Patriarcha, vt Synodus cogi per ipſum non poſſit, tum eſſe mittendas legationes ex vtraque parte ad ipſum Romanum Pontificem Hierarcham totius Eccleſiæ. Sicq; in omnibus primæ ſint deferendæ Apoſtolicæ Sedis Antiſtiti.

XIIII. At verò quod ad Orthodoxos pertinet, ne cum hæreticis ſubterfugiendo congreſſum, quem expeteret Imperator, viderentur diffidere iuſtæ cauſæ, atque errorē fouere: placuit eidem Theodoro Studitæ nomine omnium vbique exiſtentium Orthodoxorum Apologeticam ad ipſum Imperatorem & eius filium epiſtolam dare, quâ de Fide Catholica quam profiterentur, redderent rationem cuiq; petenti. Extat ipſa quidem quæ ſic ſe habet, huiuſmodi inſcriptione præfixâ [a].

[a] Theod. lib. 2. epiſt. 200. Cod. Colum.

Regibus piiſſimis & religioſiſſimis à Deo Auguſtis Imperatoribus Apologia & allocutio omnium vbique diſperſorum.

STVDIVM PACIS IMP. COMMENDATVR.

Perſpectum eſt iis qui præditi ſunt ratione, Deum Regem vniuerſorum terreni Imperij rem, nomenq; propterea naturæ humanæ conceſſiſſe, vt cæleſtium imitatione, terrenæ etiam pacem atque tranquillitatem obtinentia, pari cum laude & adoratione venerentur. Cuius nunc habenas diuino ſuffragio ſortitum Chriſti æmulum Imperium veſtrum, iure nos minimos aduocauit, vt cum eis ſermonem conferamus, qui circa Fidei doctrinam à nobis diſſentiunt; vt hinc nimirum cognoſcatis vera pars verum proferat, & huic palmam tribuatis, ne inter nos ſchiſmata ſint, ſed idem omnes Orthodoxè ſentiamus. In quo quidem veſtrum laudauimus ipſum pacis componendæ conſilium, quo ſubditorum vtilitati ac ſaluti conſulitis. Et vobis quidem hinc præmium erit in claritate claritas ineffabilis, & in Regno Regnum interminum.

XV. *Verùm ô domini optimi, & Dei amantiſſimi, non poteſt magnum hoc & exoptandum facinus tam facili negocio & ſine labore confici, quoniam magnarum rerum magnæ ſemper ſunt difficultates. Quid hoc ſibi vult? Primùm quidem quoniam aduerſarij noſtri longo tempore, & per ſynodicos conuentus in opinionibus ſuis obfirmati ſunt: nos verò Apoſtolorum, Patrumq; ſanctionibus ſermonem de Fide cū iis conferre prohibemur, qui ſic occupati ſunt. Deinde quoniam huiuſce rei iudicium non ad alios pertinet, quàm ad eos qui ſoli hanc à Domino poteſtatem per Spiritum acceperunt, conſentientibus & comprobantibus etiam vobis, qui ad hoc ipſum à Deo præcipuè vocati eſtis. Sincera autē & incorrupta Chriſtianæ religionis noſtræ ſententia qualis ſit, neceſſe arbitror exponi.*

CAVSÆ CVR CATHOLICI RECVSENT CONFERRE CVM HÆRETICIS.

XVI. *Credimus in vnum Deum, qui in Patre & Filio & Spiritu ſancto adoratur & conglorificatur, laudatiſſimam omnium effectricem & principem Trinitatem, iuxta nobis traditum à CCC.X. & VIII. ſanctis Patribus diuinitùs inſpiratum Symbolum, per quod omnis hæreſis exploſa eſt, & à quo omnis ſancta Synodus pendet tamquam à radice rami & à fonte fluuius. Hinc enim Secunda dominicam Spiritus vocem declarauit. dein Tertia Synodus ſanctam Mariam Deiparam, vt quæ ipſum vnigenitum Dei Filium enixa eſſet, pronūtiauit. Tum Quarta ex duabus & in duabus naturis ſingularem ſecundùm hypoſtaſim Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aſſeruit. poſt Quinta Origenem & eius ſimiles prohypacſtitas, id eſt, præexiſtentia animarum aſſertores, anathemate damnauit. Tum Sexta conſequenter ad duas naturas duas quoque voluntates & operationes in vno Chriſto eſſe docuit. Deinum Septima ſuperiores ſequens, quia duplices omnes in vno Chriſto naturales proprietates, eumdem incircumſcriptum iuxta id quod non cernitur, circumſcriptum iuxta id quod cernitur eſſe ſanxit. quatenus ex locis ſundamentum veritatem ex naturali nimirum doctrina, ex Patrum auctoritatibus, ex Synodis decretis, & ex antiqua conſuetudine.*

QVÆ FIDES ORTHODOXORVM SIT EXPONITVR.

pergit ſecundùm hæc tria probationum capita de ſacrarum imaginum veneratione doctrinam firmiter ſtabilire, de his prolixius agens; quæ cùm magna ex parte repetita habeantur in ſuperius recitatis epiſtolis, ne nimis ea prolixitate oneremus Lectorem, hic ea deſcribere prætermittimus. Demum verò ita claudunt epiſtolam: *Hanc Fidem amplexæ ſunt Synodi ſanctæ; & huic ſuffragantur omnes vbique locorum Eccleſiæ tum in Oriente, tum in Occidente, tùm in Septentrione & mari: quam & nos minimi amplectentes, oramus, ineq; ſupplicamus pro pio Imperio veſtro.* hæc Orthodoxi.

XVII. Ad hoc tempus ſpectat, quod Michael res geſtas à Theodoro proſequutus, quæ reliquæ eius fuerint actiones vſque ad obitum, qui anno ſexto Michaëlis obtigit, narrans, ſic incipit: *Thoma vero copiis ſuis repente deſtituto, & in poteſtatem Imperatoris redacto, vrbem Conſtantinopolitanam*, in quam (vt dictum eſt) confugerat metu Tyranni, *mox iterum reliquit. Non tamen ampliùs ad Creſcentis loca profectus eſt, ſed in Acritorum peninſula, S. Tryphoni ſacra, ſedem fixit. ex qua ſæpius ad Patriarcham ventitabat*, Nicephorum ſcilicet, *& cum eo pro re nata differens, deſiderium magis magiſq; incendebat: Patriarchâ viciſſim amoris officia reddente, animiq; ſtudiū multis argumentis declarante. Qui aliquando abundantem amoris vim patefacere cupiens, audientibus multis Epiſcopis, tùm alias Sancti laudes commemorabat, tùm ærumnas quas pertulit, ſuper omnes extollebat, exilia eius & carceres enumerans, vel alia omnia corporis ſupplicia. Vt autem conuiuari ſimul ambos oportuit vniq; menſæ accumbere: alios quidem Patriarcha infra ſe ſedere iuſſit & poſt illum ſedes ſortiri, ſolum autem Sanctum in vna eademq; cathedra epulari. Reuerendus enim aiebat mihi omniq; honore colendus admirabilis hic, vti cū omnia feceris, numquam pro eius merito feceris ob eminentem eius virtutem, incomparabilemq; humilitatem: neque cum vel ſi omnes mortalium honores proponas, illum vmquam ab animi modeſtia dimoueas, aut abiectum modicumq; de ſe ſenſum ponere perſuadeas. quo nomine longè à nobis præferendus in honore, longeq; in amore præſtantior eſt iis, qui me comitantur. Tanta erat Patriarchæ erga magnū Theodorum veneratio, tantus amor & caritas, ſic illi omnes primas concedebant, præclarè ſecum agi exiſtimantes, ſi poſt illum cenſerentur.*

QVANDO THEODORVS STVDITA RECEDIT CONSTANTINOPOLI.

NICEPHORVS PATRIARCHA QVANTO HONORE SIT PROSECVTVS THEODORVM.

XVIII. *Procul abſit liuor, pulchris omnibus ſuccenſere ſolitus, maculaſq; inurere melioribus; ſileat lingua futiles nugas garriens, & falſa impudenter deblaterans. Quis enim bonorum intuens diuinorum virorum beneuolentiam, concordiam, mutuamq; coniunctionem, non calumniatores iſtos irrideat, in rebus adeò notis cauillari volētes, & veritatem ſolis luce clariorem obſcurare atque confundere, quaſi non habeant vbi ſua celent, aut vnde aliter placere poſſint, niſi ceteris inſidientur? Verùm illi ſuo negocio vtantur; nos certe veritatis vbique ſtudioſi, in ea nunc vel maximè conſiſtemus, quâ videlicet freti, res Patrum, vt fuerunt, expoſuimus, & ſinceram ac minimè fucatam beneuolentiam factis ipſis comprobamus.* iſta Michael, quod inter alia inuidi & calūniatores ſparſiſſent in vulgus, Theodorum non communicare cum Nicephoro ipſo Conſtantinopolitano Patriarcha, aliaq; contexuiſſent in eum crimina, de quibus omnibus extat eiuſdem Theodori ad Petrum Nicææ Epiſcopum epiſtola his verbis conſcripta [b].

CALVMNIIS IMPETITVR THEODORVS.

[b] Theod. lib. 2. epiſt. 127. Cod. Col.

XIX. *Nunc opportunè ſcribimus paternæ ſanctitati tuæ, poſtquam ab exilio reuerſi ſumus. Arabum ſiquidem incur-*

ſionum

THEODORI EPIST. APOLOGETICA ADVERSVS CALVMNIATORES.

A *ſm cùm aliis permultis nos quoque humiles à remotu oris expellens ante vrbem in Principem inſulam abegit, in qua quibus ærumnis affecti fuerimus, partim à perfugarum agente nos turba, partim ab æſtu, & aquis ad potum minimè aptis, quid opus eſt dicere? Deinde verò, vt inde progreſſi vicina Chalcedoni loca tenuimus, illic ambo in grauiſſimum incidimus morbum, qui miſerum corpus totum ſeptem dies variis doloribus afflixit, atque (vt ſemel dicam) planè laborioſum iter noſtrum fuit. Attamen tria hæc diuino munere nobis obtigerunt, primùm vt beatiſſimum Pontificem noſtrum adoraremus, ſacris eius precibus fruentes: deinde hos atque illos ſacros Patres ac fratres: tertiò vt obiectiones & criminationes diluentes, quas contra nos neſcio vnde pacis opifices* concinnarunt.* quænam iſta fuerint, attende.

* Per antiphraſin.

B *Schiſmaticos nos confinxere, à diuini Pontificis noſtri conſortio auerſos, Idionomos appellarunt, id eſt, priuati iuris auctores, in eorum pœnas qui hæretica communioni adhæſerunt. alia multa, quæ epiſtolâ includere moleſtius foret.* Ad hanc itaque eluendam calumniam, iam intelligis factum eſſe, vt ipſe adiret S. Nicephorum Patriarcham, & cum illo etiam menſâ participaret, ſpectantibus omnibus. cùm & Patriarcha hoc ſciés, ad iſtud ipſum refellendum, adeò honorifice voluit excepiſſe atque præ cæteris coluiſſe, atque officiis demeruiſſe Theodorū. Quæ omnia eâdem ex cauſa à Michaële fuiſſe conſcripta vidimus, vt ex his omnibus obſtrui poſſet os loquentium iniqua. Sed & quid ad has & ad alias calumnias reſpondeat, ipſum audi.

XX.
DILVVNTVR A THEODORO CALVMNIÆ.

C *Verùm ad ſingula (vt diximus) appoſitè precibus tuis reſpondentes: Cùm ſacro Pontifice noſtro communicare nos oſtendimus, qui & ſummâ humanitate nos excepit & amore tractauit, & dimiſit, nullo verbo de his quæ per dolum compoſita fuerant, interiecto.* Vide in his modeſtiā viri ſilentio inuoluentis tanta illa, quæ ab ipſo Patriarcha io ſe collata eſſent officia ſummi honoris & gloriæ, faſtum vitare ſatius ducens, quàm plenius obiectæ calumniæ ſatisfacere: ſed quæ tacuit ipſe, per Michaëlem Deus voluit nota fieri. ſed pergit ipſe de iiſdem: *Quin etiam cùm mentio fieret de domino ac beato Taraſio (nam & ab eo dixerant Patrum ſcilicet *amatores nos deſciuiſſe, & ſecundam in Nicæa ſanctam* D *Synodum Localem, id eſt, non Oecumenicam appellare) probauimus nos & illum in ſanctis Patribus habere, & Synodum verbis ſcriptiſq́; Oecumenicam confiteri, licet vſpiā aliquando & aliquo modo quibuſdā aliter reſponderimus, quæ quidem non oportet, ſicut nec ea quæ tum aliter acta fuerant, nūc inquirere & refricare. Id enim tumultus cauſam præbet, nec emolumentum vllum adfert, ſed altercationes potius & offendiculum Eccleſiæ Dei.*

* Per antiphraſin.

VETERES ET INVTILES QVÆSTIONES SOPIENDÆ.

XXI.

Hùc & illo modo hi & illi ſcripſerunt, egerunt ſinguli, verum tenere ſe arbitrantes. Multis annis, vt noſti, deſideratiſſimè, quòd vulgò iactatur, peractum eſt, Orienti & Occidenti patefactum. Quæ geſta, quæ ſcripta ſunt, euertere neutra pars poteſt. Nunc eſt tempus concordiæ, nunc tem- E *pus in commune decertandi. Auctoris monimenta, ſiquidem rectè habere poſteris videbuntur, laude digna; ſin minùs, ſciùs. Fidelis ſermo, nos aliud hac de re dicere libet, neque in præſens, neque in poſterum. Oſtendetque, inquit, dies reuelationis & nouiſſimus ignis, quo iudicantur noſtra & purgantur. Hæc ſimul quidem tamquam vnanimo Patri & Pacis auctori, ſimul etiam quia dolorū commemoratio ſolatium dolentibus parere conſueuit, neceſſariò à me ſcripta ſunt. Quòd ſi conſolatorem te nobis humilibus præbueris: caritatis ſcopum amplectens, omninò tuos nos reddes in omnibus peculiares. Qui nobiſcum ſunt ſanctitatem tuam plurimùm ſalutant. eos qui tecum ſunt ſalutamus & nos plurimùm, ſanctiſſime.* huculque ad Petrum Theodorus.

XXII.
THEODORVS STVDITA CVM ALIIS VISITAT IOANNICIVM ANACHORETAM.

A Quod verò hac data ad Petrum epiſtola idem Theodorus affirmet ſe poſt viſitationem Nicephori, alios etiam ſanctos Patres inuiſiſſe, hic opportunè agendum eſt de viſitatione magni illius Ioannicij Anachoretæ, de quo ſæpe mentio facta eſt, quem ipſe Theodorus his fermè diebus inuiſit vnà cùm alijs, inter quos & Petrus, ad quem dictam ſcripſit epiſtolā, Nicææ Epiſcopus vnus fuit. Habentur iſta in rebus geſtis eiuſdem Ioannicij, quàm fideliſſimè ab auctore eiuſdem temporis conſcripta verbis iſtis. *Huic magno Ioannicio Patri erat ſtudio, ſi quos ad ſe audiebat aſcendere, è monte deſcendere, & eis obuiam procedere. Cur hoc faciens? magnam in aſcenſu reſecans vexationem eorum, qui ad ipſum aſcendebant: eſt enim aſper &* B *accliuis ad montem aſcenſus, & non facile nec expeditum iter præbens aſcendentibus. Aliquando itaque is cui obtigerat Chalcedonenſis Pontificatus, & cui Nicæa, Petrus, & Theodorus præfectus inſignis gregis Studij cum Ioſeph & Clemente ad ipſum accedebant. Hos autem cùm cognouiſſet Sanctus, volens eorum magnam leuare viæ moleſtiam, ad eos deſcendit de monte. Cùm verò hominis Dei eſſent partes & facere & dicere ea quæ eſſent Deo grata: in ſermone quem apud ipſos habuit, cenſebat humilitatem eſſe præferendam omnibus virtutibus. Poſtquam autem ad cibum ſumendum iam acceſſiſſent: Ne conturberis, inquit, fratri Ioſeph, ſed ſis paratus ad exitum. Hoc quidem tunc ſic dictum, quidnam ſibi vellet, dubitabatur ab iis qui audierant. Cùm autē poſt decē & octo dies Ioſeph è vita deceſ-* C *ſiſſet, rectè intellexerūt quid ſibi vellet quod magnus dixerat.* hæc tantùm de his auctor. Quæ verò poſt hæc idē Theodorus de hoc mutuo cōgreſſu ad ipſū magnum Ioanniciū ſcripſerit, ſuo loco dicturi ſumus.

XXIII.

Accidit inter hęc mirandum quippiam, quòd filius Leonis Armeni Baſilius nomine, qui exectione caſtrationis (vt dictum eſt) factâ iuſſu Michaëlis Balbi Imperatoris, vocem amiſerat, ad ſtatuam ſancti Gregorij Nazianzeni vocem receperit, & cum ea Catholicam pariter Fidem in cultu ſacrarum imaginum fuerit conſecutus, necnon mater eius Theodora ſiue Theodoſia nuncupata in monaſterio relegata, pariter ſe Orthodoxis adiunxerit. Porrò de tanto miraculo iſta ex antiquioribus Annali-D bus recitat Cedrenus: *Vxorem Leonis* (Theodoſiam hanc nominat ipſe) *in monaſterio quod Dominarum dicitur, incluſit, filios mares in Prota inſula. Qui cùm ibi caſtrarentur, Theodorus in fata conceſſit; Euſtathius verò qui alio nomine Baſilius dicitur, vocis vſu ab exectione virilium priuatus, eius reſtitutionem cùm Deum flagitauit tùm Gregorium Theologiæ nomine illuſtrem, cuius ibi forte quædam ſtatua erat: Exaudiuit eum Sanctus ille, viſaq́; eſt ei imago ſacra, manè iubens ceram quam porrigebat legere. At Baſilius fidem dicto habens, ingreſſus Eccleſiam, clarâ & puriſſimâ voce recitauit hæc.*

BASILIO LEONIS IMP. FILIO REDDITVR LOQVELA.

XXIIII.

RVRSVS IESVS MEVS, eſt exordium panegyricæ orationis Gregorij Nazianzeni in ſancta lumina. *Voce itaque receptâ, traditam à patre ſibi impietatem* E *abominatus, gratum ſe erga ſacras imagines præbuit. Verùm hæc aliquanto poſt euenerunt, ab eorum exilio ſcilicet.* iſta Curopalata, ex quo Cedrenus; qui licet de matre eius Auguſta nihil meminerit, liquet tamen Theodori Studitæ teſtificatione, ipſam vna cū Baſilio filio Fidem Catholicam eſſe profeſſam in manibus quorumdam Orthodoxorum monachorū, paratamq́; fuiſſe eſſe eius rei gratiâ, ſi oporteret, ſuſtinere quoque martyrium. Extat ſiquidem tanti Patris ad Theodoram ſiue Theodoſiam Auguſtam atque ad Baſilium eius filium eiuſmodi epiſtola, hac inſcriptione notata[a].

a Theod. l. 2. ep. 204. Cod. Colum.

Theodora Auguſtæ & Baſilio filio eius.

XXV.

Cū ex variis fide dignis, in primiſq́; ex piiſſimo Eſaia E-

THEODORI AD THEODORAM AVGVSTAM ET BASILIVM EIVS FILIVM EPISTOLA.

piſcopo, & ex reuerendiſſimo Medicij Antiſtite ſanctis Patribus noſtris de rerum veſtrarum ſtatu accepiſſemus, quod Domini noſtri optimi nutu, ad pietatem rectamq; Fidei rationem & modum conuerſi fueritis, priſtino errori valedicentes, vt qui à Deo non cœperit, ſed ab aduerſa parte, cùm religio tunc expiaſſet eadem (talem ſiq; eidem fuiſſe fatendum eſt, virum illum Deo dilectum omniq; probitate conſpicuum, eius videlicet genitorem) egimus Deo gratias, qui non permiſit vos in hæreſis caligine permanere, ſed mentes veſtras felici lumine impleuit, vt cognoſceretis Ieſum Chriſtum Filium Dei in forma noſtra per miſericordia ſua viſcera natum, vt figmentum ſuum ab interitu redimeret, more noſtro depingi atque effingi ne quaquam deſiſſe humanarum proprietatum, cùm maneat idem, quatenus Deus, incircumſcriptus, & qui paternas proprietates ſub eadem perſona retinet, ex quo mediator Dei & hominum apparuit, medio ipſo extrema participans, & per ſeipſum diuinæ naturæ participes efficiens. Sicut enim fieri nequit, vt Deus ipſe cum ſit Patriq; æqualis, non extra omnem ſit circumſcriptionem (infinitus ſiquidem eſt Deus & interminus & incomprehenſibilis) eodem modo capi non poteſt, & cum verè homo ſit ipſe, & nobis ſimilis factus per omnia, intra circumſcriptionem non maneat, comprehenſibilis quippe eſt eius corpus tactuq; palpabile & colore viſibile. Inculcat iſta Theodoræ Auguſtæ, quod veneno mariti Leonis Armeni potata eſſet, quo ille diceret, Chriſti effigiem pingi non poſſe, quod Deus ipſe ſit incircumſcriptus. Aduerſus quem adeò manifeſtum errorem (vt vidimus) ſub Leone Imperatore idem Theodorus ſæpius diſputarat, in quem etiam modo eiuſdem Theodoræ occaſione ſtylum exeruit. Pergit enim.

XXVI. MALORVM OMNIVM PER EAM HÆRESIM INVECTORVM COMPENDIVM

Quòd non confitentes Iconomachi, Chriſti negatores manifeſto facti ſunt, corporatum incorporeum arbitrantes, eumq; qui nobiſcum natus eſt, natura noſtra expertem decernentes. Hinc concuſſus eſt mundus, negatus eſt Chriſtus per venerandam imaginem ſuam, & Deipara, & Sancti omnes: per imaginis enim receptionem, recipitur is, cuius eſt imago, ſicut è contra, per reiectionem reijcitur. Hinc ebulliit perſecutio, & Patriarcha relegatus eſt, ſacerdotes atque Epiſcopi, monachi & ſæculares ſanctiſſimi, alij exilio & carceribus addicti, alij verberibus, fameq; cruciati, nonnulli etiam enecti. Hinc extorres in montibus, in ſpeluncis & cauernis terræ, qui Deo mortale nihil prætulerũt. Hinc diruta templa, & ſacra profanata, & diuina donaria igni tradita, clamoreq; (vt paucis dicam) & direptione plena omnia. Tales erant impietatis conatus, vt ex fructu arbor cognoſcatur.

Poſtquam autem diuinitus vos gratia (ſicuti dixi) amplexa eſt per egregiam confeſſionem, quam Patribus profeſſi eſtis nos quoque humiles iſtâ nimirum confeſſionis fiducia freti, ſimul etiam dominam cùm cæteris inclytis ramis ſuſcipimus, & Orthodoxæ Fidei partibus, ſeu potius Dei Eccleſiæ accenſemus, venientesq; ad humilitatem noſtram vos veneramur, & vobiſcum communicamus, gratias agentes Deo qui magna & inueſtigabilia facit, quorum non eſt numerus; qui ex tenebris ad lucem deducit, & ex via erroris ad pietatis ſemitam omnes transfert, qui vero corde ſaluari cupiunt.

XXVII. DE RELEGATIONE THEODORI IN INSVLAM

Atque hæc quidem in hunc modum. Cæterum poſtquam deſignata nobis fuit à magno Imperatore Chalcita inſula ad domicilium habitationis: non mediocriter contriſtauit non ſolum nos, ſed multos etiam ex Patribus, quòd vniuerſus fratrum cœtus cum Antiſtite, vetere ſuo monaſterio eiecti ſint, & nunc huc, illucq; circumagantur, & quod viſi ſunt linguas aperire ad priſtina conuicia. Verumtamen, quoniam per Clementem ſpiritualem filium noſtrum reſpondiſtis, ita atque ita conſtitutam ex regia auctoritate cum fuiſſe, triſtitiam depulimus. Hoc vero obteſtamur, vt quantum conniti vobis licet, egredientium dolorem mitigetis, quia ſcriptum eſt: [a] *Ne des homini locum, vt maledicat tibi. Et vt quid ait* [b]*, libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia?* hucuſq; Theodori epiſtola ad Theodoram Auguſtam & Baſilium.

[a] Prou. 30. [b] 1. Cor. 10.

Porro Clemens iſte, cuius hic mentio habetur, Præpoſitus eiuſdem erat monaſterij, tabellarij tamen munere fungens pietatis cauſâ, vt idem Theodorus affirmat in epiſtola [c] ad diſperſos fratres.

[c] Theod. lib. 2. ep. 90 Cod. Columnen.

IESV CHRISTI
Annus 824.

EVGENII PAP. II. Annus 1. — LVDOVICI II. MICHAEL BALBI 4. IMPP.

I.

REDEMPTORIS annus agitur octingenteſimus vigeſimusquartus, Indictione ſecundâ, quo Paſchalis Papa cum ſediſſet annos ſeptem, menſes tres, dies ſexdecim ſecundum Anaſtaſium, ſiue decem & ſeptem, moritur pridie Idus Maias. Præter illa quæ dicta ſunt, hæc de rebus ab eo geſtis leguntur, incerto tamen Pontificatus anno: *Hic* (inquit idem Anaſtaſius) *beatiſſimus Præſul multa corpora Sanctorum requirens inuenit; quæ & diligenter intra ciuitatem in honorem & gloriam Dei honeſte recondidit. Regam etiam omni clero ſuo in presbyterio multipliciter ampliauit. & captiuos non tantum in tranſmarinis regionibus viros & mulieres auro & argento, ſed alios in partibus Hiſpaniæ & aliis longinquis regionibus, ſicut bonus paſtor redemit.*

PASCHALIS PAPÆ OBITVS.

II. ORNAMENTA IN ECCLESIA S. PETRI

*Fecit in ſacro altari beati Petri principis Apoſtolorum veſtem miræ magnitudinis, pulchram & decoram nimis ex auro gemmiſq; contextam, præfigurantem hiſtoriam, qualiter idem Apoſtolus à vinculis per Angelum ereptus eſt. In cuius venerabili baſilica ante aditum qui ducit ad corpus in loco Ferrata, altare conſtituit, in quo & venerandum beati Xyſti Martyris atque Pontificis corpus honeſtiſſimè collocauit. In quo & corpora beatiſſimorum Martyrum Proceſſi & Martiniani, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei memorialiter, honorificeq; recondidit. In cuius abſide imaginem pulcherrimam de argento inauratam cum diuerſis hiſtoriis inter marmorum concruſtationes ordinatas infixit, penſantem libras ſexaginta duas & ſemis, ſimulq; & lilia de argento penſantia libras decem & ſeptem & vncias tres; necnon & gabathas ex argento puriſſimo numero ſeptem, penſantes ſimul libras tredecim & ſemis. Imagines etiam de argento deauratas fecit in eodem venerabili loco numero tres, vnam Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & duas beatorum Martyrum Proceſſi & Martiniani penſantes ſimul libras triginta ſex: necnon & aliam imaginem de auro puriſſimo obtulit ad ornatum præfati Oratorij penſantem libras tredecim & vncias tres. ſimili modo caniſtra ex argento puriſſimo numero octo, penſantia omnia libras quadraginta tres, pariter & conchas ad ſpongias pro nocturnis * diligentiis ibidem conſtituit penſantem libras ſeptem & vncias nouem.*

SS. MARTYRVM PROCESSI ET MARTINIANI.

* vigiliis.

III.

Item & claues in modum Crucis ex auro puriſſimo cum gemmis ornatas in eodem loco poſuit penſantes libras . . . . vbi & regularem ordinauit ex argenteis laminis ſuperinductum penſantibus libras viginti, ſuper quam conſtituit arcus duos argenteos. & gammadias quatuor, penſantes ſimul libras ſexaginta. Propitiatorium altaris laminis argenteis circumduxit, atque ſacram Confeſſionem eorum exterius, interiuſq; eodem modo cum regulis exornauit. Et ſuper altare eorundem beatiſſimorum Martyrum veſtes duas conſtituit, ex quibus vnam de fundato cum Cruce de chryſoclauo, & alteram de quadruplo. Vela quoque maiora de fundato numero ſeptem cum periclyſi de blattbi circumdata. Et inferius de his

quæ

quæ itidem ad ornatum pertinent Eccleſiarum.

QVÆ OBTVLIT S. PETRI ECCLESIÆ.

Hic præclarus & venerabilis Pontifex fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtolorũ principis nutritoris ſui vela de chryſoclauo, per arcus presbyterij habentia hiſtoriam de mirabilibus Apoſtolorum, quæ per eos Dominus operari dignatus eſt, numero quadringenta ſex. & inferius.

IIII. *Obtulit ibidem imaginem ex auro puriſsimo, habentem vultum S. Dei Genitricis Mariæ, penſantem libras decẽ & vncias quatuor. Obtulit & alias veſtes & vela Crucibus ornata.*

S. MARIA IN DOMINICA RESTAVRATA ET ORNATA.

Eccleſiam denique ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ appellatur Dominica, iam ruinæ proximam à fundamentis renouauit, abſidamq́; eius Eccleſiæ muſiuo mirificè decorauit, vbi & plurima obtulit dona ſcilicet ciborium de argento penſans libras .... Propitiatorium ſacri altaris ex laminis argenteis comptè decorauit, Confeſsionem quoque cum regulis intus & foris ex argento adornauit: penſante libras centum quindecim & vncias tres, Gabatham ex auro penſantem libras duas & vncias octo, arcum ex argento, columnellæ duæ cum gammadin duabus penſantes libras ... Fecit ſuper altare veſtem de chryſoclauo, habẽtem hiſtoriã Natiuitatis Dominicæ. Item fecit ſacro altari veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthi. Aliam veſtem de blatthi Byzanteo, habentem tabulam de chryſoclauo cum vultu ſanctæ Dei Genitricis & Angelos ſtantes in obſequio cum periclyſi de ſtauraci. Aliam pariter veſtem de ſtauraci habentem pauones & in medio Crucem de blatthi. Porrò & veſtes duas de quadraplo, habentes in medio Cruces de blatthi. Item veſtem ex auro textam cũ periclyſi de blatthi, coopertorium rubrũ de ſerico. Fecit & in circuitu altaris vela rubra ſerica quatuor cum gãmadijs, & Cruces de quadraplo. Trabem quoq; ante veſtibulum altaris, vela Tyria tria, & quinque de quadraplo, per arcus maiores vela de quadraplo viginti, & per arcus presbyterij vela de ſtauraci quatuor, in ingreſſu presbyterij vela Tyria tria, & in ingreſſu eiuſdem Eccleſiæ cortinam maiorem de quadraplo, cum periclyſi de fundato. Et pòſt multa ſuperius cùm de ſanctæ Cæcilia egimus enarrata, hæc habet.

V. HOSPITALE S. PEREGRINI REDDITIBVS AVCTVM.

Itemq; ob dilectionem quam habuit erga prædeceſſorem ſuum piæ memoriæ dominum Leonem tertiũ Papam, hoſpitale S. Peregrini poſitum ad B. Petrum Apoſtolum in loco qui vocatur Naumachia, quod idẽ Leo conſtruxerat, quod ob neglectum atq; deſtitutionem Præpoſitorum paupertatis inopia conſumi videbatur, fundis, maſsis, & caſalibus cum colonis & domibus locupletauit. & inferius.

MONASTERIVM SS. SERGII ET BACCHI.

Monaſterium SS. Sergij & Bacchi prope formam Aquæductus Patriarchij Lateranenſis poſitum rebus omnibus deſolatum, ita vt ancillæ Dei quæ ibidem erant, paupertatis inopiâ laborarent, nec Domino laudes decantarent: ad eas ſubleuandas ditauit facultatibus, familijs, manſis, vineis, domibus, vrbanis & ruſticis locis, quatenus nulla neceſsitate impedita, Deo laudes in Eccleſia Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſita iuxta Lateranenſe Patriarchium decantarent.

VI. ECCLESIA SS. COSMÆ ET DAMIANI.

In Eccleſia beatorum Martyrũ Coſmæ & Damiani in Via ſacra fecit veſtem de Tyrio, habentem in medio tabulam cum vultu Domini noſtri Ieſu Chriſti, atq; beatorum Martyrum Coſmæ & Damiani cum alijs tribus fratribus Anthimo, Leontio, & Euprepio, & Crucem habentem ex auro textam, & periclyſin de holoſerico, & ſuper altare coopertorium de Tyrio mirificè ornatum, & ante veſtibulum eiuſdem altaris fecit vela Tyria cum periclyſi de blatthi Byzanteo numero tria.

In monaſterio S. Saluatoris in territorio Reatino fecit veſtem de chryſoclauo cũ hiſtoria, qualiter idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum Angelis & Apoſtolis in cælo coruſcat, diuerſis ornatam margaritis. Obtulit & aliam veſtem de fundato, habentem Cruces de blatthi.

Pari modo in Eccleſia beati Mennæ fecit veſtem de quadraplo cum periclyſi de blatthi Byzanteo.

In Eccleſia S. Petri Apoſtoli ad Centumcellas fecit calicem & patenam de argento deaurata am penſantem libras quatuor & vncias tres.

Fecit in Eccleſia S. Petri nutritoris ſui Euangelia cum blatthi ex argento, penſante libras octo & vncias octo.

In monaſterio beati Stephani Protomartyris apud ſanctum Petrum veſtes albas holoſericas quatuor, habentes in medio Cruces de auro textas cum diuerſis margaritis & alias diuerſi generis. VII.

In diaconia beati Archangeli obtulit veſtem de blatthi Byzanteo, habentem in medio Crucem de chryſoclauo & periclyſi.

In Eccleſiæ beati Quiriaci Martyris in Thermis obtulit vela de fundato numero octo habentia periclyſin.

S. ARCHANGELI.

In Oratorio beati Archangeli, quod prædeceſſor eius dominus Leo Papa conſtruxit, obtulit veſtem albam, habentem in medio tabulam de chryſoclauo, cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & aliam veſtem de fundato, & periclyſin de chryſoclauo, & aliam veſtem de quadraplo circũſutam habentem imaginem Dei Genitricis Mariæ.

VIII. S. MARIÆ AD PRÆSEPE.

Præterea idem Pontifex diuinâ inſpiratione pulſatus, Eccleſiam ſanctæ Mariæ Dominæ noſtræ Ad præſepe cernens tali modo conſtructam, vt poſt Sedem Pontificis mulieres ad ſacra Miſſarum ſolemnia ſtantes, prope aſsiſtere iuxta Pontificem viderentur; ita vt ſi quid colloqui Pontifex cum ſibi aſsiſtentibus voluiſſet, ex propinqua valde mulierum frequentia nequaquam ei ſine illarum interuentione liceret: largum ibidem locum ineſſe, in quem ſedem mutare valeret, cerneret, dato operis ſtudio ſedem inferius poſitam ſurſum ponere fecit, vt in eo facilius Domino preces effundere poſſet, & ornauit marmoribus & ſcalas fecit quibus ad eam aſcenderetur, & pauimentum pretioſis marmoribus ſtrauit, erexitq; ſex columnas purpurei coloris ante Confeſsionem ſacri altaris, ſuper quas candidi marmoris trabes poſuit, purpureis dextra læuaq; marmoribus nectens illas cælaturis ſatis commodè decorauit. Presbyterium quoque ipſius Eccleſiæ diuerſis marmoribus in melius quã fuerat reparauit. Propitiatorium ſacri altaris & Confeſsionem exterius, interiusq; cum virgulis *ex auro puriſsimo decorauit penſante libras centum ſeptuaginta quatuor & vncias ſex: ſimiliter & altare ipſius baſilicæ argenteis laminis cum hiſtoriis diuerſis poſuit & deaurauit penſantibus libris trecentis octoginta quinque: obtulit & gabathas ex auro puriſsimo cum diuerſis gemmis numero ſex penſantes libras viginti & vncias ſex. Et conſtituit vt ſemper diebus ac noctibus ante ſacrum altare lucerna ardeant.*

* regulis.

IX. *Fecit etiam ibidem imaginem argenteam deauratam cum vultu Dei Genitricis Mariæ penſantem libras decem & ſeptem & vncias tres. Obtulit & ſuper altare diuerſi generis veſtes pretioſas, de chryſoclauo duas habentes hiſtoriam Dominicæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti cum periclyſi diuerſis ornatas gemmis, & margaritis decoratas. aliam veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam qualiter Chriſtus in Iordane baptizatus eſt: & aliam habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis. & aliam cum hiſtoria Aſſumptionis eiuſdem Dei Genitricis Mariæ diuerſis margaritis ornatam: & aliam habentem Aſcenſionem Chriſti: & aliam aduentus Spiritus ſancti pariter ornatam margaritis: & alias diuerſi generis, & vela ijſdem hiſtoriis formata.* & inferius: *Etiam altare Præſepis ſeu venerabilem Confeſsionem ex auro puriſsimo diuerſis hiſtoriis mirificè compſit & decorauit penſante libras centum triginta quatuor & vncias quatuor, ſimiliter & ex argento deaurato cum variis hiſtoriis penſante lib... Item gabathas ex auro puriſsimo quatuor penſantes libras octo & vncias decem, poſuit & illic vela de alythino cum periclyſi de blatthi Byzanteo & alia.*

X. S. PETRI.

Idem verò à Deo protectus venerabilis & præclarus Põtifex fecit Propitiatorium in baſilica S. Petri, vbi corpus

eius quieſcit: ſp inoclyſtum ex auro fuluo cum diuerſis hiſtoriis depictum atque mirificè decoratum penſante libras ducentas. Item in dicta Eccleſia ob amorem eiuſdem Apoſtoli fautoris ſui obtulit vela chryſoclaua per arcus presbyterij habentia hiſtoriam Domini à Paſſione, & Reſurrectione Ieſu Chriſti Domini noſtri numero quadraginta quatuor. & in fine: *Fecit autem ordinationes duas, vnam quidem menſe Decembri, aliam menſe Martij, creauit presbyteros . . . . diaconos ſex, Epiſcopos per diuerſa loca numero . . . . . ceſſauit Epiſcopatus eius dies quatuor.*

XI. EVGENIVS PAPA II. *Sicq; ſucceſſor eius creatus eſt decimoquarto Kal. Iunias Eugenius ſecundus filius Boemundi, ex presbytero Cardinale Tit. S. Sabinæ de quo hæc apud Anaſtaſium: Hic venerabilis & præclarus vir in ſigna ſimplicitatis ac humilitatis fuit, doctus ſcientiâ & ſermone præcipuus, forma decorus, largus petentibus, mundi contemptor: ſola quæ Chriſto eſſent placita, diebus ac noctibus cogitabat.* In rebus autem geſtis Ludouici Imperatoris per annos ſingulos ab eius domeſtico digeſtis hæc de Eugenij leguntur electione, hoc anno.

Legati Romani Pontificis Paſchalis Romam regreſſi, eumdem validâ infirmitate detentum & morti iam proximum inuenerunt: qui etiam paucis poſt aduentum eorum diebus vitâ deceſſit: in cuius locum, cum duo per contentionem populi fuiſſent electi, Eugenius tamen Archipresbyter Tituli S. Sabinæ, vincente nobilium parte, ſubrogatus & ordinatus eſt hæc ibi.

XII. OB SCHISMA CONFLATVM LOTHARIVS ROMAM MISSVS. Porrò eiuſmodi ſchiſma cuius ſic breuiter auctor meminit, haud leuia fuiſſe momenti ſignificatæ, quæ poſt electum, probatumq; Eugeniũ remanſiſſe, ſubiicitur, nimirum ob Romanorum implacabiles diſſenſiones ab eo, quibus vniuerſa Vrbs flagraret, opus fuiſſe Ludouico Imperatori, ad has cõponendas mittere Lotharium filium ſuum: Etenim Pontifex ab altera parte populi poſtulatus; ab altera haud adeò libenter acceptus erat, vt ſe ipſi in omnib. crederet, vt qui à parte aduerſariorũ ſtare ſibi perſuaderet. Ad has igitur ſedandas haud leuioris momenti diſcordias, Lotharius, vt dictum eſt, mittitur à Ludouico in Vrbem. nam audi eumdem auctorem: *Cum rei nuntium Quirinus ſubdiaconus vnus ex iis qui priori legatione fungebantur, ad Imperatorẽ detulit circiter VIII. Kal. Iulias. Pronuntiato placito Compendij habito, ipſo ad Britannicam expeditionem per ſeſe ciendam animo intento. Lotharium filium Imperij ſocium Romam mittere decreuit, vt vice ſuâ functus ea, quæ rerum neceſſitas flagitare videbatur, cum nouo Pontifice atq; Romano Populo ſtatueret atque firmaret. Illo ad hæc exequẽda poſt medium Auguſtum in Italiam profectum eſt.* hæc ibi. Et poſt multa de rebus geſtis Ludouici, hæc de Lothario Romam profecto.

XIII. RES GESTÆ PER LOTHARIVM IN VRBE. *Lotharius vero iuxta patris præceptum Romam profectus à b Eugenio Pontifice honorificè ſuſcipitur. Cui cum iniuncta ſibi patefaceret, ſtatum Populi Romani iamdudum quorumdam Præſulum peruerſitate deprauatum memorati Pontificis beneuolâ aſſenſione ita correxit, vt omnes qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum Deo donante prouenerant, magnificè eſſent conſolati.*

Intelligis, Lector, quam expreſſè auctor affirmet, cuncta à Lothario Romæ geſta, nonniſi ex beneuola (vt iiſdem vtar verbis auctoris) aſſenſione memorati Põtificis acta eſſe. Sed quæ per ipſum Lotharium in Vrbe facta ſint, certius intelligemus ex ipſius tunc ibidem edita Conſtitutione, accedente, vt dictum eſt, conſenſu Pontificis, qua idem primũ proſpexit libertati Romanæ Eccleſiæ in his quæ ſpectant ad electionem Pontificis: cui & à Romanis omnem exhiberi debere obedientiam voluit. ſic enim ſe habet. *

* *Apud Sigon. de Regno Ital. in Ludouico anno 825.*

XIIII. *Volumus vt ad electionem Pontificis nemo audeat venire neque liber neque ſeruus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per Conſtitutionem ſanctorum Patrũ eligendi Pontificem. Quod ſi quis contra noſtram iuſſionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur.* Intelligis, Lector, ipſo Conſtitutionis ingreſſu, vt electiones Pontificum Romanorum fierent ex præſcripto ſacrorum canonum, decernere Imperatorem, atq; longè procul abeſſe, vt ea conceſſione Romani Pontificis electio delata fuerit ad Imperatorem, vt iſtud aſſerentem magna impoſtura mentitum oſtendimus & confutauimus Sigebertum. Sed audiamus reliqua. *Volumus vt cũctus Populus Romanus interrogetur, quâ lege velit viuere, vt eâ qui profeſſus ſit viuere velle, viuat; eiq; denuntietur, vt hoc vnuſquiſque ſciat, tam Duces quã Iudices vel reliquus populus. Quod ſi in offenſionem ſuam contra eamdem legem fecerint, eidem legi quam profitentur ex Conſtitutione Pontificis & noſtra ſubiacebunt.* Et hic vides in his quæ ad politicum Vrbis ſtatum pertinent, Imperatorem primas deferre Pontifici, cùm primo loco nominet, cui ſit parendum, Conſtitutionem Pontificis. cuius pariter conſenſu factum, vt ablata ciuibus nomine Pontificum, dominis redderentur. nam pergit.

XV. *De rebus Eccleſiarum iniuſtè occupatis per occaſionem, quaſi licentia accepta à Pontifice. & de iis quæ needum reddita ſunt, & tamen fuerunt * a poteſtate Pontificum occupata, volumus vt per Legatos noſtros reſtituantur. Placet nobis vt cuncti Iudices, ſiue ij qui cunctis præeſſe debent, per quos iudiciaria poteſtas in hac Vrbe Roma exercetur, aut in cæteris prouinciis exercere debet, in præſentiam noſtram veniant: Volumus numerum & nomina eorum ſcire, & ſingulos de munere ſibi credito admonere. Nouiſſimè admonemus, vt omnes homines ſicut Dei gratiam & noſtram habere deſiderant, ita præſtent in omnibus obedientiam ac reuerentiam huic Pontifici.* hactenus Lotharij Conſtitutio, ad bonum publicum tam Eccleſiæ, ipſiuſq; Romani Pontificis ſecuritatẽ, quàm Romanorũ ciuium tranquillitatẽ edita. Sed de legibus ab eo Romanis oblatis, dicitur initio ſequentis tomi.

* *abſque Lotharij conſtitutio.*

XVI. Quo pariter anno Lotharij in via comes Orthigarius Epiſcopus Moguntinus corpora SS. Seueri Epiſcopi & vxoris eius Vincentiæ & filiæ Innocentiæ Rauennâ ſublata in ſuam Eccleſiam Moguntiam tranſtulit. Eadem habet Rubeus qui cæteris locupletius proſecutus eſt res Eccleſiæ Rauennatis, additq; ea Agnello antiquo hiſtorico, qui his temporibus vixit, quod Lotharius dum in Galliam ad Ludouicum patrem rediret, ex S. Apollinaris Eccleſia, in Claſſe dicta, lapidem porphyreticum abſtulit pretioſum admodum & ſommo præditum ſplendore, in quo ſepultum fuerat Mauri Archiepiſcopi cadauer ſub ædis porticu: quod in Galliam importatum S. Sebaſtiani altaris vſui ceſſit.

Ad poſtremum hoc anno demiſſa ad Ludouicum Imperatorem legatione à Michaële Orientis Auguſto hic agendum, de qua primùm in rebus geſtis eiuſdem Ludouici Imperatoris iſta habentur: *Rotomagum ciuitatem, vbi cõiugem ſe opperiri iuſſerat ad XV. Kal. Decembris reuerſus eſt. Nam & illuc Legatos Michaelis Imperatoris ſibi occurrere iuſſit, cum quibus & Fortunatus Patriarcha Gradeſis regreſſus, ad eius præſentiam venit. Sed Legati Imperatoris litteras & munera deferentes, pacis confirmandæ cauſa ſe miſſos eſſe dicentes, pro Fortunato nihil locuti ſunt. Inter cætera autem ad legationem ſuam pertinentia quædam de imaginum veneratione protulerunt propter quæ ſe Romam ire, atq; Apoſtolicæ Sedis Præſulem conſulere debere dixerunt. Quorum legatione eorũ auditâ, ac reſponſo reddito, vt ſe velle dicebant, Ro-*

DE LEGATIONE MISSA A MICHAELE IMP. AD LVDOVICVM IMP.

mam

Digitized by Google

mam ducere iuſſit. Fortunatum etiam de cauſa fugæ ipſius percunctatum Romam ire voluit, vt à Pontifice examinaretur. hæc de Legatis ibi.

XVII. LEGATIO MICHAELIS AD LVDOVICVM MITTENDA RATIO.

Michael igitur Imp. liberatus penitus tyrannide Thomæ, repreſſis omninò bellis ciuilibus vnà cum Theophilo filio iam Imperatore anteà creato, mẽſe Aprilis legationem mittit ad Ludouicum Imperatorem, cui & litteras dedit. Hic autem cùm Iconomachus eſſet, Catholicus tamen volens apparere, adiecit & alias litteras ad Romanum Pontificem vnà cum oblationibus inferendis in Eccleſiam ſancti Petri, vt huiuſcemodi pietatis velamento pios falleret. hæc ex eiuſdem Michaëlis litteris conſtant, quæ accepta ſunt ex conuentu Parienſi in eadẽ cauſa cultus ſacrarum imaginũ, habito ſub eodem Imperatore anno ſequenti, atque ſic ſe habent.

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti vnius ſoli veri Dei. Michael & Theophilus fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorũ dilecto & honorabili fratri Hludouico glorioſo Regi Francorum, Longobardorum, & vocato eorum Imperatori. non Romanum in Occidente Imperatorem, ſed aſſertum tantum Frãcorum & Longobardorum Imperatorem Michael in epiſtolæ, eiſe Ludouicum, eiuſmodi inſcriptione profitetur. epiſtola autem ipſa ſic ſe habet.

XVIII. MICHAELIS EPISTOLA AD LVDOVICVM IMP.

Notum eſſe non ambigimus veſtra ſpirituali dilectioni, ſcriptum eſſe: [a] *Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum: Item cum ait Spiritus ſanctus per ſanctiſſimum Salomonem:* [b] *Per me Reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam. &c per quemdam Prophetam ait:* [c] *Ego ſuſcitaui eum cum iuſtitia Regem. Nam quidem hæc à Deo data Domini & Saluatoris noſtri dona ſuſcepimus: propterea hoc dignum putamus omnibus vnius tribus noſtræ fidelibus & Orthodoxis Chriſtianis, & maximè veſtræ Chriſto dilectæ & pacificæ gloriæ omnia, ſi poſſibile eſt, ſubtiliter annuntiare. Attamen vt non multa loquamur, breuem in ſermone hac rationem vobiſcum faciemus. Duo enim capitula magna & præcipua eſt nobis cordi intimare. Vnum, quia diſpoſitor omnium bonarum rerũ Dominus noſter Ieſus Chriſtus verus Deus noſter adduxit ad Imperij dignitatem. Alterum* [*] *permiſit propter quædam peccata ſubiecti populi ſui prouenire quaſdam tribulationes. Sed vt facilius intelligi poſſet: breuiori comprehendi poteſt. Attamen neceſſarium videtur, vt initium rei, quam proſecuturi ſumus, tractare inchoemus hoc modo.*

[a] Iac. 1.
[b] Prou. 8.
[c] Iſa. 45.
[*] quod.

XIX. RES GESTÆ THOMÆ TYRANNI SVB IRENA ET LEONE IMP.

*Igitur tempore Leonis, qui ante nos hoc Imperium tenuit, quidam homo Thomas nomine, antiqui diaboli diſcipulus, & eius operum promptus perpetrator fuit. Is cùm eſſet cuidam ex maximis Patricius ſubiectus, tempore quo Irena Imperium tenuit, fraudem operatus eſt in dominum ſuum, ſcilicet concubuit cum vxore domini ſui. Cùm hæc res ad notitiam perueniſſet, profugit in Perſas, timens legalem ſubire ſententiam. Qui cùm illic moras feciſſet à diebus præfatæ Irenæ vſque ad prædictum Leonem, Fidem Chriſti abnegans, & hoc modo proditor Fidei Chriſtianæ fuit, quo facilius potuiſſet multos infideles Sarracenorum & cæterarum aliarum gentium ad ſuam perducere voluntatem. Suggerebatq; eis, quod ipſe eſſet Conſtantinus filius ſæpè dictæ Irenæ Imperatricis, & quod alter pro eo eſſet oculis priuatus, & ipſe illæſis oculis, ſanus euaſiſſet. Pro qua re prædicti gentiles ei adhæſerunt. Primùm quidem cœpit cum eis exercere latrocinia, & alios vi ſibimet ſociare; quoſdam verò perditione pecuniarum, quoſdam quidem honorum & dignitatum promiſſionibus ſollicitauit. Et vt hæc compendioſius expediam: idem Thomas exiens de Perſide cum Sarracenis & Perſis, Hiberis, Armeniis, & Auaſgis & reliquis gentibus alienigenarum, tempore prædicti Leonis ſubitò cùm prædicta manu valida perpræliaretur, direptione ſibi ſubdidit totum Armeniæ Ducatum, ſimul & Du*cãtũ *Chaldæa, quæ gens montem Caucaſum incolit, necnon & Ducem Armeniacorum cum manu valida deuicit.*

XX. MVLTA MENTITVR MICHAEL IMP. DE ADEPTO IMPERIO.

His ergo ita geſtis vt plurima prætermittamus propter ſuperfluitatem verborum: quia in hac tempeſtate tribulationum congeriẽ, huius Tyranni impetũ non valens memoratus Leo Imperator ſuſtinere, & in his anguſtiis conſtitutus, de recuperatione deſperans, à quibuſdam improbis, coniuratione in eũ facta, ſubitò occiſus eſt. Quo interfecto, & cùm nemo tunc imperaſſet per adiutorium Patris & Filij & Spiritus ſancti, vnius conſubſtantialis diuinitatis, & per interceſſiones Dominatricis & intemeratæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum, conuenit vniuerſa multitudo ſecundùm antiquũ morem, videlicet beatiſſimus Patriarcha, glorioſi Patricij noſtri, illuſtres Senatores, & Principes, qui illic tunc affuerunt diuerſarum prouinciarum, quorum omnium cõſenſu ad hoc Imperium eleuati ſumus, maximè propter imminentes anguſtias & tribulationes, quas faciebat homicida ille, & proditor patriæ. Fuimus enim noti illuſtribus Principibus noſtris & cari.

XXI. DE OBSIDIONE CONSTANTINOPOLIS.

Hoc modo ad Imperium prouecti, inuenimus Chriſtianos diuiſos & diſcordantes, & vt verius dicamus, plurimos inuenimus illius impij Tyranni errorem & impietatem ſequentes, & ob hoc non potuimus facile illos fideles noſtros Chriſtianos ad hoc adunare, vt eum expugnare valuiſſemus. Quibus caſibus nos impediti, ille hac occaſione acceptâ, ſollicitando ſibi plurimos ſociauit, & ex claſſibus noſtris & dromoniis collectis poteſtatem habuit veniendi partibus Thraciæ & Macedoniæ. Et ſic feſtinus veniens, ciuitatem noſtram obſedit, & naualis exercitu circumdedit eam in menſe Decembri decimaquintâ Indictione. Nos autem quamuis nobiſcum paucitas militum & pugnatorum eſſet, non prætermiſimus quin ſemper cùm eis congrederemur in certamine, & eos à ciuitate repelleremus. Sed cùm ille (vt ſuperius dictum eſt) hoſtium validam manum habuiſſet, non ſolùm de his quos ſuprà memorauimus, ſed etiam de Aſia, & Europæ partibus, Thracia, Macedonia, Theſſalonica, & circumiacentibus Sclauiniis, hac cauſa prolongauit obſidionem noſtram: hæc autem obſidio modò propior, modò longior, vſque ad vnius anni ſpacium perſeuerauit.

XXII. VICTORIA MICHAELIS IN THOMAM.

Nos autem videntes illius diaboli & homicidæ longam pertinaciam & ignauiam & ſeductionem Chriſtianorum, qui ab eo ſeducti ſunt, poſuimus ſpem noſtram & virtutem in Chriſtum verum Deum noſtrum adiutorem & corroboratorem, atque cum ſincera fide ciuitatem noſtram egreſſi ſumus aduerſus illum Tyrannum, qui tunc ferè triginta millibus ab vrbe noſtra reſidebat. Cumq; prælium committeremus, ipſe Dominus Deus noſter, qui ſemper adiutor & protector Imperij noſtri eſt, miſit principem militiæ virtutis ſuæ, ſicut legitur feciſſe Ieſu Naue [d] *& diſſoluit ac diſſipauit virtutem eorum, & præualere nos fecit aduerſus eum. Volentes Chriſtianis parcere, receptui canere iuſſimus, & noſtros à cæde coercuimus. Et hac occaſione Pagani & alienigenæ qui cum Thoma perditionis eorum auctore fuerant, euaſerunt, & in fugam verſi ſunt, & à nobis perſecuti, in quadam ciuitate prouinciæ Thraciæ nomine Arcadiopoli incluſi ſunt. Quidam autem eorum diſperſi in montibus ſe occultauerunt: pars autem eorum intrauerunt in Panadum ciuitatem.*

[d] Ioſ. 5.

XXIII. THOMAS CVM FILIIS MALE PERIIT.

Nos autem miſſis exercitibus noſtris, eos obſideri fecimus. Sed ipſa ciuitas in qua Deo odibilis & immemorabilis erat cum ſuis ſequacibus, per quinque menſes obſeſſa eſt. volentes ſicut diximus, populo noſtro parcere & ciuitati, viuum eum cepimus, & omnes qui cum eo erant tàm contribules quàm etiam alienigenas. Et ipſum quidem Thomã amputatis manibus & pedibus, patibulo ſuſpendi iuſſimus. Duo verò qui dicebantur ei filij eſſe adoptiui, alter eorum in Aſia à fidelibus noſtris interemptus eſt, & alterum eâdem morte quâ pſeudopatrem eius condemnari iuſſimus.

mus. Et hoc modò deleta eſt memoria eorum de terra in ſæculorum ſæcula, iuxtà quod ſcriptum eſt: [a] Inimici defecerunt framea in finem. Sarracenos quoque omnes & Armenios, & reliquos qui de prælio euaſerant, omnes viuos cepimus, & ſecundùm Dei diſpoſitionem nos in eis vlti ſumus. Deinde profecti peruenimus ad caſtellum, quod dicitur Panadus, in quo ſupra memoratam partem inimicorum noſtrorum confugiſſe diximus, quibus nos vitam promiſimus, ſi ad fidem noſtram venire voluiſſent; ſed illi noſtris iuſſionibus parere nolentes, quia magis mori, quàm in deditionem venire maluerunt: immiſit eis Deus terræmotum, qui concuſſit ciuitatem, à quo muri eius diruti ſunt, ſicut de [b] Hiericho accidiſſe legitur: & eo modo traditi ſunt in manus noſtras. Et hoc omnipotentis Dei miraculum in nobis factum eſt. Quod miraculum nequaquam exiſtimauimus eſſe celandum, ſed vbique gloriam Dei & magnalia eius annuntiandum. Et hoc modo cum triumpho victoriæ ad palatium noſtrum reuerſi ſumus.

[a] Pſal. 9.

TERRÆMOTVS OPPORTVNVS MICHAELI.

[b] Ioſue 6.

XXIV. Ex eo tempore omnes Chriſtiani Imperij noſtri ad vnitatem pacis, & priſtinam concordiam redierunt, glorificantes & magnificantes propugnatorem noſtrum Dominum Ieſum Chriſtum, qui ad vnitatem Fidei coadunare populum ſuum dignatus eſt, in ſubiectionem quod ab eo eſt, Imperij noſtri. Quocirca dignum exiſtimauimus hæc, quaſi pacifico amico & ſpiritali fratri noſtro, & vt credimus ſocio gaudij à Deo Imperij noſtri manifeſta facere, quæ nobiſcum acta ſunt, vt pariter ſicut vnius eiuſdemque Fidei & religionis cultoribus facere oportet, laudibus & hymnis collaudemus & glorificemus Saluatorem noſtrum Dominum Ieſum Chriſtum. Oportuerat enim ſtatim in exordio Imperij noſtri, ſicut ſpiritali fratri noſtro & pacifico amico, per veros apices noſtros, quæ erga nos geſta ſunt, vobis manifeſtare; ſed ſicut ſuprà dictum eſt, præfati Tyranni & rebellis, ac turpi morte condemnati Thomæ ſeditio nos facere prohibuit.

HÆRETICVS VTI CATHOLICVS CVPIT IVNGI CATHOL. IMP.

XXV. At verò nunc dedit Deus nobis hoc præſens & opportunum tempus poſt eius interfectionem & coadunationem & concordiam populi noſtri. Et ideo iuſtum exiſtimauimus mittere ad veſtram gloriam Theodorum Protoſpatharium noſtrum & Stratigon, Nicetam ſanctiſſimum Metropolitanum Myrenſem Lyciæ, Fortunatum Archiepiſcopum Venetiæ, Theodorum reuerendiſſimum diaconum & œconomum iſtius ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & magnæ Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, & Leonem noſtrum Candidatum. Et non tantum per has ſyllabas, ſed & per ipſos viros annuntiamus veſtræ gloriæ omnia quæ propoſita ſunt, vt tam per eos, quamque & per Miſſos veſtros iterum ſcire poſſemus veſtræ dilectionis ſanitatem, ſimulque fidelium veſtrorum incolumitatem, necnon & omnium rerum veſtrarum apud vos conſiſtentium proſperitatem. Porrò nunc per has noſtras veras & fideles ſyllabas corroboramus & cõfirmamus priorem pacem & amicitiam inter vos & nos conſtitutam, deprecantes mediatorem eiuſdem pacis Dominum, qui dixit: [c] Pacem meã do vobis, pacem meam relinquo vobis, eãdem pacem & caritatem ſplendidiorem & robuſtiorem facere, & oſtendere temporibus & poteſtatibus præteritis, quoniã & nos ſic tenemus, & ſperamus, quod & veſtra glorioſiſſima poteſtas ita conſentiat ſicut & noſtra. Caritas enim & pax vtramque poteſtatem ſecundùm Dominicam vocem poteſt & ſeruatrices eius mandatorum efficere. Dixit enim: [d] Qui diligit me, mandata mea cuſtodit. & iterum: [e] In hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

NOMINA LEGATORVM.

CONFIRMATIO PRÆTERITÆ PACIS

[c] Ioan. 14.

[d] Ioan. 14.

[e] Ioan. 13.

XXVI. Sed & hoc veſtræ Chriſto amabili dilectioni manifeſtamus, quia multi de Eccleſiaſticis ſeu & laicis viris alieni de Apoſtolicis traditionibus facti, & neque paternos terminos cuſtodientes, facti ſunt inuentores malarum rerum. Primùm quidem honorificas & viuificas Cruces de ſacris templis expellebant, & ad eadem loca imagines ſtatuebant, ponebantque lucernas coram eis, ſimul & incenſum adolebant, atque eas in tali honore habebant, ſicut honorificum & viuificum lignum, in quo Chriſtus verus Deus noſter crucifigi dignatus eſt propter noſtram ſalutem. Pſallebant & adorabant, atque ab iiſdem imaginibus auxilium petebant: plerique autem linteaminibus eaſdem imagines circumdabant, & filiorum ſuorum de Baptiſmatis fonte ſuſceptrices faciebant. Alij verò religioſum habitum monaſticum ſumere volentes, religioſiores perſonas poſtponebant, qui prius comam capitis eorum ſuſcipere ſolebant, adhibitis imaginibus, quaſi in ſinum earum decidere capillos illorum ſinebant. Quidam verò ſacerdotum & clericorum colores de imaginibus radentes immiſcuerunt oblationibus & vino, & ex hac oblatione poſt Miſſarum celebrationem dabant communicare volentibus. Alij autem corpus Domini in manus imaginum ponebant, vnde communicare volentes accipere fecerunt. Nonnulli verò ſpretâ Eccleſiâ in communibus domibus tabulis imaginum pro altaribus vtebantur, & ſuper eas ſacrum myſterium celebrabant. & alia multa his ſimilia illicita, & noſtræ religioni contraria in Eccleſiis fiebant, quæ à doctioribus & ſapientioribus viris ſatis indigna eſſe videbantur.

CALVMNIA CONTRA CATHOLICOS.

XXVII. Propterea ſtatuerant Orthodoxi Imperatores & doctiſſimi ſacerdotes Locale adunare Concilium, ad inquiſitionẽ ſuper his habendam: qui in idipſum conuenerunt, ſancto Spiritu inſpirante. Talia vbique communi cõſilio fieri prohibuerunt, & imagines de humilioribus locis efferri fecerunt, & eas quæ in ſublimioribus locis poſita erant, vt ipſa pictura pro ſcriptura haberetur, in ſuis locis conſiſtere permiſerunt, ne ab indoctioribus & infirmioribus adorarentur, neque eis lucernas accenderent, neque incenſum adolerent, prohibuerunt. Quemadmodum & nos nunc ſentimus, & tenemus, abiicientes de Eccleſia Chriſti eos qui huiuſmodi malignis inuentionibus ſtudent.

DE CONCILIABVLO ICONOCLASTARVM.

Propterea quidã illorũ qui noluerunt ſuſcipere Concilia Localia, & à veritate redarguti fugerunt hinc, & venerũt ad antiquã Romam à Deo conſeruatã, iniuriam ac calumnias Eccleſiæ inferentes, & veræ religioni detrahentes, quorũ peſſima verba & blaſphemiis plena, poſtponẽtes noſtra potius Orthodoxæ gloriæ tuæ, manifeſta facimus, quia nos ſymbolum ſanctarũ & vniuerſalium ſex Synodorum, quod ab omnibus Orthodoxis Chriſtianis tenetur, non tãtum prædicamus, ſed etiam inuiolabiliter corde tenemus.

DE ORTHODOXIS ROMAM CONFVGIENTIBVS.

XXVIII. Trinitatem in tribus perſonis diuiſam colimus, vnitatẽ vnius diuinitatis naturam confitẽtes, ex Virgine temporalem Verbi natiuitatẽ prædicamus, diuinitatis & humanitatis duas voluntates & operationes * glorificamus: Poſtulantes interceſſiones & interpellationes inuiolatæ Dominatricis noſtræ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Glorioſas autem & ſanctas reliquias eorum cum fide veneramur, & quicquid aliud à beatiſſimis Apoſtolis traditum, & à ſanctis Patribus in eiſdem ſex Synodis conſtitutum eſt, & confitemur & tenemus.

* gloriamur.

PROFESSIO FIDEI CATHOLICÆ.

Vnde honorem Eccleſiæ Chriſti quærentes, fecimus litteras ad ſanctiſſimum Papam antiquæ Romæ. & eas miſimus per prædictos Miſſos noſtros ad eum, dantes ei Euangelium aureum ex lapidibus pretioſis ornatum, ſimiliter & patenam auream, & ipſam ex lapidibus pretioſis ornatã, & calicem ſimili modo ornatum, ambobus inſcripta Imperij noſtri nomina, vt Deo iubente, illuc peruenientes offerant ea ad templum ſanctiſſimi ac beatiſſimi apoſtolorum principis Petri, qui intercedat pro nobis & vobis.

DE LITTERIS ET MVNERIBVS MICHAEL. IMP. AD ROM. PONT.

XXIX. De cætero ordinet veſtra ſpiritalis dilectio, vt cum omni honore & illæſione ad eum veniant, auxilium eis ferentes in his quæ Deo placeant, & ad honorem eius pertineant in ſatisfactionem caritatis, quæ inter nos eſt, iubentes ei, vt ſi quomodo manifeſti fuerint quidam ſeductores pſeudochriſtiani, Eccleſiæ calumniatores, illinc eos expellere, vt quod ſcriptum eſt, de his adimpleatur. dicit enim Scriptura: [f] Eiicite malum de medio veſtri, vt non tantum in Republica ad inuicem concordemus, ſed etiam & diuina gerere,

COMMENDAT LEGATOS.

[f] Deut. 21. 22.

quæ ad

quæ ad ſalutem animæ pertinet, id eſt, Eccleſiaſtica & Deo amabilis conſentiamus.

*Cauſa memoriæ dilectionis quæ inter nos eſt, miſimus per prædictos Miſſos noſtros Praſinoultim vnum, * Milinotultim vnum, Tyrea duo, blattas veras duas, * diredina duo, dineuta duo. Abſoluta menſe Aprili, die decimâ, Indictione ſecundâ, à Deo conſecrata regia vrbe.* hactenùs epiſtola Iconomachi Imperatoris, quæ cùm multa mendacia contineat & errores multos in his quę ad Catholica dogmata ſpectant, hominem æquè fraudulentum ac impium repræſentat, qui vera multa mendacijs miſcens, apparere conatus ſit eſſe Catholicus.

* ſiue bidapha

MVNERA MICHAEL. IMP. AD LVDOVIC. IMP. MISSA.

Peruenerunt Legati in Gallias menſe Octobris, cùm Ludouicus Imperator aduerſus Britones in expeditione eſſet. quamobrem eius reditum iuſſi ſunt expectare, qui non contigit niſi ſequenti menſe, vt Annales Francorum quos recitauimus abſque controuerſia docent. ſic igitur ipſa legatio nonniſi menſe Nouembri audita eſt ab ipſo Ludouico Imperatore Rotomagi. Vbi poſt auditos Legatos, dimiſit eos proficiſci Romam, vt in mandatis acceperant. Verum Ludouicus adiunxit illis ſuos Legatos ad Romanum Pontificem. Porrò Legatos Michaëlis vnà cum Legatis Ludouici nonniſi anno ſequenti contigiſſe Romam ad ipſum ſummum Pontificem proficiſci, quæ ſuo loco dicentur, oſtendent.

LVDOVICVS IMP. LEGATOS MICHAELIS AVDIT.

XXX. Allatos autem tunc in Gallias per œconomum Conſtantinopolitanę Eccleſię, vnum ex Legatis ſuperiùs nominatum Theodorum diaconum, libros S. Dionyſij Areopagitæ, Hilduinus in epiſtola reddita ad Ludouicum teſtatur his verbis [a]: *Authenticos autem eoſdem libros Græcâ linguâ conſcriptos, quando œconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cæteri Miſſi Michaëlis legatione publicâ ad veſtram gloriam Compendio functi ſunt: in ipſa vigilia ſolemnitatis S. Dionyſij pro munere magno ſuſcepimus. Quod donum deuotioni noſtræ ac ſi cælitus allatum adeò eſt diuina gratia proſecuta, vt in eadẽ nocte decẽ & nouem nominatiſſimæ virtutes in ægrotorum ſanatione variarum infirmitatum ex notiſſimis & vicinitati noſtræ perſonis contiguis, ad laudem & gloriam ſui nominis, orationibus & monitis excellentiſſimi Martyris* CHRISTVS DOMINVS *ſit operari dignatus.* hæc Hilduinus Abbas monaſterij S. Dionyſij apud Pariſios conſtituti, qui & iuſſu eiuſdem Ludouici Imperatoris eadem Dionyſij opera ex Græco in Latinum conuertit. Extat de his eiuſdem Imperatoris ad ipſum Hilduinum epiſtola, & alia Hilduini ad ipſum reddita.

a *Hilduin. in Areopag. apud Sur. die 9. Oct. tom. 5.*

XXXI. Intereà verò vbi ipſe Imperator Ludouicus ex legatione Michaëlis inter alia ea quæ ad cultũ ſanctarum imaginum viderentur ſpectare cognouit: vt de omnibus diligentiſſima poſſet haberi diſcuſſio, legationem quamprimùm potuit, miſit ad Romanum Pontificem, quâ ab eo peteret non Synodi cogendæ dari licentiam, ſed tantum colligendi viros doctos, qui ea de re exquirerent ac diſputarent. Qui hac perfuncti ſunt legatione, fuerunt Freculfus Epiſcopus & Adegarius. Conſtant hæc omnia ex epiſtola ſcripta ex conuentu Pariſienſi, vbi de his eſt actum anno ſequenti, in qua inter alia iſta leguntur [b]: *Venerabilis namque Freculfus Epiſcopus ſubtiliter, prudenterque qualiter ipſe & Adegarius ſocius illius has de re cum domino Apoſtolico, & cum venerandis Epiſcopis & miniſtris illius egiſſent, viuâ voce paruitati noſtræ innotuit.* & inferiùs quid per Legatos petitum & obtentum fuerit, ita iidem his verbis oſtendunt, dicentes [c]: *Aperuit vobis Dominus oſtium iuxta optatum vobis deſiderium, vt licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tantæ rei cum veſtris quærendi familiariter veritatem. Vt quoniam inerat vobis voluntas conſulendi, & deerat auctoritas quærendi, eius auctoritate quærerètis veritatem; cuius auctoritas deuiare videbatur ab ipſa veritate.* iſta aduerſarij ipſius Romanæ Eccleſiæ in cultu ſanctarum imaginum, quorum etiam aſſertione compertum ſatis habentur, non ſolùm non licere Imperatoribus Synodos celebrare inconſultâ Apoſtolicâ Sede, ſed nec inter ſuos familiariter de his diſputare quæ ſpectant ad Fidem Catholicam & Eccleſiaſticam diſciplinam, niſi impetratâ ab ipſo Romano Pontifice licentiâ, & impertitâ ab ipſo auctoritate.

b *Synod. Pariſ. pag. 22.*

c *Ibi. pag. 23.*

SINE CONSENSV RO. PONTI. NEC DISPVTARE LICET DE FIDE.

XXXII. Profitetur etiam idipſum ipſe Ludouicus Imperator in litteris datis anno ſequenti ad Eugenium Romanum Pontificem, in quibus & iſta leguntur [d]: *Et ob hoc à veſtra ſanctitate petiuimus, vt ſacerdotibus noſtris liceret de libris ſanctorum Patrum ſententias quærere atque colligere, quæ ad eandem rem pro qua iidem Legati vos conſulturi erant veraciter diffiniendam conuenire potuiſſent. Quas cùm illi, iuxta conceſſam à vobis licentiã, ſolerter inquirerent, & diuinâ opulante gratiâ, quicquid inuenire tam breui temporis ſpatio potuerunt, collegiſſent, nobis ea legenda direxerũt.* Et in epiſtola [e], ſeu commonitione ad Legatos Romam miſſos hæc habet: *Quia enim, vt noſtis, nos ab eo petere voluimus licentiam, quatenus has collectiones à ſacerdotibus noſtris fieri permitteret: & ideo non poterit prætermitti quin oſtendatur, quod ex ipſius permiſſione collectum eſt.* Rurſùs & ex his quæ habentur in textu Actis Pariſienſis conuentus ex verbis eiuſdem Ludouici Imperatoris, hæc in eamdem ſententiam [f]: *Nos autem non Synodum congregando, ſed quemadmodum à vobis poſtulauimus, licentiamque agendi percepimus vnà cum familiaribus noſtris, filij veſtris,* &c. hæc ex epiſtola per eoſdem Legatos ad Romanum Pontificem miſſa, quam ſuo loco reddituri ſumus.

d *Ead. Syno. pag. 155.*

e *Ead. Syno. pag. 156.*

f *Ead. Syno. pag. 106.*

XXXIII. Cùm igitur miſſi à Ludouico Legati Romam perueniſſent: Romanus Pontifex temeritatis eos redarguit, quod antiquam coalitam per multa ſæcula Eccleſiaſticam de ſacris imaginibus conſuetudinem immutare temerè conarentur. Cæterùm ne videretur rem agere auctoritate potiùs quàm ratione, petitam ab Imperatore licentiam de his agendi ac diſputandi conceſſit. Sicq; in Gallias redierunt ad eundem, qui eos miſerat, Imperatorem, anno ſequenti. Sed & profectionem eorumdem Legatorum contigiſſe potiùs anno ſequenti exiſtimamus, licèt hoc anno de eadem Romam mittenda legatione fuerit à Ludouico tractatũ. Quid autem poſt hæc actum ſit, cùm de reditu ipſorum in Gallias agemus anno ſequenti, dicturi ſumus.

IESV CHRISTI
Annus 825.

EVGENII PA. II. Annus 2. LVDOVICI 12. MICHAEL. BALBI 5. IMPP.

I. SEQVITVR annus Redemptoris octingenteſimus vigeſimusquintus, Indictione tertiâ inchoatus, quo Kalendis Nouembris propè Pariſios cõplures, qui cæteros doctrinâ excellere videbantur, iuſſu Ludouici Imperatoris in vnum collecti, ſecundùm petitam & acceptam licentiam à Romano Pontifice de imaginum veneratione diſſeruêre. De his acturi, in primis ipſe titulus eſt redarguendus erroris, ex Actis ipſis, dum actio illa, Synodus Pariſienſis, nomine inſcribitur; cùm ex ipſius Imperatoris litteris conſtet non Synodum eſſe celebratam.

COLLATIO PARISIENSIS.

Digitized by Google

bitam, ſed ex ſelectis viris eruditis habitam eſſe A Collationem, ſingulis iocam ſuum ſymbolum conferentibus. Plurimum namq; differre inter Synodum & Collationem, maiores noſtri ſuis ſcriptis reliquere teſtatum.

II. Erubuiſſe viſa ſunt poſteriora ſæcula, quæ in hac de qua eſt ſermo, Collatione ſunt facta, ſcriptisq; mandata; ac ea de cauſa Acta ipſius occuluiſſe, vt

MALA FIDE EDITIO FACTA COLLATIONIS.

ampliùs non eſſent viſa: Nullus enim vſquam reperitur (quod ſciam) inter tot diuerſorum ſcriptorum examina, quibus Gallia abundauit, qui eiuſmodi Collationis vel leuem mentionem habuerit, quæ ante annos quatuor Francoſurti cuſa in Wecheliana typographia in lucem prodijt abſque luce, nempe quod auctoris nomine careat, qui inuenit, & edendam curauit, vel ex qua fuerit accepta biblio- B theca; nec ſit aliquid dictum (vt moris eſt eorum qui ingenuo ac animo libero abſque fuco & fallacijs rem agentes, omnia iſta produnt) quo liberent fidem ſuam, & Lectori aditum non occludant, ſed patefaciant, vt ſi velint, ipſum poſſint conſulere codicem veterem: num ex eo ſint cuncta ſincerè atq; fideliter reddita. Nam ſecus facere, eſt tyrannicè cogere, & ſtrãgulare Lectorem, vt ea prout edita ſunt, accipiat velit, nolit, nec in ambiguis habeat quem conſulat, quo ſe vertat. Vt planè (quod dictum eſt) non ſit iſtud in lucem edere, ſed offundere tenebris omne quod promitur.

III. Secundùm igitur Redemptoris noſtri illam ſen- C tentiam [a]: *Omnis qui malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.* arguendus eſt iſte filius eſſe tenebrarum, qui tenebricoſum opus, perpetuis tenebris dignum à maioribus habitum & abditum, obſcuritate nominis, & loci vnde prodierit, totum densâ offuſum caligine in odium & inuidiam Catholici nominis ſparſerit; vt conſultiùs Pithœus egerit (ſi verum eſt quod præfatur anonymus) vt apud ſe retinuerit, nec prodiderit in dedecus Galliarum quod apud ſe habebat eorundem Actorum vetus exemplar.

a Ioan. 3.

COLLATIO A MAIORIBVS OCCVLTATA MALE PRODITA.

Sed tantum abeſt, vt quod voluit, aſſecutus ſit D auctor, qui edidit, vt potius contrarium nolens & inuitus ſit operatus; cùm ex litteris quas recitat Lodouici pij, ipſa pietas in tenebris eluceſcat, nimirum quantum ſit apud Romanos Pontifices in vniuerſa Eccleſia iuris & poteſtatis, & quantâ Imperatores proſequi eos debeant reuerentiâ, & colere obſeruantiâ.

IIII. Quòd in primis ſpectat ad ipſos qui adfuerunt Collatores (vt omnis erroris origo & cauſa pandatur) ſciendum eſt, quod ex malè percepto ſenſu S. Gregorij Papæ in epiſtola ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum, inualuit apud eos error ille, quo dicerent, ſacras imagines in Eccleſijs ad docendum tantum, non ad eas adorandum exponi debere. Ex E qua falſa ſuſcepta ſemel aſſumptione, in illud ſimul præcipitium ſponte ferrentur, vt ſeptimam Oecumenicam Nicænam Synodum eo nomine condemnarent, mentientes, quod in ea latriæ adoratione iuberentur imagines adorari. Sic igitur occaſione legationis hæretici Imperatoris Michaëlis cicatricem malè obductam refricantes, vulnus periculoſiùs induxerunt, quod anteà inflictum in Francofordienſi Concilio, iam fuerat abolitione Actorum illorum plenè curatum, ſed nunc ob inſcitiam Collatorum & nequitiam pariter (vt apparebit) dirâ exulceratione recrudnit. Quod cùm hic aſpicis, tu ad præparatum anteà, & eo loco repoſitum, vbi actum

EX IGNORANTIA ET MALITIA PRODIIT ERROR.

A eſt ſuperiùs de Francofordienſi Concilio, antidotum feſtinè recurre: nam ibi nos agentes de Francofordienſi Concilio, ipſorum errores confutauimus. Ad eum igitur locum (ne eadem repetere cum labore & tædio teneamur) veri amantem Lectorem reijcimus, vbi & quinam fuerint iſti eius ſententiæ defenſores, oſtendimus: ea legat, vt ſecurè, mente illæſâ percurrat, quæ in hac habita Collatione inuenet offendicula. quæ in primis reperies in epiſtola ab ipſis ad eumdem Ludouicum Imperatorem hoc anno data, inſcripta falſo titulo Synodi, quæ ſic ſe habet:

Synodus Pariſienſis, octingenteſimo vigeſimo quinto anno [b]. V.

b Synod. Pariſ pag. 19.

B *Excellentiſſimis ac victorioſiſſimis Deoq; amabilibus Auguſtis dominis HLudouico & HLudhario ſereniſſimis Imperatoribus.*

Nos ſerui & fideliſſimi oratores veſtri, qualiter proximis Kalendis Nouembris apud Pariſiorum vrbem iuxta præceptum veſtræ magnitudinis in vnum conuenimus, qualiterq; de negotio a veſtra pietate nobis iniuncto, de cauſa videlicet imaginum egerimus, ad memoriam veſtræ celſitudinis reducimus. Sed vt melius nobis manifeſtum fieret, ob quam cauſam veſtra pietas, quæ erga Dei, ſanctæque ſuæ Eccleſiæ amorem ardentiſſime flagrat, ad hoc inquirendum primò accenſa fuerit: neceſſarium duximus initium huiuſce rei cognoſcere. Et ideò primum epiſtolam domini Hadriani Papæ, quam pridem pro imaginibus erigendis Conſtantino C *Imperatori & Irenæ matri eius ad eorum deprecationem in tranſmarinis partibus direxit, coram nobis legi fecimus, & quantum noſtræ paruitati res patuit, ſicut iuſtè reprehendit illos qui imagines Sanctorum temerario auſu in illis partibus confringere, & penitùs abolere præſumpſerunt; ſic indiſcretè noſcitur feciſſe, id quod ſuperſtitioſe eas adorare iuſſit. Pro quarum etiam cauſa Synodum congregari præcepit, & ſua auctoritate ſub iureiurando cenſuit, vt erigerentur & adorarentur & ſanctæ nuncuparentur; cùm eas erigere licitum, adorare verò nefas ſit. Inſeruit etiam in eadem epiſtola quædam teſtimonia ſanctorum Patrum, quantum nobis datur intelligi valdè abſona, & ad rem de qua agitur, minime pertinentia.* hæc iſti de Hadriano. Ex quibus planè intelligas eiuſdem eſſe fa- D rinæ homines cum illis, & fortaſſe eoſdem ipſos qui ſub nomine Caroli Magni ad eumdem Hadrianũ ſcripſere aduerſus ſeptimam Synodum commentarium, quos ſatis eſt confutatos eſſe ſuperiùs. In eo autem quod calumniati ſunt eumdem Hadrianum Pontificem, iureiurando cenſuiſſe, vt imagines erigerentur & adorarentur, cùm nihil penitùs de iuramento, vel leuis inſit vſquam mentio, planè mendaces arguuntur & fraudulenti. ſed pergunt.

COLLATORVM EPIST. AD LVDOVICVM ET LOTHARIVM IMPP.

VI. *Ex huius namque epiſtolæ textu Imperator & clerus ſimulq; populus auctoritatem ſumentes Synodum fecerunt, in qua ſicut illi multum deuiauerunt, qui imagines Sanctorum in illa alia Synodo, quæ ſub Conſtantino auo memorati Conſtantini facta eſt, penitùs abdicandas eſſe decreuerunt;* E *ſic iſti non mediocriter errauerunt, qui eas non ſolum coli & adorari & ſanctas nuncupari ſanxerunt, verùm etiam ſanctimoniam ab eis ſe adipiſci profeſſi ſunt.* & iſta quoque quàm calumnioſè ingerantur, æquè ſuperiùs dictum, & de obiectionibus in eam Synodum Oecumenicam illatis ab ipſis prolixiùs tractatum eſt; cùm patenter oſtendimus ſparſas de eadem Synodo ab eis calumnias & adornata mendacia, quæ ſicut aperuimus æquè repellimus. pergunt verò: *Et vt id eſſe verum quod nitebantur aſtruere demonſtrarent, quædam ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, & ſanctorum Patrum dicta ad ſuum ſuperſtitioſum errorem confirmandum, violenter ſumpſerunt, & eidem ſuo operi incompetenter aptauerunt, quoniam non eo ſenſu, quo dicta, nec*

CALVMNIAE AGVNT ADVERSARII COLLATORES.

eo intel-

A *eo intellectu, quo à ſanctis Patribus expoſita, ab illis eſſe prodũtur prolata vel intellecta.*

VII. *Eandem porrò Synodum cùm ſanctæ memoriæ genitor veſter coram ſe ſuiſq; perlegi feciſſet, & multis in locis (vt dignum erat) reprehendiſſet, & quædam capita quæ reprehẽſioni patebant, prænotaſſet: ea per Angilbertum Abbatem eidem Hadriano Papæ direxiſſet, vt illius iudicio & au-ctoritate corrigerentur.* Mentiti rurſus aduerſarij conuincuntur in eo quod aiunt à Carolo ea de Synodo ſeptima loca reprehenſa: nam luce clariùs ex iiſdem reprehenſionibus demonſtrauimus, non ab ipſo Carolo eas excogitatas, ſed ab alijs eas ipſi oblatas Carolo; ab eo verò miſſas ad Hadrianum, in quem iſti è malo hæc ſtomacho rurſus euomunt, dicentes: B *Ipſe Hadrianus rurſus fauendo illis qui eius inſtinctu tam ſuperſtitioſa tamque incongrua teſtimonia memorato operi inſeruerant, per ſingula capitula in illorum excuſationem reſpondere quæ voluit, non tamen quæ decuit, conatus eſt. Talia quippe quædam ſunt quæ in illorum obiectionem oppoſuit, quæ remotâ Pontificali auctoritate, veritati & auctoritati refragantur. Sed licèt in ipſis obiectionibus aliquando abſona, aliquando inconuenientia, aliquãdo etiam reprehenſione digna teſtimonia defenſionis gratiâ proferre viſus ſit; in fine tamen eiuſdem Apologiæ ſic ſe ſentire & tenere, & prædicare, ac præcipere de his quæ agebantur, profeſſus eſt, ſicut à beato Papa Gregorio inſtitutum eſſe conſtabat. Quibus verbis liquidò colligitur, quod non tantum ſcienter quàm ignoranter in eodẽ facto à recto tramite deuiauerit. Niſi enim in concluſione obiectionum ſuarum retinaculis veritatis, beati ſcilicet Gregorij inſtituto* C *aſtrictus iter deuium præcauiſſet, in ſuperſtitionis præcipitium omninò labi potuiſſet.*

VIII.

CONFVTATA MENDACIA COLLATORVM.

Iſta cùm ij adeò impudenter effutiant: debemus plurimas Deo gratias, quod ipſa Hadriani ſcripta integra adhuc extent, quibus ſanè tanta ſtoliditas, ſiue potiùs inſignis prauitas, doluſq; malus aduerſantiũ arguatur, dum ex eis apparet meridianâ luce clariùs, quod Hadrianus non deſerendo cultum imaginum, Gregorium citat, ſed aſſerendo & profitendo, ipſumque tam ſcriptis quàm factis oſtendit eũdem ſanctum Gregorium eſſe profeſſum. Sed de his latiſſimè citato loco ſuperiùs dictum eſt, quæ rurſum conſulere ne graueris, quo magis horum D mendacia deteſteris. qui pergunt, conſilium dantes quid ipſe tunc facere debeat Ludouicus.

His igitur pro captu ingenij animaduerſis & intellectis: vt pleniùs etiam nobis cuncta pateſcerent, fecimus epiſtolam nobis relegi, quam nobis Legati Græcorum anno præterito detulerunt. Venerabilis namque Freculfus Epiſcopus ſubtiliter, prudenterq; qualiter ipſe & Adegarius ſocius illius de hac re cum domno Apoſtolico & cum venerandis Epiſcopis & miniſtris illius egiſſent, viuâ voce paruitati noſtræ innotuit. Sed cùm prudenti relatu illius cuncta cognouiſſemus, qualiter partim veritatis ignorantiâ, partim peſſimæ conſuetudinis vſu, huius ſuperſtitionis peſtis illas in partibus inoleuiſſet, & priora & poſteriora ſtudioſiſſimè conſideraſſemus: intelleximus, quantum nobis res patuit, E *quo zelo ad hæc conſideranda veſtra ſancta deuotio excitata fuerit. Non enim ignoramus animum veſtrum magno tædio poſſe affici, cùm illos à recto tramite quoquo modo conſpicitis deuiare, qui ſummâ auctoritate præditi deuiantes quoſque debuerant corrigere. Illo nempe zelo accenſi eſtis, de quo B. Paulus Apoſtolus dicit*[a]*: Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Cùm enim duos in periculo conſtitutos conſpexiſtis & à via regia declinantes, vnum ſcilicèt ad ſiniſtram in abruptum confringendarum imaginum prolapſum, alterum verò ad dexteram in ſuperſtitioſam videlicet earumdem imaginum adorationem procliuem: voluiſtis vos affectu pietatis medium opponere, & vtriuſq; partis morbo ſalutiferam medicinam conferre.*

INCVLCANT MENDACIA COLLATORES.

DE LEGATIONE PRÆMISSA AD RO. PONT.

[a] 2. Cor. 11.

IX. A *Sed quoniam maximum vobis in eo obſtaculum erat, eò quòd pars illa, quæ debebat errata corrigere, ſuaq; auctoritate huiuſce ſuperſtitionis errori obniti, ipſa prorſus eidem ſuperſtitioni non ſolùm reſiſtere, verùm etiam incautâ defenſione contra auctoritatem diuinam & ſanctorum Patrum dicta nitebatur ſuffragari: aperuit vobis Dominus oſtium iuxta optatum vobis deſiderium, vt licentia vobis ab eadem tribueretur auctoritate tanta rei cum veſtris quærendi familiariter veritatem; vt quoniam inerat vobis voluntas conſulendi, & deeſſet auctoritas quærendi: eius auctoritate quæreretis veritatem, cuius auctoritas deuiare videbatur ab ipſa veritate; quatenus ſãcto veſtro deſiderio & vigili ſtudio veritas patefacta, dum ſe in medium oſtenderet, etiam ipſa auctoritas volens, nolenſque veritati cederet* B *atq; ſuccumberet. Verùm quoniam fratrum ſalus non eſt negligenda, & eminens auctoritas non eſt facilè reprehendenda: viſum eſt extremitati noſtræ, vt omnis veſtræ ſerenitatis ſermo ad illos ſpecialiter ex Apoſtolicarum auctoritate litterarum dirigatur; quorum primùm cauſa ad hæc quærenda eſtis excitati; & quicquid reprehenſionis in vtriſque partibus dignum cognoſcitur, ad illorum perſonam potiùs referatur, qui liberè admoneri poſſunt, & quorum ſcandalum ſi pro veritate ortum fuerit, faciliùs tolerari poteſt.* Vidiſti quid iſti Ludouico ſuadeant, nimirum vt litteræ ſcribantur ad Michaëlem Imp. auctoritate (vt aiunt) litterarum Apoſtolicarum; nempe nomine Romani Pontificis, quod (vt videbimus) factum eſt; cùm longè procul abfuerit, vt vel leuis conſen-C ſus Apoſtolicæ Sedis acceſſerit. Cæterùm quomodo cum Græcorum Imperatore, rurſus quomodo ſe gerat cum Romano Pontifice, ad eos ſcribendo, ſic Collatores eundem Ludouicum Imp. admoneẽt.

QVID AGENDVM CONSVLANT COLLATORES.

X. *Credimus itaq; quòd illos reprehendendo, illoſq; compatiendo, iſtos verò demulcendo, laudando & præferendo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ condignam laudem deferendo, veritatem ex teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum & ſententijs ſanctorum Patrum in medium proferendo, & veraciter, ſobriéque exponendo, poterit veſtra ſanctiſſima deuotio, ſicut optat, vtriſq; conſulere. ſic quippe refragator vinculis veritatis modò blandiendo, modò honorando, modò ſecũdùm rationem veritatem demonſtrando ſubtiliter adſtrictus, non audebit aliter docere, quã quòd veritas habet,* D *nec poterit aliter tenere quã quod veritas habet, nec aliter tentare, quã quòd veritatis documento alijs tenendũ tradiderit.*

XI. *Tali nẽpe modo viſum eſt noſtræ mediocritati, vt vtriuſq; partis ſaluti commodiſſimè prodeſſe, magnamq; vobis à Domino remunerationem huius rei gratiâ præparare poſſitis. Credimus ſanè quia quamquam aliqua ex parte ſuperſtitioſam ſibi conſuetudinem fortè vẽdicare velint: nullatenùs tamen ab eadem Sede aliter quàm auctoritas & veritas ſe habet mãdare in aliquam partem præſumet. Verebitur ſiquidem poteſtatem veſtram, auctoritatem Sedis & teſtimonia veritatis. Cùm igitur à veſtra ſancta deuotione ita peracta fuerint, licet (quod non optamus) in aliquo aut iſti, aut illi deuiare voluerint. & veſtram ſaluberrimã admonitionem, quæ tota ex auctoritate veritatis profertur, audire contempſerint; non minor id vobis à Domino* E *recompenſatio fiet, quia totum, ſecundùm verba Heliæ*[b] *Prophetæ, quod veſtrum fuit, facere ſtuduiſtis.* iſta viri prudentes; quibus cum tantum data fuerit à Romano Pontifice inquirẽdi facultas: definierint iſti, ſententiamq; protulerint in epiſtolam Hadriani, in ipſam Oecumenicam ſeptimam Synodum, & quid de imaginibus ſentiendum ſit, ipſi primæ Sedi legẽ præſcribere ſtuduerint. qui & de ſuo ipſorum labore in his conferendis iam pergunt dicere.

DE SVADENDO ERRORE RO. PONT. LABORANT ADVERSARII.

[b] 3. Reg. 19.

Nos denique ſerui veſtri (ſicut ſuperiùs præmiſſum eſt) in vnum conuenientes, & de nobis iniunctis pro captu intelligentiæ noſtræ familiariter conferentes, teſtimonia ex auctoritate diuina, & ſententias ſanctorũ Patrũ, quas, pro-

vt tem-

Digitized by Google

ut temporis anguſtia permiſit, collegimus & coram nobis legi fecimus, & quicquid cum his de negocio de quo agetur neceſſarium aptumq; iudicauimus, & in vnum congerere ſtuduimus, veſtraq; Imperiali potentia per venerabiles viros Halitgarium & Amalarium dirigere præſumpſimus, vt videlicet veſtra à Deo vobis collata ſapientia ex his eligat quicquid neceſſarium, dignumq; ad idem negocium pertinens iudicauerit. Obſecramus itaq; humiliter abundantiſſimam pietatem veſtram, vt non nobis adſcribatur quicquid ibi minus, aut indecens, aut . . . inuentum fuerit. Verè enim fatemur, quia anguſtia temporis præpediti, nec quanta voluimus, nec quanta potuimus, collegimus; ſed tantùm veſtris ſacris iuſſionibus, vt decet, & oportet, totis niſibus parere cupientes, quæ paruo intempore ad manus nobis occurrere potuerunt, breuiatim collegimus, & huic operi vſq; ad veſtram ſagaciſſimam examinationem inſeruimus. Nam quidam noſtrorum de longè venientes nō habuerunt ſpacium temporis quærendi; quidam verò nec cauſam pro qua ad hunc conuentum venire iuſſi ſunt, donec peruenerunt, veraciter noſſe potuerunt. Modoinus namque infirmitate, in qua diutiſſime laborat, detentus venire nequiuit.

QVÆ FVERVNT STVDIA ADVERSARIORVM.

XIII. Scit itaq; pleniſſime excellentia veſtra, quia illud quod per omnes Catholicorum libros indagari neceſſitas vrget, prolixi temporis ſpacio ad legendum indiget. Nam ſi ſufficiens ſpacium temporis nobis tributum fuiſſet, tanta Domino opitulante, poteramus colligere, quæ huic operi copioſè poterant abundare. Tamen in his quæ collecta ſunt, ſummam huius negocij de quo agitur diſcretè comprehenſam eſſe, iuxta auctoritatem diuinam & ſanctorum Patrum ſententias arbitramur, ita videlicet, vt vnuſquiſque fidelis ea perlegens, animaduertere queat, quod imagines Sanctorum ſtultâ præſumptione non ſunt confringendæ, & ad iniuriam Sanctorum abolendæ & penitùs diſſipandæ. Nec aſſertione ſuperſtitioſâ colendæ aut adorandæ, ſed potiùs huiuſcemodi ſuperſtitione remotâ, iuxta veram religionem, memoriæ & amoris cauſa ob recordationem eorū, quorum imagines habendæ, ſicut à beatiſſimo Gregorio ſatis Catholicè, perſpicueq; dictum declaratur. At nec ipſis Romanis Pontificibus aliud retinere atq; ſeruare quàm quæ à ſancto Gregorio de his ſcripta & facta eſſe noſcuntur, ſemper in conſilio fuit & opere: quæ iſti non percipientes, cum pugnant, aërem verberant. demùm verò iſta perorant.

EXCVSATIO ADVERSARIORVM.

XIV. Quia igitur nos hi qui in ſacra Sede Petri Apoſtoli reſident, dignam honoris reuerentiam iure tribuendam non dubitamus, & illorum ergà imagines ſuperſtitioſam venerationem quidam viſu, omnes verò aliorum relatu cognoſcimus: volumus primùm contra illos ſententias ponere, qui imagines præſumptuoſâ temeritate cōfringere præſumpſerūt, quatenus inde iſti animati aliorum errata valentius vobiſcum corrigerent, & ad ſuam ſuperſtitionem cognoſcendam veritatis teſtimonia ſuſcipienda animum faciliùs flecterent. Sicut igitur nobis videtur, & ſuperiùs præmiſimus, apertè ſermo veſtræ correctionis contra illos vſquequaq; dirigi poteſt, à quibus vobis illa epiſtola quam relegimus, directa eſſe cognoſcitur: quoniam eius textus vtramq; partem reprehenſione dignam demonſtrauit, & illam ſcilicèt quæ indebito & ſuperſtitioſo cultu imagines venerabatur, & illam quæ ab inferioribus locis eaſdem imagines euertere & delere præcepit: & ideò credimus, quamquam cætera alia ſecundum auctoritatem veritatis, ſicut in ſuis ſcriptis continetur, idem Imperator fecerit, propter hoc tamen factum quoſdam illarum partium infirmos ſcandalizaſſe, nec non quoſdam noſtræ Vrbis Romanæ perturbaſſe.

CONSILIVM SVBDOLVM ADVERSARIORVM.

XV. Vides hos magis excuſare Iconoclaſtas, tāquam veritatis auctoritate, vt aiunt, agentes? Qui demùm huiuſmodi ſalutatione epiſtolę finem imponunt: *Ad exaltationem & pacem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, humillimam Deoq; amabilem & Chriſtianæ religioni neceſſariam dominationem ſerenitatis veſtræ* DOMINVS *Ieſus Chriſtus incolumem dexterâ ſuæ pietatis tueri ac felici protectione per immenſum conſeruare, & poſt huius vitæ curſum ſupernis ciuibus conſortem dignetur efficere.* hæc ipſi. Qui & illud ampliùs præſtitere, vt iiſdē ſcriptis & ad Ludouicū miſſis inſeruerint litterarū formam, quas ipſe Ludouicus ſcribere deberet pro ineunda concordia omnium Eccleſiarum ad ipſum Romanum Pontificē. Extāt ipſę, ſed carēt principio atque fine, quas hic tibi legendas poſuimus. ſic enim ſe habēt.

SALVTATIO.

[a] *Quia ergo per caritatem Dei, quæ ipſo largiente diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, vniuerſæ Eccleſiæ notum eſſe non dubitatur, quòd omnia quæ intra eandem ſanctam Dei Eccleſiam ad perennem capiendam ſalutem pertinentia aguntur, ita per eiuſdem ſancti Spiritus gratiam cautè agenda ſunt, vt illud præcipuè caritatis priuilegium conſeruetur, quod ipſe auctor & largitor omnium bonorū Dominus de mundo corporaliter abſceſſurus pro ſummo atque altiſſimo munere fidelibus ſuis dando pariter & relinquendo largiri dignatus eſt, dicens*[b]: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: illud etiam Apoſtoli*[c] *pariter attentiſſimè cogitandum: Pacem ſequimini & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Et idcircò valdè neceſſe eſt, vt quiſquis ad illam patriam deſiderat peruenire, vbi nunquam diſcordia potuit vel poterit introire: illud ſummoperè agere ſtudeat, per quod & ipſe illam Deo placitam caritatis pacem cum omnibus habere ſtudeat, & omnes contra illam pacem diſcordantes ad veram concordiā reuocare contendat.*

a Eod. l. pag. 120.

EPIST. NOMINE LVDOVICI IMP. AD ROM. PONT.

b Ioan. 14.

c Hebr. 12.

XVI. *Certum eſt enim quia ſicut quiſquam, ſi eandem caritatem, illam Deo placitæ fraternitatis caritatem ſeruare poterit & noluerit; ad palatium caritatis peruenire non poterit. Ita ſi illos, quos contra eandem dilectionis vnitatem diſſidentes cognouerit, & illos ad tantæ beatitudinis viam reuocare poterit, & virtute quâ valet non certauerit: ipſe ſibi eiuſdem beatitudinis ianuam ſeris validiſſimis claudit. ſimiliter quoque iuſtiſſimo Dei iudicio eandem calcandi ſemitam obſtaculum ſibi opponit, ſi ſecūdùm qualitatis ſuæ modum omnes in Deo vnanimes, ne in barathrum diſcordiæ corruant, quantum reniti præualet, viriliter non contendit. Hæc ad hoc non humanâ argumentatione reperta, ſed diuinâ toti orbi terrarum docente auctoritate, diffuſa atque notiſſima vbique valere debent; & vbicunque fuerint diſcordantes, ad concordiam reuocentur; concordes verò ne in diſcordiam proruant, ab vniuerſis qui præualent tueantur.*

AD PACEM EXHORTATIO.

His ita ſummatim præmiſſis, ſeries huius dictionis poſtulat, vt ſubſequens ſermo, cur talia præmiſſa ſint, lucidè pandat.

XVII. *Quia igitur, vt vniuerſo Eccleſiaſtico ordini, reuelante Spiritu ſancto, notum eſt, inter cætera pietatis documenta, teſtante Apoſtolo, Fides, Spes, Caritas præminent, ipſæque morum virtutes per prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque iuſtitiam, auctore Deo inuiolabiliter conſeruantur: ita rurſum illæ quatuor ad humanam deriuata ſobriam conuerſationem, per rationem, diſcretionem, honeſtatem atque humilitatem habentur, atque vtuntur, nulluſque iſtis carens, illas perfectè habere potuit, nec eis ritè, iſtis ſpretis, aliquando vti præualuit. Et quamuis ſint quædam ex eis humanam rationem excedentes, vt ſunt nōnulla, quæ ſolâ fide attingi poſſunt, & ob hoc ineffabilia, & incomprehenſibilia dicuntur; auctoritate tamen diuinâ in ſacris voluminibus, ſanctorum etiam Catholicorum Patrū edictis, Deo reuelante, qualiter eadem tenenda vel confitenda ſint, ſufficienter reperiuntur; ideóque penè ab omnibus deſideratur, optatur, quæritur, vt ratione præeunte, comitante, ſubſequente in omnibus, vel de omnibus, vnde certus eſſe deſiderat, ſaluâ, & antepoſitâ ſemper & vbique*

DE VIRTVTIBVS CHRISTIANORVM.

diuinâ

diuinà auctoritate, non priùs qualibet humanâ admonitione opponatur, quàm vtili ratione inſtruatur & vndecunque certus eſſe deſiderat, pleniter imbuatur.

XVIII. *Idcirco ergò ſummoperè cauendum eſt ne homini rationali rationem deſideranti, atque poſcenti, vllo modo ratio interdicatur, niſi tantùm in his, vt ſuprà commemoratũ eſt, ineffabilis tanta & talis occurrat ſublimitas, cui meritò vniuerſa humana ſe ſubſternat ratiocinationis humilitas. Quia verò vno pretio, Chriſti videlicèt ſanguine, redempti fratres ſumus, & ipſo miſerante, cuius miſericordia id ſumus, cognoſci meruimus, cum omni mentis affectu (vt ſuprà commemoratum eſt) neceſſitatem fratrum noſtrorum, totius ſcilicèt Imperij Orientalium Romanorum ad intima cordis noſtri viſcera admittere debemus, quorum inuiolabilem caritatem, ob nullam aliam diſceptationis occaſionem, nimis duriter, vt multis videtur, irrationabiliter ſciſſam eſſe cognouimus, niſi quod quidam illorum vna cum Michaële, & Theophilo Imperatoribus fratribus noſtris, imagines Sanctorum non habere volunt; quidam verò è contra ex eadem ſancta plebe non ſolùm habere, ſed etiam adorare volunt. Quorum altercationis diſcordia ſumma talis eſt, vt nolentes illas habere, volentes nec habere conſentiant. Volentes verò, nolentes etiam adorare compellant. Qui hinc & inde in diuerſa tendentes aduerſus alterutrum ſiue humana argumentatione, vel ratione, ſiue etiam ex diuina auctoritate, vel Sanctorum Patrum ſcripta voluntati ſua excerpta & coaceruata habent, vt vtrisque videtur, congrua plurima teſtimonia, quibus & iſti ſuam & è contra vindicare, & obtinere ſuam putant poſſe ſententiam.*

XIX. *Vnde ſicut dignum, & verè dignum & iuſtum eſt, vt præeunte Spiritus ſancti virtute, ille inter eos in nomine* DOMINI *talia correcturus, & ad viam veritatis ſanctiſſimo moderamine reducturus, primus in hominibus arbiter occurrat, quem* DEVS *omnipotens in Sede Apoſtolica collocare, eorumque Vicarium eidem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ dare dignatus eſt, & ob hoc ei nomen ſpecialem in toto orbe terrarum ab eadem ſanctæ* DEI *Eccleſia, præ omnibus Pontificibus decretum eſt, vt ſolus, non ſuâ ambitione, ſed ſanctorum Apoſtolorum auctoritate, Vniuerſalis Papa dicatur, ſcribatur, & ab omnibus habeatur. Et quia ſicut omnibus notum eſt, dicente* [a] *Ioanne Apoſtolo: Hora nouiſſima eſt. & Paulo* [b]*: Nos in quos fines ſæculorum deuenerunt. Et ideò tempus inſtat, dies iudicij abſque vlla diuturna dilatione appropinquat: nulli dubium eſt, quin diabolus inter reliqua perditionis ſuæ argumenta, illud præcipuè contendit, vt in nouiſſimo die ſanctæ* DEI *Eccleſiæ caritatem mutuam ſcindat, vnanimitatem per quamlibet occaſionem ſcindat, viſcera dilectionis corrumpat, vt eam non in pace ſuperiùs commemorata, ſed diſciſſam & dilaceratam dies ille horrendus inueniat.*

ROM. PON. PAPA VNIVERSALIS.

[a] 1. Ioan. 2.

[b] 1. Cor. 10.

XX. *Sed nec illud latet, quòd ipſe infelix infelicium, miſerrimusque omnium miſerorum, non curat per quamlibet occaſionem corporalem, ſpiritualem, mundanam, Eccleſiaſticam, id efficere poſſit, dum tamen quolibet argumento eius Deo placitam in diligendo ſoliditatem ſcindere valeat. Et cùm vniuerſus ei Eccleſiaſticus ordo meritò obuiare debeat. nullus tamen ſub hac conditione maiori conſtringitur debito, quàm ille, qui tanto in Sede Apoſtoli eorum auctoritate pro eorum reuerentia in vniuerſali mundo, ac tali honorari meruit priuilegio. Qui tamen Vniuerſalis meritò non dicitur, ſi pro vniuerſali Eccleſiæ ſtatu viribus quibus valet, non agonizatur.* Ac ſi diceret, ſecũdùm merita non eſt dignus dici Vniuerſalis, qui pro vniuerſali Eccleſia non laborat; ſed nequaquam indignus merita minuunt auctoritatem. pergit verò: *Hæc domine Pater, ac toto mundo venerande ſanctiſſime Pontifex, ad inſinuandam in tantare mẽtis noſtræ deuotionem, præmittere ſtuduimus.*

XXI. *Ab hinc verò, ſi à Deo conſeruanda almitas veſtra ita elegerit, non inſinuando, ſed admonendo, qualiter communis legatio noſtra ad illam ſanctam Dei Eccleſiam corrigendam dirigi poſſit, ſubmiſſe curabimus; non vt ſanctæ & à Deo datæ ſapientiæ veſtræ (quod abſit) altius ſublimiusque progrediendi terminum ponere præſumpſerimus; ſed ne id quod exinde nobis omnipotentis Dei omnipotenti miſericordiâ ad obſequium veſtrum, ſaluem noſtram conferre dignatus eſt, ſilentio tegeremus, ſicut filium decet, patris in gremio examinis veſtri collocauimus, confiſi in Domino, quod ipſe nobis, exinde quod ſibi placitum, & acceptabile eſt, inſpirare dignabitur.*

XXII. *Nos tamen non Synodum congregando, ſed quemadmodum à vobis poſtulauimus, licentiamq; agendi percepimus, vnà cum familiaribus noſtris, filijs veſtris, quantum pro multiplicibus ſolicitudinibus Regni diuerſis occupati, per interualla potuimus, conſiderare ſtuduimus, quid almitas veſtra de tanta neceſſitate ſignificare potuiſſemus, qualiter idem populus à Deo per veſtram conſeruandam Orthodoxam ſanctitatem ad veram concordiam reuocari potuiſſet, vt verâ pace conglutinati, & in hoc, & in futuro ſæculo, omnium Domino placere potuiſſent. Et quid exinde ſalubre, Domino inſpirante, inuenire potuimus, paternitati veſtræ per præſentes filios veſtros, fratres noſtros, quædam dictis, quædam ſcriptis intimando direximus.* hucuſque quæ ibi poſita ſunt ex epiſtola Ludouici Imperatoris ad Eugenium Romanum Pontificem.

XXIII. Qui igitur ſibi adeò viſi ſunt eſſe ſapientes, præter hæc formam quoque ſcripſerunt earum litterarum, quas Ludouicus nomine Pontificis mitteret in Orientem ad Michaëlem atque Theophilũ Imperatores, quas antiquitas nominauit pacificas, quod eſſent pacis conciliatrices. Sed quod eas abſq; conſenſo eiuſdem Romani Pontificis mittere non liceret: idem Ludouicus Imperator per Legatos ſuos eaſdem ipſas miſit ad eumdem Romanum Pontificẽ inſpiciendas, ſuadens vt ad ſanciendam concordiam totius Eccleſiæ illis vti deberet, prout ſignificant eius litteræ ad eundem Pontificem datæ, quas proximè reddituri ſumus.

DE SCRIPTIS LITTERIS A GALLIS ROM. PONTIFICIS NOMINE.

Ita boni iſti Imperatorem maximè pium pro arbitrio traducentes, abuſi zelo ipſius, quæ pietate eius indigniſſima eſſent, præſtare fecerunt, cùm illæ tales eſſent, quæ præter id quod plura continerent indigna Romano Pontifice, compluſes admixtos haberent errores, eoſdemque grauiſſimos, vt ex ipſis intelliges. Extant enim ipſæ in eodem libello Pariſienſis, quam vocant, Synodi, ſtatim poſt recitatam ipſorum epiſtolam ad Ludouicum poſitæ. Carent ipſæ inſcriptione, atque principio iſta tantùm habentes.

XXIIII. [c] *Oro autem & obſecro in vniuerſo mundo (vt beati prædeceſſoris mei domini Gregorij Papæ vtar verbis) fratres & domini mei; in quantum peccatores, fratres mei, in quantum iuſti, domini mei: quantum ex me, humiliter ſupplico; quantum verò ex tanta auctoritate ſublimiter moneo; vt nemo me hoc loco propter me deſpiciat. Quia etſi ad inuitandum nequaquam dignus appareo: magna eſt tamen virtus caritatis & pacis & vnitatis, ad quam vos altâ poteſtate in vice beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti inuitare præſumo. Cùm enim Paulus veridicâ voce dicat* [d]*: Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam; quia ſine illa nemo videbit Deum: quid feliciùs, quam & in hoc ſæculo deſiderando, & in illo fruendo Deum videre? Quid è diuerſo infeliciùs, quam nec in hoc ſæculo feliciter optando, nec in illo feliciùs fruendo videre meruerit Deum? Et cùm huius aſſertionis vel veritatis in vniuerſo mundo tanta ſint teſtimonia quæ in præſenti tẽpore nulla euoluere præualeat lingua, nullusq; mortaliũ præſcire valeat, quando vel vniuſcuiuſq; vel*

[c] Eod. l. Syno. Pariſ. Pag. 126.

[d] Hebr. 12.

(quod

Digitized by Google

A (quod maius eſt) totius mundi occaſus terminus ſue fieri debeat: magna me, vt in omnibus notum eſt, vrget neceſſitas, vt id quod ex debito reddere debeo, diutiùs* differre non audeam, ne fortè tanto caritatis debito ſuberaſto, in conſpectu æterni Iudicis pro vobis omnibus reus appaream.

* deferre

XXV. Quamobrem oro, vel moneo, vt * primi mei ſummi Dei Eccleſiæ filij Michaël & Theophilus, glorioſi verè & ſublimiter à Deo exaltati Imperatores Romanorum, vna cum vniuerſo Catholico nobiliſſimo Senatu, ac populo vobis à Deo ad gubernandum credito, vt ea quæ pro ſalute veſtra ex auctoritate beati Petri (cui Dominus noſter Ieſus Chriſtus claues committere dignatus eſt Regni cælorum, dicens a: Quodcunque ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cælis) admonere & exhortari, & inſinuare neceſſarium duximus: patienter audiatis, animumque Deo placitum veſtrum non ad contemnendum, ſed ad obediendum & conſeruandum præparare ſtudeatis. Ideò autem ad obediendum nobis, hortamur; quia omnia quæ vobis de hac B cauſa dicturi ſumus, tribus hos capitulis principaliter & ordinare & confirmare parati ſumus, id eſt, ratione, auctoritate, & conſilio; videlicèt rationem texendo, & eamdem rationem, in quantum rationabilis, diſcreta, honeſta & vtilis fuerit, auctoritate firmando; eamdem verò auctoritatem, ſecundùm Catholicæ Fidei veritatem, & rectitudinem ſalubriter intelligendo. Ad vltimum verò quid in his ad ſalutem vniuerſalis Eccleſiæ tenendum ſit, conſilium Deo placitum dando, & idem conſilium confirmando. Et C quamuis (vt dignum eſt) diuina præcellet auctoritas: primò tamen ad mitigandos atque ad adunandos animos in diuerſa tendentes, ratiocinando omnibus ſatisfacere volumus; vt eò faciliùs & diuinam auctoritatem ſecundùm ſanum Catholicæ Fidei intellectum concordes ſuſcipiant, ac deinde certum nobis conſilium ſuauius amplectantur, amplexumq́; in futuro cuſtodiant.

* primo me

a Matt. 16.

XXVI. ECCLE. ROMANA SEMPER LIBERA AB OMNI HÆRESI HÆRESES CONFVTAVIT.

Apud omnes igitur hæc ſancta Occidentalis Eccleſia, quæ ſe auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, largiente Domino, Fidei, Spei, & Caritatis ſumpſiſſe exordiū gloriatur: ita hactenùs per eoſdem Apoſtolos, protegente Spiritu ſancto, & ipſis intercedentibus ac protegentibus, ab omni hæreſi illibata nunc vſque conſeruata eſt; vt non ſolùm ipſa ad quodlibet erroris diuerticulum minimè declinaret; ſed potiùs omnes à recta Fidei tramite quoque modo D deuiantes per Orthodoxos eorumdem ſucceſſores, toto orbe terrarum, ad rectitudinem potiùs reuocaret. Teſtis enim huius rei non quilibet angulus, ſed orbis terrarum vniuerſus; quia quoties tales per mundum perſecutiones motæ ſunt, quæ ad periculum Fidei vniuerſalis Eccleſiæ imminere putabantur, ob inueniendam, inuentamque cuſtodiendam Catholicæ Fidei veritatem, ſemper hoc vniuerſalis Eccleſia præſente, vel huius ſanctitatem Sedis Pontifice, aut certè cum conſenſu illius verbis vel litteris porrecto corrigere, porrectumque ad conſeruandum, ſtatuere conſueuit.

XXVII. ROM. ECCLESIA SICVT ET FIDEI MAGISTRA DISCIPLINÆ.

Simili modo etiam & in his quæ ad conſeruandum in humanis actibus eiuſdem Eccleſiæ incontaminabilem ſtatum, moderante non qualibet doloſâ vel ſophiſticâ, nec E non duplici calliditate, ſed veritate ſubnixâ, ſimplici ratione, ipſâq; diſcretione, honeſtate, vtilitate, pariter irradiata ratione, non ſolùm noxia vel nociua, verum quoque & ipſa ſuperflua & non neceſſaria reſecare conſueuit; & ea (vt prædictum eſt) quæ ad ſalutem totius Eccleſiæ pertinere, & inſuper meritò carere non debuiſſet: diſſerendo & ordinando ſancire ſolita fuit. Et hoc nō tantummodo cauſâ Fidei, vel ſicut præmiſſum eſt, de ſtatu humani generis, vel curſu rectitudinis; verum quoque de omni diſſenſione in ſancta Dei Eccleſia, quæ pacem illam turbare videbatur (quam Dominus Apoſtolis & per Apoſtolos nobis omnibus vicariam præſentiæ ſuæ dereliquit, dicens b: Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis) vbicumque per quodlibet pietatis argumentum pertingere potuit:

b Ioan. 14.

A ſemper huius ſanctæ Sedis Vicarij Apoſtolorum quadam mulcendo, quadam verò (ſi ita res popoſciſſet) ſublimi ac venerandâ auctoritate, vt dignum erat, docendo, pariterque prædicando ad pacis concordiam reuocare ſtuduit. iſta illi nomine Rom. Pontificis præfati, quibus auctoritatem Romanæ Eccleſiæ ac dignitatem dignè vt par erat, inſinuarunt: ad cauſam verò venientes, melle ita iam illitis faucibus venena propinant. ſubdunt enim.

XXVIII. Quorum vicem, qualeſcunque ſimus, miniſterium tamen auctoritate ſubeuntes, caritate pariter, & eadem auctoritate roborati diſſenſionem illam, quæ * infra ipſam ſemper Deo amabilem Romanorum, Græcorumque Eccleſiam exortam duriùs eamdem Eccleſiam, quam ſaluti il- B lius vllo modo conuenire poſſit, ſcindentem diuturno tempore cognouimus: non audemus declinare, vt non illam ex auctoritate ſanctorum Apoſtolorum ad pacis concordiam, ipſis mediantibus, non debeamus aduocare. Maximè verò in eo quòd eiuſdem miſerrimæ diſſenſionis ea ſit materia; ſine qua (ſicut multis videtur) ſalua per Fidem, Spem, & Caritatem incunctanter & in hoc ſæculo, & in futuro ſaluari poteſt Eccleſia. Quorum ſenſus & ſententia talis eſt: Quid Fidei, Spei, & Caritati obeſſe potuiſſet, ſi imago nulla toto orbe terrarum picta vel ficta fuiſſet? Et quanquā iidem filij noſtri, qui hæc dicunt, rationabiliter ſe oſtendere poſſe nullatenus dubitabant, meliùs illud nunquam fuiſſe, ſine cuius cultu, perfecta Fide, & Caritate vniuerſalis ſanctæ Dei Eccleſia ſalua potuiſſet conſiſtere, quam ſub hac occa- C ſione non dubium ſed certiſſimum illud nullam diſcordiam debere incurrere, quod niſi correctum fuerit, nullatenus cum hac diſſenſione, ad Dominum (qui pax eſt) omnium ſibi placitam pacem habentium, nunquam in perpetuum poſſe pertingere. Et quamuis deuotio illorum hoc conſtanter poſtulet, vt eis ratiocinando, qualiter de ipſis imaginibus diſcretè & rationabiliter ſentiant, poſteà diſſerere liceat. Quod ſi eſt, qui ſuſcipere iuſto moderamine velit: ſalubre omni homini eſſe non dubitant; ad comparationem tamen tanti mali eādem imaginum cauſam pro nihilo computant, ſi pax illa, quæ ad æternam vitam, qui eſt Via, Veritas, & Vita, ducit, ad eamdem viam, veritatemq́; perducta non fuerit.

* inter

XXIX. Audiſti, Lector, quid iſti velint Pontificem ſcri- D bere ad Imperatorem, & tantæ Sedis nomine errorem deſcribere, & non confutare, dum futilem & nullius fermè eſſe momenti in Eccleſia vſum ſacrarum imaginum, vt abſque eo Fides, Spes, & Caritas in Eccleſia illæſæ remaneant, aſſerere conarentur, perinde ac ſi leue eſſet, & abſque ſalutis æternæ diſpendio, peccare in traditiones Eccleſiæ; & receptos ſacros Eccleſiæ ritus labefactare quis poſſit ſine culpa vel crimine hæreſis. Cur, dicant velim, proſcripti antiquitus ſunt ab Eccleſia, & in claſſem hæreticorum coniecti hæretici Quartodecimani, cùm in omnibus quæ ſunt Orthodoxæ Fidei ſaperent, ex eo ſolùm quòd non eâ die quâ cæteri, Paſcha Dominicum celebrarent? Cur hydroparaſtæ, ex eo E quòd aquâ tantùm, non ſecundùm Eccleſiæ ritum vterentur & vino in ſacrificio Miſſæ? & alij innumeri, qui cùm in cæteris ſacris dogmatibus Eccleſiæ Catholicæ conſentirent, ſed quod receptis ritibus, moribus, cæteriſque traditionibus eiuſdem Eccleſiæ non conſentirent, ab Eccleſia eiecti, exulare ſunt iuſſi inter hæreticos. Sed quæ his ſubiecerint inſinuanda ab eodem Pontifice Orientis Imperatoribus: ex iiſdem ipſorum ſcriptis ſic accipe.

XXX. Et idcirco cunctus chorus ſacerdotum, necnon & omnis Senatus totius gentis, ſeu Imperij Francorum, & vniuerſa Eccleſia per totam Galliam cum cæteris prouincijs eidem à Deo conſeruando Imperio ſubditis, audita fama delendæ diſſenſionis fratrum ſuorum, irreuocabiliter poſtulant,

vt, prius

A *vt prius per iſtius ſanctæ Sedis à Deo conſeruatam, in futuroq́, vſque ad finem ſæculi, ſicut ipſi indubitanter & nos omnes per merita Apoſtolorum confidimus, conſeruandam auctoritatē, illud ſummopere quærere feſtinemus, vt quia auctore Deo, hæc duo Regna in toto orbe terrarum principalia mutua ſibi Deo placita caritate deuincta ſunt: illud diaboli telum ab eadem Eccleſia diſsipetur, vt pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, in eadem beata plebe pleniter reſtituatur.*

Vociferantur enim in cælum vno ore & vno corde, omnipotentis Dei iudicium ineuitabiliter nobis incumbere, ſi auctoritate ſummorum in toto orbe terrarum Apoſtolorum, quorum doctrinis & conſilio vniuerſus flectitur mundus, diſcordiam veſtram ad veram concordiam non certamus reducere. B *Dicūt etiam, quid acturi erunt de tam præcipuo coram Deo amiſſo ſolatio, ſi illos, quos poſt huius ſanctæ Sedis immutabilem tuitionem, illud in tam præcipuè cariſsimis fratribus ſolatium perdiderint, qui ſimile in vniuerſa Eccleſia nullum habebunt. Si enim cum illis veram fidem, integrumq́, caritatis ardorem nō ſeruauerint: quid in iudicio Domini, tantâ neglectâ caritate, & in nomine Domini certiſsimè confirmata neglexerint? Sed nos diuturnæ lectioni, veſtroq́,* * *faſtigio in legendo parcentes, vbi tantè ab eis caritate vrgente, de Deo placita mutua dilectione veſtra plorando, immò lugendo conqueſti ſunt, quæ in vnum colligi difficilè poſſunt, omiſsis, ad eamdem ſeriem detexendam, quam ipſi de imaginum reddenda ratione ſpoponderant, redeamus. aiunt enim.*

* faſtidio

XXXI. C *Oremus ergo, ſanctiſsime ac beatiſsime Pontifex, vt nobis antiquorum Patrum noſtrorum hac de cauſa vitæ curſum recitare liceat; ſimulq́, prout rationis ordo popoſcerit, ſenſus ſui affectum in hac dumtaxat re, cur ita, vel ita tenuerint, interſerendo adiungere. Nec vobis tædium fiat, ſi ad oſtendendam rationem veritatis, veritatemq́, rationis, ſeſe paulò longius ſermo protraxerit, dummodo lineæ veritatis, quæ ab antiquis Patribus noſtris vſque ad nos inflexibiliter ducta eſt, beato Dionyſio ſcilicet, qui à ſancto Clemente beati Petri Apoſtoli in Apoſtolatu primus eius ſucceſſor extitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus; & aliquod tempus vnà cum ſocijs ſuis, huc illucq́, prædicationis gratiâ diſperſis, martyrio coronatus eſt. Et quamquā plures exiſtant, quidam Martyres, quidam etiam Confeſſores, quorum merita qualia* D *apud Deum habeantur, quamuis quotidianis miraculis coruſcent; quia tamen propter longitudinem terrarum vobis minus cogniti fortaſſe exiſtunt, intermiſsis, ſanctum tamen Hilarium, antiquum Eccleſiaſticū doctorem, necnon & beatum Martinum toto orbe venerandum, vobis notiſsimos eſſe minimè dubitantes, ad memoriam reducere neceſſarium æſtimamus; quorum vitæ magiſterio edocti, hæc ita tenenda atque ſeruanda ſuſcepimus.*

INSERTVS LIBELLVS ADVERSARIORVM EPISTOLÆ.

XXXII. *Sed quia apud nos vel maiores noſtros, ex quo vlla præſens ætas recordari poteſt; numquam eiuſmodi quæſtio mota vel ventilata fuit: ideò ſemper talis exinde mos ex prædictis antiquis temporibus retentus in vniuerſa iſtius Regni Eccleſia extitit, vt nullus, ac ſi ex auctoritate eiuſ-* E *dem ſanctæ Dei Eccleſiæ iuberet, nullus cuicumque imaginem volenti pingere aut fingere prohiberet. Vnde vſque hodie eadem apud nos conſuetudo tenetur, vt quia hoc auctoritas nulla iubet: nemo iubeat; ſimiliter quia auctoritas nulla prohibet, nemo prohibeat. Quia verò propter præmiſſam rationē aliter eſſe nō poteſt, niſi ratio inde habeatur: fortaſſe eadem ratio tale exordium non inconuenienter habere poterit. Si igitur imago in toto orbe terrarum nulla picta vel ficta eſſet: nūquid aliquid Fidei, Spei, vel Caritati ſanctæ Dei Eccleſia obeſſet? Rurſum ſi ita vt in quibuſdam locis, maximè Eccleſijs, ſeu palatijs Principum ob nullum alium Catholicæ Fidei, ſeu religionis cultum, ſed tantummodo ſcientibus pro amoris pij memoria, ſeu ornamento eorumdem locorum, neſcientibus verò pro* A *eiuſdem pietatis doctrinæ picta vel ficta ſunt, ita per reliqua eiſdem imaginibus congrua domicilia ad eumdem ſenſum pertinentes picta vel ficta eſſent, quid præfatis virtutibus vmquam, vel vſquam obeſſe potuiſſet?*

XXXIII. *Et ideò quia res ita ſe habet: quid ſupereſt, niſi vt qui nolunt, ita non faciant, vt tamen eis qui illas eo ſenſu, vt præmiſſum eſt, habere volunt vel faciunt; in faciendo, vel habendo minimè contradicant. Et illi ſimiliter qui habere volunt, nolentes ad habendum vel faciendum nullatenus cogant? Atq́, ita auctore Deo vteſque illæſe ſeruatur, dum & habere nolens* * *præter cautelam illiciti cultus; & habere nolens præter cautelam illiciti cōtemptus, ſaluus permanere indubitanter poterit. Atque ita, miſerante Deo, maiorum noſtrorū in imaginibus vel picturis morem imi-* B *tantes, in iubendo vel prohibendo, in habendo, vel non habendo, in colendo vel non colendo, illæſos hactenus hac de cauſa Domino opitulante, nos tranſiſſe, & ipſo gubernāte tranſituros nequaquàm dubitamus. Quamobrem monendi ſunt omnes qui eas habere volent; ne amando, vel quolibet modo orando vel amplectendo vltrà quàm oportet, cultum eis illicitum vllatenus impendant. Similiter* * *& illi qui eas habere noluerunt, ſicubi eas aſpexerint, qualibet ignominioſa vel probroſa deteſtatione ſpernere contumeliare vel lacerare præſumant.*

* propter

* nec illi

XXXIV. *Hinc ergo indubitanter colligi poteſt, quæ illum ratio hoc cum periculo quocumque compellat habere, quod illum proculdubio ſine vllo periculo licet non habere. Ideò ergo totius huius rationis talis eſt ſumma, vt qui volunt* C *propria memoria vel ſana doctrina in locis competentibus, abſque vllo illicito cultu pictas vel fictas habeant imagines: Qui autem nolunt, abſque vllo illicito contemptu taliter habentes vel imagines nullatenùs ſpernant. Eſſent vtique plura quæ hic ratiocinando, his per omnia congrua dici vel ſcribi potuiſſent, ſi aut breuitas temporis permitteret, aut id aliqua, ſic ea confirmando ſcribi, neceſſitas popoſciſſet.* hactenùs illi in libello quem inſeruerunt litteris Papæ nomine ſcribendis ad Imperatores Orientis, in ea parte, quę (vt ipſi diuiſerunt) ſpectat ad rationem, quam habes ſuperiùs confutatam.

XXXV. Sed quàm vanè glorientur de maiorum conſuetudine, ſat erit ſi teſtificatione ſanctiſſimi viri Mar- D tini, & aſſertione Venantij Fortunati, viri quidem ſancti doctique Pictauienſis Epiſcopi, qui ambo Gallicanam Eccleſiam illuſtrarunt, perſpicuè demonſtremus, receptum antiquitus, Deoque gratum eſſe cultum ſanctarum imaginum. Quod enim (vt audiſti) de vtroque hi magnoperè, & iure quidem gloriati ſint, de Martini ſanctitate, Hilarijque doctrina: de eodem S. Martino, qui in imagine cultus magna præſtitit, & Fortunato Hilarij ſucceſſore qui accepit, dicendum exemplum: Si enim piaculum eſſet imaginem colere, nequaquam vtique S. Martinus receptus in cœlum, in imagine cultus petita donaſſet; nec tantus Epiſcopus Fortunatus petere auſus eſſet, qui ingenuè fatetur quod E & carmine cecinit, ſe ægrotantem mirum in modum oculis eſſe curatum oleo lucernæ ardentis in imagine ſancti Martini. ſed audi ipſum [a].

CVLTVS SS. IMAGINVM MIRACVLO PROBATVS.

[a] Expete Martini loculum, quo iure ſacelli,
Iam deſperatum lumen mihi reddidit auctor.
Munera qui tribuit, ſaltem, rogo, verba repende.
Eſt ibi baſilica culmen Pauli atque Ioannis:
Hic paries retinet Sancti ſub imagine formam,
Amplectenda ipſo dulci pictura colore.
Sub pedibus Iuſti paries habet * *ante feneſtram,*
Lichnum adeſt, cuius vitrea natat ignis in vrna.
Huc ego dum propero, valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce feneſtra.
Quo procul vt tetigi benedicto lumen oliuo,

[a] *Venant. Fortun. de S. Martino lib. 4. in fin.*
[a] Et peta
IN S. MARTINI IMAGINE LAMPADIS ACCENSÆ OLEO CVRATVR FORTVNATVS.
* alle

Igneus ille vapor marcentis fronte recepit,
Et præſens medicum blando fugat vnguine morbos.
* muneta *Non oblita mihi mea lumina * munere Sancti:*
Nam redit antè oculos oculorum cura fidelis.
Et memor illud ero, dum luce & corpore conſto.

hæc ipſe Fortunatus, qui de accepto beneficio in S. Martini veneranda imagine, dignas vt rependeret gratias, res ab eo præclarè geſtas quatuor libris verſibus ſcriptis eſt proſecutus.

XXXVI. Si legiſſent hæc iſti de ſancto Martino, quem vendicant ſibi proprium peculiaremq; Sanctum, & audiſſent iſta ipſum adeò clarè virtutis voce loquentem, atque piè religioſeque coli Sanctorum imagines etiam luminum accenſione miraculis aſſerentem, certè erubuiſſent Martini nomen ſuis ipſorum ſcriptis attexere, & ab Hilario abſtinuiſſent, cuius Eccleſiæ Epiſcopus & eius vitæ ſcriptor ſanctitate & doctrinâ conſpicuus tam fortis ſit teſtis & aſſertor, ac prædicator cultus earundem ſanctarum imaginum, cum ea quæ ſibi Rauennę contigerint, verſibus ſcripſerit: & ſic pudeat eos improbaſſe quod S. Martinus miraculis comprobauit, & Fortunatus altè cecinit & prædicauit. vt etiam ſi alia de his deeſſent teſtimonia, ſatis iſta ipſis eſſe potuiſſent, ad reuocandum, ſi interceptus ille fuiſſet, ſtabiliendumque cultum ſanctarum imaginum, Martino id teſtante de cœlo miraculis, immò
ᵃ Pſal. 34. ipſo Deo dante (vt Propheta ait ᵃ) voci ſuæ vocem virtutis, ſignis euidentibus confirmante.

AVCTORITAS. Sed quid inſuper iſti? abſolutâ primâ parte illa, quâ ſe ratione agere profeſſi ſunt, ad ſecundam deueniunt, quâ ſe dicunt niti auctoritate, loca illa citantes S. Gregorij Papæ, quæ de imaginibus agunt, de quibus cùm nos prolixiùs egerimus ſuperiùs, vbi de Concilio Francofordienſi actum eſt aduerſus ipſos: haud per eamdem rurſus lineam ſerta deducenda erit. Sed ad tertiam & vltimam partem deueniemus, quâ ſe rem conſilio agere docent, cùm prorſus indigna & pudenda ſcribere ad Orientales Imperatores ipſum Romanum Pontificem fingunt, dum eius nomine iſta pertexunt.

XXXVII ᵇ Ead. Synod. Pariſ. pag. 145. CONSILIVM. *Auctoritate ergo ᵇ (vt propoſuimus) ſecundo loco inſerta, non quidem quantum ex theſauro vberrimo Eccleſiaſtico potuit, ſed quantum epiſtolaris breuitas ritè permiſit, monere vos & exhortari, ô venerandi mundi Principes, cum vniuerſa ſancta Dei, quam Domino diſpenſante & committente, gubernatis, Eccleſia, vt ea quæ vobis non qualibet temeritas, ſed vera humilitas noſtra intimate ſtuduerit, attentius audiatis, & ob illorum reuerentiam qui cum Domino ipſo promittente, in die nouiſſimo, totius mundi venturi ſunt Iudices, reuerenter ſuſcipiatis; & ad ſalutem omnium veſtrum ſtrenuè conſeruare ſtudeatis. Præmiſimus enim paulò ſuperiùs, vt poſt redditam rationem, poſt inſertam auctoritatem, propter adunandam, quam Domino Deo ordinante, regitis Eccleſiam, cõſilium vobis non noſtra adinuentione, ſed diuina auctoritate illud dare debuiſſemus, per quod eadem ſancta mater Eccleſia ita ſibi mutuo in vera pace fœderari debuiſſet, qualiter & in hoc ſæculo & in futuro ei placere potuiſſet, qui*
ᶜ Ioan. 14. *aſcenſurus de mundo, ſuis promiſit, dicens: ᶜ Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* At non, rogo te Lector, indigna & pudenda ſunt iſta, quæ loqui inducunt Romanum Pontificem cum hæreticis Imperatoribus Michaële atque Theophilo, vt per eos dicat ordinari atque regi, Deo committente & ordinante, ſanctam Eccleſiam, & non magis, Deo permittente, diſſipari ab ipſis & peruerti penitus
XXXIIX illam? ſed pergunt.
ᵈ 1. Cor. 13. *Et quia, atteſtante ᵈ Paulo, inter cætera verùm eſt: Si*

A *quis tradiderit corpus ſuum vt ardeat, caritatem autem non habuerit, nihil eſt: ideò prædictam ſanctam Dei Eccleſiam in vera pacis concordiam adunari, totis viribus optamus. Quia quomodo ſine illa caritatem mutuam habere poſſit, nullo modo intelligimus. Poteſt enim fieri, vt aliquis cum altero ex parte vel fictam pacem temporaliter habeat: quomodo autem ſine verâ mutua pace habita cum altero, veram poſſit habere caritatem, nulla docet auctoritas. Vnde magnoperè conſiderandum eſt, quantâ temeritate, quantâue audaciâ ad æternam ille peruenire ſe poſſe exiſtimat, qui præſentem in hoc ſæculo pacem Domini per quamlibet occaſionem ſciſſam reſtaurare cum proximo non curat, quam primum munus humano generi collatum ᵉ Angeli nuntiant mox nato Domino in mun-* ᵉ Luc. 2.
B *do, eamdemq; nouiſſimè fidelibus ſuis in vice ſua idem Dominus relinquit diſceſſurus de mundo. Et quamquam multa & penè innumerabilia eſſent, quæ de tanta re ſubtiliter, ſublimiter, & nimis terribiliter dici potuiſſent: cauendum eſt vnicuique, ne hoc quiſquam de illa ſolummodo pace intelligendum putet, quæ habetur in cœlis: quia & Dominus recedens ait: ᶠ Pacem meam relinquo vobis;* ᶠ Ioan. 14.
& Angeli præmittentes: Gloria in excelſis Deo: mox non Luc. 2.
in cœlis ſubiungunt, ſed in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Cogita igitur tecum, ô plebs & popule Dei, ſi ad perpetuam vis peruenire ſalutem, vt in hoc ſæculo non fictam, ſed veram habere mutuo ſtudeamus pacem.

XXXIX. *Sed minùs fortaſſe prodeſſe poterit, licèt meritò tan-*
C *ta taliſq; auctoritas cauſa conſilij ſufficere debuiſſet: neceſſe erit vt huic aſſertioni cætera adiungantur, quæ nequaquam iuſtè adderentur, ſi à Deo ab initio Catholicæ Fidei data nobis ſapientia, ſicut oportuit, pro nobis ſolicita eſſe ſtuduiſſet. Dicit Apoſtolus: ᵍ Iudæi ſigna pe-* ᵍ 1. Cor. 1.
tunt, Græci ſapientiam quærunt: Vbi eſt ergò ſapientia veſtra, qui propter quamlibet occaſionem illud habere contemnitis, ſine quo ad Regna cœleſtia peruenire nullo modo valebitis? Et hæc non arguendo vel increpando, ſed admonendo interim dicimus, vt vos ad interiorem hominem veſtrum, in quo Deus per Fidem, Spem, & Caritatem inhabitare conſueuit, reuocemus. Quem ſi ita ſecundum, vt ſupra dictum eſt, ſapientiam vobis à Deo datam cogitare, diligere, vel metuere vultis: mirum eſt, quomodo cum fratribus inuicem tanto iam tempore, ſcandalum
D *& diſcordiam habere non metuitis. Ecce etenim, ſi non amplius, iam annus eſt, ex quo hanc inter vos miſerrimam diſſenſionem pullulaſſe audiuimus: quam videlicèt diſcordiam à Deo (vt dignum eſt) ſemper odibilem omnes anteceſſores mei ad corrigendum, prout eis poſſibile fuit, multum laboraſſe, non ignoratur.*

XL. *Hæc in paucis ad excitanda Deo amabilia corda veſtra ideò præmittere curauimus, vt ea quæ vobis ſtudioſius pro ſalute omnium animarum veſtrarum dicenda prouidimus, * audiores vos ad audiendum, & per omnia ſolicitos* * acutiores *in Domino redderemus. Sed ſicut non ſolùm ſacrâ auctoritate diſcimus; verùm quoque & humana quotidiana bene conſuetudine agendo cernimus, quia arbor fru-*
E *ctus malos faciẽs, nullo modo ſalubriter extirpatur quàm ſi radicitùs euellatur: melius ſæpè dictam diſcordiam veſtram, omnipotente Domino opitulante, vnà vobiſcum, qui huic miſerrimæ, nimiumq; infelici conditioni proſtrati non ſuccumbitis, ſed auctore bonorum omnium Domino Deo, tanta ſpurcitia celſo in cacumine præminentis corrigere valemus, ſi quæ ſit huius perditionis origo vel fomes detegendo pandamus.*

XLI. *Nullus mente ſanâ ſapientum, fideliumq; in Domino fratrum veſtrorum dubitare permittitur eſſe plures in hac ſancta & Deo cõſeruanda Eccleſia, qui tanta miſeria ſuccumbere dedignẽtur, licèt eis manus humana validior, ne id quod exinde iuſtum eſſe non dubitant, reſtaurare vel perficere valeant, obſiſtat. Quamobrem amabiliter admo-*

Digitized by Google

nendi eſtis, vt totis viribus omnipotentem Dominum exorare ſtudeatis, vt tantam ab hoc Regno infelicitatem amouere iubeat, & illam quam mundus dare non poteſt pacem, ſua nobis immenſa clementia concedat.

XLI. *Et quia tanta auctoritatis ordo, vel tantæ ſublimitatis ratio necdum poſcebat, vt priuſquã illa omnia quæ meritò præmittenda erant, præponerentur, vt faciliùs quouis in loco, ſecundum ſui qualitatem haberentur illa, quibus ſaluâ Fide, Spe, vel Caritate, totius Eccleſiæ ſtatus carere potuiſſet: propter ſatisfactionem tamen in hoc opere laborãtium, principalis huius ſæpè dicta diſcordia veſtra, cauſa imaginum extitiſſe traditur. Eiuſdem quoque origo in eo contigiſſe fertur, quod Imperator conſiderans quoſdam in eadem plebe indiſcreto zelo inflammatos vltra quàm oportuiſſet, vel vmquam prius actum eſſet, in imaginum cultura, veneratione vel adoratione vltra progredi, quàm vt antea vmquam in vniuerſa Eccleſia factum eſſet: volens vt tunc ſibi cum illis qui ei fauebant, eamdem ſuperſtitionem (qualiſcumque eſſet) ab Eccleſia penitus amoueret: poſtpoſitâ hac in re ſalubri diſcretione, ſine qua omnis humana actionis virtus in vitium vertitur: elegit præmiſſam ſuperſtitionem aliter emendari non poſſe, niſi omnes imagines penitus delerentur.* Atqui ſi ita erat, vt dictum eſt, illicitum, cultus in hominibus, vel ab hominibus compeſcẽdus erat,* in imaginum deſtructione, quæ nihil peccauerunt: immò eo ſenſu quo ſuprà præmiſſum eſt, ſcientibus pro pia memoria, neſcientibus pro doctrina vtiles erant: infringendo vel diſsipando ſiniſtram extendit pro dextera. Et qui ita hac in re incautos reducere debuit (ſicut forte quia recèns erat cauſa) faciliimè potuit, inſtigante qui nunc latè patet, Eccleſiaſticæ pacis vel caritatis inimico.*

* Et qui

* non

XLII. *Hanc ei etſi luculentiſſimam oſtendit ſemitam: heu quam longè ab illa ſiniſtris anfractibus incedentem, qui de ſemetipſo ait: Ego ſum Via Veritas & Vita: quid putas quam dulcia, quamq; religioſiſſima, immò ſanctiſſima ſatagebat ſingere itinera, vt per illa ad hæc, quæ nunc omnes plangimus, pertrahere potuiſſet diſsidia? Sed nec hoc vllo modo aliter æſtimatur peragere potuiſſe, niſi illum prius cum ſequacibus ſuis, illius impiæ dulcedinis, demulcendo cor tangeret, cum idem diabolus peſtifero telo perforatus de cælo meritò cecidiſſet.*

Sed quid agimus? Quid dicimus? Ad comparationem namq; malorum omnium, quæ hic cõgruente ſpatio, quod omnino non deeſt, non ſolùm de diabolo, ſed etiam de ipſo Imperatore cum fautoribus ſuis dici poterant: nihil eſt quod diximus. Vniuerſa denique mala quæ ex eo vſque ad præſentem diem per eiuſmodi diſcordiam in vobis perpetrata ſunt, hinc ſumpſere principium. Quamuis enim propter ſingultum plorationis tacere non permittamur, licèt propter arctiſſimum temporis ſpatium, & propter enormitatem earumdem miſeriarum, vt lugentibus mos eſt, innumera ad dicendum flebilia occurrerint, paucis ad inchoationem huius infelicitatis agere placet, vt contueamur diabolum in huius vitæ excurſu in bimo ſtantem, vbi Imperator è duobus vnum ad eligendum indeclinabiliter cogitur, aut cultu illicito fauendo imaginibus contra ius Eccleſiaſticum ceruicem flectere, aut certè huiuſmodi cultoribus contradicendo, vel non fauendo, ingratus exiſtere. Et qui faciliùs poterat ad imitationem antiquiorũ Principum vel patrum ſuorum & iſtos ab illicito cultu reuocare, & cum cæteris omnibus morem antiquum ſine offenſione Dei proſequentibus pacem vel caritatem leniter retinere: perſuaſit eum prædictus pacis ſemper & caritatis inimicus, illud iter in deſtruendis imaginibus arripere, per quod omnes per diſcretionem ſanè ſapientes atq; ſeruantes perturbando confunderet, & illos qui ſæpè dicta diſcretione vel temperantiâ, quæ vna de cardinalibus Eccleſiaſticis virtutibus eſſe cognoſcitur, ſpretâ, elegit vltra quam vmquam Deo placuit, vel placere debcat, imaginum cultus deſeruire, vt iiſdem qui hoc electum habebant, potuiſſet placere, non conſiderans illud quod terribiliter ſcriptum* [a] *eſt. Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit illos.*

* tedire

[a] *Pſal. 52.*

XLIII. *Sicq; factum eſt, vt ex die illo ab eodem antiquo ſemper Deo placente populo fidelium exilia non ceſſarent, cruces & cruciatus non quieſcerent, & vt fertur, membrorum detruncationes, ipſa etiam homicidia cauſâ earumdem imaginum nimia perpetrata ſint. Et hæc diu cucurrerunt, quouſque humani generis antiquus hoſtis, quaſi in hac parte ſatiatus conuertit ſe ad alia perditionis argumenta, vt denuò ſuſcitaret ſibi contra, cultores imaginum, Irenam videlicèt cum filio, tam peſtiferâ illuſione decipiens, vt abſque vlla miſericordia vel metûs ſuperinſpicientis omnipotẽtis Dei Maieſtate, talis ab eis promulgaretur ſententia, vt omnis homo eorum ditioni ſubiectus imagines adoraret, aut certè exilio, pœnisq; diuerſis cruciaretur. & ſi non acquieſceret, ab vniuerſali Eccleſia anathematis vinculo ſequeſtratus religaretur.*

XLIV. Audiſti tamdem Lector, quod numquam puto vel mente concipere, vel credere potuiſſes, quomodo ſapientes iſti litteris Pontificiis mirâ fallendi arte optauerint infamari, proiici atque execrationibus deuoueri, ac penitùs aboleri ſacroſanctum Nicænum ſecundum Concilium. Vidiſti qualem ſub tot verborum inuolucro ſerpẽtem clauſerint, qui primùm omnium ipſum Romanum Pontificem, ac ſubinde vniuerſam Eccleſiam, damnando Oecumenicum Concilium, perdat. At pauca quæ ex ea ſcriptione ſuperſunt, reddamus. ita pergunt.

Sed quid nũc denuò è diuerſo agat? Ad priorem iterum recurrens ſemitam, præſentem denuò incitans Imperatorem, vt eas pictas vel ſcriptas habere quempiam volendo permittat. Quis igitur tam eloquens ſub cælo habetur, qui hanc peſtiferam cladem enumerare præualeat? Quis tam ferrea habeat præcordia, cui non dico ſcribendi, verùm quoque per defectum lachrymarum vocem non tollat eiulandi? cætera deſunt.

XLV. Iam plenè intellexiſti (vt cuncta iſta laciniofo ſermone diffuſa & confuſa vnà ſententiâ claudam) nihil aliud iſtos eſſe molitos, niſi vt ſanctarum imaginum cultum ſub ſpecie recti, nempe ſub bono pacis damnari per Romanum Pontificem procurarent. in maximum diſcrimen conijcientes piũ Imperatorem, eiuſque ex pietate concitatam æſtuationem & nomen adeptum ita periclitari cogentes. Et certè niſi tantæ pietatis atque probitatis fuiſſet, vt nec latum vnguem recedere ab Apoſtolicæ Eccleſiæ ſanctionibus, ſemper infixum in animo habuiſſet, ſed falſis doctoribus penitùs inhæſiſſet: immenſo quidem ſchiſmate fuiſſet vniuerſa Eccleſia confundenda. Hinc planè cauſa Principibus malorum omnium, dum non (vt diuinitùs præſcriptum [b] eſt, *ex Sion exibit lex & verbum Domini de Hieruſalem*) ab eo qui præcipuus in Eccleſia Dei conſtitutus eſt doctor & paſtor, legem Dei requirant, ſed aliunde petant ab iis, qui in gratiam ipſorum, loquatur ipſis placentia. de quibus eſt iuſta lamentatio Hieremiæ, quaſi ex his proueniat Regnorum perditio atq; demolitio ciuitatum, dicentis: [c] *Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitẽtiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas & deiectiones.* vt quicquid Reges peccent inconceſſa tentando, inuadendo Eccleſiæ iura, excuſentur, & quod eſt deterius, defendantur ab illis, qui ab ipſis ſperat aurũ, vel vt conſequantur honores; vt ſæpe cõtingat, anginâ aureâ laborantem Demoſthenem, reddi penitùs ineloquẽtem, ſed præſtare facũdiâ ſi agat pro Rege Macedonũ. Sed ſciãt Principes, nullos his truculẽtiores infeſtos habere ho-

[b] *Eſa. 3.*

[c] *Thren. 2.*

MALI CONSVLTORES BONOS PRINCIPES PERDVNT ET REGNA.

ſtes,& pati barbaros inimicos; vtpote qui cum abſque piaculo eos Eccleſiæ tentari docent, Deum ab ipſis defenſorem auertant, & conſtruant inimicũ; roborent è contra vires hoſtium, & faciant fortiores,& penitùs inſuperabiles.

XLVI. At quod pertinet ad ipſum de quo agimus Ludouicum Imperatorem: etſi viſus ſit ad breue tempus horum conſilijs inhæſiſſe, vt ad Romanũ Pontificem eius argumenti litteras ſcriberet: vbi autem ipſum longè ab his diſcrepare cognouit, à cœptis penitus deſtitit, nec efferre pedem vllo modo præſumpſit præter ipſius voluntatem, pietate vbique præſtans: prout quæ de ipſo inferius vſque ad obitum dicturi ſumus, aperiẽt. Modò autem cœptam proſequentes hiſtoriam, & reddamus epiſtolam, quam tunc ipſe ſcripſit ad Eugenium Papam, cùm ſcriptas ab illis nomine Pontificis litteras ad eum miſit, eaſdem ad Imperatores Oriẽtis dandas, eùm vnà ſimul cum eis Legatos Romam ea de cauſa ad ipſum direxit. Continentur eodem libello, *Synodus Pariſienſis*, inſcripto. ſic enim ſe habent [b].

[a] *Synod. Pariſ. pag. 153.*

XLVII. EPIST. LVDOVICI IMP. AD EVGENIVM PAPAM.

Sanctiſſimo, reuerendiſſimo Domino in Chriſto Patri Eugenio ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ HLudouicus & HLotarius diuina ordinante prouidentiâ Imperatores & Augusti, ſpirituales filij veſtri, ſempiternam in Domino noſtro Ieſu Chriſto ſalutem.

Quia veraciter nos debitores eſſe cognouimus, vt his quibus regimen Eccleſiarũ, & omnium Dominicarum cura commiſſa eſt, in omnibus cauſis ad diuinum cultum pertinentibus opem & auxilium pro qualitate virium noſtrarum & intellectus noſtri capacitate feramus: idcircò prætermittere nequiuimus, quin tũc quandò Legati Græcorum nobis manifeſtauerunt, qualem ad vos deberent perferre legationem, ſummâ cura ac ſolicitudine tractaremus, quale vobis adiutoriũ in hoc negocio cum Dei auxilio exhibere potuiſſemus. Et ob hoc à veſtra ſanctitate petiuimus, vt ſacerdotibus noſtris liceret de libris ſanctorum Patrum ſententias quærere atque colligere, quæ ad eamdem rem, pro qua ijdem Legati vos conſulturi erant, veraciter definiendam, conuenire potuiſſent.

XLVIII. DE LEGATIS ROMAM MISSIS AD EVGENIVM PAP.

Quas cum illi iuxta conceſſam etiam a vobis licentiam ſolerter inquirerent, & diuinâ opitulante gratiâ, quicquid inuenire tam breui temporis ſpacio potuerunt, collegiſſent, nobis ea perlegenda direxerũt. Quibus perlectis, ea veſtra ſanctitati legenda atq; examinanda per hos Legatos noſtros Hieremiã, ac Ionam venerabiles Epiſcopos mittere curauimus; cum quibus, ſi veſtra paternitas dignum duxerit, de eadem legatione, quæ in Græciam à vobis mittenda eſt, non inutilem, ſed potius proficuam collationem habere poteſtis, quia [illegible] ſacris ſunt litteris admodum eruditi, & in rationibus diſputatorijs non minimum exercitati. Quos non ob hoc ad veſtræ almitatis præſentiã cum memoratis ſententiarum collectionibus miſimus, vt hic aliquo velut magiſterij officio fungerentur, aut huc docendi gratiâ directi putarentur: quia ſicut iam commemorati ſumus, nos debitores exiſtere, vt huic ſacratiſſimæ Sedi in quibuſcumq; negocijs auxilium ferre debeamus. Ideò & hos Miſſos, & quas deferunt litteras, ſi quid vobis adiutorij conferre potuiſſent, mittere dignum duximus. Hos veſtræ ſanctitati commendamus, vt & benignam apud vos receptionem, & familiariter vobiſcum loquendi locum inueniant.

XLIX. *Nouit quippe ſanctitas veſtra, qualiter populus Græcorum in hac imaginum veneratione diuiſus ſit. Ideò rogamus, vt almitas veſtra curam & diligentiam adhibere dignetur, quomodo per veſtram ſaluberrimam doctrinam, atque admonitionem magis ad concordiam & vnitatem reuocetur, quàm propter hoc ad maiorem diſcordiam & diſſenſionem impellatur. Et ideò cautiſſimè conſiderare debetis, vt legatio veſtra, quam illuc dirigere diſponitis, tantâ prudentiâ, tantoq; moderamine fulta ſit, vt à nemine, neque à Græco, neque à Romano iuſtè valeat reprehendi; ſed talis ſit, qualem ſemper decet in omnibus cauſis ab ipſa ſacratiſſima Sede proficiſci.*

Et ſi veſtræ ſanctitati placet, vt pro hac ipſa legatione Miſsi noſtri ſimul cum veſtris in illas partes dirigantur: & hoc nos tempore cõgruo ſcire permittite. Et non ſolùm hoc, ſed etiam ſi ituri ſunt, vbi, & quando cum veſtris Miſsis ſe iungere debeant. Non ideò tamen de noſtris Miſsis illuc dirigendis interrogamus, quaſi neceſſarium nobis videatur, aut nos veſtros Miſſos hanc legationem per ſe perficere dubitemus, ſed potiùs propter hoc eos vobis offerimus, vt ſciatis nos in omnibus eſſe paratos, quæ huius ſacratiſſimæ Sedis neceſſitas aut voluntas poſtulauerit. Oramus ſanctam & venerabilem paternitatem veſtram, ſemper in Chriſto bene valere, & noſtri ac noſtrorum omnium in ſacroſanctis orationibus meminiſſe, ſanctiſſime ac beatiſſime Pater. hucuſque ad Eugenium Papam Ludouicus ac filius Imperatores. Tunc etiam ipſis Legatis eiuſmodi litteras commonitorias dedit de his quæ ad functionem muneris iniuncti ſpectarent.

L. LVDOVICI IMP. AD LEGATOS ROMAM MITTENDOS ADMONITIO.

Ieremiæ & Ionæ venerabilibus Epiſcopis in Domino ſalutem.

Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi octauo Idus Decembris, deferentes collectiones de libris ſanctorum Patrum, quas in cõuentu apud Pariſios habito ſimul poſiti collegiſtis, quas etiam coram nobis perlegi fecimus. Et quia placuerunt, & ad id propter quod collecta ſunt, neceſſaria atque vtiles a nobis iudicantur, ſub omni celeritate cenſuimus dirigendas. Idcircò admonendo præcipimus ſolertiæ veſtræ, vt priuſquàm de his aliquid domno Apoſtolico indicetis, diligenti curâ eadem vos recenſere curetis; & ea quæ meliùs & aptiùs præſenti negocio conuenire inueneritis, excerpere atque deſcribere, illiq; ad legendum offerre ſtudeatis. Quia enim (vt noſtis) nos ab eo petere voluimus licentiam, quatenùs has collectiones a ſacerdotibus noſtris fieri permitteret: & ideo non potuit prætermitti, quin oſtendatur, quod ex eius permiſſione collectum eſt.

Illud tamẽ ſummoperè præuidete, vt ea de his illi oſtendatis, quæ rationi de imaginibus habendæ per omnia conueniunt, & quod ipſe, vel ſui minimè reijcere valeant. Sed & vos ipſi tam patienter ac modeſtè cum eo de hac cauſa diſputationem habeatis, vt ſummoperè caueatis, ne nimis ei reſiſtendo, eum in aliquam irreuocabilem pertinaciam incidere compellatis; ſed paulatim verbis eius quaſi obſequendo magis, quam apertè reſiſtendo ad menſuram, quæ in habendis imaginibus tenenda eſt, eum deducere valeatis. Et ideò potius efficere contendatis, vt negocium de quo agitur, ad meliorem quam ad peiorem ſtatum, cum Dei adiutorio perducatur.

LI. *Poſtquam verò hanc rationem de earumdem imaginũ cauſa conſummaueritis, ſi tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia* permiſerit, vt ratio inter vos habita aliquo bono & conuenienti fine claudatur, & ille vobis indicauerit, quod Legatos ſuos ob eamdem cauſam in Græciam mittere velit: volumus vt eum interrogetis, ſi ei placeat, vt noſtri Legati pariter cum ſuis in Græciam pergant. Et ſi hoc ei melius viſum fuerit, ſeq; hoc omninò velle reſponderit: tunc volumus vt ſub omni feſtinatione litteris veſtris a vobis ad nos directis, nos inde certos faciatis, ſimulq; & de veſtro aduẽtu ad nos, vt eo tempore, quo vos ad noſtram veneritis præſentiam, Halitgarium & Amalarium nobiſcum inueniatis. Vos autem cum domno Apoſtolico conſiderate, vbi ille, vel quando velit, vt ſui noſtri Legati ad naues conſcendendas ſe iungere debeant. Et hoc nobis per voſmetipſos, tunc, Deo volente, veneritis, annuntiare poteſtis.* hactenùs ſcripta ad Legatos admonitio Ludouici Imperatoris, qui quidem ſuorum conſiliariorum imperitiâ, ne dicam nequitiâ, fermè

* *Pertinacia pro conſtantia hoc ſæculo vſurpari ſolita, inter alios S. Eulogius ſuis docet ſcriptis.*

LVDOVICVS MALO CONSILIO SVORVM IN DISCRIMEN ADDVCITVR.

fermè in tranſuerſum actus, iam labare pedibus viſus eſt, ſed Deus eum cadere non permiſit.

LII. Qua in re mali conſultores ipſius arguendi ſunt magis, vt qui poſt Oecumenicum Nicænum Concilium, poſt Romanum illud ad quod conuocati ſunt (vt dictum eſt) doctiores Epiſcopi Gallicani, poſtque alias itidem Synodos Romæ habitas ea de re aduerſus Iconoclaſtas, poſt tot decretales epiſtolas Romanorum Pōtificum, poſt Hadriani Papæ aduerſus eoſdem Gallos Apologiam ad Carolum Magnum miſſam, poſt reſciſſa Acta illa Francofordienſis Synodi, quibus ab eis impugnatus eſſet idem cultus imaginum, poſt etiam (ne hoc prętermittamus) Orthodorum Orientalium doctiſſima ſcripta, & per tot confeſſores effuſum ſanguinem, atque conſummata martyria, poſt denique conſenſum quatuor ſedium Patriarchalium, totiuſque Catholicæ Eccleſiæ, ipſi adhuc ſuæ ipſorum pertinaciæ immobiles hactenùs inhærerent, & alios, ipſamq; Apoſtolicam Sedem, ſi licuiſſet, in eumdem ſecum errorē adducere adeò laborarent.

LIII. *Eugenius Papa prædeceſſorum ſuorum inhæſit veſtigiis.*

Quod autem ad Eugenium Pontificem ſpectat, certum eſt nec minimum quidem deflexiſſe à maiorum ſuorum confirmata traditione, ſcriptiſque ſententia. Immò & coniectura eſt, eâ quâ par erat ſeueritate, redarguiſſe Legatos illos, cùm numquā poſt hæc reperiantur ipſi vel alij Occidentalis Eccleſiæ ea ex cauſa vel verbum feciſſe. Licèt enim quæ tranſacta ſint Romæ, cùm Legati conuenere Pontificem, haud ſcriptis prodita reperiantur: tamen nihil per Eugenium Papam innouatum eſſe certò certiùs affirmatur. Quomodo enim non toto orbe terrarum vulgatum fuiſſet, atque ore omnium conclamatum tam in Oriēte, quàm in Occidente, & à Catholicis & ab hæreticis ſi Eugenius Papa ex quorumdam Gallorum perſuaſus ſcriptis, ſeptimam Oecumenicam Synodum condemnaſſet, & Hadrianum vnà cum omnibus ſucceſſoribus Romanis Pontificibus eam cōfirmantibus pari ſententiâ affeciſſet? Quod autem directam legationem ſequenti anno ab ipſo Romano Pontifice ad Ludouicum Imperatorem, Francorum Annales ſub eodem Ludouico conſcripti teſtentur, licèt quid detulerit, nihil dicant: tamen veriſimile valdè videtur, ad hoc legationem ab Eugenio in Galliam miſſam, quo ab aſſertis erroribus reuocaret Pontifex Ludouicum. Nam ſi illi acquieſcere voluiſſet, in Orientem potiùs ex eius ſententia vnà cū ſuis legationem miſiſſet. Inhæſiſſe quidem omniū ſuorum prædeceſſorū veſtigijs Eugenium Papam, ex præfatione ad ſeptimam Synodum ab Anaſtaſio Bibliothecario ſcripta ad Ioannem octauū Romanum Pōtificem ſatis certè intelligi poteſt, dum ab eo aſſeritur, inconcuſſam ſemper manſiſſe Apoſtolicæ Sedis eamdem aſſertionem de cultu ſanctarum imaginum: ſimulque traditur, Gallorum aliquos ad ſua tempora in eodem errore perſeueraſſe, & per Romanum Pontificem corrigi hactenùs minimè valuiſſe.

LIV. An autem Legati Ludouici profecti ſint in Orientem ad Michaelem Imperatorem, vt ſtatuerat ipſe, & hoc ignoratur quidem. Verùm etſi profecti ſint, eaque ſcripta detulerint, vel miſerint ab illis congeſta in volumen illud: tamen longè procul abfuit, vt Orthodoxi Orientales eam Gallorum reciperēt de ſacris imaginibus trāſactionem quam diximus. Id enim diſces ex Theodori Studitæ epiſtola ad Nicetam monachum data, à quo librum acceperat eiuſmodi doctrinam continentem, ſic reſpondentis ad ipſum [a].

[a] Theod. l. 2. epiſt. 172. Cod. Colu.

Quem ſanctitas veſtra per religioſiſſimum Metropolitam ad nos librum miſit, legimus. Et profectò qui hunc ſcripſit, in venerandarum imaginum dogmate non rectè ſentit. hæc enim ait: Ineffabilem, & incomprehenſam Dei erga nos humanitatem, & ſacros Sanctorum agones in litteris quidem ſacris laudari ſancimus, nullo figmento quantum in nobis eſt, vel pictura quaſi latentes: permittimus autem ſimplicioribus, cum imperfectiores illi ſint, ex congenita ipſorum perſuaſione, etiam aſpectu eis cōmenſurato, talia introductionis ergò cognoſcere. Quid ergò ad hæc dicemus? Primùm quidem vnius & abſolutæ, nec additionem vllam detractationemue admittentis Fidei noſtræ diuiſionem inducere, vt qui ſibi quidem informationem ex ſacris litteris vendicet, ſimplicioribus autem videlicet & imperfectioribus ex figmentis & picturis diſciplinam attribuat. Deinde ſibi quidem perfectionem gratiæ adaptet, alijs verò Iudaicam relinquat infantiam, qui cōgenitâ & connaturali inductione indigeant. Igitur per ipſum mentitur Apoſtolus, dicens: [b] *Non eſt Iudæus neq; Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque femina: omnes enim vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Sin autem verum dicit, vt certè dicit, & vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma: quænam eſt hæc inanis diuiſio in ſegmēta duo inæqualia gentem ſanctam, regale ſacerdotium diſtingui, & alios quidem perfectioris partis eſſe, alios inferioris? Deinde quoniam vnuſquiſque ſenſu præditus perfectionem expetit, odio dignum ducit quod imperfectum eſt, atque hinc neceſſariò ſuperuacuum eſt dogma picturæ.*

Non recepta ab Orientalibus Gallorum tranſactio.

[b] Gal. 3.

LV. *Pictura ſicut et ſcriptura retinenda.*

Aduerſatur & quàm maximè Magno Baſilio, non aſſentiens, nec eadem faciens, quæ ille ex æquo docuit: Quæ enim, inquit, hiſtoriæ ſermo per aures repræſentat, hæc pictura ſilens per imitationem oſtendit. Repugnat ergo vir egregius ſacris ſcripturis, ſicut & ſummo Patri. & dum alium in hoc ipſo dogmate corrigere ſtudet, ipſe friuola dixiſſe deprehenditur, & hanc ob cauſam prorſus quidem tales nugas deſcribimus. Commonefecimus autem diligentiam veſtram, vt eamdem ſequatur regulam Fidei Orthodoxæ, ſciens quemadmodum perfectus quiſque licèt Apoſtolicâ dignitate ornatus ſit, Euangelico eget codice, ita & pictura ſecundum illum expreſſa; quoniam eiuſdem honoris atque adorationis vtrumque. hactenùs Theodotus. Ex quibus vides quàm procul abhorrerent Orthodoxi, vt accepturi eſſent, quæ Galli Romano primùm Pontifici, inde per eum & per Ludouicum Imp. ipſis ſuadere voluiſſent.

LVI. Cæterùm etſi iſta haud parui momenti interceſſerunt inter Ludouicum Imperatorem eiuſque Conſiliarios cum Romano Pontifice: haud quidem eo progreſſa ſunt, vt vel iſti ob eam cauſam ſeparauerint ſe à communione Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, vel Pontifex eos ipſâ priuauerit; nec illi quidem contentioſum funem animo adeò obſtinato traxere, vt aliquid præter illa quæ dicta ſunt aduerſus cultum ſanctarum imaginum ſcriberent, redarguerent, & more hæreticorum ſtudijs indefeſſis animo obſtinato contenderent, ſed magis in eadem Eccleſiæ Catholicæ communione connexi, vni eidemque capiti iuncti, bellum aduerſus Iconomachos conuerterent. Etenim qui eâ legatione functus eſt Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, cōtra impium Hagiomachum hominem ſceleſtiſſimum Claudium Taurinenſem Epiſcopum ſtylum exacuit. Extant quidem Ionæ ipſius qui à Ludouico miſſus Romam functus eſt dictâ nuper legatione ad Eugenium Papam, tres libri aculeati vehementer aduerſus eumdem Claudium ſcripti, quorum primo impugnat fractionem ſacrarum imaginum, ſecundo eumdem vrget impugnantem ſanctæ Crucis adorationem, tertio quo defendit Sanctorum cultum, & peregrinationem Romam

Claudius Taurinen. Hagiomachus.

pro venia peccatorum: quæ cuncta adeò feliciter præſtitit, vt fortioribus enthimematum ſpiculis ſibilantem linguâ triſulcâ draconem extinxerit.

LVII. [a] *Vualfrid. Strab. de reb. Eccleſ. cap. 8.* DAMNATVR CLAVDIVS ETIAM A LVDOVICO IMP. * in nūmo

Sed audi quid de eodem Claudio habeat Vualfridus [a] Strabo: *Ipſa*, inquit, *deniq; querela Græcorum temporibus bonæ memoriæ Ludouici Imperatoris in Franciam perlata, eiuſdem Principis prouidentiâ ſcriptis ſynodalibus eſt confutata. Quã etiam Claudius quidem Taurinenſis Epiſcopus, ſed in veritatis itinere, nominis ſui ſimilitudine nutabundus, inter cæteras vanitatum ſuarum ineptias, cupiens renouare: antequam diuerſorum contra eum ſcribentium telis perfoderetur, ſuo iudicio damnatus interijt. Et fortaſſe qui Imperatoris fidelium, veluti * in numero contempſit imaginem, ante tribunal ipſius, proteruitatis ſuæ pariter & inquietudinis pœnas exoluit. Non enim leuem iniuriam ſæculi potentes ſibi putant illatam, ſi imaginem ſuam vel nomen in quolibet numiſmate à ſubiectis deſpici cognouerint & calcari.* hæc de Claudio Iconoclaſta Vualfridus his temporibus viuens.

LVIII. CLAVDIVS DISCIPVLVS FELICIS HÆRETICI.

Porrò hunc ipſum (vt rem altiùs repetamus) fuiſſe diſcipulum Felicis illius damnati in Concilio Francofordienſi, Ionas affirmat, de quo hæc ait: *Ludouico feliciter imperante, idem Felix in quodam diſcipulo ſuo nomine Claudio, vtpote* (vt *verbis beati Hieronymi vtar*) *Euphorbus in Pythagora renaſcitur.* Sed quando qualis intùs erat, eſt detectus ter quaterq; impius, vt qui Arij & Neſtorij, Vigilantij & Euſtatij (vt idem Ionas ait) hæreſeôs ſectator eſſet; de cuius primordijs ex ipſo Iona eſt petenda narratio, qui in præfatione ad Carolum Ludouici filiũ ſcripta trium librorum quos aduerſus eum cõſcripſit, iſta de ipſo habet: *Is namque* (Ludouicus videlicèt Imperator) *dilectiſſimus Princeps inter cætera bonitatis ſuæ ſtudia erga diuinum cultum amplificandum multiplici modo feruentia, quemdam presbyterum natione Hiſpanum, nomine Claudium, qui aliquid temporis in palatio ſuo in presbyteratus militauerat honore, cui in explanandis ſanctorum Euangelicorum lectionibus, quantulacumq; notitia ineſſe videbatur, vt Italicæ plebis, quæ magna ex parte à ſanctorum Euangeliorum ſenſibus procul aberat, ſacra doctrina conſultum ferret, Taurinenſi præſulem ſubrogari fecit Eccleſiæ.*

LIX. THEODOMIRVS ABBAS CORRIGIT CLAVDIVM HÆRETICVM.

Sed quàm peſtiferum dogma & ab Eccleſiæ auctoritate obhorrens in plebem ſibi transfuderit commiſſam, libellus quem ad Theodomirum venerabilem Abbatem, ſe caritate imperante, corrigentem, eumq; à ſuperſtitioſa doctrina auertere volentem, ſcripſit, eumdem legere & noſſe volentibus, patenter demonſtrat. In quo inter alia iſta legũtur: *Hæc autem*, inquit, *idcircò peruenit, quia poſtquam coactus ſuſcepi ſarcinam paſtoralis officij, miſſus à pio Principe ſanctæ Dei Eccleſiæ filio Ludouico, veni in Italiam, ciuitatem Taurini, inueni omnes baſilicas, contra ordinem veritatis ſordibus anathematum, & imaginibus plenas. Et quia quod homines colebant, ego deſtruere ſolus cœpi: idcircò aperuerũt omnes ora ſua ad blaſphemandum me, & niſi adiuuiſſet me Dominus, viuum deglutiſſent me.* iſta impius Iconoclaſta docens, quibus indignationem incurrit Paſchalis Pontificis, ſub quo iſta ſunt patefacta: quod teſtatus eſt ſuo illo ſcripto Theodomirus; ſed mortuo Paſchali Papa, Claudius ſcripſit Apologeticũ aduerſus Theodomirum Abbatem. Quâ verò occaſione ipſe Ionas aduerſus eumdem tres libros illos conſcripſit: ab ipſo ſic accipe.

LX. CLAVDII APOLOGETICVS ADVERSVS THEODOMIRVM.

Memoratus deniq; libellus, Apologeticus ipſe dictus, *eidem domino noſtro, genitori veſtro ſinceriſſimè ac religioſiſſimè Orthodoxam Fidem colenti, ob defenſionem ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ ab eodem Claudio* (*ſicut textus ſuarum litterarum prodit*) *hoſtiliter impugnabatur, delatus eſt. Qui ab eo, ſuiſq; palatij prudentiſſimis viris examinatus, iuſto iudicio eſt repudiatus. Quem licet ego non legerim, nec viderim, quoddam tamen ex eo Excerptum, eodem genitore veſtro mittente, ſuſcepi; præcipiens, admonens memoratus Deo carus Cæſar, vt ad refellenda, & improbãda eiuſdem Claudij quæ in eodem Excerpto peruerſiſſima continebantur dicta, & in blaſphemiam vituperationemq; ſanctæ Dei Eccleſiæ irreuerenter erant iaculata, ſecundum tenuitatem ſenſus mei* (*quantum Deus annuiſſet*) *nullatenùs reſcribere omitterem.*

LXI. * digerere IONAS EPISC. AVRELIANENSIS CONTRA CLAVDIVM SCRIBIT. [b] *Exo. 17.*

*Cuius iuſſioni libentiſſimè parens, prout Deus poſſe dedit, & facultas temporis ſiuit, quoddam opuſculum * dirigere cœperam, & magna ex parte digeſſeram. Sed audiens eumdem Claudium iuxta humanam conditionem vltimum clauſiſſe diem, ab eodem opere perficiendo, ſtylum meum feriandum ſtatui. Rebar enim, quod illo moriente, pariter eius error nõ comparuiſſet ſecundum Domini ſententiam dicentis:* [b] *Delebo memoriam Amalech de ſub cœlo: nihilo minus memoria illius peruerſa doctrina deleta fuiſſet in omnium virorum prudentium pectore. Sed quia, vt relatione veridicâ didici, non modò error de quo agitur in diſcipulorum ſuorum mentibus reuiuiſcit, quin potiùs, eo docete, hæreſis Ariana pullulare deprehenditur, de qua fertur quædam monumenta librorum congeſſiſſe, & ad ſimplicitatem, puritatemq; Fidei Catholicæ & Apoſtolicæ oppugnandam in armario Epiſcopij ſui clandeſtinâ calliditate reliquiſſe: non ſum auſus, quin monitu & hortatu filiorum ſanctæ Dei Eccleſiæ, opus quod prætermiſeram, enucleatim diſcutiendum repeterem*, &c. Sic igitur iaculis confoſſus Ionæ Aurelianenſis Epiſcopi ſerpens venenatus interijt.

LXII.

Verùm ſic Ionas confecit beſtiam, vt tamen ab Eccleſia Catholica præmio dignus minimè fuerit iudicatus; quippe qui etſi pugnauit aduerſus Iconoclaſtas, non tamen è caſtris Eccleſiæ Orthodoxæ, à qua errore priſtino ex parte diſſenſit, dum ita non confringendas eſſe prædicauit imagines, vt tamen eas non eſſe venerandas aſſereret, ex eorum claſſe vnus ipſe qui ad ornatum dumtaxat & ad inſtruendum de rebus geſtis fideles, nõ autem ad venerationem eſſe debere imagines in Eccleſia ſenſit. quem vnà cum alijs eiuſdem ſectæ gregalibus ſuperiùs confutauimus.

Extat epiſtola perbreuis Lupi Abbatis Ferrariẽſis ad eumdem Ionam conſcripta, cùm ille eiuſmodi ſuam lucubrationem ad eum, vt cognoſceret atque emendaret, miſiſſet. qui tamen ſuſpendit iudicium ſuum, ſic ad eum ſcribens [c]. [c] *Lup. ep. 27.*

Excellentiſſimo Præſuli Ionæ Lupus æternam in Domino ſalutem.

Librum veſtrum, ſicut rogaſti, excurrimus. Sed vt parciſſimè dicamus, immutare in eo nihil voluimus, vt operis veſtri ſitis ipſi correctores cuius eſtis auctores: ſiquidẽ expendenda nobis fuit teneritudinis & tenuitatis noſtræ ratio, & ætatis ac ordinis veſtri habenda conſideratio; nec facilitatem ac delectationem quandam reprehendi, quam in quibuſdam notare ſolemus, debuimus imitari. hæc Lupus, cuius & aliæ extant ad eumdem Ionam epiſtolæ.

LXIII.

Porrò quod pertinet ad eiuſdẽ Ionæ libros aduerſus Claudium, præter illa quæ dicta ſunt, etiam in eo diſplicét, quod nimis & plus quàm decet Eccleſiaſticum tractatorẽ, ſubijcit ipſum ferulæ Priſciani, Grammaticum magis quàm Theologum agens. Aduerſum verò impium Iconoclaſtam non Theodomirus & Ionas tantùm, ſed & Dungalus eiuſdem temporis non ignobilis ſcriptor cõmentarium edidit, quem recondi in Pithœi bibliotheca percepimus. Sed ad hæc pariter ſpectat, quòd idem qui ſupra Lupus Ferrarienſis in epiſtola [d] [d] *Lup. epi. 4.*

quam

qua dedit ad Eginhardum qui vitam Caroli Magni ſcripſit, teſtatur ab ipſo elaboratum librũ de adoranda Cruce. ait enim: *Libellum de adoranda Cruce, meo iudicio, vtiliſſimum quem meo nomini dedicaſti, vt par fuit, amplexus ſum.* occaſionem autem illum ſcribendi, extitiſſe Claudij impietatem damnantem venerationem ſanctæ Crucis, nemini dubium eſſe poteſt. Sed omnia tunc in Claudium ſcripta, nunc verberant ter miſeros Nouatores inimicos Crucis Chriſti, perfidos Iconoclaſtas. Ex his intelligis Lector, cur cum errore ſuo illi vſque ad reſipiſcentiã tolerati ſunt Galli, quod ſcilicet cultores ſanctæ Crucis eſſent, & in aduerſarios cultum Crucis damnantes magno impetu inſilirent.

LXIV. Eodem pariter anno factam liquet translationẽ S. Huberti Epiſcopi Leodienſis ex decreto Synodi Aquiſgranenſis; ita teſtantur in fine Acta vitæ eius.

S. HVBERTI LEODIENSIS EPISC. TRANSLATIO.

De qua etiam hæc apud Molanum: *Anno octingenteſimo vigeſimo quinto prædicto Kalend. Octobris Vulcaudus Epiſcopus cum magna Eccleſiaſtici gradus frequentia corpus ſanctiſſimum ad Audianum ſuæ diœceſis monaſterium in Ardennam tranſtulit. Vbi adhuc miraculorum gloriâ eius declarantur merita, & fidelium deuotione celebrantur beneficia, qui cateruatim tam proximi quàm longinqui eò confluentes in ſuis neceſſitatibus patronum experiuntur.*

Sed ad res Orientales ſe conuertat oratio. Hoc quidem anno qui numeratur quintus Michaelis Imperatoris, mirandum quippiam per magnum illum Anachoretam Ioannicium (de quo ſæpè ſuperiùs mentionem fieri contigit) perpetratum, auctor vitæ ipſius, eiuſdem temporis ſcriptor, ſic in lucem prodidit iſtis verbis: *Iam* (inquit) *agebatur quidem quintus annus Imperij Michaelis, quartuſdecimus autem ex quo Bulgari fecerant expeditionem, & deceſſerat Nicephorus Imperator, à quo tempore multi Romanorum cum patria libertate amiſſa detinebantur captiui in manibus Bulgarorum. Venit itaque in mentem illi benigna ac clementi animæ, ſi quomodo eos poſſet educere è laborioſa illa & afflicta vita. Interrogans autem, accepit carcerem illum in quem illi erant coniecti, eſſe obſcurum & tenebroſum, adeò vt eis vſu veniret, ægrè ferre, quòd non cum patria vitam quoque amiſiſſent, quod quidem eum magis angebat.*

LXV. *Huic ergo propoſito omnibus poſtpoſitis, reliquit quidẽ illam gratam & ſolutam viuendi rationem. Et viâ quæ intercedit, confectâ, non curauit cuſtodes qui eos circumſidebant, ſed non viſus ad eos accedens, ſtatim pro omnibus copijs vſus eſt figurâ Crucis, & ea perfractis vinculis & clauſtris portarum, tamquam ab inferis & vmbra mortis, tamquam Ieſus meus, reuocat eos, qui illic ſedebant, & potat non aquis, ſed ſermonibus ſalutaribus viuificæ doctrinæ, admonens ne eſſent, ſicut patres eorum generatio praua & exaſperans, ſed deinceps ſpem in Deo ponerent, & non obliuiſcerẽtur eius remunerationum, prætereà autem filijs quoque notum facerent illius mirabilia. Deinde cum in luce ſicut Moſes totâ nocte eos traduxiſſet, vſque ad noſtros fines eos tranſmiſit & conſeruauit. Cùm autem viuis aſſerrent, & vrgerent ij qui ſaluati fuerant, & Quis es ô homo Dei, ſæpe rogarent: non celauit quidem nomẽ: dixit autem ſe hanc gratiam ſoli Deo adſcribere. Cum hoc neſcio an ſit conferendum id quod vſu venit ijs qui fugiebant ex Aegypto: Nam illorum quidem inimicos aqua obruit: hi autem conſecuti quod optabant conſequi, nulli fuerunt cauſa calamitatis. Sed & hi domum redeunt, & Sanctum rurſus excipit grata illa quies, & ſilentium in monte Thricalicis.* hæc de his auctor, proſequens res ceteras ab eodem vſque ad obitum præclare geſtas.

CAPTIVI APVD BVLGAROS LIBERATI A S. IOANNICIO.

LXVI. Ad hunc autem, quem ante annum vnà cum Epiſcopis & alijs inuiſit, vt diximus, Theodorus Studita, idem reuerſus eumdem ſanctiſſimum virum memoriâ iugiter verſans eiuſmodi ſcripſit epiſtolam [b]. ſed quod ad Ioannem Eremitam inſcripta ſit; ne putes hunc alium fuiſſe à Ioannicio, nam in fine epiſtolæ ad Theoctiſtum data eumdem ipſum Ioannicium vocat, vt ſuo loco patebit: Ioannes enim proprium erat nomen eius, Ioannicius autem diminutiuè à pueritia dictus, epiſtola ſic ſe habet.

[b] Theod. li. 2 epiſt. 116. Cod. Colũn.

Ioanni Eremitæ.

THEODORI EPISTOLA AD IOANNICIVM.

Poſtquam iucundum ſpectaculum viderit quiſpiam, hoc & poſt ſeceſſum animo ſemper intueri ſolet. Sic & nos humiles, à Deo honorate. ex quo te ſemel vidimus, & locuti tecum ſumus, minimè obliuiſcimur, ſed expreſſum mente gerimus, illum ipſum videre geſtiens hominem Dei, & vultu, & verbis diuinam gratiam ſpirantem, & ad Dei laudes incitantem. Hoc vero adeptus es eremitica ſolitudine, & orationis frequentatione faciem, Moyſis inſtar, reſplendentem gerens ineffabili luce. Vnde & iterum intueri te cupimus, & gratiæ donis quæ in te ſunt, communicare, iuxta ſecundas pacificæ participationis, quâ tu à Deo, & nos à te. Vides quantopere te Deus glorificauit, quoniam tu illum glorificaſti. Sed & glorificabit etiamnũ in fine vitæ curſum dignè conſummantem. Tu verò pro nobis ora peccatoribus, vt vel inchoemus ſalutarem curſum, quippe qui à Deo longè abſumus, atque hic primus orationis exorſus.

LXVII. *Quis ſecundus? de Theoctiſto Eremita, qui quonam modo per hæreticas quaſdam quæſtiones ab Eccleſiæ corpore diuulſus ſit, ipſe noſti melius quàm nos reuerendiſſime: attamen & ipſi nuper ad cellulas veſtras cùm veniſſemus, de viro didicimus ex ijs qui norant. Quin etiam per litteras commonefecimus, hortatiq; ſumus, vt ab obſcuris illis & dæmoniacis ſermonibus abſtineret, & Orthodoxa potius ſentiret, tum de ſanctiſſima Deipara, tum alijs modis. Nunc ergo Nicanor frater noſter ad nos veniens, ad reſipiſcentiam veniſſe virum nuntiauit, velleq; cum Eccleſia conſentire; negare autem ſe litteras meas accepiſſe, ſed & illas optare. Quoniam igitur ſcriptum eſt, Pater ſancte: Qui* [c] *educit dignum ex indigno, ſicut os meum erit:* [d] *Et qui conuertit hominem ab errore viæ ipſius, operiet multitudinem peccatorum: Sanctitatem tuam exurgere oportet, & auxilij manum porrigere erranti: in hoc enim cooperaberis Deo. Qui vero id fiet? Vt Theoctiſtum ad te aduoces, eiq; dicas, & diſſeras congruentia. Et ſiquidem cedere illum videris diuino ſermoni, de me etiam humili ſignifices, eamdem meam mentem eſſe, ſalutis eius deſiderio. Et ſi probabis, Pater, atque ille expetat, ſcribam ad illum appoſitè, vt vtrâque ex parte trahatur, & lucrifiat qui perit. Hac enim vult Deus, huius gratiâ in terram venit, quod perierat quærens reducere; & amoris erga ſe argumentum, proximi amorem nobis conſtituit; omniq; conatu excitari nos conuenit, Pater ſancte: In hunc enim finem, vt ad te ſcriberem, permotus ſum. Quod ſi poſt talem contentionem detrectans non obſequetur: videbit iniquus. Ait Dominus:* [e] *Mittite illos cæci ſunt. Vt igitur direxerit Dominus, iubeat, Pater indicare mihi veneranda epiſtola tua.* hucuſque Theodorus ad Ioannẽ ſiue Ioannicium.

DE THEOCTISTO HÆRETICO CONVERTENDO

[c] Ierem. 15.
[d] Iac. 5.
[e] Matth. 15.

LXVIII. Extat epiſtola illa Theodori ad Theoctiſtum ſcripta [f] quâ redarguit eum, quod ob ſuſpectam eius doctrinam, complures ab eius communione diuiſi ſunt, in qua meminit de alia quadam ante triennium à ſe ad ipſum epiſtola ſcripta cùm Smyrna reuerſus eſſet, nec etiã reſponſum aliquod accepiſſet. Præſtitiſſe autem S. Ioannicium Eremitam, quod ab eo precibus Theodorus vt (vidiſti) exegit, ex eo certum deducimus argumentum,

[f] epiſt. 38.

quod compertum habetur, ipſum Theoctiſtum Eremitam pœnitentem ſuos condemnaſſe errores, & ad ipſum Theodorum libellum miſiſſe ſuæ pœnitentiæ atque rectæ Fidei profeſſionem, quâ acceptâ, vt iam promiſerat Ioannicio, ipſe ad eumdẽ aliam reſcripſit epiſtolam, quæ extat, & ex qua iſta quæ ſcripta ſunt, cõprobantur, ſic enim ſe habet [a].

[a] Theod. li. 2. epiſt. 167.

Theoctiſto Eremitæ.

EPIST. THEODORI AD THEOCTISTVM POENITENTEM.

Acceptâ epiſtolâ tuæ reuerentiæ, cùm eam legiſſem, audiente Epiſcopo, & fratre meo, & fratribus qui vnà erant, gratias egi humilis Domino, qui cor tuum impleuit, vt Fidei ſymbolum rectè perſcriberet. Confiteri enim ſe vetus ac nouum Teſtamentum admittere cum omnibus quæ à ſanctis Patribus tradita ſunt Eccleſiæ, in ſumma eſt Fidei rectitudo. Verùm quoniam hoc dicere poſſunt hæretici, nec tamen iuxtà id quod dicunt, veritatis ſermonem inſtituere comperiuntur: propterea & ex miſſis fratribus, & maximè ex Abbate Soſipatro rem indagauimus, quemadmodùm ipſe tuis litteris poſtularas, eò quòd omnia enuntiare non poſſet epiſtola. Et reperimus, Dei munere, eos referre, Orthodoxa omnia eſſe, quæ per te illis tradita ſunt.

LXIX. *Quænam autem hæc ſunt? oportet enim ſummatim deſignari. Primùm de ſancta Deipara. Aiunt enim dicere te, quòd ante ſæcula ſit Virgo: Hoc cum neges te dicere vel ſentire, ſed confitearis ex viro & fœmina, Ioachim & Anna genitam illam eſſe: rectè ſe habet. Secundum de Domino, quòd crucifixus non ſit: Quandoquidem ergo confiteris, crucifixum illum fuiſſe ſecundùm ſcripturas: benè habet. Tertium de Angelis & dæmonibus, quòd poſt Iudicium iterum futura ſit reſtauratio, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor: Et quoniam hoc negas, confiteriſq́; ſempiternum eſſe & Iudicium & Regnum cælorum: benè habet. Quartum de monacho vno, quòd poſſit à ſupplicio liberare centum & quinquaginta damnatos: Et quia hoc etiam negas, & aſſeris nec pœnitẽtiam eſſe poſt mortem, nec quemquam eſſe qui poſſit à conſtitutis à Deo pœnis eruere: benè habet. Quintum de libro, qui dicitur Antonij, quòd dicas eum recipiendum, in quo ſunt multa impia & blaſphema, ſicut ipſi legentes cognouimus: Et hoc quoniam à te reijci confiteris, tamquam alienum ab Eccleſia Dei, neque illum ampliùs habiturum, neque lecturum, neque eos qui tecum ſunt: benè habet. Et benedictus Deus, qui vos à prædictis ſcandalis purgauit: & benedictum nomen gloriæ eius, quòd tibi perſuaſit, vt diceres, te ruſticanum eſſe & imperitum, & cedere in omnibus, & credere verbo humilitatis meæ.*

LXX. VERÆ FIDEI CONFESSIO SVCCINCTA.

Ego verò nihil præter ea quæ diuinitùs reuelata ſunt ſanctis Apoſtolis, poſteris & Patribus, ſuadebo vel præſcribam: ſed hoc ipſum quod ſcripſiſti, credere te in ſanctam Trinitatem indiuiſam quidem ſecundùm ſubſtantiam, diſtinctam autem characteribus in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum vnum Deum, vnum Dominum, ſicut & vna eſt Fides. eſt porrò & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Deus, non tres dij, abſit, ſed vnus Deus quemadmodum & Dominus. Hoc Theologiæ dogma. De œconomia autem credere, quòd vnus è Trinitate, Patris voluntate, & cooperatione ſancti Spiritus incarnatus eſt ex ſancta Deipara, præingreſſo in eam Spiritu ſancto, & obumbrante altiſſimi virtute, iuxtà Euangelium, ex qua & natus eſt homo perfectus idem & perfectus Deus, vnus hypoſtaſi, duplex naturâ, ſicut & diuini Patres & ſancta ſeptẽ Oecumenicæ Synodi expoſuerunt. Confiteri etiam Virginem Deiparam eſſe, omnibus ſublimiorem, & honore præſtantiorem: quæ & materno more intercedere poſſit apud Filium ſuum & Dominum pro mundo. Confiteri etiam Angelos ſicut Angelos, quòd & ipſi orent pro omnibus hominib. Et dæmonum genus impermixtum in ſæcula ſempiterna. Eoſdem proprium domicilium per apoſtaſiam reliquiſſe, iuſtiſq́; ſupplicijs à Deo damnatos eſſe. Confiteri etiam Sanctos omnes velut Dei famulos intercedere apud Deum poſſe ad ſalutem noſtram.

Ad hæc confiteri ſanctas imagines, tum ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti, tum Matris eius, Angelorũq́; & omniũ Sanctorum adorare & recipere iuxtà quæ ſancta Synodus Nicæna ſanxit. Anathema dicere omnibus hæreticis, quibus anathema dictum eſt à Synodis. Prædicare omnes Orthodoxos, qui ab eis laudati ſunt. Hæc eſt vera Fides Chriſtianorum. Præter hæc qui ſentit, anathema ſit à Deo Patre & Filio & Spiritu ſancto: Quoniam [b] licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præter id quod Euangelizauimus, anathema ſit, vt antè dixi & iterùm dico: Si quis vobis annuntiet præter id quod accepiſtis: anathema ſit. Quoniam ergò ſigillatim hæc prodidiſti in litteris tuis: neceſſe prorſus eſt, confitearis te ita ſentire. Hoc verò qui fiet? Si ad finem epiſtolæ huius ſubſcribas iuxta inſertum in ea pittacium, atque ita pax quæ excedit omnem intelligentiam, cuſtodiet & reget nos & vos in vno ſpiritu in vno corde, vt credamus, & adoremus ſanctam Trinitatem ad ſalutem tùm propriarũ animarum, tùm diuiſi in duas partes populi, coram Domino Ioannicio ſpiritali Patre noſtro, & venerando Patre & fratre noſtro. hactenus Theodori epiſtola, & fortaſſe vltima ab ipſo data. ſiquidem anno ſequenti (vt ſuo loco dicturi ſumus) ex hac vita eum migrare contigit.

LXXI.

[b] Gal. 1.

LXXII. INGENS MIRACVLVM DE EPIST. THEODORI STVDITÆ.

Ceterùm quanti faciendæ ſint epiſtolæ eiuſdem ſanctiſſimi viri, Deus ipſe inſigni miraculo cõprobauit, quod inter alia Michael Studita eius diſcipulus ſcriptor fidelis ita deſcribit: *Narrabat præterea diuino Sophronio mulier quædam genere nobilis miraculum quod ſibi acciderat, in hunc modum: Inuaſerat (inquit) domum meam, quæ in Rhabdo eſt, incendium, quam circum totam complexo igni, propiùs nihil erat, quàm vt omnes meas facultates flammis abſumi viderem. Nec iniecta vis aquæ, nec machina vlla ad reſtinguẽdum apta domare flammas poterant, tanto impetu cuncta comprehenderant. In hoc rerum articulo ſubijt animum, Patris epiſtolam, quã ad me nuper miſerat, è pera tollere atque in ignem inijcere, ſi fortè illam reueritus, vehementem illum impetum aliquo modo repelleret. Vt ergò ad rem veni & venerandas litteras flammæ inieci, hoc ſimul inclamans: Sancte Theodore adiuua periclitantem famulam tuam: videre mox fuit atrocem illam vim ignis reſtinctam ſubitò languere, ac cinerem ſolum fumumq́; poſt ſe relinquere. Quis noſtrâ aut vllâ vmquã memoriâ tantum ex parua epiſtola miraculum audiuit? Nihil eſt, ſi cum hoc conferatur quicquid vſpiam miraculorum fingi aut excogitari poteſt. Quare æquum non eſt, vt rei magnitudinem deſerat tenuitas orationis: omnem enim dicendi vim atque artem vincit, longeq́; ſuperat operum dignitas & amplitudo.* hæc ipſe. Pergit alia inſignia enarrare miracula, ſed hoc modo ſatis.

LXXIII. THEODORI EPISTOLARVM EXCELLENTIA.

Ex his tu, Lector, intelligas, quot Theodori hiſtoricis epiſtolis Annales intexti ſunt, tot eoſdem pretioſiſſimis, velut contextam coronam micare gemmis. Sed & ſi earum vim conſideres, totidem eſſe fulmina cælitus miſſa dices, quibus omnes Hagiomachi, & Iconomachi ſtolidi Nouatores, fæces hæreticorum percuſſi validè, penitùs conterantur. Nam vel vnum hunc oſtendere Catholici dogmatis defenſorem, virum Dei amicum, ſapientiâ & ſcientiâ affatim præditum, iteratis crebrò confeſſionibus celebrem, ſanguine ſæpè fuſo decorum, vitâque ab adoleſcentia optimis moribus inſtitutâ fulgentem, ingentibuſque miraculis illuſtratum, ad victoriam ſatis, cùm ab illorum parte nonniſi ſceleſtiſſimos omniũ homines habeant, quos oſtendant.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 826.

EVGENII PAP. II. Annus. 3. LVDOVICI 13. MICHAEL. BALB. 6. IMPP.

L

CHRISTI Redéptoris annus octingenteſimus vigeſimusſextus Indictione quartâ incipit, quo Romæ ab Eugenio Papa conuocata eſt Synodus ſexagintatrium Epiſcoporum. Quæ quidem cùm nondum in lucem prodierit, hic ſingulorum canonum indicem ſaltem deſcribendum putauimus, atque primùm Epiſcoporum nomina, licet nonnihil deprauata, qui eidem Synodo interfuerunt, facta trium exemplarium collatione, eius autem ſic ſe habet exordium.

CONCILIVM ROMANVM SVB EVGENIO PAPA II.

In nomine Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante D. N. piiſſimo Auguſto Ludouico à Deo coronato Imperatore anno xiij. & P. C. eius anno xiij. & HLothario Imperatore eius filio anno .... Indictione quartâ, menſis Nouembris die xv. Eugenius ſanctiſſimus, ac perbeatiſſimus, & vniuerſalis Papa, coram vniuerſis Epiſcopis, videlicet:

Petronatio Archiepiſcopo Rauennate.
Leopardo Epiſcopo *Foroſronate.* (*Foroſempronate)
Paſſino Blerana.
Romoaldo Anagnia.
Lamperto Aretino.
Ioanne Siluacandida.
Stephano Portuenſe.
Benedicto Albanenſe.
Caſario Oſtienſe.
Georgio Sabinenſe.
Gregorio Velitrenſe.
Conſtantino Praneſtino.
Romano Cærenſe.
Grunſolpho *Freſulene.* (*Feſulenſe)
Paulino Senogallienſe.
Guriperto *Populenſe.* (*Populonienſe)
Petro Senenſe.
Valeriano Sutrienſe.
Stephano Ariminenſe.
Germano Auximano.
Paſſino Callienſe.
Stephano *Oſtenſe.* (*Ortenſe)
Andrea Cluſenſe.
Stabili Caſtello Felicitatis.
Aliperto Orbinetenſe.
**Baſtiano Suanenſe.* (*Sebaſtiano)
Alfredo Balneoregient.
Paulo *Tiburenſe.* (*Tribenſe)
Petro Centumcellenſe.
Agatho Montis Feretri.
Agatho Polimartienſe.
Maio Aſicienſe.
Lintardo Nucernenſe.
Petro Lucano.
Petroaldo *Lurienſe.* (*Curienſe)
Aliprando Florentino.
Lamprando Piſtorienſe.
Theodorico Peruſino.
Donato Gallenſe.
Godemundo Tuſcanenſe.
**Ramperto Roſſellenſe.* (*Rauperti)
Tigrino *Ananctano.* (*Anconitano)
Agriperto .....
Ioanne Piſano.
Benenato Eugubienſe.
Lupo *Furrenſe.* (*Firmenſe)

A *Petro* *Bollutarenſe.* (*Volaterrenſe)
Sebaſtiano *Burenſe.* (*Barenſe)
Dominico Piſaurienſe.
Ioanne Eſinate.
Leonino è Tribus tabernis.
Gratioſo Nepeſino.
Ioanne Tudertino.
Eleutherio Priuernate.
Benedicto Amerino.
Theodoſio Manturanenſe.
Hadriano Falaritano.
Samuelo .....
Hadriano Signino.
Coſma *Humane.* (*Numentanæ)
B *Mariano Vrbinate.*

II.

Atque venerabilibus presbyteris.

Ioanno Archipresbytero.
Donho presbytero.
Benedicto.
Simeonè.
Georgio.
Gregorio.
Anaſtaſio.
Benedicto.
Gregorio, alias Georgio.
Vrſo.
Creſcentio.
Simeone.
C *Iouiniano.*
Anaſtaſio.
Benedicto.
Marino.
Vrſo.

III.

Coram ſanctiſſimo corpore beati principis Apoſtolorum præſidens ipſe Apoſtolicus aſtantibus quoque diaconibus, quorum nomina ſunt hæc:

Valentinus Archidiaconus.
Theodorus diaconus.
Lio.
Fauſtus.
Leontius.

Dixit. Cum ſimus Dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores, ſtudioſe nos conuenit Dei præſidio pro eorum ſemper cogitare *ſolicite,* (*ſalute) &c. ſunt quidē ſumpta, paucis immutatis ex Concilio Gregorij ſecundi. Sicut & hæc Eugenij à Leone quarto Pontifice ſunt repetita in Synodo ab ipſo celebrata, aliquibus additis. Porro ſub hac Synodo conſtituti reperiuntur trigintaocto canones, quorū hic tibi tituli deſcribuntur. videlicet:

Vt Epiſcopus bono approbatus opere ordinetur.
Vt nullus Epiſcopus aliusve ſacerdos muneribus ordinetur.
Qualiter Epiſcopum docere, & conſiſtere oportet.
De indoctis ſacerdotibus.
Vt in eligendis Epiſcopis canonum regula ſeruentur.
E ne Principes præter ius faſque aliquid ſibi ſumant.
Vt Epiſcopi extrà proprias parochias non morentur.

IIII.

Vbi clerici conſiſtere debeant: qui quidem canon ſic ſe habet: [a] *Neceſſaria enim reſcripſit, vt iuxta Eccleſiam clauſtra conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis Eccleſiaſticis vacent. Itaq; omnibus vnum ſit refectorium ac dormitoriū, ſeu cetera officina ad vſus clericorum neceſſaria. Miniſtri verò poſt Epiſcopum ſuper eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornent, quàm dehoneſtent.* & infra cap. x. ead. q. 1. prohibentur omnino in domibus ſæcularib. ſacerdotes habitare.

(a 12. q. 1. Neceſſaria. DE CLERICORVM DOMICILIO.)

De ſacerdotibus in ſubiectis baptiſmalibus plebibus cōſtitutis.
Vt clerici non plures quàm ſufficiant, ordinentur.

De ſa-

De ſacerdotibus qui in Eccleſijs vel monaſterijs non habitent.

Ne ſacerdos aliquo ludo delectetur.

Vt ſacerdotes fœnoris aliquid, aut ruſtica miniſteria nō exerceant.

Si ſacerdotes teſtimonium dicant, vt coram Epiſcopis tātùm pro ea re conueniri poſſint.

Vbi ſacerdotem poſt condemnationem eſſe oporteat.

De ſuſpectis ſacerdotibus, vt admoneantur ab Epiſcopis.

Vt Epiſcopis de ſubiectis plebibus alijsq́ pijs locis nihil liceat auferre.

De presbyteris qui oblationem alterius recipere nolunt.

Quā auctoritate dimiſſoria fiant, vt credantur.

Vt Epiſcopi & vniuerſi ſacerdotes habeant aduocatos.

De his qui aduocatos inuenire nequeunt.

De monaſterio vel Oratorio, quod à proprio domino ſoli ædificatum eſt.

De inuaſione quaſi pro parte Eccleſiæ facta.

De xenodochijs, & alijs ſimilibus locis.

V. *De pijs locis quæ ſine presbyteris exiſtunt, nempe vt teneātur loca pia ſæcularia ſuſcipere presbyterum illis ab Epiſcopo præpoſitū, ſi ipſi ſæculares infra tres menſes presbyterum præficere ipſis locis pijs neglexerint.*

De deſtructis Eccleſijs, vt ab ijs qui eas poſſident reædificentur, & ſi non ſufficiant, à populo adiuuentur.

Si Epiſcopus à ſubiectis ſacerdotibus & clericis dominationes exigat.

Quales Abbates ſint conſtituendi.

De monachis qui ſolo habitu exiſtunt, & non vitâ viuūt.

De religioſo habitu fœminis conſiſtentibus ne viris ſociari permittantur.

De negocijs & laborationibus die Dominico non faciendis.

De criminalibus cauſis & furtis ceteriſq́ ſimilib. die Dominico inuentis.

De his qui ſine oſtenſione criminis inuiti monaſterio ſunt introducti.

Vt laici ad Miſſas audiendas in presbyterium non intrent.

De ſcholis reparandis pro ſtudio litterarum.

VI. DIEBVS FESTIS NON DVCENDÆ CHOREÆ.

De conuiuijs feſtis diebus non faciendis, iſtis verbis: *Sunt quidam, & maximè mulieres, qui feſtis ac ſacris diebus atque Sanctorum natalitijs, non pro eorum quibus delectantur deſiderijs aduenire, ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo & ducendo, ſimilitudinem Paganorum peragendo, aduenire procurant; tales enim ſi cum minoribus veniant ad Eccleſiam peccatis, cum maioribus reuertūtur*, &c. adiecit his excommunicationé *Leo quartus, ſi admoniti non ceſſarent.

* *Apud Iuō. part. 2. cap. 77.*

De his qui adhibitam ſibi vxorem reliquerunt, & aliā ſociarunt.

Non licere vno tempore duas habere vxores, ſiue concubinam cum vxore.

De inceſtis & inutilibus contractionibus.

hucuſque canones ſub Eugenio in dicto, hoc anno, celebrato Romæ Concilio. Sequuntur in Codice ſcripto quæ Leo poſteà adiecit ex Romano Concilio ſuo tempore celebrato.

VII. Portò apud Gratianum extant Eugenij diuerſis ſub titulis collocata decreta, quæ non omnia ſpectant ad Eugenium ſecundum, ſed aliqua ad tertium ſunt referenda. Rursùs autem tomo ſecundo Conciliorum veteris editionis nouem præterea capitula recenſentur ſub hoc titulo: *Eiuſdem Eugenij Papæ decreta ex Concilio Rhemenſi*; ſed ea potius pertinere ad Eugenium tertium, ſuo loco dicturi ſumus.

Hoc eodem anno factam eſſe tranſlationem reliquiarum ſancti Sebaſtiani Romā in Gallias, petente id Hilduino, veteres Francorum Annales docent; & qui res geſtas à Ludouico Imperatore eſt proſecutus eius domeſticus, hæc de his habet: *Dum hæc agerentur, Hilduinus Abbas S. Dionyſij Martyris Romam mittens, oſſa beatiſſimi Martyris Sebaſtiani accepit, & ea apud Sueſſionem ciuitatem S. Medardi collocauit, vbi dum adhuc inhumata in loculo in quo allata fuerant, iuxtà S. Medardi tumulum iacerent, tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum in omni genere ſanitatum per diuinam gratiam in nomine eiuſdem beatiſſimi Martyris emicuit vt à nullo mortalium eorumdem miraculorum, aut numerus comprehendi, aut varietas valeat enuntiari: quorum quædam tanti ſtuporis eſſe narrantur, vt humanæ imbecillitatis fidem excederent, niſi certum eſſet, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, pro quo idem paſſus eſt, omnia quæ vult, per diuinam potentiam facere poſſe, in qua illi omnis creatura in cælo & in terra ſubiecta eſt.* hæc auctor. Eadem veteres Annales Francorum, & in vita eiuſdem Ludouici ſcripta leguntur ijſdem fermè verbis, & ſententiâ prorſus eâdem; cùm tamen alij in ſuperiorem annum iſta reiiciant, vt Sigebertus.

TRANSLATIO RELIQVIARVM S. SEBASTIANI.

VIII. Sed attende Lector (quod frequentiſſimè acciddiſſe in alijs quoque reperimus) quod cùm aſſeritur corpus ſancti Sebaſtiani tranſlatum in Gallias: haud integrum ipſius corpus intelligas, ſed partem tantum ipſius. Id quidem diſertis verbis teſtatur Ado Viennenſis Epiſcopus eiuſdem ſæculi ſcriptor, his verbis: *Huius Imperatoris tempore pars corporis beati Sebaſtiani Martyris ad Sueſſonicam vrbem delata, vbi multa mira in laudem Dei omnipotentis varia genera ſanitatum infirmis collata.* hæc Ado.

Quo pariter anno circa Kalendas Iunias habitus à Ludouico conuentus ex more, in loco dicto Ingelheim, vbi inter alia, auditos eſſe Legatos ab Eugenio Papa Romā miſſos, idē qui ſupra auctor in rebus geſtis Ludouici teſtatur.

LEGATIO MISSA A ROMANO PONTIFICE AD IMP.

Quinam hac functi fuerint legatione, idem ſic narrat: *Inter legationes præcipua, ceteriſq́ eminens erat legatio Romani Pontificis, quā fungebatur Leo Centumcellenſis Epiſcopus, & Theophylactus Nomenclator.* Quæ autem iſti attulerint: altum vbique ſilentium. Addit auctor, tunc ab eodem auditam eſſe legationem de rebus tranſmarinis, quā eſt functus Dominicus Abbas de Monte Oliueti. Sed de rebus ab eo geſtis nihil penitùs proditum reperitur in lucem.

IX. DE TRANSLATIONE RELIQVIARVM SS. MARCELLINI ET PETRI.

Quod autem ad legationem ab Eugenio Papa ad Imperatoré Ludouicum pertinet, mentio eius eſt apud Einhardum ſiue Eginhardum in commentarijs ſuis de tranſlatione reliquiarum SS. Martyrum Marcellini & Petri in Gallias, occaſione hiſtoriæ memoriā dignæ. Sed antequàm de ipſa agamus, quod ad tempus ſpectat, eamdem tranſlationem alij anno præſenti, ſequenti verò alij accidiſſe teſtantur: ſed vtrorumque ſententiæ veræ eſſe reperientur, ſi diuerſarum in ea re actionum ratio habeatur. Siquidem verum eſſe liquet ex his quæ dicentur inferiùs, hoc anno ab Vrbe furtim eas eſſe ſublatas, atque delatas in Gallias, ſequenti verò Aquiſgranum partem earum eſſe perlatam. De qua quidem tranſlatione intellexiſſe videntur, qui ſequenti anno id accidiſſe tradiderunt in vita Ludouici Imperatoris, & veteribus Francorum Annalibus, & apud Aimoinum. Cum alioqui hoc ipſo anno eas fuiſſe Romā deductas, illud eſt euidens argumentum, quod ipſe auctor Einhardus teſtatur id tunc factum eſſe, cum legatio ab ipſo Romano Pontifice decreta, Gallias verſus, iam in itinere eſſet: Qui autem rem geſtam ſcripſit, fuit Einhardus, qui & Eginhar

dus

dus dicitur, & floruit hoc tempore ſummâ claritudine nominis. Fuit hic à ſecretis Carolo Magno, eiuſque vitam conſcripſit. Hic igitur extitit auctor eius ſcriptionis, cùm inter Ludouici Imperatoris Optimates ſummâ gloriâ militaret.

X. FABVLA DE EINHARDO CONFVTATA.

Sed antequam dignam à tanto auctore ſcriptam hiſtoriam in medium adducamus, illa de eodem Einhardo fabula eſt confutanda, quæ fertur ex ſcripto quodam edito in apparatu tomi prioris hiſtoriarum Germanarum: ipſum ſcilicet fuiſſe generum Caroli Magni, duxiſſeque indulgentia Principis eius filiam quam adamauit nomine Immam, olim Regi Græcorum deſponſatam: Etenim nec eius nominis conſtat ipſum Carolum habuiſſe filiam, & illam, quæ deſponſata fuit Conſtantino Irenæ filio, non Immam eſſe nuncupatam, ſed Rotrudim. Id quidem ipſomet Eginhardo teſtante, qui & ſingulas numerat filias Caroli Magni. Ex quo ſolum totum illud malè fictum commentum diſſoluas, cui concinnandi anſam præbuit donationis diploma factũ ipſi & eius coniugi Immę à Ludouico Imperatore ibidem curſum, ex quo potius idem commentum mendacij redarguitur, dum in eo numquam cognatus, vel affinis nominatur Eginhardus Imperatoris, ſed fidelis; nec ibidem Imma ſoror Ludouici vllatenùs appellatur, quod minimè prætereundum fuiſſet. Extat autem eiuſdem Einhardi epiſtola de obitu amatæ coniugis ad [a] Lupum Abbatem Ferrarienſis monaſterij Senonum in Gallia, rurſùm eiuſdem Lupi ad eum ſcripta conſolatio, in quibus cum ex multis honeſtiſſima laudetur femina, nuſquam quod Caroli filia fuerit mentio habetur, quod fuiſſet primo loco dicendum.

[a] Lup. Ferrar. epiſt. 3. 4.

XI. LVCVBRATIO EGINHARDI.

Sed reiectis in angulum figmentis iſtis, de eodem Einhardo (ſiue Eginhardo dixerimus) illud cõſtat, ipſum ſicuti Carolo ita & eius filio inhæſiſſe Ludouico, virum inter primos eius ſæculi eruditos annumeratum. Hic itaque inter alias tanto auctore dignas lucubrationes, reliquit quatuor libros conſcriptos de inuentione, euectione, ſiue tranſlatione atque miraculis eorumdem ſanctorũ Martyrum Marcellini & Petri, egregium quidem monumentum, quo cum hiſtorię ſinceriſſima aſſeratur veritas; Deum planè mirabilem in Sanctis ſuis, nouis ſignis atque prodigijs, omnes qui legũt, intelligant. Repræſentantur enim per quamdam imaginem, ſaltem ex parte, tempora illa Africanæ Eccleſiæ feliciſſima, quibus illuc ſacra Protomartyris pignora ſunt allata: ſic enim conſueuit Deus antiqua nouis occaſionibus renouare miracula, quo tepeſcens in Chriſtianorum animis Fides incaleſcat. Quod igitur ſit iucunda eiuſmodi rei geſtæ narratio ſui argumento, gratior exiſtat ex fide certa & in omnibus explorata, eorum quæ dicuntur, eiuſdem qui ſpectauit auctoris: hic ibi eadem deſcribenda ſuſcepimus, quæ ſic ſe habent [b], pręter miſſa breuitatis cauſa præfatione.

[b] Einhard. de tranſl. SS. Marcellini & Petri lib. 1. Sur. tom. 7. die 2. Iunii.

XII.

Cum adhuc in Palatio poſitus, ac negocijs ſæcularibus occupatus, otium quo aliquando perfrui cupiebam, multimoda cogitatione meditarer: quemdam locum ſecretum, atque à populari frequentia valdè remotum nactus, atque illius cui tunc militaueram Principis Ludouici liberalitate conſecutus ſum: is locus eſt in ſaltu Germania, qui inter Neccarum & Mœnum fluuios medius interiacet, ac moderno tempore ab incolis & circummanentibus * *Odanuuald appellatur. In quo cum pro modo facultatum, ac ſumptuum, non ſolum domos & habitacula ad manendum, verumetiam baſilicam diuinis officijs congruentem, non indecori operis ædificaſſem: dubitare cœpi, in cuius potiſſimum ſancti Martyris nomine atque honore dedicari deberet.*

* Odonuuald EINHARDVS IN EO LITVRINE [BA]SILICAM AEDIFICAT.

Cumq; in hac animi fluctuatione plurimum temporis eſſet euolutum: contigit vt quidam diaconus Romanæ Eccleſiæ, nomine Deuſdona, pro ſuis neceſſitatibus Regis opem imploraturus, ad Palatium veniret: ibiq; aliquamdiu moratus, cum peracto propter quod venerat, negocio, Romam redire pararet, quadam die humanitatis cauſâ, velut peregrinus, ad prandium noſtræ paruitatis à nobis eſt inuitatus. Ibiq; inter prandendum plura locuti, conſq; ſermocinando peruenimus, vt de tranſlatione corporis beati Sebaſtiani, ac neglectis Martyrum ſepulchris, quorum Romæ ingens copia eſt, mentio fieret. haud pridem enim, eodem anno eiuſdem Martyris Sebaſtiani, Hilduini opera tranſlatas eſſe reliquias Sueſſionem, dictum eſt; cuius occaſione, ea inter prandendum narratio incidit. ſed pergit auctor.

XIII. IN DEDICATIONE NOVÆ BASILICÆ EXPETVNTVR ES RELIQVIÆ MARTYRVM.

Indè ad dedicationem nouæ baſilicæ noſtra ſermone cõuerſo, percunctari cœpi, quonam modo ad id peruenire poſſem, vt aliquid de veris Sanctorum reliquijs, qui Romæ requieſcunt, mihi adipiſci cõtingeret. Hic ille quidem primo haſitauit, qualiter id ſic fieri poſſet, ſe neſcire reſpondit.

Deinde cùm me de hac re ſolicitum ſimul & curioſum eſſe animaduerteret, alterâ die ſe percunctationi meæ reſponſurum promiſit. Poſt hac cùm iterum à me fuiſſet inuitatus: protinus è ſinu libellum mihi porrexit, rogans vt eum ſolus perlegerem, ſibiq; de eis quæ in eo ſcripta erant, quid mihi placeret, indicare non dedignarer. Accepi libellum, & vt ille petijt, ſolus ſecretè perlegi. Continebatur in *eo, eſſe ſibi domi plurimas Sanctorum reliquias; eaſq; mihi dare velle, ſi meo ſunctus adiutorio Romam reuerti potuiſſet: compertum ſibi fore quod duos mulos haberem, quorum ſi alterum ſibi darem, ac ſecum hominem meum fidelem mitterem, qui illas reliquias ab illo acciperet, mihiq; deferret, ſtatuit eas mihi eſſe miſſurum.* Complacuit *mihi ſuadentis conſilium, ſtatuiq; fidem ſponſionis incertæ celeriter experiri. Ac proinde dato quod petebat iumento, additâ etiam propter viaticum pecuniâ, Notarium meum nomine Ratleicum, quia & ipſe orandi cauſa Romam eundi votum habebat, cum eo pergere iuſſi.*

DIACONVS AD VIATICVM SIBI PARANDVM MENTITVR SE DOMI HABERE RELIQVIAS.

XIIII. DIACONVS SPONDET HILDVINO CORPVS S. TIBVRTII MARTYRIS.

Igitur de Aquiſgrani Palatio profecti. (nam ibi eo tempore *Imperator cum ſuo comitatu erat* (ita plane Aquiſgrani hiemaſſe Ludouicum teſtatur auctor in reb. geſtis eiuſdem anno ſuperiori) *Auguſtam Sueſſionum venerunt: ibiq; cum Hilduino Abbate in monaſterio S. Medardi locuti ſunt, quia memoratus diaconus ei pollicitus eſt, ſe efficere poſſe, vt corpus beati Tiburtij Martyris in eius veniret poteſtatem. Quibus ille promiſſionib. illectus, miſit cum eis quemdam presbyterum hominem callidum nomine Hunum, iubens vt acceptum ab eo memorati Martyris corpus deferret. Inde iter ingreſſi, Romam quantâ potuerunt celeritate perrexerunt.*

Contigit autem poſtquam Italiam intrauerũt, vt puer Notarij mei nomine Reginbaldus, tertianâ febre correptus non modicum profectioni eorum ſuis laboribus faceret impedimentum: quoniam his horis, quibus ille febrium æſtibus tenebatur, iter agere non potuerũt: erant enim pauci ac per hoc ab inuicem ſeparari nolebant. Cumq; hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuiſſet retardatum, illi tamen prout poterant, illud accelerare contenderent: tribus diebus priuſquam ad Vrbem venirẽt, apparuit in viſu illi febricitanti quidam homo in habitu diaconi, perquirẽs ab eo, quamobrem dominus ſuus Romam ire feſtinaret. Cui cum ille & promiſſa diaconi de reliquijs Sanctorum mihi mittendis, & de his quæ Hilduino Abbati pollicitus eſt, prout illi comperta erant, exponeret: Nõ ita erit (inquit) ſed longe aliter ac vos exiſtimatis, cauſarũ propter quas venitis, exitus implebitur. Nã diaconus

DE RELIQVIIS VISIO FACTA FAMVLO.

iſte,

iſte, qui vos Romam venire rogauit, aut parum, aut nihil de his quæ promiſit facturus eſt. Ac proinde volo ſequaris me atque ea quæ tibi oſtenſurus atque dicturus ſum, mente ſolicitâ aures aduertere.

XV. Tunc manu comprehenſum, vt ſibi videbatur, montis præcelſi cacumen ſecum conſcendere fecit, in quo cùm ſimul poſiti conſiſterent: conuertere, inquit, ad Orientem, & ſubiectos oculis tuis campos intuere. Quod cùm feciſſet, & campos de quibus dixerat fuiſſet intuitus, videt in eis molis immenſæ fabricas in modum cuiuſdam ciuitatis exſtructas. Et interrogatus ab eo ſi ſciret quid hoc eſſet: Se neſcire, reſpondit. Tum ille: Roma eſt, inquit, quod vides, ſtatimq; addidit: Dirige in vlteriora ciuitatis, & contemplare ſi aliqua tibi in his locis appareat Eccleſia. Cumq; ſibi quamdam Eccleſiam apparere dixiſſet: Vade, inquit, & Ratleico nuntia, quoniam in Eccleſia quam modo vidiſti, illa res eſt recondita, quam ille domino ſuo debet deferre, & ideò det operam, vt eam quam celeriùs fieri poteſt accipiat, & ad dominum ſuum reuertatur: dumq; ille diceret; quod nemo de his qui ſecum venerant, in huiuſmodi re fidem dictis ſuis eſſet habiturus: reſpondit & dixit: Tu noſti & omnes qui tecum hoc iter agunt, tibi conſcij ſunt, quia complures dies habes tertianas, & nondum te ab illis vllam habuiſſe remiſſionem. Et ille: Ita eſt quidem vt tu dicis. Quapropter, ait, volo vt pro ſigno tibi ſit atque his quibus verba quæ dixi relaturus es, quoniam ex hac hora febre, qua vſque modo detinebaris, ſic per Dei miſericordiam cariturus es, vt te vlterius in hoc itinere non contingat.

Perviſum indicatur locus reliquiarum.

XVI. His dictis expergefactus, omnia quæ ſibi vidiſſe vel audiſſe videbatur, Ratleico referre curauit. Quæ cùm Ratleicus presbytero ſecum pergenti expoſuiſſet: viſum eſt ambobus, vt experimentum ſomnij ex veritate promiſſæ ſanitatis approbarent. Nam eâdem die iuxta qualitatem febrium quibus laborare conſueuerat, febricitare debebat is qui ſomnium viderat, & vt non vana illuſio, ſed potius reuelatio vera fuiſſe oſtenderetur; neque illâ die, neque ceteris quæ illam ſecuta ſunt, vllum in corpore ſuo conſuetarum febrium ſentit indicium. Sic factum vt viſioni crederent, & fidem diaconi promiſſis non haberent. Quæ oſtēſa eſt diuinitus baſilica, ob ſui amplitudinem & altitudinem longiùs etiam perſpicua erat, opus Cōſtantini Magni, rotundo ſchemate concamerato deſuper fabricata, ſanctorum Marcellini & Petri nomine nuncupata, aliter S. Tiburtij dicta, cuius veſtigia quæ hodie adhuc ſuperſunt extra portam, quam Maiorem vocant, retinent venerandas imagines Marcellini & Petri muſiuo opere nobiles: ibique cœmeterium extat eorumdem Sanctorum nomine glorioſum, ſed ruinâ ædificiorum obſcurum, pergit auctor.

Fides viſionis ex ſanitate promiſſa certa redditur.

XVII. Igitur Romam venientes, iuxtà baſilicam beati Petri Apoſtoli, qui dicitur ad Vincula, in domo ipſius cum quo venerunt diaconi, hoſpitium acceperunt, manſeruntq; cum eo aliquot dies, operientes promiſſionum eius adimpletionem. Sed ille qui ſuas pollicitationes perficere non valebat: ipſum quod non poterat, quibuſdam procraſtinationibus palliabat. Tamdem locuti cum illo: Cur eos eo modo vellet illudere, percunctati ſunt, rogantes ſimul, ne ſe diutiùs fallendo detineret, & reuerſionem ſuam vanis ſpebus impediret. His ille auditis, cum cerneret ſe huiuſmodi calliditate eis iam ampliùs non poſſe imponere: primò Notarium meum certum fecit de reliquijs mihi promiſſis, quod eas habere non poſſet, eo quod frater ſuus, cui & domum & cuncta quæ habebat, inde abiens commendauerat, negociandi gratiâ Beneuentum eſſet profectus, ac ſe penitùs ignorare, quando eſſet reuerſurus: & quia ei reliquias illas, ſicut & ceteram ſupellectilem ad ſeruandum commiſerat; nec omninò ſe ſcire poſſe, quid de his feciſſet: quoniam eas in eadem domo nuſquàm inueniſſet; proinde videret quid faceret, quia de parte ſua nihil reſtaret, quod ſperare poſſet. Poſtquam hæc Notario meo dixit: & ille ſe ab eo illuſum, ac malè ſibi impoſitum quereretur: neſcio quibus vanis & friuolis etiam & presbyterum Hilduini allocutus ſpe ſimili animatum à ſe fecit abſcedere.

Diacone promiſſio vacua redditur.

XVIII. Poſtridie verò cum valde triſtes videret: hortatus vt ſimul cum illo ad cœmeteria Sanctorum pergerent: videri ſibi quod in eis aliquid tale inueniri poſſet, quo eorum deſiderijs ſatisfieret: nec fore vllam neceſſitatem, vt in patriam vacui reuerterentur. Cumq; eis hoc conſilium placuiſſet, vellentq; vt quantocyus id, ad quod faciendum eos hortabatur, inchoarent: more ſolito negocium diſſimulauit, & eos quorum animi tunc paululum erant erecti, in tantam deſperationem hac dilatione deiecit, vt omiſſo illo, ſtatuerent in patriam, quamuis infecto negocio, reuerti.

Conſilium de perquirendis cœmeteriis.

Sed Notarius meus recolens ſomnium, quod puer ſuus viderat: cœpit comitem ſuum hortari, vt ſine hoſpite ſuo irent ad cœmeteria, ad quæ viſenda ille eos ſe ducere velle promiſit. Itaque inuento atque conducto duce, locorumq; monſtratore; primò ad baſilicam beati Tiburtij Martyris in via Lauicana, tribus ab Vrbe paſſuum millibus diſtantem, veniunt, Martyriſq; tumbam, quantâ poſſunt diligentiâ contemplantur: & vtrum ſic, vt alij non ſentiant, aperiri poſſet, cautâ circumſpectione conſiderant. Deinde in cryptam eidem baſilicæ contiguam, in qua beatorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri corpora erant tumulata, deſcendunt, atque exploratâ etiam illius monumenti qualitate, diſcedunt, æſtimantes hoc factum hoſpitem ſuum poſſe latere. Sed aliter euenit atque arbitrati ſunt. Nam licet ipſi neſcirent, quibus indicijs, citò tamen ad illum huius facti notitia peruenit: veritusq; ne ſine illo voluntati ſuæ ſatisfacere debuiſſent: ſtatuit conſilium eorum feſtinando præuenire. Et quia ille eorumdem locorum plenariam atque omnimodam notitiam habebat: blandè eos alloquitur, hortaturq; vt illuc ſimul veniant, & ſi Deus votis eorum fauere dignaretur, communi conſilio facerent, quicquid eis videretur faciendum.

De baſilica S. Tiburtii et crypta SS. Petri et Marcellini.

XIX. Aſſenſi ſunt eius voluntati, tempuſq; id aggrediendi, pari conſenſu conſtituunt. Tunc peracto ieiunio triduano, noctu ad locum, nullo Romanorum ciuium ſentiente, perueniunt: ingreſſiq; baſilicam S. Tiburtij, primò altare illud, ſub quo ſacrum eius corpus ſitum credebatur, aperire tentauerunt; ſed parum ſucceſſit eorum voluntati molitio operis inchoati. Nam monumentum duriſſimo marmore extructum, inermes id aperire conantium manus facilè repellebat.

Præmiſſo ieiunio quæruntur reliquiæ.

Igitur omiſſo illius Martyris ſepulchro, ad tumbam beati Marcellini & Petri deſcendunt, atque ibi inuocato Domino noſtro Ieſu Chriſto, & adoratis ſanctis Martyribus, lapidem quo ſummitas ſepulchri tegebatur, de loco ſuo leuare moliuntur. Quo ſublato, vident ſacratiſſimum S. Marcellini corpus in ſuperioribus eius ſepulchri partibus poſitum, tabulamq; marmoream ad caput poſitam, quæ titulo, quem continebat, euidens indicium dabat, cuius in eo loco Martyris membra iacuiſſent. Quod (vt par erat) cum ſumma veneratione ſuſcipientes, leuant; & mundâ ſindone inuolutum, diacono ferendum, atque ſeruandum tradunt. Ac ne vlla ſublati corporis indicia remanerent, lapidem ſuo loco reponentes, in Vrbem ad hoſpitia ſua reuertuntur. Diaconus autem corpus beatiſſimi Martyris, quod acceperat, iuxta baſilicam beati Petri Apoſtoli, quæ vocatur, Ad vincula, vbi & ipſe domum habebat, ſe ſeruare velle ac poſſe affirmans, fratri ſuo, nomine Luniſoni ad cuſtodiendum commiſit. Arbitratuſq; Notario meo hoc ſatisfactum eſſe, cœpit illum hortari, vt accepto corpore beati Marcellini, rediret in patriam.

S. Marcellini corpus tollitur.

XX. Sed ille longè aliud meditabatur ac mente voluebat. Nam vt mihi poſteà retulit: videbatur illi, nequaquam

ſibi

Digitized by Google

A ſibi licere tum ſolo beati Marcellini corpore in patriam regredi, quaſi nefas eſſet, vt corpus beati Petri Martyris, qui ei ſocius in paſſione fuerat, & per quingentos & amplius annos in eodem ſepulchro vnà cum illo requieuerat, illo inde tranſeunte, ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente conceptâ tantâ animi ſui parturitione ſimul ac perturbatione laborabat, vt nec cibum capere, nec ſomno acquieſcere, dulce ſibi videretur atque iucundum, niſi Martyrum corpora, ſicut in paſſione eo monumento coniuncta fuerant, ſic etiam peregrè profectura iungerentur. Sed de hoc qualiter fieri poſſet, vehementer ambigebat. Nouerat enim neminem à ſe Romanorum inueniri poſſe, qui ſibi ad hoc vllum ferret auxilium; ſed ne talem quidem, cui hæc animi ſui ſecreta auderet oſtendere.

B XXI. In hac cordis anxietate conſtitutus, reperit quemdam monachum peregrinum nomine Baſilium, qui ante biennium de Conſtantinopoli Romam venerat, atque ibi in monte Palatino apud alios Græcos, qui eiuſdem profeſſionis erant, cum quatuor diſcipulis ſuis hoſpitium habebat.

DE TOLLENDO S. PETRI MARTYRIS CORPORE AGITVR CONSILIVM.

Hunc adijt, atque ei quam patiebatur ſolicitudinem aperuit. Tum conſilijs eius animatus, & orationibus fretus, tantam accepit in corde ſuo conſtantiam, vt ſtatueret rem quamuis cum periculo capitis ſui celerrimè experiri. Vocatoq; ad ſe comite ſuo Hilduini presbytero, cœpit cum eo tractare, vt iterum ad baſilicam beati Tiburtij, ſicut prius fecerant, clanculò pergerent, ac tumbam quâ Martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuò molirentur. Placuit conſilium, aſſumptiſq; quos ſecum adduxerunt, pueris, hoſpite eorum penitus ignorante, quò irent, clàm noctu profecti ſunt.

C XXII. Cumq; ad locum ventum eſſet, votis pro re proſperanda ante adîtus ianuam factis, ingrediuntur, diuiſiſq; ſocijs inter ſe, presbyter ad corpus beati Tiburtij quærendum in ipſius baſilica cum aliquibus remanſit. Ratleicus in adhærentem eidem Eccleſiæ cryptam, ad beati Petri corpus acceſſit.

PETRI EXORCISTÆ ET MARTYRIS CORPVS TOLLITVR.

Apertoq; ſine vlla difficultate ſepulchro, ſacra ſancti Martyris membra, nullo prohibente, ſuſtulit, & ſerico puluino, quem ad hoc portauerat, recepta diligenter incluſit. Interea presbyter qui corpus beati Tiburtij quærebat, magno labore fruſtra conſumpto, poſtquam ſe vidit nihil poſſe perficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum deſcendit, & quid ſibi faciendum eſſet, ab eo quærere cœpit. Cui cùm ille arbitrari ſe diceret, quod ſancti Tiburtij reliquiæ eſſent inuentæ, eiq; id de quo dicebat, oſtenderit (Nam paulò antè quàm idem presbyter ad eum in cryptam veniſſet, reperit in eodem ſepulchro, in quo SS. Marcellinus & Petri ſacra corpora iacuerant, foramē quoddam rotundi ſchematis, trium fermè pedum longitudine introrſum excauatum, pedali amplitudine patens, & in eo minuti pulueris non modicam portionem repoſitam) Viſum eſt ambobus quod hic puluis de corpore beati Tiburtij raſibus inde ſublatis remanere potuiſſet, & ob hoc, vt difficilius inueniretur, medio loco inter beatum Marcellinum & Petrum in eadem tumba fuiſſet repoſitus. Conuenitq; inter eos, vt eum presbyter ſumeret, & pro reliquijs beati Tiburtij ſecum deferret. His ita peractis atque diſpoſitis, cum rebus quas repererunt, ad hoſpitia ſua reuerſi ſunt.

D XXIII. Poſt hæc Ratleicus cum hoſpite ſuo locutus, vt ſibi ſacros beati Marcellini cineres, quos ei ad ſeruandum commendauerat, reddat, ſeq; in patriam redire volentem nulla non neceſſariâ dilatione detineat.

ALIÆ SS. RELIQVIÆ PRIORIBVS ADDVNTVR IN GALLIAM DEFERENDÆ.

Cui ille non ſolùm quod repetebat, ſine mora reſtituit, verùm etiam de Sanctorum reliquijs in vna ligatura collectis haud paruam portionem mihi deferendam obtulit, & requiſitus de nomine eorum, mihi ſe illa dicturum, quando ad me veniſſet, reſpondit. Mouit tamen, vt eâdem veneratione, quâ cæteræ ſanctorum Martyrum reliquiæ colerentur, eo quod non mi-

E norum apud Deum eſſent meriti quam beati Marcellinus & Petrus; & hoc me eſſe crediturum, cùm primum ad me nominum illorum notitia perueniſſet. Suſcepit ille munus oblatum, atque id, vt ſibi perſuaſum erat, ſanctorum Martyrum corporibus ſociauit. Initoq; conſilio cum hoſpite ſuo, ſanctum illum ac deſiderabilem theſaurum in ſcrinijs reconditum atque ſignatum per Luniſonem fratrem eius, cuius ſuperius fecimus mentionem, necnon & presbyterum Hilduini qui ſecum venerat, Papiam vſque deportari fecit: ipſo cum eodem hoſpite ſuo Romæ ſubſiſtit, opperiens, atque auſcultans per continuos ſeptem dies, ſi de ablatis Sanctorum corporibus aliquid ad notitiam ciuium perueniſſet.

Cumque vidiſſet nullam à quolibet extraneo de hoc facto fieri mentionem, latere illud exiſtimans, poſt eos quos præmiſerat, ſumpto ſecum hoſpite ſuo, profectus eſt. Quod cum * Ticenis apud baſilicam beati Ioannis Baptiſtæ, quæ vulgò Domnana vocatur, ac tunc ex beneficio Regum ad meam pertinuit poteſtatem, aduentum eorum præſtolantes inueniſſent, ſtatuerunt etiam, vt ipſi aliquot diebus ibi morarentur, & propter iumentorum in quibus venerant, refectionem, & propter ſe ipſos ad longiorem viā præparandos.

[* Ticini.]

XXIV. In hoc morarum ſuarum articulo fama exijt, Legatos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ à Pontifice ad Imperatorem directos, illò breui eſſe venturos. Itaque veriti de aduentu illorum aliquid ſibi incommodi, vel etiam impedimenti accidere poſſe, ſi ſe ibi deprehenderent, decreuerunt vt quidā ex eis abeundo, aduentum eorum feſtinādo præuerterent, alij in loco remanerent, & re de qua ſoliciti erant diligenter inueſtigatâ, poſt eorumdem Legatorum abſceſſum, ſocios ſuos quos præmiſerant, ſequi properarent. Cùm ita inter eos de hac re conſtitiſſet, & Auguſtam Sueſſorum, vbi Hilduinum eſſe rebatur, quantâ potuit feſtinatione contendit. Ratleicus verò cum theſauro, quem ſecum habebat, Papiæ remanſit, expectando donec Legati Sedis Apoſtolicæ præterirent, vt illis Alpes tranſgreſſis, viam ſuam ſecuriùs capere potuiſſet.

DELEGATORVM A PONT. SEDI ADVENTV NVNTIVM.

Veritus itaque ne presbyter Hilduini qui cum Deuſdona præceſſerat, quiq; omnium quæ apud eos geſta vel tractata fuerant, plenariam atque integram notitiam habebat, quia vafer & lubricæ fidei videbatur, aliquid impedimenti ſibi in [illegible], quā ire diſpoſitum habebat, machinari debuiſſet, alterā ſibi eumdum indicauit; miſſoq; ad me procuratoris noſtri Aſcolſi puero cum litteris, quibus me de reuerſione ſua, & de allatione theſauri, quem diuinitus adiutus inuenerat, certum efficeret: ipſe poſtquam Romanos ex coniectura manſionum, quæ eis parabantur Alpes ſuperaſſe putauit, Papiâ relictâ, ſexto die ad S. Mauritium venit. Ibiq; comparatis quæ ad hoc neceſſaria videbantur, ſacra illa corpora loculo incluſa feretro impoſuit, atque inde promouens, palam & apertè cum adiutorio populi occurrentis portare cœpit.

EINHARDVS DE SACRIS RELIQVIIS IN GALLIAM RELATIS REDDITVR CERTIOR.

XXV. Vbi autem locum, qui Caputlaci vocatur, prætergreſſus, biuium, quo itinera in Franciam ducentia dirimuntur, attingit: dexteriorem viam ingreſſus, per Alamannorum fines vſque ad * Solodorum Burgundionum oppidum venit. Ibi obuios habuit, quos ego poſt indicium aduentus illius mihi factum, de Traiecto ei occurrere iuſsi. Nam ego tunc temporis iuxta Staldim fluuium in monaſterio S. Bauonis eram, quando litteræ Notarij mei per puerum procuratoris noſtri, cuius ſuperiùs mentionem fecimus, mihi redditæ ſunt; ex quarum lectione de aduentu Sanctorum certior factus, illicò vnum ex familiaribus noſtris Traiectum ire, ibiq; presbyteros, atque alios clericos, necnon & laicos ſecum ſumere, ac Sanctis venientibus, vbicumque primum potuiſſet, obuiam feſtinare præcepi. Et is nihil moratus cum his quos ſecum duxerat, in loco memorato poſt paucos dies his qui Sanctos deferebant, obuiauit, iunctiq; ſimul, comitantibus etiam, atque hinc inde concurrentibus hymnidicis populorum turmis, cum in-

[* Salodori.]

ITER DESCRIBITVR QVO SACRA MARTYRVM CORPORA SVNT DELATA.

enti omnium lætitia Argentoratum vrbem, quæ nunc Stratburgus appellatur, celeriter veniunt. Inde per Rhenum ſecundâ aquâ nauigantes, cùm ad locum qui Portus vocatur, veniſſent, Orientalem fluminis ripã egreſſi, quinta manſione ad locum, Michilunſtat, nuncupatum cum inmodica hominum in Dei laudibus exultantium multitudine peruenniunt. Is eſt locus in eo ſaltu Germaniæ, qui tempore moderno Odononuald appellatur, & diſtat a Meno flumine circiter leugas ſex. In quo cum baſilicam nouiterũ me conſtructam, ſed nondum dedicatam inueniſſent, in hanc illos ſacros cineres intulerunt, & velut ibi perpetuò permanſuros depoſuerunt.

XXVI.
VISIO FACTA DE TRANSLATIONE FACIENDA CORPORVM SS. MARTYRVM.

Cumq; id mihi fuiſſet allatum: confeſtim illuc quantâ potui celeritate venire feſtinaui: vbi cum triduo poſt aduentum noſtrum exacto, quidam puer Ratleici, iubente eo, officio veſpertino completo, cæteris exeuntibus, ſolus in Eccleſia remanſiſſet, & clauſis ianuis, iuxtà illa ſacra corpora in parua ſellula quaſi vigilaturus conſediſſet: ſubitaneo ſomno depreſſus, vidit quaſi duas columbas per dexteriorem abſidæ feneſtram volando intrare, & in culmine tecti ſupra ipſa Sanctorum corpora conſidere, quarum altera tota alba, altera cani & albi coloris permixta varia videbatur. Cumq; in eodem culmine diutius deambularent, & conſuetum columbis gemitum viciſſim veluti colloquentes ederent, rurſus per eamdem feneſtram egreſſæ non comparuerunt, ſecutaq; vox ſuper caput pueri ſonuit: Vade, inquit, & dic Ratleico, vt indicet domino ſuo, quia iſti ſancti Martyres nolunt vt eorum corpora in hoc loco requieſcant, alium enim elegerunt, ad quem celeriter migrare diſpoſitum habent. Huius vocis auctor ab eo videri nõ potuit; quâ tamen finitâ, euigilauit, ſomnoq; excitus, reuerſo ad baſilicã Ratleico quid vidiſſet, indicauit.

XXVII.

At ille in craſtinum, vbi me primum conuenire potuit, quid ſibi puer ſuus retuliſſet, mihi nuntiare curauit. Ego autem licet huius viſionis arcanum ſpernere non auderem: ſtatui tamen operiendum alicuius ſigni certioris indicium, atque interim illos ſacros cineres de linteis in quibus ligati venerant, ſublatos ſericis ac nouis puluinis inſuere feci. Cumq; in eorum inſpectione reliquias beati Marcellini minoris quantitatis quam S. Petri eſſe cernerem: arbitratus ſum eum ſtaturâ corporis ſui minoris fuiſſe menſuræ quam S. Petrum: Sed hoc aliter ſe habere, furtum poſteà patefactum approbauit. Quod vbi, vel quando, vel a quo, vel qualiter admiſſum, ac proditum ſit, ſuo loco dicturus ſum; nam ordo narrationis inchoatæ texendus atque tenendus eſt.

Igitur poſtquam illum magnum atque mirabilem, omniq; auro pretioſiorem inſpexi theſaurum: loculus in quo idem continebatur, propter vilitatem materiæ cœpit diſplicere. Quem emendare cupiens, quâdam die poſt completum veſpertinum officium præcepi vni ex adſtantibus, vt menſuram loculi virga collectam mihi afferret.

SANGVIS EX SS. MARTYRVM CORPORIB. EFFLVIT.

Cumq; ille hoc facturus cereum accenderet, & circumtendentia pallia, quibus ille loculus tegebatur, ſubleuaret: animaduertit loculum mirum in modum humore ſanguineo vndique diſtillantem, & rei nouitate perterritus, hoc, quod viderat, properè mihi nuntiare curauit. Tum ego cum eis qui aderant ſacerdotibus acceſſi, & illud ſtupendum atque omni admiratione dignum miraculum aſpexi, nam vt columnæ atque abaci vel ſigna marmorea, pluuiâ inſtante, ſudare ac circumfluere ſolent; ſic loculus ille qui ſacratiſſima corpora continebat vero cruore madens, & ex omni parte perfuſus inuentus eſt.

XXXIIX.
TRIDVANVM INDICTVM IEIVNIVM PRO TRANSLATIONE FACIENDA.

Terruit nos inſolita & numquam prius audita miraculi ſpecies: quapropter inito conſilio, triduanum ieiunium cum ſupplicationibus facere decreuimus, vt ex reuelatione diuina ſcire mereremur, quid ſibi vellet, quidve faciendum moneret magnum illud & ineffabile prodigium. Itaque peracto illo triduano ieiunio, cum iam aduesperaſceret, humor ille cruoris horrendi ſubitò cœpit areſcere, ac mirũm in modũ qui per continuos ſeptem dies more perennis aquæ ſine intermiſſione diſtillabat, ſic intrà pauciſſimas horas exiccatus eſt, vt eo noctis tẽpore (nã Dominica erat) quo ſigno dato, ad antelucanũ officiũ celebrandũ Eccleſiam intrauimus, nullum iam in loculo veſtigium illius poſſet inueniri; linteа vero quæ circa loculum pendebant, vt eodem fuerant humore reſperſa, ita vt erant ſanguineis maculis infecta: ſeruari iuſſi, in quibus adhuc magnum illius inauditi portẽti paret indicium. Conſtat enim humorem illum ſaporis fuiſſe ſubſalſi ad lachrymarum videlicet qualitatem, & tenuitatem quidem aquæ, colorem autem veri ſanguinis habuiſſe.

XXIX.
VISIO FACTA RVODLANDO DE TRANSFERENDIS SS. MARTYRVM CORPORIBVS.

B *Eidem nocte cuidã ex pueris noſtris nomine Ruodlando per quietem viſi ſunt duo iuuenes adſtitiſſe, qui eis, vt ipſe teſtatus eſt, de transferendis Sanctorum corporibus multa mihi dicenda mandauerunt, & ad quem locum, vel qualiter id fieri deberet, oſtenderunt; & vt hoc mihi ſine vlla mora fuiſſet nuntiatum, præceperunt. Qui mox, vt me adire potuit, omnia quæ iuſſus fuerat, mihi intimare curauit. Quibus auditis, curis ingentibus æſtuare, & quid mihi eſſet agendum, animo tractare cœpi: vtrum iterum ieiunia & ſupplicationes celebrandæ, ac Deus rurſum pro noſtra curioſitate ſolicitandus: an aliquis Deo deuotè ac perfectè ſeruiens eſſet quærendus, cui anxietatem cordis noſtri & curarum noſtrarum queri-*
C *monias indicare, quemque rogare potuiſſemus, vt orationibus ſuis à Deo nobis huius rei manifeſtationem impetraret. Sed vbi vel quando ille talis Chriſti famulus a nobis poſſet inueniri præſertim in illa regione, in qua tametſi quædam cœnobia ab eo loco in quo eramus, haud longè poſita eſſe conſtabat, tamen propter rudem in his locis eius conuerſationis inſtitutionem, aut rarus, aut nullus erat, de cuius ſanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur.*

XXX.
CREBRÆ ADMONITIONES DE TRANSLATIONE SS. MARTYRVM.

Intereà dum his anxius curis SS. Martyrum ſuffragium implorasſem, atque omnes, qui vnà nobiſcum erant, vt idem facerent, ſedulò commonuiſſem: factum eſt, vt per continuos dies nulla nox præterierit, in qua vel vni vel duobus, vel etiam tribus ſociorum noſtrorum in ſomnis
D *reuelatum non fuiſſet, quod illa Sanctorum corpora de eo loco in alium eſſent transferenda. Ad extremum autem cuidam presbytero de his qui ibi nobiſcum erant nomine Hiltfredo apparuit in viſione, vt ipſe fatebatur, vir quidam habitu ſacerdotali, canitie venerandâ conſpicuus, candidâ veſte indutus, qui eum talibus verbis compellauit: Cur, inquit, Einhardus tàm duri cordis, tantæq; obſtinationis eſt, vt tot reuelationibus non credat, ac tot monita ad ſe diuinitus miſſa arbitretur eſſe contemnenda? Vade & dic ei, quia hoc, quod beati Martyres de ſuis corporibus fieri deſiderant, infectum remanere non poterit, quamuis ille hactenus voluntatem eorum facere diſtuliſſet. Et iam nunc, ſi non velit, vt huius facti meritum ad alium tranſeat, feſtinet eorum implere iuſſionem, & ad locum quem ipſi elegerunt, corpora illorum deportare non negligat.*

XXXI.
TRANSFERVNTVR E LOCO PRIMO SS. MARTYRVM CORPORA.

Poſt has, aliaſq; multimodas ad me perlatas admonitiones, viſum eſt mihi, illam ſacrorum cinerum translationẽ non eſſe diutius differendam: ac proinde inito conſilio, decreuimus, vt id quantò celerius fieri potuiſſet, perficere certaremus. Igitur omnibus quæ ad hanc deuectionem neceſſaria videbantur, raptim & cum ſummo ſtudio præparatis, primâ luce poſt completum matutinum officium, ſacrum illum & inæſtimabilem theſaurũ cum ingenti luctu & mœrore illorum qui in loco erant remanſuri, ſuſtulimus, atque iter ingreſſi portare cœpimus, comitante nos pauperum turbâ, qui illo per eos dies ad eleemoſynam accipiendam vndecumque confluxerunt. Nam circà manentes populi quid apud nos ageretur penitus ignorabant. Erat cælum graue ſordidis nubibus, & quæ in ingentem

pluui-

Digitized by Google

pluuiam citò reſolui poſſent, niſi id diuina virtus fieri prohiberet: nam tota nocte illa in tantum ſine intermiſſione pluebat, vt nobis iter illud ea die inchoari poſſe minimè videretur. Sed illam noſtram dubitationem ex infirmitate fidei venientem, ſuperna gratia per ſuorum merita Sanctorum longè aliter quàm exiſtimauimus, habere ſe fecit, quando viam per quam inceſſimus, in aliam quam ſperabamus qualitatem vidimus fuiſſe commutatã. Nam & luti parum inuenimus, & riuos qui eam grandis & iugi pluuiâ, vt eâ nocte erat, creſcere ſolebãt, pene nihil creuiſſe reperimus.

XXXII. *Vbi verò de ſaltu egreſſi, proximas villas acceſſimus, frequentibus obuiorum, ac Deo laudes dicentium turbis excipimur, qui nos per octo ferè leugarum ſpacium comitati, nobis ac noſtris & in ſacro onere ferendo deuoti adiutores, & in diuinis laudibus dicendis impigri fuere concentores. At vbi vidimus quòd ea die ad locum deſtinatum peruenire non poteramus: diuertimus ad villam Oſtheim appellatam, quæ viæ noſtræ contigua cernebatur: & inclinante iam veſpere, in baſilicam beati Martini, quæ in eadem villa eſt, ſancta illa corpora intulimus, & ſocijs noſtris ad excubias ducendas ibi demiſſis, ego cum paucis ad locum, quo tendebamus, feſtinando præceſſi, & ea quæ ad receptionem Sanctorum corporum vſus poſtulabat, per noctem paraui.*

XXXIII. IN VIA REPOSITA SS. MARTYRVM CORPORA ET SANATA PARALYTICA.

Ad baſilicam verò, in qua illorum ſacroſanctum theſaurum demiſimus, ſanctimonialis quædam paralytica, nomine Ruodlang de monaſterio Machesbach, quod ab eadem Eccleſia vnius leugæ ſpacio diſparatum erat, ab amicis ſuis ac propinquis in carro adducta, cũ iuxta feretrum Sanctorum inter ceteros vigilans atque orans pernoctaret, recepta omnium membrorum ſanitate, proprijs pedib. nullo ſuſtinente vel quolibet modo adminiculante, ad locum vnde venerat, in craſtinum regreſſa eſt. At nos albeſcente cælo, ſurgentes, ſocijs noſtris venientibus obuiam ire perreximus, habentes nobiſcum immodicam vicinorum noſtrorum multitudinem, qui famâ aduentus Sanctorum exciti, in hoc primo diluculo præ foribus noſtris conſtiterunt, vt vnà nobiſcum Sanctis obuiam procederent. Et occurrimus eis in eo loco, vbi Gaſpentia fluuiolus Mœno miſcetur. Indè pariter incedentes, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam collaudantes, ſacras illas beatorum Martyrum exuuias ad Mulinheim ſuperiorem (ſic enim moderno tempore locus ille vocatur) cum magna omnium qui ibi adeſſe potuerunt lætitia & exultatione detulimus; ſed præ nimia populi multitudine, quæ præcedens cuncta compleuerat, neque Eccleſiam adire, neque feretrum in eam inferre valuimus. Idcircò in campo adiacente atque in loco editiore altare ſub dio ereximus, ac feretro pone altare depoſito, Miſſarum ſolemnia celebrauimus.*

* Mulheim

XXXIV. RELICTA IN ECCLESIAM PROPRIAM MARTYRVM CORPORA.

Quibus expletis, ac multitudine ad ſua recedente, in Eccleſiam a beatis Martyribus iuſſam, eorum ſacratiſſima corpora intulimus, ac feretro præter altare collocato, iterum Miſſam celebrare curauimus. Ibiq; inter celebrandum puer quidam annorum circiter quindecim nomine Daniel de pago Portiano, qui illuc inter alios pauperes mendicando venerat, atque ita curuus erat, vt niſi ſupinus atque iacens cælum aſpicere nequiuiſſet, ad feretrum acceſſit, ac ſubitò veluti ab aliquo impulſus corruit: cumq; diu velut dormienti ſimilis iacuiſſet, correctis omnibus membris, & recepta firmitate neruorum, coram oculis noſtris ſurrexit incolumis. Facta ſunt hæc decimoſexto Kalendas Februar. & erat eius diei tanta & tam clara ſerenitas, vt æſtiui ſplendorem ſolis æquaret, atque ipſius aëris tàm mitis atque iucunda trãquillitas, vt veris temperiem apricitate blandâ præcederet.

SANATVR CONTRACTVS.

XXXV. RECONDITA SACRA MARTYRVM CORPORA.

Poſtridie verò ſacra beatorum Martyrum corpora nouo loculo recondita, in abſida baſilicæ collocauimus, & ſicut in Francia mos eſt, ſuperpoſito ligneo culmine, linteis, ac ſericis pallijs ornandi gratiâ conteximus, apponentes altare, ac duo vexilla Dominicæ Paſſionis, quæ in via feretrum præcedere ſolebant, hinc atque inde erigentes, locum illum diuinis officijs celebrandis pro modulo paupertatis noſtræ idoneum atque aptum facere curauimus. Ordinatiſq; clericis qui inibi aſſiduè excubias ducerent, ac diuinis laudibus dicendis curam ſolerter impenderent: ipſi non ſolum noſtrâ ſponte, ſed etiam regali diplomate, quod nobis in via obuiam venerat euocati, Domino iter noſtrum proſperante, ad palatium ſumus cum magna exultationẽ regreſſi. hic finem accipiunt res geſtæ anni huius & ſequentis exordij, nempe vſque ad decimumſextũ Kal. Februarij. reliqua pro temporis ratione dicemus ſuo loco, anno ſequenti.

Sed quid iſta diuinitus prænuntiata inuentio SS. Martyrum corporum, tranſlatio & circumductio & editio facta miraculorum? niſi vt populis tunc extantibus atq; poſteris ſucceſſuris cultus ſanctorum Martyrum velut in ſilice ſculptus ampliſſimis annis remaneret perpetuò conſignatus, cum voluerit Deus ab eodem iſta ſcribi, qui Caroli Magni res geſtas ſcriptis mandaſſet, quo nullus fidelior, nec exiſteret ſententia Lupi docti viri hoc tẽpore luculentior.

XXXVI. Hoc eodem anno Regem Danorum Arialdum, quem alij Arioldum, ſiue Herialdum dicunt, vnà cùm coniuge ceteriſque ſuis ad Fidem Chriſti cõuerſum, Moguntiæ in Eccleſia S. Albani baptizatum eſſe, qui res Ludouici proſecuti ſunt ſcriptis, vetereſque Francorum Annales tradunt. addit Theganus, eius vxorem Reginam à Iudith Imperatrice eſſe de fonte leuatam. In vita etiam eiuſdem Ludouici de his dum agitur iſta paulò latiùs leguntur: *Herialdus è Northmanniæ partibus cum vxore veniens, Danorumq; non paruâ manu Moguntiaci apud S. Albanum cum ſuis omnibus ſacri baptiſmatis vnda eſt perfuſus, plurimiſq; muneribus ab Imperatore donatus. Verens autem piiſſimus Imperator, ne ob tale factum negaretur ei habitatio ſoli naturalis, dedit ei quemdam Comitatum in Friſia, cuius eſt vocabulum Rhiuſtri, quo ſe ſuoſq; ſi neceſſitas exigeret, tutò recipere poſſet.* hæc ipſe. Quibus reliqui auctores omnes aſſentiuntur, ſed quoad tempus, perperam Sigebertus, dum ſuperiori anno id factum recenſet.

XXXVII. Sed quibus Apoſtolis iſta Northmannorum ſiue Danorum conuerſio facta ſit, inquirendũ. Apud Aimoinum[a], cũ agit auctor de filiorum Godefredi ad Ludouicum Imperatorẽ aduentũ, & in patrium ſolum reuerſione: *Cum quibus* (inquit) *Ebbo Rhemorũ Archiepiſcopus, qui conſilio Imperatoris & auctoritate Romani Pontificis prædicandi gratia ad terminos Danorum acceſſerat æſtate præteritâ, & multos ex eis ad Fidem venientes baptizauerat, regreſſus eſt.* hęc ipſe. At quod ad Ebbonem Rhemorum Archiepiſcopum pertinet, quoniã in eo quem ſuſceperat Apoſtolatu ad Danos non perſeuerauit: quodq; molitionib. aduerſus ipſum Ludouicum Imp. infamatus poſteà fuit, & priuatus eſt Epiſcopatu, penitùs priorem gloriam obſcurauit, adeò vt nequaquam ipſe Danorum Apoſtolus ſit appellatus, ſed S. Anſgarius qui nõ Danorum tantum, ſed & Aquilonarium Apoſtolus nominatus inuenitur; quique ob exantlatos immenſos in Gentilium conuerſione labores, à Gregorio quarto poſteà conſecratus eſt primus Archiepiſcopus Danorum, Suedorum ſiue Sueonorum, Sabenorum etiam, & generatim omnium Aquilonarium illarum partium, ſede tamen in Hãburgenſi ciuitate conſtitutâ. Porrò res geſtas S. Anſgarij ſcriptis mandatas eſſe à S. Remberto eius diſcipulo, & in Eccleſia ſucceſſore, auctor

[a] Aim. li. 4 cap. 3.

S. ANSGARIVS DANORVM ET OMNIVM AQVILONARIVM APOSTOLVS.

a Apud Sur. to. 1. die 4. Febr.

a qui res ipſius S. Remberti conſcripſit teſtatur. Sed quod ſciamus non extant: pauca verò tantum de eo in vita eiuſdem S. Remberti ſcripta repeiuntur: necnon apud eos qui ſunt proſequuti res Saxonum: qui & pariter tradunt, creditam ei fuiſſe à Romanis Pontificibus legationem ad omnes Boreales gentes, laborioſamque duxiſſe apud barbaras nationes vitam affirmant.

XXXIIX Sed b de exordio & progreſſu Anſgarij Apoſtolatus hoc anno cœpti, ex Alberto ſic accipe: *Haraldus cum vxore ac ſuis proceribus baptiZatus redire in patriam auxilio fretus Cæſareo cum diſponeret: efflagitabat, vt prædicatoribus vnà miſſis, populus quoq; ad Chriſti religionem imbueretur. Circumſpexit Imperator quem tanto parem operi mitteret lucrandis Chriſto animabus. Iam cum multis compertum erat beati Patris Anſgarij Corbeiæ monachi, & inter alios viri doctiſſimi feruens pro Chriſto deſiderium, ſed interpellare eum deſuper nemo præſumpſit. Terrificum enim videbatur, tanta barbariei ſeſe committere, & gẽtem de crudelitate famoſam nouâ prædicatione adoriri. Ita cunctis muſſitantibus Anſgarius cùm ſeſe Domino precibus commendaſſet, obuiam ſe ferebat quærentibus prædicatorem: Ecce (inquit) ego, mitte me. Addebat autem ſe pariter ſocium Gaudbertus peregrinari pro Chriſto & ipſe percupiens.*

b Crant. in Metrop. lib. 1. c. 19.

XXXIX. *Profecti ſunt igitur cum Haraldo Rege, & manu militari quam illi Imperator adiunxit; ſed armis minimi immiſcuère ſe ſacerdotes. Dum autem Haraldus in Iuliam perueniſſet, & cum ſuis tractaret de gerendi belli ratione, Anſgarius cum conſorte ad intima Regni penetrauit, verbum vitæ annuntians. Proſperatum eſt opus in manibus eorum, multiplicante Chriſto ſemina bonarum frugum, cùm plurima plebs Domino per illos credidiſſet. Quid de Haraldo ageretur, quod interim ille armis extruderetur, ad illos non pertinebat. Inde poſt aliquot menſes reuerſi Apoſtolici nuncij narrauere fratribus ad cuncta gaudentibus, quantam in nationibus Dominus gratiam oſtendiſſet.*

DANIA ET SVEDIA AD CHRISTVM CONVERSÆ.

Nec longum tempus in medio, in idem opus pietatis ſancti Euangeliſtæ iterum præparantur. Cùm iam plures accurrerent qui ſe ſimilis pietatis ſtudio deuincirent, penetrarunt vſque in Suediam, & in oppido Birca Præfectum ipſum Chriſto conciliabant, multamq; ſub eo plebem, & in Fide erudiebant, & ſacro fonte perfundebant. Haraldus interim expertam ſemel prælio fortunam, iam ab Imperatore roboratus retentabat, ſed idem erat exitus qui primus: fugatus enim & acie victus, abſceſſit in Friſiam, vbi ab Imperatore manendi locum promeruit. Nec tamen ea res terruit diuini verbi prædicatores, quominus in populo fructificarent. Peruicerunt enim orando & prædicando, vt multus vbique populus Chriſto ſubderetur. Poſt biennium noui Apoſtoli Corbeiam repetunt duorum Regnorum aucti Fide. Vtinamq; tam feliciter perduraſſent quàm ſalutifera fuere primordia, &c.

XXXX. Ceterum Canonicus Bremenſis paulò latiùs iſta proſecutus (Adamum aliqui nominant) tradit c biennio primùm perſeueraſſe in conuerſione Danorum Anſgarium, inde verò ad Suedorum conuerſionem eſſe profectum nouâ miſſione, ſunt hæc verba eius: *Itaque biennium Anſgarius cum Autberto in Regno Daniæ commorati, multos ex gentibus ad Fidem conuerterunt Chriſtianam. Indè reuerſi, cum denuò ab Imperatore poſtulati eſſent vltimos Suedorum populos Euangelij gratiâ tentare, intrepidus athleta Chriſti aſſumptis ſecum fratribus Giſlemaro, & Vithmaro doctoribus, gaudens peruenit in Daniam, vbi relinquens Giſlemarum Haraldo, ipſe in * Suetiam transfretauit cum Vithmaro. Ibi verò a Rege Biorn ſuſcepti, verbum Dei publicè prædicare permiſſi ſunt. Multos itaque per annum integrum lucrati ſunt Domino noſtro Ieſu Chriſto. In quibus Herigarius Birca oppidi Præfectus credidit, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus inſignem. Hac legationis ſuæ proſperitate gauiſi Corbeiam noui Apoſtoli cum triumpho duarum gentium regreſſi ſunt. Ec, ò mira omnipotentis Dei prouidentia, de vocatione gentium, quam diſponit artifex vt vult, & quando vult & per quem. Ecce quod longo prius tempore Vuillebrodum, itemq; alios & Ebbonem voluiſſe legimus, nec potuiſſe: nunc Anſgarium noſtrum & voluiſſe & perfeciſſe miramur, dicentes cum Apoſtolo:* d *Non eſt volentis neque currentis, ſed eſt Dei miſerentis. Ergo cui vult, inquit, miſeretur, & quem vult indurat. Tunc Imperator cum Magnatibus S. Anſgario de ſalute gentium congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſoluerunt.* quomodo autem idem Anſgarius præfectus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Hamburgenſi, ſuo loco dicturi ſumus. Atque hactenus de conuerſione Danorum & Suenorum per ipſorum Apoſtolum, quo adhuc gloriantur Anſgarium, & iure quidem, ſed quàm à tanti Apoſtoli doctrina degeneres!

c Adam li. 1 cap. 16. 17

DANI PRIVS CONVERSI.

* Suediam

SVEDI POSTEA CONVERSI.

d Rom. 9.

XXXXI. Ceterum quòd à Domino Apoſtolis dictum: e *Sedebitis vos ſuper ſedes iudicantes duodecim trib. Iſrael.* Apoſtolos nimirum ſignificans ſingulos ſuos iudicaturos populos quibus Euangelium prædicarunt: planè ex eodem throno iudicij Danorum & Suenorum Apoſtolus Anſgarius, ſuos iudicaturus eſt Danos atque Suenos, depoſitumque primum Fidei eiſdem fideliter traditum quæſiturus ab ipſis, ſignaq; Apoſtolatus ſui oſtenſurus eſt illis; nimirùm vnde progreſſus, à quo miſſus, & vnde acceperit Fidem quam illis annuntiauit, ſeruandamq; in æternum tradidit; nempe quod monachus è monaſterio ad illis prædicandum progreſſus, auctoritate fultus Romani Pontificis, cuius operâ primùm omnium ad annuntiandum Euangelium ipſi ianua Petri clauibus eſt aperta: quod quidem ſcriptores omnes tã Franci quàm Germani teſtantur, & ipſi nec negant ter miſeri Nouatores: nam & haud pridem librum ediderũt paucis notũ, veteris ſcriptoris, Bremenſis Canonici (aliqui vocant Adamum) ſuæ Eccleſiæ res geſtas quàm accuratè, fideliterq; ſcribẽtis. Cùm igitur ab eodem ipſo, à quo accepit Apoſtolatum, æquè acceperit Euangelium atque Romano Pontifici communione Catholicâ iũctus cùm eſſet, pariter adiunxiſſe capiti membra nulli ſit dubiũ: ab eodem modo capite ſciſſi, æquè probantur ab Anſgario defeciſſe. Qui cùm indelebilis Fidei characteres non ſit viſurus in illis, quos præſentis ſæculi hæreſes à Sede Apoſtolica diuiſerunt; alienos hos proclamabit filios eſſe, non ſuos, qui errauerunt ab vtero & locuti ſunt falſa. Sic ergo Danorum & Suenorum Apoſtolum vnà cùm Chriſto fore iudicaturum ſuos quibus Euangelium prædicauit, nemo qui non neget Euangelium, negare poterit. Sed ad res Orientis.

e Matt. 19.

IN DANOS ATQVE SVENOS AVERSOS A FIDE CATHOLICA.

Hoc ipſo anno iam inchoatâ à menſe Septẽbri Indictione quintâ, vndecimâ die Nouẽbris ex hac vita migrat magnus ille Theodorus Studitarũ Præpoſitus, confeſſione crebrius iterata clariſſimus, doctrinâ inſignis, vitâ admirabilis, & miraculis celeberrimus, cuius cùm labores immenſos pro Catholica Eccleſia aduerſus hæreticos exantlatos ex ipſius litteris ſuperius narrauerimus: præſtat eiuſdem ex vita ad Deum migrationem ab eius diſcipulo Michaele quàm fideliſſimè ſcriptam hic recẽſere: par eſt enim, vt qui ſcriptis ſuis & rebus præclarè geſtis Annales Eccleſiaſticos exornauit, etiam ſuo ad Deum tranſitu magis magiſq; nobilitet, illuſtretq; triomphi corona, quos certaminibus decorauit, amantiſſimus auctor veri rem ſic aggreditur.

S. THEODORI STVDITARVM OBITVS

Expecta-

Exoptabat igitur omnibus votis reſolutionem, vt qui ſpes ſuas omnes in ea poſitas habebat, neque aliud viuens aſſiduè meditabatur. Hoc autem flagrans deſiderio, totuſq; in futurorum cogitatione defixus, nec ſic quidem extremis diebus ociari linguam voluit, aut tantillum ceſſare ab officio; ſed iis quidem qui aduentabant, verbis ſuis proferre conabatur, vtilia tradens, ſupremaſq; ſalutationes reddens. Abſentibus autem, & procul poſitis manu & atramento, colloquij vices implebat, Deo illos commendans, animæq; ſalutem precibus expoſcens. Cura enim Sancto erat, neminem præterire, ſed communem & priuatam de omnibus ſolicitudinem hinc ſecum efferre. Quod quidem magni ducebat, & huic curæ, ſtudioq; immori geſtiebat. Gliſcente

CONCVRSVS PLVRIMORVM AD EVM MORIENTEM.

verò eius obitus famâ, innumerabilis fuit vndique accurrentium multitudo: quos partim ex regia vrbe venientes cerneres, partim ex vicinis circum locis, alios ex aliis finibus congregatos. Nec defuerunt numero Epiſcopi complures, nec cœnobiorum rurſus Antiſtites, qui vnà cum ſubiectis ſibi monachis adeſſe feſtinabant. vt vel loquentem partim audirent, eiuſq; documentum aliquod perciperent, vel abeuntem ipſum conſpicerent, vt aliquem demum aduentus ſui fructum referrent, maximum ſiquidem emolumentum cenſebant, vel ad ipſum tantum propius acceſſiſſe. Erat enim admirandus Theodorus ſermone dulcis, moribus ſuauior, congreſſu iucundior, animi habitu honeſtus, ſerenus, miſericors, lenis, iræ expers, humilis, & ſi quid aliud eſt, quod in perfecto, & ſecũdum Deum homine laudari, aut ſuſpici debeat.

LXIII. THEODORI AETAS ET MORBVS.

Septem igitur ac ſexaginta natus annos in grauem morbum incidit, Nouembri menſe ineunte: qui ſtomachi dolorem vehementius auxit, ipſumq; lectulo alligauit, ac mortui ſimilem reddidit. In hoc tamen mali æſtu, cum vrgerent vndique cruciatus, totus in diſcipulos ferebatur. Cũ autem refocillari nonnihil videretur, dolorisq; vim paulatim dimitti, ſtatim ex labris oratio, & conſueta rurſum doctrina profluere. Sed cum febris ardore aduſta lingua officium negaret, ægrè ſummiſſum quemdam & inconditum edens ſonũ, accito notario, dictis quæ volebat, ad alios verba tranſmiſit. Eius autem ſermonis hoc fuit initium: Fratres, Patreſq; ægrotaui, & precibus veſtris conualui. Scitis autem quam violento morbi æſtu, quàm acri tenerer, ita vt mei pene compos non eſſem. Sed quouſque tandem eò venire differimus? Veniet enim mors omninò, quæ à vobis me ſeparet, & ad loca illa perducat. Cetera vero ſi cui noſſe eſt animus, in vtriſque Patris catecheſibus reperiet.

LXIV. CONVALESCENS PETIT ECCLESIAM.

Peracto hoc ſermone, morbus continuò remiſit. Quare viribus confirmatus, ſuiſq; pedibus incedens, Dominicum periit, & ſacram in eo Myſtagogiam peregit, cuius maximè gratiâ ſanitatem illi dederat Deus, vt ſacrificium offerre poſſet in tempore. Vnde poſt habitã ad Patres, aliosq; qui conuenerant, congruam orationem & poſt communem cum illis menſæ participationem, lectulo iterum decubuit, atque œconomum aduocauit. Naucratius erat, qui & præfecturam poſt eum geſſit, quem cum de omnibus perdocuiſſet, multiſq; quâ ratione fratribus ritè præeſſet, optimis documentis informaſſet; interrogabat denuò de iis quæ audire maxime auebat. Numquid Pater, ait, aut frater, aliquid à nobis prætermiſſum eſt in officio? Nũ aliquid remiſſiùs aut negligentiùs quàm par erat, actum ſocordiâ aut facilitate noſtrâ? Num ſi quid fuit, quo meliores effici poſſent qui nobiſcum erant, eorum ſalutem prodidimus, vtilitatis tanta commoda negligentes? Mihi enim æſtuat, angiturq; animus, recogitans omnium ſibi ſubeundum iudicium eſſe. Et quænam illis ad tantum tribunal oratio ſufficiet, cui ſiſti tantummodo, formidandum eſt, & penitus intolerabile, hæc ille Naucratio.

XLV. SACRIFICIVM DEO OFFERT THEODORVS EXTREMVM.

Poſtero autem die, qui ſextus erat Nouembris, Pauli Confeſſoris memoriæ ſacer, Eccleſiam rurſus petit, tùm ſacris operaturus, tùm verba facturus ad fratres. Veſpere autem, cùm ſolitos cum illis hymnos Deo perſoluiſſet, ſolus

A cellulam ingreditur, & paucula ore, plura mente cum ſolo collocutus, profundâ iam nocte ingraueſcere morbum ſenſit, acrioreſq; quam antea dolores augeri, quorum laborẽ ferre amplius tacitus non valens, eum qui pro cellæ foribus dormiebat, accerſit; eiq; vim & acerbitatem explicat dolorum. Illo autem pro magnitudine mœroris flebiliter exclamante, accurrerunt illicò diſcipuli flentes, eiulanteſque, vt qui Patrem iamiam extinctum iri arbitrabantur. Biduo igitur his doloribus excruciatus, vt ſentit inſtare obitum ſibi, perfuſus manantium lachrymarum riuulis, exceſſum ſuum diſcipulis annuntiat.

XLVI. POSTREMA THEODORI AD SVOS VERBA.

Patres, inquit, & fratres mei, iam adeſt, vt videtis, vitæ meæ finis quem ſemper expectaui. Commune enim eſt omnibus hoc poculum, citius alii licèt, tardius alii bibunt.
B Ex quo enim in hanc vitam producti ſumus, vitæ finẽ capiamus neceſſe eſt, optimo Domino ita ſtatuente, vt qui vitâ fruuntur, mortem quoque ſuſtineant. Mihi verò eadem cum aliis ineunda eſt via, eoq; abeundum quò patres mei anteceſſerunt, vbi vita ſempiterna, immò vbi Deus & Dominus meus, quem dilexit anima mea, quem cor concupiuit, cuius famulus dictus ſum, quamuis obſequium neglexerim, cui totam vitam meam cõcredidi. Vos vero, filii, manete in ſermonibus noſtris, ſeruantes quæ accepiſtis, vitamq; ſimul & fidem veſtram illibatam cuſtodientes. Vtrumque enim neceſſarium vobis eſt, ſi in vtroque placere, & accepti eſſe vultis. Scitis quomodo nihil ſubtraxerim vobis, quo minus annuntiarem veritatem, ſed publicè & priuatim omnibus congruentia indicarim: quæ vtinam
C mentibus veſtris fixa & immota hæreant. Spondeo autem vobis, ſi quam in die Domini fiduciam humilis nãciſcar, me pro vobis poſtulaturum, precaturumque inceſſanter, vt & ipſi ad meliora promoueamini, & cœnobium hoc veſtrum maiora ſemper incrementa capiat. Singulos ex vobis, ordine vnumquemque Deo viuenti oblaturus aſſumam. His diſcipulos affatus Pater adiecit ad extremum.

Abſentes Patres verbis meis ſalutate, Epiſcopos presbyteroſq; quo par eſt alloquio impertite, omnibus vbique fratribus aliiſq; omnib. qui in eadem confeſſione perſeuerant, ſupremam ex me allocutionem reddite. Interrogatus deinde à diuino Naucratio de monachis & laicis qui pœnitentiam agebant, reſpondit: Ignoſcet omnibus Deus: ne-
D mini imputentur errata. Duoſq; alios dies in hunc modum exegit, accedentibus benedicens, Crucisq; ſignum imprimens: frequentes enim in horas aduentabant hinc inde profecti, adeò vt digredientes alii ſemper interuenientes occuparent.

XLVII. REDDIT DEO SPIRITVM THEODORVS.

Die autem Dominico qui vndecimus erat menſis, & Menæ Martyris memoriæ dicatus, cùm ſenſim deſicere ſe animaduerteret, in ſupremumq; tempus aduenisse, cõſuetas laudum preces inchoari iubet. Deinde myſteriis diuinis, vt animæ viaticum & munimen eſſent, participat. Mox etiam luminaria ſuccendi, & exordio, qui in funerib. cantantur hymnos cani innuit. Diſcipulorumq; coronâ circumſtante, ac pſalmum: [a] Beati immaculati, decantãte, in illis verbis: In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas,
E quia in ipſis viuificaſti me, animam reddidit, infirma hæc deſerens, euolanſq; ad ſummam illam beatitudinem. Appoſituſq; eſt ad Sanctos Sanctus, ad ſacerdotes ſacerdos, ad Martyres Martyr, ad diuinos præcones vox ingens, totum penè orbem ſuo ſono peruagata, ad Confeſſores confeſſione illuſtris, & nomen hoc præcipuo titulo conſecutus. Cuius ſacrum corpus ad Principem inſulam, quanto cùm honore dici queat tranſlatum, vix tandem tradi potuit ſepulturæ; inhibente quoad poterat confluentis turbæ multitudine, ac deponi vetante. hactenus de obitu & ſepultura Theodori Michael, qui perorãs hac oratione profectum ad Deum Patrem compellat.

[a] Pſal. 118.

XLVIII.

At tu ſanctiſſime Pater, tam laudabilis vitæ, mortiſq; præmia in cælo nunc percipis, lumini immenſo adſtans, be-

PRECES MICHAELIS.

ataq; ac ſempiternæ Trinitatis eadẽ clarius, ſinceriuſq; collucens, eorum totâ mente ſplendorem excipiens Deitatis, atque ipſa eius coniunctione deus factus: memento autem & gregis quem intimè adamaſti, pro quo animam poſuiſti, cui ſubuenturum te, & pro eo interceſſurum promiſiſti. Te ipſo enim fretis, opem tuam & tutelam depoſcimus (nota nobis eſt tua in nos cura, patrum optime, ac filiorum amantiſsime) vt & in omnibus ad meliora nos ducas, & ad portum tandem tranquilliſsimum appellas, hancve nobis aſsidui officij mercedem tribuens, vt vitam inoffenſo pede claudamus, teq; patrono ac duce in Deum omnium euecti, immenſâ illa claritate perfruamur. hactenus auctor vnus ex diſcipulis Theodori atque numero Studitarum monachorum. Ad finem autem eius teſtamenti iſta appoſita leguntur: *Obdormiuit ſanctiſsimus Pater noſter & magnus Confeſſor Theodorus annos natus ſexaginta ſeptem, menſe Nouembri, vndecimâ die, Dominicâ, horâ ſextâ, Indictione quintâ, Anni VI.M.CCC.XXXV. ab origine mundi.* Porrò dies natalis eius tam Orientalibus quàm Occidentalibus annuâ die in Eccleſia memorandus iugiter perſeuerat in tabulis Eccleſiaſticis adnotatus.

XLIX. THEODORVS E CAELO DIMICAT CONTRA HOSTES.

Patuit quidem cuiq; intuenti per Theodorum in cælo & pro Eccleſiæ perfecta pace, proque ſuis (vt promiſerat) iuges ad Deum preces oblatas, eaſque Deo acceptas ſuâ miſericordiâ fuiſſe. Siquidem inſaniens hæreſis Iconoclaſtarum, efferueſcenſq; ſtudium Theomachorum, cùm magis illud excreuiſſe perſecutione Theophili huius Michaelis filij viſum eſſet: tunc inopinata tranquillitas facta eſt, reddita inſperata pax, nec breui temporis ſpacio, ſed perpetua, nec in vna ciuitate, ſed vbique locorum Orientali Imperio ſubiectorum, nemine amplius penitus aduerſante, firmiſſima ſtatuta ac ſtabilita. Et ne quis dubitare potuiſſet totum id Theodori precibus factum: illud ſatis euidens ſignum apparuit, quod per vnum ex ipſius diſcipulis Studij monachum, ſancti Patris hæredem atq; alumnum eſt feliciſſimè conſummatum. Vt planè euidens fuerit plus emolumenti attuliſſe Eccleſiæ Catholicæ Theodorum mortuum, ſed regnantem in cælis, quàm viuentem in terris, licèt ſanguinis ſui riuulis excitatum incendium extinguere repetitis crebrius confeſſionibus laborarit. Quomodo autẽ ſe iſta habuerint ſuo loco dicturi ſumus.

L.

Sed age iam vltimum ſancti Patris elogium proferamus, nempe illud quod ſuis à ſe ſcriptum tunc tradidit teſtamentum, ſpiritalium diuitiarum depoſitum; Latiniſque hactenus incognitum ex eodem depromptum Codice Columnenſi, quod & Græcè pariter ſcriptum extare nouimus in Sfortiana bibliotheca, ab eodem Sirmundo Pariſienſi Societatis Ieſu profeſſore in noſtrum ſermonem conuerſum in medium afferamus. Qui igitur (vt nuper audiſti) nihil remiſit ſtudij quo ſuis viuens prodeſſe poſſet, vt poſt mortẽ iiſdem profuturus eſſet, teſtatam ſuam publico monumẽto voluntatem voluit reliquiſſe. Cum enim grauiſſimâ illâ, vt audiſti, infirmitate detentus, nec loqui præ anguſtia afflicti ſpiritus præſentibus cuncta quæ vellet, neque longius ipſi, etiam ſi vellet, alloquendi facultas eſſet: diuinâ illâ ardens caritate magis quàm febre, accepto abſque arbitro calamo, conſcripſit iſtiuſmodi teſtamentum, cui à ſuis hæc inſcriptio legitur indita verbis iſtis.

LI.

Sancti ac Deiferi Patris noſtri & Confeſſoris Theodori Studienſis Præpoſiti teſtamẽtum. legitur autem ante dormitionem eius.

Dauidicam vocem audiens: [a] *Paratus ſum & non ſum turbatus. & iterum:* [b] *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: iã aſsiduâ miſeri corporis infirmitate captus, nõ poſsim vos omnes, filij mei & fratres atq; Patres, ſub exceſſus mei tempus adducere, propterea quod monaſteria iſta in diuerſis locis ſita ſunt, & quidam præterea peregrè profecti: velut inſtante iam migrationis ex hac vita mea articulo, teſtamentum hoc vobis prius condere inſtitui; rem congruam atq; vtilem me facturũ arbitratus, vt cognoſcãt qui ſupremã meã vocem audient, quemadmodũ credã & ſentiam; & qualem poſt me futurum Præpoſitũ relinquã, tum vt concordiam indè, pacemq; in Chriſto ſeruetis, quã aſcenſurus in cælos Dominus ſanctis diſcipulis ſuis & Apoſtolis reliquit.*

[a] Pſal. 118.
[b] Pſal. 56.

TESTAMENTVM S. THEODORI.

LII.

Credo igitur in Patrẽ, Filium, ac Spiritum ſanctũ, ſanctam conſubſtantialẽ Trinitatẽ, ſicut baptizatus ſui, regeneratus & conſummatus, Deũ Patrẽ confitens. Deũ Filiũ, Deum Spiritum ſanctum, vnũ tres deitate, ſicut vice verſa tres vnũ ſubſiſtentijs. Vnum enim eſt Deus Trinitas propter conſubſtantialitatẽ, licèt diſtincta ſit propter ſubſiſtentiarũ diſtinctionẽ. Confiteor deinde vnum è Trinitate Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum per immenſam erga homines caritatẽ ſuam in carne veniſſe ad ſalutem generis noſtri, ex ſancta & immaculata Deipara ſine humano ſemine carnẽ ſumpſiſſe, atq; ex vtero ſecundùm diuinum oraculũ naturæ lege natum eſſe, duplicem ipſum exiſtentem, totum perfectum deitate, quatenus nõ immutatum eſt, id quod erat, & totum perfectum humanitate, quatenus non dimiſit quicquam ex eo quod aſſumpſit, eundem vnum iuxta hypoſtaſin; ſicut in duabus naturis cognitum, ſic in totidem voluntatibus atque operationibus, per quas diuina & humana congruenter operatus eſt. iſta de ſanctiſſima Trinitate atque Chriſti incarnatione præmiſſa confeſſione, ſubijcit profeſſionem eorum quæ à præſentis temporis hæreticis impugnabantur, dicens.

THEODORI FIDEI ORTHODOXÆ PROFESSIO.

LIII.

Ad hæc omnem hæreticæ communionis errorem auerſor & abominor, ſex ſacris Oecumenicis Synodis inhærens, necnon illi quæ in Nicæa ciuitate iterum contra Chriſtianorum accuſatores coacta nuper fuit, adorans & amplectens venerãdas ſacraſq; imagines Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deiparæ, Apoſtolorũ, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum atque Iuſtorũ. Quin etiam ſacras illorum interceſsiones, quæ propitium Deum reddunt, expoſco. Sanctiſsimas etiã reliquias vt Dei gratiâ refertas cum fide & timore colo, & amplector. Omnem quoque diuinitus inſpiratam veteris & noui Teſtamenti ſcripturam recipio, omniumq; item diuinorum Patrum, Doctorum, & monachorum vitas & ſcripta. Hoc verò dixerim propter veſanum illum Pamphilum, qui ex Oriente prodijt, & hos Sãctos traduxit, Marcum, inquam, Eſaiam, Barſanuphium, Dorotheum, & Heſychium, non quidem Barſanuphium & Eſaiam & Dorotheum illos qui cum Acephalis coacephali, id eſt, ſine capite pariter fuerunt, & Decacerati, quod dicebatur, ſeu decem cornuum hæreſis participes, & quaſi concornes, quiq; a beato Sophronio in eius libello anathemate damnantur; cùm diuerſi haud dubium iſti fuerint à prædictis quos ego ex paterna traditione recipio poſt interrogationem Taraſij Patriarchæ ſanctiſsimi, aliorumq; fide dignorum hominum, tùm indigenarum, tùm Orientalium, cum & Barſanuphij imaginem in ſacro magnæ Eccleſiæ veſtiario vna cum Antonio, Ephraim, alijſq; ſanctis Patribus extare conſtet. & in eorum doctrina nullum impietatis veſtigium offenderim, ſed è contra, magnũ ſpiritualis animæ compendium, quoad nimirum per Synodicam inquiſitionem error quiſpiã in illis deprehendatur. Nam ſi illos ipſos eſſe liquebit, qui anathemate vocati fuerunt, aut vt ab ijs diuerſi ſint, hæreſi tamen illâ infectos; anathema illis, & catathema & panathema à Patre & Filio & Spiritu ſancto.

LIIII.

Confiteor inſuper monaſticum ſtatum ſublimem eſſe & excelſum, & Angelicum, qui & peccata omnia expurget abſoluta vitæ perfectiõe, tum nimirũ ſi ex diuini magni

Baſilij

Digitized by Google

Baſilij Aſceticorum legibus plenè exigatur, & non dimidiata ex parte, vt ſolent quidam, qui aliqua deſumunt, alia (vt placet) omittunt. ita vt extra tres gradus qui in diuina ſcala oſtenſi ſunt, vitam hanc legitimè ducere non liceat, nō ſeruum poſſidere, non iumentum ſexus feminei, quorum vtrumq; ab instituto alienum eſt, & animæ periculoſum. Atque hæc ego curſim paucis perſtrinxi, neque enim tempus patitur, vt pluribus exponam; ne quis fortè mihi prauam opinionem attribuat, contra quam rectè ſentio & doceo.

AD PRÆPOSITVM FACTA ADMONITIO.

His autem ita conſtitutis, proximum eſt, vt dicam etiam de Præpoſito. Primum igitur dominum & patrem meum ac patrem veſtrum, relinquo ſanctiſſimum Recluſum, eūdem & patrem & lumen & magiſtrum. Ille mihi & vobis præfuit in Domino, caputq; noſtrum eſt, quamuis ſeipſum ſubduxerit ob Christi æmulam humilitatem degens in ſilentio; cuius ductu ac precibus confido vos ſaluos fore, ſi modo congruentem erga illum fidem, obedientiamq; præbeatis. Deinde quem ipſi communi calculo diuinitus, paterno conſilio præeunte, præficietis. In quo enim conſenſerit fraternitas vniuerſa, & huic ego libens, volensq; ſuffragor.

LV. *Verum ades, pater, ac fili, quicumq; futurus es; en fidei tuæ trado in oculis Dei, electorumq; Angelorum eius totam in Chriſto fraternitatem, vt eam ſuſcipias. At quomodo accipies? quo pacto reges? qua ratione cuſtodies? Tāquam agnos Christi, tanquam membra tua cariſſima, ſouens, procurans, & diligens vnumquemq; iuxta æquam caritatis menſuram, quoniam ex æquo membra corporis diligit vnuſquiſque. Aperi viſcera tua in commiſeratione, introduc omnes in miſericordia, lacta illos, reforma illos, perfice illos in Domino. Acue mentem tuam prudentiā, excita diligētiam fortitudine, confirma pectus fide ac ſpe: præcurre illis ad omne opus bonum; propugna aduerſus ſpiritales inimicos, defende, dirige, produc illos ad virtutis ſedem. diuide illis terram trāquillæ affectuum vacuitatis. Propterea mandata hæc tibi do, quæ obſeruare neceſſariò debes. Non igitur immutabis abſque vrgente neceſſitate, formam, & regulam, quam ab humilitate mea in omnibus accepiſti. Non poſſidebis ex mundo hoc quidquam, nec tibi ipſi propriè repones nec vnicum argenteum.*

LVI. CONSANGVINEIS QVOVIS PRÆTEXTV NIHIL DANDVM.

Non diuides animum & cor tuum alijs curis & ſollicitudinibus propter eos qui tibi à Deo cōmiſſi, & à me traditi ſunt, ſpiritales filios & fratres tuos. Non erogabis in tuos olim ſecundum carnē aut propinquos aut amicos aut ſodales ex proprijs monaſterij rebus quicquam, nec viuens, nec poſt mortem, eleemoſynæ, vel hæreditatis nomine. Neque enim ex ſæculo es, vt conſortium habeas cum ſæcularibus, niſi qui fortè ex cœnobio in ordinem noſtrum tranſierint, atque ita eorum curam geras ad exemplum ſanctorum Patrum. Non poſſidebis ſeruum nec tuos in vſus, nec proprij monaſterij, nec denique ad agros hominem qui ad Dei imaginem factus eſt: hoc enim ſolis ſæcularibus conceſſum eſt, ſicut nuptiæ. Tu verò fratribus tuis teipſum vnanimis famulum animo præſtare debes, licet externâ ſpecie tanquam dominus & magiſter reputare. Nec habeas iumentum feminei ſexus ad miniſteria neceſſaria tu qui feminis omninò renuntiaſti, neque in monaſterio, neque in agris, cum nec quiſquam ſanctorum Patrum noſtrorum vſus ſit, nec natura ipſa permittat. Non ſuperuehetis equis aut mulis abſque neceſſitate, ſed Chriſti exemplo, pedibus iter facies. Si nimium, pullus aſini erit iumentum tuum.

LVII. *Curabis omninò, vt inter fratres communia & indiuiſa ſint omnia, & nihil cuiuſquam proprij iure dominij vſque ad acum. Tibi verò & anima & corpus, nec præterea quicquā. Æquâ lance caritatis diuiſa ſunto in omnes tuos ſpiritales filios ac fratres. Nō habeas cum ſæcularibus adoptiones, aut conſiliationes in quis mundū fugis ac nuptias. Non enim reperitur in Patribus; & ſi reperitur, raro, neque id lex eſt. Non epulare cum mulieribus, exceptâ matre tua ſecundùm carnem, & ſorore tuâ. ſiue canonicæ fuerint, ſiue ſæculares, niſi vis aliqua & neceſſitas impellat, ſicut admonent ſancti Patres. Ne frequens ſis in aggreſſibus & circumcurſationibus, proprium ouile deſerens ſine neceſſitate: melius enim eſt & optabilius, vt vel ocioſus in caula degens, ſeruare poſſis variabiles, & latè errantes rationales oues. Obſeruabis prorſus, vt catecheſin ter qualibet hebdomada facias veſperi, vel per temetipſum vel alium quēpiam è filijs: quoniā à Patribus traditum eſt, & ſalutare. Non dabis paruum habitum, quem vocant, poſtea, veluti magnum: vnus enim eſt habitus ſicuti & baptiſma, quemadmodum in more fuit ſanctorum Patrum.*

Non tranſilies leges & regulas ſanctorum Patrum, præcipuè ante omnes diuini & magni Baſilij: ſed quicquid facies aut dices, tanquam teſtimonium habens ex ſcripturis, facies, aut ex paterna conſuetudine, abſq; diuini mandati præuaricatione. Non derelinques gregem tuum, vt ad alium tranſeas, aut ad dignitatem non reuertēre, niſi ex conſenſu & approbatione fraternitatis. Non ineas amicitiam cum canonica, neque ingrediare monaſterium feminarum, nec ſolus colloquare cum monacha vel ſæculari, niſi neceſſitas trahat, idq; cum duabus ab vtraq; parte perſonis adſtantibus; vnius enim (vt aiunt) facilis eſt calumnia. Non aperies oſtium monaſterij ad intromittendam feminam vllam ſine magna neceſſitate. LVIII.

Non ſtatues tibi diuerſorium, aut ſpiritualibus filijs ſæcularem domum, in qua ſint etiam mulieres, crebrò accedens; ſed apud religioſos viros potius diuerſare, & tranſitoria vitæ ſubſidia capere ſtudebis. Non habebis in cella tua diſcipulum adoleſcentem, quo aſſiciare, ſed miniſteria tua obeant diuerſi fratres, & minimè ſuſpecti. Non vtēris veſtimento elaborato & pretioſo, præterquam ſacerdotali, ſed humilibus, Patrum exemplo, induēre & calceabere. Non eris delicatus ac lautus, neque in priuato ſumptu tuo, neq; in hoſpitum receptione, tamquam eâ curâ diſtraharis: hoc enim proprium eſt vitæ voluptuariæ. Non recondas aurum in monaſterio tuo, ſed quicquid in vnoquoq; genere redundabit, indigentibus largire, adaperto atrio tuo, ſicuti ſancti Patres. Non ſeruabis locum munitum, nec curam geras œconomicam, ſed clauis eſto tibi, ſummâ curâ animarum, ad ſoluendum & ligandum iuxta diuina oracula. Aurum autem & res vſui neceſſarias committes œconomis, cellarijs, & cæteris vt cuiq; conuenit ex officio, ita nimirùm vt omnium habeas poteſtatem; & transferas prout cum præceperis, in hunc vel in illum, rationem exigens vniuſcuiuſque adminiſtrationis.

Non anteponas fratrum vtilitati perſonam cuiuſq; alterius hominis eminentis, ac potentis ſecundum ſæculum. Nec refugies pro diuinarum legum ac præceptorum obſeruatione, animam tuam vſque ad ſanguinem apponere. Non facies vel ages quicquam ex proprio ſenſu in re vlla, ſiue ad animam ſpectet, ſiue ad corpus, primùm ſine conſilio ac voto domini ac patris tui, deinde aliorum iudicio & pietate præcellentium, prout ſubiecta res poſtulat: vno enim forſitan opus eſt, aut duobus aut tribus aut pluribus etiam ſicut à Patribus nobis præceptum eſt. Hæc omnia, & quæcumque alia accepiſti, ſeruabis, & cuſtodies, vt bene tibi ſit, & rectè ambules in Domino. Contrarium enim abſit vel dicere vel cogitare. LIX.

AD SVBDITOS ADMONITIO.

Adeſte & vos, filij mei ac fratres, & audite miſerrimā vocem meam. Suſcipite dominum Præpoſitum, ſicut elegiſtis ipſum omnes: nemini enim fas eſt, vllo modo aliam quampiam vitam eligere, præter quam ſortitus eſt. Et hoc vinculum eſt à Domino. Amplectimini illum tamquam ſucceſſorem meum, cum reuerentia & honore intuentes in eum, & legitimam obedientiæ regulam ergà illum ſeruate, nouam eius in Domino promotionem minimè ſpernentes, nec plus quicquam in eo requirētes, quam ei à Spiritu ſancto cōceſſum ſit, quandoquidem ei ſufficit...

obſeruet, quæ ab humilitate mea præcepta ſunt. Quod ſi diligitis me, filij mei, mandata mea ſeruate, & pacem inter vos habetote. Angelicum promiſſum veſtrum incorruptum cuſtodite. In cœlis ambulantes, mundum odio habentes, ad mundi opera ne conuertamini. Solutis vinculis carnalium affectuum, ne in eoſdem iterum impingatis, qui omnibus caducis huius vitæ illecebris renuntiaſtis; à propoſito veſtri ſtudio ne reſiliatis, riſum dæmonibus præbentes. Ad curſum obedientiæ vſque ad finem inſiſtite, vt immarceſcibilem iuſtitiæ coronam reportetis, humilitatem ſectantes, voluntatem propriam abnegate, ad ea ſolum vos conformantes, quæ à Præpoſito veſtro fuerint approbata. Etſi quidem hæc ſcitis, beati ſi ad finem vſque illa ſeruabitis. Vos enim Martyrum chorus excipiet, coronisq; in Regno cœlorum redimiti ſempiternis bonis fruemini.

LX. *De caetero, fratres, Valete. Iter enim ingredior, vnde reditus non patet, quod omnes ab æuo ingreſſi ſunt, quod & vos poſtmodum, hac vitâ peractâ, ingreſſuri eſtis. Ignoro autem, fratres mei, quò pergam, & quale iudicium me maneat, aut quiſnam me locus excipiet. Opus enim bonum in conſpectu Dei nullum egi, ne vnum quidem: ac contrà reus ſum omnis peccati.* Ita Sanctus ex affectu timoris, ſe ipſum conſiderans vt hominem. At ſecundùm illud Dauidicum: [a] *Ad meipſum anima mea conturbata eſt, propterea memor ero tui,* ſtatim inter ſcribendom, diuinæ bonitatis conſideratione, ſpe erectus & fiduciâ exaltatus, loogè diuerſa profert, iſta mox ſubdens.

DE SEIPSO HVMILIS CONFESSIO CVM FIDVCIA SALVTIS.

[a] Pſal. 41.

Veruntamen lætor & gaudeo, quod ex hoc mundo in cœlum abeo, à tenebris in lucem, à ſeruitute in libertatem, ab incolatu in veram habitationem & patriam, à peregrinis & alienis (incola [b] enim ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei) ad mea & propria: confidentius adhuc dicam, quod ad Dominum meum abeo, ad Dominum & Deum meum, quem dilexit anima mea, quem agnoui patrem, tametſi nō colui vt filius, quem poſſedi præ omnibus, tametſi vt germanus ſeruus non ſeruiui. Hæc vt inſipiens dixi, ſed propter vos dixi, vt propenſiores ſitis, & oretis pro ſalute mea, quam vbi adeptus fuero (ea ſpondeo in oculis veritatis) non deſiturum me confidenter orare Deum ac Dominum meum pro omnibus vobis, vt benè vobis ſit, vt ſaluemini, vt impleamini, expectans vnumquemq; ſigillatim, cum ex mundo migrabit, vt videam & excipiam & amplectar. Fiduciam enim hanc habeo, quod bonitas eius in idipſum nos omnes hic ſeruabit, & in futuro ſæculo, eius mādatis obſequutos ad celebrandam eius ſummam potentiam. Recordamini humilium ſermonum meorum, filij. Depoſitum cuſtodite in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cuius gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen. hactenùs Patris ſanctiſſimi teſtameotum.

[b] Pſal. 118.

LXI. Defuncto itaque (vt dictum eſt) magni nominis & meriti apud Deum & homines Theodoro, Imperatorū cenſore grauiſſimo, imperterrito monitore, atque acerrimo reprehenſore Prïocipum, perinde ac ſi cum ipſo extinctæ eſſent omnes Eccleſiaſticæ leges, Imperatori inconceſſa tentandi aditus eſt patefactus. Accidit planè Michaëli Imperatori, ſecundùm illod Apocalypſis de reprobis dictum: *Qui ſordeſcit, ſordeſcat adhuc.* Etenim cum ſemel ad mala laxaſſet habenas, addidit ad alia ſcelera ſacrilegium illud, vt defuncta vxore, deſponſatam Chriſto, veteri Chriſtiano ritu, virginē monialem, à pueritia educatam in monaſterio, Conſtantini, vt ferebatur, Imperatoris filiam, nomine Euphroſynam vxorem duxerit, nemine reclamante, vti ſępè fecerat magnus ille Theodorus, Dei tonitru, Regum terror, qui vt alter Bapriſta Ioannes Reges impios redarguere, ſcriptiſque proſcindere conſueuit. Sed quod Regum facta in ſubditorum exempla ducuotur, poſt hęc idem ſcelus (vt ſuo loco dicemus) perpetrauit in Sicilia militum ductor Euphemius, qui monialem virginem ſibi matrimonio iunxit. Verùm quod ipſe impunè patrauit ſcelus Imperator, in alio magnoperè vltum voluit; cuius rei causâ, tradita eſt inſula Sarracenis, vt pluribus ſuo loco dicetur.

EVPHROSYNAM MONIALEM DVCIT IN VXOREM IMP.

LXII. Sed execratus parentis ſcelus filius eius Theophilus, ſtaōm vt potuit, vbi pater ex hac vita deceſſit, ſumma rerum ipſe potitus, eamdem Euphroſynam oouercam Auguſtam, ſecuritaōs iuramento firmatam, ex aula pulſam in monaſterium, ex quo abducta fuerat, redire coegit.

EVPHROSYNA AVGVSTA COACTA DENVO REDIRE IN MONASTERIVM.

Sequota ſunt Michaëlis ſcelus ingentia mala; nam omnis exercitus Imperatoris io Cretam miſſus ad expellendos inde Sarracenos, qui eâ potiti fortiter defendebant, ipſorum gladijs penitùs cæſus fuit, adeò vt oec vous Cooſtanonopolim redire potuerit. Sed & eodem pariter tempore Dalmatia ab Orientali Imperatore defecit. habet hæc omnia pluribus Ioannes Curopalata. Sed quod ſemel impius Imperator magno totius Catholici orbis horrore ſacrilegium huiuſcemodi perpetrauit (proh oefas! proh dolor! proh pudot!) Patriarchę huius ſæculi hæreticorum, eorumque ſectarij Nouatores nefandiſſimè frequentarunt, & abſq; pudore, immò cum gloria, vtpote ex conditarum ab ipſis infanium legum præſcripto. Quo delirium mentis præcipitat miſeros?

IESV CHRISTI
Annus 827.

VALENTINI PAP. Anous I. | LVDOVICI 14. MICHAEL BALBI 7. IMPP.

I. ANNVS ſequitur Redemptoris octingenteſimus vigeſimusſeptimus, Indictionis quintæ, quo venerandæ reliquiæ SS. Marcellini & Petri, de quibus pluribus actum eſt anno ſuperiori, delatæ Aquiſgranum, immenſis coruſcauere miraculis, adeò vt Ludouicus Imp. vnà cū ſuis omnibus magnâ admiratione affectus, propenſiori ſtudio Sanctos colerent. Sed quâ occaſione id factum acciderit, audi Einhardum qui aderat, rem geſtam verbis his proſequentem: *Tranſactis admodum paucis poſtquam ad Comitatum veneram, diebus, ego ſecundùm conſuetudinem aulicorum maturiùs ſurgens, primo mane palatium petij. Ibi cùm ingreſſus Hilduinum, cuius libro ſuperiore mentionem feci, ante fores regij cubiculi ſedentem, atque egreſſum Principis opperientem inueniſſem, ex more ſalutatum ſurgere, atque ad quamdam feneſtram, de qua in inferiora palatij proſpectus erat, mecum accedere rogaui. Ad quam pariter ſtando incumbentes, de tranſlatione SS. Martyrum Marcellini & Petri, necnon & de miraculo, quod influxit, cruoris, quo loculum eorum ſeptem diebus ſudaſſe commemoraui, oſtenſum eſt, mirando multa ſumus locuti. Cumq; ad id loci ſermocinando veniſſemus, vt etiam de veſtimentis, quæ cum corporibus eorum inuenta ſunt mentio fieret, atque ego mira ſubtilitatis veſtem beati Marcellini fuiſſe dicerem: ille velut qui rem æquè vt ego notam haberet, vera me de veſtibus dixiſſe reſpondit. Hic ego ſtupefactus & admirans, percontari cœpi, vnde illi hæc veſtimentorum quæ numquam viderat, notitia contingere potuiſſet.*

CONGRESSVS EINHARDI CVM HILDVINO.

II. *At ille me intuitus, paululum ſiluit, ac deinde: Satim, inquit, eſſe arbitror, vt per me cognoſcas, quod me tacente, tamen per alios celeriter es cogniturus, & ego illius rei ſim proditor ſimplex, quam fortaſſe alter ſi prodiderit, non ſimpliciter enuntiabit: neque enim poteſt, quia ſic natura comparatum eſt, vt hoc quis veraciter dicere*

Digitized by Google

queat, cuius notitiam non per ſeipſum, ſed aliorum relatione fuerit aſſecutus. Tua tantum fidei committe, qualiter inde mecum acturus ſis, poſtquàm meis relatu omnem rei geſtæ veritatem agnoueris. Cui cùm me non aliud acturum, quàm quòd inter nos conueniret, breui ſermone reſpondiſſem: Presbyter (inquit) ille qui ad ferendas beati Tiburtij reliquias, Romam meo iuſſu profectus eſt, cum id propter quod illò venerat, ita vt volebat, perficere nequiuiſſet; iamq́; Notarius tuus acceptis de quibus loquimur, ſanctorum Martyrum reliquijs, domum redire ſtatuiſſet: init cum illo conſilium, vt illo paululum Romæ moras faciente, ipſe cum Luniſone fratre Deuſdonæ, & cum hominibus eius qui illos ſacros cineres ferre debebant, Papiam vſque præcederet, ibiq́; illius ac Deuſdonæ præſtolarentur aduentum. Placuit ambobus iſta conuentio, illisq́; Romæ ſubſtantibus, presbyter cum Luniſone ac pueris reliquias ferentibus Papiam proficiſcitur.

DE SVBLATIS FVRTO RELIQVIIS NARRATIO.

III. Quò cùm eſſet peruentum, ſcrinia ſacros cineres continentia in Eccleſia tua penes altare ſunt poſita, atque ab excubantibus clericis ac laicis in eadem baſilica diligenti ſolertiâ cuſtodita. Quâdam vero nocte, cùm & ipſe inter cæteros ad eaſdem excubias in Eccleſia vigilaret: contigit (vt & ipſe aſſerit) circa mediam ferè noctem, vt obrepente paulatim ſomno, vniuerſi qui intra eamdem baſilicam vigilandi gratiâ conuenerant, præter ſe ſolum obdormirent. Tum ſibi in mentem veniſſe, viſumq́; fuiſſe, non ſine magna quadam cauſa factum, vt hominibus tam ſubitaneus ſopor obrepſerit: ratumq́; ſibi oblatâ occaſione vtendum, ſurrexit, atq́; accenſo lumine, ad ſcrinia ſilenter acceſſit. Tum filis ſigillorum admotâ cerei flammâ crematis, ſcrinia ſine claue celeriter aperuit, ac de vtroque corpore portionem, quæ ei videbatur, accipiens, ſigilla, vt erant, integra filorum crematorũ ſummitatibus annectit, nulloq́; id factum ſentiente, in loco ſuo reſedit. Poſt hac ſublatas tali furto Sanctorum reliquias, cùm ad me fuiſſet reuerſus detulit, primoq́; illas non ſancti Marcellini vel Petri, ſed ſancti Tiburtij eſſe, aſſeuerauit. Deinde cum neſcio quid vereretur, ſecretè mecum locutus, quorum Sanctorum eſſent reliquiæ, quoque modo eas fuiſſet adeptus, patenter aperuit. Habemus illas apud Sanctum Medardum in loco celebri honorificè collocatas, vbi ab omni populo cum magna veneratione coluntur, ſed vtrum eas nobis habere liceat, in tuo manet arbitrio.

RELIQVIÆ FVRTO SVBLATÆ IN ECCLESIA S. MEDARDI DEPOSITÆ.

IV. His auditis, recordatus ſum quid in itinere, quo proximè ad palatiũ proficiſcebar, à quodam hoſpite audierim; qui inter cætera quæ mecum loquebatur: Nunquid noſti, ait, qualis de ſanctis Martyribus Marcellino & Petro per hanc regionem fama diſperſa ſit? Cumq́; me id neſcire reſponderem, tum ille: Dicunt, inquit, qui de ſancto Sebaſtiano veniunt (ex monaſterio & Eccleſia ſancti Medardi ſcilicèt, vbi reliquiæ ſancti Sebaſtiani collocatæ fuerant) quod presbyter quidam Hilduini Abbatis, qui cum Notario tuo Romam profectus eſt, cum indè reuerterentur, & in quodam loco communi diuerſorio vterentur, tuis ebrietate ac ſomno depreſſis, & id quod agebatur penitùs ignorãtibus, ſcrinia quibus Sanctorum corpora continebantur, aperuiſſet, eaq́; inde abſtuliſſet, atq́; abiens Hilduino detuliſſet: & modo apud S. Medardum ſint. In ſcrinijs verò tuis parum quiddam ſacri pulueris remanſiſſe, quod ad te per Notarium tuum perlatum ſit. Horum reminiſcens, eaq́; cum his quæ ab Hilduino dicebantur, conferens, non modicâ mentis perturbatione commotus ſum, ob hoc præcipuè, quia nondum inuentum habebam conſilium, quo illam execrabilem atque aſtutam diaboli vbique diuulgatam famam extinguere, ac de cordibus deceptæ multitudinis depellere potuiſſem. Illud tamen optimè iudicaui, vt Hilduinum rogarẽ id ipſum mihi reddere quod de meis ſcrinijs ſublatum, & ad ſe delatum, itque à ſe receptum poſt illam ſpontaneam confeſſionem negare non poterat. Quod etiam quantâ potui inſtantiâ

OBTINET AB HILDVINO SVBLATAS RELIQVIAS EINHARDVS.

A facere curaui; & licèt ille paulò durior & difficilior quàm optaueram in aſſenſione fuiſſet: victus tamen eſt ſedulitate precum mearum, ceſſitq́; improbitati meæ qui ſe paulò antè nullius ſuaſioni, in hac præſertim cauſa, ceſſurum pronuntiauerat.

V. Intereà miſſis ad Ratleicum & Luniſonem litteris (erant enim in loco vbi Martyrum corpora collocaui) qualis per totam penè Galliam de ijſdem ſanctis Martyribus fama eſſet, eis indicare curaui: commonefaciens eos, vt cogitarent ſi aliquid tale vel ſimile his, quæ Hilduinus de facto presbyteri ſui aſſerebat, in via eorum aduertere, vel reminiſci potuiſſent. Qui ſtatim ad me in palatium venientes, valdè diſparẽ his quæ Hilduinus dicebat, fabulam detulerunt: Nam in primis omnia quæ presbyter ille Hilduino retulerat, falſa eſſe teſtati ſunt, neq́; vllam poſtquam B Româ exierunt, vel illi presbytero, vel cuilibet alteri datã fuiſſe occaſionem, per quam ad huiuſmodi facinus perpetrandum aditum habere potuiſſet. Sed hoc ipſum quod de ſacris Martyrum cineribus aliter quàm debuerat, accidiſſe conſtabat, Romæ in domo Deuſdonæ per [...]aritiam Luniſonis & vafritiem memorati presbyt[...]giſſe, eo videlicet tempore quo corpus beati M[...] de tumba ſua ſublatum, in domo Deuſdonæ ſeru[...], modumq́; facti talem fuiſſe dixerunt. Memoratus ille Hilduini presbyter ſpe quam de S. Tiburtij corpore adipiſcendo conceperat, fruſtratus, ne omnino vacuus ad dominum ſuum reuerteretur, quod fide non poterat, fraude aſſequi molitus eſt. Ita Luniſonem aggreſſus, quia pauperem ac proinde cupidum C eſſe cognouerat, oblatis ei quatuor aureis nummis, quinq́; argenti ſolidis, ad proditionem faciendam illexit. Accipiens enim oblatam pecuniam, arcam in qua corpus beati Marcellini erat à Deuſdona depoſitum atque incluſum aperuit, & illi nequiſſimo nebuloni auferendi ex ea quod vellet, qualem ipſe optauerat, poteſtatem fecit. Nec ille in ea rapina particeps fuit: nam tantum de ſacris beati Martyris cineribus ſuſtulit, quantum vas ſextarij menſuram habens, capere poſſe videbatur. Hoc eo modo factum eſſe, ipſe qui id cum memorato presbytero machinatus eſt Luniſo, pedibus meis deuolutus, flendo teſtatus eſt. Tum ergo rei veritate compertâ, Ratleicum ac Luniſonem eò vnde venerant redire præcepi.

[sic] inferre Dom

QVOMODO TVRPI MERCEDE RELIQVIÆ S. MARCELLINI SINT DATÆ.

VI. Ac deinde cum Hilduino locutus, conuentione inter nos D factâ, quando ſacræ mihi reliquiæ redderentur, duos clericos de domo noſtra Hiltfridum videlicet ac Filimarũ (alter presbyter alter* ſubdiaconus erat) ad recipiendas eas Auguſtam Sueſſorum pergere iuſſi, mittens per eoſdem ad locum de quo eædem reliquiæ auferendæ erant, benedictionis gratiâ nummos aureos numero centum. Qui vbi ad monaſterium ſancti Medardi in die Palmarum veniſſent, per triduum ibi morati ſunt; & recepto illo propter quem miſſi fuerant, incomparabili theſauro, comitantibus ſecum duobus ex eodem monaſterio fratribus, quantâ potuerunt celeritate ad palatium reuerſi ſunt. Reliquias autem non mihi, ſed Hilduino detulerunt. Quas ipſe recipiens, in Oratorio domus ſuæ fecit cuſtodiri, vſque dum tranſactis Paſchalis feſti occupationibus, vacuum tempus E haberet, quo mihi id quod reddendum erat, priuſquam redderet, oſtendere potuiſſet.

* diaconus

RELIQVIÆ B. MARCELLINI AQVISGRANVM DELATÆ.

VII. Completis itaque poſt ſanctum Paſcha octo vel eò amplius diebus, cum Rex venandi gratiâ de palatio fuiſſet egreſſus, Hilduinus, ſecundùm quod inter nos conuenerat, memoratis reliquijs de Oratorio ſuo, vbi ſeruabantur, ſublatis, atque baſilicæ ſanctæ Dei Genitricis illatis, altariq́; ſuperpoſitis, me vt eas inſpicerem, fecit acciri. Tum capſam in qua reliquiæ continebantur, aperiens oſtendit mihi, vt viderem quid eſſet quod ille redderet, & ego reciperem. Exinde ſublatã de altari eãdem capſam in manibus meis impoſuit; dataq́; oratione competenti, præcentoris etiam officio functus, antiphonam laudis Martyrum conuenientem clericis ad pſallendum paratis impoſuit; neq́; cum illo

EX BASILICA IN ORATORIVM RECEPTÆ RELIQVIÆ TRANSLATÆ.

inaſtima-

Digitized by Google

ineſtimabili theſauro recedenter, vſque ad oſtium baſilicæ concinendo proſecutum eſt. Proceſſimus inde paulatim cum crucibus & cereis laudantes Domini miſericordiam vſque ad Oratorium quod erat in domo noſtra vili opere inſtructum, eiq́; (quia aliud non habebatur) illas ſacras reliquias intulimus. In illa verò proceſſione noſtra, quam de baſilica vſque ad Oratorium noſtrum nos feciſſe dixi, quid miraculi acciderit, cenſeo non eſſe tacendum.

VIII. ODOR IMMENSVS EX SACRIS RELIQVIIS.

Egredientibus enim nobis de Eccleſia, laudemq́; Domino Deo noſtro excelsâ voce canentibus, tanta vis ſuauiſſimi odoris eam partem vici Aquenſis, quæ ab Eccleſia ad Occidentem reſpicit, totam impleuit, vt illa fragrantia pene omnes eiuſdem partis habitatores, itemq́; vniuerſi, qui pro quibuſlibet cauſis atque negotijs, eadem in parte fuerant conſtituti, ita diuinitùs commouerentur, vt omiſſis quæ in manibus habebantur operibus, cuncti curſu rapidiſſimo, primò ad Eccleſiam, deinde quaſi per veſtigium ad Oratorium noſtrum, in quod illas reliquias illatas eſſe audierant, ſummoperè feſtinarent. Fit immodicus intrà ſeptanos [illegible] exultantis ſimul atque admirantis populi concurſus, [illegible] m magna pars eorum qui confluxerunt, id quod ag[illegible], quid eſſet ignoraret; gaudio tamen & exultatione re[illegible], Dei omnipotentis miſericordiam collaudabant.

IX.

Poſtquam famâ crebreſcente diuulgatum eſt, reliquias S. Marcellini Martyris in eum locum eſſe delatas: non ſolùm de eodem vico Aquenſi & vicinis etiam adiacentibus villis, verùm etiam de longinquioribus locis ac pagis adeò frequens atque immanis multitudo congregata eſt, vt nobis ad officium in eodem Oratorio celebrandum præter veſpertinas horas atq; nocturnas haud facilis pateret introitus. Adducebantur vndiq; debiles, & varijs affecti languoribus circa Oratorij parietes à propinquis ſuis atque amicis collocabantur. Videres ibi pene omnium infirmitatum genera per virtutem Chriſti Domini, & per meritum beatiſſimi Martyris in omni ſexu & ætate curari: cæcis viſus, claudis inceſſus, ſurdis auditus, mutis ſermo redditur; paralytici etiam & qui totius corporis viribus deſtituti, alienis manibus apportati ſunt, ſanitate recepta, proprijs pedibus ad ſua reuertebantur. Sed ſingula ibi tùm facta miracula idem qui aſpexit præſens ſingulis Einhardus ſcriptis mandans, tertium ex illis librum conſcripſit. Sed ſuſceptam ab eo ſemel modo proſequamur narrationem hiſtoriæ. pergit enim.

CREBRA MIRACVLA EX RELIQVIIS MARTYRIS.

X. LVDOVICVS IMP. VENERATVR S. RELIQVIAS.

Hæc vbi ad regias aures relatione Hilduini prolata ſunt: ſtatuit primo, vt ad palatium regreſſus, Oratorium noſtrum in quo hæc fiebant, Martyrem venerabundus accederet: Sed ne id faceret, eodem Hilduino ſuggerente, prohibitus, ad maiorem baſilicam reliquias deferri præcepit: ibiq; delatas humili ſupplicatione veneratus eſt, celebratiſq; Miſſarum ſolemnijs, obtulit beatis Martyribus Marcellino & Petro quoddam prædiolum ſitũ iuxta fluuium Aram vocabulo, Ludolueſtropf habens manſos quindecim, & vinearum aripennes nouem. Obtulit & Regina cingulum ſuum ex auro & gemmis factum penſans libras tres. Quibus expletis, relata ſunt reliquiæ ad locum ſuum, in Oratorium videlicèt noſtrum, fueruntq́; ibi diebus quadraginta vel ampliùs, vſque dum Imperator palatio egrediens, venandi gratiâ ſolemni more ſiluas peteret.

XI. INGENS MIRACVLVM DE ANV CVRATA.

*Quo facto, & nos comparatis, quæ ad profectionem noſtram neceſſaria videbantur, cum iiſdem reliquijs de vico Aquenſi promouimus. In ipſo autem noſtræ egreſſionis articulo, cùm Miſſarum ſolemnia celebrarentur, anus quædam in palatio notiſſima, annorum circiter octoginta, neruorum contractione laborans, in conſpectu noſtro curata eſt. quæ vt ipſa narrante didicimus, per quinquaginta annos hoc morbo detenta more quadrupedum genibus manibuſq́; nitendo, officium ambulandi reptando impleuerat. Inde iter ingreſſi, ſuffragantibus Sanctorum meritis, *ſexto decimo die Mulinheimum vicum, in quo ſacros beatorum Martyrum cineres ad Comitatum profecturi dimiſimus, Domino adiuuante, peruenimus. In quo itinere quantum gaudij quantumq́; lætitia de illarum aduentu reliquiarum populis in eadem via conſiſtentibus acceſſerit, neque mihi ſilendum eſt; nec tamen ita vt fuit, plenè dici atq; enuntiari poteſt. Dicendum tamen eſt, ne res ad Dei laudem maxime pertinens, quaſi per deſidiam ſilentio ſuppreſſa videatur. At primùm quidem geſtit animus id referre, quod palatio egreſſi in multorum præſentia nos vidiſſe reminiſcimur.*

* ſexto decimum

XII. DIMISSIO DEBITI ET INIVRIARVM SPONTANEA.

Vurmius dicitur fluuiolus, duobus ferè paſſuum millibus ab Aquenſi palatio diſtantem habens pontem; ad quem venientes propter multitudinem quæ nos eotq; de palatio proſequebatur, iamq́; redire volebat, vt orandi locum haberet, parumper conſtitimus: ibi quidam de orantibus cum alio ad reliquias accedens, ſociumq́; reſpiciens: Propter amorem, inquit, atque honorem huius Sancti, ære alieno, propter quod te mihi obnoxium eſſe non ignoras, abſoluo: Debebat ei (vt ipſe fatebatur) dimidiam argenti libram. Itemq́; alter ſocium ſuum manu comprehenſum ad reliquias trahens: patrem, ait, meum occidiſti, ac proinde inimici eramus ad inuicem; nunc autem propter amorem & honorem Dei, & huius Sancti, depoſitâ ſimultate, fœdus tecum iungere atq; inire volo, vt ab hinc in futurum perpetua inter nos amicitia permaneat; ſitq; hic Sanctus conditæ inuicem caritatis teſtis, & vltor in eum qui hanc pacem prior irrumpere tentauerit.

XIII. VETVS MOS IN TRANSLATIONE RELIQVIARVM SERVATVS.

Hic illa turba quæ nobiſcum de palatio fuerat egreſſa, adoratis atque exoſculatis ſacris reliquijs, cum multis lachrymis, quas præ nimio gaudio continere non poterat, domum reuertitur, aliâ multitudine quæ ibi nobis obuiauit, nos comitante, atque Kyrieleiſon, ſine intermiſſione cantante, vſque ad eum locum in quo ſimili modo ab alijs occurrentibus excipiebamur; quæ tunc ſimiliter vt prior, ſupplicatione factâ ad ſua reuerſa eſt. Hoc modo per ſingulos dies à prima luce vſque ad veſperum comitantibus ac Domino Chriſto laudem dicentibus populorum turbis ab Aquenſi palatio vſque ad memoratum Mulinheim vicum, Domino iter noſtrum proſperante peruenimus, atque ibi illas reliquias ſuper altare, penè quod loculus ſacros Martyrum cineres continens poſitus erat, gemmata capſa reconditas collocauimus, fueruntq́; ibi repoſita vſque dum nos menſe Nouembrio ad palatium ire parantes, per reuelationem admoniti ſumus, ne prius de illo loco proficiſceremur, quàm eas corpori de quo ſumpta erant, coniungeremus. Qualiter autem fuerit reuelatum, vt hoc fieri deberet, non eſt ſilentio tranſeundum; quia non ſolùm ſomnio (vt fieri ſolet) ſed etiam ſignis quibuſdam ac terroribus ad vigilantium curam pertinentibus oſtenſum eſt, beatos Martyres omninò velle, vt iuſſa, hac re iuſſio illorum fuiſſet adimpleta.

XIV. QVÆ CONTIGERINT CLERICO EXCVBIAS FACIENTI.

Erat vnus de clericis qui ad excubias baſilicæ deputati fuerant nomine Landolphus, cui tunc ſigni tangendi cura commiſſa fuerat, habens ſtratum ſuum iuxta auſtralem baſilicæ ianuam. Qui cum ſecundum conſuetudinem nocturni ac matutinalis officij ſolemni more ſurgeret, ſignumq́; moneret, completoq; ante lucem eodem officio, rurſum dormire vellet, clauſis Eccleſiæ foribus, coram ſanctorum Martyrum cineribus ſupplicandi gratiâ ſe proſtrauit. Ibi cùm pſalmum quinquageſimum (vt ipſe aſſeruit) dicere incepiſſet: audiuit iuxta ſe in pauimento velut ſonitum pedum hominis, huc atq; illuc ibidem deambulantis. Conſternatuſq́; pauore non minimo, erexit ſe paululùm in genua, & in omnem partem circumſpicere cœpit, exiſtimans aliquem de pauperibus clauſis Eccleſiæ ianuis in quolibet angulo deluiſſe. Cumq́; nullum alium quàm ſe ſolum intra parietes baſilicæ eſſe cerneret, iterùm ſe ad orationem inclinauit, ac pſalmum quem prius inchoauerat, repetiuit; ſed antequam vnum eius verſum complere potuiſſet, capſa quæ altari impoſita ſacras beati Marcellini re-

A

luſi reliquias continebat, repentino ſtrepitu tota vehementer inſonuit, ac quaſi malleo percuſſa diſſiluiſſe videretur; duo quoque oſtia baſilicæ quæ iam clauſa erant, occidentale videlicet & auſtrale, velut aliquo pulſante ſimili modo ſonuerunt. Quibus territus ac ſtupefactus, cum quid ſibi agendum eſſet penitus ignoraret, ſurgit ab altari, & in lectum ſuum ſe pauſando proiecit.

XV. VISIO DE VNIENDIS SIMVL S. MARCELLINI RELIQVIIS.

Subitoq; ſopore depreſſus, vidit ſibi quemdam ignoti vultus virum aſſiſtere, qui ſe talibus verbis compellaret: Certumne eſt, ait, Einhardum ſic ad palatiū properare velle, vt reliquias S. Marcellini quas huc detulit, prius in locum de quo ſublatæ fuerunt non reponat? Cùm ille huius rei ignarum eſſe reſpondiſſet: Surge, inquit, primo diluculo, eiq; ex auctoritate Martyrum præcipe, ne hinc abire, vel

B

alicubi pergere præſumat, antequam reliquias illas ſuo loco reſtituat. Expergefactus ſurrexit, & vbi me primum conuenire potuit, hoc quod ſibi fuerat imperatum, mihi intimare curauit. Sed neque ego ſegniter in huiuſcemodi negocio aliquid agendum arbitratus, immò id quod iubebatur, ſine vlla morarum interpoſitione adimplēdum eſſe iudicans, ipſo quidem die, ea quæ ad hoc neceſſaria erant, præparare iuſſi.

XVI. POST IVNCTAS RELIQVIAS MIRACVLVM.

Sequenti verò die, ſacras illas reliquias corpori de quo ſumptæ fuerant, cum ſumma diligentia ſociare curaui. Quod factum quàm gratiſſimum beatis Martyribus foret, atteſtatione miraculi ſubſequentis liquidò comprobatur: Nam proximâ nocte, cum ad matutinum officium in baſilica ſolemniter ſederemus, ſenex quidam greſſuum officio

C

deſtitutus genibus ac manibus nitens, reptando ad orationem intrauit. Is coram omnibus nobis, per virtutem Dei & merita beatiſſimorum Martyrum, eâdem quâ ingreſſus eſt horâ, ita perfectè curatus eſt, vt ad incedendum nec baculi quidem ſuſtentatione vlterius indigeret. Qui etiam & ſurdum ſe per continuum quinquennium fuiſſe ſimulq; cum officio pedum auditum ſibi redditum affirmabat. His ita peractis, ad Comitatum, ſicut ſuperius me facere voluiſſe retuli, ibidem hiematurus, multa mecum reputando profectus ſum. Hæc ipſe, qui eius hiſtoriæ ſic abſoluit librum ſecundum, addens duos alios libros de miraculis per eorumdem Sanctorum reliquias diuerſis in locis editis, ſiue in palatio ſiue in loco vbi ſunt iuſſæ poni, Deo per ſanctos Martyres operāte, qui-

D

bus iſta præfatur.

XVII.

Ceterum de his omnibus miraculis ea primùm ſcribenda videntur, quæ in eo loco geſta & à me ipſo viſa ſunt, ad quem ſuos ſacratiſſimos cineres iidem beatiſſimi Martyres transferri præceperunt. Deinde illa quæ in Aquenſi palatio ſub ipſis aulicorum obtutibus facta memorantur. Tum ea quæ per diuerſa loca, ad quæ religioſis viris petentibus, ac me tribuente ſacræ illorum reliquiæ delatæ ſunt, geſta referuntur, cenſui eſſe ponenda. hæc ipſe, qui duobus libris illis poſterioribus, triennij ſpacio facta miracula complexus, non ordine temporis, quo annis ſingulis ea fieri contigerunt deſcribens, ſed locorū potius ſeruato ordine, vt vidiſti, eſt proſecutus. Nos

E

autem ex illis huc ea tantum inferemus (non enim omnia proſequi eſt in animo, ne legenti faſtidium inferam nimiâ crebritate) quę quo potiſſimum anno ſint geſta pro inſtituti ratione, certâ notâ tēporis diſtinguuntur.

XVIII.

Quæ autem hoc potiſſimū anno decimoquarto Ludouici Imperatoris fieri contigerunt, libellus Georgij Veneti[a] docet, qui ab eodem Einhardo acceptas reliquias in monaſterio S. Saluij, cuius rector erat, religioſiſſimè collocauit, de quo Einhardus iſta: *Anno quartodecimo, Chriſto propitio, Imperij Ludouici Auguſti, cum ad corroborandam Chriſtiani populi Fidem, ſicut in initio naſcentis Eccleſiæ, ſigna & prodigia in ipſo Regis palatio per merita Sanctorum ſuorum Dominus dignaretur oſtendere: petijt, & obtinuit Geor-*

[a] Einhard. lib. 4. c. 10.

LIBELLVS GEORGII DE MIRACVLIS SS. MARTYRVM.

A

gius preſbyter Aquiſgrani palatio ab Einhardo Abbate reliquias beatorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri, quorum corpora ipſe de Roma per homines ſuos illata nuper acceperat: eaſq; in capſa, quam auro & gemmis decēter ornauerat, ac conditas per diaconum ſuum, nomine Theothardum, in baſilicam S. Saluij Martyris, quam ipſe tunc temporis per beneficium Regis tenebat, dirigere curauit. Qui diaconus cum ad villam Regiam, quæ Vuaſidium vocatur veniſſet, occurrit ei homo gibberoſus, & ex dentium dolore ita vexatus, atque confectus, vt per dies quindecim nullum alium victum quàm ſolam aquā poſſet aſſumere. Qui cum cohortante diacono coram reliquijs quas ille ferebat, ſe ad adorādum proſtraſſet, & Dominū Chriſtum vt ſui miſereretur, deuotè ac ſuppliciter inuocaſſet;

B

per interceſſionem Sanctorum Marcellini & Petri, cuncta corporis incommoditate depulſa, ſanus ab oratione ſurrexit. Factum eſt hoc miraculum tertiodecimo Kalendas Iulij, quod à me ſuperius plenius eſt enarratū, quia ego illud iuxtà relationem memorati Georgij conſcribere curaui.

XIX.

Diaconus[b] *autem cum reliquijs tertiā die Valentianas veniens, cum eas in baſilicam S. Saluij, ſicut ei fuerat imperatum, reuerenter & honorificè inferret, quidam iuuenis de villa Regis quæ Liſtina vocatur, Dominicus nomine, qui eo morbo quem Græci ſpaſmum appellant, iam per annum integrum ſic vexabatur, vt manus eius dextera penitus contineri non poſſet, ſed agitatione continuâ quaſi qui molam verteret moueret in gyrum: ſtatim in ipſo introitu per merita Beatorum, coram omni populo ita curatus eſt,*

C

vt poſt hæc nullum illius horrendæ agitationis pateretur incommodum. Exinde die quartâ, in feſtiuitate videlicet beati Ioannis Baptiſtæ, anus quædam nomine Gerrada quæ ſe annum vnum cæcam fuiſſe teſtata eſt, dum Miſſarum ſolemnia celebrarentur, inuocatis beatis Martyribus, lumen quod ex fide petierat, cunctis qui aderant, videntibus, per illorum merita recepit.

[b] Ead. lib. 4. c. 11. 12.

XX.

Similiter in feſtiuitate S. Saluij, quæ euenit ſexto Kalendas Iulij, quidam homo ſurdus & mutus, inter ſolēnia Miſſarum per ſuffragia Martyrum & auditum & loquelā recipere meruit. Eâdem die anus quædam de pago Laudunenſi Rodeletudis nomine, quæ per tres annos lumen cæli non vidit, in eadem celebratione Miſſarum viſum recepit. Quinto Kalendas Iulij puer quidam annorum circiter ſe-

D

ptem Domitianus nomine, qui fuit cæcus à natiuitate, dū diuinum celebraretur officium, per merita beatorum Martyrum illuminatus eſt. In Vigilia beatorum Apoſtolorū Petri & Pauli, id eſt, quarto Kalendas Iulij, puella quædam parua, nomine Theotbalda habens ætatis annos (vt putabatur) nouem, quæ tribus annis nihil viderat, tempore ſalutaris officij in media populi multitudine cōſtituta, Martyrum ſuffragantibus meritis, lumen amiſſum, ex diuina miſeratione recepit. Eadem die quidam homo nomine Dado, de villa Ponticuli vocata, qui annis ſex curuus erat, & ad cælum ſe erigere non poterat, itaque breuibus aſticulis ſuſtentandi ſe gratiâ ſub axillis poſitis curuus incedebat: in eadem hora, eodemq; in loco per miſericordiam Dei, & per merita beatorum Martyrum erectus & ſanus effectus eſt.

E

XXI. ADALRADA CVRATA.

Die quarto Nonarum Iuliarum, quædam vidua Adalrada, quæ annis quatuor oculorum lumine priuata, nihil videbat, auditâ virtutum famâ, ſpem viſus recipiendi non vanâ fide concepit, acceptoq; baculo, ſola ſine ductore ad Valentianas ire contendit, cumq; vico appropinquare cœpiſſet, viſum eſt ei, quod velut vnum ſolis radium oculo dextero conſpiceret, ac proinde diuinam clementiam puro corde deprecata eſt, vt per interceſſionem Sanctorum ſuorum Eccleſiam beati Saluij ſe videre permitteret. Statim exaudita eſt, & quod optauerat, Domino miſerente, ſine mora eſt conſecuta. Ipſa quoq; die altera quædam femina de pago Noniomēſi, nomine Ruotla, quinquennio cæca, inter Miſſarum ſolemnia lumē quod amiſerat, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum donante, recepit.

In octa-

XXII. *In octaua Apoſtolorum, id eſt, pridie Nonas Iulij, quidam homo Guntardus nomine de eodem pago, velut paralyſi percuſſus ad baſilicam S. Saluij à ſuis adductus eſt, qui, vt dicebant, iam vnum annum habebat in eadem infirmitate, & tam vehementer in ſiniſtra parte corporis ſui debilitatus eſt, vt nec manum ad os ducere, nec ſe vel lauare, vel calceare valeret; hic per miſericordiam Dei, meritaq́; Sanctorum, tempore matutinalis officij in ipſa ſolemnitate ſanus effectus eſt. Similiter & alius homo nomine Hildebonus veniens de monaſterio, quod, Ad duos gemellos, appellatur, cùm ab infantia cæcus eſſet, & lumen cæli in tota vita ſua nõ vidiſſet, in celebratione Miſſarum eâdem die in eadem baſilica per eoſdem Sanctos, eodem Domino miſerãte & auxiliante, viſum recepit, & omnia quæ prius nõ vidit clarè videre cœpit. Die verò Nonarum Iuliarum, puella quædam paruula nomine Reginlindis, quæ nõ amplius quàm ſeptennis eſſe videbatur, cum tribus annis oculorum ſuorum lumine caruiſſet, & inter cæteros ad baſilicam ad diuinum officium audiendum conueniſſet, interuenientibus Sanctorum meritis, coram omni multitudine illuminata eſt.*

CÆCVS AB INFANTIA CVRATVS.

Quarto Idus Iulij cæca quædam nomine Alagia, quæ duobus fere annis viſu carebat, inter ſacra Miſſarum ſolemnia, ſuffragantibus ſibi Sanctorum precibus, à Domino Ieſu Chriſto illuminata eſt. Eâdem die cæcus quidam valdè ſenex de villa Gauliacas, Ermenuuardus vocabulo, qui annis quatuordecim videre non potuit: ad veſpertinum officium Eccleſiam ingreſſus, beatos Martyres inuocans, ac ſtatim cæcitate depulsâ, diu deſideratam lucem, Domino adiuuante, recepit.

XXIII. *Septimo Kalendas Auguſti, puella quædam, quæ ab immundo ſpiritu vexabatur, in baſilicam adducta, dum ſacra oblationis officium celebratur, per virtutem Chriſti, & merita beatorum Martyrum, fugato dæmone, integerrimam mentis & corporis meruit recipere ſanitatem. Hæc ſunt miracula & virtutes, quas Dominus noſter Ieſus Chriſtus per merita Sanctorum Martyrum ſuorum Marcellini & Petri in vico Valentianas ad ſalutem humani generis operari dignatus eſt. Quæ memoratus Georgius presbyter breui libello collecta nobis mittere curauit, & nos huic operi noſtro cenſuimus inſerenda. Hic eſt Georgius Veneticus, qui de patria ſua ad Imperatorem venit, & in Aquenſi palatio organum, quod Græcè Hydraulica vocatur, mirificâ arte compoſuit.* hæc Einhardus. Porrò eiuſdem Georgij mentio eſt in rebus geſtis eiuſdem Ludouici Imp. & in veteribus Fracorum Annalibus, apud Aimoinum, & alios antiquos hiſtoricos, qui res Francorum ſunt proſecuti. Hæc autem tunc per Georgium ſcribi, per Einhardum deſcribi, ad hæcq́ue tranſmitti tempora Deus voluit, ad Hagiomachorum horum temporum improperium, ad ipſorumq́ue inſaniam arguendam, quã non Sanctos tantùm, ſed Deum ipſum impugnant, Theomachi ijdem qui Hagiomachi Nouatores. Sed iam ad cladem Siciliæ ſe conuertat oratio [a].

[a] Einhar. li. 4. cap. 10.

XXIV. Hoc eodem anno Euphemius dux in Sicilia ob raptum ſacræ virginis quæſitus ad pœnas, rebellans aduerſus Imperatorem fugit in Africam, vbi Imperatoris nomen accipiens, Sarracenos intulit in Siciliam: demùm verò truncatus capite meritas pœnas luit. Iſta autem quomodo ſe habuerint Ioannes Curopalata exactè deſcribit, ex quo Cedrenus & alij iſtis verbis. *Hoc ipſo tempore Euphemius quidam turmæ cuiuſdam dux, amore captus virginis, quæ à tenera ætate monaſtico habitu velata viuebat, cùm nihil antiquius haberet quàm amorem ſuum exatiare, neque leges quicquam curaret, ſed in ſolius Imperatoris exemplum intueretur, qui & ipſe ſimile facinus perpetrauerat: rapit ex monaſterio virginem, & inuitam ad ſe traducit.*

EVPHEMIVS TYRANNVS SARRACENOS IN SICILIAM DVCIT.

Illius virginis fratres ad Imperatorem ſe conferunt, ac factum narrant. Et Imperator Præfecto Siciliæ mandat, vt Euphemio, ſiquidem obſcœnum crimen [*] *detuliſſe comperiret, naſum amputaret. Hæc ſentiens Euphemius, adſcitis in coniurationem ijs quibus præerat, alijsq́; aliarum turmarum ductoribus, Præfectum ſupplicium imponẽdi causâ ad ſe venientem repellit, atque ad Africæ Amiram ſiue Præfectum transfugit, promittitq́; ſe, modò ab ipſo Imperator Romanorum declaretur, omnem ipſi Siciliam ſubiecturum, ac grande tributum ſoluturum.*

[*] intuliſſe

EVPHEMIVS IMPERATORIS QVÆRIT TITVLVM.

XXV. *Accipit conditionem Amiras, & Euphemium magno exercitu inſtruit, Imperatoris Romani titulo inſignitum, eiusq́; operâ Sicilia potitur. Verùm hic Euphemius Imperatoriæ indignationis perbreuem fructum percepit, truncatus capite quam dignam ſui valoris & defenſionis mercedem retulit. Et ſanè operæpretium videtur referre, quomodo interfectus fuerit. Cùm obiret Siciliam Imperatorio habitu, vt ab omnibus Imperator ſalutaretur, Syracuſas quoq́; petijt, vbi cùm à ſuis ſtipatoribus longiùs prouolaſſet, & ad vrbem tanto, quantum ſagitta arcu emiſſa conficit, ſpacio acceſſiſſet, cum oppidanis colloquens, eorumq́; beneuolentiam oratione ſua captans, duo Syracuſani fratres ſolùm & à ſuis amotum videntes, de eo interficiendo conſpirant. Itaque ſimulato ſtudio & adulatorio geſtu ad hominem accedunt, atque vt Imperatorem debito honore afficiant. Euphemius qui eorum dolum non intelligeret, gratam eorum Imperatorij nominis delationem atque ſalutationem habens, comiter ad ſe eos vocat, dignus modò eos reſalutaturus. Ergo cùm capite inclinato alterum ſalutaret, ab eo crinibus arripitur, ac valdè tenetur; alter ei caput amputat; has ſuæ improbitatis pœnas luit Euphemius. Agareni non Siciliam ex eo cunctam, ſed & Calabriam, & pleraſq́; Italiæ partes occupauerunt, omnia incurſionibus ac populationibus infeſtantes.* hactenùs Ioannes Curopalata, ex quo Cedrenus, ſubijciens his obitum ipſius Michaëlis Imperatoris. quibus intelligas iſta hoc anno cœpta ad biennium propagata fuiſſe, ſiquidem poſt ſequentem annum idem Imperator ex hac vita receſſit.

EVPHEMIVS TYRANNVS OCCIDITVR.

XXVI. Redarguas pariter eos ex his opus eſt, qui Sarracenorum, ſiue dixeris Agarenorum in Siciliam aduentum, cùm eâ potiti ſunt, ad aliud tempus referunt, ſicut Leo Oſtienſis, qui eorum ingreſſum in Siciliam ad annum Domini octingenteſimum & vigeſimum refert. His addendum, quod hoc pariter anno Sarraceni, qui potiebantur Hiſpaniæ compluribus regionibus, Chriſtianos qui reliquas partes tenebant Hiſpaniarum, aggreſſos eorum fines, ferro igniq́ue vaſtaſſe. Ita Dei occulto iudicio datum Sarracenis eſt robur in Dei populum. haud dubium ad peccata vlciſcẽda, toto orbe terrarum; vt vix gens aliqua ſit reperiri, quæ ab ira furoris Domini fuerit illæſa ſeruata.

Hoc anno Eugenius Papa cùm ſediſſet annos tres, menſes duos, & dies vigintitres moritur, vndecimâ die Auguſti. ita apud Anaſtaſium, licèt vitiato annorum numero, annos quatuor ſediſſe in aliquibus codicibus ponatur, ſed omnium huius temporis ſcriptorum ſententia, qui hoc tempore vixerunt, & res Francorum ſunt proſequuti, hoc anno ipſum defunctum eſſe teſtantur. Apud [b] Aimoinum enim hæc habentur: *Eugenius Papa menſe Auguſto deceſſit, in cuius locum Valentinus diaconus à Romanis electus & ordinatus vix in Pontificatu menſem vnum compleuit, quo defuncto, Gregorius presbyter tituli S. Marci electus eſt,* &c. Eadem totidemq́; verbis auctor vitæ Ludouici Imp. & ipſe ſui temporis hiſtoriã proſecutus. Sed & familiaris eiuſdem Ludouici, qui per annos ſingulos res ab eo geſtas conſcripſit, id ipſum teſtatur, veteresq́; Francorum Annales à

EVGENII PAPÆ OBITVS.

[b] Aim. li. 4. cap. 113.

Pithœo

Pithœo haud pridem in lucem vendicari hoc pariter anno & Eugenij obitum, & ſubrogationem Gregorij recenſent. Licet iidem auctores eiuſdem Eugenii obitum in Idus Decembris reiiciant, atq; obitum Valentini & creationem Gregorij in annum ſequentem.

XXVII. Eugenio igitur Papâ defuncto, cùm vnâ vix die Sedes vacaſſet, Valentinus natione Romanus ex diacono, ſiue Archidiacono (vt habet Anaſtaſius) Pontifex acclamatur vndecimâ die menſis Auguſti, qui ab eo (errore librarij) Valentinianus interdum dictus habetur, ſed inferiùs ab ipſo, & reliquis omnibus Valentinus nominatur, de quo hæc ait: *Valentinus natione Romanus ex patre Petro de regione via Lata, magna ſanctitatis, magnaq; beatitudinis vir iſte, repletus gratiâ Spiritus S.* &c. Oſtendit eum creatum ſubdiaconum, diaconum, atq; Archidiaconum à Paſchale Pontifice ob eius virtutum inſignia. de cuius creatione habet iſta.

Valentini creatio. *Collectis igitur in vnum venerabilibus Epiſcopis, & glorioſis Romanorum proceribus, omniq; alma Vrbis populo in palatio Lateranenſi, vbi quod iam corde cæliùs reuelatum æquè omnes tenebant, vt vno multorum ſonitu reſonaret, vnius voluntatis conſenſu fortiter acclamatum eſt: Valentinus ſanctiſſimus Archidiaconus Sede Apoſtolicâ dignus: Valentinus ſummi Pontificatus inſulis decorandus. his millies dictis, vnâ mox omnes pacis coniunctione manentes, ad Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ ſacer clericorum cœtus & Romanorum proceres pariter cum populo properantes, multiplices Domino gratias & laudes reddentes, more ſolito conuenêre. Quem illico multùm ac diutiùs renitentem, ſeque tanto regimini fore incongruum vere ſtrenuâ proferentem, alma plebis & lætis vtriuſque militiæ Romanorum vocibus eleuarunt in Sedem Pontificiam. Ac deinde condigna gloria laudibus & honoris amplitudine ad Lateranenſe Patriarchium deductus eſt, & in Pontificali poſitus eſt throno.*

XXVIII. Valentini conſecratio. *Tunc verò & ab omnibus, & Romanorum Senatu Valentini recens electi pedibus oſculatis, & omnibus quæ erant implenda, ritè ac reuerenter peractis, magnâ ſolemnitate, magna in totius ſexus & ætatis populo lætitia manſit. Eiuſque conſecrationis die ſereno iam illuceſcente, cum lumine dictum Antiſtitem ad beati Petri Apoſtolorum principis Eccleſiam omnes pariter Romani à palatio deducentes, eum, Maieſtate diuinâ auxiliante, in alto throno ſummum conſecravêre Pontificem. Qui mox almifica Sedis culmina ſcandens beati Petri Apoſtoli, & cæleſtis Regni clavigeri, diuinis Deo laudibus & ſacrificijs oblatis, amplo & magnifico Romanorum cœtu ad palatium cum ingenti gaudio remeauit, atque lautiſſimis dapibus ſumptis amantiſſimorum multis ac diuerſis munerum donis ſacram plebem ac Senatum Populumque Romanum * opimè ditauit.*

* optimè

XXIX. *Erat quippe dapſilitate inclytus, actione præcipuus, ſermone luculentus, omnibus compaſſione proximus, & inopiam ſuſtinentibus opportunum inſtanter ſolatium præbens.*

Valentini Papæ obitus. *Quibus multiplicibus bonis ornatus, ad cæleſtia, Chriſto vocante corporis oppreſſus moleſtiâ, exitu pretioſo tranſiuit, atque cum deſiderabili beatiſſimi operis fructu, ad conſpectum ſummæ Maieſtatis lætus aſcendit, regnans & exultans cum Domino ſemper.* hucuſque apud Anaſtaſium, apud quem dies quadraginta ſediſſe reperitur, licet alii dicant vix vnum menſem expleſſe, vacaſſe verò Sedem dies tres. Sic igitur in locum eius hoc eodem anno die vigeſima quarta Septembris creatur Gregorius huius nominis quartus ex presbytero Cardinali Tituli S. Marci, de quo Anaſtaſius ſcribens, ipſum prodit priùs virtutum omnium coronâ decorum, quàm inſulis Pontificalibus redimitum, dum in hunc modum narrationem aggreditur.

XXX. Gregorii Papæ IV. mores egregii. *Gregorius quartus natione Romanus ex patre Ioanne, vir ſtrenuus ac benigniſſimus, ſanctitate ac pietate plenus, ornatus ſcientiâ, verbo facundus, modeſtus præ omnibus, firmiſſimus Fide Catholicâ, iuſtus operibus ſemper fuit. & diuinarum litterarum ſolertiſſimus inquiſitor, Eccleſiarū quoq; ſanctarum infatigabilis viſitator, pater pauperum, nutritor viduarum extitit, terrenum nihil appetens, nihil tranſitorium concupiſcens, præſentis huius vitæ lucra deſerens, æterna præmia in cælis dignis ſibi meritis acquiſiuit. Hic beatiſſimus Pontifex genere clarus, ſed magis clarus ſanctitate, formâ conſpicuus, ſed pulchrior Fide fuit. Quæ ipſius laudum præconia non ſolùm ſui Pontificatus tempore, ſed etiam antè iuuenilibus annis poſſidens, talia indeficienter peragere ſatagebat. Quæ res Romanis cunctis non diu permanſit occulta:* [a] *Quia nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt: cœpit ſancta eius operatio de die in diem magis per totam Romanam Vrbem reſonare, Euāgelico ita ſermone teſtante:* [b] *Nihil opertum, quod non reueletur, neq; occultum quod non ſciatur. Pro quibus animæ eius innumerabilibus bonis à ſanctiſſimo huius ſacræ Sedis domino Paſchali Papa non ſolùm ſubdiaconus, ſed etiam ſacerdos effectus eſt*, presbyter ſcilicet Cardinalis. *Permanſit verò in ſacerdotio conſtitutus caſtus atq; pudicus, redolens illud, quod ſacra Scriptura cōmemorans, ait:* [c] *Sacerdotes Dei induantur iuſtitiâ, vt non vacaret niſi orationi, lectioni, atq; ieiunio.*

[a] Matth. 5.
[b] Matt. 10.
[c] Pſal. 131.

XXXI. *Cùm igitur his totus intentus inſiſteret, accidit humano more, vt cùm dictus Paſchalis Pontifex ex hac vita ſubduceretur, & Eugenius à Deo electus Antiſtes ſacri apicis cōſecutus ſit dignitatem, in qua per modicum tēpus permanens, vitâ & ipſe pariter functus eſt. Poſt quem Valentinus alendorum gregum fidelium præſulatus culmen ſortitus, maximâ celeritate ex hac vita præſenti ſubreptus eſt: cœpere Romani pariter omnes, iam dictis Pontificibus ſubitò perditis, de futuro attentiùs cogitare, vt quem ſancti Spiritus gratia perluſtraret, cognoſcere potuiſſent, ſub cuius doctrina & imperio cuncta Senatorum nobilitas degere potuiſſet.*

Vſus varius eligendi Pontificem. Vigebat adhuc in Eccleſia Romana conſuetudo, vt populus poſtularet, qui præficiendus eſſet Romanus Epiſcopus, clerus autem ſimul vnà ſecū conſuleret, quis eſſet Pontifex eligendus. Studiis verò poſteà contrariis ſæpè ſæpiùs ſciſſa ciuitas, vt bellis ciuilibus conſumeretur, frequenter occidit: vnde opus fuerit in clerum refundere omnia amore tranquillioris ſtatus; ſicque illud euenit, vt diuerſis occaſionibus poſtulantibus, modus ſæpè mutatus inueniatur electionis ſummi Pontificis, cùm tamen apud Romanum clerum ſemper fuerit ſumma rerum, adeò vt numquam legitimus ſit Pontifex habitus, quem non clerus elegerit, vti vidimus ſuperiùs in Conſtantino per laicos intruſo Pontifice.

XXXII. Quod autem ad Gregorii electionem pertinet; planè factum eſt, vt eius virtutes egregiæ ſummâ potentiâ ciuium omnium animos deuincirent, vt in nullum alium quàm in ipſum vota omniū conſpirarēt, operante id in primis diuino Spiritu. nam Anaſtaſius inſtitutam de his proſequens orationē, rem geſtam ſic narrat.

Vniuerſorum procerum corda adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, creator omnium Deus inextinguibili ſuo ſancto lumine ſuccendit, & mentes eorum omnium ad beatiſſimi Gregorij pia facta tenuerit. Conſenſeruntque in eum omnes vno ſpiritu & vnâ animâ. Vnus autem tantùm inuentus eſt, qui refragatus eſt omnibus ipſe de ſe Gregorius, vtpote q diuinis imbutus lit-

GREGORIVS ELECTVS RECVSAT ONVS PONTIFICATVS.

teris, mēte diuino lumine illuſtratus perſpicuè intelligeret, quantam ſuis humeris orbis totius molem ſubiturus eſſet, quam periculoſam prouinciā ſuſcepturus: quamq; his impares exiſtant humanę vires, quæ nec ſatis ſufficiant ad ſui regimen cuilibet homini. iſta inquam conſiderans, ſeorſum degens à clero, latebras quærēs, vt ſeſe dedit occaſio, quomodo licuit conſilium (vt dicitur) capere in arena, confugit in Eccleſiam SS. Martyrum Coſmæ & Damiani. ſciebat eſſe illic, quorum adhuc viſuntur ſigna, antiqua latibula ſubtus ipſius Eccleſiæ pauimentum. Sed fruſtrà omnia iſta tentauit: ſiquidem accurrens populus violentus, nolentem apprehendunt, renitentem abſtrahunt, reluctantem ſuperant, ac ſecum ducunt in Patriarchium. hæc enim paucis his Anaſtaſius:

XXXIII. *Electus autem, ab eis in Patriarchium Lateranenſe perductus eſt, cùm extraxiſſent eum è baſilica SS. Martyrum Coſmæ & Damiani per vim. Dicebat enim, ſe ad tantum miniſterium inutilem fore: ſed tamen immenſa multitudinis reſiſtere non valentem ad locum iam prædictum cum hymnis & canticis ſpiritualibus deduxerunt.* vbi & ſolemnibus ritibus conſecratus, regendæ vniuerſalis Eccleſiæ clauum ſumpſit. hæc de Gregorij Papæ quarti ad Pontificatum electione, quæ contigit hoc ipſo anno Redemptoris octingenteſimo vigeſimoſeptimo, vigeſimaquarta Septembris. quātum autem ſederit, in obitu eius, ex more, dicturi ſumus.

QVID GREGORIVS PRO ESSE ADMINISTRANDA CVRA PASTORALI.

Vbi igitur ſublimem thronum conſcendit, velut è ſpecula contemplatus vniuerſum Chriſtiani orbis ouile ſibi à Deo in Petro creditum: ad tātam præfecturam expauens, ſuis penitùs diffidens viribus, diuinum auxilium cōciliandum ſibi per Sanctos ſuos, primùm omnium in animum induxit, & inter alios Magnum Gregorium, quem cura paſtoralis adeò benè perſuncta, & optimè ſcripta cōmendat, demereri ſtuduit beneficiis, quo eiuſdem ſanctiſſimi Patris fultus iuuamine precum, ſuſceptum onus Pontificale, vt decet, abſque diſpendio ſalutis ſuæ, vel damno commiſſi ſuæ cuſtodiæ gregis, ad finem vſq; inoffensè validis atque robuſtis humeris ferret. Quid agit? Sepulchrum eius, quod pietatis ergò frequētare ſolebat, videns redditum iam nimiā vetuſtate deforme, nec ſatis dignum, quod tātum creditum ſibi theſaurum includeret, & locum ipſum in quo eſſet, vilem & imparem redditum gloriæ tanti Pontificis: inde venerandum transferre corpus in nobiliorem locum conſilium iniit, quod & feliciſſimè præſtitit hoc ipſo primo ipſius Pontificatus anno. At non ſolùm nouum ſepulchrum conſtruxit, ſed eodem in loco egregium Oratorium fabricauit, quod plurium ſanctorum Martyrum reliquiis locupletauit, & inſigniter illuſtrauit.

XXXIV. DE TRANSLATIONE CORPORIS S. GREGORII.

Qui autem iſta de Gregorio ſcriptorum monumentis teſtata reliquerunt, ſunt Anaſtaſius Bibliothecarius & Ioannes diaconus, qui ambo hoc ipſo ſæculo claruêre. In primis autem habet de his iſta Anaſtaſius: *Diuino igitur amore ſuccenſus idē Pōtifex, corpus B. Gregorij huius vniuerſalis Eccleſiæ Præſulis, per quem ſpiritus gratiâ toto orbe terrarū inextinguibile munus induxit, ex loco ſepulturæ in quo priùs fuerat, tulit, & nō lōgè ab eo in altum nouiter inſtructum infrà Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ſummo honore perduxit, eumq; ſacrum altare argenteis tabulis vndiq; perornauit, & Oratorium eius ſancto nomine titulauit, abſidemq; eius deſuper aurato muſiuo depinxit.* hæc de S. Gregorij corporis tranſlatione, cuius & meminit (vt dictum eſt) Ioannes diaconus, atq; de his huiuſmodi hiſtoriam habet.

XXXV. *Huius beatiſſimi Gregorij venerabile corpus à Gregorio quarto Sedis Apoſtolicæ præſide poſt annos circiter* * *ducentos quinquaginta tranſlatum ante nouellum ſecretarium, conſtructis abſidibus, ſicut modo cernitur, ſub altare ſui nominis collocatur, in quo eius anniuerſaria ſolemnitas, cunctis certatim pernoctātibus, veneratione gratiſſimâ celebratur. In qua pallium eius, & phylacteria & baltheus eius conſuetudinaliter oſculantur. Quæ ſingulatim conſiderata, & antiquitatem viri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem regularis propoſiti ſignis perſpicuis repræſentāt. Nam in eo quod pallium eius byſſo candente contextum, nullis fuiſſe cernitur acubus perforatum, ſic ipſum circa ſcapulas obuolutum fuiſſe non autem confixum dignoſcitur, ſicut vetuſtiſſimis muſiuis vel picturis oſtēditur. Quod autem reliquiarum phylacteria tenui argento fabricata, vilique pallio de collo ſuſpenſa fuiſſe videntur, habitus eius mediocritas demonſtratur.*

* ducentos viginti

INDVMENTA GREGORII IN SEPVLCHRO REPERTA.

XXXVI. *Porrò exilitate balthei qui vnius pollicis menſuram nūquam excedit, ſpeciem propoſiti regularis, olim à S. Benedicto ſtatuti, cuius ipſe vitam deſcribens in dialogo, regulam quoque laudauerat, eum ſeruaſſe, luce clariùs manifeſtat.* hæc Ioannes. qui in his quæ aſſerit, ex cingulo cognitum, Gregorium vixiſſe vſque ad vitę finem obſeruantia monachum, id nulli dubium eſſe debet. Quod autem aſſerat ex balthei exilitate (vt ait) conuinci fuiſſe monachum inſtituti S. Benedicti: id minimè ex hoc probari poteſt, cùm Occidentales omnes monachi eiuſmodi cinguli genere vterentur. Teſtatur enim S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis, conſueuiſſe monachos pelliceo vti cingulo etiam in Africa. Sed & tradit Caſſianus * non monachorum tantùm, ſed Apoſtolicorum quoque virorum fuiſſe conſuetudinem eiuſmodi vti cinguli genere.

DE CINGVLO S. GREGORII.

* Caſſ. de habit. mon. c. 2.

XXXVII. Sed ad Anaſtaſium redeamus, qui de aliis ſacris reliquiis, quibus auctum, & ornatum eſt idem S. Gregorii Oratorium, iſta ſubiicit: *In quo ſcilicet Oratorio corpora beatorum Martyrum Sebaſtiani, Gregorij, & Tiburtij ex cœmeterijs in quibus antè iacebāt perduxit, & vnumquodq; eorum ſeparatis altaribus collocauit. Pro quibus denique, Pontificatûs ſui tēpore decreuit, vt monachi, qui ad officium perſoluendum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes omnipotenti Deo canere non deſiſtant. Obtulit autem in eodē Oratorio vela maiora, vel modica* * *Syriaca decē & octo, veſtes ſuper altare, ſub quo ſanctiſſimi Gregorij Papæ corpus quieſcit tres, vnam cum chryſo. lauo, habentes hiſtorias . . . . & ſuper vnum altare prædictorum Martyrum veſtem de fundato vnam: imagines denique deſuper argentatas, necnō auro perfuſas tres, habentes vultum Domini, & eorum depictos, quorum ſpecialiter ibidem corpora humata, miraculis ac virtutibus pollent.* hæc de his Anaſtaſius.

SANCTORVM MARTYRVM CORPORA TRANSLATA IN ORATORIVM S. GREGORII.

* ſerica

XXXIIX. Sed quod audis corpus S. Sebaſtiani tranſlatum vnà cum aliis Martyribus in Oratoriū S. Gregorij, rurſus verò dictū ſuperiùs illud ipſum operâ Hilduini ab Vrbe euectum in Gallias, reconditumq; in monaſterio S. Medardi, haud dubiis aſſertionibus, id teſtantibus illorum temporum dignis hiſtoricis; quod verò è contra nec fas ſit dubitare de Anaſtaſii fide iſthæc oculis ipſis ſpectātis, quę ſcriptis eſt proſecutus: neceſſariò fatendum erit, quod & nos ſuperiùs ex Adone prodidimus, nōniſi partem corporis S. Sebaſtiani eſſe delatam in Gallias. Sed & nos ſæpè ſumus experti, cū ſunt factę in Vrbe eleuationes atq; tranſlationes, nō ipſa integra eſſe corpora Sanctorum inuenta, immò in nonnullis neq; dimidiam ipſorum partem, reliquam verò aliò deportatam. Verùm nequaquam dolo malo, & fallendi animo per impoſturam pietas fidelium poſſidere ſe Sanctorū corpora profiteri conſueuit,

DE RELIQVIIS S. SEBASTIANI.

quorum

A quorum nonniſi partem acceperit: cùm in eis non dimidiatum vel diminutum aliquo modo ſe ſentiant poſſidere in operatione virtutũ, ſed planè integrum atque perfectum; vt qui reliquias acceperint S. Martyris Sebaſtiani, non mentirentur ſi ſecum habere ipſum dixerint Sebaſtianum. teſtante præſertim ipſo Theologo ſua inuectiua in Iulianum, quælibet paſſionum ſigna idẽ præſtare quod integra ipſorum corpora, & quod corpora idem poſſint, quod animæ in cælo beatæ; adeò vt idem Martyr in quolibet corporis ſui tenui puluere integer perſeueret, oblatrent licèt dæmones, & blaſphement hæretici Hagiomachi.

B Quod inſuper ad eumdem Gregorium Pontificem pertinet, hoc pariter anno, ſui Pontificatus initio, collapſam Eccleſiam S. Saturnini Martyris in via Salaria, à fundamentis reſtituiſſe, atque picturis ornaſſe, idem qui ſuprà Anaſtaſius tradit.

IESV CHRISTI
Annus 828.

GREGOR. PAP. IV. Annus I. — LVDOVICI 15. MICH. BAL. 8. IMPP.

I. GALLIÆ MIRACVLIS ILLVSTRATÆ.

C SEQVITVR Chriſti annus octingenteſimus vigeſimus octauus Indictione ſextâ, quo Galliæ mirificè illuſtratæ ſunt ex ſacris reliquiis ſanctorum Martyrum illuc Româ delatis, multiplicibus ſignis. Non producuntur iſta ex Apocryphorũ inſomniis, ſed ex nobiliſſimo temporis huius ſcriptore, qui præſens fuit, Einhardo, ſiue Eginhardo, viro clariſſimo, qui fuit à ſecretis Carolo Magno, cuius & vitam ſcripſit, & hoc tempore Ludouico Pio fidus Conſiliarius inhærebat, de quo & plura ſuperiori tomo ſunt dicta.

D De his acturi, primùm omnium illud ſignificãdũ, quod hoc anno celebratus eſt Aquiſgrani conuentus, quod veteres Francorum Annales produnt, & in rebus geſtis eiuſdem Principis expreſſum habetur ab eiuſdem tẽporis ſcriptore editis; ſed meminit eiuſdem ipſe pariter Einhardus [a], qui ſe ad eum vnà cum aliis Optimatibus ex more vocatum affirmat, quando & diuinitùs eſt admonitus Ludouicus de his quæ ſgere deberet. Accidit enim, vt dum ipſe conſultores homines de his quæ eſſent agenda adhibuit, Deus ipſum per Angelum cõmonefecerit. Quomodo autem iſta ſe habuerint idem rerum geſtarum inſpector, teſtis fidelis Einhardus in libris à ſe ſcriptis de admirandis rebus geſtis SS. Marcellini & Petri, poſt alia recenſita miracula diuinitùs edita vbi ſunt delata in Gallias eorumdem ſanctorum Martyrum corpora, periucũdam eiuſmodi ſubiicit narrationem:

[a] Einhar. de tranſlat. SS Marcellini & Petri lib. 3. c. 12. 13.

II. CONVENTVS AQVISGRANENSIS.

E *Imperator Ludouicus eo tempore Aquiſgrani palatio conſiſtens, conuentum procerum ibi fieri, mediâ ferè hieme præceperat.* Porrò iidem qui ſuprà citati auctores eumdem conuentum habitum tradunt menſe Februario. pergit Einhardus: *Vbi & ego inter cæteros adeſſe iuſſus, quia de vicinia SS. Martyrum abeſſe cogebar, parum iucundas in palatio moras faciebam. Ideoque poſt vnum, ex quo illo veneram, menſem exactum, miſi quemdam ex noſtris nomine Ellenhardum, præcipiens ei, vt ad Limina beatorum Martyrum, quantâ poſſet celeritate feſtinaret, viſitatiſq; fratribus noſtris, quos inde digrediens ad diuinum ſeruitium faciendum ibi dimiſeram, atque omnibus quæ ibidem agerentur diligenter exploratis, ad nos citò recurreret. Qui cùm illuc veniſſet, tribus ibi manſit die-*

A *bus. Quarto verò cùm iam ad nos reuerti diſponeret, cæcus ille nomine Albricus, cuius in ſuperioribus fecimus mentionem, detinuit redire parantem, affirmans non priùs iter ſuum ingreſſurum, quàm tale ſignum fieri vidiſſet, cuius relatione me lætum atque oppidò gaudentem efficeret.*

III.

Addidit etiam, beatiſſimos Martyres præteritâ nocte ſibi in ſomnis apparuiſſe, atque in mandatis dediſſe, vt perquirerent quemdam pauperem, nomine Giſalbertum immani gibbo depreſſum, ac proinde curuum ac breuibus baculis innitentem, atque inuentum in cænaculo quod ſuprà porticum baſilicæ eſt, tempore matutini officij iuxta reliquias quæ ibi erãt, collocaret, eò quòd ibi per merita & virtutem Sanctorum, quorum illæ reliquiæ eſſent de illa gibbi

B *deformitate atq; curuitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille ſuadenti, atque iter quod aggredi parauerat, diſtulit in craſtinum. Ac cæcus ille iuſſum pauperem perquirens inuenit, & vt ſibi præceptum erat, in ſuperioribus Eccleſiæ partibus, iuxta prædictas reliquias, officij matutini tempore collocauit. Erant autem illæ reliquiæ (quod nõdum noueramus) beati Marij Martyris, & vxoris ac filiorum eius, Marthæ videlicet, Audifacis & Habacuc: quæ vtique ſimul cum ſanctorum Marcellini & Petri corporibus & eodem loculo ad nos perlatæ ſunt; ſed is qui eas detulit, cuius eſſent reliquiæ, neſciuit: nam ille qui eas mihi miſerat, promiſit ſe ad me eſſe venturum ac nomina Sanctorũ, quorum hæ reliquiæ forent, per ſemetipſum mihi indicaturum. quod poſtea factum eſt. Pauper verò qui iuxtà illas à*

DE RELIQVIIS SS. MARTYRVM MARII, MARTHÆ, AVDIFACIS ET HABACVC.

C *memorato cæco fuerat collocatus, cum ſecunda lectio ad nocturnum officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non modicum pauorem audientibus incuſſit. Ad quẽ cùm nonnulli clericorum vnà cum illo qui hoc ibi operiri iuſſus fuerat, accurriſſent, inuenerunt eum pronum atque extenſum propter altare iacentem, pauimentumq; quod ori eius ſubiectum erat, plurimo ſanguine madens. Quem lauantes, & allatâ aquâ refocillantes, ſanum & erectum, neque vlla camelinæ illius tortitudinis ſigna retinentem in inferiores Eccleſiæ partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miſeram ad me cum ſumma feſtinatione regreſſus, cum ea quæ viderat retuliſſet, magno nos gaudio & exultatione repleuit.*

D Porrò idem qui ſupra cæcus, carens penitùs oculis, curatus infirmitate quâ detinebatur, mentis oculis ſic illuſtratus eſt, vt etiam prophetiæ donum fuerit conſecutus: qui inter alia, Angelicâ reuelatione admonitus eſt de nonnullis, quæ eſſent Ludouico Imperatori ſignificanda, vt ab ipſo corrigerentur. At quænam iſta fuerint, tacet quidẽ auctor, verùm quæ de eius curatione eodẽ libro tertio idem Einhardus antè præmiſerat, ſunt deſcribenda: ſic enim ſe habent:

IV. SPIRITV PROPHETIÆ IN CÆCO.

Miraculum [b] *autem quod nunc narraturus ſum, ego ipſe non vidi, ſed verbis eorum, quorum relatione hoc mihi compertum eſt, non minùs quam proprijs oculis credere poſſum. Ideoque non vt auditum, ſed potiùs vt à me viſum*

E *incunctanter, ac ſine vlla dubitatione proferre decreui. Mercatores quidam de ciuitate Moguntiaca, qui frumentum in ſuperioribus Germaniæ partibus emere, ac per fluuium Mœnum ad vrbem deuehere ſolebant, cæcum quemdam natione Aquitanum, nomine Albricum mercedis à Deo promerendæ gratiâ, naui ſua impoſitum. ſicut ipſe potuerat, ad baſilicam beatorum Martyrum deduxerunt. Qui cùm ibi egreſſus, atque in domo cuſtodis Eccleſiæ eſſet hoſpitio receptus, ſeptem vel eò ampliùs dies ibidem moratus eſt. Habebat enim præter cæcitatem, quæ ei propter quod oculis carebat, & naturalis iam eſſe videbatur, horribilem & fœdam totius corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorum ingens tremor, qui eumdem tam graui quatiebat incommodo, vt proprijs manibus cibum ori ſuo porrigere*

[b] Einhar. lib. 3. c. 5. 6.

DE ALBRICO CÆCO MIRANDA.

rigere penitus non valeret. Is cùm die quadam horis antemeridianis in hoſpitio iacens obdormiſſet, vidit per ſoporem quemdam ſibi aſſiſtentem, ſeq; monentem, vt citò ſurgeret, atq; ad Eccleſiam feſtinaret; tempus dicens aduenisse, quod de illa miſerabili paſſione per virtutem Sanctorum liberari deberet. Expergefactus atq; ad Eccleſiam ductus, pro foribus in quodam lapide conſedit.

V. *Agebatur tunc in Eccleſia more ſolemni diuinum officium, & expletis orationibus, quæ ſacram Euangelij lectionẽ præcedere ſolent, ipſum legi cœptum eſt. Cuius cùm vix duo verſus fuiſſent legendo completi: ecce repente, velut vim patiens, tremuloſus ille vociferatus eſt, dicens: Adiuua me ſancte Marcelline. Quo clamore tametſi omnes qui in Eccleſia erant, haud paruâ ferent perturbatione commoti, maiore tamen parte propter reuerentiam Euangelicæ lectionis in loco remanente, plures ad videndum, quænã cauſa huiuſce clamoris exiſteret, accurrerunt. Et vt poſteà teſtati ſunt, inuenerunt eum in eodem quo conſederat loco, extẽto ac reſupinato corpore iacentẽ, mentumq; ac pectus, cruore ex naribus profluente mundatum. Qui cùm ab eis erectus, & paululùm aqua frigida ſumens fuiſſet recreatus: retulit, ſibi viſum fuiſſe tunc cùm illam vocem emiſerat, quod aliquis eum pugno in ceruicem percuſſiſſet, atq; ideò beatos Martyres in auxilium implorasset. Cæterùm hunc ictum tam ſalutarem ei fuiſſe conſtat, vt ex illo temporis momento nullum illius fœdæ agitationis veſtigium in eius corpore vlteriùs appareret. Is poſteà per duos ferè annos in eodem loco manſit, & (vt ipſe teſtatus eſt) nulla mox in hoc biennio fuit, in qua per ſomnium eoſdem qui ſaluum fecerunt Martyres non vidiſſet, multa quoq; ab eis audiſſet, quæ alijs dicere iubebatur; ex quibus pleraq; nunc impleri cernimus, quæ ille tunc futura eſſe prædixit.* hactenùs de eius curatione.

MIRABILI MODO CVRATVS ALBRICVS.

VI. De his autem quæ ad Imperatorem referenda eſſent eidem reuelata, idem qui ſupra Einhardus inferiùs ſubiicit narrationem, dicens: [a] *Nec multò poſt Ratleicus, qui ſacros Martyrum cineres (ſicut in ſuperioribus demonſtrauimus) Romá detulit, vt ipſe aſſerebat, iuſſus venit, deferens libellum complura capitula continentem. Cuius rationem talem eſſe retulit, dicens, cæcum illum, cuius modo fecimus mentionem, ex auctoritate Martyrum præcepiſſe, vt ea capitula deſcriberet, mihiq; deferret, ac diceret, vt ea ſuſciperem, atque Imperatori legenda offerrem. Suſcepi ab eo libellum, atq; perlegi, emendatumque ac nouiter ſcriptum, Imperatori (vt iuſſerat) obtuli. Et ille ſuſcepit atq; perlegit. Sed de his quæ per hunc libellum facere iuſſus vel admonitus fuerat, perpauca adimplere curauit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum aut dimiſſum ſit, alio potiùs in loco quam in iſto commemorandum eſt. Illud autem non ſolùm non prætereundum, quin immò apertè ac dilucidè cenſeo conſcribendum qualiter reuelatum & iuſſum ſit, vt libellus ille fieret atq; Regi dari debuerit; quæ Ratleicus hoc modo contigiſſe retulit.*

[a] Einhar. lib. 3. c. 12.

DE LIBELLO REVELATIONVM IMPERATORI OFFERENDO.

VII. *Antè paucos (inquit) dies, cùm in Eccleſiam ad agẽdum nocturnum officium ex more cenis iſſemus: adijt me cæcus ille, quem noſtis, rogans, vt in partem aliquam ſecretiorem cum illo ſecederem. Feci vt volebat, & cum eo cellulam, in qua quieſcere ſolebam, ingreſſus ſum. Tunc ille prior, hac inquit nocte, paulò antequàm ſono ſignorum excitati ſurgeremus, apparuit mihi per viſum quidam vir, canitie venerabilis veſte candidâ indutus, virgam auream manu tenens, ac talibus me verbis compellauit: Vide, inquit Albrice, vt cuncta quæ tibi dixero benè intelligas, eaque adeò tenaci memoriâ detineas, vt etiam alijs qui illa ſcripturi ſunt, exponere valeas. Volo enim vt ſcribantur, & Ludouico Imperatori ad legendum per ſeniorem veſtrum oſtendantur. Sunt quippe valdè neceſſaria non ſolùm ad cognoſcendum, verùm etiam ad faciendum Principi, in cuius Regnum iſti Martyres diuinâ iuſſione venerunt.*

VISIO ARCHANGELI FACTA ALBRICO.

A *runt. Tunc incipiens, duodena, vel eo ampliùs capitula per ordinem pronunciauit, mihiq; præcepit, vt tibi & alijs quatuor, quos tibi dicturus ſum, illa commemorem atque exponam. Et poſt hæc tu libellum facias, eumque ſeniori tuo qui nunc in palatio moratur deferas: eique ex Martyrum auctoritate præcipias, vt eum quantò celeriùs poſſit Imperatori offerat.*

VIII. *Deinde ſubiungens: Noſti me, inquit, quis ego ſim, qui tibi iſta præcipio? Tum ego nihil hæſitans, S. Marcellinum eum eſſe reſpondi. & ille: Non ita eſt, inquit, vt opinaris, ſed Gabriel Archãgelus ego ſum perſonamq; ac formam Marcellini idcircò aſſumpſi, quia Dominus Deus rerum atque cauſarum ad iſtos Martyres pertinentium mihi curam cõmiſit, & nunc veni, vt hæc tibi indicarem, quæ ſcribere præcepi; quoniam diuinæ voluntatis eſt, vt ea ex auctoritate*

GABRIELIS ARCHANGELI APPARITIO.

B *corum ad notitiam Regis ſine morarum interpoſitione perueniant. Tu verò, ſicut tibi præcepi, primo diluculo poſt cõpletum diuinum officium nuntia quæ audiſti his quibus ea nuntiare iuſſi.* Humanam formam Angelos interdum ſumere conſueuiſſe, hocneq; ignorarunt qui cum Rhode [b] ancilla in Actis Apoſtolorum, locuti pulſantem oſtium inopinatò Petrum qui coniectus erat in carcerem, eius eſſe Angelum exiſtimarunt. pergit auctor.

[b] Act. 12.

IX. *Tum ego, nemo eſt, inquam, qui mihi credat, quod Angelus mecum locutus ſit, aut me iſta nuntiare mandauit: Nõ erit, inquit, ita; ſed dabo ſignum quod facias coram eis, quo viſo, nullam vltrò dubitationem habebunt de his quæ*

C *ad eos meâ iuſſione pertuleris. Proinde volo dicas Ratleico, vt exhibeat tibi duos cereos nouos, qui nondum accenſi fuiſſent, & vnum ex eis dextera, alterum ſiniſtra tenens, ſta coram altari; & cùm omnia quæ tibi præcepi, narrando compleueris, dic eis qui hæc audiunt, vt in hoc credant vera, & ab Angelo Dei eſſe mandata, quæ dixiſti, ſi hi cerei in manibus tuis, ſine adhibitione ignis viſibilis fuerint videntibus illis illuminati. Quo facto, ſcriptus eſt libellus, mihiq; allatus, & per me Regi oblatus, ab illoq; acceptus atq; perlectus eſt. Idcircò viſum eſt mihi inter cætera miracula libelli huius facere mentionem, quia per occaſionem quâ ille ſcribi iubebatur, contigit illa mirabilis & inuſitata cereorum accenſio, quam per merita beatorum Martyrum fieri debere, ipſeque qui eos illuminauit Angelus prænuntiauit.* hęc

PROPHETIA MIRACVLO COMPROBATA.

D de his Einhardus.

X. Porrò autem eiuſmodi reuelationem per Angelum factam, Ludouico Imp. ſignificandam, nequaquam ocioſè contigiſſe quis dixerit, ſed ad auertenda mala illa, quæ eidem Imperatori euentura eſſent, & quidem maxima, quę ſi omnibus diuinis monitis paruiſſet, euitare facilè potuiſſet: ſed quod ea magna ex parte facere prætermiſit, irruerunt ea in eum, quibus oppreſſus, vix tamdẽ poſt multos labores atq; dolores ex eis emergere conceſſum eſt.

At hic recitandus eſſet alius libellus, more maiorum tunc conſcriptus de miraculis eorumdem ſanctorum Martyrum, qui hoc eodem anno, eo-

E demq; tempore, quo degebat in palatio apud Ludouicum idem Einhardus, ipſi (vt idem teſtatur [c]) oblatus eſt, in quo etiam plura miracula tunc edita deſcribuntur, ſed breuitatis causâ prætermittimus, quę tu pro arbitrio conſulas; nos quod ad alia feſtinemus, quæ præteriri non poſſe videntur hic modo reddamus.

[c] Einhard. lib. 3. c. 14.

XI. Ne quis enim putet pro reliquiarum Martyrum quantitate à Deo maiora vel minora fieri concedi miracula, ſed potiùs ſecundùm illud Gregorii ſuperiùs recitatum, idem præſtare leuem puluiſculũ & quælibet paſſionum ſigna, quod Martyrum corpora: duo hic ſunt ſummatim conſcripti recitandi libelli, quibus breuiter agitur de miraculis editis

in locis illis, ad quæ eiuſdem Einhardi conceſſione reliquiæ eorumdẽ Martyrum ſunt allatæ: qui eoſdem libellos in quarto libro deſcribens, iſta præfatur:[a] *Alter libellus mihi oblatus eſt de monaſterio S. Bauonis, quod ſitum eſt iuxta Scaldim in loco Ganda vocato, vbi idem amnis Legiæ flumini coniungitur, à fratribus ibidem Deo ſeruientibus, quorum rogatu reliquias memoratorum Chriſti Martyrum ad idem monaſterium miſi, in quo hæc per ordinem geſta reperta ſunt.*

[a] Einhard. lib. 4. c. 17.

LIBELLVS MISSVS E MONASTERIO S. BAVONIS.

XII. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo vigeſimooctauo, venerũt reliquiæ ſanctorũ Chriſti Martyrum Marcellini & Petri ad monaſterium S. Bauonis die quarto Nonarum Iuliarum, feriâ ſextâ, Indictione ſextâ, tertiâ verò die, id eſt, Dominicâ proximâ, quæ fuit tertio Non. Iul. quædam puella cæca nomine Hartlinda de villa quæ * Furſenum appellatur, quam pater & mater teſtati ſunt octo annis oculorum officio caruiſſe: cùm ante altare ſuper quod reliquiæ erant poſita, fuiſſet adducta, coram omnibus qui aderant, viſum, Domino miſerante, recepit.*

*Furſerium

Inde poſt dies octo, id eſt, quarto Idus Iulij adducta eſt alia puella ſimiliter cæca nomine Helmrada de villa Magle nuncupata, cuius parentes de ea retulerũt, quod octauâ die poſtquàm baptizata fuit, ſubitò cæcitate percuſſa ſit. quæ & ipſa ſtatim coram ſacris Martyrũ cineribus lumen quod iam dudum perdidit, Domino ſibi reddente, recepit. Exin die tertiâ, quod fuit pridie Idus Iulij, venit illuc puella quædam curua nomine Blidrada de villa Boderetio, quæ pertinet ad monaſterium S. Vedaſti, quæ cùm ante memoratas Sanctorum reliquias pro reſtitutione ſalutis ſuæ Dominum Chriſtum inuocaſſet, coram omnibus qui aderant, erecta eſt, & integrum corporis ſui ſtatum in momento temporis recipere meruit.

XIII. *Poſteà verò duodecimo die Kalendarum Auguſtarum, fœmina quædam nomine Eddela ancilla S. Amandi de villa, Baoroda vocata, quæ plurimis annis oculorum lumine caruiſſe dicebatur, ibidem fideliter orans, viſum recepit. Eodem die ſeruus quidam S. Bauonis Eboraldus vocabulo de villa Millinio, qui & ipſe per plures annos lumen cæli non vidit, cunctis qui aderant cernentibus, eodem loco diu deſideratâ luce donatus eſt. Ipſâ quoque die duæ viduæ quæ plurimis annis cæcæ fuerant, ibidem illuminatæ ſunt, quarum altera nomine Bliduuara de villa Atcinio, altera Riculberta vocata de villa Vuerminio fuiſſe narratur. Deinde poſt dies vigintiquinque, id eſt, in feſtiuitate Aſſumptionis S. Mariæ, fœmina quædam vocabulo Augarisbilda de villa Goiaco, coram ſacris Martyrum reliquijs, omni populo cernente, & id quod euenerat, admirante, ita incuruata eſt, vt penitùs ſe ad cælum videndum erigere non poſſet; eademq́; ſequẽti die id eſt, decimoſeptimo Kalendas Septembris in Eccleſia cùm Euangelium legeretur, eodem populo teſte, ita erecta atque in ſtatum priſtinum reſtituta eſt, ac ſi numquam per vllam corporis ſui læſionem ad terram fuiſſet inclinata. Poſteà verò ſecundâ & vigeſimâ die menſis Septembris, id eſt, decimo Kalendas Octobris, homo quidam de pago Texandria ex villa quæ Appennia nominatur, vocabulo Liedolphus, qui propter ſiniſtri cruris, & pedis imbecillitatem, duobus ſe baculis ad incedendum ſuſtentabat: ita ibidem in conſpectu populi perfectè curatus eſt, vt vltra iam ad ambulandum baculorum adminiculo non egeret.*

XIV. *Quartâ verò die poſt patrationem huius miraculi, id eſt, ſeptimo Kalendas Octobris, iuuenis quidam ſurdus & mutus, ſiniſtrâ quoque manu contractus, nomine Hunnualdus de villa Ceruio nuncupata cùm ante ſacras Martyrum reliquias veniſſet, atque ibi ſuppliciter oraſſet: ſtatim per virtutem Chriſti, depulſis vniuerſis quæ patiebatur incommodis, ita ſanus effectus eſt, ac ſi numquam aut ſurdus, aut mutus, aut ex contractione neruorum in manu fuiſſet aliquo modo debilitatus. Sequenti die, hoc eſt, ſexto Kalendas Octobris, fœmina quædam nomine Engilgarda, quæ per multos annos dirâ paralyſi tenebatur, eadem in baſilica per merita beatorum Martyrum coram omni populo eſt curata; erat eadem ancilla pertinens ad Epiſcopium Tornacenſe, de villa quæ Vuerecundia nominatur. In craſtinum verò, id eſt, quinto Kalendas Octobris, altera quædam fœmina nomine Ramburga de villa Bettingahem ſimili paſſione in inferiore corporis ſui parte valdè debilitata, cunctis qui aderant videntibus coram eiſdem Sanctorum reliquijs perfectam membrorum ſuorum firmitatem recepit, atq; à morbo, quo per decem annos laboraſſe ferebatur, Deo volente, in momento temporis liberata eſt.*

XV. *Eâdem die vir quidam cæcus nomine Germanus de villa * Sibalceum, quæ iuxta oſtium Scaldis fluminis in maritima Friſonum regione poſita eſt, cùm ibi pro calamitate quam patiebatur Domini miſericordiam & beatos Martyres inuocaſſet, diu negatum lumen cum lætitia accipere meruit. Quartâ verò die poſtquàm hoc ſignum, Domino volente contigit, id eſt, pridie Kalendas Octobris, quædam ancilla S. Bauonis, vocabulo Gundrada de villa Adingaheim, quæ tribus ferè annis ſolem non viderat, vbi ſe coram altari ad adorandum proſtrauerat, lumen quod amiſerat, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum largiente recepit.* hucuſq; libellus ex monaſterio S. Bauonis, qui (vt dictum eſt) ad eumdem Einhardum qui eas reliquias illuc miſerat, redditus eſt. Sed miſſis aliis breuitatis cauſâ (obruimur enim copiâ) ad poſtremum audiamus libellum illum ex monaſterio S. Seruatij ad eumdem Einhardum, qui eaſdem ipſi venerandas reliquias fuerat impertitus, æquè miſſum. ſic enim ait[b]:

* Schalcheim

[b] Einhard. lib. 4. c. 20.

XVI. *Tertium quoque libellum detulerunt mihi fratres de monaſterio S. Seruatij Confeſſoris, quod ſitum eſt in ripa Moſæ fluminis, in vico qui hodie Traiectus vocatur, & diſtat ab Aquenſi palatio octo circiter leugas; eſtq́; habitantium, & præcipuè negociatorum multitudine frequentiſſimus, cuius textus, ſi bene recolo, in hunc modum videtur eſſe compoſitus.*

LIBELLVS E MONASTERIO S. SERVATII.

Aduentus ſanctorum Chriſti Martyrum Marcellini & Petri ad vicum Traiectum contigit pridie Nonas Iunij. Nam ipſo die venit ei obuiam de eodem vico immanis multitudo populi ad ſuſceptionem illorum congregata, laudans & benedicens Deum ſuper immenſa atq; inenarrabili miſericordia ſua, quâ per tantos patronos populum in ſe credentem & confidentem viſitare dignatus eſt. Cumq́; in his laudibus & lætitiâ ſpirituali vſque ad baſilicam beati Seruatij peruentum eſt, celebratiſq́; cum magna omnium gratulatione Miſſarum ſolemnijs, & vniuerſis ad ſua reuerſis, feretrum quo ſacri cineres adducti ſunt, à dextris altaris, iuxta cancellos collocatum eſt: totuſq́; ille dies cum ingenti eodem in vico conſiſtentis populi exultatione atq; iucunditate conſummatus eſt.

XVII. *Cumq́; ad veſpertinum officium iuxta conſuetudinem celebrandum eamdem baſilicam fuiſſemus ingreſſi, aderat inter cæteros puer quidam nomine Berngiſus quẽ propinqui ſui de pago Cundnaſio ante paucos dies illuc venientes adduxerunt cæcum à natiuitate. Qui ſubitò coram omnibus in pauimentum cecidit, ibiq́; aliquamdiu velut ſopore depreſſus iacuit: moxq́; apertis oculis lucem quam numquã antè vidit, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum donante, conſpexit.* Hic tu Nouator Hagiomache longè maiori cæcitate percuſſus, quia videre non vis, audi ſaltem teſtimoniũ illud cæci nati à Chriſto illuminati, dicẽtis:[c] *A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuerit oculos cæci nati: Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.* An & tu, vt tui compares Iudæi, dices: In peccatis natus es totus, & doces nos? An & tu, vt illum Iudæi, eiicies hunc foras? ſed ſuſcipit eũ Chriſtus, & velis, nolis, oh oculos tuos ponet, vt te iudicet. ſed reliqua proſequamur:

CÆCVS NATVS ILLVMINATVS.

[c] Ioan. 9.

XVIII. *Ex in quintâ die, id eſt ſexto Idus Iunij, homo quidam cognomento Hildimarus, qui ſurdus erat & mutus, coram eiſdem ſacris Sanctorum reliquijs & auditum pariter & loquelam per virtutem Chriſti recepit. Eodem quoque die puella quædam de familia S. Lamberti nomine Adallinda, quæ non ſolùm ſurda & muta, ſed etiam cæca, totoque corpore tam miſerabili modo ex neruorum contractione erat complicata, vt genua pectori iungerentur, iuxtà ſacras Martyrum reliquias à ſuis poſita, & viſum & auditum, loquelam etiam, omniumque membrorum rectitudinem ac ſalutem coram omnibus qui aderant, mirabili celeritate, diuino munere conſecuta eſt. Poſtridie verò, id eſt, quinto Idus Iunij, quidam ſeruus regius nomine Berohadus de villa Creſciaco in dextera corporis ſui parte per totum ex neruorum contractione debilitatus & inutilis factus, dum ante memoratas Sanctorum reliquias veniſſet, ſtatim erectus, & ſanitati quam deſiderabat, ſine mora eſt redditus. Similiter & puella quædam de vico Traiecto, vocabulo Theochildis, cuius dextera manus erat ſimili contractione in tantum complicata atq; diſtorta, vt ad omnem vſum eſſet inutilis, hac eâdem die ante eaſdem Sanctorum reliquias pari modo curata eſt.*

SVRDA ET MVTA ET CAECA SANATVR.

XIX. *Quibus viſis, populus in baſilica congregatus, cœpit præ nimia exultatione ac lætitia in hymnis & litanijs, ſublatis in altum vocibus, laudes Domino decantare. Cùm ſubitò intrauit puer quidam ſurdus, atque in medio plebis multitudine ſtupefactus & attonito ſimilis conſtitit; ac deinde cùm ante altare Saluatoris, quod in medio Eccleſiæ poſitum eſt, perueniſſet, erumpente protinùs de naribus eius ſanguine, quo diu priuatus erat, audiendi officio donatus eſt. In craſtinum autem, id eſt, quarto Idus Iunij, viſum eſt nobis, vt feretrum, quod ſacros cineres Martyrum continebat, altiùs eleuari deberet, ad hoc videlicet, vt aliquantò eminentius eſſet quàm altare cui appoſitum erat, & facilius ab accedentibus cerni potuiſſet. Idq; nobis facientibus, & inter faciendum litanias cum Dei laude canentibus, puella quædam de familia S. Seruatij à natiuitate ſua pedibus ex contractione diſtortis, manibus etiam ex neruorum diſtenſione diſſolutis, inſuper & muta, quam paulò antè in baſilicam detulerant, & coram feretro poſuerant, ſubitò ſanitati eſt reddita, ita vt eâdem hora, & loqui & incedere & manibus ad omnia neceſſaria perfectè vti potuerit. Femina quædam de ipſo vico Traiecto, cùm haberet ancillam cæcam nomine Adalgardam, ingreſſa baſilicam tradidit eam ſanctis Martyribus Marcellino & Petro, vt per eorum ſuffragia viſum recipere mereretur: quæ cùm poſt peractum veſpertinale officium in eadem Eccleſia ſubſtitiſſet, ſubitò velut ab aliquo impulſa, in pauimentum cecidit, atque ibi diu volutata, tandem cum ingenti circumſtantis populi ſtupore atque admiratione, clarè videns, ſurrexit. Contigit hoc Idibus Iunij ad veſperum, ipſo noctis incipiente crepuſculo.*

INSIGNE MIRACVLVM.

XX. *Homo quidam de prouincia Burgundia ex territorio Gennauenſi nomine Theotgarius eâ paſſione laborans, quã medici Græco vocabulo ſpaſmon appellant, (Latinè autem ab aſſidua membrorum agitatione, tremuloſa non incongruè vocari poteſt,) venit in baſilicam, atque in media populi turba, quæ ad audienda Miſſarum ſolemnia (vt in die Dominico moris eſt) fuerat congregata conſtitit. Cumq; poſt recitatam Euangelij lectionem Chriſtianæ credulitatis Symbolum recitaretur, tremuloſus ille ſubitò ad terram corruit, & dum diuinum officium peragitur, penè immobilis ac mortuo quàm viuenti ſimilior iacuit, multoq; ex naribus eius ſanguine manante, poſt completum ſacrum officium, cum magna inſpectantis populi admiratione, ſanus ac ſine vlla trepidatione ſurrexit. Factum eſt hoc miraculum decimooctauo Kalendas Iulij, die Dominico, ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt. Quartâ autem feriâ, id eſt, decimoquinto Kalendas Iulij puer quidam nomine Folcardus de monaſterio quod Meldradum vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miſerabili contractione diſtortus, eodem in loco coram omni populo curatus eſt.*

Vndecimo Kalendas Iulij venit quidam homo ad Eccleſiam, & inter cæteros intrauit, cuius dextera manus ſimul cum brachio modo mirabili mouebatur in gyrum, ac ſi molam vertere deberet; idq; inceſſanter agebat. Is dicebat, ob hoc ſibi hanc inquietudinem accidiſſe, quia die Dominica contra vetitum moleret, & iam annum integrum euolutum eſſe, ex quo huiuſmodi pœna mulctatus eſt: qui cùm ad ſacras Martyrum reliquias appropiaſſet, ibiq; fideliter eos inuocaſſet, molaris illa commotio ſubitanea quiete ſopita eſt. Hic homo de monaſterio Scotorum, quod Foſſa vocatur, ſe veniſſe, Dothiumq; appellari dicebat. In vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, quæ eſt die nono Kalendarum Iuliarum, venit quidam vir Traiectum ad baſilicam S. Seruatij, qui ſe de ciuitate Tornaco eſſe fatebatur. Is, vt ipſe aiebat, fuit ab infantia ſurdus & mutus, deductuſque à ſuis ad S. Sebaſtianum, cœpit ibi & audire & loqui, ſed inefficaciter, quoniam verba vix intelligebantur; ipſe quoque cùm alij ad eum loquerentur, tenuitatem auditus ſui diſſimulare non poterat. Qui vbi ad matutinum officium venit, coram ſacris reliquijs procumbens obdormiuit: nec multò pòſt, velut à liquo excitante euigilans; quis os ſuum pugno percuſſiſſet, à circumſtantibus perquiſiuit: cui cùm omnes neminem hoc feciſſe, reſpondiſſent, ſurrexit, eademq; hora ſanus factus, perfectè ſine vllo impedimento, & audiuit, & locutus eſt. Eadem die dum ſacra Miſſarum ſolemnia celebrantur, femina quædam nomine Adallinda, duos cereos ad lumen in Eccleſia faciendum detulit, quorum vnum dexterâ manu cuidam ex cuſtodibus, vt accenderetur, porrexit; alium autem interim quaſi de illo poſteà illuminandum, manu ſiniſtrâ retinuit. Sed miruum in modum dum cuſtos ſibi datum accendit, ille qui in manu feminæ remanſit, cunctis cernentibus diuinitùs accenſus eſt. XXI.

Monaſterium ſanctimonialium, Eike vocabulo, ſitum ſuper Moſam fluuium eſt, in quo quædam Deo ſacrata nomine Saliga toto corpore, excepto dextro brachio, diro paralyſis morbo diſſoluta iacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis ſuis adſtitiſſe, ac tali ſermone eam compellaſſe viſus eſt, vt diceret: Quid agis? Cui cum illa non aliud quam ſe in lecto ſuo quieſcere, reſpondiſſet. Audiſtine, inquit, aliquid de Sanctis qui in Traiecto ad ſanctum Seruatium venerunt? Cui cùm nihil de his ſe audiſſe reſpondiſſet. Surge, ait, velociter, atque illuc properanter venire contende: nam ibi es omnium membrorum tuorum receptura ſanitatem. Sed cùm expergefacta nihil de his facere curaſſet, iterum ſequenti nocte ab eodem ſimili modo eſt admonita, vt Traiectum pergeret. Illa autem vt priùs ſpreta monentis voce, quo iubebatur diſtulit proficiſci. Tertiâ verò nocte vidit eumdem ſibi adſtare, & cum quadam ſeueritate, cur monita ſua contempſiſſet, interrogare, baculoque, quem tunc manu tenere videbatur, latus eius percutere, atque vt Traiectum velociter pergeret, imperare. Nec illa iam auſa trinæ viſionis auctoritati reſiſtere, accitis ad ſe propinquis & amicis, Traiectum vt ſibi iuſſum erat, deducitur, & in baſilica beati Seruatij, iuxtà ſacros Martyrum cineres collocatur. Cúmque ibi promiſſæ ſanitatis præſtolaretur euentum, quinto demùm die poſtquàm illuc venerat, cum magna omnium admiratione, totius corporis ſui recipere meruit ſanitatem. hucuſque libellus Traiecto ex S. Seruatij monaſterio ad Einhardum miſſus. XXII.

Atrependit Traiectenſis Eccleſia Romanę Eccleſiæ pro ſacris pignoribus Sanctorum duorum Martyrum acceptis ab Einhardo, ad eamdem mittendo S. Seruatij mentum, & alias S. Lamberti eiuſdem Eccleſię Epiſcopi & Martyris ſacras reliquias, quæ hactenus in baſilica S. Petri Romæ ſeruantur, atq; digno honore coluntur. XXIII.

Cur aũt tanta iſta miracula adeò numeroſa, tãti

ponderis, & quę videantur omnem menſuram excedere? Haud enim quis dixerit quod fruſtrà iſta Deus, qui omnia in pondere, numero, atque menſura diſpoſuit. Sed ſicut olim [a] Ioſeph ad venturam famem pellendam horrea impleuit Ægypti: ita planè menſuram bonam, confertam, coagitatam, & ſupereffluentem intulit in Eccleſias Germanorum ex ſignis editis è ſanctorum Martyrum reliquijs, quod venturas præuiderat has quas modò patiuntur hæreſes, quibus Sanctorum cultus penitus auferretur, & ſacroſanctæ ipſorum reliquiæ contemptui, atque deſpectui haberentur. Petant igitur qui ſapiunt antiqua Patrum cellaria, reſetent repleta ab eis frugibus horrea, hiſq; veſcantur, quib. alantur eihis ad vitam æternam abſtinentes omnino à venenatis edulijs hæreticorū, Paulo [b] clamante: *Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis: quæ ſunt omnia ad interitum ipſo vſu ſecundùm præcepta & doctrinas hominum.* ſed cœptam proſequamur hiſtoriam.

CVR DEVS EDIT SIGNA.

[a] *Geneſ. 41.*

[b] *Coloſſ. 2.*

XXIV. Accidit inter hæc mirandum quoddam præter omnem expectationem, cùm Deo extorquente, peſſimus dæmon peccatorum ſuorum redarguit Francos, quorum cauſâ, tot illi mala, Deo vleiſcente, iugiter pati ſolerent; frugū penuriam, peſtemq́ue hominum & animalium, & alia multa. Ad quæ auertenda, hoc eodem anno, vt dicetur, inuigilare cœpit pietas Imperatoria, triduanum ieiunium in populo indicendo, cuius etiam admonitionem, vbique per Gallias ſecutum eſt Epiſcopale ſtudium & vigilantia, in emendatione morum. Sed quæ de dęmone idem qui ſupra Einhardus habeat [c] videamus: *Sub idem,* inquit, *ferme tempus cum Ratleicm à nobis ad baſilicam Martyrum regreſſus eſt, allatus eſt nobis inde alter libellus, continens verba & ratiocinationem cuiuſdam dæmonis, qui ſe Viggonē nominauit, quæ facta eſt ab eo coram multis teſtib. ante altare, iuxtà quod ſacri Martyrum cineres repoſiti ſunt, ad interrogationem presbyteri, qui exorciſmum ſuper energumenam etiam legerat. Quod hoc modo contigiſſe narratur.*

[c] *Einhard. lib. 3. cap. 13.*

XXV. *Prædium eſt in pago Hitahgowue vocabulo Hæcgſtat, pertinens ad monaſterium S. Nazarij, de quo puella quædam annorum circiter ſedecim ab eodem erratico ſpiritu poſſeſſa, ad baſilicam Martyrum à parentibus ſuis adducta eſt. Quæ cum ante tumbam ſacra corpora continentem veniſſet, & presbyter ſuper caput eius exorciſmum ſecundum conſuetudinem perlegiſſet, ac deinde dæmonem qualiter & quando in eam fuiſſet ingreſſus, percontari cœpiſſet: non barbarica lingua, quam ſolam puella nouerat, ſed Romana locutione presbytero reſpondit. Cumq; presbyter miraretur, atque interrogaret, vnde illi Latinæ linguæ notitia, cùm parentes eius qui ibi præſentes adſtabant, huiuſcemodi ſermonem penitus ignorarent: Parentes, inquit, meos numquam vidiſti. Tum presbyter. Tu ergo, inquit, vnde es ſi iſti non ſunt parentes tui? Et dæmon per puellam: Ego, ait, ſum ſatelles & diſcipulus ſatanæ, & multo iam tempore apud inferos ianitor fui. Sed modo per annos aliquot cum ſocijs meis vndecim Regnum Francorum vaſtaui, frumentum & vinum & omnes alias fruges quæ ad vſum hominum de terra naſcuntur, iuxtà quod iuſſi eramus, enecando deleuimus, pecora morbis interfecimus, luem ac peſtilentiam in ipſos homines immiſimus; omnes quoque aduerſitates & cuncta mala, quæ iam diu pro meritis ſuis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus, eis acciderunt.*

DE ARREPTITIA MIRANDA.

XXVI. *Hic cùm presbyter ab eo quæreret, quanam de cauſa ei fuiſſet huiuſmodi conceſſa poteſtas: Propter malitiam, inquit, populi huius, & multimodas iniquitates eorum qui ſuper eum conſtituti ſunt, qui munera & non iuſtitiam diligunt: qui plus hominem quam Deum metuunt; qui pauperes opprimunt, viduas & pupillos ad ſe vociferantes audire nolunt, nullis iuſtitiam niſi mercanti faciunt. Propter hæc ſunt & alia multa; atque innumerabilia, quæ tam ab ipſo populo, quàm à rectoribus eius quotidie committuntur, vt ſunt periuria, ebrietates, adulteria homicidia, furta, rapina, quæ nemo fieri prohibet, & cùm facta fuerint non eſt qui vindicet; potentiores quiq; ſuperbis lucris inſeruiunt, & loco ſuperiore quem propter regendos inferiores acceperunt, ad ſuperbiam & vanam gloriam abutuntur: odium & inuidiam non tam inter extraneos quàm inter propinquos & affinitate coniunctos exercent; amicus amico non credit, frater fratrem odit, pater filium non diligit: rari ſunt qui fideliter ac deuotè decimas dent, rariores qui eleemoſynas faciant; & hoc ideò quia quicquid Deo vel pauperibus dare iubentur, id ſibi perire arbitrantur: iniquas menſuras & iniuſta pondera contra Dei præceptū habere nō verentur, fraude ſe alterutrum circumueniunt, falſa teſtimonia dicere non erubeſcunt, dies Dominicos ac feriatos non cuſtodiunt, ſed in his ac ſi in ceteris prout voluntas eorum tulerit, operantur. Præter hæc alia ſunt multa, quæ Deus aut præcepit hominibus vt facerent, aut prohibuit, ne facerent; quia populus hic per contumaciam mandatis eius inobediens effectus eſt, permiſſi ſumus à Deo iuſſi ſumus ea facere in rebus humanis quæ ſuperius enumeraui, vt perfidiæ ſuæ pœnas luant: ſunt enim perfidi atque mendaces, cum hoc ſeruare non curant, quod in baptiſmo promiſerunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puellæ Latinè locutus eſt.*

DIABOLVS IN ENERGVMENA REDARGVIT SCELERA PECCANTIVM.

XXVII. *Et cùm presbyter imperando vrgere cœpiſſet, vt exiret: Exibo, inquit, non propter tuum imperium, ſed propter Sanctorum poteſtatem, qui me in illa diutius permanere non permittunt. His dictis, puellam in pauimentum proiecit, atque ibi aliquantulum velut dormientem, prono corpore iacere fecit. Poſt paululum verò, illo recedente, quaſi de ſomno euigilans, per virtutem Chriſti, & merita beatorum Martyrum puella, cunctis qui aderant cernentibus atque mirantibus, ſana ſurrexit: nec poſt exactum à ſe dæmonem Latinè loqui potuit, vt palàm poſſet intelligi, non illam per ſe, ſed dæmonium per os eius fuiſſe locutum. Heu proh dolor, ad quantas miſerias tempora noſtra ſunt deuoluta, in quibus non boni homines, ſed mali dæmones doctores ſunt, & incentores vitiorum, ac perſuaſores criminum de noſtra nos correctione commonent!* hactenus de his Einhardus.

PELLITVR DÆMON VIRTVTE SANCTORVM.

XXVIII. Quæ quidem tunc omnium ore vulgata, Imperatoris quoque aures penetrarunt. Qui ex ſerpentis veneno antidotum præparare in ſalutem totius populi ſapienter inſtituit, ſcilicet vt ad expianda peccata vrgentia totus eſſet. Primumq́ue omnium (vt dictum eſt) per vniuerſum Regnum publicum indixit triduanum ieiunium, atque preces, addiditq́ue etiam; vt ad correctionem morum deprauatorum, quatuor iuberet diuerſis in locis per Gallias celebrari Concilia. Eſt de his eiuſdem Imperatoris edictum, hoc ipſo anno pariter promulgatum, quo deplorantur eædem immiſſæ cælitùs clades, quod hic deſcribere operæpretium exiſtimamus. ſic enim ſe habet [d].

[d] *Extat ante Concil. Pariſienſ. ſub Ludou. to. 3. Concil.*

In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ludouicus, & Lotharius, diuinâ ordinante prouidentiâ, Imperatores Auguſti omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris.

XXIX. *Recordari vos credimus, qualiter hoc anno, conſilio ſacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum, generale ieiuniū per totum Regnum noſtrum celebrare iuſſimus, Deumq́; tota deuotione depoſcere, vt nobis propitiari, & in quibus illum maximè offenderimus nobis manifeſtare, & correctionem noſtram neceſſariam, tranquillū tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus ſiquidem in tempore congruo placitum noſtrum generale habere, & in eodem de com-*

EDICTVM IMP. LVDOVICI DE EXPIATIONE PECCATORVM FACIENDA.

Digitized by Google

muni correctione agere; & ita, Deo miſerente, fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tùm fieri non potuit iuxtà voluntatem noſtram, viſum nobis fuit præſens placitum cum aliquibus noſtris habere, & in eo de his quæ propter prædictũ impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum peruenirent, Domino adiuuante, conſiderare. Quapropter noſſe volumus ſolertiam veſtram, quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſiderauimus, vt primũ omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in locis congruis tempore opportuno conuenirent, & ibi tam de ſua quàm de omnium noſtrûm correctione & emendatione, ſecundùm diuinam auctoritatem quærendo inuenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundùm miniſterium ſibi commiſſum annuntiarent.

XXX. CLADES OB PECCATA A DEO IMMIſſA.

B *Quis enim non ſentiat, Deum noſtris prauiſſimis actibus eſſe offenſum, & ad iracundiam prouocatum, cùm videat tot annis, multifariiſq; flagellis iram illius in Regno nobis ab eo commiſſo deſæuire? videlicet in fame continua, in mortalitate animaliũ, in peſtilentia hominũ, in ſterilitate penè omnium frugum, & (vt ita dixerim) diuerſiſſimis morborum cladib. atq; ingentibus penuriis populum iſtius Regni miſerabiliter vexatum & afflictum, atque omni abundantiâ rerum quodammodò exinanitum. Nec illud etiam dubitamus, ex iuſta vindicta illis euenire, quod ſæpè ſcandala per tyrannos in hoc Regno exurgunt, quod pacem populi Chriſtiani, & vnitatem Imperij ſuâ prauitate nituntur ſcindere. Nam & illud nihilominus peccatis noſtris deputandũ eſt, quod inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc Regnum ingreſſi, deprædationes, incendia* C *Eccleſiarũ, & captiuationes Chriſtianorum, interfectiones ſeruorum Dei audenter & impunè, immo crudeliter fecerunt.*

XXXI.

Agitur ſiquidem iuſto iudicio Dei, vt qui in cunctis delinquimus, interiùs ſimul & exteriùs flagellemur. Beneficiis quippe Dei euidenter exiſtimus ingrati; quoniam his non ad voluntatem Dei, ſed ad libitum noſtrum carnalem vti inuenimur; & idcirco meritò creatura Dei nobis diuinitus conceſſa, pro Deo contra nos ingratos pugnat, iuxta illud: [a] *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Verùm quia tot malis vexamur atque percutimur: ad eum à quo percutimur toto corde, dignum neceſſariumq; eſt, vt reuertamur, quatenus illud propheticum in nobis impleatur, quo dicitur:* [b] *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* D *Sed quia pius & clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur, vt non ad interitum, ſed potiùs ad correctionem noſtram inferre videatur: debemus in conſpectu eius veraciter humiliari, & faciem illius in confeſſione præuenire, eiuſq; pietatem pronis mentib. exorare, vt qui fecit nos iuſtiſſima diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus ab eo flagellamur, cognoſcere: & in quibus maximè illũ offendimus, & iram illius prouocauimus, manifeſtiùs intelligere; vt pòſt, eo miſerante, praua deſerẽdo & corrigendo, bona etiam ſectando, & tota cum deuotione exequendo valeamus per ſpiritum humilitatis & animam contritam, ſacrificium Deo debitum offerre, iramq; illius indignationis euadere, & per dignam congruamq; correctionẽ, & bonorum operum exhibitionem, gratiam eius propitiationis licèt indigni promereri.*

[a] Sap. 5.

[b] Iſa. 28.

DE CORRECTIONE PECCATORVM.

XXXII. SEIPSVM PRIMVM ACCVSAT IMP.

E *At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debuimus, & omnium curam gerere, & per auctoritatem Imperialem prauorum acta ne tantũ accreſcerent, corrigere: cupimus Domino nobis propitio in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem veniam adipiſci, & per ſaluberrimam correctionem, & per bonũ ſtudium, quod noſtrâ deſidiâ & ignorantiâ hactenus neglectum eſt, conſultu fidelium, tempore opportuno (quantum in nobis eſt) ſtudioſiſſimè emendare, & noſtram in hoc voluntatem omnibus manifeſtum facere. Quapropter ſtatuimus atque decreuimus cum conſultu ſacerdotũ, ceterorumq; fidelium noſtrorũ huius rei gratiâ, ob placandum ſcilicet contra nos, nobiſq; ſubiectos Domini* A *furorem conuentus eorumdem Epiſcoporum in quatuor Imperij noſtri locis congruentiſſimè fieri.*

XXXIII. DE QVATVOR CONCILIIS CELEBRANDIS.

Primo ſcilicet in Moguntiacenſi vrbe, vbi conueniant Metropolitani Autgarius, Authbaldus, Hetto, Bernuinus cum ſuffraganeis ſuis.

Secundo quoq; in Pariſiorum vrbe, vbi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Regnoardus, & Landrannus Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis conueniant.

Tertiò verò apud Lugdunum, vbi Agobardus, Bernardus, Andreas Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conueniant.

Quarto etiam apud Toloſanam vrbem, quo ſimul conueniant, Hotbo, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis.

B *In quibus conuentibus tractare, quærere, & cum Dei adiutorio inuenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus: quid à Principibus, reliquoq; populo; vel ita, vt diuina auctoritas docet aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte vel toto dimiſſum ſit, vt non teneatur. Deinde quid in ipſorũ qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, conuerſatione, & actibus inueniri poſſit, quod diuinæ regulæ atq; auctoritati non concordet, ſimulq; inueniant, quæ occaſiones in vtroq; ordine id eſſecerint, vt à recto tramite deuiatum ſit. Et quicquid de his cauſis inuentũ fuerit, tam ſolerti curâ cuſtodiatur, vt nullatenus ad aliorũ notitiam peruenire permittant ante tẽpus conſtitutum. Et ideò vnus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi inuenerint, deſcribat, & ipſe ſub iuramẽto* C *conſtrictus ea quæ inuenta atq; digeſta fuerint, diligenter fideliterq; conſeruet.* hucuſq; Conſtitutio Ludouici, præfixa Concilio Pariſienſi, cuius eſt admonitione collectum.

XXXIV. DE TEMPORE PROMVLGATI IMP. EDICTI.

* Quam quidem hoc anno ab eodem Imperatore datam eſſe, Pariſienſis Acta Concilij, petitione Imperatoria anno ſequenti celebrati ſignificant, in quibus huius edicti mentio habetur expreſſa. Sed ex his quæ in eodẽ ſcripto leguntur, idipſum æquè certum redditur: Dum enim ibi dicitur, anno præterito inimicos fines inuaſiſſe Francorum Regni, & mala innumerabilia perpetraſſe: id quidem factum fuiſſe per Bulgaros, Francorum Annales ſignificant. Cuius rei cauſâ hoc ipſo anno in D conuẽtu habito menſe Februarij Aquiſgrani Baldreuus Dux Foroiulienſis, quod eius ignauiâ Bulgari inuaſiſſent, vaſtaſſentq; regiones ad Imperiũ Orientale ſpectantes, pulſus eſt Ducatu, cuius poteſtas inter quatuor fuit diuiſa conſortes. Sed & quod in eodem edicto eſt querela Imperatoris de exurgentibus in Regno Francorum tyrannis: alluſiſſe viſus eſt ad Aizonem, qui haud pridem ab Imperatore deficiens cũ fratre, Sarracenorum copijs, quibus inhæſit, plurima intulit damna populis ſub Francorum dominio conſtitutis; hæcq; per totum biennium vſq; ad præſentem diem, cum & hoc ipſo anno in eodem publico Aquiſgranenſi conuẽtu duces qui aduerſus eos miſſi fuerãt, quod E rem ſocorditer peregiſſent, in ordinem ignominioſè redacti ſunt. Hæ ſunt clades huius temporis, præter penurias & mortalitatis, quæ in eadem Cõſtitutione idem Ludouicus deplorans, per pœnitentiam morumq; correctionem emendare curauit. Quæ autem acta ſint per Epiſcopos, ſuo loco, anno ſequenti dicentur.

XXXV. NICEPHORI EPISC. CONSTANTINOP. OBITVS.

Hoc eodẽ anno, Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Confeſſor cùm ageret in exilio annum decimumquartum, ex hac vita poſt plures ex longa perſecutione cõtextas coronas ad Deum feliciter migrat. Teſtatur id Theophanes in oratione de eius exilio habita, vbi lugens miſerandum ſtatum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſub

Impera-

Imperatoribus Iconoclaſtis, tribuſque Patriarchis Conſtantinopolitanis itidem hæreticis Iconoclaſtis hæc ſubijcit: *Iſta quidem mali dominatio grauiſſimas calamitates inuexit, & cuncta permiſcuit atq; turbauit, non exiguo aut breui temporis interuallo Imperatorū robore munita, ſed triginta prope annorum ſpacio, quorum cum quatuordecim in exilio diuinus pater Nicephorus tranſegiſſet, ab hac mortali vita migrauit ad immortalē, & ſepultus eſt iuxta templum ſancti Martyris Theodori in monaſterio, quod ipſe à fundamentis conſtruxerat. In hoc enim cùm eſſet mulctatus exilio, piam & ſanctam vitam traduxit, & virtutum ſtudio mentem ſuam excoluit, atq; expurgauit, ſeq; purum Dei, rerumq; diuinarum exemplum exhibuit, cum ſimilis eſſet Angelorum & ſimul tùm monaſtica, tùm pontificia vitæ dignitatem virtutibus ſuis exornauit.* hactenus de obitu: De translatione verò facta corporis eius ſummo cùm honore Conſtantinopolim per S. Methodium Patriarcham, ſuo loco dicturi ſumus.

Porrò eius nota omnibus tam Orientalibus quàm Occidentalibus ſanctitas effecit, vt vbique locorum Eccleſiæ Catholicæ eius nomen receptum fuerit in tabulas Eccleſiaſticas inter ſanctos Confeſſores annuâ die perpetuò celebrãdum tertio Idus Martij apud Latinos, apud Græcos autem ſecundâ Iunij.

IESV CHRISTI
Annus 829.

GREGORII PA. IV. Annus 2. LVDOVICI 16. MICH. BAL. 9. IMPP.

I. ANNO qui ſequitur Chriſti octingenteſimo vndetrigeſimo, Indictione ſeptimâ Gregorius Papa vbi ſtructurâ nobilitaſſet Titulum S. Marci, cuius presbyter fuerat, intulit in eum corpus S. Hermetis Martyris. Porrò eiuſdem Martyris articulus translatus in Gallias, inſigniter eſt miraculis illuſtratus. Rem geſtam Einhardus [a] qui præſens fuit, deſcribit, qui ait: *Gregorius Romanæ Vrbis Epiſcopus, qui Eugenio ſimulq; Valentino in Pontificatûs honore ſucceſſit, cùm Titulum S. Marci Euangeliſtæ, in quo presbyter fuerat, ampliare, & in eo monaſterium vellet extruere, quæſiuit per cœmeteria & Eccleſias longè ab Vrbe conſtitutas, ſicubi ſanctorum Martyrum corpora poſſet inuenire, inuentaq; Titulo quem opere magnifico extruxerat, curauit inferre.*

[a] Einhard. lib. 4. c. 25.

TITVLVS S. MARCI AMPLIATVR ET CORPORE S. HERMETIS AVGETVR.

II. *Caſu igitur factum eſt, vt eo tempore, quo ſepulchrum beatiſſimi Hermetis erat apertum, & ſacrum illius corpus inde fuerat ſublaturus, vnus ex noſtris, qui eodē anno ſupplicandi gratiâ (vt moris eſt pænitentibus) Romam venerat, congregata ad baſilicam Martyris multitudini cum ceteris peregrinis intereſſet. Is negocio quod agebatur, diligenter inſpecto, ſpem adipiſcendarum memorati Martyris reliquiarum, licèt corde ſimplici, non tamen ſine cauſa concepit. Et Deuſdonam diaconum, cuius in primo libro crebram fecimus mentionem, adiens, obnixè rogauit, vt ex his quantulumcumq; à cuſtodibus loci acciperet, mihiq; deferendum ſibi præſtaret. Qui confeſtim precibus eius annuens, id ſe ſine mora facturum pollicetur, datoq; cuſtodibus pretio, non ſolùm Hermetis, ſed etiam ſanctorum Proti & Hyacinthi, quorum in eadem baſilica corpora erant poſita, reliquias accepit. Et illas quidem per quemdam familiarem ſuum, cui Sabbatino cognomen erat, ſimulq; & noſtrum, qui ei vt hoc faceret, perſuaſit, mittere curauit; quod autem de corpore beati Hermetis potuit adipiſci, ipſe ad nos veniens, pro ingenti munere detulit. Cùm autem de aduentu reliquiarum ſanctorum Proti & Hyacinthi nobis eſſet indicatum, obuiam illis proceſſimus, eaſq; vt par erat, honorificè ſuſcipientes, atque baſilicæ cum hymnis & orationibus inferentes propter corpora beatorum Marcellini & Petri cum feretro quo venerant collocauimus*, &c. Subijcit Einhardus curationem energumenæ factam per ſanctos Martyres Protum atque Hyacinthum, necnon fœminæ Colonienſis claudæ redditam per ſanctum Martyrem Hermetem ſanitatem, de cuius reliquiarum aduentu ſic narrare pergit [b] hiſtoriam.

RELIQVIÆ SS. HERMETIS PROTI ET HYACINTHI IN GALLIAM TRANSLATÆ.

[b] Eod. lib. c. 26.

III. *Interim circa medium ferè menſem Auguſtum Deuſdona diaconus, cuius in primo huius operis libro fecimus mentionem Româ veniens, vnum articulum digiti B. Hermetis Martyris pro magno nobis munere detulit: quem accipientes capſulâ reconditum in ſuperiori parte baſilicæ ſuper ipſum occidentalem Eccleſiæ introitum collocauimus. At fœmina, quæ, vt dixi, viſione diuinitus monita illuc venerat, & duobus iam exactis menſibus, nihil promiſſæ opis ſibi adueniſſe cernebat, deluſam ſe vano ſomnio exiſtimans, reditum in patriam meditari cœpit. Statuitq; cum negociatoribus, qui ſe reducerent, vt proximâ Dominicâ, quæ quinto Kalendarum Septembrium die, ſimul cum anniuerſaria ſancti Hermetis ſolemnitate erat futura, nauem eorum in regionem ſuam reuerſura conſcenderet: iamq; inſtante nocte, quæ diem profectionis condictum erat ſine dubio præceſſura, cùm nos ſecundùm conſuetudinem completo nocturnali officio, ad quieſcendum fuiſſemus ingreſſi, ceteris exeuntibus, fœmina illa introire volens, in ipſo limine conſedit, ibiq; coram omnibus ſtupore quodam oppreſſa parumper obtinuit. Ac deinde erumpente ex omnibus pedum vnguibus aliquanto ſanguine, ad ſe reuerſa, manum circumſtantibus porrexit, erectaq; in pedes, ad ſepulchrum Martyrum ambulare cœpit. Quo cùm perueniſſet, ad orationem corā altari proſternitur, ibiq; tamdiu iacuit, quoadusq; hymnum, quem exultantium ſimul atq; mirantium multitudo Deum laudans deuotiſſimè canebat, compleretur quo finito, ſana ſurrexit, ſed in patriam vlterius redire noluit. Meritò igitur miraculum beato Hermeti adſcribitur, cuius die natalitio, & ſub cuius reliquijs geſtum eſſe conſtat*, &c. hæc de curatione mulieris quæ diuturnâ neruorum ſolutione à renib. deorſum in tantum erat debilitata, vt negato ſibi crurum ac pedum officio, non aliter quàm ſedens manibus in terra poſitis innitens, ſeq; hoc modo promouens, vſum ambulandi explere potuerat.

MIRACVLA PER S. HERMETEM.

IV. Sed ad Gregorium Pontificem reuertamur, qui eumdem Titulum S. Marci; in quem tranſtulit corpus S. Hermetis Martyris, vbi cum reſtituens nobilibus ſtructuris auxiſſet, etiam ornamentis inſigniter locupletauit. De his enim agens Anaſtaſius Bibliothecarius, qui hoc ipſo ſæculo floruit, eademq; videbat, hoc ait: *His igitur perfectis operibus, ad alia repente venerabilis Pontifex animum & mentem conuertens, Eccleſiam beati Marci Confeſſoris atq; Pontificis, quam tempore ſacerdotij ſui regendam ſuſceperat, & vſquequo ad Pontificatus peruenit gratiam, in ſuo iure ac ditione permanſit: quæ ob nimiam vetuſtatem crebrò caſura eſſe videbatur, cùm omnipotentis Domini opitulatione à fundamentis prius erexit, & poſtmodū nouis fabricis totam ad meliorem cultum atq; decorem perduxit: abſidemq; ipſius prænominatæ baſilicæ muſiuo aureis ſuper inducto coloribus, cum ſumma populi gratulatione depinxit. Fecit verò ſarta tecta eius omnia noua, & quicquid in ea antè vile cognouerat, pretioſum poſtea eſſe maluit. Igitur conſummatis omnibus, pro remedio, & futura retributione animæ ſuæ, obtulit in ſæpe nominata Eccleſia futuris temporibus permanenda hæc: Regnum aureum vnum, quod vſq; hodie ſuper altare dependet, cum gemmis valdè optimis, habens & in medio auream Crucem cū gemmis pariter pretioſis. Item gabbathas ex auro puriſſimo*

BONA COLLATA A GREGOR. PAPA ECCLESIÆ S. MARCI.

tres,

tres, pendentes ante prænominatum altare, & gabbathas interſatiles de argento, duodecim Angelorũ opere conſtructas, & alias gabbathas intextiles quinq; cum pedibus ſuis. Item vbi ſupra obtulit thymiamateria aureo colore perfuſa tria, caniſtra de argento duodecim, coronas argenteas maiores & minores octo, Cruces de argento tres, & vnaqueq; habet libram vnam, ceroſtrata deſuper argentea quatuor.

V.

Fecit & ciborium ad laudem & decorem Confeſſoris iam ſæpius dicti de argento puriſſimo, penſans libras mille, altare quoque eiuſdem argenteis ſimiliter tabulis exornauit, cupiens pro rerum temporalium largitione æterna in cœlo præmia adipiſci. Prædictus verò venerabilis Pontifex obtulit vbi ſuprà veſtem de fundato vnam, habentem mucrones per circuitum fecit & aliam veſtem de holoſerico vnam habentem in medio gemmas & mala aurea, & per circuitum zonam de chryſoclauo. Inſuper obtulit idem ſanctiſſimus Præſul veſtem aliam de holoſerico cum gryphis & vnicornibus. Veſtem quoq; aliam cum chryſoclauo per circuitum, habentem in medio Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti; aliam quoq; cum gryphis ex chryſoclauo, per circuitum, habentem in medio Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Item aliam veſtem de chryſoclauo, habentem in medio roſas de chryſoclauo quatuor, & Natiuitatem, atq; Baptiſmum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Obtulit etiam veſtem aliam cum leonibus, habentem Reſurrectionem Domini de chryſoclauo, veſtes de fundato minores octo, quæ altaribus ſuperponuntur, quæ per circuitum eiuſdem Eccleſiæ eſſe noſcuntur.

VI.
RELIQVA ORNAMENTA COLLATA ECCLESIÆ S. MARCI.

Obtulit idem ſanctiſſimus Pontifex vela alba ſerica quatuor, vnum habens vndique Tyriam in medio Crucem, & gammadias de chryſoclauo, aliud de ſtauraci habens in medio Crucem de holoſerico, & gammadias de Tyrio, tertium & quartum ſimiliter. Vela etiam de rodino quatuor, quæ ſacrum altare circumdant, ex quibus vnum habet Crucem de chryſoclauo. Vela de fundato viginti ſex & linea ſimiliter quæ pendent per arcus Eccleſiæ, vela Alexandrina tria ante portas maiores pendentia habentia leones & caballos, cortinam Alexandrinam vnam, & vela alia habentia mucrones de fundato, velũ de octaplo vnum, vela alia de fundato octo, habentia per circuitum periclyſin de Tyrio; vela alia de fundato quoque, habentia leones & periclyſin de Tyrio, vela alia Alexandrina, ex quibus vnum habens rotas & roſas in medio, & aliud arbores & roſas, pendentia ante valuas ipſius Eccleſiæ, velum modicum de holoſerico, habens in medio hominem cum caballo, vela cum argento Hiſpanico quatuordecim, vela modica vbi ſupra de holoſerico habens vnumquodque eorum annulos.

Hic diuinâ inſpiratione protectus, obtulit iam dictæ Eccleſiæ aquæmanulum de argento vnum. & inferius. *Fecit iiſdem patenam octogonam exauratam, habentem in medio vultum Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque à duobus lateribus vultum beati Marci atque eiuſdem Præſulis, penſantem libras tres, ſimili modo & calicem octogonum fundatum cum folijs exauratum ibidem obtulit, penſantem libras ſex, ſcyphum quoque argenteum illi. offerri curauit, penſantem libras ſex: obtulit etiã ibi caniſtra anea fundata tria, penſantia ſimul libras quatuordecim.* hactenus Anaſtaſius de collatis à Gregorio donis Eccleſiæ S. Marci.

VII.
GREGOR. PAPA OSTIAM CIVITATEM MOENIBVS MVNIT.

Accidit autem, vt cum Sarraceni iam potiti Sicilia (vt ſuperiùs dictum eſt) vniuerſas Italiæ oras infeſtarent claſſe piraticâ: iamq́ue adijcerent animum, vt vniuersâ potirentur Italiâ: Gregorius Papa imminens malum anteuertere quibus valuit viribus feſtinauit. Sicq́; Oſtia Tiberina iam vetuſtate mœnibus collabentibus, antiquã ciuitatem nouis muris munire aggreſſus eſt, & veterem in nouam mutare, quam abſolutam Gregoriopolim appellauit. rem geſtam ſic Anaſtaſius Bibliothecarius narrat: *Quoniam huius ſanctiſſimi Patris temporibus, impia atq; nefaria & Deo odibilis Agarenorum gens à finibus ſuis conſurgens penè in omnes inſulas, & omnium regiones terrarum circumiens, deprædationes hominum, & locorum deſolationes atrociter faciebat, atque hactenùs facere nullatenus ceſſaret. De his quoq; inſolitis atquè cauendis periculis miſericordiſſimus Præſul magnum habens timorem, ne populus à Deo ſibi & beato Petro commiſſus Apoſtolo, qui in Portuenſi vel Oſtienſi ciuitatibus habitabat, à Sarracenis nefandiſſimis tribulationes, ac deprædationis ſentiret iacturam, imitmo trahens ex corde ſuſpiria, cœpit prudenter inquirere, quomodo ciuitatem Oſtiam adiuuare ac liberare potuiſſet.*

CIVITAS GREGORIANA AD OSTIA TIBERINA.

VIII.

In eius ſtatim omnipotens Deus hoc dedit corde conſilium, vt ciuitatem, ſi ibidem populum ſaluare vellet, à fundamentis conſtruere debuiſſet: quoniam ea quæ prioris tempore ædificata fuerat, longo quaſſata ſenio, nunc videretur eſſe diruta. Fecit autem iuxtà quod ei fuerat diuinitus inſpiratum, in prædicta ciuitate Oſtienſi ciuitatem aliam à ſolo valde fortiſſimam, muris altioribus, portis ſimul ac ſeris & cataractis eam vndique præmuniuit, & deſuper ad inimicos, ſi venirent, expugnandos, petrarias nobili arte compoſuit, & foris non longè ab iiſdem muris ipſam ciuitatem altiori foſſato præcinxit, ne facilè muros ipſos conſcendere valerent. Quando verò ſæpè dicta ciuitas noua fabricari meruit: ipſe iidem ſanctiſſimus Papa per ſe multis reſidens diebus partem quamdam murorum non modicam cum ſuis hominibus, quaſi in ſortem accipiens, à fundamentis erexit. De qua donec, Deo proſperante, dicta ciuitas ad legitimum totius fabricæ finem perducta eſt, multos exinde labores in ſuo ſancto pectore & certamina indeſinenter ſuſtinuit. Cui etiam è nouo conſtructæ ciuitati, hoc etiam ſtatuit in perpetuum permanendum, vt ab omnibus ſiue Romanis, ſiue alijs nationibus proprio nomine Gregoriopolis vocaretur, vt qui Dei auxilio & virtute munitus, pro populi & patriæ liberatione opus mirabili decore conſtruxerit.

CIVITAS ALIA ÆDIFICARI COEPTA.

IX.

Verùm & eumdem Gregorium eadem ex cauſa, vt baſilicam S. Petri extra Vrbem poſitam tutã redderet, iecisſe fundamenta alterius nouæ ciuitatis, quę poſtea à Leone qui perfecit, Leoniana eſt appellata, his verbis Sigebertus enarrat: *Gregorius Papa dolens crebris Sarracenorum incurſionibus vexari & vaſtari ſuburbium Vrbis Romanæ circa Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum principis: intendit illic vrbem nouam ædificare, ad quod conſilio & auxilio Imperatoris animatus nouam fabricam cœpit, ſed non perfecit: Leo enim eius nomine quartus cœptum opus abſoluit.* hęc Sigebertus anno ſequenti.

OBITVS MICHAELIS BALBI IMP.

Hoc pariter anno ipſis Kalendis Octobris, Michaël Balbus cùm imperaſſet annos octo, menſes nouẽ & dies ſeptem, dyſenteriæ morbo ex hac vita receſſit, ſepultus in Iuſtiniani monumento ad Sanctos Apoſtolos, maledictionib. omnium pro panegyricis infamatus. Corrigendi autem Coropalata, Cedrenus & alij (niſi potius ſit vitium librariorũ) dum apud eos legitur, Michaëlem imperaſſe annos nouem & menſes octo, quod conſiſtere nullà ratione poteſt ex ipſorum ſententia, ſi ratio annorum prædeceſſoris & ſucceſſoris habeatur.

X.
MICHAELIS BALBI SCELERA.

Hic ipſe Imperator, licet ipſius Imperij exordio exules ſub Leone in ſua quoſq; loca liberos reuocauerit (vt ſuperiùs dictum eſt) viſusq́; ſit æquiori fuiſſe in Orthodoxos animo, *haud multò poſt* (inquit Zonaras) *animo ſuo declarato, Orthodoxos oppugnauit, ac præter multos alios crudeliter tractatos, etiam in ſanctum Methodium graſſatus, Euthymiũ Sardium Archiepiſcopum ob ſanctarum imaginum cultum in exilium miſit: deinde Methodium in Acrita conclusit, inclytum verò Euthymium filius eius Theophylus crudeliter flagris caſum, in Martyrum numerum retulit. Copronymum in omni-*

bus imi-

A bus imitatus, & Iudæis addictus Sabbata ieiunari iubebat, reſurrectionem mortuorum non credebat, eoq́; futura bona ſugillabat, & Prophetas irridebat, dæmones eſſe pernegabat, ſcortationem peccatum non iudicabat, iurandum ſeſe Deum vniuerſi moderatorem monebat, Iudæ ſalutem ominabatur, inter Beatos enim annumerans. Paſcha alieno celebrari tempore affirmabat. iſta Zonaras & Ioannes Curopalates, eademque Cedrenus, qui & adijcit in Theophylo, ipſius Imperatoris edicto pariter eſſe ſancitum, ne quis Sanctorum alicui imagini titulum, vt Sanctus vocaretur, adijceret, quaſi hoc nomen vnius eſſet Dei, ita delirans in omnibus impius.

XI. Exoſculentur hunc cum alijs Nouatores ſuum Apoſtolum, eiuſdē hæredes ſpiritus ſicut dogmatis, & participes cum ipſo cruciatûs æterni. Sed B quid ampliùs de bruto animali? Litteraturam (idem inquit) quoque adeò eſt auerſatus, vt ne pueros quidem eâ permiſerit erudiri, ne vel veſaniæ ipſius coarguendæ, atque refellendæ inſtrumenta alij inde peterent, vel diſciplinâ admoti cum oculorum ac linguæ velocitate in legendo vterentur, ipſi palmam huius rei præriperent. adeò enim in litteris componendis tardus erat & ſyllabis conſciendis, vt librum alius faciliùs perlegeret, quàm ipſe ſui nominis elementa recenſeret. hæc ipſe hic recenſet veluti dignū nefandiſſimo homine epitaphium ſepulchrale. De ſucceſſore autem eius filio Theophilo ſubijcit iſta Ioannes Curopalata.

XII. THEOPHILVS IMPERATOR.

C Poſt Michaelis mortem filius eius Theophilus, qui ad virilem iam peruenerat ætatem, patrium excepit Imperium Octobri menſe Indictione octauâ; verbis, iuſtitiæ vehement amator vocari ſtudens, legumq́; ciuilium perfectus obſeruator; ſed reuerâ ſeipſum ab externis qui eum nollent cuſtodiens, ne forte quis facinus in ſe aliquod auderet, hæc ſimulabat. Statim igitur à principio omnes qui cum patre in Leonis necem conſpirauerant, è medio tollendos & cæde afficiendos curauit. Quare edictum propoſuit, vt omnes quicumque ab Imperatore beneficium aliquod accepiſſent, & inſuper quicumque Imperatoriæ cuiuſcumque dignitatis fuiſſent participes effecti, in Magnauram, aut Pentapirgium cogerentur. Quod vt factum eſt, omnibus, vt iuſſerat, congregatis, quaſi anteà feritatem, veluti in tenebris occultaſſet, miti ac ſummiſſâ voce ad eos qui ſimul coacti

THEOPHILVS IVSTITIÆ CVLTOR VIDERI VVLT.

D erant: Volebat (inquit) & in animo habebat parens meus, ô popule & hæreditas eos qui ſibi auxilio fuiſſent, & pro obtinendo Imperio propugnationem ſuſcepiſſent, multis beneficijs afficere, & alijs honoribus honeſtare: verùm fato occupatus, me Imperij ſucceſſorem, ne ingratus videretur ijs qui de ſe benemeriti eſſent, debitorem reliquit. Idcircò quilibet à multitudine ſeparatus, ſeipſum apertè nobis oſtendat, vt nos cognitos amicos, dignis eos præmijs remuneremur. His verbis decepti miſeri, & à mente deducti, ſinguli quicumque Leonis cædi operam nauarant, ſeipſos indicabant.

XIII. Statim igitur Theophilus intra ſagenam prædam habens, Prætori iubet, vt ciuili lege agat, hæc locutus: Age, E ô Prætor, à Deo & à noſtra tranquillitate acceptâ iudicandi facultate, iſtis debita redde facineribus præmia, non ſolum quia manus humano ſanguine contaminarunt, ſed etiam quia Chriſtum Domini intra altare occiderunt. Iudictis, admirabile illud, primumq́; conſilium diſſoluit, ac illi miſeri à Prætore comprehenſi parricidarum pœnis affecti ſunt. Theophilus autem nouercam quoque ſuam è regia domo eiectam in monaſterium coegit redire, vbi primum capillos depoſuerat; cum nihil ei iuſiurandum profuiſſet, ad quod Senatum Michael adegerat. Hæc initio à Theophilo geſta ſunt, haud indigna laudibus: nam profitens ille iuſtitiam, omnibus improbis terrori, bonis verò erat admirationi, illisq́; improbos odiſſe & iuſtus videretur, hisq́; valdè grauis & auſterus. hæc Curopalata. Sed

A quomodo idem ex parente morbum Iconoclaſtiæ traxit, quo valde laborans Catholicos eſt perſecutus, inferiùs ſuis locis dicendum erit.

Quod verò ad res geſtas Ludouici Imperatoris pertinet: huius anni exordio, nempe Idibus Ianuarij data reperitur ab eo Conſtitutio, pro conſeruatione & augmento rerum monaſterij ſancti Germani Pariſienſis, digna memoriâ, quæ ſic ſe habet.

XIV. In nomine [a] Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Ludouicus & Lotharius diuinâ ordinante prouidentiâ Imperatores Auguſti.

[a] Apud Aim. lib. 5. c. 10. in fi.

CONSTITVTIO LVDOVICI IMPERATORIS.

Si ea quæ fideles Imperij noſtri pro ſtatu & vtilitate Eccleſiarum ac ſeruorum Dei, fideliter & deuotè ob Dei amo- B rem in locis ſibi commiſſis ſtatuerunt, noſtris confirmamus edictis: hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem & totius Regni à Deo nobis commiſſi tutelam, manſurum eſſe credimus, & retributorem Dominum in futuro habere confidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet, & futuris quia vir venerabilis Hilduinus monaſterij S. Vincentij ac S. Germani Abbas, nec non ſacri Palatij noſtri Archicapellanus noſtræ ſuggeſſit ſerenitati, quod pro Dei omnipotentis amore, & futura eiuſdem congregationis cauendo periculo, ne aliqua ſucceſſorum ſuorum negligentiâ aut prauitate ordo futuris temporibus perturbetur monaſticus, ſtipendia eorum quæ annuatim in cibo & potu accipere debeant, nec non & quaſdam villas ſpecialiter neceſſitatibus illorum C deſeruiendas conſtituiſſet ac deputaſſet, atque per litterarum ſecretarium, & largitionis ſuæ chartam, ſuâ, aliorumq́; bonorum hominum manib. roboratam, eis conceſſiſſet, ac delegaſſet, quatenus nullâ occaſione nec reipublicæ ſeruitio quiſquam ex ſucceſſoribus ſuis impedimentum in futuro inferre poſſet, pro quo à via rectitudinis & obſeruatione regulari aberrare neceſſe eſſet, ſed deputatis ſibi rebus, & ſtipendijs contenti, abſque neceſſitate & inopia regularem normam tenere, & ſine præuaricatione (quanta humana ſinit fragilitas) obſeruare quiuiſſent. Vnde humiliter petijt, ac poſtulauit celſitudinem noſtram; vt pro rei firmitate ſuper eamdem conſtitutionem auctoritatis præceptum noſtræ, pro diuino intuitu, ac ipſorum Sanctorum reuerentia, fieri iuberemus, per quod deinceps ſtaD bilis ac inuiolata permaneret.

XV. Nos verò petitioni illius, quia neceſſaria & rationabilis erat, aurem accommodantes, & quæ voluntate ac ratione talia clementiæ noſtræ ſuggerat, perſpicuè intelligentes veluti poſtulauerat, fieri iudicauimus. Quapropter ſtatuimus, atque iubemus ſecundum quod in illius ordinatione cōtinetur, vt dentur eis annis ſingulis de tritico puro modij mille quadringenti & quadraginta; & in ſuſceptionem hoſpitum modij centum octoginta, quæ ſimul ſunt modiorum mille ſexcenti & viginti. De vino modiorum duo millia. De legumine modiorum centum octoginta. De caſeo penſas centum ſexaginta: de pinguedine aut modij viginti, aut porci quinquaginta, quales meliores inueniri poſſunt. De butyro modiorum quatuor. De melle carrada vna in E modijs octo, ſicut ex cenſu de villa Lecarias perſoluitur; & menſale de duodecim villis melle & cera, id eſt, vnoquoque menſe ſextaria quatuor mellis & ceræ libras duas. De ſale modiorum centum. Volatilia cum ouis de duobus feſtis, id eſt, Paſcha & Natiuitate Domini.

PRO ALIMENTIS MONACHORVM QVÆ PRÆSTITA.

XVI. Ad veſtimenta etiam & omnes eorum neceſſitates ſecundum regularem inſtitutionem procurandas, conſtituimus eis eaſdem villas, quas ipſe per ſuam conceſſionem eis viſus eſt condonaſſe, id eſt, Antoniacum cum ipſa capella, vel quicquid ad ſuum opus præſentialiter habuit, vel quicquid inde homines per precarias tenent, vel quicquid per beneficium illius aliqui adhuc habent, & illic pertinere videtur, vt poſt eorum diſceſſum ad vſum fratrum reuertantur. Alteram cuius vocabulum eſt, Cella, quæ dicitur Villa

PRO INDVMENTIS MONACHORVM QVÆ PRÆSTITA.

ris cum

ris, cum omnibus appendentijs ſuis, quantum ipſe præſenti tempore ad ſuum opus illic habuit, & quicquid homines per precariam, & per beneficia illius tenent & illic pertinere videntur. Tertiam quæ vocatur Matriolas cum omni integritate ſua. Quartam quæ vocatur Canticantus. Quintam cuius vocabulum eſt Nouigentus cum omni integritate. Sextam cuius vocabulum eſt Spinogilum cum ipſa Capella, & quicquid inde ad ſuum opus habuit. Septimam locelle qui vocatur Valedronis. Octauam quæ dicitur Agmantus vnà cum ipſa ſilua quæ vocatur Vſta. Has igitur villas cum appendentijs & reditibus ſuis (vt diximus) ad omnes ſuæ congregationis tam infirmorum quàm ſenum neceſſitates faciendas, & ſuſtentacula mortalis vitæ miniſtranda, Imperiali auctoritate & indulgentiâ per hoc præceptum confirmationis noſtræ, ſicut prædictus venerabilis Abbas in ſua confirmauit Conſtitutione, ſtabili iure ei concedimus ac confirmamus; præcipientes vt nullus Abbas per ſucceſſiones, quod ſalubri egit conſilio ſubtrahere aut minuere audeat, aut ad vſus ſuos intorqueat, aut alicui in beneficio tribuat. Sed neque ſeruitia ex eis exactet, neque parafredos, aut expenſas ad hoſpitum ſuſceptiones accipiat; neque vllas ex aliqua re exactiones inde exigat abſque ineuitabili neceſſitate, præter manſuras in principali Eccleſia beati Germani, & in Ponte Pariſijs longo tempore diſpoſitas. Et ſi augeri adiudicauerit: & numerum monachorum in maius augeri, amplificari pecuniâ maiori licentiam habeat.*

* exigat

XVII. *Hæc enim (vt putamus) ad vſum centum viginti monachorum ſufficiunt: diſtrahendi autē aut minuendi quæ pro Domini ſtatuimus amore, nequaquam præſumat. Sed ſi facere præſumpſerit, & poſt diſceſſum noſtrum hanc noſtram confirmationem, quam ſupradicti venerabilis viri Hilduini rogatu Conſtitutionem fecimus, violare voluerit: querela ad ſucceſſores noſtros, qui tunc temporis nobis ſuperſtites fuerint deueniat; ipſique agnitâ auctoritate noſtrâ, ſtatuta noſtra defendant, & ſua auctoritatis præcepto confirment, qualiter futuris temporibus fratres in cœnobio ſupradicto regulam beati Benedicti ſeruantes abſque perturbatione liberè Deo deſeruire queant, nobisque merces exinde in perpetua recompenſetur æternitate. Et vt hæc auctoritas, quam ob amorem Dei, & animæ noſtræ remedium ſtatuimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconuulſa valeat perdurare, manus noſtræ ſubſcriptione eam ſubter firmauimus, & annulo noſtro ſigillare iuſſimus. Datum Idibus Ianuarij, anno (Chriſto propitio) decimoſexto Imperij domini Ludouici sereniſſimi Auguſti Indictione ſeptimâ. Actum Aquiſgrani in Domini nomine feliciter.* hic vero iſta ſubijcit auctor[a].

[a] *Aimoin. lib. 5. c. 11.*

XVIII. *Hæc erat ſancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, hæc palæſtrica agonia, ſpectante Deo, quo eius vita in ſancta doctrina & operatione clarius eniteret: Qui in pontificum ſublimitate conſtitutus, imitando Chriſtum, humilitate altiùs enitebat. Denique tunc cœperunt deponi ab Epiſcopis & clericis cingula baltheis aureis & gemmeis cultris ornata, exquiſitæ veſtes, ſed & calcaria talos onerantia relinqui: monſtro enim ſimile ducebat, ſi Eccleſiaſtica deputatus familia, conaretur aſpirare ad ſæcularis ornamenta gloriæ*, &c. hæc auctor, qui ſubijcit diaboli artes, quibus niſus eſt Imperatorem laceſſere, de quibus ſuperiùs dictum.

TERRAEMOTVS ET VENTORVM VIS.

Quod rurſus ad anni huius res geſtas ſpectat, hæc habentur in rebus geſtis Ludouici Imperatoris eodē tempore ſcriptis: *Hieme tranſactâ cùm Quadrageſimæ ſacrati dies celebrarētur, intempeſtâ nocte terræmotus adeò validus extitit, vt ædificijs cunctis ruinam minaretur. Porrò venti violentia ſubſecuta, non modò minora, ſed etiam ipſum palatium Aquenſe vehementiâ ſui ita agitauit, vt etiam laterculis plumbeis, quibus tecta erat baſilica ſancta Dei genitricis Mariæ, maximâ ex parte detegeret.* ſubditur de conuentu Wormatiæ habito, deque conſpiratione in ipſum Imperatorem exorta, aucta vero cum Bernardus Hiſpaniarum partium Comes tamquā fideliſſimus Imperatoris ab eo præfectus eſt eius cubiculo. Porrò quod ad conuentū ſpectat, celebratum illum Wormatiæ fuiſſe menſe Auguſti, docent veteres Francorum Annales.

XIX. Agendum hic modo de Pariſienſi Concilio anno ſuperiori (vt vidimus) Ludouico Imperatore monente conuocato, collecto autem hoc iſto anno menſe Iunij, vt in eius præfatione poſt alia iſta[b] leguntur: *Anno Incarnationis Domini octingenteſimo vigeſimonono, imperantibus ijſdem præcellentiſſimis, ac glorioſiſſimis ac Deo dilectis Auguſtis Ludouico videlicet, filioque eius Lothario, ſub die octaua Iduum Iuniarum nos indigni Epiſcopi ex diœceſi ſcilicet Durocortum, necnon diœceſi Senonica, & Turonica, atque Rothomagica apud Pariſiorum vrbem conuenimus, & qualiter de paulò ſuperius præmiſſis cauſis iuxtà admonitionem eorumdem Principum egerimus vel tractauerimus, atque ſtatuerimus, in ſubſequenti breuiter capitulatim adnotare curauimus, non auſu temerario ſanctorum Patrum terminos tranſgredientes, ſed potiùs his diligenter perpenſis atque perſpectis, per eos noſtram, ceterorumque fidelium vitam corrigere & in melius conformare cupientes* &c. hæc de tempore, cauſa atque ſtudio Epiſcoporum, qui Pariſijs coeuntes duos canonum libellos conſcripſerunt, in his quæ ſpectarent ad Epiſcopos, quæ etiam à Regibus præſtanda eſſent, ceteriſque Chriſti fidelibus. Quibus adiecerunt ſynodalem epiſtolam, quæ quoniam rerum geſtarum exactam cognitionem habet, hic totidem verbis eſt deſcribenda, quæ ſic ſe habet.

[b] *Concil. Pariſ. ex par. tom. 3. Concil. Nicol. edit.*

CONCILIVM PARISIENSE.

XX. EPISTOLA SYNODALIS EX CONCIL. PARISIENSI AD LVDOVICVM IMP.

Dominis præſtantiſſimis ac pietatis gratiâ præditis Ludouico & Lothario Orthodoxis atque inuictiſſimis Auguſtis, nos famuli veſtri quamuis indigni, tamen Epiſcopi, Deo humiles grates perſoluimus, eiuſdemque immenſam pietatem, & benignitatem collaudamus & prædicamus, qui vos adeo in ſui amorem deuotiſſimos famulos ſuos flagrare facit, vt de profectu & exaltatione ſanctæ Eccleſiæ ſuæ indeſinenter cogitetis, eamque vt matrem ſpiritualem, ſicut fideles & dilecti ſpiritales filij ad meliora & potiora ſemper prouehere ſtudeatis: Nam cum mucro diuinus Imperium vobis diuinitus commiſſum interius exteriusque, merito noſtræ iniquitatis, multifarijs attereret cladibus: prudenter animaduertentes, quod hæc nonniſi iuſto Dei iudicio euenirent: Illicò ſcriptis ſerenitatis veſtræ anno præterito, cunctos Eccleſiarum paſtores admonuiſtis, vt quia conſtabat eos ſpeculatores Domini exiſtere, & gladium diuinum ſuper terram, id eſt, ſuper peccatores dirum graſſari, meminerint ſpeculationis ſuæ, & ieiunio triduano generaliter ab omnibus peracto, vnuſquiſque in quolibet ordine poſitus, diligenter conſcientiam ſuam conueniret, & vbi ſe Deum offendiſſe cognoſcebat, maturatò per pœnitentiæ ſatisfactionem corrigere non differret. In quibus etiam apicibus inſerere vobis placuit, vt ſi Deus pacem vndique & otium vobis tribueret, in hoc placitum veſtrum generale conſumere voluiſſetis, vt primùm quicquid in vobis, id eſt, in perſona & miniſterio veſtro corrigendum inueniretur, Domino auxiliante, corrigeretis: deinde quæcumque in omnibus ordinibus Imperij veſtri Deo diſplicerent, inquireretis, & ſecundùm eius voluntatem cum conſenſu fidelium veſtrorum ad tramitem rectitudinis reuocaretis, ſcilicet eum vobis, populoque vobis commiſſo propitium faceretis. Sed quia tempus optatum exterioribus incurſionibus præpedientibus ſecundùm deſiderium veſtrum nacti non eſtis: libuit ſerenitati veſtræ cum quibuſdam fidelibus veſtris præterita hieme placitum habere, & de his quæ præmiſſa ſunt, diligenter tractare, Deique voluntatem quærere, & Eccleſiæ vobis commiſſæ vtilitatem prouidere.

XXI. *Quapropter de omnibus quæ ad tempus emendatione*

digna viſa ſunt, congrua capitula ſerenitas veſtra digeſſit, Legatoſq; ſtrenuos delegauit, vt per eadem capitula & flagitia malorum hominum punirent, & bonorum laude veſtra celſitudinis noteſcerent. Inter quæ etiam ſtatuiſtis, in quatuor partibus Imperij veſtri conuentus Epiſcoporum vno eodemq; tempore fieri, in quib. tractarent, quærerent, atque cùm Dei adiutorio inuenirent de cauſis ad religionem Chriſtianam, eorumq; curam pertinentibus; quid à Principibus & reliquo populo, vel ita, vt diuina auctoritas docet, aut aliter tenetur, vel quid inde ex parte aut ex toto dimiſſum eſſet, vt non teneretur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, conuerſatione, & actibus inueniri poſſet, quod diuina regulæ, atque auctoritati non concordaret: ſimulq; inueniretur quæ occaſiones in vtroque ordine id effecerint, vt à recto tramite deuiaſſent: & quicquid de his inuentum fuiſſet, veſtra celſitudini notum facerent.

XXII. *Quod vt Deus poſſe dedit, nos fideliſſimi ac deuotiſſimi ſalutis veſtræ procuratores, iuxtà paruitatem ſenſus noſtri, prout breuitas temporis permiſit, ſecundùm ſanctam deuotionem & ordinationem veſtram de cauſis ad religionem Chriſtianam, noſtrumq; miniſterium atq; periculum pertinentibus; necnon & de his quæ ad noſtram correctionem & emendationem pertinere proſpeximus, ſiue de his, quæ populis generaliter annuntianda & admonenda prauidimus, capitulatim in præcedentibus adnotauimus libellis, veſtræq; ſerenitati legenda, immò probanda, obtulimus. Et quamquam de his quæ præmiſſa ſunt, veſtro ardentiſſimo deſiderio priùs ſatisfacere elegerimus: nequaquam tamen hæc, quæ ſpecialiter ad veſtram perſonam, miniſteriumq; pertinere cognouimus, obliuioni tradidimus; ſed potius veſtræ ſaluti proſpicientes, nonnulla capitula neceſſaria in ſecundo huius operis libello ad nomen, miniſteriumq; veſtrum pertinentia, periculumq; cauendum, ſolerti ſtudio congeſſimus, & vobis familiariter admonitionis gratiâ porrigenda deuouimus, vt ea diligenter inſpiciendo, legendo, & audiendo, apertè atque diſtinctè veſtra cognoſcat celſitudo, de quibus & pro quibus in memoratis conuentibus noſtris, ſecundùm virium noſtrorum poſſibilitatem fideliter ſalubriterq; egerimus.* hactenus epiſtola ſynodalis ad Imperatores Ludouicum & Lotharium.

XXIII. Sed quid accidit? Cùm multa iidem ſtatuiſſent Epiſcopi, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam, moreſq; fidelium ſpectare poſſe viderentur, & (quod idem expetierat Ludouicus) ex ſanctorum Patrũ ſcriptis pariter deprompſiſſent, quæ ad ipſum Imperatorem pertinere poſſent; ſed cùm generatim tantùm eadem ingeſſiſſent, prætermiſiſſent verò ſpecialia, quibus in primis monendus fuiſſet, timore fortaſſe ne ea ipſe animo haud æquo tuliſſet: viſum eſt ipſis eadem quaſi per tranſennam ita illi ſignificare, vt ſi voluiſſet, emendare etiam potuiſſet. Ne igitur apud Deum ſilentij redargui poſſent Epiſcopi, quod Regi non aperuiſſent quę in primis corrigenda eſſent, néue aperiendo, eum in iram prouocaſſent: ita inter eos deliberatum, vt id facerent per appendicem. Hic in memoriam reuocetur quod Einhardus dolens de Ludouico teſtatus eſt, eum quæ diuinitùs admonitus eſſet, nonniſi ex parte ſeruaſſe, alijs magnâ iacturâ Imperij prætermiſſis, vt exitus declarauit. At quænam erant iſta, quæ per appendicem appoſuerunt Epiſcopi? Læſa nimirum negligentiâ Regum Eccleſiaſtica iura & oppreſſa ab eis libertas Eccleſiæ. Nam audi quæ ad finem appendicis ijdem habent Epiſcopi.

XXIV. *Exceptis præmiſſis capitulis, in quibus ſicut diximus, multa negligebantur, ſpecialiter tamen vnum obſtaculum ex multo tempore iam inualuiſſe cognouimus, id eſt, quia * Principibus poteſtas, diuerſis occaſionibus interuenientibus, ſecus quam auctoritas diuina ſe habeat, in cauſas Eccleſiaſticas proſiluerit; & ſacerdotes partim negligentiâ, partim ignorantiâ, partim cupiditate in ſæcularibus negocijs & ſolicitudinibus mundi, vltrà quam debuerint ſe occupauerint. Et hac occaſione aliter quàm diuina auctoritas doceret, in vtraq; parte actum extitiſſe, dubium non eſt. Sed quia, Deo miſerante, à progenitoribus, & genitore veſtro, & à vobis nonnulla correcta gratulamur, ſi ea quæ admonemus proſperum ſucceſſum habuerint: credimus quod ad perfectionis ſtatum, veſtra intentio, noſtraq; deuotio Deo cooperante, peruenire poterit.* * Principũ de oppreſſio iuribus eccleſiaſticis.

XXV. *Verumtamen quia nouimus ſtatum Regni huius, ſub tali conditione & tenore creuiſſe, atq; dilatatum eſſe, & à prudentiſſimis, ſanctiſq; prædeceſſoribus noſtris, ſcilicet ab Epiſcopis, ſiue à Principibus hanc cauſam ex toto correctam non fuiſſe, propter hæc quæ ſuo tempore dici poterunt, & pondus tantæ conſiderationis paruitatis noſtræ vires exceſſit; quoniam nec otium, nec ſpatium temporis, nec ad plenitudinem conſacerdotum noſtrorum, ſicut ipſa neceſſitas expoſcebat, habuimus. Et ideò hæc congruentiori tempore, vitâ comite, ſi Deus ita annuerit, tractanda & conſideranda diſtulimus: quoniam tantæ conſiderationis perfectio indiget aſſenſu & adiutorio Principum multitudine atque deuotione, necnon & ſtudio ſacerdotum, obedientiâ & concordiâ populi, & congruentiâ loci, temporiſq; ſpacio.*

Porrò de Epiſcopali libertate, quam, Deo annuente, veſtroq; adminiculo ſuffragante, adipiſci ad Dei ſeruitium peragendum cupimus: ſuo tempore nobis dicenda atque vobiſcum conferenda reſeruauimus; quatenus ita fiat, vt & nosmetipſos ſaluare, populoq; nobis ſubiecto vtiliter ſalubriterq; prodeſſe, atque pro vobis & ſtabilitate Imperij veſtri libentius valeamus Domini miſericordiam exorare; & de veſtris obſequijs & Regni adiutorijs ſolatium debitum minimè ſubtrahatur, ſed ſi poſſibile fuerit, potiùs augeatur. hucuſque Patres.

XXVI. Sed quæ iam ex ſanctis Patribus generatim anteà eidem propinaſſent, quæ ad Chriſtianum Principem ſpectare poſſe viſa eſſent, hic deſcribamus: poſt multa enim diuinæ ſcripturę loca, iſta ex Fulgentio in primis haurientes propoſuerunt ipſi ſeruanda.

Clementiſſimus quoque Imperator non ideò eſt vas miſericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, ſed ſi in Imperiali culmine rectâ Fide viuat, & verâ cordis humilitate præditus culmen regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubijciat. Si magis in timore ſeruire Deo quam in tumore dominari populo delectetur: ſi in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: ſi ſe magis diligendum quàm timendum cunctis exhibeat: ſi ſubiectis ſalubriter conſulat: ſi iuſtitiam ſic teneat, vt miſericordiam non relinquat: ſi præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati per vniuerſum mundum prodeſſe ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur atq; propagatur Imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quàm cum in parte quacumque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur. & inferius.

XXVII. *Regale miniſterium ſpecialiter eſt populum Dei gubernare & regere cum æquitate & iuſtitia; & vt pacem & concordiam habeant ſtudere. Ipſe enim debet primò defenſor eſſe Eccleſiarum & ſeruorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumq; pauperum.* Et poſt alia multa ex Iſidoro: *Principes ſæculi nonnumquam intrà Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eamdem poteſtatẽ, diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quòd non præualeat ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpè per Regnum ter-*

Quæ conueniant Imperatori.

Quæ ſint bonorum principum.

Digitized by Google

renum cœleſte Regnum proficit, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra Fidem & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipſamq́; diſciplinam, quam Eccleſia exercere non prævalet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat. Cognoſcant Principes ſæculi Deo debere reddere rationem propter Eccleſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit. hæc de his quæ ſunt Regum ac Principum ergà ſanctam Eccleſiam debita iura ſpectantia; reliqua tu videas pro arbitrio: conſulimus nos quantum fas eſt breuitati. Quod verò præter Pariſienſe tria alia (vt diximus) fuerunt à Ludouico Imper. in Gallijs eodem tempore celebrari iuſſa, nimirum, Moguntiæ, Lugduni, atque Toloſæ: ipſa non extant: nam quod Moguntiæ conſtat ſub eodem Ludouico celebratum eſſe Concilium, illud non hoc anno, ſed longè poſt eſſe habitum liquet. de quo ſuo loco dicturi ſumus.

IESV CHRISTI
Annus 830.

GREGORII PA. IV. Annus 3. LVDOVICI 17. THEOPHILI 1. IMPP.

I. THEOPHILI IMP. PERSECVTIO ADVERSVS ORTHODOXOS.

TRIGESIMVS ſequitur annus poſt octingenteſimum octauâ Indictione ſignatus, quo Theophilus Imp. aduerſus Orthodoxos ad ſtabiliendam hæreſim Iconoclaſtarum violentus inſurgit. Didicerat leunculus iſte capere prædam, cum viuente patre, S. Euthymium Epiſcopum (vt ſuperius dictum eſt) quod eſſet defenſor Catholicæ veritatis, iuſſit occidi. Cùm verò factus leo, liberas nactus habenas Imperij, pro arbitratu in Orthodoxos inſurgens, non quemquam obuium tantùm adortus eſt, ſed exquiſitâ arte ſingulos ſuo ſubiectos Imperio indagans, de ijſdem haberi voluit quæſtionem & ſupplicium ſumi, adeò vt hac ex parte ceteris ſuperiùs nominatis Imperatoribus Iconoclaſtis habitus ſit deterior. Dolemus nô ad hæc tempora Theodorum ſuperuixiſſe Studitam, qui tantæ perſecutionis epiſtolarem, pro more ſuo, nobis reliquiſſet hiſtoriam: nam vix paucis ex veteribus fragmentis in lucem vendicatis, quàm plurima relinquere ſepulta ſilentio cogimur; verumtamen ſic res ſe habet, vt ex his paucis multa Lector ſagax ſatis conijcere poſſit.

II. EDICTVM THEOPHILI IMP. AD INQVIRENDOS ORTHODOXOS.

Fuit in primis illud noui perſecutoris inuentum, vt in mandatis daret Quæſtoribus ſuis, vt à ſingulis ſub Orientali ſibi ſubiecto Imperio conſtitutis cum tributum capitationis exigerent, pariter de cuiuſque ipſorum fide quæſtionem haberent, eſſetne quiſquam ex eis cultor imaginum. Quod ſi quis eiuſmodi inuentus eſſet Fidei Orthodoxæ Confeſſor, is mox coniceretur in carcerem pœnas daturus acerbiores, niſi ipſum cultum ſacrarum imaginum publicè deteſtaretur.

Quot fuerunt tunc lapſorum funera præ metu negantium? Et quæ confitentium pœnæ exilia atque mortes? Eſt de eiuſmodi Imperatoris edicto in actis S. Ioannicij Anachoretæ, de quo ſæpè ſuperiùs actum eſt, his ſcilicet verbis: *Sceptra quidem Romanorũ tenebat Theophilus. Ille autem congerendo auro totus inhiabat, & ab eo ſuperabatur, & alioqui non ferens eſſe Chriſtianus, & ſe impiè gerens in diuinas imagines, & quomodo poteſtate, ita etiam Iconomachorum dogmate alios ſuperans, talem laqueum abſcondit omnib. Chriſtianis. Scribis & exactoribus omnem ſimul vicum occupat, volens facere duo quæ ſunt peſſima, nempe & auaræ ſuo gratificare animo tributorum exactionibus, & ſibi fieri manifeſtum vnumquemq́; qui doctrinam ſequebatur Orthodoxam, vt eos vi caperet, & efficeret, vt vel inuitè adiungerentur hæreſi Iconomachorum.* hæc de ſtudio perfidi Imperatoris. Quid autem tunc contigerit, prædicere vni exactorum ipſum Ioannicium ſæpè Confeſſorem, ſub alijs prædeceſſoribus Impp. coronis auctum, idem auctor docet his verbis.

III. EXACTORI PRÆDICTVS INTERITVS.

Cùm ergo hic vir diuinus incidiſſet in quemdam exactorem: Quid hæc ſibi velunt (inquit Ioannicius) ô frater? Rex te iam accerſit, factorum tuorum redditurum rationem. Et nec ſic quidem intelligis. Iam enim imminet & vrget (vt vides) iuſtitia: & niſi improbam hanc mentem mutaueris, peribis quidem miſerabiliter, miſerrimè autem punieris. Atq; ille quidem dicebat eum qui eſt in cœlis. Exactor autem putabat, ſuum Regem eum accerſere. Lætus itaque iam erat & ſpe bonâ præditus, vt qui ſciret quod propter tributa diligenter exacta, eſſet apud Imperatorem magna conſecuturus. Eius autem ſpem irriſit futurum, & ea quæ à ſancto viro dicta fuerunt, finis eſt conſequutus. Et ſtatim nouacula iræ Dei inebriata exſcindit exactorem, vt immortales ille poſt mortem pœnas ſumantur. hæc de miſerando obitu exactoris, quem, ſicut multa alia, prophetico lumine præuouit atq; prædixit ipſe Ioannicius, qui eo culminis ſanctitatis euectus erat, vt ſicut Herodes Ioannem, Pharao Moyſem, ita metuerent ipſum ijdem Imperatores perſecutores: famâ namque notiſſimus vbiq; erat, atque omnibus reuerendus: quamobrem neque Theophilus ipſe Auguſtus auſus eſt eum gladio percuſſoris appetere, ſed tentare blanditijs; at fruſtrà penitùs: etenim in duriſſimam inciderunt ſilicem qui iſta tentarunt. Porrò rem geſtam idem auctor inferiùs ita deſcribit: dum eius in dicendo libertatem, & in perſecutione conſtantiam narrat verbis iſtis.

IV. LEGATOS IMP. CONVERTIT S. IOANNICIVS.

Duos viros illuſtres, quos & ſciebat eſſe præditos maiori dicendi facultate quàm alios cùm ad ipſum miſiſſet Imperator, rogauit, an oporteret Chriſti honorare figuram. Cùm is autem ad hoc diuinâ & non cum mundana reſpondiſſet perſuaſione & ſapientia: tantum abfuit, vt qui miſſi fuerant ab Imperatore aliquid adducerent contra ea quæ ab ipſo dicta fuerant, vt relictis ijs quæ prius tenebant, rectè, & vt eis expediebat, pietatem & veram didicerint religionem. hæc auctor de Ioannicio; qui & quomodo etiam obitum Theophili prædixerit, ſuo loco dicturi ſumus.

IOANNES CVROPALATA HISTORICVS.

Quod ad rerum Orientalium hiſtoriam pertinet, proſecutus reperitur res ab eodem Imp. geſtas Ioannes Curopalata, ex quo reliqui recentiores hiſtorici accepiſſe noſcuntur quæ de ipſo Imperatore ſcriptis prodidere. Porrò idem Ioannes vbi deſijt Theophanes in Nicephoro, ab eius ſucceſſore Michaële Curopalata ſuam exorditur hiſtoriam, quam & perduxit vſque ad Iſacium Comnenum, qui imperare cœpit anno Redemptoris milleſimo quinquageſimo ſeptimo. In quo tamen hiſtorico illud deſideratur, quod quæ enarrat, ſingula ſingulis, more Theophanis, non reddiderit annis: quod facere prætermittens, nobis haud mediocrem ingeſſit laborem, vt hoc ex inſtituto præſtare poſſimus: laborabimus tamen pro viribus, vt certis conſignatas annis res geſtas Annalibus intexamus. Verum cum audis aliquid non ſub certo anno, ſed temporeà nobis tantum poſitum dici; ſub eodem id accidiſſe Imperatore eius tamen Imperij incerto anno, cognoſces.

Sed

V. Sed ad res Fran[illegible]orum conuertamus orationem [illegible] maximo ſunt hoc anno in diſcrimine conſtitutæ. Ingentes enim Ludouicum Imperatorem conſpirationes detectæ ſunt, exortæ illæ à filijs atque à ſubiectis Imperatori Principibus Regni & compluribus ſacerdotibus: peperit ſiquidem inuidiam omnibus, præſertim aulicis, quod Bernhardum Hiſpanum hominem, Hiſpaniarumq; limitum Comitem defenſionis ſuæ causâ Imperator vocauit in aulam, conſtituitq; præfectum cubiculi. Exinde ſparſus rumor, auctaque ſuſpicio, creditumq; à pluribus, eumdem Bernhardum admiſceri Iudith Imperatrici: quæ fama longè lateq; calumnijs æmulorum increbuit. Id quidem cùm filiorum quoque animos haud leuiter ſauciaſſet, commouiſſet verò amplius odium in nouercam, auxiſſet verò magis ingens amor, quo proſequi viſus eſt Imperator natos ex ea Carolum atque Rodulphum: his fomitib. admotis, ingens accenſa flamma mox erumpere in incendium viſa eſt; adeò vt Pipinus Ludouici ipſius filius contra patrem parauerit exercitum.

VI. Huius timore percitus Imperator, mox præcipuam iurgiorũ cauſam dimouere conatus, Bernhardum à ſe dimiſit, Iudith verò Imperatricem Lauduni in monaſterio S. Mariæ morari præcepit. Sed nec ſatis iſta fuere aduerſarijs: qui eductam è monaſterio Imperatricem, ipſam promittere coegêre, perſuaſuram ſe Imperatori, vt depoſito Imperio, retruderet ſe ſua ſponte in monaſterium; idipſumque ſe eſſe facturam, comiſq; præciſis vitam monaſticam profiteri. Hac factâ promiſſione, ad ipſum Ludouicum Imperatorem cum cuſtodia miſſa eſt; cumque ſecretò eum allocuta eſſet, monaſticum ipſa ſibi velum impoſuit; Imperator verò ad deliberandum de hoc tempus accepit. Illa verò ſic velata in monaſterium ſanctæ Radegundis à Pipino detruditur. Cùm intereà rediens Lotharius Rex ex Italia, quæ eſſent facta probaret: nõ tamen in patrem quid vlterius peragi paſſus eſt; remq; geri non armis, ſed iure voluit. Sicque conuentum publicum indici iuſſit ex Imperatoris ſententia Neomagi, ad quem veniret ipſe Imperator non armatâ manu, ſed ſimplici comitatu; quod faciendum æquè filio perſuaſit: cuius rei gratia Hilduinus Abbas cum armatis veniens, ab Imperatore eſt iuſſus abire. Sed & Walach Abbas id ipſum præſtans, pariter eſt iuſſus ad monaſterium redire Corbeiæ.

LVDOVICVS IMP. A PERSECVTIONE SVORVM LIBERATVS.

VII. Ibi cùm eſſent, Lotharius à patre vocatus, ſecretò admonitus, flexus tamdem, atq; ſuaſus eſt, patri eſſe debere ſubiectum, eidemque firmâ pace conciliatum iri. Sicque factum vt Imperator qui totam æſtatem abſque Imperij viribus tranſegiſſet, Lothario eidem obſequente, priſtinum vigorem receperit imperandi; qui ſolitâ vſus benignitate, criminis reos diuerſis mulctatos pœnis, abſoluit, parcens omnibus adeò iuſto maieſtatis iudicio poſtulatis. hicque finis rerum geſtarum præſentis anni, quæ hic ſummatim perſtricta, in vita ipſius Ludouici pluribus enarrantur.

AMALARIVS MITTIT LIBROS AD LVDOVIC. IMP.

Dum iſta geruntur, compoſitis rebus, Amalarius Fortunatus (vt ex ipſius ſcriptis colligi poſſe videtur) miſit ad Ludouicum Imp. libros de Eccleſiaſticis Officijs, quos cùm accepiſſet, & placuiſſent illi; miſit idem Imperator ipſum Romam ad Gregorium Papam, vt quod deeſſe ad opus videretur, illic addiſceret, atq; ſcriberet ordinem Antiphonarij. Porrò ea de cauſa iniuncta legatio, ſequenti impletur anno, vt ſuo loco dicturi ſumus. Hic autem de oblatis hoc anno Ludouico libris agamus: nuncupatoria epiſtola præpoſita eis eſt ad Ludouicum Imperatorem quæ ſic exorditur.

VIII. *Glorioſiſſime Imperator & Magnificentiſſime ac tenties inuictiſſime à Deo coronate, necnon & conſeruate & conſeruande, ſeruus ego veſter quamuis minimus omnium. Aeſtuabar olim deſiderio, vt ſcirem rationem aliquam de ordine noſtra Miſſa, quam conſueto more celebramus: & ampliùs ex diuerſitate quæ ſolet fieri in ea, hoc eſt, quod aliquoties vna epiſtola legitur, aliquoties duæ, & cetera talia, ſimulq; de ceteris officijs,* &c. ad finem autem epiſtolæ habet loco ſalutationis, huiuſmodi feſtiuas acclamationes, quibus eum in anguſtijs poſitum quas audiſti, quoquo modo ſi fieri poſſet exhilararet. *Diue Ludouico vita. Nouo Dauid perennitas. Da Principi Domine vitam. Ipſi nouo Salomoni felicitas. Pax mundi vos eſtis. Pio principi proſperitas. Domine vitam ipſi concede. Veſtra fides vos ſeruet. Chriſtus quem vos honoratis, ipſe vos ſeruet. Poteſtatem veſtram Deus conſeruet. Deus pacificet Regnum veſtrum. Iudith Orthodoxæ, nobiliſſima, atque prudentiſſimæ Auguſtæ ſalus per multos annos. Lumina patris Domine ſerua. Lumina mundi Domine ſerua. Vita veſtra tutela omnium eſt. Veſtra fides Eccleſiarum eſt gloria. Piiſſimos dominos noſtros Imperatoris natos Lotharium glorioſiſſimum coronatum, & fratres eius Chriſtus conſeruet. Ex proauis Orthodoxos Domine ſerua. Cuſtodes Fidei Domine ſerua.* hucuſque Amalarius, qui, vt dictum eſt, anno ſequenti ab eodem Ludouico Imp. miſſus eſt Romam eadem ex cauſa Eccleſiaſticorum officiorum. dicemus de ipſo ſuo loco.

FESTIVÆ ACCLAMATIONES.

IX. Sic igitur Amalarij operâ nonnihil illuſtrata reperiuntur cuncta quæ ad ſacros ſpectant Eccleſiaſticos ritus, imitatus ipſe magiſtrum ſuum Albinum: vſus eſt enim adhuc puer ipſo præceptore, vt ipſe idem teſtatur, eodem libro, [a] cum ait: *Studui ille conante in iſto ordine, quando videbar puer eſſe ante Albinum doctiſſimum magiſtrum totius regionis noſtræ, cuius auctoritate delectatus ac fretus, poſtquam libertate vſus ſum canendi, quæ congrua mihi videbantur, cœpi illos canere tempore ſupraſcripto* &c. ex quibus etiam apparet tantos viros omnium huius temporis diſertiſſimos & apud Imperatorem primarios non ſolum theoricam calluiſſe rerum Eccleſiaſticarum, ſed & practicam exercuiſſe, cantumque Eccleſiaſticum ſuis rythmis publicè in Eccleſia modulari ſolitos. quod certè nonnihil illos redarguit, qui negligunt antiquo more in Eccleſia canere, dum per alios explent eiuſmodi in Eccleſia, quod exercetur in cœlo, munus Angelicum. Certè quidem & ipſum Theodorum Archidiaconum S.R.E. cantare in Eccleſia conſueuiſſe, ſatis oſtendit idem auctor in prologo ad librum de ordine Antiphonarij.

[a] Amal. de ord. Antiphon. c. 58.

AMALARIVS ALCVINI DISCIPVLVS.

IESV CHRISTI.
Annus 831.

GREGORII PAP. IV. Annus 4. LVDOVICI 18. THEOPH. 2. IMPP.

I. SEQVITVR Chriſti annus octingenteſimus trigeſimusprimus nonâ Indictione. Quo Theodora Auguſta & mater eius Theoctiſte, cùm occultò colerent ſacras imagines, delatæ apud Theophilum Imper. in diſcrimen adductæ. callida tergiuerſatione ipſum eluſerunt Imperatorem. Rem geſtam petemus ex Ioanne Curopalata, ex quo alij acceperêre, qui de genere ipſius Theodoræ,

DE THEODORA AVG. ET EIVS MATRE THEOCTISTE PIETATE INSIGNIBVS FOEMINIS.

ſic auſpicatur orationem. *Profecta erat hæc Regina Theodora, ex Paphlagonum regione, gloriabaturq́ ſe parentes habere Marinum non obſcuro loco natum virū, matremq́ Theoctiſten, Floriam cognomento, ambos pietate imbutos, neque venerandarum imaginum cultum repudiantes, vt omnes illius tempeſtatis alij viri, immò amplexantes, ac velut in ſinu egregiè fouentes. Et quo tempore Theodora diademate coronata fuit, eius quoque mater Theoctiſte cingulo & Patriciatus dignitate ornata eſt.*

II. *Ipſa igitur Theoctiſte in ſuam domum, ſitam propè monaſterium Gaſtriorum ad ſe accerſitas Theodoræ puellas (erant autem quinque numero, Thecla, Anaſtaſia, Anna, Pulcheria & Maria) cum alijs donis quib. fœminarum genus allici conſueuit, ſibi conciliabat, tùm priuatim eas excipiens obſecrabat, ne mollirentur; neue (quod erant) fœmina permanerent, ſed viros ſeſe præſtarent, & materna educatione digna excogitarent & decentia, patriam hæreſim execrantes. Et ſanctarum imaginum formam amplectens & ſimul eas in manibus injiciens (ſeruabat autem in arca quadam) & ori & manibus ipſarum admouens, oſtendebat, & ad earum amorem illas prouocabat. Idq́ continenter faciens, ac neptibus erga ſacras imagines deſiderium inflammans: haud latuit Theophilum percontantem, quidnam ipſis ab auia donatum ſit, & quid effectum ſit gratiâ dignum.*

III. *Aliæ igitur interrogationes ipſius ſtabili mente ac firmiter veluti occaſiones quaſdam fortiter ſuperabant: at Pulcheria ætate adhuc infans & blanditias recenſuit, & copiam fructuum, adiecitq́ etiam venerandarum imaginum cultum: ita ſimplicia tùm cogitans, tùm dicens, imagunculas videlicet ipſi eſſe in arca repoſitas, quas capiti, inquit, & ori noſtro admonet poſt oſcula. Hæc Imperatorem ad inſaniam excitarunt, ſed reuerentiâ erga mulierem, tùm multò magis ab ea qua illa vtebatur loquendi libertate coërcitus. Etenim apertè ipſum illudebat atque redarguebat propter quotidianas Confeſſorum perſecutiones & declaratam hæreſim; & ſola ferè perſpicuum faciens omnium erga illum odium: tantùm prohibuit ne filiæ ad Theoctiſten amplius accederent.*

Hæc item ſimilia Reginæ Theodoræ acciderunt. Alebatur apud Regiam homunculus breuis, Homerico Therſitæ admodum ſimilis, Denderis nomine: qui indecora & turpia loquens, riſum mouebat, & voluptatis causâ apud Imperatorem degebat. Hic igitur, cùm olim ingreſſus eſſet Auguſtæ cubiculum, ſacras imagines ipſam tegentem offendit: quas conſpicatus, quid eſſent interrogauit, propiusq́ accedens, cognouit. At Regina calamiſtrica reſpondit, imagunculæ; & has, inquit, amo plurimum. Commuabatur eo tempore Imperator, & ad ſe accedentem turpem iſtum adoleſcentem interrogauit: Vbinam fuiſſet. Qui apud Manam, reſpondit: ita enim Theodoram vocabat; ſeq́ conſpexiſſe pulchras imagunculas ab ipſa è puluinari extractas.

IV. *Intellexit igitur Imperator & vehementi irâ percitus è menſa ſurrexit; confeſtimq́ ad illam ſe contulit; alijsq́ multis probris lacerans idolorum quoq́ cultricem incontinentis linguæ vocauit; ſimulq́ narrabat, quæ ſibi dixiſſet illud monſtrum. Ipſa verò tunc iram deliniens Imperatoris: Malè ſuſpicatus es, ait, ô Imperator: non vt opinatus es, ita res ſe habet; ſed in meum ſpeculum intenta defixos oculos habebam vnà cum meis ancillis, & Denderis intuitus quæ eo parebantur formas, inconſideratè tibi hæc renuntiauit, & iram Imperatoris mitigauit his verbis. Denderem autem ſatis decenti inſtruxit diſciplinâ, perſuaſitq́ ne vnquam de imagunculis quidpiam alicui narraret. Et idcirco cum aliquando Regina ſuccenſebat, Theophilus à Dendere percontabatur, an rurſus pulchras imagunculas Mana amplecteretur. At ille admota labijs dexterâ manu: Tace de imagunculis reſpondit, Imperator. atque hæc ita euenere.*

Reuerebatur planè magnoperè vxorem, quam ſciret omnium virtutum genere præſtantem, ... qua & veniam ſupplex rogauit, cùm offendiſſet, quod ancillæ quæ Reginæ ipſi inſeruiebat, ſtuprum intuliſſet. Vbi enim ſenſit ſe lapſum cognouitque Theodoram totam immutatam, & auerſo eſſe erga ſe animo, aiunt illum iurantem ſublatis ad Deum manibus confeſſum, tunc tantum ſe lapſum eſſe, & petiiſſe ſibi ab vxore veniam. ſed de his modò ſatis.

V. Quod ad res Francorum pertinet, tamquam malè obductâ cicatrice recrudeſcit, & rurſus erupit vulnus domeſtici belli, Pipino filio Ludouici rurſum recedente à patre, & in eum alios commouente. quæ autem hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicenda erunt. Miſſa fuit hoc anno legatio à Ludouico Imp. ad Gregorium Romanum Pontificem, qui câ functus eſt, fuit Amalarius Fortunatus, de quo ſuperiori anno.

Amalarii legatio ad Gregorium Papam.

Quod ad tempus ipſius Romam aduentûs ſpectat ad ipſe teſtatur in libro quem ſcripſit de ordine [a] Antiphonarij, dicens: *Poſt hoc veniens Romam anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo trigeſimo primo, Indictione nonâ, ſub Imperio domini & piiſſimi Imperatoris Ludouici, & Apoſtolatu glorioſiſſimi Apoſtolici Gregorij, interrogaui de ordine Reſponſorum à feſtiuitate Pentecoſtes vſq́ ad aduentum Domini: Reſponſum eſt mihi à viris eruditis Sancta matris Eccleſia noſtra* &c. hæc quoad tempus. Quod autem ad legationis munus pertinet, hæc ſuperius in præfatione einſdem commentarij idem habet.

[a] *Annal. de ord. Antiph. cap 58.*

Tempus legationis Amalarii.

VI. *Quando fui miſſus Romam à ſancto & Chriſtianiſſimo Imperatore Ludouico ad ſanctum & reuerendiſſimum Papam Gregorium, de memoratis voluminibus retulit mihi idem Papa: Antiphonarium non habeo, quem poſſim mittere filio meo domino Imperatori: quoniam hos quos habuimus, Vuala, quando functus eſt ſuâ legatione aliqua, abduxit eos hinc ſecum in Franciam. Quæ memorata volumina contuli cum noſtris Antiphonarijs* &c. hæc de legatione, atq; eius decernendæ cauſa, nimirùm, vt Amalarius ex Romana Eccleſia Gallicanos Antiphonarios corrigeret, & emendaret, augeretq́. In his totus Ludouicus erat, licet multis premeretur moleſtijs, vt quæ ad ſacros Eccleſiæ ſpectarent ritus, quàm decentiſſimè curarentur.

Cauſa legationis Amalarii.

Sic igitur functus eſt ſuo munere quàm ſolertiſſimè Amalarius, conſcriptq; tunc commentariū illum: cuius eſt titulus, De ordine Antiphonarij. cuius inſtituti ſui rationem in eadem præfatione quærentib. affert. Dedit tunc illi Gregorius Papa Theodorum Archidiaconum S. R. E. qui cum de omnibus admoneret. teſtatur ipſe Amalarius in prologi exordio, vbi habet iſta: *Interrogaui Archidiaconum Theodorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quem rogauit dominus Apoſtolicus, vt me inſtrueret iuxtà interrogationem meam de ordine Romani Officij,* &c. d dicit & ab Apoſtolica Sede quæ in poſteriori præfatione appoſuit ad libros quos ſcripſerat de Officio Eccleſiaſtico, vt idem ipſe teſtatur.

Amalarius ſcripſit librum de ordine Antiphonarii.

IESV CHRISTI
Annus 832.

GREGORII PAP. IV. Annus 5. LVDOVICI 19. THEOPH. 3. IMPP.

I. ANNVS adeſt Redemptoris octingenteſimus trigeſimusſecundus decimæ Indictionis inchoatæ, quo tempore Theophilus Imp. ſemel aggreſſus mouere bellum aduerſus Orthodoxos ob

cultum

PERSECVTIO THEOPHILI MAIORIS GRASSATVR.

cultum ſanctarum imaginum: quò magis in domeſticos ſibi coniunctos ſanguine exercere vindictam abſtinens fuit, eò amplius io alios ſe exhibuit durum atq; ſeueram. De his enim agens Ioannes Curopalata hæc ait: *In eis qui ſanctas & immaculatas colunt imagines admodùm ſauus fuit & auſterus; quippe qui ſuperiores omnes crudelitate vincere contendebat: ſuperiores enim fuerunt, Leo & Michaël Balbus iſtius pater, quorum alter edicto ſanxit, vt in nulla pictarum imaginũ, vbicumque picta eſſent, hac vox, Sanctus, imprimeretur, quaſi non alij hæc vox quàm Deo ſoli conueniret, haud rectè coniectans. Cùm enim Deus, hanc vocem, Deus, hominib. impertitus ſit, quæ multò excellentior eſt hac voce adiectiuâ, Sanctus (nam longè humilior eſt, Sanctus) non vtique ipſa nobis interdixiſſet. Verùm hoc ille, vt dixit lege ſanxit. At Leo qui ante ipſum regnauit, nequaquam ipſas coli conſenſit. Verùm Theophilus ne coloribus quidem formari voluit; Abiectum enim & humile calibus affici dicens, ſed ſolam veritatem contemplari.*

II. CONFESSORES THEOPHILO RESISTERE.

Igitur detrahebantur eo tempore ab omni templo ſacræ imagines; pro quibus feræ & aues inſculpebantur, qui illius immanem ſeruilemq; dementiam coarguerent. Hinc ſacroſanctæ opes repoſitæ, in forum proiectæ contumelioſè illudebantur, hinc carceres facinoroſorum ijs complebantur, qui in honore ſacras imagines haberent, monachis, Epiſcopis, paſtoribus & his qui eas depinxiſſent: pleni iam montes erant, & ſpeluncæ ijs, qui vt fures & ſcelerum patratores fame & ſiti interfecti fuerunt. Nam cùm monachis iuſſiſſet ad vrbes aditus intercludi, eoſq; omnino expelli edicto ſanxiſſet: effecit vt monaſteria & ſolitaria loca multis atque perſpicuis hominibus complerentur. Quippe cùm ſacri viri virtutem prodere & ſacrum nollent indumentum, immò mallent fame & calamitatibus oppreſſi vitam finire. Aliqui negligentes habitum, idcircò perirent: plures autem ex ijs qui per deſidiam vitam agerent remiſſam, ac diſſolutam vitam amplexati eſſent, à ſacris hymnis & cantionibus, & ab ipſo habitu penitùs abſtinentes. Etenim ne hos quidem conuentus peragi Tyrannus conceſſit, qui perſæpe vel ſoli poſſunt ſeruare, & veluti frænum quoddam eſſe ijs, qui cupiditatibus deditі temerè labuntur.

III. CONFESSORVM IN DICENDO LIBERTAS.

Verumtamen ne tunc libertas quidem loquendi ex hominibus prorſus receſſit, ſed quidam audaciores multi per ſe, aliqui etiam ſimul coacti, liberè ad eum accedentes loquebantur, oſtendebantq; ex dictis Patrum noſtrorum, Dionyſij, Magni Herothei, & Irenæi non heri aut pauloante monachorum rempublicam adinuentam & ſtatum, ſed antiquam atque adeò priſcam; quin etiam ſanctarũ imaginum figuras cum Apoſtolis viguiſſe demonſtrabant. Siquidem S. Apoſtolus Lucas Dei Genitricis formam expreſſit; & ipſe Chriſtus Dominus ac Deus noſter ſuam in quodam linteo depictam effigiem non manu confectam nobis reliquit. Iſti igitur ſacroſancti viri Tyranni iniuſtitiam redarguerunt. Cumq; ei immanitatem (quod admodum liberè loquebantur) obieciſſent: poſt multas plagas & verbera atque tormenta ex vrbe exterminati fuére. Qui cùm ad ſacrum Præcurſoris templum in Euxino Ponto ſitum peruenіſſent, flagellorum plagis confecti, cæleſti quiete tandem dignati ſunt. Quorum veneranda corpora in terram inſepulta proiecta, integra & ſalua diutiùs permanſere, quoad fideles quidam ea ſuſcipientes ſepelienda curarunt; varioq; honore certatim affecerunt Sanctos, qui pro Chriſto Deo martyrium ſubiere.

IV. MONACHVS IN FACIEM RESISTIT IMPERATORI.

Quos æmulatus, ſimilia, & cognita his alius quidam monachus oſtendit, qui nuper ad ſacerdotij principatum aſcenderat. Nam zelo Dei incenſus coram Tyranno adſtitit, aliaq; non parua enarrauit, & illud Apoſtoli dictum: Si quis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Verùm iſti quoque plagas inflixit multas, ſed vbi ſtabilior viſus eſt in diſputando, ad Ioannem emiſit præceptorem Tyranni. Cui imperauit, vt hunc ipſum dia- A *lecticis demonſtrationibus in ſuam ſententiam adduceret. At generoſus ac ſtrenuus ille decertator non ſophiſticis, aut dialecticis demonſtrationibus, ſed Apoſtolicis & Euangelicis dictis magis mutum iſtum reddidit quàm piſces. Et tunc haud paucis item plagis acceptis, in exilium mittitur. Sed paulò poſt cum magno Ignatio quoddam tempus commoratus, cùm eum de futuris Imperatoribus edocuiſſet (erat enim futura prauidendi munere donatus) ad Dominum migrauit.*

V. DE LAZARI MONACHI VICTORIOSA EGREGIA CONFESSIONE.

Tyrannus verò ſacris imaginibus infeſtus, properabat pictores omnes perdere; vel ſi viuere mallent, iubebat vt ipſas expuentes, tamquam profana quadam pedibus in terram proiecta conculcarent. Præter alios comprehenſus eſt item Lazarus monachus, qui tunc pingendi arte celebris B *erat ac prius ille Theophilus Deo repugnãs, obſequijs ipſum deuincere tentauit; ſed vbi omni adulatione præſtantiorem eum vidit, ad inſitam ſibi vim conuerſus eſt, tantiſq; tormentis ipſum excruciauit, vt nec ſupereſſe quidem poſſe exiſtimaretur. Et ita corpore malè habentem concludit in carcere. Sed poſtquàm illum conualuiſſe audiuit, rurſumq; imagines depingere: laminas ferreas ignitas illius palmis iuſſit admoueri. Igitur carnes depaſcebatur ignis, quoad animo tamdem defectus athleta iacuit ſemimortuus. Verùm oportebat diuinâ gratiâ hunc ſeruari, vt poſteris eſſet incitamentum. Quare Tyrannus vt extremum iam ſpirare Sanctum didicit, Reginæ precibus ille cum quibuſdam alijs qui ſibi maximè propinqui erant, è carcere liberatur, & in templo Præcurſoris, quod ita voca-* C *batur, Formidabilis, occultatus eſt, atque vt ſeſe habebat plagis malè affectus, Præcurſoris expreſſit imaginem, quæ diu conſeruata ſanat ægrotos. atque hæc ita tunc geſta ſunt.* Superfuit etiam iſte poſt obitum Imperatoris, & pingere ſacras imagines non ceſſauit. hæc de rebus Orientalibus ſatis, ad Occidentales tranſeamus.

VI.

Fluctuabant in Occidente inter hæc rés Ludouici Imperatoris, cùm ipſe in carcerem conieciſſet filium Pipinum, qui inde à ſuis noctu ſubductus eripitur. Quamobrem ipſum Regno priuat, quod inter Lotharium atque Carolum diuiſit; ſed res effectum non eſt conſecuta.

Hoc pariter anno ordinato S. Anſgario Sueo-
D num atq; Danorum Apoſtolo Amaborgenſi Archiepiſcopo ciuitatis Tranſalbianorum primo, Gregorius Papa pallium inſigne plenitudinis poteſtatis ad eum miſit. De his enim vetus chronographus, Adam nominatus, verbis iſtis: [a] *Tunc cùm ſcilicet idem Sanctus magnum retuliſſet ex gentilium prædicatione prouentum, Imperator Ludouicus cum magiſtratibus S. Anſgario de ſalute gentium congratulatus, ingentes Chriſto gratias perſoluerunt.*

[a] Adam. lib. 1. c. 17.

VII. SEDES ARCHIEPISCOPALIS AMABVRGENSIS A GREGORIO PAPA ERECTA ET PRIVILEGIIS AVCTA.

Habito igitur generali ſacerdotum Concilio, pius Cæſar votum parentis impleri cupiens Amaburg ciuitatẽ Tranſalbianorum Metropolim ſtatuit omnibus barbaris nationibus, Danorum, Sueonum, itemq; Slauorum, & alijs coniacentibus in circuitu populis. Eiq; cathedra primum Ar-
E *chiepiſcopum ordinare fecit Anſgarium. Hoc factum eſt anno Domini octingenteſimo trigeſimoſecundo, qui eſt Ludouici Imperatoris annus* * *XVIII. Villerici Bremenſis Epiſcopi quadrageſimus tertius. Conſecratus eſt autem à Drogone Metenſi Epiſcopo, Cæſaris fratre germano, adſtantibus atque fauentibus Odgario Moguntienſi, Ebbone Rhemenſi, Heddi Treuerenſi, & alijs. Conſentientibus etiam Villerico Bremenſi, & Helingaudo* * *Ferdenſi Epiſcopis, quibus anteà diœceſis illa commendata eſt, roborante id Gregorio quarto Apoſtolicâ auctoritate & pallij donatione. Habentur in Eccleſia Bremenſi præcepta Imperatoris, & priuilegia Papæ S. Anſgario data.* hæc auctor. Quæ malè apud [b] Crantzium in Eccleſiaſtica Saxonum hiſtoria facta ponuntur anno ſequenti Redem-

* XIX.

* Vuerdẽſi

[b] Crant. Eccle. hiſt. Sax. lib. 1. cap. 20

ptoris: ſiquidem præfertur dicti auctoris antiquitas, quo ille ſibi fidem maiorem conciliat. Ludouicus verò anno ſequenti ob Imperio depoſitus reperitur.

IESV CHRISTI Annus 833.

GREGORII PA. IV. Annus 6. LVDOVICI 20. THEOPHILI 4. IMPP.

I. QVID IN THEODORVM ATQVE THEOPHANEM THEOPHILVS.

REDEMPTORIS ſequitur annus octingenteſimus trigeſimuſtertius Indictionis vndecimæ, quo proſequens malè cœptum aduerſus Chriſtianos perſecutionem Theophilus, in peregrinos homines Catholicæ Fidei profeſſores Theodorū atque Theophanem fratres iram conuertit: quos dirè plagis affectos exilio tandem mulctauit, deportari eos iubens in Inſulam. Quod ad tempus pertinet, non ante præſentem annum hæc accidiſſe potuerunt, licèt ab alijs primo loco perſecutionis inconſultè ponantur. Cùm enim in eorum actis narretur, eos iam biennio habitaſſe in Inſula, cū Ioannes Antonio ſuffectus fuit in throno Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ; conſtetq; id non ante ſextum annum Theophili Imperij factum: vtique non ante præſentem annum hæc contigiſſe potuerunt. Quorum Confeſſorum res geſtas proſecutus auctor, hoc eodem ſæculo vixit, & ab exordio perſecutionis Theophili velut ab ouo (quod dicunt) rem auſpicatus, ſic exorditur.

II. *Poſtquam deceſſit impius Imperator Michaël, magis impio filio ſuo Theophilo reliquit Imperium. Qui malum dogma ſic eſt amplexatus & ijs qui pietatem magis accuratè tenebant, extitit tam grauis, vt omnes qui fuerunt antea malæ opinionis, frigidos ac molles redderet in impietate. Hinc rurſus in pios perſecutiones, & ſacrarum rurſus imaginum euerſiones, & rurſus tormenta, & iudicia, & carceres, & omne genus iniuſtitiæ commotum in pietatem. Hinc Theodorus cum fratre Theophane delatus, & quod pius eſſet, accuſatus. Qui pro pietate quidem, quod non ſuſtinuit genus ſupplicij, vel potius quam non ſuſcepit coronā martyrij? Non tolerantiæ? Non dicendi libertatis? Non zeli, quo pro Domino concitatus, quotidiè decertabat? Martyr inter Martyres & Confeſſor effectus per ipſa pro Chriſto certamina. Res autem illius magis oſtendit multorum dierum carcer quem ſuſtinuit, & multiplicia ſupplicia, quæ filij à patre in hodiernum vſq; diem accipientes, effecerunt, vt & ea ſuperarint abluionem & ſcriptis mandata ſint.*

III. *Ab his ſupplicijs multi quidem ex ijs, qui fuerant comprehenſi, victi ſunt, etiam ſi pœnitentia aduerſus victoriam rebellauit: complures autem propter ſpem & Chriſti deſiderium generoſo & forti animo contempſerunt. Cum quibus hic quoque vir diuinus, cum hoc quod nihil ceſſit ijs quæ promittebantur beneficijs, loris prætereà cæſus, dici non poteſt, quantam oſtendit fortitudinem, ſo ijs certaminis effectus exemplar non ſolùm ad imitandum ipſe certè, cum iam fuiſſet ei corpus laceratum flagellis, & ſolum ſanguine aſperſiſſet, vt qui rerum grauium & aſperarum nullum ſenſum ſuſtinuiſſet, nudus ſtetit in medio tribunali, & de plagis tamquam de aliquo ornamento glorians, & ſic (vt ait [a] Paulus) effectus eſt theatrum Angelis & hominibus. Cùm autem præfectus ægrè tuliſſet hanc diuturnam tarditatem: Ergo (inquit athleta) ideò ſto nudus, vt ſi aliquem videro athletam defeſſum doloribus, illum defectum meo à corpore alacri animo ſuppleam. O viri fortitudinem! ô dicendi libertatem! ô ardorem in dominum! Rurſus ergo relegantur in inſulam, quam ſolent appellare Aphuſiam.* hucuſq; de his, quæ in primo certamine ſub Theophilo contigerunt.

[a] 1. Cor. 4.

IV. QVALIS IN DOGMATIBVS THEOPHILVS.

Quomodò autem poſt biennium, iterum reuocatus, iterum ad confeſſionem & ſupplicia cum fratre ſit repetitus, ſuo loco dicturi ſumus. Ceterùm quòd ad Theophilum ſpectat, quòd plerique dicant hunc ſuperaſſe impietate prædeceſſores Imperatores, dixerint iſta fortaſſe de his quæ ſpectant ad cultum ſacrarum imaginum, quas penitus auerſabatur: ceterùm etſi Iconoclaſtes fuit, Hagiomachus tamen nequaquam fuit, vtpote qui Sanctos coleret, Dei Genitricis Eccleſias frequētaret, ſed vt (quod maius videri debet) erigeret, vt Ioannes Curopalata tradit. Quod verò ad dictos pertinet Confeſſores, alij qui horum fratrum ſunt confeſſionem ſcriptis proſecuti, iſta quæ diximus prætereuntes, ab ijs quæ in poſteriori confeſſione ſunt geſta ſumunt dicendi principium, quæ poſt biennij ipſorum exilij tempus contigerunt, quæ nos ſuo loco dicturi ſumus.

V. LVDOVICVS COGITAT SE IMPERIO ABDICARE.

Grauiori inter hæc turbine quatitur rurſum Imperium Occidentale, cùm Ludouicus Imperator ſe cogitur abdicare, conſpirantibus iterum in eum filijs, ſimulque Epiſcopis, quorum ſuaſu idem rurſus ad publicam peragendam redigitur pœnitentiam. Hęc ſingula quomodo ſe habuerint, ſunt accuratiùs explorenda. Quod enim Pipinus à patre priuatus eſt Aquitania, quæ Carolo puero ex Iudith nato data fuit: magnam ſibi Imperator cum odio concitauit inuidiam, non Pipini tantùm ſed aliorum filiorum Lotharij ac Ludouici, quo factū eſt, vt ad bellandum pararentur vtrimque exercitus. Intereà verò Gregorius Papa pacem inter filios atque parentem conciliaturus Româ profectus, ad ea quæ prius obuia habuit caſtra filiorum acceſſit, diutiuſque ibidem commoratus, vt ad concordiam filios inducere poſſet. Quæ res in deteriorem partem accepta eſt à Ludouico, inſuſurrantibus nonnullis, ſtudere nimirum Pontificem filijs Imperatoris iactantibus inſuper fore, vt eſſet excommunicaturus Pontifex quotquot inhærerent Imperatori. Quo factum eſt, vt veniens ipſe Gregorius ad Ludouicum, haud eo ſit ſuſceptus honore quo conſueuerunt prædeceſſores Reges Francorū ire obuiam, & excipere Romanos Pontifices. Conteſtatus autem ipſe Pontifex ſe nō aliam ob cauſam eſſe Româ profectum, niſi vt ortum domeſticum bellum ſedaret, pacemq; inter Imperatorem atque filios conciliaret: ab eodem Ludouico dimittitur ad filios, rem tractaturus cum ipſis. Sed cùm nihil ex ſententia eueniret, implacabili odio aduerſus patrem commotis illis: Gregorius re infectâ, mœrens reuerſus eſt Romam. Hæc quidem ex vita eiuſdem Ludouici Imp. quæ auctor qui appendice auxit hiſtoriam Aimoini, ex eo totidem verbis appoſuit.

GREGORIVS FRVSTRA LABORAT PRO COMPONENDA DISCORDIA.

VI. Theganus Treuerenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus qui aderat, partibuſque Ludouici fouebat, de his quæ ſpectant ad Gregorium Papam hęc habet: *Poſt Paſcha Ludouicus audiuit, quòd iterum filij ſui ad eum venire voluiſſent non pacificè. Qui congregauit exercitum, & perrexit obuiam eis vſque ad Campum magnum, qui eſt inter Argentariam & Baſileam, qui vſque hodie nominatur Campus mendacij, eo quod ibi plurimorum fidelitas extincta eſt*, transfugientibus illis ad hoſtes. *Filij autem eius perrexerunt ei obuiam cum Gregorio Romano Pontifice. Et quicquid poſtulabāt, nihil erat eis pater conſentiens. Non poſt multos dies venerunt ad colloquium Imperator, & iam dictus Pontifex. Qui non diu loquentes, honorauit eum Pontifex in primis magnis & innumeris donis. Poſtquam vterque rediſſet in tabernaculum, miſit Im-*

perator dona regalia per Alungum venerabilem Abbatem & presbyterum ſupradicto Pontifici. hactenùs de rebus geſtis cum Rom. Pontifice, qui deſperatis rebus (vt dictum eſt) Romam reuerſus eſt.

VII.

EXCVSATVR OMNINO GREGORIVS A CALVMNIA.

Cæterùm etſi ſint qui dicant, in ſuſpicionē ductum Gregorium Papam apud Ludouicum, quòd diutiùs apud eos manſiſſet: tamen euentus hanc penitùs ſuſpicionem euacuauit; ſiquidē ipſe quod eis aduerſus patrem non fauerit, infenſos ſibi reddidit, cuius rei cauſâ Lotharius cùm reuerſus eſt in Italiam, acerbiſſimum odium aduerſus eumdem Gregorium, ipſam Romanam Eccleſiā perſequendo, manifeſtis operibus declarauit: quod ipſe Ludouicus intelligens, eidem quibus valuit auxiliis præſtò fuit, vt ſuo loco dicturi ſumus. At verò tantùm abeſt vt ſceleratis filiorum operibus conſenſum præſtiterit Gregorius Pontifex, vt ab eis factū patris abrogationis decretum reſciderit, quod teſtatur Paulus Æmilius, qui res Francorum eſt feliciter proſecutus.

VIII.

At quæ in caſtris Imperatoris hæc ſequuta ſint, idem qui ſupra Theganus ſic narrat: *Tunc conſiliati ſunt nonnulli vt Imperatorem relinquerent, & ad filios eius peruenirent, in primiſq; illi, qui eum antea * offendebant, cæteris ſequentibus. Quadam nocte maxima pars dimiſit eum, & tentoria * eorum relinquentes peruenerunt ad filios. In craſtinum verò reliqui qui remanſerunt, venerunt ad Imperatorem, quibus præcepit dicens: Ite ad filios meos, nolo vt vllus propter me vitam aut membra dimittat. Illi infuſi lachrymis recedebant ab eo (iam tunc ſeparatam ab eo habebant vxorem ſuam) iuramento * confirmātes, vt nec ad mortem, nec ad debilitatem eam habere deſiderarent. Quam ſtatim miſerant partibus Italiæ in ciuitatem Dertonam, ibi eam habentes. Non multo tempore pòſt ſuſceperunt patrem,* Ludouicum ipſum Imperatorem, *& duxerunt eum cum ipſis. Quo facto diuiſerunt ſibi. Pipinus perrexit in Aquitaniam, Ludouicus in Bauariam. Ludouicus verò duxit ſecum patrem in Compendium palatium, & ibi valdè afflixit eum cum Epiſcopis & cæteris nonnullis. Iuſſerunt enim eum ire in monaſterium, & ibi eſſe omnibus diebus vitæ ſuæ. Quod ille renuens non conſenſit voluntati eorum. Omnes enim Epiſcopi moleſti fuerūt ei, & maximè hi quos ex ſeruili conditione honoratus habebat, cū his qui ex barbaricis nationibus ad hoc faſtigium perducti ſunt. Elegerunt tunc vnum impudicum & crudeliſſimum qui dicitur Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, qui erat ex originalium ſeruorum ſtirpe, vt eum immaniter afflixiſſet cum conſiliationibus cæterorum. Inaudita locuti ſunt, inaudita fecerunt quotidiè improperantes ei. Abſtulerunt ei gladium de femore ſuo, iudicio ſeruorum ſuorum, induentes eum cilicio. Tunc impletum eſt eloquium Hieremiæ Prophetæ dicentis: [a] Serui dominati ſunt noſtri,* &c. plura aduerſus Ebbonē inculcans, exprobrans eius ingratitudinem. Extant adhuc eiuſdem Ludouici Imp. publicæ pœnitentiæ ſcripta, quibus eiuſmodi inſcriptio præpoſita eſt.

* offenderant

* ſua

* confirmantes

PER EBBONEM EPISC. RHEMENSEM AGITVR IN LVDOVIC. IMP.

[a] Thren. 5.

IX.

Quæ [b] ſequuntur geſta ſunt apud Compendium palatium contra Chriſtianiſſimum Imperatorem Ludouicum poſtquàm Regno ad tempus priuatus eſt. Acta ſunt autem ſtudio non imitandæ deiectionis eius ab Ebbone auctore eius mali & cæteris Epiſcopis, vel errore admittentibus, vel timore conſentientibus. Non ſunt hæc, vt ſalubris Concilij decreta amplectenda, ſed vt exitialis commenti molimina reſpuenda. quæ ſic ſe habent:

[b] Extat in Ann. Fran. ex Pithœi bibliot. editis.

DE LVDOVICI DEPOSITIONE PER EPISCOPOS ACTA.

Omnibus in Chriſtiana religione conſtitutis ſcire conuenit, quale ſit miniſterium Epiſcoporum, qualiſq; vigilantia atq; ſolicitudo eis circa ſalutem cunctorum adhibenda ſit, quos conſtat eſſe vicarios Chriſti & clauigeros Regni cælorum, quibus à Chriſto tanta collata eſt poteſtas, vt quodcumq; ligauerint ſuper terram, ſit ligatum & in cælo, & quodcumq; ſolverint ſuper terram ſit ſolutum & in cælo. Et in quanto ſint ipſi periculo conſtituti, ſi ouibus Chriſti pabulum vitæ miniſtrare neglexerint, & errantes ad viam veritatis arguendo, obſecrando reducere pro viribus nō ſtuduerint iuxtà illud propheticum: Si non annuntiaueris ([c] inquit) iniquo iniquitatē ſuam, & ipſe in impietate ſua mortuus fuerit, ſanguinem eius de manu tua requiram. & multa de his ſimilia ad magiſterium paſtorale pertinentia, quæ in diuinis ſcripturis continentur. Quapropter eiſdem paſtoribus Chriſti ſummoperè ſtudendum eſt, vt erga errata delinquentium moderationem diſcretiſſimā teneant, vt ſint iuxta beati Gregorij doctrinam, documentum bene agentibus per humilitatem ſocij, contra delinquentium verò vitia per zelum iuſtitiæ erecti; quatenus poſthabito torpore aut ſegnitie vel humano fauore, aut mundiali timore, ſic exerceant miniſterium ſuum, vt & præſentibus ſalubriter conſulant, & futuris ſint exemplum ſalutis.

[c] Ezech. 3.

X.

Verùm quia in agro Dei, qui eſt Eccleſia Chriſti, noxia quæq; inſtinctu hoſtis antiqui pullulare nō ceſſant; quæ neceſſe eſt vt adhibito ſarculo paſtorali, radicitùs extirpētur, & propter maleuolos quoſq;, qui bene acta aut intelligere nolunt, aut maleuolâ intentione potiùs intelligere, quam ipſam veritatem delectantur amplecti: oportet eoſdem paſtores, vt quandocumque de generali vtilitate vel publica correctione quippiam in cōuentu ſuo decreuerint, id iuxta morem Eccleſiaſticum ſcriptis committant, videlicet vt poſteris omnem ambiguitatem & occaſionem iuſtè detrahendi, vel reprehendendi penitùs amputent.

*Proinde notum eſſe neceſſarium duximus omnibus filijs ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentibus ſcilicet & futuris qualiter nos Epiſcopi ſuper Imperio domini & glorioſiſſimi Lotharij Imperatoris conſtituti, anno Incarnationis Domini Ieſu Chriſti octingenteſimo trigeſimotertio, Indictione * XVII. anno ſiquidem eiuſdem Principis primo, in menſe videlicet Octobri, apud Compendium palatium generaliter conuenimus, & memoratum Principem humiliter audiuimus, & hoc quidem illi ſiue Optimatibus illius, ſeu omni generalitati populi, quæ vndiq; illuc confluxerat, manifeſtari iuxtà iniunctum nobis miniſterium curauimus, qualis ſit vigor & poteſtas, ſiue miniſterium ſacerdotale, & qualiter mereatur damnationis damnari ſententia qui monitis ſacerdotalibus obedire noluerit.*

CONCILIVM APVD COMPENDIVM HABITVM.

* XII.

XI.

*Deinde tam memorato Principi, quàm cuncto eius populo denuntiare ſtuduimus, vt Domino deuotiſſimè placere ſtuderent, & in quibus eum offenderant, placare nō differrent. * Etiminanta quippe ſunt multa, quæ per negligētiam in hoc Imperio contigerunt, quæ ad ſcandalum Eccleſiæ & ruinam populi, vel Regni interitum manifeſtis indicijs pertinebant: quæ neceſſe erant, vt citò corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur.*

* examinata

Inter cætera etiam commemoratum eſt à nobis, & omnibus in memoriam reductum, qualiter à Deo Regnum iſtud per adminiſtrationem bonæ memoriæ Caroli præſtantiſſimi Imperatoris, & prædeceſſorum ſuorum valorem pacificum & vnitum, atq; nobiliter dilatatum fuerit, & domino Ludouico Imperatori à Deo ad regendum ſub magna pace commiſſum, Dominoque protegente, ſub eadem pace, quamdiu idem Princeps Deo ſtuduit & paternis exemplis vti, ac bonorum hominum conſilijs acquieſcere curauit, conſeruatum manſerit. Et quomodo in progreſſu temporis, ſicut omnibus manifeſtum erat, per eius improuidentiam vel negligentiam in tantam venerit ignominiam & vilitatem, vt non ſolùm amicis in mœſtitiam, ſed etiam inimicis venerit in deriſionem.

XII.

Sed quia idem Princeps miniſterium ſibi commiſſum negligenter tractauerit, & multa quæ Deo & hominibus diſplicebāt & fecerit & facere compulerit, vel fieri permiſerit, & in multis nefandis conſilijs Deum irritauerit, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizauerit, & vt cætera quæ innumera ſunt omittamus, nouiſſimè omnem populū ſibi ſub-

iectum ad genera'em interitum contraxerit, & ab eo diuino iuſtoq́; iudicio, ſubitò Imperialis ſit ſubtracta poteſtas: Nos tamen memores præceptorum Dei, miniſteriiq́; noſtri atq́; beneficiorum eius, dignum duximus, vt per licentiam memorati Principis Lotharij legationem ad illum ex auctoritate ſacri conuentus mitteremus, vt eum de ſuis reatibus admoneat, quatenùs certum conſilium ſuæ ſalutis caperet: Vt quia poteſtate priuatus terrenâ, iuxtà diuinum conſilium & Eccleſiaſticam auctoritatem, ne ſecundam animam perderet nempe rationalem, *elaborare in extremus potiùs totis viribus ſtuderet. Quorum Legatorum conſilijs, & ſaluberrimis admonitionibus libẽter aſſenſum præbuit, ſpacium poſuit, diemq́; cõſtituit, quâ de ſalubribus eorum monitis certum eis reſponſum redderet.*

XIII. QVA EPISCOPI IN LVDOVICVM IMPERATOREM.

Cùm autem in præſcripta inſtaret dies, ſacer idem conuentus vnanimiter ad eumdem venerabilem virum perrexit, eumq́; diligenter de quibus Deum offenderat, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizauerat, ac populum ſibi commiſſum perturbauerat, admonere, & cuncta illi ad memoriam reducere curauit. Ille verò eorum ſalutiferam admonitionem, & dignam congruamq́; exaggerationem libẽter amplectens, promiſit ſe illis in omnibus acquieturum ſalutari conſilio, & ſubiturum remediale iudicium. Porrò de tanta ſalubri admonitione hilaris, illicò dilectum filium ſuum Lotharium Auguſtum feſtinatò affuturum ſupplicauit, vt illis ruptis quibuſdam moralis, cum ſuis primatibus veniret, quatenus primùm inter eos mutua reconciliatio ſecundùm Chriſtianam doctrinam fieret, vt ſi quid in cordibus eorum neui aut diſcordiæ inerat, pura, humilíq; poſtulatio veniæ expiaret, ac deinde coram omni multitudine iudicium ſacerdotale, more pœnitentis ſuſciperet: quod & non multò poſt factum eſt.

XIV. *Veniens igitur idem dominus Ludouicus in baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, vbi ſanctorum corpora requieſcunt, Medardi, videlicet, Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, necnon Sebaſtiani præſtantiſſimi Martyris, adſtantibus presbyteris, diaconibus, & non paruâ multitudine clericorum, præſente etiã præfato domino Lothario filio eius, eiuſque proceribus, atque totius populi generalitate, quotquot videlicet intra ſuis ſeptum eadem continere potuit Eccleſia; & proſtratus in terram ſuper cilicium ante ſacroſanctum altare confeſſus eſt coram omnibus, miniſterium ſibi commiſſum ſatis indignè tractaſſe, & in eo multis modis Deum offendiſſe, & Eccleſiam Chriſti ſcandalizaſſe, populumq́; per ſuam negligentiam multifariè in perturbationẽ induxiſſe. Et ideò ob tantorum reatuum expiationem publicam & Eccleſiaſticam ſe expetere velle dixit pœnitentiam; quo miſerante Domino per eorum miniſterium & adiutorium proſperè mereretur abſolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligandi atque ſoluendi intulerat poteſtatem.*

XV. *Quem etiam ijdem pontifices, vtpote medici ſpirituales ſalubriter admonuerunt, aſſerentes ei quod puram & ſimplicem confeſſionem ſequeretur vera remiſſio peccatorum: vt apertè confiteretur errata ſua, in quibus maximè ſe Deum offendiſſe profitebatur, ne fortè interiùs aliquid tegeret, aut in conſpectu Dei quippiam doloſè ageret, ſicut iampridem in Compendio palatio ab alio ſacro conuentu correptus coram omni Eccleſia eum feciſſe, omnibus notum erat: ne ſicut tunc, ita & nunc per ſimulationem & calliditatem, duplici ad Deum corde accedendo, ad iram potiùs quàm ad veniam ſuorum peccatorum prouocaret, quoniam ſcriptura teſtatur:* [a] *Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Verùm poſt huiuſmodi admonitionem profeſſus eſt ſe in omnibus ijs præcipuè deliquiſſe: vnde à memoratis ſacerdotibus fuerat familiariter ſiue verbis ſiue ſcriptis admonitus, vt dignâ increpatione correptus ſuper quib. chartulam, ſummam reatuum ſuorum vnde illum ſpecialiter redarguerant continentem ei dederunt, quam ille in manibus gerebat.*

[a] Iob. 36.

XVI. CAPITA CONTRA LVDOVICVM IMPERAT.

1 Videlicet ſicut in eadem charta planiùs continetur, reatum ſacrilegij incurrendo & homicidij, eo quod paternam admonitionem & terribilem conteſtationem ſub diuina inuocatione ante ſacrum altare in præſentia ſacerdotũ & maxima populi multitudine ſibi factam ſecũdum ſuam promiſſionem non conſeruauerit: eò quòd fratribus & propinquis violentiam intulerit, & nepotem ſuum quem ipſe liberare potuerat, interficere permiſerit, & quod immemor voti ſui ſignum ſanctæ religionis propter vindictam ſuæ indignationis fieri poſteà iuſſerit.

2 Quod auctor ſcandali & perturbator pacis ac violator ſacramentorum exiſtendo, pactum quod propter pacem & vnanimitatem Imperij, Eccleſiæq́; tranquillitatem communi conſilio & conſenſu cunctorum fidelium ſuorum ſuerat inter filios ſuos factum, & per ſacramentum confirmatum, ſuper illicita poteſtate corruperit; & in eo quod fideles ſuos in contrarietatem eiuſdem primi pacti & iuramenti aliud ſacramentum iurare compulerit: in periurij reatum præſtiterunt violatione ſacramentorum inciderit. Et quãtum Deo hoc diſplicuerit, liquidò claret, quia poſtea nec ipſe, nec populus ſibi ſubiectus pacem habere meruit, ſed omnes in perturbationem, pœnam peccati ſuſtinendo, iuſto Dei iudicio poſteà inducti ſunt.

XVII. *3 Quia contra Chriſtianam religionem & contra votũ ſuum ſine vlla vtilitate publica, aut certa neceſſitate prauorum conſilio deluſus, in diebus Quadrageſimæ expeditionem generalem fieri iuſſit, & in extremis Imperij ſui finibus, in cœna Domini, quando Paſchalia ſacramenta ab omnibus Chriſtianis ritè ſunt celebranda placitum generale ſe habiturum conſtituit. In quo expeditione quantùm in ipſo fuit, & populum in magnã murmurationibus pertraxit, & ſacerdotes Domini à ſuis officijs contra fas amouit, & pauperibus grauiſſimam oppreſſionem irrogauit.*

4 Quod nõnullis ex ſuis fidelibus, qui pro eius filiorumq́; ſuorum fidelitate, & ſalutatione, Regniq́; nutantis redintegratione humiliter eum adierant, & de inſidijs inimicorũ ſibi præparatis certum reddiderant, violentiam intulerit: & quod contra omnem legem, diuinam videlicet & humanam eos & rebus proprijs priuauerit, & in exilio tradi iuſſerit, atq́; abſentes morti adiudicari fecerit, & iudicantes proculdubiò ad falſum iudicium induxerit; & ſacerdotibus Domini ac monachis contra diuinam & canonicam auctoritatem præiudicium irrogauit & abſentes damnauit, & in hoc reatum homicidij incurrendo, diuinarum ſeu humanarum legum violator extitiſſet.

XVIII. *5 De diuerſis ſacramentis ſibiq́; contrarijs ac pernicioſis, à filijs, ſiue à populo, eo præcipiente & compellente irrationabiliter ſæpè factis, pro quibus non modicam in populo ſibi commiſſo peccati maculã induxit: reatum periurij nihilominus incurriſſet, quoniam hæc proculdubiò in auctorem per quem fieri cõpulſa ſunt, iure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in iniuſtis iudicijs, in falſis teſtimonijs atq́; periurijs, quæ eo permittẽte, coram ſe perpetrata ſunt, quantum Deum offenderit, ipſe nouit.*

6 De diuerſis expeditionibus, quas in Regno ſibi cõmiſſo non ſolùm inutiliter, ſed etiam noxie ſine conſilio & vtilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia ſunt in populo Chriſtiano flagitia perpetrata in homicidijs & periurijs, in ſacrilegijs & adulterijs, in rapinis, in incendijs, ſiue in Eccleſijs Dei, ſiue in alijs diuerſis locis factis, in deprædationibus & oppreſſionibus pauperum, miſerabili & penè apud Chriſtianos inaudito patratu: quæ omnia ad auctorem, ſicut præmiſſum eſt, reflectuntur.

XIX. *7 In diuiſionibus Imperij ab eo contra communem pacẽ, & totius Imperij ſalutem ad libitum ſuum temerè factis, & in ſacramento etiam quod iurare compulit omnẽ populum, vt contra filios ſuos, ſicut inimicos ſuos ageret, cùm ipſe eos paternâ auctoritate, conſultuq́; fidelium ſuorum pacificare potuiſſet.*

8 Quòd non ſuffecerint ei tot mala & flagitia per ſuam

neglig.n-

negligentiam & improuidentiam in Regno ſibi commiſſo perpetrata, quæ enumerari nō poſſent, pro quibus & Regni periclitatio, & dehoneſtatio euidenter prouenerat; ſed inſuper ad cumulum miſeriarum nouiſſimè omnem populum ſuæ poteſtatis ad communem interitum traxerit, cùm debuiſſet eſſe eidem populo dux ſalutis & pacis, cùm diuina pietas inaudito & inuiſibili modo ac noſtris ſæculis prædicando populo ſuo miſereri decreuiſſet.

SVSCEPIT LVDOVICVS AB EPISCOPIS POENITENTIAM.

Igitur pro his, vel in his omnibus, quæ ſuprà memorata ſunt, reum ſe coram Deo, & coram ſacerdotibus, vel omni populo cum lachrymis confeſſus, & in cunctis ſe deliquiſſe proteſtatus eſt, & pœnitentiam publicam expetijs, quatenus Eccleſiæ, quam peccando ſcandalizauerat, pœnitendo ſatisfaceret, & ſicut fuerit ſcandalum, multa negligendo, ita nimirum ſe velle profeſſus eſt eſſe exemplum, dignam pœnitentiam ſubeundo.

XX. *Poſt hanc verò confeſſionem, chartulam ſuorum reatuū & confeſſionis ob futuram memoriam ſacerdotibus tradidit: quam ipſi ſuper altare poſuerunt, & deinde cingulum militiæ depoſuit, & ſuper altare collocauit, & habitu ſæculi ſe exuens, habitum pœnitentis per impoſitionem manuū Epiſcoporum ſuſcepit, vt poſt tantam talemq́; pœnitentiam nemo vltra ad militiam ſæcularem redeat.*

His itaque geſtis, placuit vt vnuſquiſque Epiſcoporum qualiter hæc res acta fuerit, in proprijs chartulis inſereret, eamque ſuâ ſcriptione roboraret, & roboratam memorato Principi Lothario ob memoriam huius facti offerret. Ad extremum omnibus nobis qui interfuimus viſum eſt omnium chartularum, immò tanti negotij ſummam in vnum breuiter ſtrictimque congerere, & congeſtam proprijs manuum noſtrarum ſubſcriptionibus roborare, ſicut ſequentia factum eſſe demonſtrant . . . . ſubſcriptiones deſunt.

XXI. Qui res geſtas Ludouici tunc temporis conſcripſit, facinus deteſtatus, hæc ait: *Verentes ſceleris conſpiratores inauditi, ne verſâ vice retrolapſa ferrentur geſta quæ erant; callido (vt ſibi viſum eſt) cum aliquibus Epiſcoporum vtuntur argumento: vt pro his de quibus tam pœnitudinē geſſerat Imperator*, nempe de nece Bernhardi, *iterum publicâ pœnitētiâ, armis depoſitis irreuocabiliter, quodammodo Eccleſiæ ſatisfacere iudicaretur. Cùm ne forenſes quidem leges cōtra vnam culpam ſemel commiſſam bis inuehant vindictam: & noſtra lex habeat, Non iudicare Deum bis in idipſum. Cui iudicio pauci contradixere, plures aſſenſum præbuere; maxima pars (vt aſſolet in talibus) ne primores offenderent, verbotenus conſenſère. Adiudicatum ergo eum abſentem & inauditum, nec confitentem, neque conuictum, ante corpus S. Medardi Confeſſoris & S. Sebaſtiani Martyris arma deponere, & ante altare ponere cogunt, pullaq́; indutum veſte, adhibitâ magnâ cuſtodiâ, ſub tectum quoddam retrudunt.* Sanè quidem rem per vim & metum actam, coloratamq́; falſo religionis pigmento, nemo non dixerit ac improbarit. Cùm alioqui etiam ſi facta digna ſolemni ſiue publicâ pœnitentiâ præceſſiſſent: eam tamen iterari non debere, canones clamant; id S. Auguſtino[a] ad Macedonium teſtante. Vnde meritò boni omnes deteſtati ſunt factum, & iure *viſus* eſt Theganus, quē diximus, in Ebbonem Rhemenſem Epiſcopum horum omnium architectum, exprobrans facinus, declamaſſe.

CONTRA IVS PASQVE LVDOVICVS IMP. DEPONITVR.

[a] *Auguſt. ep. 54. e quam. nu. ea eſt. 50.*

XXII. Quæ autem hæc ſequuta ſint audi ab auctore vitæ eiuſdem Imperatoris: *Explero,* inquit, *hoc negocio, Miſſa, S. Martini, populus licentiâ acceptâ pro talibus geſtis mœſtus ad propria reuertitur. Lotharius autem patrem ſuum ducens, Aquiſgrani hiematum aggreditur. Intra hiemis huius durationem gregatim populi tam Franciæ quàm Burgundiæ necnon Aquitaniæ ſed & Germaniæ coeuntes, calamitoſis querelis de Imperatoris infortunio querebantur. Et quidem in Franciam Eggebardus Comes & Vuilhelmus Comes ſtabuli, quos poterant ſibi in vnione voluntatis reſtituendi Imperatoris coadunabant. A Germania verò Hugo Abbas à Ludouico filio Imp. & ab eis qui illuc confugerunt, à Drogone ſcilicet, Epiſcopis & reliquis, Pipinum in hoc ipſum inſtigabat. Porrò Bernhardus & Vuarinus in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, iuramentis aſtringebāt, & in vnum velle fœderabant.* hæc ipſe. Sed quæ poſt hæc hieme tranſactâ ſequuta ſint, ſuo loco dicturi ſumus.

Eodem anno dum hæc in Ludouicum Imperatorem aguntur, Cōpendium venit legatio à Theophilo Conſtantinopolitano Imperatore ad Ludouicum ipſum miſſa. Qui eâ functi ſunt, fuêre Marcus Archiepiſcopus Epheſinus & Protoſpatharios eiuſdem Imperatoris, quam ſuſcepit Lotharius vnà cum muneribus miſſis, eoſq; dimiſit, nihil præterea in Orientem reportantes, quàm eius quā viderant tragœdiæ lugubris actionem.

DELEGATIONE THEOPHILI AD LVDOVICVM MISSA.

IESV CHRISTI
Annus 834.

GREGOR. PAP. IV. Annus 7. LVDOVICI 21. THEOPH. 5. IMPP.

I. SEQVITVR annus Chriſti Redemptoris octingenteſimus trigeſimusquartus duodecimâ Indictione, quo Ludouicus Imperator in Imperium reſtituitur. Cùm enim vndiq; cōflati eſſe ſcirentur ad liberandum Imperatorem exercitus, Lotharius hoc cernēs, ſe excuſans cuncta eſſe peracta iudicio Epiſcoporum, relicto ipſo Ludouico in monaſterio S. Dionyſii iuxta Pariſios, cedens iis qui eum reſtituere conarentur, Viennam ſe contulit. Quæ autem hæc ſint ſequuta, ex vita ipſius Ludouici ſic accipe: *At verò hi qui cum Imperatore remanſerant, eum ad recipiendas Imperatorias inſulas hortabantur. Sed Imperator quamquam modo quo prædictū eſt, Eccleſiæ eliminatus cōmunione, nequaquam præproperè voluit acquieſcere ſententiæ; ſed Dominica quæ in craſtinum aduenit, in Eccleſia S. Dionyſii Epiſcopali miniſterio voluit recōciliari, & per manus Epiſcoporum armis accingi conſenſit. In qua re tanta exultatio populi excreuit, vt etiam ipſa elementa viderentur iniuriam patienti compati, & reuelato cōgratulari. Etenim vſq; ad illud tempus tanta incubuerat procellarum vis, pluuiarumq́; vehementia, vt extra ſolitum aquarum ſuperabundantia excreſceret, flatuq́; ventorum impermeabiles fluminum alueos redderet. Sed in illius abſolutione ita quodammodo viſa ſunt coniuraſſe elementa, vt mox & venti ſæuientes miteſcerent, & cæli facies in antiquam & multo tempore inuiſam ſerenitatem rediret.*

LVDOVICVS IMP. RESTITVITVR IMPERATOR.

COMMVNIS LÆTITIA OB RESTITVTIONEM LVDOV.

II. *Imperator ergò ab eo loco iter cœpit, ſed nequaquam filium abeuntem proſequi, & licet multis hortantibus, noluit. Inde ergò Hantogilum, ac poſteà venit Cariſiacum villam regiam, vbi conſiſtens opperiebatur filium Pipinum, & eos qui trans Matronam reſidebant; ſed & eos qui trans Rhenum ad Ludouicum filium eius confugium fecerant, ſed & ipſum filium, qui ad ipſum veniebat Ludouicum. Quo conſiſtente, medio Quadrageſimæ tempore, arridente etiam lætitia ipſius diei & officij, exhortante cantilenâ Eccleſiaſticâ ac dicente: Lætare Hieruſalem, & diem feſtū agite omnes qui diligitis eam: magna multitudo fidelium ſuorum ibidem occurrit, congratulans communi lætitiæ. Quos Imperator benignè ſuſcipiens, & pro fidei integritate gratias agens, Pipinum quidem filium in Aquitaniam cum lætitia dimiſit, cæteros autem ad loca ſibi congrua lætos præmiſit. Ipſe autem Aquiſgrani perueniens; ibiq; Iudith*

POPVLI SOLICITI PRO RESTITVTIONE LVDOVICI IMP.

Auguſtam

Auguſtam ab Italia reducentibus Rataldo Epiſcopo & Bonifacio recepit, &c.

III. Quod autem publicam perturbauit lætitiã, fuit audita miſeranda clades, quam perpeſſa eſt ciuitas Cabillonenſis tunc temporis à Lothario in via poſito, cùm ei aduerſaretur. Tunc enim accidit, vt reſiſtẽte illi ipsâ, quod ſe ad defendendũ parata eſſet mùnita ciuitas; factione eorum qui rebellarunt ab Imperatore & ipſum ſequebantur, Lotharius eam expugnãs, cuncta ferro, igni q; tradiderit, vnâ ſaluâ miraculo baſilicâ in memoriam S. Georgij fabricatâ. Dei Eccleſias per Lotharium exſpoliatas, occiſosq; omnes qui patri ſtuduiſſent, & ſororẽ Bernhardi ſanctimonialem nomine Gerbirch in dolio vinacio clauſam in Ararim proiecisse, ſcribit Theganus, nefanda eius opera deteſtatus. *Tunc aduerſus Lotharium tùm pater Ludouicus, tum reliqui eius filij, Ludouicus atq; Pipinus caſtra mouentes, coegerũt Lotharium, vt ſupplex veniam petiturus veniret ad patrem, quibus vnà cum eius ſectatoribus Ludouicus indulſit, atque accepto ab eis fidelitatis iuramento, in Italiam ire præcepit, obſtruens tranſitum, ne quando ſine cuſtodum conceſſione in Gallias redire poſſet.* hæc in vita Ludouici, quæ & apud Theganum leguntur fuſiùs enarrata.

IV. Hiis ita diſpoſitis, tempore Miſſæ S. Martini Ludouicus cum ſuis habuit generalem cõuentum in Actiniaco palatio, vbi inter alia hæc memoriâ digna facta leguntur: *Mandauit filio Pipino per Ermoldũ Abbatem, res Eccleſiaſticas quæ in Regno eius erant, quas vel ipſe ſuis attribuerat, vel ipſi ſibi perceperant, abſq; cunctatione Eccleſiis reſtitui. Miſſos etiam per ciuitates & monaſteria trãſmiſit, ſtatumq; Eccleſiaſticum penè collapſum in antiquum ſtatum erigi iuſſit.* Hæc de his quæ ad ſtatum rerum Eccleſiaſticarum attinent, cum & multa alia ſalubria ad politicum ſtatum pertinentia illic fuerint conſtituta.

AVCTORITATE GREGORII LVDOVICVS ET IVDITH RESTITVTI. Cęterùm, quòd ſpectat ad reſtitutionem Ludouici in Imperium, id factum auctoritate Gregorij Papæ, Paulus Æmilius haud obſcurè ſignificat, dũ ait, decretum abrogationis Imperij Ludouici ab ipſo Gregorio Papa fuiſſe reſciſſum. Sed vt Marianus Scotus addit, & Iudith Auguſtam pariter voluntate Gregorij Papæ reſtitutam. Porrò ipſum Ludouicum indulſiſſe omnibus qui in eum peccaſſent inuiti, Theganus affirmat.

Quod autem in baſilica S. Dionyſii propè Pariſios contigit ipſum Ludouicum reſtitui in Imperium, & ab Epiſcopis coronâ Imp. ornari, & armis accingi (quod & Nithardus eiuſdem ſæculi hiſtoricus teſtatur) fixum menti ipſius Imperatoris perpetuò mãſit, vt eiuſdem S. Dionyſii memoriã illuſtraret: eiuſ rei causâ eiuſdem monaſterii Abbati Hilduino mandauit, vt quæ tum ex Græcis, tum ex Latinis fontibus de eodem Dionyſio ſcripta reperire potuiſſet, in vnum congerens, ſtylo hiſtorico proſequi vellet. Extat de his eiuſdẽ Ludouici Imp. ad Hilduinum epiſtola his verbis:

V. EPISTOLA LVDOVICI IMP. AD HILDVINVM DE REBVS S. DIONYSII. *In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Ludouicus diuinâ repropitiante clementiâ Imperator Auguſtus Hilduino venerabili Abbati monaſterij ſanctiſſimorum Martyrum ac ſpecialium protectorum Dionyſii pretioſi, ſociorumq; eius, æternam in Chriſto ſalutem.*

Quantum muneris atq; præſidij non modò nobis ac prædeceſſoribus, ſeu progenitoribus noſtris, verumetiam totius Imperij noſtri populis, Domini prouidentiâ, per beatiſſimũ Dionyſium ſæpenumero, immò continuè in magnis gratiarum vbertatibus contulerit, cuncta per tranſacta tempora Gallica nationes ſenſerunt, quæ eius inſigni Apoſtolatu Fidei rudimẽta ſumpſerunt. Prædeceſſores autem noſtri gloriam huius eximij teſtis & amici Dei non inaniter coluerunt: qui dum eius ſacras exuuias in terris ob amorem & honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, opibus quibus poterãt, honorauerunt: per eius preces exiguiſſimas, honoris priuilegio potiri & in terris, & cæleſtibus meruerunt. Vt videlicet vnus ex priſcis Francorum Regibus Dagobertus, qui eumdem pretioſiſſimum Chriſti Martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & immortali eſt vita ſublimatus, & per eius adiutorium (ſicut diuina ac cæleſtis oſtenſio perhibet) à pœnis eſt liberatus, inque vita perenni deſiderabiliter conſtitutus. DAGOBERTVS REX CVLTOR S. DIONYSII.

VI. *Progenitores quoque noſtri meliſſluum nomen domini Dionyſii (ſic enim verbis ac ſcriptis ſuis eum appellare conſueuero) non incongruè pia dilectione & dilectiſſimâ pietate amplexi ſunt. Quia proauus noſter Carolus Princeps Francorum inclytus, per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris indeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem principatus, eidemq; decurſo mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die Iudicij ſuſcitandum, & animam Domino præſentãdam fideliter commendauit, ac pro hoc maximè deuotionẽ atq; fiduciam cordis ſui erga peculiarem patronum patenter oſtendit.* CAROLVS MARTELLVS CVLTOR S. DIONYSII.

Sanctæ nihilominùs recordationis auus noſter Pipinus propter altare, quod ante ſepulchrum ſæpè ſati, ſæpiusq; dicendi domini Dionyſii, per diuinam & memorabilem reuelationem, iuſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris, in honorem Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, à beato & Angelico viro Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt, intra ſacra Miſſarum ſolemnia, vnà cum duobus filijs Carolomanno videlicet, & diuæ memoriæ domino ac genitore noſtro Carolo, iure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum vnctus, ſuperni muneris benedictionem percepit. Quiq; cùm quanta ſe humilitate ante Limina baſilicæ SS. Martyrum, defuncto ipſius vitæ curriculo, ſepeliri præceperit, titulus etiam ipſius Conditorij innoteſcit. PIPINVS REX CVLTOR S. DIONYSII.

VII. *Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia eius ſumus experti, præcipuè tamen in humana varietatis euentu, quo Dei (vt ſemper fatendum eſt) iuſto iudicio etiam virga eruditionis ſua viſitati, & baculo ſpecioſæ miſericordiæ eius ante præſcriptum altare per merita & ſolatium domini ac piiſſimi patris noſtri Dionyſii viſitante diuinâ erecti & reſtituti ſumus, cinguluq; militare iudicio atq; auctoritate Epiſcopali reſumpſimus, & vſq; ad præſens ipſius gratioſo adiutorio ſuſtentamur.* LVDOVICVS CVLTOR S. DIONYSII.

Id ircò, venerabilis cuſtos ac cultor ipſius prouiſoris & adiutoris noſtri domini Dionyſii, mandare te volumus, vt quicquid de eius notitia ex Græcorum hiſtorijs per interpretationem ſumptum, vel quod ex libris ab ea patrio ſermone conſcriptis, & auctoritatis noſtræ iuſſione, ac tuo ſagaci ſtudio, interpretumq; ſudore in noſtram linguam explicatis, huic negocio inſeri fuerit congruum; quodq; etiam Latinis codicibus iam inde habes inuentum, adiunctis eis quæ in libello eius paſſionis continentur, necnon illis quæ in tomis vel chartis vetuſtiſſimis armarij Pariſiacæ Eccleſiæ, ſacræ videlicet ſedis ſuæ prolatis inueneras, & obtutibus noſtræ ſerenitatis oſtenderas, ſecundùm quod rerum, cauſarum etiam & temporum conuenientiam noueris in corpus vnum redigas, atq; vniformem textum ex inde componas; quatenùs deuotis compendioſius valeat innoteſci, & faſtidiaſit minusve capacibus vel ſtudioſis lectionis poſſit tædium ſubleuari, pariterq; omnibus ædificationis vtilitas prouideri. REI GESTAS DIONYSII CONQVIRI IVBET LVDOVICVS.

VIII. *His ita contextis, volumus vt reuelationem oſtenſam beato Papæ Stephano in Eccleſia eiuſdem ſanctiſſimi Dionyſii, ſicut ab eo dictata eſt, & geſta quæ eidem ſubnixa ſunt, vnà cum hymnis, quos de glorioſiſſimo Martyre atq; pontiſice habes & officium nocturnale ſubiungas. Sed & diſſeretèr ac cum integritate ſua quæcumq; ex eo reperta ſunt, in altero volumine colligas; nobisq; diſtinctè & correctè trãſcri-* HILDVINVS IVBETVR COLLIGERE MONVMENTA S. DION.

pta quàtocyus dirigas, aut præſentes: quoniam maximum, valdeque dulciſſimum pignus deſiderabilis præſentiæ illius domini & ſolatiatoris noſtri, vbicumq; ſimus, habere nos credimus, ſi cum eo, vel de eo, aut ab eo dictis, oratione, collatione, lectione colloquimur. Vale in Chriſto vir Dei, in ſacris orationibus iugiter memor noſtri. hactenùs epiſtola Ludouici. Qui ab ipſo qui accepit, præfixa eſt Areopagiticis ſuis, ita nominatis lucubrationibus illis: quæ de rebus geſtis eiuſdem S. Dionyſii ſcriptis inueniri potuerunt, tractatum continent; primoq; loco poſita eſt epiſtola, quam ipſe Hilduinus reddidit ad Ludouicum Imperatorem, cuius eſt exordium: *Exultauit cor meum in Domino.* eique ſubiecta epiſtola eiuſdem Hilduini nuncupatoria ad cunctos Chriſti fideles, quę incipit: *Cùm nos ſcriptura generali definitione admoneat*, &c. quam ſequitur Acta paſſionis ipſius. Et poſt illa ſubiungitur Stephani Papæ reuelatio vnâ cum Actis coronationis Pipini & filiorum eius in Reges Francorum, quæ tu ocioſus conſulas, ſatis nobis quæ de his ſuperiùs ſuis locis dicta ſunt.

IX. Cæterùm ipſe Hilduinus præter illa quæ hactenùs ex antiquorum ſcriptis potuit accepiſſe: viuentes etiam doctiſſimos viros ſanctum Michaelem Syncellum Hieroſolymitanum, de quo proximè dicturi ſumus, necnon ſanctum Methodium presbyterum Conſtantinopolitanum viſus eſt ad eadē præſtanda hortatus eſſe Græcos Patres & nobiliſſimos Confeſſores: ſiquidem vterq; ipſorum hoc eodem tempore in eodem ſcriptorum genere verſatus eſſe reperitur. Etenim ſcripſit hoc tempore Michael Syncellus encomiaſticam orationem de eodem Dionyſio, ſed & Methodius eiuſdem res geſtas hiſtorico ſtylo proſequutus eſt.

GRÆCI PATRES DE DIONYSIO QVÆ SCRIPSERE.

X. Dum verò iſta geruntur in Occidente, in Oriente Theophilus Imperator in dies magis aduerſus Orthodoxos commotus, noua in eoſdem in confeſſione perſtantes decreuit ſupplicia. Siquidē magnus ille Methodius, cuius modò meminimus, multiplicibus coronis illuſtris, vt qui ſub Leone & Michaele pro eodem ſanctarum imaginum cultu, ſæpè certamen obierat, & ſub Leone à Patriarcha Nicephoro Orthodoxo Romam legatus fuerat, tam in Oriente quàm in Occidente ſpectatus, rurſus in certamen inducitur. Hactenùs autem pepercerat ei Imperator, veritus eius inſignis ſanctitatis nomen, & quod eius operâ vti, ob egregiam quæ ſciebatur in viro eſſe prudentiam, in negociis opus erat. Nam audi quod de eo ſcribat Curopalata in Imperatore Theophilo, cùm ipſe aduerſus Sarracenos expeditionem pararet. *Iamq; apparente Vere, coactis: urſus copijs Theophilus aduerſus Sarracenos in aciem prodit, ſanctum ſecum Methodium ducens, quod in bello facere conſueuerat, ſiue vt ille abſcura, multaq; incognita diſſolueret, quod eximia ſapientiâ præditus eſſet, ſiue ab ipſo ſeditionem aliquam metuerat propter bellum contra ſacroſanctas ac venerandas imagines ſuſceptum: neque enim mediocriter colebat & obſeruabat viri in Republica moderanda iudicium & religionem. Hac de cauſa viſum eſt Imperatori minùs expedire, ſi illum ſibi à terga relinqueret. Verùm enimverò cùm congreſſi eſſent vtrimque exercitus, & Iſmaelitæ ſuperiores eſſent, circumdatus eſt Imperator, & parùm aberat quin caperetur.* Captus namque fuiſſet, niſi ipſius Imperatoris periculo cognito Mamel dux exercitus, graue nimis ratus bello captum videre Imperatorem; vt eum liberaret, in periculum ſe immiſiſſet, vnde ipſe ab hoſtibus captus eſt.

METHODIVS AD CERTAMEN REVOCATVR.

DE METHODIO PRESBYTERO CONFESSORE.

XI. Reuerſus ergo Conſtantinopolim Imperator, in Methodium, quod non eius adiutus precibus hoſtes viciſſet, ſed ſuperatus eſſet ab eis, occaſione ex ptâ ea offenſa religione ob cultum idolorum (ſic ſolitus appellare ſacras imagines) furorem conuertit. Quem ad ſe vocatum poſt diram verberibus de ipſo habitam quæſtionem, in exilium deportandum tradit; nec quidem vt cæteris in Inſulam vel alia loca relegatis luce ſolis ſaltem frui cōceſſit, ſed illud planè pauendum atque tremendum excogitat, vt eum viuum in ſepulchrum vnà cum duobus latronibus includi fecerit, vt ſic viuus eſſet lucis vſurâ priuatus, & eſſet veluti mortuus inter mortuos collocatus, piſcatori in curā datus, vt ei tantum cibi ſubminiſtraret, quantum ad vitam in miſeriis illis trahendam ſuppeteret; ſicq; manſit velut alter Ionas ceti ventero clauſus, donec Theophilus vixit; quo mortuo, ipſum mortuorū ſepulchrum euomuit, cicatricibus ex plagis acceptis inſignem, digniſſimumque habitum, qui ſublimem thronum tot ſtigmatibus decoratus Conſtantinopolitanę ſedis aſcenderet. Quando autem id contigerit, & quæ tunc accidetint ſuo loco dicturi ſumus.

S. METHODIVS VIVVS CLAVDITVR IN SEPVLCHRO.

XII. Verùm ſunt qui dicunt ipſum viuente adhuc Theophilo ab eodem reuocatum fuiſſe Conſtantinopolim. id tradunt Conſtantinus Manaſſes atque Glicas, qui ait: *Hunc Methodium nouo & admirabili quodam modo Deus ex eo ſpecu eduxit. Nam cùm Theophilus doctrina litterarū ſtudioſus in ſcripta quædam intellectu difficilia incidiſſet, nec quomodo ſe de illis explicaret, inuenire poſſet; intellexit à quodam, neminem mortalium eſſe, qui feliciùs ea declarare poſſet, quam incluſus ille ſepulchro Methodius: hominem inde ſtatim reuocauit, magnoque in precio deinceps habuit.* ſed ad res Occidentales.

Hoc anno qui Era Hiſpanica notatur octingenteſima ſeptuageſima ſecunda, in Hiſpania apud Caradignam ducenti monachi interfecti à Sarracenis cōſecuti ſunt coronam martyrii, octauo Idus Auguſti, feriâ quartâ, quâ celebratur natalis ſanctorum Martyrum Iuſti atque Paſtoris. De tempore eſt id expreſſum in lapide peruetuſtis his notis.

XIII. ERA DCCCXXII, IV. FERI. VIII. ID. AVGVST. ADLISA. EST. KARADIGNA. ET. INTERFECTI. SVNT. IBI. PER REGEM. ZAYNAM. CC. MONACHI. DE GREGE. DOMINI. IN DIE. SANCTORVM. MARTYRVM. IVSTI. ET PASTORIS. Sepulti hi in clauſtro eiuſdem monaſterii fuerunt, vbi Deus locum, Sanctosque ſuos iugiter annuâ die illuſtrat admirabili ſigno, vt quâ die ſunt trucidati, pauimentum eiuſdem clauſtri appareat ſanguineo colore reſperſum, vbi & eiuſmodi vetuſtiſſima legitur inſcriptio in lapide ſepulturæ ſuperpoſito Latinâ linguâ ſed Gothicis characteribus, ita Latinis reddita.

VENITE AD IVDICIVM OMNES

IN ISTA PARTE CLAVSTRI SVNT DVCENTI MONACHI HVIVS COENOBII. QVI MORTEM SVSTINVERVNT PRO FIDE DN. NOSTRI SALVATORIS ET REDEMPTORIS IESV CHRISTI ET DECOLLATI FVERVNT .... FERIA QVARTA ..... SALVS A ..... ETA MILITES CHRISTI ...... SEMPER VIVET ..... ET MONACHVS COR VESTRVM ET OSSA VESTRA VT HERBA GERMINABVNT .... cætera legi nequeunt.

Ita quidem ad hunc iſta annum referenda ſunt, ſi Eræ Hiſpanicæ tantùm, vt diximus ratio habeatur: cæterum, quod legitur in eadem inſcriptione ſextam Auguſti diem incidiſſe in quartam feriam, prætermiſſa Hiſpanicâ Erâ, in qua eiuſmodi ſupputationis ratio locum habere non poteſt, recurrendum

-endum ad Chriſti Eram, ſecūdùm quam non niſi anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo eodemq; biſextili, quo litteræ Dominicales fuerunt F, E, idem impletur annorum numerus & dies. Ita planè dicendum, niſi mendoſa ſit ipſa inſcriptio: nam ſecundùm Hiſpanicam Eram, quæ vſitatior erat, dicta dies octaua Idus Auguſti incideret in feriam quintam vel tertiam, ſed hoc inſcriptioni repugnat: quod nouiſſimè obſeruaſſe viſus eſt Alfonſus Ciacconus, qui de iiſdem Martyribus commentariolum nuper edidit, quem tu conſulas.

IESV CHRISTI
Annus 835.

GREGOR. PAP. IV. Annus 8. LVDOVICI 22. THEOPH. 6. IMPP.

I. Conventus in Theodonis villa.

SEQVITVR Redemptoris annus octingenteſimus trigeſimusquintus Indictione decimatertiâ, quo in Theodonis villa magnus habitus eſt conuentus Epiſcoporum & aliorū, vbi Ebbo Rhemenſis Epiſcopus, qui auctor fuerat vt Imperator Ludouicus priuaretur Imperio, ſuaſione Coepiſcoporum, ſeipſum iudicans Epiſcopatu indignū, eo ſe abdicauit; reliqui autem qui ei conſentientes fuiſſent, ſe ipſos excuſauerunt ob neceſſitatem quâ coacti fuerant, vt exauctorationi Imperatoris intereſſent; quibus venia data eſt. Condemnatus eſt autem Agobertus Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui vocatus ad Synodum, venire diſtuliſſet. De his autem qui in Italiam confugiſſent nihil eſt actum, quod ſcilicet viſi eſſent ad Sedis Apoſtolicæ iudicium conuolâſſe.

II. Plenaria abſolutio Imperat.

Facta ſunt iſta ante Quadrageſimæ tempus. *Sequenti verò Dominicâ, qua ſacra Quadrageſima initium præcedebat* (addit auctor in vita Ludouici) *in Metis ciuitatem dominus Imperator, ſed & Epiſcopi, & populus vniuerſalis illius cōuentus venit, & inter Miſſarum celebrationem ſeptem Archiepiſcopi ſeptem reconciliationis Eccleſiaſticæ orationes ſuper eundem Imperatorem cecinerunt. Atq; omnes populi hoc viſo, pro plenaria reſtitutione Imperatoris multas Deo gratias reddiderunt.* hæc ſunt quæ ſpectant ad res geſtas anni huius eiuſdem Ludouici Imperatoris. Addunt verò his quod ad politicas res pertinet, eumdem in Wormatia alium hoc eodem anno habuiſſe conuentum.

III.

Eodem tēpore, cùm Theodulphus Abbas Floriacenſis vnà cum aliis, in illa coniuratione Bernhardi, de qua ſuprà, aduerſus Ludouicum Imperatorem fuiſſet inuentus implicitus, ob eamq; cauſam Andegaui detruſus eſſet in carcerē: cùm poeticæ facultatis litteris præ cæteris huius temporis eſſet excultus, ibidem detentus ſcripſit Eccleſiaſticum carmen ad diem Palmarum in Eccleſia canēdum accommodatum; obſeruansq; tempus cum ea die Ludouicus inde tranſiret, è feneſtra carceris, vti licuit, illud cecinit in aures eius: quod cùm eidē Imperatori mirificè placuiſſet, eo permotus, ipſum iuſſit quamprimùm è carcere liberari; quin etiam prærogatiua non ſolùm ipſius ſcientiæ, ſed pietatis, permotus, poſtea ad Epiſcopatum [a] Aurelianenſem promouendum curauit. Eccleſiaſticum autem melos ſic ſe habet.

Theodulphus liberatus è carcere.

[a] *Sigebertus in Chr. ann. 843 Alb. Crant. Eccl. hiſt. Sax. lib. 1. c. 27. in fi.*

IV.

Theodulphi hymnus in die Palmarum.

Gloria, laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor,
Cui puerile decus prompſit oſanna pium.
Iſrael es tu Rex, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui Domini Rex benedicte venis.
Cœtus in excelſis te laudat cælitus omnis,
Et mortalis homo, cuncta creata ſimul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit;
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis;
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuere tibi placeat deuotio noſtra,
Rex pie, Rex clemēs, cui bona cuncta placēt, &c.

Scripſit & alia plura carmina, quorum aliqua adhuc extant nobilis ingenii monumenta, & propediem edenda fore, iucundum fuit audiſſe.

Extat præterea epiſtola ipſius ad clerum ſuæ diœceſis ſcripta, cùm factus fuit Aurelianenſis Epiſcopus, quā munus ſacerdotale, & animarum cura qualis eſſe debet, inſinuat; quæ cùm hactenus latuerit in bibliotheca Vaticana, nec vſquam cuſa, hic eam tibi typis reddere, operæpretiū exiſtimamus. Multa quidem habet notatu digniſſima, vt ipſa tibi eius prolixitas minimè debeat eſſe faſtidio, ſed voluptati, ſi ſtudioſus es Eccleſiaſticæ antiquitatis & cupidus diſciplinæ. ſic enim ſe habet:

V. Theodulphi epiſt. ad ſuos compresbyteros.

Theodulphus fratribus, & compresbyteris noſtris Aurelianenſis parochiæ ſacerdotibus in Domino ſalutem.

1. Obſecro vos fratres dilectiſſimi, vt erga ſubditarum plebium profectum & emendationem vigilantiſſimā curā laboretis. Quatenus illis viam ſalutis oſtendentes, & eos & verbis, & exemplis inſtruentes, & vos de eorum profectu, & nos de veſtro, Domino noſtro Ieſu Chriſto auxiliante, fructuoſos illi manipulos reportemus. Obſecro etiam fraternitatem veſtram, vt hæc capitula quæ ad emēdationem vitæ breuiter digeſſi, aſſiduè legatis, & memoriæ commendetis. Et eorum, ſiue ſanctarum ſcripturarum lectione mores componatis, vitam emendetis, & cum ſubditis plebibus, opitulante Domino, ad Regna cæleſtia pergere certetis. Veraciter noſſe debetis, & ſemper meminiſſe, quia nos quibus regendarum animarum cura commiſſa eſt, pro his, qui noſtra negligentiâ pereunt, rationem reddituri ſumus. Pro his verò quos verbis & exemplis lucrati fuerimus, præmium æternæ vitæ percipiemus. Nobis enim à Domino dictum eſt: [b] Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi populus fidelis cibus eſt Dei, eius cibi condimentum nos ſumus. Scitote veſtrum gradum noſtro gradui ſecundum & penè coniunctum eſſe. Sicut enim Epiſcopi Apoſtolorum in Eccleſia, ita minimum presbyteri cæterorum diſcipulorum Domini vicem tenent: & illi tenent gradum ſummi Pontificis Aaron; iſti verò filiorum eius. Vnde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis, memores veſtræ conſecrationis, memores ſacræ, quam in manibus ſuſcepiſtis vnctionis, vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec veſtram conſecrationem irritam faciatis, nec manus ſacro vnguine delibutas peccando polluatis, ſed cordis, & corporis munditiam conſeruantes, plebibus exemplum bene viuendi præbentes his quibus præeſtis ducatum ad cæleſtia Regna præbeatis.

[b] *Matth. 5.*

VI.

2. Oportet vos aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiam orandi. quia vita viri iuſti lectione inſtruitur, ornatur & aſſiduitate lectionis munitur homo à peccato iuxta illū qui dicebat: [c] In corde meo abſcondi eloquia tua, vt nō peccē tibi. Hæc ſunt enim arma, lectio videlicet, & oratio; quibus diabolus expugnatur. Hæc ſunt inſtrumenta quibus æterna beatitudo acquiritur. His armis vitia comprimuntur. His alimentis virtutes nutriuntur.

[c] *Pſal. 118.*

3. Sed & ſi quando à lectione ceſſatur, debet manuum operatio ſubſequi; quia otioſitas inimica eſt animæ, & antiquus hoſtis, quem à lectione, ſiue ab oratione vacantem inuenerit, facilè ad vitia rapit. Per vſum namque lectionis diſcetis, qualiter & vos viuatis, & alios doceatis. Per vſum orationis & vobis & his quibus in caritate coniuncti eſtis,

Digitized by Google

ctis, prodiſſe valebitis. Per manuum operationem & corporis macerationem & vitiji alimenta negabitis, & veſtris neceſſitatibus ſubuenietis, & habebitis quod neceſſitatem patientibus porrigatis.

VII. 4. *Quando more ſolito ad Synodum conuenitis, veſtimenta & libros & vaſa ſancta cum quibus veſtrum miniſterium, & iniunctum officium peragatis, vobiſcum deferte. Necnon duos, aut tres clericos cum quibus Miſſarum ſolemnia celebratis, vobiſcum adducite, vt probetur quam diligenter, quàm ſtudioſè Dei ſeruitium peragatis.*

5. *Panes quos Deo in ſacrificium offertis, aut à vobis ipſis, aut à veſtris pueris coram vobis nitidè, ac ſtudioſè fiant. Et diligenter obſeruetur, vt panis, & vinum, & aqua ſine quibus Miſſa nequeunt celebrari, mundiſſimè, atq; ſtudioſe tractentur, & nihil in his vile nihil non probatum inueniatur. Iuxtà illud quod ait ſcriptura* [a]*: Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.*

[a] 2. Par. 19.

6. *Fœminæ, Miſſam ſacerdote celebrante, nequaquam ad altare accedant, ſed locis ſuis ſtent, & ibi ſacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat. Memores enim eſſe debent fœminæ infirmitatis ſuæ & ſexus imbecillitatis & idcirco ſancta quælibet in miniſterio Eccleſiæ contingere pertimeſcant. Quæ etiam laici viri pertimeſcere debent ne Oza* [b] *pœnam ſubeant, qui dum Arcam* DOMINI *extraordinariè contingere voluit,* DOMINO *percutiente interijt.*

[b] 2. Reg. 6.

VIII. 7. *Sacerdos Miſſam ſolus nequaquam celebret, quia ſicut illa celebrari non poteſt ſine ſalutatione ſacerdotis, reſponſione plebis, admonitione ſacerdotis, reſponſione nihilominus plebis; ita nimirum nequaquam ab vno debet celebrari. Eſſe enim debent, qui ei circumſtent, quos ille ſalutet, à quibus ei reſpondeatur, & ad memoriam illis reducendum eſt illud Dominicum* [c]*: Vbicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo congregati, & ego in medio eorum.*

[c] Matt. 18.

8. *Videmus crebrò in Eccleſiis meſſes, & fœnum congeri; vnde volumus & hoc penitus obſeruetur, vt nihil in Eccleſia præter veſtimenta Eccleſiaſtica, & vaſa ſancta, & libros recondatur. Ne fortè ſi alia ibi quam oportet negocia exerceantur, à Domino audiamus: Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.*

IX. 9. *Antiquus in his regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum vſus fuit, & plerumque loca diuino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata cœmeteria ſiue polyandria facta ſunt. Vnde volumus, vt ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in Eccleſia ſepeliatur. Niſi fortè talis ſit perſona ſacerdotis, aut cuiuſlibet iuſti hominis, quæ per vitæ meritum talem viuendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiuit. Corpora verò, quæ antiquitus in Eccleſiis ſepulta ſunt, nequaquam proijciantur, ſed tumuli qui apparent profundius in terram mittantur, & pauimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reuerentia conſeruetur. Vbi verò tanta eſt multitudo cadauerum, vt hoc facere difficile ſit, locus ille pro cœmeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco conſtructo, vbi religiosè, & purè Deo ſacrificium offerri valeat.*

10. *Non debetis ad Eccleſiam ob aliam cauſam conuenire, niſi ad laudem Domini, & eius ſeruitium faciendum. Diſceptationes verò, & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones ab eodem ſancto loco penitùs prohibendæ ſunt. Vbi enim Dei nomen inuocatur, Deo ſacrificium offertur, Angelorum frequentia ineſſe non dubitatur: periculoſum eſt tale aliquid dicere, vel agere quod loco non conuenit. Si enim Dominus illos de templo eiecit, qui victimas quæ ſibi offerrentur* [d] *emebant, vel vendebant: quantò magis illos iratus inde abiciet qui mendacijs, vaniloquijs, riſibus, & huiuſcemodi nugis locum diuino cultui mancipatum fœdant.*

[d] Matt. 21.

11. *Miſſarum ſolemnia nequaquam alibi niſi in Eccleſia celebranda ſunt, non in quibuſlibet domibus, & in vilibus locis, ſed in loco quem elegerit Dominus, iuxta illud, quod ſcriptum eſt* [e]*: Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus, vt ponat nomen ſuum ibi.* X.

[e] Deut. 12.

12. *Nulla fœmina cum presbytero in vna domo habitet. Quamuis enim canones matrem, & ſororem & huiuſcemodi perſonas, in quibus nulla ſit ſuſpicio, cum illo habitare concedant. Hoc nos modis omnibus idcircò amputamus, quia in obſequio ſiue occaſione illarum veniunt aliæ fœminæ, quæ non ſunt ei affinitate coniunctæ, & eum ad peccandum illiciunt.*

13. *Obſeruandum vobis eſt, vt & vos ab ebrietate abſtineatis, & vt plebes ſubditæ abſtineant prædicetis, & neque per tabernas eatis bibendo aut comedendo, neque domos, aut vicos curioſitate qualibet peragretis, neque cum fœminis, aut cum quibuſlibet impuris perſonis conuiuia exerceatis. Niſi fortè paterfamilias quilibet vos ad domum ſuam inuitauerit, & cum coniuge ſua & prole velit vobiſcum ſpiritali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem caritatis officio exhibere. Oportet enim, vt ſi quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis: à vobis reficiatur epulis ſpiritalibus.*

14. *Nullus presbyter fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ de alterius presbyteri parochia perſuadeat, vt ad ſuam Eccleſiam concurrant, relictâ propriâ Eccleſiâ, & ſuas decimas ſibi dent. Sed vnuſquiſque ſuâ Eccleſiâ, & populo contentus, quod ſibi non vult fieri alteri nequaquam faciat, iuxta illud Euangelicum: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem facite illis. Quiſquis autem contra hæc conſtituta venerit, aut his monitis noſtris reniti tentauerit, aut gradum ſe ſciat amiſſurum, aut in carcere longo tempore detinendum.* XI.

15. *Hoc quoque modis omnibus prohibemus, vt nullus veſtrum alterius clericum ſolicitet, aut recipiat, quia grauis de hac re in ſacris canonibus ſententia eſt.*

16. *Si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, aut laico munera dare, aut dediſſe, vt Eccleſiam alterius presbyteri ſubripiat: ſciat ſe pro hac rapina, & ſæua cupiditate, aut gradum amiſſurum, aut in carceris ærumna longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.*

17. *Si paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptiſmi gratiâ de cuiuſlibet parochia allatus fuerit, ei baptiſmi ſacramentum nullo modo negetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectauerit, & ille paruulus abſque baptiſmatis gratia mortuus fuerit: nouerit ſe ille qui eum non baptizauit, pro eius anima rationem redditurum.*

18. *Nullus presbyter, ſeu laicus præſumat calicem, aut patenam, aut quælibet vaſa ſacra, & diuino cultui mancipata ad alios vſus retorquere. Nam quicunque de calice ſacrato aliud bibit præter Chriſti ſanguinem, qui in ſacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet quã ad altaris miniſterium, deterrendus eſt exemplo Balthaſar, qui dum vaſa Domini in vſus communes aſſumpſit, vitam pariter cum Regno amiſit.* XII.

19. *Si quis ex presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem conſanguineum ad ſcholam mittere in Eccleſia ſanctæ Crucis, aut in monaſterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Liſardi, aut in cæteris de his cœnobijs, quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus.*

20. *Presbyteri per villas & vicos ſcholas habeant. Et ſi quilibet fidelium ſuos paruulos ad diſcendas litteras eis cõmendare vult, eos ſuſcipere, & docere non renuant, ſed cum ſumma caritate eos, attendentes illud quod ſcriptum eſt* [f]*: Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cùm ergo eos doceant,*

[f] Dan. 12.

nihil ab eis pretij pro hac re exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod ei parentes caritatis ſtudio ſua voluntate obtulerint.

XIII. 21. *Cùm ergo omnium ſanctarum ſcripturarum pagina inſtrumentis bonorum operum referta ſint, & per ſanctarum ſcripturarum campos poſſint inueniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur: libuit nobis huic noſtro Capitulari inſerere ſententiam cuiuſdam Patris de inſtrumentis bonorũ operum, in qua magna breuitate quid agi, quidúe vitari debeat continetur. In primis Dominum Deum tuum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute. Deinde proximum tanquam te ipſum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiſcere, non falſum teſtimonium dicere, honorare omnes homines, & quod ſibi quis fieri non vult, alij ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum. Corpus caſtigare, delitias non amplecti, ieiunium amare, pauperes recreare, nudum veſtire, infirmum viſitare, mortuum ſepelire, in tribulatione ſubuenire, dolentem conſolari. A ſecularibus actibus ſe facere alienum. Nihil amori Chriſti præponere, iram non perficere, iracundiæ tempus non reſeruare, dolum in corde non tenere, pacem falſam non dare, caritatem non derelinquere: Non iurare, ne fortè periures. Veritatem ex corde & ore proferre: malum pro malo non reddere, iniuriam non facere, ſed & factam patienter ſufferre. Inimicos diligere, maledicentes non maledicere, ſed magis benedicere. Perſecutionem pro iuſtitia ſuſtinere. Non eſſe ſuperbum, non vinolentum, non multum edacem, non ſomnolentum, non pigrum, non murmuroſum, non detractorem, ſpem ſuam Deo committere: Bonum aliquid in ſe cùm viderit, Deo applicet, non ſibi. Malum verò ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi reputet. Diem iudicij timere, gehennam expaueſcere, vitam æternam omni concupiſcentiâ ſpiritali deſiderare, mortem quotidiè ante oculos ſuſpectam habere. Actus vitæ ſuæ omni horâ cuſtodire. In omni loco Deum ſe reſpicere pro certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum alliſdere, & ſeniori ſpiritali patefacere. Os ſuum à malo, vel prauo eloquio cuſtodire, multum loqui non amare, verba vana aut riſui apta non loqui, riſum multum aut excuſſum non amare. Lectiones ſanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala ſua præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidiè in oratione Deo confiteri. De ipſis malis de cætero emendare, deſideria carnis non perficere. Voluntatem propriam odiſſe, præceptis ſacerdotis & præceptoris in omnibus obedire, etiam ſi ipſe aliter quod abſit, agat. Memores illud Dominicum præceptum [a]: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Non velle dici ſanctum antequàm ſit, ſed priùs eſſe, quod veriùs dicatur. Præcepta Dei factis quotidiè adimplere, caſtitatem amare, nullum odiſſe, zelum & inuidiam non habere, contentionem non amare, elationem fugere, & ſeniores venerari, iuniores diligere. In Chriſti amore pro inimicis orare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire, & de Dei miſericordia nunquam deſperare. Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritalis, quæ cùm fuerit à nobis die noctúque inceſſabiliter adimpleta, & in die Iudicij reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit [b]: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum.*

COMPENDIOSA MONITIO OMNIVM BONORVM OPERVM.

[a] *Matt. 23.*

[b] *Iſai. 64.*

XIV. 22. *Commonendi ſunt fideles, vt generaliter omnes à minimo vſque ad maximum orationem Dominicam, & Symbolum diſcant, & dicendum eis, quod in his duabus ſententijs omne Fidei Chriſtianæ fundamentum incumbit, & niſi quis has duas ſententias & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione ſæpiſſimè frequentauerit, Catholicus eſſe non poterit. Conſtitutum namque eſt, vt nullus chriſmetur, neque baptizetur, neq; à lauacro fontis illius ſuſcipiatur, neque coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet teneat, niſi Symbolum & orationem Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his quos ad loquendum ætas minimè perduxit.*

23. *Dicendum illis, vt ſingulis diebus, qui ampliùs non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet, & veſpere, dicens Symbolum, vel orationem Dominicam, vel: Qui plaſmaſti me, miſerere mei, vel etiã: Deus propitius eſto mihi peccatori, & Deo gratias pro quotidiana vita commeantibus, & quia ſe ad imaginem ſuam creare dignatus ſit, & à pecudibus ſegregare. His actis, & ſolo Deo creatore ſuo adorato, Sanctos inuocet vt pro ſe intercedere ad Maieſtatem diuinam dignentur. Hæc faciant quibus baſilicæ locus prope eſt in baſilica. Qui verò in itinere, aut pro qualibet occaſione in ſiluis aut in agris eſt, vbicumque eum ipſa hora matutina vel veſpertina inuenerit, ſic faciat, ſciens* DEVM *vbique præſentem eſſe, dicente Pſalmiſta* [c]: *In omni loco dominationis eius. &* [d]: *Si aſcendero in cælum, tu ibi es, &c.*

[c] *Pſal. 102.*

[d] *Pſal. 138.*

XV. 24. *Dies verò Dominici, quia in eo Deus lucem condidit, in eo manna in eremo pluit, in eo Redemptor humani generis ſponte pro ſalute noſtra a mortuis reſurrexerit, in eo Spiritum ſanctum ſuper diſcipulos infudit; tanta eſſe debet obſeruantia, vt præter orationes, & Miſſarum ſolemnia, & ea, quæ ad veſcendum pertinent nihil aliud fiat. Nam & ſi neceſſitas fuerit nauigandi, ſiue iterandi, licentia datur, ita dumtaxat vt harum occaſione Miſſæ & orationes non prætermittantur. Conueniendum eſt ſabbato die cum luminaribus cuilibet Chriſtiano ad Eccleſiam. Conueniendum eſt ad vigilias ſiue ad matutinum officium: Concurrendum eſt etiam cum oblationibus ad Miſſarum ſolemnia, & dum ad Eccleſiam conuenitur, nulla cauſa dici debet, vel audiri, nulla iurgia ſunt habenda ſed tantummodò Deo vacandum eſt in celebratione videlicet ſacrorum officiorum, & exhibitione eleemoſynarum, & in Dei laudibus cum amicis proximis & peregrinis ſpiritaliter epulandum.*

25. *Admonendi ſunt, vt hoſpitalitatem diligant, & nulli hoſpitium præbere detrectent, & ſi cui fortè hoſpitium præſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, niſi fortè ille, qui à te recipitur ſponte ſua aliquid det. Dicendumque illis, qualiter multi per hoſpitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apoſtolo* [e]: *Per hanc enim placuerunt quidam Deo, Angelis hoſpitio ſuſceptis. & iterum* [f]: *Hoſpitales ſine murmuratione. Et ipſe Dominus ad Iudicium dicturus eſt* [g]: *Hoſpes eram, & collegiſtis me. Sciant ſanè quicunque hoſpitalitatem amant, Chriſtum ſe in hoſpitibus recipere. Nam ille modus hoſpitalitatis non ſolum inhumanum, ſed etiam crudelis eſt, quo numquam hoſpes in domum ante recipitur, niſi prius dandi hoſpitij merces compenſetur, & quod Dominus agere iuſſit pro perceptione Regni cæleſtis, pro acquiſitione terrenarum rerum agatur.*

[e] *Hebr. 13.*

[f] *1. Petr. 4.*

[g] *Matt. 25.*

XVI. 26. *Prædicandum eſt etiam vt periurium fideles caueant, & ab hoc ſummopere abſtineant; ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in Lege, & Prophetis ſiue Euangelio prohibitum. Audiuimus enim quoſdam paruipendere hoc ſcelus, & leuem quodammodo periuris pœnitentiæ modum imponere. Qui noſſe debent, talem de periurio, qualem & de adulterio, de fornicatione, de homicidio & de cæteris criminalibus vitijs pœnitentiam imponendam. Si quis verò perpetrato periurio aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiæ longam ærumnam, ad confeſſionem venire noluerit, ab Eccleſia repellendus eſt, ſiue à communione, & conſortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in ſuam eum domum recipiat.*

27. *Dicendum eſt eis vt à falſo etiam teſtimonio abſtineant, ſcientes & hoc grauiſſimum ſcelus eſſe, & ab ipſo Domino in monte Sinai prohibitum, dicente eodem Domino* [h]: *Non falſum teſtimonium dixeris. ſiue* [i]: *Teſtis falſus non erit impunitus. Sciat ſcilicet quiſquis hoc perpetrauerit, aut ſoli pœnitentia purgandum. vt ſuperiùs dictum*

[h] *Exod. 20.*

[i] *Prou. 19.*

eſt de per-

eſt de periurio, aut tali damnatione, & excommunicatio-
ne damnandum, ſicut ſuperius inſertum eſt. Dicendumque
illis eſt, quod ſummam dicam ſtultitia, ſed nequitia eſt pro
cupiditate argenti, & auri, aut veſtimentorum, aut cuiuſ-
libet rei, aut quod creberrimè contingere ſolet, propter e-
brietatem in tam grande ſcelus corruere, vt aut ſeptem an-
nis in arcta ærumna ſit, aut ab Eccleſia ſit repulſus, dicente
a Matt. 16. *Domino* [a]*: Quid prodeſt homini ſi lucretur totum mundũ,*
& animæ ſuæ detrimentum faciat? quippe cum alijs videa-
tur pius exiſtere, ſibimet crudelis exiſtat.

XVII. *28. Hortamur vos paratos eſſe ad docendas plebes. Qui*
ſcripturas ſcit, prædicet ſcripturas. Qui verò neſcit, ſaltem
b Pſal. 36. *hoc, quod notiſſimum eſt, plebibus dicat* [b]*: Vt declinent à*
malo, & faciant bonum. Inquirant pacem, & ſequantur
eam: quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces
eorum, &c. Nullus ergo ſe excuſare poterit, quod non habe-
at linguam, vnde poſſit aliquem ædificare. Mox enim vt
quemlibet errantem viderit, prout poteſt & valet, aut ar-
guendo, aut obſecrando, aut increpando ab errore retra-
hat, & ad peragendum bonum opus hortetur. Cùm verò
Domino opitulante, ad Synodum in vnum conuenerimus;
ſciat noſtra vnuſquiſque dicere quantum Domino adiuuan-
te laborauerit, aut quem fructum acquiſierit. Et ſi quis for-
tè noſtro indiget adiutorio, nos cum caritate admoneat, &
nos cum caritate nihilominus ei pro viribus adiutorium
ferre non differemus.

29. Admonere debet infideles, vt aſſiduitatem & ſtu-
dium habeant orandi. Ipſe autem orandi modus talis eſſe
debet, vt primitùs dicto Symbolo, quaſi Fidei ſuæ recenſito
fundamento, dicat quiſquis eſt, tribus vicibus: Qui plaſma-
ſti me, miſerere mei. & tribus vicibus: Deus propitius eſto
mihi peccatori, & compleat orationem Dominicam. Si er-
go locus, aut tempus exegerit, deprecetur ſanctos Apoſtolos,
& Martyres, vt pro eo intercedant. Et armatâ fronte ſigno
Crucis, eleuatis cum corde & manibus, & oculis, Deo gra-
tias agat. Si verò tempus ad hæc omnia peragenda minùs
ſufficiens fuerit, ſufficiat tantùm: Qui plaſmaſti me, miſe-
rere mei. &: Deus propitius eſto mihi peccatori, & oratio
Dominica tantùm cum gemitu & contritione cordis.

XVIII. *30. Omni etenim die Deo in oratione noſtra, aut ſe-*
mel, aut bis, aut quanto ampliùs poſſumus, confiteri debe-
c Pſal. 31. *mus peccata noſtra, dicente Propheta* [c]*: Delictum meum*
cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non abſcondi. Dixi
D *confitebor aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu re-*
miſiſti impietatem peccati mei. Facta etenim confeſſione
cum gemitu, & lachrymis Domini in oratione, recitandus
eſt pſalmus quinquageſimus, ſiue XXIV. ſiue XXXI. atque
alij ad rem pertinentes, & ſic complenda eſt oratio. Quia
confeſſio quam ſacerdotibus facimus, hoc etiam nobis ad-
miniculum affert, quia accepto ab eis ſalutari conſilio, ſa-
luberrimis pœnitentiæ obſeruationibus, ſiue mutuis oratio-
nibus peccatorum maculas diluimus. Confeſſio verò, quam
ſoli Deo facimus, in hoc iuuat, quia quantò nos memores
ſumus peccatorum noſtrorum, tantò horum Dominus ob-
liuiſcitur: & è contrario quantò nos horum obliuiſcimur,
d Ier. 34. *tantò Dominus reminiſcitur, dicente Propheta* [d]*: Et pecca-*
E *torum tuorum non memorabor. Tu autem memor eſto,*
e Pſal. 50. *quod Dauid Propheta ſe feciſſe teſtatur, cùm dicit* [e]*: Quo-*
niam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum
contra me eſt ſemper.

31. Confeſſiones dandæ ſunt de omnibus peccatis, quæ
ſiue in opere, ſiue in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt
principalia vitia, ſine quibus vix vllus inueniri poteſt. Eſt
enim gaſtrimargia, hoc eſt, ventris ingluuies: ſecundò,
fornicatio: tertiò, accidia, ſiue triſtitia: quartò, auaritia:
quintò, vana gloria: ſextò, inuidia: ſeptimò, ira: octauò, ſu-
perbia. Quando ergo quis ad confeſſionem venit, diligen-
ter debet inquiri, quomodo, aut quâ occaſione peccatum
perpetrauerit, quod peregiſſe ſe confitetur, & iuxta modũ
facti debet ei pœnitentia indicari. Debet et perſuaderi, vt &

A *de peruerſis cogitationibus faciat confeſſionem. Debet ei et-*
iam iniungi, vt de octo principalibus vitijs faciat ſuam con-
feſſionem, & nominatim ei debet ſacerdos vnumquodque
vitium dicere, & ſuam de eo confeſſionem accipere.

32. Eſurientes ſatiandi ſunt, ſitientes potandi, nudi o- XIX.
periendi, infirmi, & qui in carcere ſunt viſitandi, & hoſpi-
tes colligendi, dicente Domino [f]*: Eſuriui enim, & dediſtis* f Matt. 25.
mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. Nam
hæc omnia, & in ſe quiſque debet ſpiritaliter agere, & in a-
lijs corporaliter adimplere: quia penè nihil proſunt hæc o-
mnia ad vitam æternam compenſandam, ſi luxurioſè, ſu-
perbè, inuidè, & (ne ſingula replicem) ſi vitioſè & inordi-
natè quis viuat, & a cæteris bonis operibus vacet. Qui ergò
videt ſe Chriſtum non habere, qui dixit [g]*: Ego ſum panis* g Ioan. 6.
B *viuus, qui de cælo deſcendi; & caritatem, quæ eſt paſtus a-*
nimæ, non habet, eſurit quidem; ſed ſi per bona opera Chri-
ſto adiungit ſe, & caritatis dulcedine replet, eſurientem o-
minimè ſe pauit. Qui doctrinam Spiritus ſancti, & ſcriptu-
rarum ſanctarum fluentis caret, ſitiens eſt; ſed ſi ſe fluentis
verbi Dei irrigat, & mentem ſuam ſpiritalis poculi dulce-
dine ebriat, iſte ſe ſitientem potat. Qui videt ſe iuſtitia, ſine
cæteris bonorum operum exhibitionibus nudatum, & in-
duit ſe iuſtitia ſiue cæteris virtutibus: nudum ſe procuidu-
bio veſtit. Si in lecto vitiorum ſuorum iacet, & morbo ini-
quitatis ſuæ laborat, & funibus peccatorũ ſuorum conſtri-
ctus eſt, & vitiorum ſuorum ſordibus obſitum pariter in te-
nebris iniquitatis ſuæ, eſt infirmus quidem; ſed ſi de lacu
vitiorum per confeſſionem egreditur, & per pœnitentiæ la-
C *menta vinculis peccatorum abſoluitur, & ad lucem bono-*
rum operum egreditur, infirmum, & in carcere poſitum ſe
procuidubio viſitat. Si in huius vitæ via videt ſe laborare,
& vitiorum procella quaſi quadam aeris intemperie in-
quietari, & receptaculum bonorum operum non habere,
ſciat ſe in itinere poſitum hoſpitio egere; at ſi ſe ad virtutũ
domum deducat, & ſeſe in earum tutamine recipiat, ho-
ſpitem quidem ſuſcipit. Quæ omnia cùm ſibi ſpiritaliter
exhibet, Chriſtum in ſe, cuius ipſe membrum eſt, paſcit, po-
tat, veſtit, viſitat, ac ſuſcipit.

33. Admonendi ſunt fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ, vt fi- XX.
lios ſuos, & filias ſuas doceant parentibus obedientiam ex-
hibere, dicente Domino [h]*: Fili honorifica patrem tuum. Nã* h Eccl. 3.
& ſi parentes erga filios ſuos, ac filias ſuas modeſtè debent
D *agere, dicẽte Apoſtolo* [i]*: Et vos parentes nolite ad iracundiã* i Epheſ. 1.
prouocare filios veſtros. Nam & hoc dicendum eſt eis, vt ſi
illi genitali affectu parcere velint iniurijs filiorum, non hæc
impunè Dominus ſinit, niſi fortè digna pœnitentia exhi-
beatur; & quia leuius eſt filijs parentum qualibet flagella
ſuſcipere, quàm Dei iram incurrere.

34. Admonendus eſt populus, quod hæc ſit vera caritas,
qua Deum diligit plus quàm ſe, & proximum tanquam ſe
& quæ nihil vult alij facere, niſi quod ſibi vult fieri. Et plu-
ra quæ recenſere longum eſt. Nam & quicunque in potu &
cibo, & dandis atque accipiendis rebus caritatem tantùm
putant: non mediocriter errant, dicente [k] *Apoſtolo: Re-* k Rom. 14.
gnum Dei non eſt cibus, & potus. Nam & ipſa quando
E *cùm caritate faciunt, bona ſunt & inter virtutes cõputãda.*

35. Admonendi ſunt, qui negocijs ac mercationibus re-
rum inuigilant, vt non plus terrena lucra, quàm vitam cu-
piant ſempiternam. Nam qui plus de rebus terrenis, quàm
de animæ ſuæ ſalute cogitat, valdè à via veritatis aberrat;
& iuxtà quemdam ſapientem, in vita ſua perdidit intima
ſua. Sequendus eſt enim in hac parte, ſicut & in cæteris A-
poſtolicus ſermo [l]*, qui ait: Et ne quis ſupergrediatur neque* l 1. Theſſ. 4.
circumueniat in negotio proximum ſuum: vindex eſt enim
Deus de his omnibus. Sicut enim ab his qui labori agrorum,
& cæteris laboribus victum atque veſtitum & neceſſaria v-
ſibus humanis acquirere inhiantes ſtant, decimæ, & elee-
moſynæ dandæ ſunt: ita his quoque qui pro neceſſitatibus
ſuis negocijs inſiſtunt, faciendum eſt. Vnicuique enim ho-
mini Deus dedit artem qua paſcatur, & vnuſquiſque de

arte ſua de qua corporis neceſſaria ſubſidia habet, anima quoque (quod magis neceſſarium eſt) ſubſidium adminiſtrare debet.

XXI. 36. *Hebdomada vnâ ante initium Quadrageſimæ confeſſiones ſacerdotibus danda ſunt, pœnitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & omnia iurgia ſedanda, & dimittere debent debita inuicem de cordibus ſuis, vt liberiùs dicant: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ſic ingredientes in beata Quadrageſima tempus mundi & purificati mentibus ad ſanctum Paſcha peraccedant, & per pœnitentiam ſe renouent, quæ eſt ſecundus baptiſmus. Sicut enim baptiſmus peccata, ita pœnitentia purgat. Et quia poſt baptiſmum peccator denuò non poteſt baptizari, hoc medicamentum à* D O M I N O *pœnitentia datum eſt, vt per eam vice baptiſmi peccata poſt baptiſmum diluantur. Septem enim modis peccata dimitti, ſcripturæ ſanctæ demonſtrant. Primo in baptiſmate, qui propter remiſſionem peccatorum datus eſt. Secundo per martyrium, iuxta illud quod ait Pſalmiſta*[a]*: Beatus cui non imputauit* D O M I N V S *peccatum. Quia iuxta eiuſdem Dauid ſententiam*[b]*: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Remittuntur peccata per baptiſmum, teguntur per pœnitentiam, non imputantur per martyrium. Tertio per eleemoſynam, iuxta Danielem qui profano Nabuchodonoſor Regi ait*[c]*: Peccata tua eleemoſynis redime in miſericordijs pauperum. & illud*[d]*: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccatum. Et* D O M I N V S *in Euangelio: Verumtamen date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Quarto ſi remittat quis peccanti in ſe peccata ſua iuxta illud*[e]*: Dimittite & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis. & illud*[f]*: Sic & pater veſter dimittet vobis peccata veſtra, ſi remiſeritis vnicuique de cordibus veſtris. Quinto per prædicationem ſuam quis, & per bonorum exercitium alios ab errore ſuo conuertat, iuxta illud quod ait Apoſtolus*[g]*: Quoniam ſi conuerti fecerit quis peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & cooperit multitudinem peccatorum. Sexto per caritatem, iuxta illud*[h]*: Caritas* D E I *cooperit multitudinem peccatorum per* I E S V M C H R I S T V M D O M I N V M *noſtrum. Septimo per pœnitentiam, iuxta illud quod ait Dauid*[i]*: Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.*

[a] Pſal. 31.
[b] Ibidem.
[c] Dan. 4.
[d] Eccl. 3.
[e] Luc. 6.
[f] Marc. 11.
[g] Iac. 5.
[h] 1. Petr. 4.
[i] Pſal. 31.

XXII. 37. *Ipſa autem Quadrageſima cum ſumma obſeruatione cuſtodiri debet, vt ieiunium in ea præter dies Dominicos, qui abſtinentia ſubtracti ſunt, nullatenus reſoluatur, quia ipſi dies decimæ ſunt anni noſtri, quos cum omni religione, & ſanctitate tranſigere debemus. Nulla in hac occaſio ſit reſoluendi ieiunij, quia alio tempore ſolet ieiunium caritatis cauſa diſſolui, iſto verò nullatenus debet. Quia in alio ieiunare in voluntate & arbitrio cuiuſlibet poſitum eſt: in hoc verò non ieiunare præceptum Dei tranſcendere eſt. Et in alio tempore ieiunare præmium abſtinentiæ acquirere eſt: in hoc verò præter infirmos ac paruulos, quiſquis non ieiunauerit, pœnam ſibi acquirit, quia eoſdem dies Dominus, & per Moſen, & per Eliam, & per ſemetipſum ſacro ieiunio conſecrauit.*

38. *Diebus verò ieiunij eleemoſyna facienda eſt, & cibum vel potum quo quiſque vti debuit ſi non ieiunaret, pauperibus eroget: quia ieiunare, & cibos prandij ad cœnam reſeruare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum.*

39. *Solent plures, qui ſe ieiunare putant, mox vt ſignum audiunt ad Nonam, manducare, qui nullatenus ieiunare credendi ſunt, ſi ante manducauerint, antequam veſpertinum celebretur officium: concurrendum eſt enim ad Miſſas, & auditis Miſſarum ſolemnibus, ſiue veſpertinis officijs, largitis eleemoſynis, ad cibum accedendum eſt. Si verò aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad Miſſam conuenire non valeat, æſtimata veſpertinâ horâ, completâ oratione ſuâ, ieiunium abſoluere debet.*

XXIII. 40. *Abſtinentia verò in his diebus omnium delitiarum eſſe debet, & ſobriè, & caſtè viuendum. Qui verò ouis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt. Qui autem his, aut infirmitate interueniente, aut quolibet opere, abſtinere non poteſt, vtatur. Tantum vt ieiunium vſque ad veſperum ſolemniter celebret: & vinum non ad ebrietatem, ſed ad refectionem corporis ſui ſumat. A caſeo verò, lacte, butyro, & ouis abſtinere, & non ieiunare, dementiſſimum eſt, & omni ratione ſemotum. Vini enim ebrietas, & luxuria prohibita ſunt, non lac & oua. Non ait Apoſtolus*[k]*. Nolite comedere lac & oua, ſed, nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.*

Hæc, vbi de ſunt piſces & oleum, ex antiqua conſuetudine conceſſa.
[k] Epheſ. 5.

41. *Singulis diebus Dominicis in Quadrageſima, præter hos, qui excommunicati ſunt, ſacramenta corporis, & ſanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in Cœna Domini, & in Paraſceue, in vigilia Paſchæ, & in die Reſurrectionis Domini penitùs ab omnibus communicandum, & ipſi dies Paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt.*

42. *In his ieiuniorum diebus nulla lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus, & in opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos, qui contentiones & lites Quadrageſimæ tempore exercent, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam, dicens*[l]*: Ecce in die ieiunij veſtri inueniuntur voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.*

[l] Iſai. 58.

43. *Abſtinendum eſt enim in his ſacratiſſimis diebus à coniugibus, & caſtè & piè viuendum, vt ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, & ſic perueniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia penè nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant.*

XXIV. 44. *Admonendus eſt populus, vt ad ſacroſanctum ſacramentum Corporis & ſanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abſtineat; ſed cum omni diligentia eligat tempus, quando aliquamdiu ab opere coniugali abſtineat, & vitijs ſe purget, virtutibus exornet, eleemoſynis, & orationibus inſiſtat: & ſic ad tantũ ſacramentum accedat. Quia ſicut periculoſum eſt, impurum quemque ad tantum ſacramentum accedere, ita etiam periculoſum eſt ab hoc prolixo tempore abſtinere, ſalua ratione eorum qui excommunicati non quando eis libet, ſed certis temporibus communicant, & religioſis quibuſcumque ſanctè viuentibus, qui penè omni die id faciunt.*

45. *Vt miſſæ quæ per dies Dominicos peculiares à ſacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt per eas populus à publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ hora tertia canonicè fiunt abſtrahatur, quia peſſimus vſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſiue in quibuſlibet feſtiuitatibus mox vbi Miſſam celebrare, etiamſi pro defunctis ſit, audierint, abſcedunt vt per totum diem à primo mane ebrietati, & comeſſationi potius quam Deo deſeruiant.*

XXV. 46. *Admonendus eſt populus, vt ante publicum peractum officium ad cibum non accedat, & omnes ad ſanctam matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia, & prædicationem audituri conueniant; & ſacerdotes per Oratoria nequaquam Miſſas niſi tam cautè ante ſecundam horam celebrẽt, vt populus à publicis ſolemnitatibus non abſtrahatur. Sed ſiue ſacerdotes, qui in circuitu vrbis, aut in eadẽ vrbe ſunt, ſiue populus, vt prædiximus, in vnum ad publicam Miſſarum celebrationem conueniant, exceptis Deo ſacratis fœminis, quibus mos eſt ad publicum non egredi, ſed clauſtris monaſterij contineri.* hucuſque Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi ad ſuos epiſtola.

Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, hoc anno, mortuo Theodoto Meliſſeno, cognomento Caſſitera, *id eſt, Stanneo* (vt habet Ioannes Curopalata) Epiſcopo Cõſtantinopolitano hęretico Iconoclaſta,

claſta, Ioannes ſextus huius nominis, eiuſdemq́; hęreſis propugnator acerrimus eidem per Theophilum Imperatorem ſubſtituitur; de quo iſta ipſe: *Cū Theodotus Meliſſenus diutiùs Conſtantinopolitanum thronum obtinuiſſet, ac vitâ functus nuper eſſet, Ioannes Theophili pædagogus illius excipit thronum, accepto ſacerdotio velut impietatis atque perfidiæ præmia.*

IOANNES CONSTANTINOPOLITANVS EPISCOPVS.

XXVI. Quod ad tempus pertinet, cum auctore Zonarâ, certum ſit ipſum ſediſſe annos ſex vſq; ad obitum ipſius promotoris Imperatoris Theophili, & eius Imperij nonniſi ſex anni ſuperſint: planè concedendum eſt, hoc ipſo anno ſedere hunc cœpiſſe, prædeceſſore longè ſceleſtiorem: tales quidem meruit ea ſecta habere patronos Antiſtites. Iſte quidem (vt auctor eſt idem Curopalata) anteà Syncellus ex magiæ peritia magnam apud ipſos hæreticos concitarat exiſtimationem. De ipſius enim primordiis habet iſta: *Tulit hunc Ioannem hæc magna vrbs aliarum omnium vrbium princeps à Morochazariorum ſtirpe oriundum, quem ſenili iam ætate monaſterium glorioſiſſimorum Martyrum Sergij & Bacchi, quaſi draconem quemdam in Eccleſia delitescentem recepit. In qua ipſa per dignitatis gradus ad ſummum euectum, & Iconomachorum ſecta egregiè adductum, præſtigijs incumbentē, & peluium diuinationibus in omni vita, præcipuéque dilectum Michaeli Balbo Theophili patri, ſiue quod eiuſdem hæreſis particeps eſſet, ſiue quòd eloquentia præſtare videretur, & magiſter Theophili fuiſſet, poſtquàm habenas Imperij ſuſcepit, Syncellum ipſum declarandum, & hoc honore afficiendum curauit; deinde quoque Patriarcham Conſtantinopolis inſtituit, quod ei quædam per peluium vaticinia & præſtigias prædixiſſet.* At quænam fuerint iſta, ita declarat.

IDEM IOANNES MAGVS

XXVII. *Excurſiones olim fecit in Romanorum regionem natio perfida & dura, ſub tribus ducibus militans. Quo vt verisimile erat, dolente ac ſe excruciante Theophilo, Ioannes hortabatur, vt omnem animi metum deponeret, & fiducia compleretur, ſi ſuo tantum conſilio obtemperaret. Fuit autem conſilium tale: In illis æreis ſtatuis, quæ ad Euripum Hippici poſitæ ſunt, etiam ſtatua quædam ſtare videbatur tribus capitibus ornata. Iubet igitur Ioannes totidem numero quot capita malleos ex ære conflari, eoſdemque viris manu præſtantibus committi; qui conſtitutâ quâdam horâ nocturnâ, ſecum ad illam ſtatuam quam dixerat, accederent; & quando ipſis imperaret, malleis capita validè percuterent, quoad in terram deijcerentur quaſi vno impulſu & vna plaga. Imperator igitur his verbis oblectatus, ita fieri imperauit; cùmq; eò profecti eſſent viri illi cum Ioanne nocte intempeſtâ (erat autem Ioannes laicâ veſte, ne deprehenderetur indutus) dixiſſetq́; magica quædam verba, quibus omnem vim ſtatuæ ademit: iuſſit viros viriliter ac fortiter percutere, & duo validiſſimis ictibus duo ſtatuæ capita deiecerunt, tertius remiſſiore plagâ illatâ, parū quidem inclinauit, non tamen totum præcidit caput. Quibus ſimilia in ducibus illius nationis conſecuta ſunt. Exortâ enim quadam ingenti ſeditione in exercitu, inſecutaq́; ipſâ inteſtinâ pugnâ duo duces cadunt, & tertius percuſſus eſt, non tamen lethali plagâ. Doluit tamen ob vulnus acceptū: atq; ita gens illa debilitata domum reuerſa eſt. Et quæ ad ipſius magicā artem pertinent, hæc fuêre.* ſed de eius germano, idem auctor iſta ſubiungit.

MAGICÆ ARTES IOANNIS PATRIARCHÆ CONST.

XXVIII. *Mago iſti frater germanus erat, nomine Arſaber, fortunæ Patricius; huic ager ſuburbanus erat, ad ſiniſtram freti partem propè monaſterium S. Phocæ, quod ſumptuoſa habebat ædificia, porticuſq́; & balnea, & alia ad commorandum iucunda loca. Ibi magus frequentans hoſpitia, ſubterraneam quandam conſtruxit domum, à tergo portis ædificatis, quibus volentes intromitteret.*

LOCVS DEPVTATVS MAGICIS DIVINATIONIBVS.

Admittebat igitur ad illam improbam officinam quicūque vellent; & modo ſeruabantur nuptæ, monachæ, & aliæ mulieres formâ decoræ, quibuſcum ſtupra committebat: modò extiſpicia, & peluium diuinationes & incantationes, & necromantiæ exercebantur, quibus ſæpenumerò vi dæmonum futura quædam prædicebat. Verùm has domus cùm poſtea ad regij cubiculi præfectum perueniſſet, ſolo æquata eſt & monaſterium conſtructum Phocæ Martyri dedicatum. ſed iſta poſt mortem Theophili Imperatoris. Eademq́; de Ioanne habent reliqui Græcorum recentiores qui ex ipſo iſta ſcripsêre.

Agebat intereà Theodorus vnà cum Theophane fratre ſuo in inſula relegatus biennium; cùm iterum inde ambo iuſſu Imperatoris Conſtantinopolim ad certamen Fidei reuocantur. Qualiter autem iſti in hoc poſteriori certamine ſe geſſerint, ex Actis eorum celebri oratione tractatis dicemus. ſic enim ſe habent.

XXIX. *Duobus pòſt annis in exilio conſumptis, ſoli ex alijs iuſſu Imperatoris veniunt Conſtantinopolim. Maiori enim, etſi planè inani, deſiderio tenebatur Imperator habendi Theodorum & Theophanem eadem quæ ille ſentientes, quā imperandi omnibus, qui nullo iure ab eo diſſentiebant. Verùm enimuerò operæpretium eſt ea quæ deinceps ſequuntur declarare per illa ipſa verba epiſtolæ, quæ hic S. Theodorus communem ſimul cum fratre componens epiſtolam mittit ad Ioannem, qui tunc erat Antiſtes Cyzicenæ Eccleſiæ, & ad reliquam Orthodoxorum multitudinem, enumerans quæcumque eos pati accidit ab illo Dei inimico Theophilo, dum decertarent pro diuinis imaginibus: & quemadmodum poſt multa tormenta eis crudeliter compuncti fuerunt oculi. Si autem in epiſtola ſunt quædam ſimplicia & rudia, non ideò apud eos qui rectè iudicant, & ſunt eruditi, dabunt ea teſtimonium quod qui ſcripſit eſſet ineruditus. Sed primùm quidem quod ipſe vteretur indifferenter dictione & nominibus, & non hoc magnum putaret neque dignum in quo elaboraret; deinde autem quod etiam vellet ipſa planè verba, ſicut dicta ſunt in interrogationibus & reſponſionibus ſimpliciter & inornatè adduci. ſic autem habet ad verbum epiſtola.*

THEODORVS ATQVE THEOPHANES CONFESSORES REVOCANTVR CONSTANTINOPOLIM.

XXX. *Magnam facerem iniuriam, ſi ſilentio traderem ea quæ in nos facta ſunt, cùm multi deſiderarent audire & diſcere, & maximè poſſunt eſſe ad Dei gloriam & multorum vtilitatem, ſi dicantur & audiantur: neque parum conferunt ad confutandos impios, & ad refellendum eorum dogmatum imbecillitatem, & telæ araneorum ſimilem.* Deinde hæc quoque dicit paulò pòſt: *Cum ergo tunc veniſſet qui iuſſis inſeruiebat Imperatorijs, & aſcendiſſet in inſulam Aphuſiam, nos magnâ celeritate abreptos ducit in ciuitatem; cauſam cur traheremur affirmans ſe ignorare, niſi quod cum magna feſtinatione & celeritate dicebat ſe eſſe miſſum. Venimus itaq; in ciuitatem, cùm eſſet octauus dies Iulij. Cùm autem Imperatori apparuiſſet ſolus is qui nos duxerat, iuſſus eſt nos ſtatim includere in Prætorio. Poſt ſex verò dies, nempe quartodecimo eiuſdem menſis, accerſimur ad Imperatorem. Noſtro adductu iam in omnium animis præcognito & expectato, quod ſcilicêt ad Imperatorem ducendi eſſemus, vt pœnas lueremus: neq; licebat aliud videre & audire niſi terrores & minas, alijs quidem crudeliter dicentibus: Cedite quamprimùm & abſque omni cunctatione iuſſis Imperatoris; alijs verò nos acerbiſſima paſſuros, ſi non pareremus, proteſtantibus; alijs verò dicentibus: Tenentur dæmonum ſpiritu, & alia huiuſmodi, & his deteriora, quæ noſtris auribus accipiebamus. Et hæc quidem audiebamus priuſquàm ad Aureum, quod dicitur, adduceremur triclinium.*

EPIST. THEODORI CONFESSORIS AD IOANNEM CYZICENVM.

XXXI. *Adductis autem, & oſtium ingreſſis, nos Præfecto præcedente, viſus eſt à nobis Imperator valdè terribilis & tramſpirans, multis hinc & illinc nos circumſiſtentibus. erat hora circiter decima, & Præfectus qui eo vſque venerat diſceſſit, ſolos nos relinquens in conſpectu Imperatoris. Is autem, cùm nos adoraſſemus, aſperiore & acerbiore voce iuſſit ac-*

cedere propius. Cùm ad eum ergò vſque veniſſemus, interrogauit dicens: In quanam regione nati eſtis? Cùm nos reſpondiſſemus: In Moabitide. Ille rurſus ijs verbis: Et cur huc VERBERANTVR CONFESSORES. *veniſtis, inquit? Et priuſquam reſponderemus iuſſit nobis verberari vultum. Multas verò plagas & graues inflixerũt qui percutiebant, adeò vt nos impleremur vertigine & humi caderemus. Etenim niſi eius qui percutiebat tunicam in pectore apprehendiſſem, ad ſcabellum Imperatoris ſtatim eſſem deiectus; tenens autem veſtem plagas accepi immotus, donec Imperator iuſſit eum ceſſare percutere.*

XXXII. *Cùm ceſſarent qui percutiebant, rurſus rogauit Imperator: Quanam de cauſa huc veniſtis? hoc verò ſibi volebat id quod dicebat: Quanam de cauſa nolentes eamdem quam nos amplecti fidem, veſtrâ ſponte ingreſſi eſtis in eamdem quam nos habitationem? Cùm nos autem tacuiſſemus, & oculos humi deieciſſemus: ad Præfectum qui propè adſtabat, impudenti oratione & torue aſpectu conuerſus, cùm magna ira ac voce aſpera hæc locutus eſt: Tolle eos, & in eorum facie inſcribe & inſculpe hos iambos, & trade eos duobus Sarracenis, & abducant eos in terram ſuam. Propè* B *verò adfuit, qui eos habebat iambos, qui eos etiam fuerat meditatus, nomine Chriſtodulus, cui etiam iuſſit eos legere, hoc etiam adiiciens: Etſi non ſint pulchri, ne ſit tibi curæ: Is autem dixit: In componendis verſibus tam accuratè ſumus exercitati, vt ſatis ſit ad eos deridendos. Et ideò quidam qui aderat, ad gratiam loquens, ei dixit: Ne digni quidem ſunt iſti, ô domine, vt ſint iambi pulchriores. Satis eſt autem illos ipſos ita vt ſe habebant inſerre narrationi.* C Fuit namque illorum argumentum, vitam ipſorum duplici calumnia infamare, prima videlicet, quod cùm iidem perrexerint Hieroſolymam, ibiq; adeò turpia perpetraſſe, vt illinc exigentibus prauis operibus expulſi fuerint: & quod pergentes Conſtantinopolim, eam de ſuis ſceleribus pœnam acceperint, vt vultibus eo modo inſcriberentur. ſed audi iambos.

Cunctis ad vrbem eam adire volentibus
Stetêre vbi Verbi Dei caſti pedes,
Terrarum orbis vt per id queat conſiſtere,
Apparuerunt iſti honorando in loco
Erroris impij mala vaſa & reproba.
Cùm multa feciſſent ibiq; perturpia
Grauiaq; quod deeſſet eis recta Fides,
D *Illinc abacti ſunt ſicut Apoſtatæ,*
Confugientes autem ad vrbem Imperij
Stultitiam haud reliquerunt nefariam.
Quare notati & inſcripti vt malefici.
Damnantur, exiguntur q; improbi iterum. Hactenùs iambi numero duodenario conditi, vt mirum ſit tot verſus potuiſſe in hominis exarari vultu. Sed pergit idem Theodorus Confeſſor ex dicta ad Ioannem Cyzicenum epiſtola:

XXXIII. *His lectis iuſſit nos abduci in Prætorium. Et poſtquàm ingreſſi eſſemus, & ad eam quæ dicitur Thermaſtram iam veniſſemus: accedens quidam iuſſit nos reuerti. Et cùm maxima celeritate ſiſtit nos ante Imperatorem. Qui cùm nos* E *vidiſſet: Sic, inquit, veriſimile eſt vos cùm receſſeritis eſſe dicturos, Imperatorem illuſimus; ſed ego cùm vos priùs illuſero, dimittam. Cùm ſic dixiſſet, iuſſit nos exui. Cùm ambo autem exuti eſſemus, verberabar ego, ſic aſſiduè clamante Imperatore, & eos qui flagellabant, adiurante: Sic te in me geris? Da pulchrè. Verberabatur itaque & tergum & pectus abſque vlla clementia & miſericordia. Ego cùm diu flagris caderer, vociferabar: Nihil peccauimus in tuum Imperium. & rurſum: Domine miſerere. &: Sancta Deipara veni ad noſtrum auxilium. Deinde etiam verberarunt fratrem ſimiliter clamantem & dicentem: Sancta Deipara, ipſa quoque fugiſti in Ægyptum portans Filium tuum: reſpice in me qui propter ſimilem tibi fugam p[...]nior: Domine, Domine qui liberas pauperem à potente,*

A *& à manu eorum qui ſunt eo fortiores, ne diu differas tuũ nobis dare auxilium. Et cùm ſic ambos concidiſſet, quantum volebat, iuſſit nos exire.*

XXXIV. *Alius autem rurſus egreſſus ad nos, accurrit, iubens reuerti. Quidam verò miſſus ab Imperatore rogauit: Quanam de cauſa morte Leonis Imp. læti eſtis? Et cur cùm ad eum acceſſiſſetis, non amplexi eſtis eamdem cum illo fidem? Ad hæc nos: Neque morte Leonis læti ſumus; ſed neque ad eum acceſſimus: neque Fidem propter vos qui cum tempore mutamini, omninò abolere, aut etiam innouare ſuſtinemus. Cùm is autem ſubiunxiſſet: Non veniſtis imperante Leone? Nequaquam, diximus, ſed eo imperante qui te præceſſit. Ille verò: Rectè, rectè, inquit, erat verò is exactor vecti-* B *galium curſus. Tunc venimus in Prætorium, cùm iam eſſent tenebræ. Cùm autem quatuor dies præteryſſent: coram Præfecto præſidente ſiſtimur. Is verò cùm nos multis minis tormentorum terruiſſet, & dixiſſet, ſe priùs nos eſſe caſtigaturum, ac deinde etiam vultus inſcripturum, & Sarracenis traditurum: iuſſit vt id faceremus, quod eſſet gratum Imperatori. Erat autem cum eo etiam Chriſtodulus & eius pater. Nobis verò fortiter recuſantibus, & dicentibus nobis eſſe paratos ſubire vel mille mortes, & nunquam nos eſſe polluendos vel ſolo aſſenſu communione eorum qui contempſerunt & deſpicatui habuerunt Chriſtianam Fidem & confeſſionem, etiam ſi oculos effoderint, etiam ſi corpus igni tradiderint. Cùm hæc diceremus, pater Chriſtoduli loquens aduerſarijs, quaſi nobis gratificans: Nunquam (dixit Præfecte) iſti adorauerunt imaginem; ne-* C *que ſcio quid fecerint, quod huc venerant. Cui ego aperè: Recede à me, inquam, neſcis quid dicas, neque de quibus affirmes.*

XXXV. *Præfectus autem rurſus vtens blanditijs: ſemel, inquit, ſemel ſolũ communicate: nec aliud exigimus: & ego ibo vobiſcum in Eccleſiam, & deinde ite quo vobis placuerit. Ego verò ei dixi ſubridens: Simile quid dicis, ô domine Præfecte, vt ſi quis alium rogans dicat: Nihil aliud pete, niſi ſemel tuum caput amputare, & tum poſtea vade quo velis. Scias ergò hoc quoque nobis eſſe pudori, quod audeat nos aliquis exhortari ad communionem, ad quam neſcio quomodo ſuades vt accedamus, & non potiùs, vt qui procul eſt remotus, perſuadeatur. Eſt enim faciliùs facere, vt terra ſit surſum & cœlum deorſum, quàm nos traducere à pietate. Tũc* D *iuſſit inſcribi noſtros vultus. Et cùm adhuc in nobis inflammata eſſent plagæ quas ex flagellis acceperamus, & graues* INSCRIBVNTVR VVLTVS CONFESSORVM. *afferrent dolores, extendentes ſuper ſcamna, vultus noſtros inſculpebant. Cùm verò longo tempore vultus pingerent, occidente ſole, tenebræ factæ ſunt. quod quidem effecit, vt vel inuiti ceſſarent inſcribere.*

XXXVI. *Egreſſuri verò diximus Præfecto, & ijs qui aderant: Sciatis, Cherubim quæ has viderint litteras, eſſe ceſſura, & flammeam rhomphæam verſis tergis conceſſuram nobis ingreſſum in Paradiſum, vt quæ ſit reuerita noſtros vultus pro communi Domino tam ignominioſè inſculptos. Hoc enim à vobis ſolis factum eſt à ſæculo, & eſt hoc nouum inuentum, & reddidiſtis omnes benignos ac clementes qui aduerſus diuinum noſtrum dogma inſanierunt. In facie Chri-* E *ſti omninò agnoſcemini, & vobis exhibebuntur legendæ hæ litteræ: ipſe enim dixit[a]: Quæcunque feciſtis vni horum minimorum, mihi feciſtis. Hæc verba poſtquàm audiuit* [a] Matt. 25. *Imperator per Præfectum, viſus eſt dicere attonitus, vt arbitror à verborum operatione: Si ſcirem hoc eſſe verum, eas toti meo populo inſcriberem. Atque nos quidem hæc, cùm multa ſint alia, breuiùs declarauimus, eorum quæ geſta ſunt habentes multos teſtes, quos ſcio plura his & operoſiùs narraturos ea quæ tunc facta & dicta ſunt, vt qui ea meliùs obſeruauerint quàm nos; neque enim in angulo, neque in occulto hæc facta ſunt, ſed & in theatro & medio orbis terrarum. & ſic quidem epiſtola.*

XXXVII. Iure quidem appellat Theodorus præſentes teſtes, qui viderint. eò quòd nõ omnia ipſe quæ geſta

eſſent

eſſent ea vnâ incluſiſſet epiſtolâ, multaq; prætermiſ-A ſe ſciens, quæ ij qui ea ſpectaſſent oculis, omnibus nota facere potuiſſent: nam Ioânes Curopalata his iſta addit tunc accidiſſe, quæ hiſce deſcribit verbis: *Sed improbus Tyrannus Theophanem, Theodorumq; fratrem eius, cum ſapiētia illos multu præſtare noſſet: ad Lauſiaci Triclinium ſibi eos præſto eſſe iuſſit, vt de Fide publicè diſſererent: Agite, inquit, vos ô execrabiles, quibus adductis ſcriptura verbis idola (ſanctas imagines incontinenti mente & lingua ita vocant) ſic colitis, multoſq; & integros viros idem facere perſuadetis? adiecitq; alia quæpiam maledicta & abſona impudentiori voce contra Christi Dei noſtri imaginem: Beati illi: Obſtruatur (dixere) os loquens contra Deum iniquitatem.* B *At ille tunc occultatâ leoninâ pelle, vulpinam præſefert, Prophetarumq; oracula & teſtimonia requirebat, quæ imagines coli permitterent. Cumq; alter fratrum beatus Theophanes dictum quoddam ex Iſaia prophetia protuliſſet: non ita ſe habere, Theophilus cōtradicebat. Et ſimul illius librum voluens oſtendit citò verba fidelia. At vbi adulteratum ab ipſo non modo verbum hoc, Sancti exclamauit, verum etiam omnia quæcumque ad eius manum perueniſſent: illum ſibi adduci librum iuſſit, qui in Patriarcha bibliotheca, in Thomaite, ad hanc partem ſitus eſſet, ad ſua dicta confirmanda.*

Disputatio Theophili imp. cum Theophane confessore.

XXXVIII *Poſtquam igitur miſſus fuit, ac dicti citius librum adduxit, vlterò Imperator ipſum voluens à dicto aberrauit, & pudore perfuſus, dictum quod quærebatur, & præteribat, & aliu atq; alius in locu inquirebat. Sed vbi à beato Theophane docebatur, digito demonſtrante, ſi adhuc tria folia* C *præteriret, fore vt ſtatim quod quærebatur, deprehenderet: tunc non amplius æquo animo ferens indicia quibus liberè arguebatur, ſibiq; conſcius, ita ſe habere rei veritatem, abiecta ſua animi diuturna lenitate, quæ vſque tunc fuerat vſus, & patefactâ immanitate: haud iuſtum eſt, inquit, Imperatorem Romanorum à talibus viris haberi ludibrio; & quod reliquum erat, imperauit, in Lauſiaci mſocepio ipſos adductos, flagris cædi, & grauiſſimas illis infligi vſque ad ducentas plagas.* hæc ex prætermiſſis. Poſt verò dictam recitatam epiſtolam (vt quę ſecuta ſunt, proſequamur) idem ſubdit hæc auctor, qui eorumdem res geſtas conſcripſit.

XXXIX *Poſt tam inhumanum & tam nouum ſupplicium, quod propter diuinarum imaginum adorationem iſti beati ſub-*D *ierant, eorum vultu adhuc ſtillante ſanguine, traduntur in carcerem. Deinde Iannæ improbis ſuggeſtionibus, qui tūc cum eſſet eiuſdem ſententiæ, cuius Imperator, tenebat Eccleſiam Conſtantinopolitanam, damnantur exilio. Eos autem ſuſcipit Apamea Bithyniæ; cum iuſſum eſſet ab Imperatore, vt ne ſepulturam quidem eorum corpora conſequerentur; partim quidem eos afficiente contumeliâ, partim vero communiter inuidente Orthodoxis poſſeſſionem tam bonam & tam deſiderabilem.* hæc ipſe. At quę in itinere, cum in exilium deportarentur, illis acciderint, ſic accipe ex Cedreno.

XL. *Ante hos etiam ſanctus Methodius in quadam inſula relegatus, viuus cum duobus latronibus in ſepulchro clauſus fuerat, in eoq; à piſcatore quodam nutriebatur. In quē* E *piſcatorem cum incidiſſent Theophanes & Theodorus, & Methodij rerum quis eſſet ſtatus, ex eo cognouiſſent: per eūdem in hanc ſententiam ſcribunt ad eum.*

Qui viuus inter viuos eſſe deſiit
Vitamq; præbet mortuus, terram incolens
Polumq; obit; vinctos grauati vinculis,
Frontes, ei ſcribuntq;, inſcripti litteris.

Mutua salutatio sanctorum confessorum.

Reſcripſit Methodius opera eiuſdem piſcatoris.

Quorum libris inſcripta ſunt cæleſtibus
Nomina, piaq; frontes inſcripta notis,
Hos qui ſepultus ante funus eſt ſuum
Vinctos ſalutat, & ipſe vinculis grauis.

hæc tunc mutua ſalutatio ſummæ gloriæ Confeſſorum, de quibus ſuis locis inferiùs rursùs dicendum erit.

XLI. *Ad hæc autem* (ſubdit his Ioannes Curopalata) *beatum quoque Michaelem Syncellum Eccleſiæ quæ eſt in ſancta ciuitate, multis cum aliis monachis Theophilus Imp. in carcerem coniecit, diuturnis cruciationibus eos adducere ſperans. Talia erant ipſius contra Sanctos neſaria facinora. Et ita illum qui propter nos homo factus eſt, verum Deum contumeliis afficiebat, eiuſq; veros cultores non breui ac definito tempore, ſed in omni ſua vita vexabat, & in huiuſmodi calamitates cōijciebat, quibus nullum poſſit adhiberi remedium.* Deſunt Acta tot inſignium Cōfeſſorum, vt penè ieiunos tranſire opus ſit innumera eademq; peregregia facta Sanctorum.

Michael Syncellus vocatus ad bornas.

B Sed reddamus hic, quæ extat epiſtola ad eumdem Michaëlem Syncellum conſcripta à Theoduro Studita ante aliquot annos, cum in humanis eſſet Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quando ipſe Michael aliò pergens, Dei voluntate, actus maris tempeſtate, Conſtantinopolim venire compulſus eſt. Ita quidem Deo bene conſulente rebus Orthodoxorum, vt è Palæſtina proficiſcentem illuc coegerit abire, virum doctrina & vitæ moribus inſignem, ſic ſe habet[a].

a Theod. l. 2. ep. 213.

Michaeli Syncello Hagiopoleos.

XLII. *Scribo nunc ad reuerentiam tuam, quando mihi Dei nutu obtigit, vt epiſtolæ miniſtrum nanciſcerer, alioquin ex ipſa cuſtodia noſtra id ipſum facturus eram, nec ſemel* C *modò, ſed bis etiam, ac ſæpiùs fortaſſe. Neque enim quia extranei vos eſtis, idcircò nos veſtri ſpecie diſſimiles; ſed quia ex vna adoptionis matre geniti, & eodem ſinceræ Fidei charactere formati, & fratres & conciues, caput habentes Chriſtum, cuius cum corpus ſimus & membrum de membro, congaudere inter nos debemus in proſperis, angiq; pariter in aduerſis. Verùm quomodo vos, cum aliò profecti eſſetis, impulit temporum violentia, vt in eorum qui rerum hîc potiuntur, retia incideretis? Quid autem ad hoc dicemus aliud, quàm quod ſcriptura ſancta dicit?* [b] *Et certamen duxit Iehu. ſed illic quidem ad Regnum Iſrael, hîc vero ad teſtimonium veritatis. vt nūc etiam impleatur quod ſcriptum eſt:* [c] *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.*

Theodori Studitæ epist. ad Michaëlem Syncellum.

b 4. Reg. 18.

c Iſai. 2.

XLIII. *Age, meus beatiſſima, iſta fortiter, monemus: glorifica* D *Deum in corpore tuo & in ſpiritu. Dic & ipſe cum diuino Apoſtolo:* [d] *Scio quod hoc mihi proueniet ad ſalutem per veſtram orationem & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti, ſecundum expectationem & ſpem meam, quia in nullo confundar, ſed in omni fiducia, ſicut ſemper & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. En dulce certamen! En felicem commutationem! per breues tribulationes & anguſtias, ſeu plagas, & ſanguinis guttas, Deū fieri, & Deo, qui verè eſt, potiri. Solus ergo factus es (vt accepimus) ab iis ſenſu diuiſus, qui ſæculum hoc amant: ſed cum iis coniunctus, qui veritatis ſuſtinent defenſionem. Hinc te Martyrum chorus integrum ſuſcipere deſiderat. Hinc confeſſorum cœtus manum porrigit, vt in* E *locum ſuum recipiat.*

d Philip. 1.

XLIV *Haudquaquam deſiſcamus ab hac prælata chorea, ô venerande, neque omnium ſpes confundamus, deſideratiſſime. Quanta pertuliſti? adeò vt nomen tuum paſſim ab his & illis auditum ſit. Nunc autem tamquam in montem virtutum per confeſſionem ſubuectus, conſpicuus mundo factus es, & faciem geris ſole lucidiorem cum ſermone vitam, ad gloriam Patris noſtri qui in cælis eſt. In locum deductus es ſublimiorem, lingua obiectus maledicæ, quid non vellicanti? quid non mentienti? dum te ab excelſo & diuino ſenſu flectere conatur. Sed auditione accepimus, quantus & ipſe ſis gratiâ Dei, qui vita ſermonem geras, ſapientiæ fluctum ex ore promas, variis propoſitionibus congruentia opponēdo. Nos vero humiles illud dicimus & teſtamur,*

 ſele-

ſelectos & olim & nunc hierarchica huic ſedi præfuiſſe, qui dogmatum peritiâ totam de ſacris imaginibus ſpeculationem & doctrinam deſcripſerunt & tradiderunt. Et ſi Apoſtolicis verbis dicendum eſt: [a] *Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Hinc enim progreſſa tamquam ex portis inferi hæreſis Iconomachica: hic quoque repreſſa eſt. quin reprimetur etiamnunc magis Spiritus ſancti afflatu, quando increpabit Chriſtus peruerſum hoc reuera mare, in quo multa circa Fidem naufragia, non tam mentis peruerſitate, quàm imperantium formidine. Attamen emerſerunt multi è procella, Spiritus ſancti clauo nixi, & multa martyria, & pietatis ſcripta monumenta vniuerſum errorem expellentia, & veritatis pulchritudinem omnibus fidelibus mentibus demonſtrantia. Quibus cum ſeruetur & reuerentia tua, bonum certans certamen, curſum conſummans, vt iuſtitiæ coronam accipiat. Ita ſit.* hactenus Theodori ad Michaëlem Syncellum epiſtola ſcripta, vt diximus, cum adhuc viueret Nicephorus Patriarcha Confeſſor. Sed iam ad res Occidentalis Eccleſiæ.

[a] Rom. 5.

XLV. Hoc anno Gregorius Romanus Pontifex (vt auctor eſt Sigebertus & alij) monuit Ludouicũ Imperatorem, vt in Gallia atque Germania feſtiuitas omnium Sanctorum Kalendis Nouembris celebraretur, quã hactenus Romani ex Bonifacij Papæ inſtituto celebrare conſueuerunt. Quod tùm ab ipſo, tùm ab Epiſcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mirâ cõſenſione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum.

De feſta die omnium Sanctorum in Galliis et Germania celebranda.

De his agens Albinus ſiue Alcuinus in commentario de diuinis Officiis, hæc ait: *Conſtitutum eſt vt plebs vniuerſa per totum orbem in Kalendis Nouembribus, ſicut in die Natalis Domini ad Eccleſiam in honorem omnium Sanctorum ad Miſſarum ſolemnia conuenire ſtudeat, vt quicquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in ſolemnitatibus Sanctorum minus plenè peregiſſet, in hac ſancta obſeruatione ſolueretur.* hæc cum ſcribit Albinus, quem claruiſſe diximus tẽporibus Caroli Magni, ad hæc etiam tempora fuiſſe ſuperſtitem, opus eſt affirmare.

Porrò ante hęc tempora in Galliis atque Germania, eiuſmodi ſacram omnium Sanctorum ſolemnitatem minimè celebratam fuiſſe, docent diuerſorum Conciliorum canones de feriis ſeruandis ſanciti, in quibus cum de alijs feſtis in Eccleſia celebrare ſolitis mẽtio habeatur, de hac ſolemnitate nullum prorſus habetur verbum, ſicut nec apud eos qui de officiis Eccleſiaſticis in hanc diem commẽtarios conſcripſere.

IESV CHRISTI
Annus 836.

GREGORII PA. IV. Annus 9. LVDOVICI 23. THEOPHILI 7. IMPP.

I. Lotharius mouet arma aduerſus Eccleſiæ Romanæ populum.

ANNI, qui ſequitur octingenteſimi trigeſimiſexti, Indictione decimaquartâ notatur ingreſſus, quo Lotharius Italiæ Rex in Gregorium Papam infenſus Romanam Eccleſiam haud leuitèr perturbauit, pro qua Ludouicus Imperator laborare non deſtitit. Res geſta ab eiuſdem temporis ſcriptore aulico Ludouici ita deſcribitur: *Nuntiatum eſt Imperatori, quod Lotharius conditiones ſacramentorum dudum promiſſas irrumperet, maximeq́ Eccleſiam S. Petri, quam tam auus eius Pipinus, quàm pater eius Carolus necnon ipſe in tutelam ſuſceperat, homines eius crudeliſſimâ clade vexarent. Quæ res animum illius, Ludouici Imp. ſcilicet, mitiſſimum adeò exaſperauit, vt quodammodò extraordinariè (vt videbatur) Miſſos dirigeret: nullum penè ad tantum iter conficiendum ſpacium tribuens; miſit Legatos ad Lotharium, commonens ne talia fieri permitteret, monens vt memor eſſet, quia quando ei Regnum Italiæ donauit, etiam curam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſimul commiſit; & quam ab aduerſariis defendendam ſuſceperat, nequaquam à ſuis diripi permitteret: commonens etiam ſacramentorum nuper ab eo ſibi promiſſorum, ne fortè obliuiſcens atque paruipendens ea, diuinitatem offenderet: quod ſibi impunè non futurum, non ignoraret; ſimul etiam iubens parare ſibi ſtipendiarias annonas, ſtatiuaſq́ congruas per omne iter, quod Romam tranſmittit. Dicebat enim ſe Limina beatorum Apoſtolorum viſere velle. Quod ne fieret, irruptio Normandorum in Friſiam impediuit. Ad quorum inſolentiam comprimendam pergens, miſit Miſſos ad Lotharium, Fulconem ſcilicet Abbatem & Richardum Comitem, necnon Adrebaldum Abbatem, quorum Fulco & Richardus reſponſum ſibi à Lothario referrent, Adrebaldus porrò Romam pergeret, Gregorium Papam de neceſſariis conſulturus, & voluntatem Imperatoris, ceteraq́ ſibi iniuncta perlaturus.*

Ludouicus Imp. ſolicitus pro conſeruandis iuribus Rom. Eccleſiæ.

II. *Sed Lotharius de his conuentus, necnon de rebus quarumdam Eccleſiarum ablatis, quæ in Italia ſunt, quibuſdam annuit; quædam ſe non poſſe ſeruare, reſpondit.* hæc Legati retulerunt Ludouico, cum fugatis Normãdis, eſt reuerſus. De miſſo autem Legato Romam, iſta idem auctor ſubdit: *At verò Adrebaldus Romam, vt iuſſum ſibi fuerat, perueniens: dominum Gregorium Papam ægrotantem reperit, & maximè fluxu ſanguinis, qui licet ſenſim, continuè tamen ex naribus defluebat. Sed tantâ alacritate & gaudio ad verba Imperatoris, & compaſſiones eius recreatus eſt, vt profiteretur penè ſe incommoditatis propriæ oblitum. Itaque admiſſum ad ſe opulentiſſimè curauit apud ſe conſiſtentem, & ditiſſimè munerauit recedentem, mittens cum eo duos Epiſcopos Petrum Centumcellenſis vrbis, & Georgium Regionarium Romanæ Vrbis, ſimul Epiſcopum.*

Lotharius prout audiuit memoratorũ Epiſcoporum ad dominum Imperatorem aduentum, miſit Leonem, qui tũc apud illum magni loci habebatur, Bononiam, qui magno intentato terrore, vlteriùs progredi Epiſcopos prohibuit. Adrebaldus tamen epiſtolam Imperatori deſtinatam ab eis occultè ſuſcepit, & cuidam ſuorum ſub obtentu mendici, quouſque Alpes tranſiret, ferendam commiſit, ac poſt Imperatori porrexit. hactenus de rebus Eccleſiæ Romanæ anni huius.

III. Sed mirandum illud accidit, vt Ludouicum Imperatorem pro Eccleſia Romana ſolicitum, plura & inexpectata cõſecuta fuerint bona: etenim Deus expetiit vltionem de aduerſarijs eius, quibus ipſe pepercerat, ſiquidem lues ingruens, eos qui principes ſeditionis fuiſſe viſi eſſent extinxit, & Normandos graſſantes in Friſios abſque vlla hominum cæde in fugam conuertit. Sed quomodò commotus fuit Imperatoris animus auditâ morte aduerſariorum, ab eodem auctore ſic accipe: *Sed & Imperatoris animum quis miretur dignè, quantâ temperantiâ diuina gubernarit clementia. Etenim hoc ſuſcepto nuntio, nihil in ſe exultauit, nec morti inimicorum inſultauit, ſed pugno pectore tacto, lachrymiſq́ oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus eſt. Hoc tempore Britonum impetus emotus eſt, ſed tam facilè conquieuit, quam Imperator in eum ſpem poſuit, cui veraciſſimè dicitur: Sit teſtimonium tibi Domine, cum volueris poſſe.* iſta ibi. Quibus perſpicuè eſt demonſtratum, pugnare Deum pro Imperatoribus aduerſus hoſtes, cum ipſi ſunt ſoliciti pro defenſione Eccleſiæ iurium.

Deus pugnat pro Ludouico dum ipſe tuetur Rom. Eccleſiam.

IV. Quod rurſum ad Lotharium ſpectat (quantum colligere fas eſt ex rebus geſtis Sergij Papæ, huius

Grego-

Digitized by Google

Gregorij ſucceſſoris cum Ludouico eiuſdem Lotharij filio) cæca dominandi libido mentem ipſius muaſit. Etenim qui aduerſus patrem ea de cauſa mouerat arma, vt eum Imperij poteſtate priuaret: cum ea ſpe penitus ſe fruſtratū eſſe vidiſſet, in matrem eadem ex cauſa furorem conuertit, in ipſam, inquam, Romanam Eccleſiam, à qua fuerat coronatus. Moleſto quidem ferebat animo, ſe titulo nominatum Italiæ Regem, & nonniſi Longobardiæ, earum ſcilicet quas poſſederunt Lōgobardi regionum potiri dominio, ac proinde inuidere Romanæ Eccleſiæ, quæ liberalitate Regum Francorum prædeceſſorum ſuorum nobiliorem videretur partem Italiæ poſſidere. Quamobrem contra iuſiurandum eidem Romanæ Eccleſiæ, cum corona ornaretur, habeo, præſtitum: contraque ipſius parentis Ludouici, Caroli aui, proauiq; Pipini ſancitas pro Romana Eccleſia ſanctiones, dominandi vniuerſæ Italiæ flagrans ipſe cupidine, quas audiſtis aduerſus Romanam Eccleſiam perturbationes excitare cœpit, vlterius progreſſurus, niſi fuiſſet à patre pio Imperatore correptus. Quieuit quoad idem Ludouicus ſuperſtes fuit, quo defuncto, per filium ſuum idem prœlium renouauit: quod Dei virtute citò compreſſum eſt, vt in Sergio, ſuo loco dicturi ſumus. Sed quot ipſe malis poſt hæc fuerit exagitatus, quot preſſus ærumnis æquè ſuis locis & temporibus inferiùs apparebit; modò anni huius reliqua proſequamur.

LOTHARIVS CVR IN ECCLESIAM ROMANAM COMMOTVS

V.

DE TEMPORE CONC. AQVISGRAN. SVB LVDOVICO IMP.

Hoc eodem anno, octauo Idus Februarij Indictione decimaquartâ, celebrata reperitur Synodus Aquiſgranenſis ſub eodem Ludouico Imperatore, de qua dicturi, primum admonendum eſt, in eius exordio, cum tempus deſcribitur eiuſdem celebrati Coocilij, errorem irrepſiſſe in numerum annorum, cum legatur celebratum anno Chriſti Redemptoris octingenteſimo trigeſimotertio, cum nullo modo coaptari poſſit is annus cum Indictione decimaquarta: nec eſt quod in ipſius Indictionis notam mendum potius irrepſiſſe poſſit exiſtimari, quàm in notatos ibidem Chriſti annos; ſiquidem impoſſibile eſt eamdem Synodum ad dictum annum trigeſimumtertium reduci poſſe, quo liquet, Ludouicum ipſum abſque Imperio ſub hoſtium poteſtate, redactum in ordinem, vitam duxiſſe priuatam, iam ſe abdicare coactum; cum & ea quæ in hac Synodo ſcripta habentur, demonſtrent, illa fuiſſe tranſacta tempora, & Ludouicum ipſum ſummâ abſque metu rerum potiri. In numerum verò ita mendum irrepſiſſe mihi facile perſuadeo, vt quod notatum haberetur anno Domini DCCCXXXVI. ſcriptor ita reddiderit XXXIII. quinarij numeri notâ, V, in duo ſic diſſectâ, II. Sed & corrigendum eſt, quod ibidem ſcriptum habetur, eamdem Synodum habitam anno Ludouici vigeſimoquarto, nempe ſequenti, quo non decimaquarta, ſed decimaquinta Indictio ſcribenda fuiſſet. Vt etiam hoc anno ipſa Synodus potius celebrata dicatur, ſuffragatur auctor domeſticus Ludouici, qui res ab eo geſtas, quas præſens inſpexit, deſcribens, hoc ipſo anno (ſi temporum recta ratio habeatur) celebratum ponit Concilium Aquiſgranenſe frequenti collecto Epiſcoporum cœtu, de quo hæc ipſe ſummatim.

VI.

CONCILIVM AQVISGRANENSE.

In ipſis etiam diebus, in quibus Purificatio beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ celebratur, conuentus quidem magnus ſed præcipuè Epiſcoporum Aquiſgrani conuenit, in quo cum de aliis vtilitatibus Eccleſiæ neceſſariis, tum præcipue de his rebus quæſitum eſt, quas Pipinus & ſui multis Eccleſiis abſtulerunt. Ob quam rem Imperialis auctoritatis, & communis conſilij commonitorium ordinatur, quibus commoneretur Pipinus & ſui, cum quanto periculo res Eccleſiaſticas peruaſerint. Quæ res proſperum ſuſcepit exitum. Nam Pipinus monita pij patris, ſanctorumq; virorum libenter ſuſcipiens, omnia inuaſa etiam per auunculi ſui impreſſionem, obedienter reſtituit. hæc ipſe. Subiicitur his apud Aimoinum conſtitutio Pipini Regis pro monaſterio S. Dionyſij, id expoſcente Hilduino eius Abbate, pro confirmatione villarum eidem Ludouico Imp. conceſſarum; ſed quæ reperitur data anno decimoſeptimo Imp. Ludouici, planè ad dictum Concilium minimè ſpectare cognoſcitur.

VII.

Quod quidem admonitione (vt ipſi in eo præfantur Epiſcopi) eiuſdem Imperatoris collectum Concilium conſtat: monuit ipſe Epiſcopos, vt de tribus capitibus potiſſimùm agerent, primum de his quæ ad Epiſcopos pertinere noſcerentur, de vita & doctrina ipſorum. Itemque ſecundo loco de his, quæ ad alios inferioris ordinis Eccleſiaſticos viros, Abbates, rectoreſque Eccleſiarum ſpectarent. Tertio verò loco ad ipſum Imperatorem eiuſque filios atque miniſtros rectè diſponendos videri poſſent congrua eſſe. Quæ petita magna ex parte noſcuntur ex Concilio Parienſi anteà celebrato, de quo ſuo loco ſuperiùs actum eſt; quę & in Capitularibus Regum Francorum inueniuntur eſſe deſcripta.

VIII.

VNDE MALA IN REGNA PROVENIANT.

Porrò in hoc Concilio iidem repetita habetur, & iterum inculcata cauſa, ex qua tot tantaque mala prouenerint in Regnum Francorum, cum iſta videlicet tradunt: *Sæpè aliter vnum obſtaculum ex multo tempore iam inoleuiſſe cognoſcimus: id eſt, quia principalis poteſtas, diuerſis occaſionibus interuenientibus, ſecùs quàm auctoritas diuina ſe habet, in cauſas Eccleſiaſticas proſiluerit; & ſacerdotes partim negligentiâ, partim ignorantiâ, partim cupiditate in ſæcularibus negociis & ſolicitudinibus, vltra quàm debuerant, ſe occupauerint; & hac occaſione aliter quam diuina auctoritas doceat, in vtraque parte actum extitiſſe, dubium non eſt, &c.* & inferius; cum damna, quæ ex his prouenerint reuocaſſent in memoriam, remedia ad ea penitus amouenda æquè adducunt in medium, cum aiunt: *Proinde cum liqueat nos plurimum ac multifariè exorbitaſſe, atque à miniſterio noſtro non minimum exceſſiſſe: in hoc ſummoperè integritatem ſinceritatéque eſſe concuſſam, quod filiorum veſtrorum defectio atque improbitas, ſed & quorumdam procerum peruerſitas atque infidelitas in inauditum à ſæculis facinus excreuiſſe cognoſcitur. Quæ omnia nullo modo integra & ad neceſſarium dignumq; finem perduci poſſe nobis videntur, niſi miſerante Domino, Imperiali poteſtate, paternâ hæreditate, immò vigore ſinceriter reſtituto, honor ſanctæ Dei Eccleſiæ integerrimè reparetur, & Epiſcopalis auctoritas proprio, immò à Chriſto Domino ſibi commiſſo officio denuò ſolidetur.* Hæc pro remedio bene Imperij diſponendi à Patribus ſunt inculcata, tunc Ludouico Imperatori & filiis Regna adminiſtrantibus profutura.

IX.

LVGDVNENSE CONCILIVM.

Sed & eodem quoque anno apud Lugdunum alius conuentus eſt habitus Epiſcoporum, cui & idem Ludouicus cum filiis interfuit, excepto Lothario, qui eſt impeditus eâ quâ hoc anno laborauit infirmitate, ita flagellis à Deo correptus, cum inconceſſa tentaſſet. Porrò in hoc Cōcilio agitata eſt cauſa Eccleſiarū Lugdunenſis ac Viennenſis paſtoribus tunc carentiū, cùm Agebardus Lugdunenſis

Antiſtes contra Imperatorem conſpiraſſet, ſimul & Bernardus Epiſcopus Viennenſis conſcius criminis facti eſſent extorres; verũ Agebardus vocatus reddere rationem, non venit; ſed qui adfuit Bernardus rurſus diffidens cauſæ fugam iniit. Subſtiterunt tamen Epiſcopi, detrectantes adhuc in abſentes ferre ſententiam.

X. Hoc eodem anno, quo prima Normãdorum in Gallias irruptio in Francorum Annalibus recenſetur, facta etiam ponitur [a] tranſlatio S. Viti Martyris ad Corbeiã Saxoniæ: vno enim eodemq; anno cõtigiſſe, reliquias eiuſdem Martyris è Gallijs in Saxoniam eſſe tranſlatas, atq; Normandos auſos irrumpere in Francorum ditionem, ipſe Legatus Caroli teſtatus eſt apud Witichindum, iſtis verbis: *Poſtquã nos deſeruit inſignis Martyr Vitus, & ad noſtrã perniciem, veſtramq; perpetuam pacem Saxoniam viſitauit, communicare tecum maluit. Neque enim poſtquam translatum eſt corpus eius à nobis, ciuilia vel externa ceſſauere bella. Eodem quippe anno Dani & Normandi regionem noſtram inuaſerunt.* hæc Legatus, & alij proſecuti res Francorum & Saxonum.

[a] *Apud Sur. to. 7. die 15. Iunij.*

XI. Hoc igitur anno octingenteſimo trigeſimoſexto Indictione decimaquartã, Ludouici Imp. anno vigeſimotertio eamdem factam eſſe S. Viti reliquiarum translationem, qui præſens fuit auctor, teſtatum relinquit, procuratamq; tradit per Vuarinum Abbatem nouæ Corbeiæ, petentem ab Hilduino ſancti Dionyſij Abbate, vt aliquem ex ſanctis Martyribus, qui illuc delati eſſent, in Corbeiam celebre monaſterium recens erectum transferendum concederet: quod & obtinuit, annuente id etiam ipſo Ludouico Imperatore, necnon Pariſienſi Epiſcopo; factumq; id tradit decimoquarto Kalendas Aprilis, die Dominico, ſummo honore. Pariſios verò Romã translatum idem Sancti corpus ante tradit, per Folradum Abbatem eiuſdem ſancti Dionyſij ſub Pipino Rege, cùm contigiſſet ipſum Romam proficiſci. tranſuectum verò in Saxoniam per Vuarinum Abbatem, repoſitumq; Corbeiæ Idibus Iunij, tradit. Cùm tantum Martyrem Saxones omnes ſuſcipientes in patronum, mira à Deo per eum conſecuti ſunt beneficia. Quanta verò abundantia benedictionis in miraculorum etiam editione, idem Martyr Vitus in Saxoniam venerit, atque permanſerit, liber ipſe de eius translatione conſcriptus ſignificat. Quomodo autem poſt annos centum eiuſdem S. Martyris Viti reliquias, petente Venceslao Duce Boemiæ, Pragam translatæ ſunt, in rebus geſtis eiuſdem Venceslai prolixior habetur [b] oratio.

[b] *Apud Surio 7 die 28. Sept.*

XII. VIRESCIT ECCLESIA SAXONVM EX MIRACVLIS S. LIBORII.

Sed & nouella Eccleſia Paderbornenſis in Saxonia adhuc lacte indigens, miraculorum gratia mirum in modum illuſtratur ex facta hoc item annò translatione [c] ſacri corporis S. Liborij Epiſcopi Cenomanenſis in ipſam, cui hoc tempore præerat Baduardus ſecundus ipſius Antiſtes, qui ad Aldricum Cenomanenſem Epiſcopum Legatos miſit ad id quod peteret impetrandum. Ido Paderbornenſis presbyter, & Ercohredus Cenomanenſis Eccleſiæ Archidiaconus ſcribũt, quæ per eumdem ſanctum Liborium in eo loco & in translatione, & poſteà dignatus eſt Dominus operari. Extat in hunc diẽ libellus de eadẽ translatione cõſcriptus ad Biſonẽ Epiſcopũ Paderbornenſem, qui fuit ordine quartus eius Eccleſiæ præſul. Porrò Ido eiuſdem ſcriptor hiſtoriæ præcipuus inter eos, qui ad tantum obeundum negocium miſſi ſunt, omnem ſuæ profectionis hiſtoriam, & ſigna quæ diuinitus in ea oſtenſa perſpexerat conſcripſit, & ab eo qui accepit ſiue ſcriptis, ſiue viuã voce tradita ſimul ingens in dicto de eius translatione libello contexuit. Hic verò etſi non integrum libellum, ne nimiã prolixitate moleſtiam ingeramus, ſaltem tibi deſcribemus ipſam legationem, qua calor ille fidelũ innoteſcit, quæ breuiter ſic ſe habet.

[c] *Apud Surio 4. die 23. Iuly Crant. hiſt. Sax. lib. 2. c. 28.*

XIII. *Anno Dominicæ incarnationis octingenteſimo trigeſimo ſexto Indictione decimaquarta, cùm præfatus Ludouicus tertium & vigeſimum in Imperio annum ageret, Legati Paderbornenſes de Saxonia profecti, ad vrbem Cenomanicam, quarta Kalendarum Maiarum, die Veneris, inſinuaneſque Epiſcopo cauſam pro qua miſſi fuerant; benignè ab eo ſuſcepti, Dei nutu, vt credimus, ſine mora petita impetrauerunt. Sequenti namque die conuocans omnem clerum, præſente ſuo quoque Chorepiſcopo, Dauid nomine, tractare cùm eis diligenter cœpit, qualiter Miſſorum de tam longinqua parte venientium religioſis precibus decenter in hoc poſſet annuere, vt Sancti alicuius integros, vt petebant, artus accipere mererentur. Erat ibidem Sanctorum corporum magna copia, inter quæ S. Liborij quondam præſulis eiuſdem vrbis præcipuè glorificatum miraculis habebatur inſigne. Quod cùm Epiſcopus præfatis nuntijs dare diſponeret: reniti primò cœpere plurimi, dicentes ſe illis pignoribus pretioſius nihil habere.*

DE S. LIBORII CORPORIS TRANSLATIONE.

XIV. *Tandem vix omnium impetrato conſenſu, aſſumptis ſecum ſacerdotibus, & cuiuſque gradus clericis, ſacri miniſterij veſtibus ornatis, Miſſos qui ſanctos artus accepturi erant adeſſe præcipiens, proceſſit ex vrbe ad Eccleſiam, in qua ſacratiſſimum beati Liborij corpus digno cum honore conditum habebatur. Erat autem eadem Eccleſia iuxta ciuitatem poſita, & in honore duodecim Apoſtolorum dedicata, quam primus eiuſdem ſedis præſul nomine Fabianus condidiſſe fertur. Ad hanc itaque memoratus Epiſcopus, denuntiato prius ieiunio, cum ſacro illo comitatu humiliter ac deuotè, vt ad tale opus decebat, perrexit, viciſſim pſalmos, litanias, hymnoſque decantans. In quam cùm ipſe & plures ſecum ſacros artus de mauſoleo leuaturi conueniſſent: mirum dictu, ſenſere cuncti inæſtimabilis odoris ſuauitate totam domum repentè completam, qui diſſimilis odoramentis omnibus quæ in terris vel naturà vel arte fiunt, clarum cæleſtis cuiuſdam præſentiæ dedit indicium. Ita enim omnium qui aderant, mentes magis quàm corpora ineffabili iucunditate immutauerat, vt velut in ecſtaſi poſiti, aliarum rerum obliti, tantum ibi manendi delectatione tenerentur. Nec dubium quin ipſe tunc fuerit in medio multorum fidelium in ſuo nomine congregatorum, qui paucis quondam diſcipulis ſuæ viſionis dulcedinem præbuit, vt primus eorum diceret [d]: Domine bonum eſt nos hic eſſe,* &c. pergit dicere de eleuatione ſacri corporis, & ingentibus in plures diuerſi generis collatis miraculis. quæ ſi velis tu conſulas, hæc enim ad inſtitutum iam ſatis.

[d] *Matt. 17.*

IESV CHRISTI
Annus 837.

GREGORII PA. IV. Annus 10. LVDOVICI 24. THEOPHILI 8. IMPP.

I. COMETÆ APPARITIO.

SEQVITVR Redemptoris annus octingenteſimus trigeſimusſeptimus, Indictione decimaquintâ, quo Ludouicus Imper. cœleſtibus admonitus ſignis, tanquam proximè moriturus, multa ſanctè pièq; diſpoſuit. Aſtronomus ipſe qui res geſtas à Ludouico conſcripſit, hæc pariter vt ſe habuerunt quam fideliſſimè ita poſteris tradidit: *Mediante*, inquit, *feſtiuitate Paſchali dirum ſemper ac triſte portentũ, ibidem*, Aquiſgrani ſcilicet, *cometa ſidus in ſigno Virginis apparuit, in ea parte eiuſdem ſigni qua penulam eius,*

ſub-

ſubius caudam verò ſerpentis ſimiliter, cornúque conſtringunt. Quod cùm non more errantium ſeptem ſiderum, Orientem verſus peteret, per viginti quinq; dies (quod mirum eſt dictu) idem ſidus & Leonis & Cancri, necnon Geminorum tranſiens ſigna, in capite Tauri tandem ſub Aurigæ pedes, igneum globum, iubarumq; prolixitatem depoſuit, quas vſquequaque porrexerat anteà. Quam rem cum primum Imperator talium ſtudioſiſſimus conſpexiſſet, conſtitit, & ante quam quieti membra committeret, acitum quemdam, itemq; me qui hæc ſcripſi, & qui huius rei ſcientiam habere credebar, percontari ſtuduit, quid ſuper ea mihi videretur.

II. DICOMETA INVESTIGATIO. A quo cùm tempus peterem, quo faciem ſideris conſiderarem, ac per hac rei veritatem inueſtigarem, & cognitam in craſtinum nuntiarem: Imperator ratus (quod erat verum) me tempus redimere velle, ne cogerer triſte aliquid reſpondere: Perge, inquit, in mœnia huic domui contigua, & nobis quæ reſpexeris, nuntia: noui enim, à me hanc ſtellam nequaquam præterito veſpere viſam vel à te monſtratam: ſed ſcio hoc ſignum cometarum eſſe, de quo iam præteritis diebus locuti ſumus. Quid autem tibi portendere videatur, edicito: Cumq; aliquid dicerem, & aliqua tacuiſſem: Vnum eſt, inquit, quod adhuc ſilentio premis: Mutationem enim Regni, mortemq; Principis hoc portentum monſtrari dicunt. Cumq; ego teſtimonium Prophetæ in medium protuliſſem, quo dicitur: [a] A ſignis cæli ne timueritis, quæ pauent Gentes: ille ſolitâ vſus magnanimitate & prudentiâ: Non alium, inquit, timere debemus præter illum, qui noſtri & huius ſideris creator eſt. Sed eius clementiam non ſatis laudare, & imitari poſſumus, qui noſtram inertiam, cum ſimus peccatores & impœnitentes, talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergo & me & omnes communiter hoc oſtentum tangit, omnes pro poſſe & ſapere ad meliora feſtinemus, ne forte miſericordiam illo prorogante, & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni.

[a] Ierem. 10.

III. LVDOVICVS BENE VSVS OCCASIONE. His dictis & ipſe pauliſper mero indulſit, & omnibus id facere iuſſit, & vnumquemq; ad ſua ſe colligere præcepit, noctemq; illam (vt nobis perlatum eſt) peruigilem duxit, ac Dei laudibus & obſecrationibus * honoratam luci ſuperuenienti præſentauit. In cuius crepuſculo miniſtros aulicos vocauit, & eleemoſynas quàm largiſſimè pauperibus, ac ſeruis Dei tam monachis, quam canonicis porrigi iuſſit, Miſſarumq; ſolemnia per quoſcumque potuit, celebrare fecit, non tantum ſibi metuens quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens. & inferius.

* oneratā

CAROLVS CORONATVR REX NEVSTRIÆ. In his Imperator tota æſtate conſiſtens, indixit generalem conuentū Autumni tempore, id eſt, Septēbri mediante, in Cariſiaco. In quo loco & tēpore filius eius Pipinus ab Aquitania ad eum venit, & ipſi conuētui interfuit; vbi Dominus Imperator filium ſuum Carolum armis virilibus, id eſt, enſe cinxit, coronâ regali caput inſigniuit, partemq; Regni quam homonymus eius Carolus habuit, id eſt, Neuſtriā attribuit. Itaque dominus Imperator inter filios quantum poſſibile fuit coagula beneuolentiæ firmato, Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem Regni ipſi attributam dimiſit, & præſentes quidē Neuſtriæ prouinciæ primores Carolo manus dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt, abſentium autem quiſq; poſteà idem fecerunt. hæc de Caroli ad Regnum promotione, atq; de rebus Occidentalibus ſatis.

IESV CHRISTI Annus 838.

GREGORII PAP. IV. Annus 11. LVDOVICI 25. THEOPHILI 9. IMPP.

I. OCTINGENTESIMVS trigeſimuſoctauus qui ſequitur Indictione primâ notatur annus, quo Ludouicus Imp. Lotharium filium in gratiam recepit; defunctoq; Pipino filio Aquitaniæ Rege, Carolo filio eam tribuit prouinciam, partito inter Lotharium atque Carolum vniuerſo Imperio, tradidit Ludouico Baioariam: Ex qua diuiſione rurſus obortæ diſcordiæ, Ludouico indignante, & pro Pipino puero filio Pipini Regis nonnullis nobilibus inſurgentibus, eò quòd à patris Regno viſus eſſet excluſus. Hinc rurſus oonnihil turbatæ ſunt Galliæ, ipſaq; præſertim Aquitania factioſorum eſt vehementer agitata tumultibus. OBITVS PIPINI REGIS ET NOVA PARTITIO REGNI.

Reperitur autem aliâs ſæpiùs à Ludouico Imperatore diuerſis occaſionibus facta eſſe Regnorum partitio, vt inter alias illa quam ex veteribus monimētis Pithœus in lucem prodidit factam inter tres filios, Pipinum, Ludouicum & Carolum, in qua inter cætera illud adſcriptum eſt caput, de obligatione defenſionis Romanæ Eccleſiæ maiorū ſuorum exemplo, quod in omnibus aliis ab ipſo factis diuiſionibus annexum fuiſſe, dubitari non debet, ſecūdum promiſſionem Deo factam à maioribus ſuis, cum ab Apoſtolica Sede coronam fuerint Regni conſequuti, eſt huiuſmodi.

Super omnia autem iubemus atque præcipimus, vt ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam a proauo noſtro Carolo & auo noſtro Pipino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Carolo Imperatore, & à nobis poſteà ſuſcepta eſt; vt etiam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur & iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant: & paſtores atque rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint. hæc de his quæ pertinent in primis ad Romanæ Eccleſiæ, ac demùm ad aliarum Eccleſiarum defenſionem. Ludouicus Imperator, de quo quæ parum arrident ſcripta ſubiicimus. II. DEFENSIO ROMANÆ ECCLES. NOBILIBVS FRANCORVM DEBITA.

Hoc enim anno Fridericum Traiectenſem Epiſcopum conſummaſſe martyrium, [b] cum tradant: cauſam quam puto confictā referunt huiuſcemodi: Hic natione Friſa multum laborauit in Vualachria contra illicita connubia, & in Friſia contra Arianam perfidiam: Ludouicum Imp. voluit condignam agere pœnitentiam, de eo quod Iudith Ducis Bauariæ filiam, ſuæ maieſtatis carnalem conſanguineam contra decreta canonum & Pontificum haberet vxorem ſine licentia ſummi Pontificis, & ſine aliorum præſulum iudicio. Cumq; excommunicationis gladium minaretur, Iudith eum precibus & promiſſis fruſtrà flectere tentauit. Quare duos ſubornauit, qui ſanctiſſimum Friſanicæ gentis Epiſcopum poſt Miſſæ celebrationem pro veritate occiderunt. quod factum eſt anno octingenteſimo trigeſimo octauo. hæc ſummatim ex Actis eiuſdē Martyris Friderici, quæ antiquitùs ſcripta aſſeruari dicuntur in eadem Eccleſia Traiectenſi, ex quibus iſta [c] quæ hæc ſunt ſecuta deprompſimus. III.

[b] Molan. de Sanctis Belgij. die 18. Iulij.

[c] Ext[illegible] apud S[illegible] Act[illegible] 18. Iulij[illegible]

IIII. Porrò Germaniæ & Galliæ Epiſcopi, compertâ cæde immeritâ beati Friderici, vno animo in Imperatorem & Iudith inſurgentes, dixerunt dignos eos eſſe, qui Regno pellerentur, & anathemate percuſſi, melioribus cederēt, qui populum Dei regere non ingulare ſcirēt, eiuſq; legem & cærimonias ſeruarent. Quod vbi Imperator didicit, multum anxius & perturbatus, verebatur, ne ab ipſo ad filios deficerent, ipſoq; pulſo, illos eligerent. Iurauit igitur cum Regina in conſpectu omnium, ſe ab Epiſcopi Friderici cæde immunes eſſe, & neque conſilio, neque voluntate ſua eam rem perpetratam. Ipſos autem ſicarios qui eum peremiſſent, nullibi poſſe reperiri. Tum verò Epiſcopi qui con-

Digitized by Google

aeneràt, domum abiere, miſsiſq; militibus, vbique inquiri illos homicidas iuſſère. Illi igitur certam ſibi necem impendere videntes, accepta à Iuditha mercede tanti ſceleris, è Regno in Regnum profugi ferebantur, donec ſubitaneâ extincti morte, in tartarum demigrarunt. hæc de his ibi.

V. Cæterum quòd multum ob connubium proſcindatur in eis Ludouicus Imperator, laudentur verò qui eius exauctorationis auctores fuerunt Epiſcopi, in quorum in eum accuſationibus illatis nulla de his penitus habetur mentio; multaq; etiam haud temporibus conuenientia pariter coaceruentur, in ſuſpicionem venerunt facta illa, nimirū concinnata fuiſſe ab alio qui aduerſaretur tunc tēporis Ludouico. Sed & cum nullum hactenus reperérim ex veteribus, qui hiſce ſcriptis teſtis accedat, ſuſpectæ magis apud me fidei perſeuerant, aliumq; potius cædis ſanctiſſimi viri cauſam præceſſiſſe putarim. Claruiſſe autem iiſdem temporibus Oidulphus presbyter perhibetur, qui eidem Friderico in Euangelij prędicatione fidus miniſter acceſſit, cuius quoque res geſtæ ſcriptis proditæ extāt[a].

[a] *Extant apud Sur. die 18. Iunij, to. 3.*

VI. Hac eadem Indictione primâ, Lupus monachus S. Benedicti Rabani [b] diſcipulus, educatus ſub Aldrico [c] Abbate qui poſtea fuit Epiſcopus Senonenſis ante Guinilonem, vir doctrina & vitæ moribus præſtans, vocatus in aulam à Iudith Imperatrice, paulò poſt, nempe Kalendis Decembris à Ludouico Imperatore deligitur in Abbatem cœnobij Ferratienſis, ſiti ſub Epiſcopatu Senonenſi, quod multipliciter nominatum reperitur, nempe [d] nomine S. Petri, itemq; S. Iudoci, dictum & Bethlehem, frequentiori vſu monaſterium Ferratienſe ita à loco denominatum. De his omnibus idem ipſe eſt teſtis locuples in ſuis epiſtolis, atque primùm de eius vocatione in aulam hæc in epiſtola ad Rengibertum: [e] *Superiore anno, annitentibus amicis in præſentiam Imperatoris deductus ſum, & ab eo atque Regina benignè omnino exceptus. Et nunc, hoc eſt, decimo Kalen. Octobris Indictione primâ, ad palatium Regina* [*] *quamplurimum valet euocante promoueo: multiq; exiſtimant fore, vt citò mihi gradus dignitatis aliquis cōferatur, &c.* Porrò creatum fuiſſe tunc Abbatem dicti monaſterij Ferratienſis, ipſe ad Rabanum ſuum præceptorem ſignificat iſtis verbis: [f] *Conſenſu fratrum noſtrorum in Kalen. Decembris cœnobium Ferrarienſe mihi commiſſum eſt; dominuſq; noſter Carolus mirâ me dignatione fouens, gratiâ ſuâ donauit. Veſtra igitur beneuolentia me, vnaq; congregationem mihi creditam ſacris orationibus commendare dignetur, vt ſicut ſtudia mea plurimum eruditione adiuuiſti, ſic officij difficultatem aſsiduis precibus temperetis.* accepiſſe autem eam à Ludouico Imp. per interceſſionem Iudith Imperatricis, idē in epiſtola ad Carolum [g] teſtatur, multiſq; aliis locis profitetur. Porrò non prętermittendum, quod non defuncto prędeceſſori, ſed ob grauia delicta depoſito Odoni ipſe ſucceſſit, vt ipſius docent epiſtolæ [h] ad Ionam Epiſcopum Aurelianenſem, & aliæ ad alios [i] datæ.

[b] *Lup. ep. 40.*
[c] *Id. ep. 41.*
[d] *Id. epiſt. 21.*
[e] *Id. epiſt. 6.*
LVPVS CREATVR ABBAS FERRARIENSIS.
[*] quæ.
[f] *Id. ep. 40.*
[g] *Id. ep. 71.*
[h] *Id. epiſt. 21.*
[i] *Id. ep. 23. 24.*

VII. Cæterùm eodem anno, quo ipſe Lupus præfectura monachorum auctus eſt, eius præceptor Rabanus Fuldenſis Abbas abdicans ſe, quietis amore, in Hattonem refudit onus. Ita ipſe teſtatur Lupus in eadem ad ipſum ſcriptâ epiſtolâ [k], quâ de ſua promotione ipſum reddidit certiorem: ſunt hæc eius verba: *Cæterum audiui ſarcinam adminiſtrationis veſtra vos depoſuiſſe, & rebus diuinis ſolummodò nunc eſſe intentos. Hattoni vero noſtro curam ſuderis plenam reliquiſſe cuius rei ordinem, ſimulq; alia, quæcumque videbuntur, beatitudinis veſtra litteris expectabo cognoſcere.* hæc ad Rabanum Lupus, quod & teſtantur Francorum Annales veteres, in quibus legitur: quod tenuit eam præfecturam Hatto vſque ad annum Redemptoris octingenteſimum quinquageſimum ſextum, donec Rabanus vixit. Porrò hac frui requie Rabanus permiſſus eſt vſque ad annum Redemptoris octingenteſimum quadrageſimum ſeptimum, quo, vt dicetur, defuncto Othgario Moguntino Epiſcopo, in locum ipſius, agente Ludouico Rege, ſubrogatus eſt. At de his ſatis.

[k] *Id. ep. 40.*
RABANVS ABDICAT SE A PRÆFECTVRA FVLDENSI.

IESV CHRISTI
Annus 839.

GREGORII PA. IV. Annus 12. LVDOVICI 26. THEOPHILI 10. IMPP.

I. ANNVS ſequitur Redemptoris octingenteſimus trigeſimusnonus, Indictione ſecundâ, quo Ludouicus Imperator Cabilonenſem conuētum habuit, in quo de rebus Eccleſiaſticis atq; politicis componendis actum eſt. Fuit hic annus bellicis tumultibus turbulentior, cum ipſe Imp. aduerſus Ludouicum filium rebellantem, exercitum mouit, eumq; ad ſpontaneam reconciliationem adegit Aquitaniamq; ob nepotem Pipinū inofficioſè prætermiſſum commotam compeſcuit.

Quòd autem & inter Epiſcopos æmulatione exortâ, alter in alterius vindictam intenderet, & inter alios Aldricus Cenomanenſis Antiſtes grauem à comprouincialibus Epiſcopis pateretur inuidiam atque experiretur perſecutionem, Gregorius Papa his cupiens occurrere, aliiſq; conſulere, epiſtolam ſcripſit ad vniuerſos Epiſcopos, quam inuentam in veteribus Vaticanæ bibliothecæ monumentis hîc tibi deſcribendam curauimus: ex ea enim Gratianus complura reperitur intuliſſe in Decretorum volumen. ſic enim ſe habet. [l]

[l] *Vatic. bibl. & in Cod. biblioth. S. Mariæ ſupra Mineruam Rom.*

II. *Dilectiſsimis fratribus vniuerſis Coepiſcopis per Galliā, Germaniam, Europam, & per vniuerſas prouincias conſtitutis Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.*

[m] *Diuinis præceptis & Apoſtolicis ſaluberrimus incitamur monitis, vt per omnium ſtatum impigro vigilemus affectu. Et quia cunctarum, diuinâ diſpenſatione, Eccleſiarum curam gerimus: omnibus noſtra poſcentibus ſuffragia, Apoſtolicâ auctoritate ſubuenire optamus. Quoniam diuina virtutis ac infirmitatis humana ſanctio eſt* (ac ſi diceret Dei & hominis Chriſti Ieſu, eo quod dixit Petro: [n] Confirma fratres tuos) *vt omnium Eccleſiarum negocia, ad noſtra reparationis tendant affectum. Quapropter has ad vos litteras deſtinamus, quibus* [o] *decreto noſtro veſtram rogantes caritatem, mādamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum Aldricum Cenomanica Eccleſia Epiſcopum accuſare damnabiliter attentauerit: vt honoretur beati Petri Apoſtolorum principis memoria, Eccleſiaq; Romana, cui præſedit priuilegium, & noſtri nominis auctoritas: liceat illi poſt auditionem primatis diœceſeos, ſi neceſſe fuerit, appellare, & noſtrâ auctoritate, aut ante nos, aut Legatos noſtros è latere miſſos, iuxta Patrum decreta, ſuas exercere atque finire actiones: nulluſq; illum ante hac iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi (quod abſit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, vt nihil prius de eo, qui ad ſinum ſancta Romana confugit Eccleſia, eiuſq; implorat auxilium, decernat, quam ab eius Eccleſia fuerit præceptum auctoritate; quia ſic vices ſuas aliis impertiuit Eccleſiis, vt in partem ſint vocata ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.*

[m] *25. q. 1. c. 2.*
GREGOR. PAP. EPIST. AD OMNES EPISCOPOS GALLIÆ GERMANIÆ ET EVROPÆ.
[n] *Luc. 22.*
[o] *2. q. 6. c. Decreto noſtro.*

III. Proinde dilectio veſtra, quorum deuotione gaudemus, iungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, vt non cuiuſquam præſumptione circa memoratum fratrem veſtrâ prouiſione, vel ſucceſſorum veſtrorum, ſi ipſe ſuperſtes fuerit, aliter quàm hic inſertum eſt, nullo modo . . . . . Sed hæc quæ ad eius tuitionem atque defenſionem prædictâ hic auctoritate ſuggeſta ſunt ac ſalubriter ordinata, abſque vlla apologia pleniter impleantur. Si autem (quod non arbitramur) à quoquam ſecus præſumptum fuerit: & ab officio cleri ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur; ne lupi qui ſub ſpecie ouium ſubintrarunt, beſtiali ſæuitiâ quoſque audeant dilacerare; & quod ſibi fieri nolunt, alijs inferre præſumant. Nec quiſquam friuolus, aut contentioſus, ſiue contumax hæc nos irrationabiliter præcipere contendat; cùm & auctoritate canonum & prædeceſſorum noſtrorum decretis ſancitum eſt, vt Epiſcopus accuſatus, ſi voluerit, appellet Romanum Pontificem; & ad eum (ſi libuerit) confugiat, vt ab eo eius audiatur cauſa, aut ipſe à latere ſuo Legatos, qui eam audiant, mittat; qui iuſtè cum omnibus Epiſcopis comprouincialibus eius auctoritate iudicent. Quæ omnia hic neceſſe non eſt inſerere, ne productores, magis quam præceptores eſſe videamur. Et ſanctæ recordationis Innocentius anteceſſor noſter inter cetera ſic ait: Si maiores cauſæ in medio fuerint deuolutæ, ad Sedem Apoſtolicam (vt Nicæna Synodus definiuit, & inueterata conſuetudo exigit) referantur. & multa alia, quæ in ſuis auctoribus pleniter continentur.

De appellationibus ad Ro. pont.

IV. Nec alicui fratri hæc grauia aut inutilia videri debent: quoniam ſicut prædicto fratri, ſancti Petri & noſtræ Sedis auctoritate ſuccurrimus; ita omnibus, quibus neceſſe fuerit, & debemus ſubuenire, & impigrè volumus. Et ſicut quiſquam ſibi ſubuenire cupit, ita alium adiuuare debet, & non eius auxilium moleſtè ferre, cum Apoſtolus moneat omnes: [a] Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Nos verò ad hunc finem omnem noſtrum affectum curamque dirigimus, vt quod ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & quod ad cuſtodiam, & profectum pertinet ſacerdotum, nullâ diſſenſione violetur, nullâ deſidiâ negligatur. Super quibus: [b] Si quis arguere voluerit, aut * extra auctoritatem facere * contenderit, veniat ad Sedem Apoſtolicam, quo omnia Eccleſiaſtica negocia, de quibus quæſtio habetur, confluere iuſſa ſunt; vt ibi ante confeſſionem S. Petri mecum iuxta decertet, quatenus inibi vnus ex vobis ſententiam ſuſcipiat ſuam.

[a] Rom. 12.
[b] 2. q. 7. c. 41. Si quis.
* etiam
* contenditur

Vos fratres hortamur, & monemus, vt quæ à nobis piè vobis circa prædictum fratrem mandata ſunt, eiuſque pro ſimplicitatis defenſione ſalubriter ordinata atque iniuncta, nullâ concertatione turbentur: quoniam non interuenit temeritas præſumptionis vbi eſt diligentia. Nemo veſtrum quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius eſt. & quod Apoſtolus inquit: [c] Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum, & reliqua. [d] Præceptis ergò Apoſtolicis non durâ ſuperbiâ reſiſtatur, ſed per obedientiam quæ à ſancta Romana & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem S. Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionem habere deſideratis. [e] Qui autem ſe ſciunt quibuſdam eſſe præpoſitos, non ferant moleſtè aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigunt, etiam ipſi defendant. Vnde liquet quod omni ſtudio deuotionis vnanimes diuinis & Apoſtolicis præceptionibus parere debeatis, & in nullo inobedientes (quod abſit) eſſe. Nam [f] licet & plerumque accidant ſacerdotibus quæ ſunt reprehendenda plus tamen ergà corrigendos agat beneuolentia quàm ſeueritas, plus cohortatio quàm commotio, plus caritas quàm poteſtas; cùm nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum præceptorem noſtrum Apoſtolum iudicaſſet: non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi ſunt ergò magis atque corrigendi rectores Eccleſiæ, quàm ſtatim & abſque noſtro conſultu iudicandi; cùm maiora negocia, difficiliores cauſarum exitus, ſanctorum Patrum canones ſpiritu Dei conditi & totius mundi reuerentiâ cõſecrati iubeant ſub noſtra expectatione ſuſpendi, noſtro moderamine frui.

[c] Rom. 15.
[d] c. 2. præceptis. 12. diſt.
[e] 2. q. 6. c. 14. ſunt S. Leonis verba.
[f] 45. diſt. ca. 4. Licet.

V. Vnde neceſſe eſt, hæc & alia Eccleſiaſtica quæque negocia poſt multarum experimenta cauſarum, ſolicitius perſpici, & diligentius præcaueri, quatenus per ſpiritum caritatis & pacis omnis materies ſcandalorum, & præſumptio inuidorum, atque oppreſſio ſimplicium de Eccleſijs Domini auferant. Et ſicut non vult quiſquam fratrum, ſe aliorum iudicio prægrauari, ita non audeat alijs inferre quod ſibi non vult fieri, reminiſcens præceptum Domini Saluatoris, quo ait: [g] Nolite iudicare, & non iudicabimini: in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini & reliqua. Nihil ergò per noſtram facultatem tribunalis excelſi iudici derogare debemus, cùm illa ſint rata, quæ pia, quæ vera, quæ iuſta ſunt: & aliter neceſſitatis, aliter tractanda eſt ratio voluntatis. Nullum enim intemeratum reliquit inimicus, idcircò ſuccurrendum eſt irretitis; conterendus eſt ergò venantis laqueus, vt fugatis lamentationibus tam in iſto moderamine, quàm compunctione pietatis, Apoſtolicæ auctoritate ſol iuſtitiæ in oculis ſplendeat corruentium; nec pigeat forſitan aut pudeat noſtris obedire mandatis, aut Apoſtolicæ Sedis obſeruare præcepta, quia humilibus dat gratiam non ſuperbis.

[g] Matt. 7.

VI. Nam [h] nulli fas eſt vel velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram oporteat ſequi caritatem. Sit ergò ruinæ ſuæ dolore proſtratus, qui Apoſtolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed exterris a ſancto fiat miniſterio: nec de eius iudicio quiſquam poſteà curam habeat, quoniam iam damnatus à ſancta Apoſtolica Eccleſia, ac auctoritate, ſuaque inobedientia atque præſumptione à quoquam eſſe non dubitatur; quia maioris excommunicationis deiectione eſt exigendus, cui ſanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolum præfatæ ſanctæ Eccleſiæ iuſſionibus parere debuit, ſed etiam alijs ne perirent inſinuare. Sitque alienus à diuinis & Pontificalibus officijs, qui noluit præceptis obtemperare Apoſtolicis.

[h] Diſt. 19. c. 5. Nulli.

VII. Maneat itaque memoratus Aldricus hac Apoſtolicâ auctoritate vſque ad præſentiam Sedis Apoſtolicæ ſemper Epiſcopus: nec antequam huc veniat, taltum aut alterum verbis intendat nocium, neque eorum ſuccumbat iudicio, aut vllam ſanam ſuſcipiat ſententiam, nec nobis ſicut illi (quod minimè arbitramur) inobediens exiſtat, prædictæ Apoſtolicæ, ſi voluerit, Sedis ſanctæ, & neceſſe fuerit, appellet Antiſtitem, & ad eum liberè abſque vllius pergat impedimento; nec colligari, ne iudicari, nec damnari à quibuſdam poſſit Epiſcopis, qui Apoſtolicis fuerint fulti auctoritatibus: quantò nimis ab illis ſi factum, quod fieri non credimus, fuerit, qui eorum inobedientiâ atque proteruiâ factâ, iam ſunt damnati auctoritate? quia non aliter perſecutores fratrum, quàm Sedis ſanctæ iuſſionibus, cui omnis orbis caput inclinat, inobedientes corrigere, ſeu cogere iuxtà præcedentium Patrum exempla poſſumus, niſi eos Zelo fidei Dominicæ perſequamur, & à ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius diuulgetur, in ſeueritate qua poſſumus abſcindamus.

VIII. Quiſquis namque conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Sedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Et qui monitis noluerit obedire Apoſtolicis, neceſſe eſt, vt ſeueritatis regula vindicetur; ne aliquis hoc faciat, aut fieri ſinat, vnde alium vel capiendo decipiat, ſibique cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat. Cauete fratres, negligere præfata, cauete * tentare prohibita, ne prædictis inuoluamini retinaculis. Nolite ſæpedictum fratrem abſque noſtra (vt prædictum eſt) præſentia aut auctoritate iudicare, vel condemnare, aut grauare. Sed ſicut Apoſto-

* temere

licis eſt munitus præſidijs, ita veſtris fulciatur auxilijs. Sitq́; ab omni ſacerdotalis catalogi * *laqueo, aut oppreſſione vel iudicio humano intactus & liber vſq; ad noſtrum (vt præfatum eſt) iudicium, qui beati principis Apoſtolorum Petri meruit adipiſci auxilium. Contra caput ergò nolite vos extollere. Nolite beati clauigeri Petri, cuius vice legatione pro Chriſto fungimur, Sedem, eiuſq́; Sedis auctorem ſpernere, ne eius patiamini offenſionem, aut ſcandalum Eccleſiæ generetis, ſed magis ſolliciti pro fratrum ſalute & liberatione eſtote. & pro ſancta Dei Eccleſiæ ſalute ſummoperè laborate: armamini caritate, non ſeueritate: omnibus vobis, ac ſigillatim occurrat caritas, & vinculis quæ mille modis à Chriſto ſoluuntur, vobiſcum pariter in perpetuum connexa lateatur in Domino.*

IX. *Ceterùm inſectatores fratrum Eccleſiaſticâ diſciplinâ comprimere, & erudire debetis, qui ſtatuta maiorum non tenentes, Dei ſacerdotes atque ſanctam Eccleſiam, quæ in ſacerdotibus maximè conſtat, Principum & populorum fauorem ſequentes, & Dei iudicium non timentes, ſuâ violato perſæpè intuntur præſumptione. His ergò nec factis, nec conſilijs, nec manifeſtis, nec occultis vos oportet præbere*

[a] Pſal. 49. *conſenſum, dicente Domino:* [a] *Videbas furem & currebas cum eo. Non tantùm qui faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt, rei tenentur. Illud dumtaxat debet mentem veſtram vehementiùs excitare, vt ab omni labe ſæculi iſtius immunes ante Dei conſpectum & ſeruitium inueniamini, vt caritatem non amittentes, & ſuſtentatores fratrum exiſtatis, quatenùs iuxtà Apoſtolum, vnanimes vnum ſectantes, permaneatis in Chriſto, nihil per contentionem neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, ſed Deo Saluatori noſtro per omnia placentes. Hac ergo caritatis glutinatione compeſcite quæ à memorato fratre; ſi quorumcumque cognoueritis aut inſidias, aut æmulationem: eis dare quoquomodo nolite conſenſum, quod omnibus diuinis rebus durius arbitramur.*

X. *Si quo pacto conuerſationes non habet amabiles habendus tamen pro reuerentia S. Petri, cuius eſt munitus auctoritate, dilectis. Non nouum aliquid præſenti iuſsione præcipimus, ſed illa quæ olim videntur indulta firmamus, cum nulli dubium ſit, quod non ſolùm Pontificalis cauſatio, ſed omnis etiam religionis relatio, ad Sedem Apoſtolicam, quaſi ad caput Eccleſiarum debet referri, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti, cuius auctoris ſanctionem omnes tenent ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolica petra, ſuper quã Chriſtus vniuerſalem fundauit Eccleſiam, ſoliditate diuelli. Siquis hæc Apoſtolicæ Sedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris hoſtis eſſe non dubitetur. Sed forte vos veſtriq́; prædeceſſores in hodiernum non reluctati ſunt. Et ne quando contingat vt reluctentur: idcircò denuò repetentes ſæpiùs admonemus, vt vetentur, qui huiuſmodi fratres turbare viſuntur, & prohibeantur aliud quàm ille noſter iuſſit agricola ſeminare. Nam qualiter nos, qui neminem volumus perire contriſtet, qui electorum percellunt animos, Dominicus in Euangelio ſermo teſtatur. ait enim Saluator*

[b] Matt. 9. *ipſe:* [b] *Quod expediat ſcandalizanti de puſillis aliquem in maris profundo demergi, & cetera quæ ad hunc ſenſum pertinent: à quibus non ſacerdotes, ſed & omnes Chriſtiani ſe cauere omninò debent. quoniam ſacerdotes qui throni Dei vocantur, quieti ab omnibus perturbationibus eſſe*

[c] Matt. 21. *debent. Nec ab re ipſe Saluator* [c] *vendentes columbas, & nummulariorum menſas propriò flagello euertit & proiecit è templo: vnde liquet, ſummos ſacerdotes ipſius expectare iudicium. Ad cuius rei confirmationem plurimùm*

[d] Pſal. 81. *valet, quod alibi inquit;* [d] *Deus ſtetit in ſynagoga eorum, in medio autem deos diſcernit. & reliqua talia quam ſiue inueniuntur auctoribus.*

XI. *Illos ergo qui non ſpeculatores eſſe volunt, excuſare non poſſumus, ſi fratres quos tueri & adiuuare pro viribus debemus, improbâ fœdari contagione permittamus. Vnde hortamur dilectionem veſtram, obteſtamur & monemus, vt quâ debetis & poteſtis ſolicitudine, ſuper his vigiletis: quia in ſpecula eſſe debetis, ne qua infeſtantium prorumpat audacia. His ergo pro viribus reſiſtite, quia nefas eſt prægrauari religioſos, patis fratres, quorum afflictione, quia membra ſunt noſtra, nos quoque conuenit macerari, crucemq́; iuxta Domini Saluatoris vocem, ferre, qui ait:* [e] *Qui*

vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Quamquam maneat his beatitudo promiſſa, [f] *quicumque probantur perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat ipſe Saluator in futurum, ſequens ſermo declarat. Intelligamus hæc ipſa vobis quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi quibus manum porrigemus, vos nobiſcum porrigatis, vt cui & vos manum porrigetis, vobiſcum porrigamus: quia non aliter vnus grex & vnus paſtor ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus docet, dicens: Id ipſum dicamus omnes, ſimusq́; perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Deus vos incolumes memores noſtri cuſtodiat, fratres cariſſimi.* hactenus Gregorij epiſtola de Rom. Pontificis auctoritate, qua claudimus annum.

[e] Matt. 16.

[f] Matth. 5.

IESV CHRISTI
Annus 840.

GREGORII PA. IV. Annus 13. LVDOVICI 27. IMP. THEOPH. 11.

I. QVADRAGESIMVS ſupra octingenteſimum incipit annus tertia Indictione ſignatus, quo Ludouicus Imp. duodecimo Kalen. Iulij ex hac vita migrauit. Sed quæ iſto præceſſere, ex eius domeſtico, qui eius res geſtas tunc ſcribebat, dicenda ſunt. Ludouicus enim Rex ipſius Ludouici Imperatoris filius, qui anno ſuperiori aduerſus patrem pararat exercitum, licet maiori vi armorum oppreſſus, cum humili conueniens obſequio veniam petijſſet & impetraſſet: rurſum memoriâ præteritorum, quòd cùm ipſe patrem ex Imperio deturbatum & cuſtodiæ mancipatum vendicaſſet in libertatem, & in Imperium reuocaſſet: tamẽ quòd in diuiſione Regnorum, nullâ horum habitâ ratione, Carolus à patre fuiſſet ipſi præpoſitus ex alia coniuge genitus, inter fratres natu minimus, ipſe autem de parente adeò bene meritus inofficioſè poſtpoſitus; cùm hæc indigeſta adhuc detinerentur in ſtomacho, bile ſuccensâ, rurſus multâ febre phreneticus ad arma conuerſus Alamanniam adoritur. Ad quem comprimendum cùm intempeſtiuè ipſe Ludouicus Imp. profectus eſſet, ex incommodis ſibi morbum, & ex morbo mortẽ parauit, vt idem qui ſupra auctor rem geſtam accuratiſſimè proſecutus dicit, his verbis:

LVDOVICVS REX RVRSVS EXCITATVR AD PROELIVM.

II. *Hac eo agente, Natalis Domini feſtiuitas rediit, eamdemq́; ſol ennitatem Pictauis, cum debito & ſolito honore Ludouicus Imperator celebrauit. Ibidemq́; moranti, & quæ vtilitas poſcebat diſponenti, nuntius illi aduenit, dicens Ludouicum filium ſuum, aſſumptis quibuſdam Saxonibus atque Thuringis ſecum, Alamanniam inuaſiſſe. Quæ res maximum incommodum ei peperit. Etenim cùm iam ſenili ætate grauaretur, & phlegmatis abundantia, quæ hieme augmentatur vltrà ſolitum pulmo eius grauaretur, pectuſq́; quateretur: acceſſit etiam hic triſtis nuntius, cuius relatu adeò affectus eſt amaritudine, quamuis eſſet penè vltrà humanum modum naturâ mitiſſimus, fortitudine magnanimus, pietate ſanctiſſimus, vt in apoſtema pituita excreſcens dureſceret, & intrà vitalia eius lethale concreſceret:*

MOTVS LVDOVICI FILII IN GERMAN.

ſceret: inuictus tamen illius animus, dum turbari tali peſte Eccleſiam Dei, populumq́ue Chriſtianum vexari comperit, nec faſtidio ceſſit, nec doloris fractus ſuccubuit.

III. QVADRAGES. TEMPVS QVOMODO TRANSIGI SOLITVM.

Sed poſtquam ſanctam Quadrageſimale ieiunium cum vxore & filio Carolo inchoauit, aduerſus hanc tempeſtatem ſedandam ſe obicem tulit. Et qui ſolitus erat hoc tempus, pſalmorum decantatione, orationum inſtantiâ, Miſſarum celebratione, eleemoſynarum liberalitate cum ſumma deuotione totum ſolemne reddere, ita vt vix vno aut duobus diebus propter exercitationem equitationis indulgeret: nunc propter diſcordiam fugandam, pacemq́ue reuocandam nullum diem habere feriatum voluit; paſtoris enim boni exemplum ſequens, pro vtilitate gregis ſibi commiſſi, non refugiebat etiam proprij corporis iacturam ferre. Vnde non ambigendum eſt, ei redditum præmium, quod ita laborantibus ſe daturum promiſit maximus Pater, princepsq́ue paſtorum.

IV.

*Cum maxima igitur fatigatione, impugnantibus valetudinem ipſius præmiſſis caſibus, peruenit imminente ſacratiſſima Paſchali ſolemnitate * Aquisgrani; ibiq́ue eam cum ſolita deuotione celebrauit. Quâ explicatâ, cœptum negotium accelerauit explere. Nam Rheno tranſmeato, Thuringiam continuato itinere penetrauit, vbi Ludouicum morari per id tempus didicit. In qua cum eum conſcientia morari non pateretur, vtpote iam patre propinquante, robur etiam diffideret, ſalutem in fuga præſidio poſuit. Redempto enim itinere per Sclauorum terram in propria rediit. Quo illo redeunte Imperator generalem conuentum in vrbe Vangionum, quæ nunc Vuormatia dicitur, congregari præcepit. Et quia res Ludouici taliter ſe habebant, Carolus autem filius eius cum matre in Aquitania vernabatur: Imperator ad filium ſuum Lotharium in Italiam miſit, iubens vt eidem placito intereſſet, quatenus cum eo de hac re deliberaret.*

* Aquiſgranum

EXPEDITIO IN LVDOV.

V. SOLIS DELIQVIVM ANTE OBITVM LVD.

Quo in tempore deliquium ſolis contigit tertiâ die litaniæ maioris inſolito modo: in tantum enim lucis receſſu tenebræ præualuerunt, vt nihil à nocte in veritate differre videretur. Stellarum namq́ue ratus ordo ita cernebatur, vt nullum ſiderum lucis ſolaris hebetudinem pateretur, quum potius luna quæ ſe ei aduerſam præbuerat, paulatim Orientem petendo, primum corniculatum illi lumen à parte Occidentalis reſtitueret in morem ſui, quando prima vel ſecunda cernitur; & ſic per augmenta totam venuſtatem tota rota ſolis reciperet. Quod prodigium licet naturæ adſcribatur, tamen lamentabili exitu conſummatum eſt. Portendebatur enim per hoc maximum illud lumen mortalium, quod in domo Dei ſuper candelabrum poſitum omnibus lucebat, piiſſimæ recordationis Imperatorem dico, maturimè rebus humanis ſubtrahendum, mundumq́ue eius diſceſſu in tenebris tribulationum relinquendum.

LVDOVICVS ÆGROTAT.

*Cœpit ergo faſtidio tabeſcere & nauſeanti ſtomacho, ad cibum potumq́ue intendere, crebris ſuſpiriis vrgeri, ſingultibus quati, ac per hoc virtute deſtitui. Natura enim ſuis deſerta comitibus neceſſe eſt vt victa fatiſcat. Quod cernens, iuſſit parari ſibi habitacula æſtiua atque expeditionalia in inſula quadam contigua Moguntiacæ ciuitatis: ibiq́ue viribus deſertus, lectulo ſeſe committit. Porrò quis explicet eius pro Eccleſiæ ſtatu ſollicitudinem, vel pro eius concuſſione mœrorem? Quis enarrare lachrymarum flumina, quæ pro acceleratione diuinæ clementiæ fundebat? Non enim ſe receſſurum dolebat, ſed quod futurum nouerat, gemebat, dicens ſe miſerum, cuius extrema clauderentur talibus * inferiis.*

* miſeriis

VI. LVDOVICVS QVOTIDIE PECCATA CONFESSVS COMMVNICAT.

Aderant autem eius conſolationi venerabiles Antiſtites, & alii ſerui Dei quamplurimi, inter quos erat Hethius venerabilis Treuerorum Archiepiſcopus, Othgarius Moguntiæ ſimiliter Archiepiſcopus, ſed & Drogo frater domini Imperatoris Metenſis Epiſcopus, necnon ſacri palatii Archicapellanus; quem quantò ſibi propinquiorem nouerat, tantò ei familiariùs ſua omnia & ſemet credebat. Per eundem quotidie confeſſionis munus, ſacrificium ſpiritus contribulati, & cordis humilitatis, quod Deus non deſpicit, offerebat. Cibus eius erat ſolummodò per dies quadraginta Dominicum Corpus, laudante eo iuſtitiam Dei & dicente: Iuſtus es Domine: at quia Quadrageſimæ tempus non ieiunans exegi, ſaltem coactus idem ieiunium tibi exoluam.

DISTRIBVIT THESAVRVM LVDOVICVS.

*Iuſſit autem venerabili fratri ſuo Drogoni, vt miniſtros cameræ ſuæ ante ſe venire faceret, & rem familiarem, quæ conſtabat ex ornamentis regalibus, ſcilicet coronis & armis, vaſis, libris, ſacerdotalibusq́ue veſtibus per ſingula ſcribi iuberet. Cui prout ſibi viſum fuit, quid Eccleſiis, quid pauperibus, poſtremò quid filiis elargiri deberet, edixerat, Lothario & Carolo ſcilicet. Et Lothario quidem coronam & enſem, * vulgus auro, gemmiſq́ue redimitum eo tenore habendum miſit, vt fidem Carolo & Iudith ſeruaret, & totam Regni portionem illi conſentiret, & tueretur, quam Deo teſte & proceribus palatii ille ſecum & ante ſe largitus ei fuerat. His rite peractis, Deo gratias egit, quod nihil ſupereſſe proprium cognouit.*

*

VII. LVDOVICO FILIO VENIAM DAT.

Inter hæc tam venerabilis Antiſtes Drogo, quàm ceteri pontifices, dum in cunctis quæ agebantur, Deo gratias perſoluerent, vtpote quia videbant, quòd eum, quem chorus virtutum ſemper comitatus fuerat, nunc perſeuerantia ſubſequens quaſi cauda hoſtiæ totum eius vitæ ſacrificium Deo prorſus acceptum reddebat: vnum erat quo gaudium eorum obfuſcabatur. Verebantur enim ne fortè filio Ludouico implacabilis eſſe vellet, ſcientes quod vulnus frequenter inciſum, aut cauterio adustum, acerbiorem dolorem ſuſtinenti propagaret: ſiſi tamen de eius innata patientia, quâ ſemper vſus eſt, per Drogonem fratrem ſuum, cuius verba ſpernere nolebat, animum eius leniter pulſant. Qui primum quidem amaritudinem ſui animi demonſtrabat, at verò parumper deliberans, & viribus quantuliſcumque collectis enumerare conabatur, quot & quantis incommodis ab eo afflictus ſit, & quid contra naturam & Domini præceptum talia agendo commeruerit. Sed quia ipſe, inquit, ad me venire ſatis facturus nequit: Ego quod meum eſt ago, vobis teſtibus & Deo, omnia quæ in me peccauit, illi remitto. Veſtrum autem erit illum monere, vt ſi ego illi toties perperam geſta indulſerim, ille tamen ſuis non obliuiſcatur, qui canos paternos deducit cum dolore ad mortem, & in talibus communis Patris Dei præcepta, minasq́ue contempſit.

VIII. SACRIS VIGILIIS ET LIGNO CRVCIS SVVM EXITVM MVNIT LVDOVICVS.

His peractis, & dictis (erat enim veſpere ſabbati) præcepit, vt ante ſe celebrarentur vigiliæ nocturnæ, & ligno ſanctæ Crucis pectus ſuum muniretur. Et quamdiu valebat, manu propriâ tam frontem quàm pectus eodem ſignaculo ſignabat. Si quando laſſabatur, per manus fratris ſui Drogonis nutu id fieri poſcebat. Manſit ergò totâ illâ nocte omnis virtutis corporeæ inops, ſolius ſobrietatis animi compos. In craſtinum (quæ erat Dominica) iuſſit miniſterium altaris præparari, & per officium Drogonis Miſſarum ſolemnia celebrari, necnon per manus eius, iuxta morem communionem ſacram ſibi dari, & poſt hæc eiuſdam potiunculæ calidulæ hauſtam præberi. Quo perpaululum prælibato, precatus eſt fratrem & ſimul adſtantes, vt curandis corporibus operam darent; ſe tamdiu præſtolaturum, quamdiu illi reficì poſſent.

IX. FVGAT DÆMONEM LVD.

Inſtante autem eius migrationis articulo, iuncto pollice cum articulis (hoc enim facere conſueuerat ſi quando fratrem nutu vocabat) Drogonem accerſiuit. Quo veniente & reliquis ſacerdotibus, verbis quibus potuit, & nutibus ſe commendans, benedici petiuit, & quæ ſolent agi in egreſſu animæ, fieri poſtulauit. Quibus id agentibus (ſicut plures mihi retulerunt) conuerſa facie in ſiniſtram partem, indignando quodammodo, virtute quantâ potuit, dixit bis Huz, Huz, quod ſignificat, Foras, Foras. Vnde patet, quia malignum ſpiritum vidit, cuius ſocietatem nec viuus nec moriens habere voluit. At verò elatis ad cœlum oculis,

quanto huc minatim intuebatur, tantò illuc latius intendebat, ita vt nihil à ridente differre videretur.

In talibus ergo vitæ præſentis terminum ſortitus, ad requiem feliciter credimus, commigrauit; quia veraciter dictum eſt à veridico doctore: Non poteſt malè mori qui bene vixerit. Deceſſit autem duodecimo Kalendas Iulij, anno vitæ ſuæ ſexageſimoquarto. Et Aquitaniæ quidem præfuit per annos triginta ſeptem, imperauit verò viginti ſeptem. addit & menſes ſex Nithardus in fine libri primi. pergit auctor.

Obitus Ludouici Imp.

X. *Animâ porro recedente, Drogo frater eius & Epiſcopus Metenſis cum alijs Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vaſſis dominicis, pluriméque frequentia tam cleri quàm populi, ſumptu Imperatoris reliquias cum magno honore Metis tranſportari eas fecit, & in baſilica S. Arnulphi, in qua & mater eius condita eſt, nobiliter ſepeliuit.* Hactenus auctor de obitu Ludouici Imp. quem hoc anno Redemptoris quadrageſimo ſupra octingenteſimum contigiſſe liquet, numerando ſiue à natali ipſius annos, ſiue ab auſpicatione Regni pariter & Imperij. Ex quib. redarguas, qui eidem auctori perperam partiendo ſingulos annos, ipſum defunctum ponit poſt biennium anno videlicet Redemptoris octingenteſimoquadrageſimo ſecundo, cùm tamen Ado & alij antiquiores omnes, & recentiores hoc ipſo anno eum defunctum affirment. Sed reddamus hic Epitaphium tunc ſepulchro eius inſcriptum, licet longè impar tanto Imperatori.

Imperij fulmen, Francorum nobile culmen
Exutum à ſæculo, conditur hoc tumulo.
Rex Ludouicus pietatis tantus amicus,
Quod Pius à populo dicitur & titulo.
Hildegard ſoboles, Caroli Magni pia proles,
In pacis metas colligit hunc pietas.
Rumelicum villam, quidque refertur ad illam
Arnulphi ſanctis contulit huicque loco.
Stirps à quo procerum Regumque, vel Imperatorum.
Quo cum muneribus ſiſtitur, hicque locum.

XI. Succeſſit autem Lotharius in Imperium, qui aduerſus fratres Monarchiæ cupidus bella mouit. de quibus huius temporis ſcriptores conſulas, nempe Nithardum qui aderat, & Anonymum qui ſcripſit temporis huius Annales.

Hic non prætermittenda, quæ Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis in libello de translatione ſancti Remigij ſcripſit de his, quæ miranda terribilia auditu ſub Ludouico Imp. & poſt eius obitum acciderunt, ad commonefaciendum alios, qui ijſdem tenerentur delictis. Quæ igitur ſuo tempore contigerunt, ita deſcribit: *Tempore Ludouici Imperatoris duo fratres Franci foreſtarij eius inuaſerunt partem de ſilua, quam in ſaltu Voſagi (vt ſuprà oſtendimus) ſanctus Remigius in vita ſua pretio comparauerat intra fines eius, dicentes quod plus pertineret ipſa ſilua ad Fiſcum Imperatoris, quàm ad partem S. Remigij. Contradicentibus autem hominibus de poteſtate Rhemenſis Eccleſiæ: vnus eorum altercando venit ad porcos ſuos, quos in eamdem ſiluam ad paſtionem miſerat, inter quos lupum inuenit, quem aſcendens in equum velociter eſt inſecutus. Et volens eum percutere, equo expaueſcente, colliſit caput ad vnum fuſtem de ipſa ſilua, ita vt cerebrum illius in terram defluxerit, & mortuus eſt. Frater verò eius velociter pergens in partem alteram, peruenit ad quamdam petram & dixit: Omnibus notum ſit, quia vſque ad hanc petram iſta eſt ſilua Imperatoris. Et cùm percuteret eamdem petram dolatoria quam in manu portabat, exilierunt ab illa particula in oculos eius, & excæcatus eſt. Sicque ambo receperunt mercedem præſumptionis & mendacij ſui.*

Dira vitio in vſurpatores rerum Eccleſiæ S. Remigii.

XII. *Quidam vir nobilis de territorio Niuernenſi, obtentis reliquijs beati Remigij, Oratorium in eius honorem in proprietate ſua ædificauit: vbi Dominus multas virtutes per merita ipſius Sancti ſui oſtendit. Cum autem defuncto Ludouico Imperatore Aquitani gentilitia nobilitate abſque iugo Principis, prout quiſque poterat, ſe efferre & inuicem prædari, & per contiguos pagos debacchari cœperunt: pauperes homines ſubſtantiolas ſuas in Eccleſijs reponere ſtuduerunt. Vnde cenſiſi opinione virtutum, quæ ibi fiebant: ad ſaluanda ſua in eodem Oratorio quicumque poterant, certatim repoſuerant. Audientes autem prædones idem Oratorium plurimorum opibus refertum; aggreſſi ſunt eas diripere. Quorum vnus obſeratum oſtium pede percuſſit, vt ſeram effringeret: & mox eidem oſtio pes eius adhæſit, & reſupinus præſumptor in terram cecidit. Quod videntes alij, aufugerunt. Ipſe autem miſer cruciatu cogente cum maximo eiulatu cœpit culpam ſuam fateri, & cum lachrymis amariſſimis profiteri, quod ſi Deus per merita S. Remigij pedem illius ab ipſa compede ſolueret nunquam vlterius de ipſa, vel de alia Eccleſia quicquam tolleret, vel tolli (quantùm in ipſo eſſet) vllo modo conſentiret. Caballum quoque ſuum cum ſella & alia quæ potuit, in eamdem Eccleſiam afferens donauit. Sicque poſt confeſſionem & lachrymas atque profeſſionem & votum, pes eius ab oſtio cui inhærebat eſt ſolutus: verumtamen poſteà de ipſo arido pede claudus remanſit, vſque dum computreſcente crure & femore, poſt diutinum laborem mortuus fuit.* hæc de his, quæ hoc tempore contigerunt, Hincmarus eiuſdem Rhemenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus magnæ auctoritatis, res ſuorum temporum ſcriptis omni fide proſequutus.

Mira de inuaſore oratorii S. Remigii.

XIII. Hoc eodem anno, qui à Leone Oſtienſi [a] tertius numeratur Baſſacij Abbatis monaſterij Caſſinatis, translatum ponit corpus S. Bartholomæi Apoſtoli ex Lipari inſula Beneuentum, ſub Sicardo Principe Beneuentano, de quo ſuprà Sigebertus in Chronographia anno Redemptoris octingenteſimo trigeſimoprimo his verbis: *Sarraceni Siciliam incurſantes, etiam Liparim inſulam deuaſtant, vbi corpus Bartholomæi Apoſtoli quieſcebat, quod olim loculo plumbato incluſum, & in mare merſum à Paganis, non ferentibus illud propter nimiam ſignorum claritatem ab omnibus venerari, ab India vſque ad hanc inſulam vltrò delatum fuerat. Cuius oſſa modo à Sarracenis huc illuc diſperſa, à quodam monacho, ipſo reuelante, collecta Beneuentum transferuntur.* hæc ipſe. Verum de translatione ex Indis in Liparim inſulam, diuerſa diuerſorum eſt narratio. At de his modò ſatis.

[a] Leo Oſt. in Chron. Caſſin. lib. 1. cap. 26.

S. Bartholomæi corpus delatum Beneuentum.

IESV CHRISTI
Annus 841.

GREGORII PAP. IV. Annus 14. LOTHARII I. THEOPH. 12. IMPP.

I. CHRISTI annus ſequitur octingenteſimus quadrageſimusprimus, Indictione quartâ notatus, quo ingraueſcente in dies magis Theophili Imp. aduerſus Orthodoxos perſecutione in Oriente, ſanctus ille admirandus Ioannicius, de quo ſæpe ſuperiùs, de reddenda quàm citò Eccleſiæ pace diuinum reſponſum accepit, quo conſolatus eſt afflictos ſpeque iam deſtitutos miſeros Orthodoxos: in rebus enim ab eo geſtis ſinceriſſimè ſcriptis iſta narrantur. *Cùm enim ad Sanctum rurſus veniſſet Euſtratius præfectus monaſterij Agaurorum, quoniam res Dei & Eccleſiarum erant tunc mundanis perturbata fluctibus: Quonam que dixit, res Eccleſiarum non redduntur Eccleſijs? Quouſque augebuntur res perſecutorum, & immanes nos lacerabunt beſtiæ? Ille verò: Parum,* inquit,

De obitu Theophili Imp. S. Ioannicii prædictio.

Digitized by Google

inquit, ſuſtine, ô frater, & intelliges Dei potentiam. Erit enim quidem Methodius, qui tuebitur eius . lauum, & eum diuino Spiritu gubernabit, qui tollet quidam diuiſionem & diſſenſionem diuinitatis, decretis autem Fidem conſtituet O thodoxam, & ad ſummam pacem & concordiam redi- get ſeditionem, & eos qui reſtiterant, dextera Domini ſubiunget. Breue tempus interceſſit, & Theophilus quidem ex hac vita excedit. initio nimirum anoi ſequentis, vt ſuo loco dicturi ſumus.

II. Sed quæ ex ea anu fatidica Theophilus ipſe futurorum curioſus inueſtigatoe acceperit, à Ioanne Curopalata ea deſcribente ſic accipe: *Theophilo autem ſtudioſius de his inquirente, quinam poſt ſe regnaturi eſſent, quædam muliercula ex Agarenis capta ſuperioribus bellis, ingenio ad huiuſcemodi prædicenda idoneè prædita, præſtò fuit. Interrogauit igitur Imperator quæ voluit, & longam Imperatorum ſeriem qui deinceps ſucceſſuri eſſent, iuſſit edicere. Hæc mulier ſiue diuini numinis inſtinctu ſiue dæmoniorum viribus concitata: Tuus, inquit, Imperator, filius ſuccedet una cum matre ſua, ſed poſt hos Martinaciorum genus Imperium diutius adminiſtrabit. Ille ſimul ac hæc verba audiuit, Martinacium, licèt ſibi dilectum, detondendum & monachum inſtituendum curauit, eiusq; domũ monachorum fecit hoſpitium: neque hoc ſolum dixit mulier illa, verum alia multa quoque futura vaticinata eſt. Fore enim pronuntiauit vt & Ioannes patriarchali ſede excederet, & veneranda imagines debitum honorem, cultumq; conſequerentur. Quibus admodum dolens Theophilus, ſæpenumerò Reginam hortabatur, & Dromi Logothetam Theoctiſtum, & iureiurando maximè formidabili obſtringebat, ne poſt ſuum obitum Ioannem Patriarchatus dignitate abdicarent, néue idolorum (ſic enim ſacroſanctas imagines appellabat) cultum permitterent.* hęc & alia de alijs prædicta habet Curopalata. Sed hæc de diuinatione facta Theophilo, anno ſuperiori contigiſſe, ex eodem auctore colligitur.

Par fatidicam Theophilus futura explorat.

III. Porrò aonus iſte, qui & vltimus eiuſdem Imperatoris Theophili numeratur, eidem Imperatori perquàm moleſtiſſimus ceſſit: ſiquidem (vt idem tradit Curopalata) ducẽs exercitum aduerſus Sarracenos, magnâ indignatione commotos ob expugnatam eorum ciuitatem Syriæ Sozopetram, & imparib. viribus cum eis decernere collatis ſignis neceſſitate coactus, poſteriores referens, & in vitæ diſcrimen adductus circumuentus Perſarum proditione: vix ſaluus fugâ lapſus euaſit; ſed nobiliores captiuos reliquit, qui & martyrium ſubiêre vna cũ cohorte quadraginta duorum Martyrũ, quorum præcipui nominati ſunt Theodorus Fortis, Theophilus, atq; Boburzicus duces exercitûs. Iſta quomodo ſe habuerunt, Ioannes Curopalata enarrat, & alij, qui poſt eum & ab eo deſcriptam ſunt hiſtoriam proſecuti. Simulq; tunc à Sarracenis factum durum & horrendum Amorij ciuitatis excidium: quibus cladibus Imperator animo conſternatus, mœroreq; confectus in morbum lethalem incidit quem dyſenteriam vocant, quo ſequentis anni principio (vt dicetur) vitam finiuit.

Theophilus Imp. vincitur et in vitæ diſcrimen adducitur.

IV. Hoc item anno ciuili bello flagrante Gallia, atq; Lothario aduerſus Ludouicum & Carolũ fratres agente, ſeptimo Kalẽd. Iulij acriter inter eos dimicatum eſt: ceſſit tamdem victoria fratrib. Ludouico atq; Carolo: qui ſæpiùs antè crebris legationib. redimere pacem fruſtrà laborantes, in ipſum rem dolis agentem, armis conſerere inuiti licet atque nolentes compulſi ſunt: tamdemq; factum eſt, vt iuſtitiâ comite, cruento tamen certamine, periorũ germanum vicerint; quo victo prœlio, relictum Carolus ſibi à patre Regnũ firmiter ſtabiliuit. Hęc autem ab exordio quomodo geſta ſint, qui interfuit cunctis rebus Nithardus nobiliſſimus Francus Caroli Magni nepos ex Berta filia quàm fideliſſimè ſcripſit [a]. quem otioſus Lector conſulere pro animi arbitrio poterit: nobis autem quæ ad religionem ſpectare noſcũtur prœlium conſecuta, ex eodem auctore hic deſcribemus, quæ ſic ſe habent [b] in commendationem Caroli pietatis, qua tunc patris legitimum ſe eſſe hæredum oſtendit.

Bellum ciuile inter Francos.

[a] Nithar. lib. 2.

[b] Nithar. lib. 3.

V. *Prœlio quidem, inquit, vti præfatum eſt, ſtrenuè peracto: quid de palantib. perageretur, Ludouicus & Carolus, in eodem campo deliberare cœperunt. Et quidam irâ correpti, proſequi hoſtes ſuadebant. Quidam & maximè Reges, miſerantes fratris, plebisq;, & vt iudicio Dei & hac plagâ repreſſi ab iniqua cupiditate reſipiſcerent, & Deo donante, deinceps vnanimes in vera iuſtitia deuenirent, pijs viſceribus, ſolito more, optabant; in quo negotio, Dei miſericordiam, vt præſtolaretur, ſuadebant. Quibus cætera multitudo aſſentientes, à prœlio & præda diſceſſerunt, & ferè mediante die ad caſtra redeunt, quid deinceps conſultius actum iri videretur, deliberaturi. Fuit quidem ingens numerus prædæ, & ingens cædes, inſuper admirabilis; immò & meritò notabilis miſericordia tam Regum quàm vniuerſorum. Nam diuerſis pro rebus diem Dominicum ibi acturos ſe deliberarũt, in quo Miſſâ peractâ, amicos & inimicos, fideles & infideles pariter ſepulturæ tradebant; Plagâ correptos ac ſemiuiuos eodem modo pro viribus ex animo refouebant. Poſt hos qui fugâ euaſerunt, miſerunt, offerentes ſi reuerâ ſanâ fide vellent omnia delicta remitti.*

VI. *Poſt hæc Reges populiq; ſuper * fratris, populoq; Chriſtiano dolentes, percontari Epiſcopos cœperunt, quid agere ſuper hoc negotio deberent. Quamobrem vnanimes ad Concilium omnes Epiſcopi confluunt. Inuentumq; in conuentu publico eſt, quod pro ſola iuſtitia & æquitate decertauerint, & hoc Dei iudicio manifeſtum effectum ſit. At per hoc immunis omnis Dei miniſter in hoc negotio haberi tam ſuaſor quàm effector deberetur. At quicumque conſcius ſibi, aut irâ, aut odio, aut vanâ gloriâ, aut certè quolibet vitio quiddam in hac expeditione ſuaſit, vel geſſit: eſſet verè confeſſus ſecretè ſecreti delicti, & ſecundum modum culpæ diiudicaretur. Verumtamen in veneratione ac laude tantæ declarationis iuſtitiæ pro remiſſione delicti mortuorum fratrum ſuorum, in eo quod imperfecti, peccatis interuenientibus ſe nouerant, & in multis volentes nolentesq; delinquebant, vt ſuo adiutorio ab his exuti liberarentur. Inſuper autem vt ſi hactenus in iuſtitia adiutor & protector illis Deus extitit, ita & deinceps vbique exiſteret; proq; his omnibus triduanum ieiunium inuentum: immoq; libenter ac celebre celebratum eſt.* hactenus de rebus ab Epiſcopis in eo præſentaneo Concilio conſtitutis. Ducebant enim Francorum Reges in expeditione ſecum complures Epiſcopos, quorum conſilijs atque precibus iuuarentur.

* ſtatie

Concilium poſt bellum pium valde.

VII. Subdit autem poſt alia iſta Nithardus: *Cumq; Sueſſonicam peteret vrbem Carolus, monachi de S. Medardo occurrunt illi, deprecantes, vt corpora ſanctorum Medardi, Sebaſtiani, Tiburtij, Petri & Marcellini, Marthæ, Audifax, & Habacuc, Oneſimi, Meroſinæ, & * Lecadiæ, Mariani Pelagij & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni & domni Remigij Rothomagorum Archiepiſcopi in baſilicam, vbi nunc quieſcunt, & iam tunc maxima ex parte ædificata erat, transferret. Quibus acquieſcens, inibi remanſit; & vt poſtulauerant, beatorum corpora proprijs humeris cum omni veneratione tranſtulit. Inſuper & villam, quæ Bernachа dicitur, eisdem eiuſdem Eccleſiæ addidit.* iſta Nithardus.

*Leocadiæ

Suis humeris reliquias Carolus transfert.

Porrò ex ijs rurſum vſitatum morem inſpicis, vt corpora Sanctorum nominentur, quæ illic eſſent Martyrum collocatæ reliquiæ. Certè quidem (vt de alijs dicere omittamus) numeratorum ibi

Martyrum Romanorum non integra illic fuiſſe corpora, quæ ſunt ſuperiùs dicta de eiſdem Sanctis, ſatis oſtendunt.

IESV CHRISTI Annus 842.

GREGORII PA. IV. Annus 15. LOTHARII 2. MICHAELIS 1. IMPP.

I. CONVENTVS EPISCOPORVM AQVISGRANI.

OCTINGENTESIMVS quadrageſimusſecundus ſequitur Redemptoris annus, Indictione quintâ, quo Gallorum Epiſcopi conuentum habent Aquiſgrani, in quo ex petitione Regum Francorũ Ludouici & Caroli decernunt, de iuribus Regni in Gallia hoſtis ipſorum Lotharij Imperatoris. Qui illum eo priuantes, diuidendum decernunt inter ipſos Ludouicum atque Carolum Reges fratres. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex Nithardo, qui interfuit accipiamus, ac primum iſta quæ præceſſerunt.

Cùm enim Lotharius Imperator in bello anno ſuperiore poſteriores tuliſſet, collecto rurſum exercitu, rurſum experiri aduerſus vtrumq; germanum, Ludouicũ Carolumq; tentauit: ſed validiorem iſti comparantes exercitum, pergentes aduerſus eum caſtra mouentem, mox captare fugam ipſum cum exercitu coëgêre: qui ceteris omiſſis, abiens cum paucis ad Rhodani ripam conſedit. Cũ (inquit Nithardus qui præſens erat) *Ludouicus & Carolus eum à Regno ſuo abiiſſe, certis indicijs cognouere, Aquis palatium, quod tunc ſedes prima Franciæ erat, petentes, ſequenti verò die, quid conſultius de populo ac Regno à fratre relicto agendum videretur, deliberaturi. Et primum quidem viſum eſt, vt rem ad Epiſcopos, ſacerdotesq́; quorum aderat pars maxima, conferrent, vt illorum conſultu, veluti numine diuino, harum rerum exordium atque auctoritas proderetur. Et hoc illis, quoniam meritò ratum videbatur, commiſſum eſt.* hæc Nithardus de cauſa conuentus Aquiſgranenſis. Quibus intelligis pietatem Regum Francorum, haud auſpicari audere magna, niſi ex ſacerdotum conſultu, vt eo modo quid Deo placeret agnoſcerent; & quid per illos reſponſum eſſet, veluti cælitùs miſſum oraculum ſecuri ſuſciperent. Quid autem tunc ab Epiſcopis reſponſum ſit, accipe. pergit enim idem qui ſupra Nithardus.

II.

Quibus (Epiſcopis ſcilicet) *ab initio geſta Lotharij conſiderantibus, quomodo patrem ſuum Regno pepulerit: Quoties populum Chriſtianum periurum ſua cupiditate effecerit: Quoties idem ipſe hoc quod patri, fratribuſq́; iurauerat, fruſtrauerit: Quoties poſt patris obitum fratres ſuos exhæredare atque delere tentaſſet: Quot homicidia, adulteria, incendia, omnigenaq́; facinora vniuerſalis Eccleſia ſuâ nefandiſſimâ cupiditate perpeſſa ſit. Inſuper autem neque ſcientiam gubernandi Rempublicam illum habere, nec quoddam veſtigium bonæ voluntatis in ſua gubernatione quemlibet inuenire poſſe ferebant. Quibus ex cauſis non immeritò, ſed iuſto Dei omnipotentis iudicio, primum à prælio, & ſecundo à proprio Regno fugam illum iniiſſe aiebant. Ergò omnibus vnanimiter viſum eſt, atque conſentiunt, quod ob ſuam nequitiam vindicta Dei illum eiecerit, Regnumq́; fratribus ſuis melioribus ſe iuſtè ad regendum tradiderit. Verumtamen haudquaquam illis Epiſcopi hanc licentiam dedere, donec palàm illos percontati ſunt, vtrum illud per veſtigia fratris eiecti, an ſecundum Dei voluntatem regere voluiſſent. Reſpondentibus autem, in quantum noſſe & poſſe Deus illis concederet, ſecundùm ſuam voluntatem ſe & ſuos gubernare, & regere velle, aiunt: Et auctoritate diuinâ, vt illud ſuſcipiatis & ſecundùm Dei voluntatem illud regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus.*

EPISCOPI TRANSFERVNT REGNVM LOTHARII IN LVDOVICVM ET CAROLVM.

III. EPISCOPORVM SENTENTIA EXECVTIONI MANDATA.

Hæc adeſte Politici Nouatores, qui in controuerſiam admodum friuolè reuocatis, num ſummus Pontifex potuerit Francorum Regnum ab Hilderico ſtupido in Pipinum transferre; cũ modo, vt videtis, Francorum Epiſcopi iudices ſederint de Regno & Regibus iudicaturi; atq; ſua ſententia (quod maius eſt) Imperatoris Lotharij Regnum hæreditarium transferunt in Ludouicum & Carolum, appoſitâ, vt audiſtis, de his etiam præceptione, quæ & mox fuit executioni mandata. Nam audi Nithardum: *Hinc autem vterque illorum duodecim è ſuis ad hoc opus elegit, quorum vnus ego extiti, & ſicut illis congruum, vt inter illos hoc Regnum diuideretur viſum eſt, contenti ſunt. In qua diuiſione non tantum fertilitas, aut æqua portio Regni, quantum affinitas & congruentia cuiuſque aptata eſt. Euenitq́; Ludouico omnis Friſia,* &c. inferius verò ab eodem iſta ſubduntur: *Quibus peractis, quiq́; illorum è populo qui ſe ſequutus eſt, ſuſcepit, ac ſibi vt deinceps fidelis eſſet, ſacramento firmauit. Et Carolus quidem Moſam Regnum ſuum ordinaturus traiecit, Ludouicus verò, Saxonum cauſa Coloniam petijt.* hunc accipit finem conuentus Aquiſgranenſis; reliqua verò in annum ſequentem, quo ſunt facta reijcimus.

IV. THEOPHILI IMP. OBITVS.

Quod ad res Orientales pertinet, morte Theophili Imperatoris ſublato perſecutore, Eccleſia illo necta pacem, reſpirat, piorumque Imperatorum ſucceſſione vireſcit, floretque decorem priſtinum conſecuta. Qui igitur obſtinato animo in cultores ſacratum imaginum ab exordio ſui Imperij in hanc diem furere non ceſſauit; à Deo ipſe flagella paſſus meritam vindictam accepit, qui aduerſus eũ erigens Sarracenos, eiſdem in eius perniciem fauit, adeò vt (ſicut anno ſuperiori eſt enarratum) ob acceptas ab hoſtibus clades mœrore confectus, in lethiferum morbum inciderit, quo tandem modo miſerando conſumptus, vltimum obire diẽ coactus ſit. Contigit Theophili Imperatoris obitus hoc ipſo anno Redemptoris octingenteſimo quadrageſimoſecundo Indictione quintâ tertio Kalendas Februarij.

V.

Quomodo autem iſta ſe habuerint, cum plures Græcorum ſcribant auctores, nos ex Ioanne Curopalata ceteris antiquiore petemus hiſtoricã veritatem, quam ſic narrat: *Cùm Theophilus hac ſpe decidiſſet, legationis ſcilicet ad Francos pro auxilio miſſæ, defuncto in via Legato, qui miſſus fuerat, Theodoſio, à morbo magis oppreſſus, lecticâ delatus, in Magnauram ſe confert. Vbi conuocato Senatu, & reliquis claris ciuibus, ſuas calamitates tragicè deplorans, conquerebatur. Coactoſq́; petebat, vt ſuæ erga ſe beneuolentiæ meminiſſe, in fide & beneuolentia erga vxorem filiumq́; ſuum ſeruanda, atq; ipſis Imperium ab inſidijs tutum præſtarent. Cumq́; ij qui coacti erant fracti eſſent miſerabilibus Imperatoris verbis: ſtatim omnium gemitus & eiulatus ſublatus eſt, omnes Deum deprecantes pro Imperatoris ſalute ac vita vota fecêre. Sin autem (quod minus optabant) mors illum occupaſſet, pro eius vxore, ſuaq́; Regina & filijs polliceri. Item ſi opus eſſet, vitam ſe profuſuros, ipſiſq́; Imperium illæſum conſeruaturos, & illis hoc polliciti.* at quid ad ſæuitiam, Herodis inſtar, Theophilus tunc breui moriturus adiecerit, ab eodem auctore ſic accipe.

VI. SAEVVM THEOPHILI FACINVS.

Vt ſibi vitæ finem adeſſe nouit Theophilus, in maximè obſcurum carcerem Theophobum conijciendum curat ad Bucoleonem (hunc enim de affectatione Imperij calumnijs impetitum fuiſſe pluribus idem narrat auctor.) *Iamq́; appropinquante fine, caput ei ampu-*

Digitized by Google

catum ſibi aſſerri iuſsit. Quo accepto, manibus capillos contingens, ſupremum hoc verbum dixit: Neq; poſt hac ego ero Theophilus, neq; tu Theophobus. ita miſer hac nouiſſima in virum innocentiſſimum exatiatus crudelitate, ad vitæ finem appropinquauit.

Cæterùm in ipſo fine exhalaturum ſpiritũ pœnituiſſe Theophilum erroris ſui, & à Deo conſecutum eſſe miſericordiam, ex antiquioribus monumentis prodidit Gennadius Patriarcha Conſtãtinopolitanus in expoſitione pro Concilio Florẽtino Seſſione quintâ, his verbis: *Imaginum oppugnator Theophilus diuinorum & SS. virorum & Auguſtæ ſeruatus eſt precibus.* & quod hoc non ſatis videretur,

DE THEOPHILI IMP. POENITENTIA.

paulò pòſt ſubiicit iſta: *Neq; enim aut ſanctorum virorum preces, aut Auguſtæ ſtudium pro Theophilo valuiſſent, niſi priùs ille ſuum peccatum confeſſus eſſet, ſanctasq; imagines colere & honorare, iuſtum eſſe aſſeruiſſet. Quoniam is valdè illuſtris extitit, ſed cùm in hæreſim delapſus eſſet eorum qui imagines oppugnabant (vt de eo ſcripta docet hiſteria) os eius admodum diductum eſt, ita vt viſcera conſpicerentur. Pòſt cùm ipſam venerabilium imaginum adorationem ſanctam eſſe comprobaſſet, arreptam ex ſinu cuiuſdam eorum qui aderant, eamdem imaginem reuerenter oſculabatur. paulò pòſt inde ad tribunal raptus eſt. Pro quo cùm aſsidua preces à ſanctis viris & à Regina effunderentur, ei venia data eſt.*

VII.
VISIO DE ANIMA THEOPHILI.

Nam Theophilum in ſomnis Regina conſpexit vinctum, tractumq; ab innumerabili præcedentium & ſubſequentium multitudine. ante illum ferebantur diuerſa inſtrumẽtorum genera ad torquendum accommodata; ipſaq; videbantur eos ſequi qui ad pœnam adducebant, quouſque ad conſpectum terribilis Iudicis peruenerunt, Theophilumque ante ipſum ſtatuerunt. Prouoluta igitur ad Iudicis illius tremendi pedes enixè multis lacrymis Auguſta pro viro ſuo deprecabatur.

Ad quam terribilis Iudex dixit: Mulier magna eſt fides tua: propter te, ſacerdotumq; tuorum preces, coniugi tuo do veniam. Tunc miniſtris ſuis dixit: Soluite eum, vxoriq; eius tradite. Similiter & ſacer Patriarcha Methodius ſcilicet, omnium hæreticorũ, Theophiliq; ipſius adnotatis ſcriptoq; nominibus, hac eadem ſub ſacra menſa collocauit, eâdemq; nocte, quâ Regina viſionem aſpexit, vidit & ipſe diuinum Angelum magnum tẽplum ingredientem, qui dixit: Epiſcope exaudita ſunt preces tuæ, & veniam Theophilus impetrauit. Somno ergò experrectus, ad ſacrã menſam aduenit, ibiq; cùm legeret paulò ante conſcriptum libellum, inuenit, ò Dei iudicia! Theophili nomen abolitum. huc uſque de ſaluato Theophilo Gẽnadius. Quæ hoc anno poſt creatum Methodium Patriarcham oportuit contigiſſe, de quo paulò pòſt dicturi ſumus. modò autem ad Theophili ſucceſſorem conuertamus orationem. Quomodò autem mox Michael Imperium poſt patris obitum ſit conſecutus, ita Curopalata enarrat.

VIII.
POPULUS RECIPIT MICHAELEM IMPERAT.

Cùm autem Theophilus vitam finiſſet, filius eius Michael Imperij ſceptra ſuſcepit cum matre Theodora, eos habens tutores & curatores, quos ipſi in teſtamenti tabulis inſtituerat Manuelem Magiſtrum & Domeſticum vocatum ſcholarum, & Theoctiſtum Patricium & Logothetã Dromi. Qui ſimul atque mortuus eſt Theophilus, in Hippodromum egreſſi, ibique ad concionem conuocato populo, verba faciunt, commemorantes Imperatoris ergà ipſos beneuolentiam, multisque dictis ad demulcendos ac deliniendos animos audientium ſibi amorem conciliarunt; qui pro ſalute Imperatoris, vel proprium ſanguinem ſe fuſuros polliciti ſunt; pollicitationeſque ſtatim iureiurando obſtrinxêre, ſed quid eius mater Theodora ſimulatque cum filio firmatum Imperium accepit, piè religioſeque peregerit, audi iſta dicentem eumdem Curopalatam:

A *Igitur Theodora imperio cum filio potita, ſtatim & ab initio piorum virorum monitis, quæ ad Iconomachorum ſectam extirpandam pertinebant, explorabat; quæ quidem à Leonis ex Armenijs Imperio, vſque ad eumdem Theophili obitum omnem Romanorum ditionem peruaſerat. Aſſentiebatur eius demolitioni Theoctiſtus quoque, ſed Manuel ad quoddam tempus ambiguus fuit. Verùm nemo apertè ac liberè loqui de ipſa eruenda audebat, cùm maxima ciuitatis pars & Senatus, atque adeò ipſe Patriarcha hac hæreſi imbuti eſſent. Solus autem Manuel diuinâ vi impulſus id auſus eſt. Nam priùs (vt dictum eſt) animi dubius erat in ſacroſanctarum imaginum cultu, quem poſteà tali de cauſa complexus eſt.*

MANUEL RESISTEBAT VERITATI.

IX.

B *Grauiſſimo morbo fuerat occupatus, iamq; eius vita ſalus deſperata erat, omni medicorum arte fatigata. Venerunt igitur ad ipſum quidam qui eum deceſſiſſe audierant, Venerandi ac pij monachi à monaſterio Studij. Qui cùm ad lectum acceſſiſſent, eumque adhuc viuere & ſpirare cognouiſſent, prædixerunt fore vt viueret, & in priſtinam valetudinem reſtitueretur. Qui priùs nullam his fidem habebat: verumtamen inſtantibus diuinis viris, hortantibuſque ne dubitaret de virtute Dei quæ ſibi illuxerat: paululùm morbo alleuatus eſt tenui atque imbecillo cantu: Et quomodo (ipſis inquit) erit hoc mihi, ò diuini Patres? animæ vires defecerunt, corpus totum exhauſtum eſt & aruit, & ego iaceo quaſi ſalſamentum conditum & exiccatum, nullâ aliâ re à mortuis differens quàm ſolo ſpiritu. quanam igitur ſpes? vel quæ ratio perſuadebit me conualiturum,*

QUOMODO MANUEL RECEPIT CULTUM IMAGINUM.

C *priſtinamque ſanitatem reſtitutam iri? Reſponderunt igitur ſancti viri illi: Omnia fieri à Deo poſſunt, neque quicquam eſt quod ille non poſſit. Si igitur operam dabis cùm conualueris, vt Iconomachorum extinguatur incendium, & ſacræ imagines, & priſca & patria leges reſtituantur: pollicemur tibi vitam. Quo dicto abierunt. Manueli verò, nec opinatò, & præter omnem expectationem melius eſſe cœpit, naturaleſque vires ſine vllo impedimento redibant, ac breuiori tempore ab omni vi morbi liberatus eſt.*

X.
MANUEL AGIT CUM IMPERATRICE DE RESTIT. IMAGINUM.

Statimq; facilè equitans ad palatium ſe confert, & ad Reginam ingreſſus omnibus modis eam hortari cœpit, vt ſanctas reſtitueret imagines. Quæ tamen iam pridem ſibi dari huiuſcemodi expectabat occaſionem; ſiquidem à pa-
D *rente ſua ad id ſemper accendebatur, & à matris fratribus Patricijs. Sed tamen reſtitit Theodora verbis Manuelis, ſiue iuſiurandum ergà virum verita, ſiue tamen (vt diximus) quod metueret frequentiam eorum, qui hæreſi detinerentur. Inſtante autẽ Manuele, Theodora: Meus, inquit, ò Magiſter, vir & Imperator veritatis amator erat, & nihil vnquam inconſideratè fecit, atq; hoc dogma, niſi ſacris legibus & ſanctis Scripturis eſſet interdictum, numquam ille ex Eccleſia tollendum curaſſet. Quæ cùm illa dixiſſet, propediem illi adeſſe vitæ finem, Imperijq; amiſsionem minatus eſt neq; ipſi tantùm, ſed etiam eius filio, niſi diuinum ornatum ſanctis imaginibus templum reſtitueret. Quibus verbis ſiue deterrita, ſiue (vt diximus) alioqui prompta Regina omni ſtudio rem ſuſcepit. Statimque in Theoctiſti*

PUBLICA DISPUTAT.

E *tentorijs, omnes prudentiâ & eloquentiâ præditos viros tum ex themate, tum ex Concilio cogi iuſsit, ibique diſputari ac proponi, quæ ad rectam fidem pertinerent. Omnibusq;, vt ita dixerim, congregatis, multisq; verbis factis, & teſtimonijs ſacræ Scripturæ non paucis adductis, pia pars tandem ſuperior fuit.*

XI.
RESTITUTÆ SACRÆ IMAGINES.

Ac ſubitò dogma propoſitum eſt, vt ſacræ reſtituerentur imagines, Epiſcopis, monachis, & ſenatoribus, quicumque maioris partis priùs morbo detinebantur, quod eſſet melius ediſcentibus, & veritatem edoctis, ſententiam in melius commutantibus. Quicumque verò altiori impietatis hæreſi infecti ita ſe haberent, vt à praua opinione deduci non poſſent, illi è ciuitate eiecti, in exilium mitterentur. Sublato item impio Patriarchâ, & pontificatu abdicato, per

quoſdam viros fide dignos ad eum miſſos ex iis qui cuſtodia palatij præerant. Quibus obedire ille priùs noluit, neque de ſede decedere, affirmans numquam volentem ab ipſa Eccleſia ceceſſurum. Qui vbi reuerſi ad Reginam, quæ eos miſerat, eam de illius pertinacia docuerunt: Statim Bardas Patricius Reginæ frater mittitur percõtaturus, quare Orthodoxæ Fidei non cederet Patriarchatum? At Ioannes verſutus & callidus tum in ſcribendo, tum in comminiſcendis calumnijs, vt ſi quis alius, plumbo ſibi ventrem, tergaq́ compunxit, & nares; vt videretur ab aliquibus flagris caſus. & ab his qui miſſi fuerant ita ſe affectum exclamans, qui barbarico more ſe inuaſiſſent. Sed præcipuè à Conſtãtino Vigla Drungario ſupplicabat tantiſper ſibi veniam dari, quoad vibices euaneſcerent. & hæc Ioannes dixit.

METHODIUS CONSTANTINOP. EPISCOPUS ELIGITUR EIECTO IOAN.

B *Bardas autem patefacto & redarguto illius commento, irâ percitus vel inuitum de Patriarchatu deiecit. In cuius deiecti locum Regina Patriarcham Eccleſiæ ſacrum ac diuinum virum Methodium ſuffecit, qui adhuc martyrij puncta ob confeſſionem in carne ſua geſtabat, omnibus pijs ſacerdotibus, & laicis, & monachis, & illis item qui ſeſe in montibus exercebant, multo gaudio illius declarationem approbantibus. Qui confeſtim ad Reginam profecti, vnanimes æterno anathemate hæreſim illam condemnarunt.* Hæc initio Imperij quæ à Theodora eiuſque filio rectè geſta ſunt.

XII. Verùm iſta de reſtitutione imaginũ habitâ diſputatione, & hæreſis condemnatione, electioneq́; Ioannis atq; ſubrogatione Methodii nequaquam perfunctoriè facta ſunt, ſed ſecundùm canones, ad C hæc agenda, congregato Concilio, de quo hic intexenda eſt Theophanis presbyteri temporis huius ſcriptoris narratio, qui in oratione in ſanctum Nicephorum Patriarcham dicta, habet hoc anno, poſt Theophili Imp. obitum, operâ Theodoræ Auguſtæ Synodum Conſtantinopoli eſſe collectam; illicq́; damnatam hæreſim, & ipſum Patriarcham Ioannem hæreticum, Methodium verò electum. hæc enim habet: *Poſtquàm defuncto Theophilo, Imperium ad eius vxorem Theodoram & filium eorum Michaelem admodum adoleſcentem delatum eſt, in pietatis ſtudium curamq́ maximè incubuit fœmina, verè Dei munere (vt nomen eius indicat) data, ex omnibus præclaris & magnis facinoribus, quibus Principes probari ſolent, nullum præſtantiùs exiſtimans, quo tutius ſibi Imperium confirmaret, aut virilem in fœminea perſona fortitudinem exerceret, quàm ſi pietatis & religionis cultu Deum ſibi propitium redderet. Id autem nullo pacto faciliùs aut commodiùs poſſe contingere, quàm ſi perturbationem in Eccleſia iam diu excitatam ſedaret, & partem in illa morbo laborãtem reduceret ad ſanitatem; & qui inter ſe animi eſſent alienati, conciliarentur, atq; idem omninò ſentirent. Sic igitur fore, vt cùm vna eſſet omnium ſententia atque idem ſenſus, vera, ſinceraq́ Fides Apoſtolorum, Patrumq́ inſtitutis tamquam ſolidis fundamentis inſiſtens, firma atque immobilis conſeruaretur, & ſibi deinceps Imperij gubernatio facilis & tolerabilis permaneret.*

CONCILIUM CONST. PRO CULTU SS. IMAGINUM.

D

XIII. E *Hæc igitur cùm illa verè animo excellens & mente fortis Regina ingenio ſuo excogitaſſet, & prouidentiâ conſideraſſet, re cum illis qui erant in magiſtratu & dignitate cõſtituti communicatâ, accerſit cum ipſis eos qui inter monachos præſtabant, & de imaginum inſtauratione quæſtionẽ proponit. Cumq́ idem omnes conſentientes comperiſſent, diuturnoq́ eius rei deſiderio teneri, atq; animo excruciari propter religionis in ea re mutationem, poſtulauit, vt ſe etiam Patrum auctoritatibus ad veritatem confirmarent, quas varijs in libris inueniſſent. Mandauitq́, quo in loco palatij præſinito cœtus Eccleſiaſticus vniuerſus cogeretur, & ad populum ea de re quàm apertiſſimè verba faceret. Tanta autem multitudo confluxit, vt numero comprehendi nõ poſſet. Conuenerunt enim non ſolùm illi, qui mentem ſanã* A *impietatis temporibus conſeruarant, verùm etiam quamplures ex iis qui cum pietatis hoſtibus conſenſerant, quique ſacerdotijs & Eccleſiis regendis ab ipſis electi fuerant: è veſtigioq́ mutatâ ſententiâ, eos qui ſanctas imagines oppugnarant, anathemati ſubiecerunt.*

XIV. *Quâ quidem celeri & inſperatâ rerum mutatione, Ioannes qui tunc impiè munus pontificium adminiſtrabat, ſtupore & mentis caligine captus, parum abfuit, quin ipſe ſibi manus inferret, mortemq́ conſciſceret. Hic enim ſceleris caput & ſumma fuerat; qui tùm impiè ſentiret, & apud Imperatores auctoritate poſſet anteà plurimum, eos mendacijs & dolis, imprudenter, inconſiderateq́ confectis, in impietatis barathrum impellebat. Eo igitur propter flagitia quæ in Deum admiſerat, vno omnium conſenſu & cunctis tum magnorum Imperatorum, tum vniuerſi cœtûs Eccleſiaſtici ſuffragijs à ſacra ſede cum ignominia eiecto, Me*B*thodius vir & vitâ & doctrinâ valdè probatus, & qui pro veritate & religione multa certamina & longum exilium pertulerat, atq; inde plagis & carcere diu cruciatus redierat, omnibus in dignitate conſtitutis approbantibus, electus eſt, qui ſacram Reginæ vrbium ciuitatis ſedem obtineret.*

XV. *Tunc Nicææ ſecundùm diuinitus electum ſanctum Oecumenicum Concilium, quod Irena Imperatricis verum ab ipſa pace nomen habentis, & Taraſii maximi beatiſſimiq́ Patriarchæ ſtudio celebratum eſt, meritò firmam obtinuit auctoritatem ac robur, cùm omnes quæ, Deo aſpirante, in ipſo decreta fuerant, comprobarent. Tunc omnes Eccleſiæ ſuum vbiq́ decus receperunt, & venerabilium imaginum ſplendore fuerunt illuſtratæ: eiectiſque illis qui eas nefariè inſectabãtur, ſacerdotes melioris ac duces recti dogmatis ſunt conſtituti.* C hactenùs Theophanes de rebus in Synodo Conſtantinopolitana aduerſus Iconomachos, geſtis. Tunc accidit, vt inter alios Orthodoxos Confeſſores ad ſedes Epiſcopales promotos fuerit Theophanes ille Theodori frater vultu litteris exaratus, de quo plura ſuperiùs, qui Nicææ Bithyniæ factus eſt Archiepiſcopus. de quo etiam proximè ſuo loco, hoc eodem anno, dicturi ſumus.

XVI. Sic igitur hæreſis illa, quæ Conſtantinopoli antè cẽtum viginti annos è portis inferni magno faſtu, auctore Imperatore, potens ac furens in Eccleſiæ damnum erupit, & repreſſa ſæpiùs, rurſus ſan- D guine SS. ebria audaciùs eſt debacchata Conſtantinopoli: hoc anno tamdem penitùs extincta fuit. Quanta iſta inuexerit ſecum mala, quot quibuſq; cladibus ſæpiùs peſſumdederit Eccleſias Orientales, nec mente nedum ſcriptis quis aſſequi poſſit, vt licet totus hic tomus in his inſumptus ſit, haud tamen ſcriptorum inopia cuncta complecti potuerit, ſed vix ex plurimis pauca receperit ex iis, qui ſunt reperti huius ſæculi, ſcriptoribus eruta. Deplorauit fruſtrà iacturam ſuam Imperium Orientis, cum huius occaſione hæreſis, Occidentalis Imperii diſpendium paſſum eſt, cùm in pœnam Imperatoris Iconoclaſtæ fuit ab illo diremptum, atq; poſteà genti facienti fructum eius, collatũ eſt, ho- E mini inquam Dei amico & qui inuentus eſt ſecundũ cor eius, Carolo Magno Imperatori. Quis vmquam Regum vel aliorum Principum gloriari poteſt aliquod ſibi & ſucceſſoribus ſuis ex hæreſi bonum partum? Sicut enim à patre mendaciorũ ipſo diabolo bonum nullum, mala omnia prouenire, nullus ignorat; ita planè ab eius inuentis, ipſis inquam hæreſibus, innumera in orbẽ ſemper inferri damna, dubitare quis poteſt? Vt de his iam illud quod eſt in Iob [a] iure dici poſſit: *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos; rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum cõtriti ſunt. Tigris periit eò quòd non haberet prædam, & catuli leonis*

HÆRESIS ICONOCLASTARUM PENITUS DISSIPATA.

[a] Iob. 4.

diſſipati

diſſipati ſunt. cùm videlicet eiuſdem hæreſis auctores & propagatores Leones Iſauricus & Armenus, & eorum ſucceſſores Iconoclaſtæ Imperatores, vnà cum ſua ipſorum hæreſi tigridis nomine deſignata conſumpti ſint abſq; vlla ſpe. De quibus triumphans Eccleſia, Martyrum fuerit illuſtrata coronis, inſignita trophæis, innumeriſq; de proſtrata impietate locupletata.

XVII. Quando & inter inſignes Orientis Eccleſię pugiles, præcipuè enituit virtus Studitarum: hi enim ſuis precibus (vt vidiſti) reuocãdo penè mortuum ad vitam curatorem Imperij, coegerunt hæreſim mori. Alumni iſti erant magni illius Theodori eiuſdem monaſterij Studitarũ Præpoſiti, cuius certamina eadẽ ex cauſa ſuſcepta, illata ſæuiſſima verbera, eademq; toties repetita, tum conceptã, modò perfectam peperere pacem Eccleſię: Quę enim ipſe ſeminauit in lacbrymis, meſſuerunt filij in exultatione: irrigauit ipſe crebriùs ſata ſanguine, venientes filij cum exultatione portantes manipulos ſuos, vt ſecundùm illud Dominicum dictum bis acciderit: [a] *In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit: Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Sed iam ad S. Methodium redeamus, de quo auctor qui ſui tẽporis res geſtas proſecutus eſt Ioannicii iſta habet.

[a] Ioan. 4.

XVIII. Qua occasione rursum scinditur Ecclesia.

Methodius re verà vir ſacroſanctus, & homo Dei in ſacris collocabatur ſedibus (vt de eo idem ſanctus prædixerat Ioannicius) & vt ſemel dicã cùm omnia ab eo fuiſſent traducta ad Fidem Orthodoxam, & ſopitus eſſet omnis fluctus, & ſæua tempeſtas, & res erant quietæ: quædam alia ſeditio excitatur à pijs, & rei Eccleſiæ rurſus erant diuiſæ, & redactæ in duas opiniones. Nam alij quidẽ volebant habere in miniſterio eos qui dignitatem ſacerdotij acceperant ab Iconomachis, vtpote qui per hoc nihil pietati officerent. quod ſcilicet ea hæreſis nõ dogmata de diuinitate vel humanitate Chriſti, vel quid huiuſmodi Eccleſiæ Orthodoxæ tetigerit, ſed ritum & traditionem Eccleſiæ labefactarit. *Illi autem* (ſubdit auctor) *profanis ſancta tradere manibus, putabant omnino eſſe impium, & minimè Deo gratum nec admittendum. Et qui Deo quidem verè viuebat Methodius ægrè ferebat, angebatur, corde lacerabatur, putabat magnum Paulum reſonare in auribus, propemodum hæc loquẽtem:* [b] *Vtinam ſim à Chriſto anathema pro fratribus meis ſecundùm carnem, ſi modò ſteteritis nobiſcum, & communiter Trinitatem glorificemus. Et ille quidem ſic ſe habebat.* omnes illos commiſtros habere deſiderãs qui in reliquis eſſent, Orthodoxæ ſententiæ. At quid aduerſarii? ſubdit auctor: *Illi autem parati erant omnia pati potiùs quàm dimittere ea quæ viſa fuerant, adeò vt hinc in partes duas ſcinderetur totius Eccleſia, & alij quidem ſecum, alij verò cum illis ſe coniungerent.*

[b] Rom. 9.

XIX. S. Ioannicius studet paci Ecclesiæ.

Dei itaque amicus Ioannicius incidens in res adeò turbatas, partim quidem per ſe, partim verò per litteras velati fiſtula reuocabat diuulſam partem gregis, & ei qui eſt ſolus Deus, qui eſt ſolus bonus paſtor & non mercenarius conciliabat: maximè verò Archiepiſcopi Methodij iam labantem recreabat animum, multa quidem & alia ſcribens. Ante omnia autem ij qui homouſion abſurdè & aliquo modo ſcindunt, non æquas & abſurdas opinantur diuiſiones: eis ne autem quidem adhibere ſuadebat, non ſal, non tectum cum his habere commune, non eos alloqui, ſed quàm maximè declinare eorum congreſſionem. Admonebat eum, ne poſſe quidem ſanctum eum reputari ſacrificium, cùm qui ſacrificatur contemnit & vilipendit. Scribebat autem Methodio, vt illos potiùs haberet circa diuinum ſacrificium, quos noſſet cum eo ſentire de dogmate Orthodoxiæ. In fine verò epiſtola valere eum circa ſanam rationem optauit magnus Ioannicius. Sic igitur in eamdem ſententiam quã Methodius, pedibus abiens S. Ioannicius, ſuadebat illos procul tantùm facere ab altari, qui adhuc eſſent hæreſi inquinati, non pœnitẽtes, erroremque deteſtantes & præ cæteris Iconomachos. pergit auctor.

XX. *Cùm hæ veniſſent litteræ, diuinus quidem Methodius memoriæ mandauit ea quæ ſcripta fuerant. Improbi autem homines eam rem irridebant, & habebant ludibrio, & malè ab ipſis bonus audiebat Ioannicius. Ille verò cùm cognouiſſet, quòd ipſi eum calumniarentur: ita ſtans vt eum omnes poſſent audire de Deo, & de rebus diuinis diſſerens, eos ita vi cepit, & in ſuam redegit poteſtatem, vt non ſolùm abſtinuerint à ſua in eum inſania, verùm etiam eorum mentes ad id quod eſt melius conuerterit, & ijs dimiſſis, quæ priùs eis viſa fuerant, Orthodoxæ Fidei dogma didicerint, vt ipſe exprimebat. Sic frequentiſſimus ille populus victus fuit ab vnius hominis virtute, & totæ ciuitates dependebant ab vna illius ſententia, ijs quæ meditata fuerant longo tempore, breui depoſitis.* hæc de his auctor.

Qui igitur poſt tot Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ naufragia, eius clauum è manibus hęreticorũ euulſum moderãdum ſuſcepit Patriarcha Methodius, ad reuocandos in Eccleſiam lapſos mirificè laborauit. quòd verò hi reperirentur variæ ætatis, diuerſæq; conditionis: ne vileſceret Eccleſiaſtica diſciplina, eoſdem omnes diuerſo modo cenſuræ Eccleſiaſticæ voluit eſſe ſubiectos. Quamobrẽ pro ſalute omnium eiuſmodi promulgauit edictum, cui eiuſmodi titulus reperitur inſcriptus.

XXI. Canones pœnitentiales Methodii pro lapsis.

Methodij ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani de ijs qui abnegarunt, per diuerſos modos & ætates [c].

[c] Extat bibliotheca San. to. 6 col. 6.9. & addit. ad Theod. Balſ.

Si puer quidem comprehenſus fuerit & abnegauerit ſeu metu ſeu ignorantiâ & inſcitiâ: is propitiatorias preces ſeptem diebus accipiat, & octauo die lauetur, & à lauacro linteo accinctus chriſmate inungatur, vt ſolent inungi qui baptizantur, & ferat veſtes nouas, ſecundùm ordinem eorum qui illuminantur.

Si autem ſint adoleſcentes, vel ſenes, ſeniove confecti; ſiquidem per tormenta negauerunt, clementer ac benignè cum eis agatur, ſed duas Quadrageſimas ieiunent, vacantes orationibus, & genuflexiones aſſiduaſq; preces peragẽtes. Duarum autem Quadrageſimarum fine appropinquãte, octo diebus propitiatorias preces ſuſcipiant, & ſub omnibus qui inueniũtur cum ſacerdote qui pro eis Deum placat, eas faciant, & dicant intensâ voce, Kyrie eleiſon, centies. Et ſicut ſuperiùs ſtatuimus, lauentur & vngantur ſecundùm priorem conſtitutionem; & celebrato ſacrificio, ſacroſanctis myſterijs digni habeantur, vacantes Eccleſiæ & ſacrorum celebrationi octo diebus.

Si qui autem ſuâ ſponte ad negandum transfugerunt: ij quidem habent canonem terribilem; ſed propter commiſerationem duos annos ieiunent à carnium & ouorum eſu, & à vino abſtinentes, genuum inflexiones facientes, ſi ſint quidem iuuenes & robuſti, quotidiè centum diebus, ducenties dicentes, Kyrie eleiſon. Duobus autem annis expletis, ante octo dies preces propitiatorias accipiant, & quæ ſequuntur, vt priùs ſtatutum eſt, in ipſis fiant, ſiue ſint viri ſiue mulieres, modò ſint perfectæ ætate. iſta Methodius.

XXII. De fascia anterior patriarcharum.

At nec de ipſo illud prætermittendũ, quod tradit Glycas his verbis: *Quia Methodij mala propter ſacrarum imaginum propugnationẽ contundendo laſa ſolutaq; fuerant à Theophilo, neceſſe habebat, vt eas tenui quadam faſciâ lineâ obligaret: Vnde meâ quidem ſentẽtiâ mos inoleuit, hodieq; durans, vt Pontifices ab anteriori parte lineas faſcias alligatas habeant.* hæc ipſe.

Sed redeamus ad Theodoram Auguſtam, quæ expleta Synodo, de reſtituta Fide Catholica, ex-

purgataque

purgataq; à fæce hæreticorum Eccleſia Conſtantinopolitana, collocatoiam in throno Catholico Patriarchâ, hilaris conuiuium Orthodoxis Confeſſoribus præparauit, in quo quid acciderit, hæc accipe à Curopalata. qui ait: *Iconomachorum hæreſis tali modo terminata eſt, & Orthodoxorum Eccleſia ſuum recepit ornatum, venerãdorum imaginum reſtauratione. Hanc celebritatem recta Fidei colẽs olim beata Regina, Eccleſiæ cœtui conuiuium præbuit in loco, vbi palatia Curiani ſita erant. Cum cæteris conuiuis annumerati ſunt & inuitati Theophanes & illius conſanguineus* immò germanus *Theodorus, in quorum vultu nota inuſta erant.*

THEODORA AVGVSTA CONVIVIO EXCIPIT SANCTOS CONFESSORES.

XXIII. Quod ad Theodorum pertinet, ex his (ſi iſta verè ſe habent) corrigas opus eſt quæ in Actis vitæ eius atque fratris Theophanis leguntur, vbi dicitur Theodorus ante redditam Eccleſię pacem eſſe defunctus in carcere; quem ad hęc etiam perueniſſe tempora, ſermo ille hiſtoricus recitari ſolitus apud Græcos ipſos in Eccleſia Dominicâ primâ Quadrageſimæ, habet, cæteriq; omnes Græcorum hiſtorici tradunt poſt Curopalatam, qui ſic pergit: *Iamq; vigente conuiuio, & tragematis, placentis videlicet ac bellarijs appoſita, frequenter Regina in ora Patrum aculos intendens, & perſpiciens in eorum facie inuſtas litteras, ſuſpiria emittebat & lachrymas. Et quidã de Patribus hoc conſpicatus, cauſam rogauit, cur illa tam frequenter in ipſos oculos intenderit. Quæ cùm reſpondiſſet: Veſtram admiror fortitudinem, quomodo inſcalpi in ore veſtro tot litteras ſuſtinuiſtis, & miſereor, atque infelicem illum cenſeo, qui tantam in vos odio adductus eſt, vt hæc patrarit. Reſpondens beatus Theophanes: Pro hac, inquit, pictura, Regina, in iudicio Dei incorrupto cum tuo viro & Imperatore iudicabimur.*

XXIV. *Quo dicto perculſa eſt Regina, & cum lachrymis Sancto dixit: Et hæc eſt pollicitatio veſtra, & ſcripta fœdera, vt nõ modò non ignoſcatis, ſed etiam ad Iudicium adducere & vocare ſtudeatis? Quam redarguens Patriarcha & reliquus ſanctorum Epiſcoporum cœtus, & doloris vehementiam alleuantes, exurrexerunt, & ſtatim dixére: Noſtra, ô Regina, fœdera & pacta firma & ſtabilia ſunt, ita vt mutari nequeant, ſed iſtum contemptum iam valere ſinere honeſtum eſt: atque ita mitigatus eſt Reginæ dolor.* hæc de his Curopalata, ex quo deſcripsêre reliqui Græcorum auctores. Quod ad pollicitationem Epiſcoporum & pacta, quæ exigebat ab Epiſcopis Theodora Auguſta pertinet: nihil aliud puto intelligere voluiſſe, niſi quod iidẽ Epiſcopi promiſiſſent hæreticis omnibus pœnitentibus tam viuis quàm defunctis tribuere veniæ ſpem. Porrò eumdem Theophanem Confeſſorem Theodori germanum, glorioſæ confeſſionis merito, creatum fuiſſe Archiepiſcopum Nicææ in Bithynia ciuitate, teſtantur qui eius certamina ſcripſit & alii Græcorum hiſtorici.

XXV. At verò erectio iſta atque reſtitutio ſacrarum imaginum in Eccleſia Conſtantinopolitanæ ciuitatis ſolemni ritu, celebriq; facta eſt pompa, conuenientibus Imperatoribus in magnam Eccleſiã, vnà ſimul cum ſacro clero, atque venerandorum ordinibus monachorum, confluentibus pariter ex viis omnibus, inſtar amnium in mare immittentiũ ſe agminibus populorum. Celebrataq; ſunt veluti encænia quædam innouatæ atque ſanctificatæ & illuſtratę baſilicę, quę ab impiis Hagiomachis Iconoclaſtis fuerat deformata, profanata, atque penitùs denigrata. Sacræ ſunt illic preces publicè recitatæ, ſacroſanctum ſacrificium incruentum oblatum in gratiarum actionem ob tot tantaq; ſimul à Deo populo ſuo præſtita beneficia; quod qui in duas partes diro ſchiſmate ſciſſus eſſet, iam diruto interiacente & ab inuicem diuidente alio pariete, coiiſſet in vnum corpus ſub vno capite ſancto Methodio, ſicut in vnam Fidem, veteremque ritum atque traditionem, atq; conueniſſent in vnam Eccleſiam.

Tunc & magnus Confeſſor Theophanes vultu inſcriptus, decorus facie ob elucẽtia in ea pulchra ſtigmata confeſſionis, ſacrum Deo in gratiarum actionem cecinit hymnum, triumphale carmẽ, inſtar Moyſis poſt tranſitum maris rubri, hoſtibus mari merſis, filiis Iſrael liberatis, choream ſacram ducens, & præcinens, cæteris recinentibus, dignas Deo, Deique Genitrici gratiarum actiones alacriter perſoluit.

XXVI. Tempus erat, quo celebrari conſueuit in Eccleſia ſolemne ieiunium Quadrageſimę, cuius ingreſſus inſtabat primâ Dominicâ; ſed luctus & pœnitentiæ tempus illud, in gaudium & lætitiam atque exultationem & iubilum eſt conuerſum, vt ſecundùm ſacrum vaticinium Iſaiæ[a] *daret in eo Dominus coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Cùm & nec deeſſent, quæ ſubijcit: *Vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.* Confeſſores nimirum Catholicæ Fidei, qui magno robore ſuſtinuiſſent ferociter debacchantes atque furentes aduerſarias poteſtates. ſed & factum quod ſequitur: *Et ædificabunt diruta à ſæculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem.* Cùm videlicet non in vna ciuitate Conſtantinopolitana ſolummodò, ſed vbique, longè lateque, toto Orientali Imperio Romano, in priſtinum decorem & cultum omnes reſtituerentur Eccleſiæ. Sed & ne quid deeſſet ad plenam ab eodem Propheta decantatam lætitiam, æquè tunc fieri contigit, quod ſubditur iſtis verbis: *Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.* Cùm ſcilicet qui alieni erant à Fide Catholica, atque etiam ab vnitate Eccleſiæ peregrini, iidem æquè ſimul in vna Fide coniuncti, & coagmentati ex alienis facti ſunt proprij, & ex peregrinis ciues Sanctorum & domeſtici Dei, ijdemque paſtores populorum atque cultores agri Dominici; vt vna omnium vox exultationis eſſet pſallentium Dauidicum illud: [b] *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* atq; ad poſtremum abſolueretur quod ſubditur: *Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri.* Cùm legitimè præeſſe cœperũt Eccleſiis, in quibus anteà à lupis lupi fuerant inſtituti titulo mẽtito paſtorum, redditi iam ex lupis veri paſtores, cuſtodes gregis, atque miniſtri fideles; adeò vt ex hac die numquam ampliùs auditus fuerit in Orientis Eccleſiis eiuſmodi in ſacras imagines vlulatus funeſtus luporum, rugituſque leonum ſæuientium Imperatorum, ſed tantùm, hoc noſtro ſæculo, in Occidente, prôh pudor, ruditus vilium aſinorum in ſacras imagines calcitrantium.

[a] Iſai. 61.

EX PRAEFECTA VICTORIA, PACE, ET VNITATE PVBLICA LÆTITIA.

[b] Pſal. 86.

XXVII. Cæterùm ſecundùm quod eſt ſcriptum in pſalmo: [c] *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Haud ſatis viſum Eccleſiæ Orientali pro tot tantiſq; à Deo beneficiis cõſecutis in reſtitutione ſacrarum imaginũ vnicâ tantùm celebritate immenſitatem quam deberet gratiarum actionis explere: quamobrẽ ſacro Antiſtite vnà cum collegis Epiſcopis Methodio decernente, ſtatutum fuit, vt annuâ die, eadẽ primâ Dominicâ Quadrageſimæ, perpetua memoria tanti à Deo accepti beneficij coleretur, recoleretur q; in ea cũ ingenti gratiarum actione reſtitutus in Oriente ſa-

[c] Pſal. 75.

ANNVA FESTA DIES PRO RESTITVTIONE SS. IMAGINVM.

ente ſacer cultus imaginum. Quæ tanta celebritas pietatis hactenùs apud eos feliciter perſeuerat.

De duobus hymnis in ea canis ſolitis.

In qua inter alias diuinas laudes ſacra victoriæ caotica duo in Eccleſia publicè occiouŭtor, Theophanis Confeſſoris alterum, alterum verò Theodori Studitæ titulo prænotatum. Quæ ipſa hic tibi reddituri ſumus, tum Græcè tum Latinè fideliter ſcripta. Noſter enim Federicus Metius vir honeſtiſſimus & Græcarum rerum peritiſſimus, à quo accepimus, Latinitati donauit accepta ipſa è Græcorum ſacro libro, Triodio, nuncupato, quo vtitur pro diuinis Officiis celebrãdis à Septuageſima vſque ad Octauam Pentecoſtes; in cuius liminari pagina legitur, librum illum exaratum à S. Coſma, auctum verò à Theodoro atq; Ioſepho Studitis, & aliis Patribus, inter quos nominatur Nicephorus Calliſtus, cognomento Xanthopulus. Ibidemque etiam latiùs declaratur, cur idem volumen, Triodium nominetur.

XXVIII. Ioeo autem, qui ſecundo loco ponitur hymnus Theodori Studitæ nomine, conſiderandum putamus, ipſius hymnum illum eſſe non poſſe, quem ante hæc tempora ea hac vita migraſſe vidimus, & hymnus ille ooo ante hæc tempora, cùm pax eſt Eccleſiæ reſtituta, potuit eſſe ſcriptus: quod & auctor ipſe demonſtrat manifeſtiùs, dum in eius ſeptima oda vigintiocto ànnos perſecutionis huius numeret à tempore ſcilicet, quo regnare deſinente Irenâ Auguſtâ pacis Eccleſiæ conciliatrice, ſucceſſit Leo Armenus Imperator Iconoclaſta, Eccleſiæ perſecutor, à cuius Imperij exordio vſque ad Theophili Imperatoris obitum, quo extincta eſt perſecutio, tot anni, nempe viginti octo, interlacent. Quamobrem dicendum eſt, hymnum illum Theodori eſſe non poſſe, quem exiſtimamus alicuius ex diſcipulis eius, monaſterij Studitarum profeſſoris eſſe opus, & fortaſſe Naucratij, vel alterius ex Confeſſoribus illis, qui ſub perſecutione diuerſorum Imperatorum, multa pro cultu ſacrarum imaginum (vt vidimus) paſſi ſunt. Nos autem reddemus primo loco Theophanis hymnum, vt ipſa ſe habet inſcriptio.

CANON EPINICIUS SIVE VICTOrialis à Theophane confeſſore conſcriptus ſuis Odis diſtinctus. Et dicitur ad Matutinum prima Dominica Quadrageſima, quando ſacra imaginum erectio Conſtantinopoli celebratur. Qui feſtus dies, Orthodoxia nuncupatur. In quo hymno illud obſeruandum, quod fieri minùs potuit, vt in eius verſione idem rithmus ſeruaretur, qui habetur in canone Græco. Qui etiam hac de cauſa ita eſt interpunctus diſtinctus pro ſeruando rithmo, vt ſententia ipſa aliquando peruertantur.

Inſuper ſciendum eſt quod in his hymnis Odis diſtinctis ſemper immediatè poſt primam ſequitur tertia, omiſſa ſecunda. Cuius rei hanc à Græcis accepi rationem, quod cum nouem odis hymnus diſtinctus ſit ad imitationem nouem chororum Angelorum, ſecunda demitur, quod ſecundi ordinis credantur ab illis fuiſſe Angeli apoſtatici, quorum nulla eſt communis cum aliis laudatio.

ΤΗ α΄. ΚΥΡΙΑΚΗ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ τεσσαρακοστῆς.

Εἰς τὸν ὄρθρον, κανόνες ψαλλόμενοι, ποίημα τοῦ κυρίου Θεοφάνους· οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Σήμερον εὐσεβείας θεοφεγγὴς ἤλυθεν αἴγλη.

Ὠδὴ α΄. ἦχος δ΄. πρὸς, Θαλάσσης τὸ ἐρυθραῖον πέλαγος.

Σκιρτῶντες μετ' εὐφροσύνης σήμερον, πιστοὶ βοήσωμεν· ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου Χριστὲ καὶ μεγάλη ἡ δύναμις, ὁ τὴν ἡμῶν ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν ἐργασάμενος.

Ἡμέραν χαρμονικὴν θεόφρονες, δεῦτε τελέσωμεν· νῦν οὐρανὸς εὐφραίνεται καὶ γῆ· καὶ ἀγγέλων τὰ τάγματα, καὶ τῶν βροτῶν συστήματα, διαφερόντως ἑορτάζοντα.

Μεγίστην εὐεργεσίαν βλέποντες χεῖρας κροτήσωμεν· τὰ διεστῶτα μέλη τοῦ Χριστοῦ, συνηγμένα πρὸς ἕνωσιν, καὶ τὸν θεὸν αἰνέσωμεν, τὸν τὴν εἰρήνην πρυτανεύοντα.

Ἐδόθη τῇ ἐκκλησίᾳ σήμερον, τὰ νικητήρια ᾄδειν θεοκινήτῳ κελεύσει καὶ βουλῇ· Μιχαὴλ Θεοδώρας τε, τῶν εὐσεβῶν τῆς πίστεως, ἀντεχομένων βασιλέων ἡμῶν.

Ῥομφαῖαι τῶν δυσσεβῶν, ἐξέλιπον σαφῶς αἱρέσεων· τὸν γὰρ ναόν σου πάναγνε σεμνὴ ἐν εἰκόσι κοσμούμενον, πανευσεβῶς θεώμενοι, νῦν πανιέρως ἀγαλλόμεθα.

Ὠδὴ γ΄.

DOMINICA PRIMA SANctæ Quadrageſimæ.

Ad Matutinum canuntur ſequentes canónes, opus videlicet domini Theophanis. cuius Acroſtichis hæc habet: Hodiè venit ſplendor pietatis à Deo miſſæ.

Ode I. ton. 4. inſtar illius. Mare rubrum.

EXULTANTES *hodie præ gaudio clamemus, fideles: Quàm mirabilia ſunt opera tua, & quã magna, ô Chriſte, potentia tua, qui nobis vnionem & concordiam es operatus.*

Diem lætitiæ, Chriſti fideles, venite celebremus: nunc enim cælum exultat & terra, & Angelorum ordines, & hominum cætus, variis hymnis feſtum diem celebrantes.

Maximum hoc beneficium conſecuti, manibus plaudamus, dum membra Chriſti, inter ſe diuiſa ad vnionem conueniſſe, conſpicimus, & Deum laudemus pacis huius auctorem.

Eccleſiæ conceſſum eſt hodie, vt carmina pro adepta victoria concinat, dum diuino quidem nutu & cõſilio Michael & Theodora noſtri Imperatores, pro ſua pietate, Fidei ſe præbent protectores.

Pro B. Virgine. *Gladij impiarum hæreſum iam defecerũt: templum enim tuum, ô puriſſima & veneranda Dei Genitrix, imaginibus exornatum omni cum pietate conſpicimus, & ſacro replemur gaudio.*

Ode III.

Ode III.

Non amplius impiorum hæreticorum ſupercilium extollitur: Dei enim potentia rectam Fidem confirmauit, & roborauit.

a Iſai. 45.

Nubes, iuxta[a] Propheticum illud, è cælo nobis viuificum rorem hodiè demittant in hac quaſi Fidei reſurrectione.

Myſtica Apoſtolorum Chriſti tubæ, magno cum clangore ſuauiter reſonent, propter venerabilium imaginum erectionem.

Celebremus hymnis Chriſtum Dominum, qui nobis piam Reginam & Chriſti amantem conceſſit, vnà cum eius filio à Deo coronato.

Pro B. Virgine.

Puriſſima Virgo, tuum præſidium nos fideles adepti, diuinâ prætereà nos gratiâ per te illuminari precamur.

Ode IV.

Dei verbum, magnâ præſtans miſericordiâ, aduentu S. Spiritus Eccleſiam tuam ſanctifica, & huius aſſiſtentiâ, omnem hæreſis depelle errorem.

Cum populum tuum maximâ liberaueris Domine impietate, redde illum è contra pietatis Zelo ardentem, vt cum fide ad te clamet: Gloria ſit, Domine, potentiæ tuæ.

Sacris imaginibus Chriſti, & Dei Genitricis veneranda templa illuſtrata conſpicientes, vt par eſt, exultemus.

Imperatrix Theodora coronâ exornata, verum Chriſti Regnum prætereà obtinere cupiens, ſacram illius imaginem, & Sanctorum ſimulachra erigenda curauit.

Pro B. Virgine.

Incarnatum diuinum Verbum, cum pepereris Virgo, effecta es gratiâ plena, quapropter tui ſacri templi encænia celebramus.

Ode V.

Eccleſiæ tuæ, Domine, firmitatem ſtatue, vt æterno tempore maneat inconcuſſa, & à fluctibus hæreticorum immunis.

In omnem terram hilaritas hæc dimanauit, propter eam, quam Deus fidelibus ſuis, lætitiam deſuper conceſſit, & auxilium.

Tu qui ſolus bonus es, quin etiam fons bonitatis exiſtis, exalta Domine Orthodoxorum Regum cornu, qui tuam venerantur imaginem.

Lumen pietatis, quod occaſum neſcit: exortum eſt nobis, fidelium ſcilicet Regum reſcripto à Deo inſpirato & nutu diuino immiſſo.

Pro B. Virgine.

Innoua nobis antiquum decorem, immaculata Dei Genitrix, & domum iſtam tuam gratiâ tuâ ſanctifica.

Ode VI.

Pingitur, & veneratur à fidelibus ſummo cum honore Chriſti imago, & iterum aſſumit animos Eccleſia, eâ quâ par eſt pietate, celebrando Saluatorem.

Chriſti Eccleſia vultus dimiſſione, & hæreſeos tenebris exuitur, & liberatur, & veſte lætitiæ induitur, atque diuinâ, & illuminante gratiâ exornatur.

Orthodoxorum populus gloriam & ſplendorem

antiquum

Ωδὴ γ'.

Οὐκέτι τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν νῦν ἡ ὀφρὺς αἴρεται· ἡ γὰρ θεοῦ δύναμις, τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκράτυνε.

Νεφέλαι προφητικῶς ζωοποιὸν ἐξ οὐρανοῦ σήμερον δρόσον ἡμῖν ῥανάτωσαν, ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τῆς πίστεως.

Εὐήχως αἱ μυστικαὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ σάλπιγγες, ἐπιτερπῶς βοάτωσαν· τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀνόρθωσιν.

Ὑμνήσωμεν τὸν Χριστὸν τὸν ἀναδείξαντα ἡμῖν ἄνασσαν θεοσεβῆ φιλόχριστον, σὺν τῷ θεοστέπτῳ βλαστήματι. Θ.

Σκέπην σου πάναγνε καταλαβόντες οἱ πιστοὶ πάναγνε· φωτοειδῆ χάριν, νῦν κατευγασθῆναι δεόμεθα.

Ωδὴ δ'.

Ἐπιφοιτήσει τῇ θείᾳ τοῦ παρακλήτου, τὸν σὸν ναὸν ἁγίασον, καὶ τῇ παρουσίᾳ τούτου τῆς αἱρέσεως τὴν πλάνην ἀπέλασον, λόγε τοῦ θεοῦ πολυέλεε.

Βιαιοτάτης ῥυσάμενος δυσσεβείας, τὸν σὸν λαὸν ἀνάδειξον, τῷ τῆς εὐσεβείας ζήλῳ πυρπολούμενον, καὶ πίστει κραυγάζοντα· δόξα τῇ δυνάμει σου κύριε.

Ἱεροτύποις μορφώσεσι τῶν εἰκόνων, τῶν τοῦ Χριστοῦ θεώμενοι, καὶ τῆς θεοτόκου, τύποις καταλάμποντα, τὰ θεῖα σκηνώματα ἱεροπρεπῶς ἀγαλλόμεθα.

Ἡ βασίλισσα στέφει κεκοσμημένη· τὴν ἀληθῆ ποθήσασα, Χριστοῦ βασιλείαν, τούτου ἀνιστόρησεν· εἰκόνα τὴν ἄχραντον, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μορφώματα. Θ.

Σεσαρκωμένον τίκτουσα τὸν θεῖον λόγον, θεοπρεπὲς ἁγίασμα κεχαριτωμένη, τούτου ἀναδέδειξαι· διό σου τὸ τέμενος, τὸ φωτοειδὲς ἐγκαινίζομεν.

Ωδὴ ε'.

Θεοῦ κύριε τῇ σῇ ἐκκλησίᾳ κραταίωμα, ἀκλόνητον διαμένειν, εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τῷ σάλῳ τῶν αἱρέσεων.

Εἰς ἀγαλλίασιν τὴν γῆν, ἡ φαιδρότης ἐξέλαμψε τῆς ἄνωθεν δεδομένης, τοῖς πιστοῖς εὐφροσύνης, καὶ θείας ἀντιλήψεως.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς καὶ πηγὴ ἀγαθότητος· σὺ ὕψωσον ὀρθοδόξων, βασιλέων τὸ κέρας. τιμώντων τὴν εἰκόνα σου.

Φῶς ἄδυτον ἡμῖν εὐσεβείας ἀνέτειλε· θεσπίσματι θεοπνεύστῳ, τῶν πιστῶν βασιλέων, καὶ νεύματι θεόφρονι. Θ.

Ἐγκαίνισον ἡμῖν τὴν ἀρχαίαν εὐπρέπειαν πανάχραντε θεομῆτορ, καὶ τὸν οἶκόν σου τοῦτον· ἁγίασον τῇ σῇ χάριτι.

Ωδὴ ς'.

Γράφεται, καὶ τιμᾶται πιστῶς προσκυνούμενος, ὁ χαρακτὴρ τοῦ δεσπότου· καὶ λαμβάνει πάλιν ἡ ἐκκλησία, παρρησίαν· εὐσεβῶς τὸν σωτῆρα δοξάζουσα.

Γυμνοῦται, κατηφείας καὶ σκότους αἱρέσεως ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία· καὶ φορεῖ χιτῶνα τῆς εὐφροσύνης· καὶ τῇ θείᾳ καὶ φωσφόρῳ κοσμεῖται χάριτι.

Εὐκλείας τῆς ἀρχαίας ἐν ἀπολαύσει ἐτύχη τῶν ὀρ-

θοδόξων

θεόδεξον ὁ δῆμος. Θεοδώρας νεύσει τῆς βασιλίδος, καὶ τοῦ ταύτης εὐσεβοῦς Μιχαὴλ αὐτοκράτορος. Θ'.

Ὁ πάλαι μαρτυρίου προστάξας γενέσθαι σκηνήν, ὡς ἐν σκηνῇ λογικῇ σοι, κατοικεῖ ὁ μόνος δεδοξασμένος ὁ δοξάζων, τὸν ναόν σου παρθένε τοῖς θαύμασι.

Ὠδὴ ζ.

Συγχορευέτω, τῆς ἐκκλησίας τῇ φαιδρότητι πόθῳ θείῳ ἀγγέλων ἡ στρατιά· θεοφρόνως ἀναμέλπουσα, εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε.

Ἡ ἐκκλησία τῶν πρωτοτόκων, καὶ πανήγυρις χαίρει θεωμένη νῦν θεῖον λαόν· ὁμοφρόνως ἀναμέλποντα· εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε.

Λελυτρωμένοι, τῆς πρὶν ἀχλύος τῆς αἱρέσεως νεύσει, Θεοδώρας τῆς ἀξιοπρεποῦς, βασιλίδος ἀναμέλπωμεν· εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου κύριε. Θ'.

Ὑπὲρ τοὺς ἄνω, χοροστασίας ὑψώθης πάναγνε· μόνη γενομένη μήτηρ τοῦ παντουργοῦ. γηθόντες οὖν κραυγάζομεν, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν ὑπάρχεις πανάμωμε δέσποινα.

Ὠδὴ η.

Θεσμοὺς ἐκκλησίας πατρικούς, διαφυλάττοντες· εἰκόνας γράφομεν· καὶ ἀσπαζόμεθα στόμασι, καὶ καρδίᾳ, καὶ θελήματι, τῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων κράζοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

Ἐπὶ τὸ πρωτότυπον σαφῶς, τὴν τῆς εἰκόνος τιμήν· καὶ τὴν προσκύνησιν ἀναβιβάζοντες σέβομεν, θεηγόροις τοῖς διδάγμασιν ἀκολουθοῦντες τῷ Χριστῷ πίστει κραυγάζομεν, εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

Νοῦν καταυγασθεῖσα φωτισμῷ, τοῦ θείου πνεύματος σεπτὴ βασίλισσα, καρποὺς θεόφρονας ἔχουσα, τὴν εὐπρέπειαν ἠγάπησε τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ καὶ ὡραιότητα εὐλογοῦσα. ἅμα πιστοῖς, Ἰησοῦν τὸν θεάνθρωπον. Θ'.

Ἀκτῖσι φωτὸς τοῦ νοητοῦ, καταλαμπόμενος ὁ θεῖος οἶκός σου, καταφωτίζει νῦν ἅπαντας, τῇ νεφέλῃ τοῦ πνεύματος καὶ ἁγιάζει τοὺς πιστούς, συμφώνως ψάλλοντας εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα.

Ὠδὴ θ'.

Ἱερογραφίαις εἰκόνων, κεκοσμημένην καθορῶντες, πάλιν τὴν σεπτὴν ἐκκλησίαν· μετ' εὐλαβείας πάντες προσδράμωμεν· καὶ τῷ Χριστῷ βοήσωμεν, σὲ μεγαλύνομεν τρισάγιε.

Γέρας καὶ τιμὴν κεκτημένη ἡ ἐκκλησία τὸν σταυρόν σου. καὶ τὰς σεβασμίους εἰκόνας, καὶ τῶν ἁγίων τὰ ἐκτυπώματα· μετ' εὐφροσύνης δέσποτα, καὶ θυμηδίας μεγαλύνει σε.

Λάμπρυνον τῇ θείᾳ σου δόξῃ, τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν οἰκτίρμον· καὶ περιβολαῖς ἀγγελικαῖς, καὶ πάντοτε τούτους περίφραξον, τὴν τῶν ἐθνῶν θρασύτητα, καθυποτάσσων αὐτοῖς δέσποτα. Θ'.

Ἤρθη τῆς προμήτορος Εὔας, ἡ κατάδικη θεοτόκε. ὅτι σὺ τὸν πάντων δεσπότην, ἀνερμηνεύτως ἁγνὴ γεγέννηκας· οὗ νῦν τὴν ἐμφέρειαν, ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀσπαζόμεθα.

antiquum eſt adeptus, Theodora Imperatricis nutu, & eius filij Michaelis Imperatoris.

Ille qui teſtimonij tabernaculum fieri ſibi præcepit Deus, tamquam rationali in tabernaculo, in te ſolus inhabitat glorificatus, & tuam Eccleſiam miraculis glorioſam reddit. *Pro B. Virgine.*

Ode VII.

Angelorum exercitus diuino concitatus amore, in tanta Eccleſia gaudio nobiſcum choreas ducat, & hymnos Deo concinat, inquiens: Benedictus es Domine in templo gloria tua.

Ante ſeptimam Odem leguntur legēda, in quibus habetur hiſtoria de erectione ſanctarum imaginum, quæ adiecimus huic canoni, ne ordo perturbaretur.

Primogenitorum Eccleſia, & panegyris, ſumma repletur gaudio, dum ſacrum populum vnanimiter clamantem conſpicit: Benedictus es Domine in templo gloria tua.

Liberati priori hæreſis obſcuritate, Theodora digniſſima Imperatricis nutu cantemus omnes: Benedictus es Domine in templo gloria tua.

Supra cæleſtes choros exaltata es, puriſſima Virgo, dum tu ſola creatoris omnium facta es Mater, gaudentes igitur, clamamus: Benedicta es inter mulieres Domina immaculata. *Pro B. Virgine.*

Ode VIII.

Patrias Eccleſiæ leges cuſtodientes, imagines pingimus, & veneramur, ore & corde & animo, non ſolum eas, quæ Chriſti ſunt, verum etiam Sanctorum eius, clamantes: Benedicite omnia opera Domino.

Imaginis honorem & venerationem ad prototypum proculdubio referentes, illam veneramur, ſanctorum Patrum documenta ſecuti, & Chriſto cum fide clamamus: Benedicite omnia opera Domino.

Veneranda Imperatrix Theodora ſancti Spiritus lumine mentem illuſtrata, & filium diuina ſapientia exornatum adepta, decorem Eccleſiæ Chriſti, & pulchritudinem procurauit, benedicens, vna cum fidelibus Ieſum Dominum, Deum ſimul & hominem.

Radijs intellectualis luminis illuſtrata, tua ſacra domus, omnes fideles ſancti Spiritus nube obumbrat, & ſanctificat, illos vnanimiter clamantes: Benedicite omnia opera Domino. *Pro B. Virgine.*

Ode IX.

Sanctam Eccleſiam ſacris iterum imaginibus exornatam conſpicientes, cum veneratione omnes occurramus, & Chriſto clamemus: Te magnificamus, ô ter Sancte.

Honorem & gloriam adepta Eccleſia, tuam videlicet Crucem, & venerandas imagines Sanctorumq́; figuras, cum lætitia & hilaritate Domine te magnificat.

Illuſtra miſericors Domine, diuina gloria tua, Imperatores noſtros, & Angelorum cuſtodia, & cautela illos circumda, gentium audaciam, & feritatem ipſis ſubijcienda.

Sublata eſt primæ matris Euæ maledictio, per te, ô ſancta Dei Genitrix, cum tu vniuerſorum Dominum ineffabiliter pepereris Virgo, cuius imaginem nunc in figuris veneramur. *Pro B. Virgine.*

Hactenùs ſacer hymnus tunc cani cœptus, & numquam poſtmodum à poſteris intermiſſus, Theophanis magni Confeſſoris ſacris ſtigmatibus decorari. Ita planè, ſicut *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſed abundat ea in ore fidelis, & dominator dabit eam illi.* vt Sapiens [a] dicit: Et ex ſententia Dauid: [b] *Rectos decet collaudatio:* Dei prouidentia factum eſt. vt ijdem canerent laudes Deo, qui antea voce ſanguinis ipſum ſæpiùs prædicaſſent viri ſanctiſſimi, Orientalis Eccleſiæ lumina, multiplicibus coronis aucti, ex iteratis ſæpè confeſſionibus quot plagis, tot oris apertis Fidem Catholicam profitentes, & quot verberibus tot characteribus Fidei veritatem teſtatam relinquentes. Sed quod eſt in pſalmo: [c] *Dies diei eructat verbum.* Sancto recinit Sanctus. Siquidem Confeſſor alius (etſi Theodorus Studita eſſe non potuit, qui iam ante hæc tempora ex hac vita migrarat) alium tunc temporis, Deo inſpirante, conſcripſit hymnum, quo concentu oblectaret Eccleſiam, & aculeo impeteret perfidos Iconoclaſtas: quem in ſolemni proceſſione canendum tunc temporis Conſtantinopolitana ſuſcepit Eccleſia, cum veluti in triumphum ſacræ veherentur imagines: quem etiam ne quid tibi deeſſe poſſit ad plenum gaudium ob proſtratam impietatem, & Fidem Catholicam exaltatam, hic tibi occinendum poſuimus, qui ſic ſe habet hac inſcriptione notatus.

[a] Eccl. 15.
[b] Pſal. 32.
[c] Pſal. 18.

CANON EPINICIVS, SEV VICTORIALIS A THEODORO Studita Confeſſore conſcriptus, & ſuis Odis diſtinctus, vſu receptus vt caneretur, dum ſacra Dominica Crucis lignum & veneranda Imagines proceſſionaliter prima Dominica Quadrageſima Conſtantinopoli geſtantur.

ALTER CANON, QVI CANItur in erectione ſanctarum Imaginum. opus videlicet ſancti Patris Theodori Studitæ.

Ode I. ton. 6. inſtar illius: Adiutor & protector, &c.

Canamus, ô fideles, cantum pro gratiarum actione vniuerſorum Deo & benefactori, quoniam erexit cornu ſalutis, & potens Imperium, ad rectam Fidem protegendam.

Apparuit reuerâ diuina gratia, & vniuerſo orbi honor & gloria eſt manifeſtata. Exultat propterea Chriſti Eccleſia, receptâ ſtolâ, quâ fuerat antea exuta.

Chriſti veſtem anteà diſcerptam à ſeductore & pharmacorum concinnatore Ioanne ſancti Patres iterum contexentes, Eccleſiæ illam reſtituerunt.

Domini figuram reſumens Eccleſia, gaudet & exultat vna cum filijs ſuis, cum ab illo victoriæ brauium acceperit recta videlicet Fidei ſacramenta.

*Confundantur in poſterum, & revereantur inſani illi, * Lezius ſcilicet furens, & Antonius, vna cum Ioanne, & Theodoro, ambobus Fidei deſertoribus.*

* *Hunc illũ perfidũ puto, qui a Theodoro Studita in ſuis epiſtolis Leontius nominatur, corrupto vero vocabulo Lezius dictus.*

Ioannes & Mambre legiſlatori Moſi olim aduerſati, ab ipſo fuêre confuſi: nunc verò ſeductor Ioannes vna cum Antonio, eadem paſſi noſcũtur.

Tu Chriſte, Dei hoſtes diſſipaſti, & tua Eccleſia ſuum decorem reddidiſti, pro qua, vt bonus paſtor, ſanguinem tuum fudiſti. Gloria Patri.

Te Trinitatem, vnum Deum agnoſco & confiteor, & tuam diuinam potentiam adoro, libera me quaſo ab omnibus tentationibus. in te enim credo, Patrem, & Filium, & ſanctiſſimum Spiritum.

Regiam ſtolam, ex te Virgo Deus geſtans hominibus apparuit, in hominum forma, duplex ſecundum eſſentiam, cuius effigiem, & figuram veneramur.

Ode III.

Gaudete omnes SS. Patrum cœtus & Apoſtolorum chorus, reſpicientes imaginum venerationem, quam vos ipſi nobis aperte tradidiſtis.

ΕΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩΝ, ΨΑΛΛΟΜΕΝΟΣ εἰς τὴν ἀνάστηλωσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων. ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς, Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου.

Ὠδὴ α΄. ἦχος πλάγιος δευτέρου, πρός. Βοηθὸς καὶ σκεπαστής.

Χαριστήριον ᾠδὴν τῷ εὐεργέτῃ θεῷ τῶν ὅλων ἄσωμεν πιστοὶ, ὅτι ἤγειρε σωτήριον κέρας, βασιλείαν κραταιὰν, ὀρθοδοξίας πρόμαχον.

Ἐπεφάνη ἀληθῶς ἡ θεία χάρις τῇ οἰκουμένῃ. δόξα καὶ τιμὴ πεφανέρωται· σκιρτᾷ ἐκκλησία δεξαμένη τὴν στολὴν, τῆς ἑαυτῆς γυμνώσεως.

Τὸν χιτῶνα τοῦ Χριστοῦ διερρηγμένον ὑπὸ τοῦ πλάνου καὶ φαρμακουργοῦ Ἰωάννου τὸ πρὶν, οἱ θεῖοι πατέρες ἐξυφάναντες σοφῶς, τῇ ἐκκλησίᾳ δεδώκασι.

Τοῦ κυρίου τὴν μορφὴν ἀπολαβοῦσα ἡ ἐκκλησία, χαίρει καὶ σκιρτᾷ σὺν τοῖς τέκνοις αὐτῆς, ὡς νίκης βραβεῖα δεξαμένη παρ' αὐτοῦ, ὀρθοδοξίας σύμβολα.

Αἰσχυνθήτωσαν λοιπὸν, καὶ ἐντραπήτωσαν μεμηνότες· Λήξιξ ὁ δεινὸς, καὶ Ἀντώνιος, σὺν τῷ Ἰωάννῃ, καὶ Θεοδώρῳ ἀμφοῖν, οἱ ἀρνηταὶ τῆς πίστεως.

Ἰωαννῆς, καὶ Ἰαμβρῆς ἀνθεστηκότες τῷ νομοθέτῃ, πάλαι Μωϋσῇ κατῃσχύνθησαν. νυνὶ δὲ ὁ πλάνος Ἰωάννης ἀληθῶς, σὺν Ἀντωνίῳ δείκνυται.

Σὺ διέρρηξας Χριστὲ τὴν ξυνωρίδα τῶν θεομάχων, καὶ τὸν στολισμὸν ἀποδέδωκας, τῇ σῇ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ ἧς ὡς ἀγαθὸς, τὸ αἷμά σου ἐξέχεας. *θ

Σὲ τριὰς θεολογῶ, καὶ προσκυνῶ σου τὸ θεῖον κράτος, ῥῦσαί με πειρασμῶν ἐκ παντοίων με. εἰ σὲ γὰρ πιστεύω τὸν πατέρα καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα τὸ πανάγιον. *θ΄.

Τὴν βασίλειον στολὴν, ἐκ σοῦ παρθένε θεὸς φορέσας, ὤφθη τοῖς βροτοῖς ἀνθρωπόμορφος, διπλοῦς κατ' οὐσίαν· οὗ τὸ εἶδος τῆς μορφῆς, ἐν προσκυνήσει ἔχομεν.

Ὠδὴ γ΄.

Εὐφραίνεσθε ἅπαντες χοροὶ, πατέρων καὶ ἀποστόλων, καθορῶντες τὴν προσκύνησιν τῶν εἰκόνων. ἣν ὑμεῖς ἐμφανῶς παραδέδωκατε.

* θ *hoc ſignũ apud Græcos dicitur τριαδικὸν, id eſt, hymnus de S. Trinitate, & propterea ante ipſum cantatur, δόξα πατρί. &c.*
* θ´. *hoc vero dicitur θεοτοκίον, id eſt, hymnus de ſanctiſſima Deipara ut præceſſit καὶ νῦν καὶ ἀεί. &c. Pro B. Virgine.*

A Τὸ κάλλος μου ἔλαβον, καὶ τὴν στολήν μου ἐνεδυσάμην. ἐκβοάτω ἡ πανάμωμος ἐκκλησία· ἥνπερ Ἰωάννης ἐξέδυσεν.

Αἰσχύνθητε ἄθεοι, οἱ ὑλακτοῦντες κατὰ κυρίου· ἐσαρκώθη καὶ ἐφάνη γὰρ ἐν εἰκόνι· ἥνπερ σχετικῶς ἀσπαζόμεθα.

Τὰ βέβηλα δόγματα, καὶ τὰς ἀθέσμους διδασκαλίας, Ἰωάννου τοῦ παράφρονος τίς ἐξείπῃ; τρόπους δελφικοὺς ἐκθήσεται.

Ἀνάθεμα Λήξιᾳ, καὶ Ἰωάννῃ σὺν Ἀντωνίῳ, Θεοδώρῳ τῷ ἀθέῳ τε, καὶ βλασφήμῳ, ἅμα Θεοδότῳ παράφρονι.

B Τὰ αἵματα κράζουσι, τὰ ἐκχυθέντα ὑπὲρ τῆς θείας σαρκοφόρου ὁμοιώσεως τοῦ δεσπότου, ἅπερ Ἰωάννης ἐξέχεεν.

Ἐδίωξε κύριος τὴν ξενοειδῆ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ἀπέδωκε τὰ ἴδια τοῖς ἰδίοις, δόξα τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι. Δόξα.

Τὴν ἄναρχον θέλησιν, καὶ ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν, τῆς τριάδος προσκυνήσωμεν, ὀρθοδόξως, Ἀρείου ἀεὶ στηλιτεύοντες. Θ'.

Κυρίως σε δέσποινα ὁμολογοῦμεν θεὸν τεκοῦσαν, μὴ προσέχοντες τοῖς ῥήμασι Νεστορίου· ἀλλὰ τῶν πατέρων τοῖς δόγμασιν.

Ὠδὴ δ'.

C Ἀγάλλου ἡ ἐκκλησία, καὶ πᾶσα πόλις καὶ χώρα ἐν εὐφροσύνῃ· ἀνοιγέσθω νῦν τὰ ἀσκητήρια· καὶ οἱ παρθενῶνες καλλωπιζέσθε τὰ λείψανα· καὶ εἰκονίσματα τῶν μαρτύρων ἀξίως προσκυνείσθωσαν.

Χριστὸς ὑμᾶς προσκαλεῖται· συνέλθετε νῦν προθύμως θεῖοι πατέρες· καὶ τὴν θέαν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως, ἀποστολικῶς ἀνιστορήσατε· τὰ θαύματα καὶ τὰ παθήματα, καθὼς γράφει τὸ θεῖον εὐαγγέλιον.

Ἀθροίσθητε γηθοῦντες, τὰ πλήθη τῶν μοναζόντων ἐν παῤῥησίᾳ· ἐὰν γὰρ κακῶς ἰσχύσωσι, πάλιν ἡττηθήσονται οἱ δείλαιοι. καὶ ἣν ἂν βουλὴν βουλεύσωνται οἱ τοιοῦτοι, διασκεδάσει κύριος.

D Αἱ μάστιγες τῶν πατέρων, τὰ αἵματα τῶν μωλώπων ἐκλελοίπασιν ὄντως· ἐξορίαι συνεχεῖς ἐπαύσαντο· καὶ εἰρήνη πᾶσι πολιτεύεται, οὐκ ἔτι ἰσχύει, τὸ δρᾶμα τῆς γοητείας· θεὸς γὰρ μεθ' ἡμῶν ἐστιν.

Ἡ ἄμπελος τῆς κακίας, ἐξέτεινε τὰ κλήματα τῆς ἀσεβείας· καὶ τὸν βότρυν τὸν πικρὸν ἐξήνθησε· καὶ θυμὸς δρακόντος ὁ οἶνος αὐτῶν· ἐξ οὗ τὸν λαὸν τοῦ κυρίου ἐπότισαν ὄντως, τὴν διάνοιαν κακώσαντες.

E Ἐμίαναν τὸν ναόν σου, ἀθέσμοις χειροτονίαις διὰ χρημάτων· καὶ κανονικῶς οὗτοι ἐκβέβληνται. καὶ τῆς θείας δόξης ἐκπεπτώκασιν, ὁ Σίμων ὁ μάγος, σὺν τούτῳ καὶ Ἰωάννης καὶ ὁ δεινὸς Ἀντώνιος.

Τοὺς θῆρας καὶ θεομάχους, Ἀντώνιον τὸν βέβηλον, καὶ παραβάτην Ἰωάννην τὸν σατανόγνωμονα, καὶ τῆς ἐκκλησίας πολεμήτορας, ὡς λύκους βαρεῖς συνελθόντες, ἀναθεματίσωμεν πιστοὶ ἀναβοήσωμεν. Θ

Ἡ ἄκτιστος μοναρχία πάτερ υἱὲ καὶ πνεῦμα σὲ προσκυνοῦμεν, ἣν τὰ χερουβὶμ τὰ πολυόμματα, καὶ τὰ σεραφὶμ τὰ ἑξαπτέρυγα, ὑμνοῦσι κραυγάζοντα· ἅγιος, ἅγιος ἅγιος εἶ, ὦ παντοκράτωρ ὕψιστε. Θ'.

Pulchritudinem meam accepi, & decus meum, ac meâ ſtolâ ſum induta, clamet immaculata Dei Eccleſia, quâ illam Ioannes exuerat.

Confundimini impij aduerſum Dominum ablatrantes, carnem enim aſſumpſit, & apparuit in imagine, quā nos ad ipſum referentes; veneramur.

Impia dogmata, & inſanas doctrinas amentis Ioannis quis enarret? quis eius tropos, & verſutias delphicas exponet?

Anathema dicamus Lezio, & Ioanni, cum Antonio, & impio Theodoro & blaſphemo, necnon inſano Theodoto.

Sanguis clamat, qui effuſus eſt à Ioanne pro diuina ſimilitudine, & imagine Chriſti Domini carnem geſtantis.

Expulit Dominus alienigenarum turmas, & reſtituit ſua ſuis: gloria ſit propterea eius bonitati. Gloria Patri.

Voluntatem principio carentem & potentiam, & Regnum Trinitatis adoremus rectâ Fide. Arium ſemper, vt par eſt, conuiciis inſectantes.

Verè te Dominam confitemur, quæ Deum peperiſti, Neſtorij nugis neglectis, & ſanctorum Patrum dogmatibus inhæremus. Pro B. Virgine.

Ode IV.

Lætare Eccleſia, & vnaquæque ciuitas & regio, cum exultatione templa nunc aperiat, & virginum domicilia, ſacras reliquias, venerentur, & imagines Martyrum, dignis honoribus exornent.

Chriſtus vos vocat: Conuenite nunc alacri animo, diuini Patres, & conſpectum eius Incarnationis, Apoſtolorum more, celebrate miracula, etiam & Paſſionem, quæ ſacrum nos docuit Euangelium.

Congregamini gaudentes monachorum cætus, & hilari animo: ſi enim malè præualuerint hoſtes Fidei, iterum etiam vincentur miſeri, & conſilium, quod huiuſmodi homines inierint, Dominus diſſipabit.

Patrum verbera, & vulnerum ſanguis reuerà deſierunt, frequentia exilia quieuerunt, & pax omnibus procuratur. non præualebit amplius magicæ artis induſtria, Deus etenim eſt nobiſcum.

Iniquitatis vinea impietatis palmites extendit, & amarum botrum produxit, & ira draconū eſt vinum ipſorum, quo Domini populum reuerà inebriarunt, ſuâ praua & obtenebratâ mente.

Templum tuum contaminauerunt impij, ſuis profanis manuum impoſitionibus, & ſimoniacis: Et hac de cauſa iuxta ſacros canones: iſtiuſmodi homines, à diuina gloria ſunt deiecti, quibuſcum etiam Simō magus, & Ioannes & Antonius inſanus.

Feras illas, & Dei hoſtes, profanum ſceleſtè Antonium & tranſgreſſorem Ioannem ſatanæ mentem adeptum, & Eccleſiæ perturbatores, vt lupos infeſtos omnes fideles conuenientes, anathemate damnemus. Gloria Patri.

Increata monarchia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, te adoramus, quam Cherubim, multis oculis exornata, & Seraphim, ſex alis circumdata laudant clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus es, ô excelſe & omnipotens.

Pro B. Virgine.

Sanctis ſanctior, & omnibus creaturis excelſior, tu ſola apparuiſti Mater ſimul & Virgo Dei Genitrix, cum ipſum tuum Creatorem pepereris, quapropter tuam ſanctam imaginem veneramur.

Ode V.

Chriſtus vicit, exultet terra, quieuit tumultus, quieuerunt & lachryma ſeruorum Dei, Fides verò vbique per vniuerſum orbem eſt promulgata.

In imagine cernentes Cruci affixionem Domini, illam veneramur, Chriſtũ & eius ſigna adorãtes: non tamen illa veneramur vt Gentiliũ deos.

Spiritus ille loquax & blaſphemus Lezius ſcilicet, iam quieuit, qui frequenter quotidiè aduerſus diuinã Chriſti effigiem, & Sanctorum oblatrabat.

Quánam de cauſa, miſerrime homuncio, immaculatam effigiem Incarnationis Chriſti Domini, & Sanctorum omnium es odio proſecutus? Num ſurda idola nos Fideles veneramur?

Impietatis inſtrumenta cum conueniſſent, conciliabulum coegerunt, impiorum videlicèt ſacerdotum, aduerſus Deum excelſum, quod etiam olim fecerunt Iudæi, Anna ſcilicet & Caiphas.

In die illa extremi iudicij, ô infeliciſſime, aderunt, qui tuam impiam animam arguent, ſanctorum videlicèt Patrum chorus, quorum denudata corpora innumerabilibus plagis afflixiſti.

Omnes Eccleſiæ clamare non deſinent, cum à te fuerint orbatæ Chriſti Domini imagine, & Sanctorum eius ſacris figuris. Gloria Patri.

Gloria tibi, & iterum gloria tibi ſit, trina vnitas, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, qua vniuerſum orbem potentiâ tuâ contines: te deprecamur, vt ab omni malo eos, qui in te confidunt, liberare digneris.

Pro B. Virgine.

Inſtar lucernarij auro exornati, te veneramur, ſancta Dei Genitrix, quæ lumẽ intellectuale mundo peperiſti, & tenebroſam nebulam diſſipaſti.

Ode VI.

Vociferati ſunt vigiles Eccleſiæ Chriſti cuſtodes, ab ipſo petentes, vt ſibi pax largiretur, quos exaudiuit, & eorum precibus mentem adhibuit.

Detecta ſunt ſeductoris illius artes & doli ſanctorum Patrum dogmatibus; & Deus carne indutus ab omnibus celebratur, qui pro ſua diuinitate incircumſcriptus exiſtit.

Socij ſeductionis pudore confundantur, & pereant vnà cum Antonio Theodotus & Lezius & Theodorus, profundum perditionis.

Os tuum aperuiſti, ô miſer, non in canticis ſpiritualibus, ſed in blaſphemiis aduerſus Dominum tuum, venerandas imagines inſectando.

Peruertiſti ſanctorum Patrum dogmata, Apoſtolorum doctrinis contraria ſcribendo, iuxtà tuam falſam religionem & impiam, ô Ioannes Chriſti inimice.

Fumus tuus piorum oculos lachrymis repleuit, ſed vento ſacrorum doctorum diſſipatus eſt, ô inſane Ioannes.

Tu ſacram ſtolam dilaniaſti, quemadmodum olim Arius Chriſti veſtẽ; quapropter meritò ab Eccleſia procul, inſtar canis, es eiectus. Gloria Patri.

Ἁγίων ἁγιωτέρα, καὶ πάντων ὑψηλοτέρα τῶν ποιημάτων, μόνη ἀνεδείχθης μητροπάρθενος· ὡς αὐτὸν κυήσασα τὸν πλάστην σου· διὸ τὴν ἁγίαν μορφήν σου, θεογεννῆτορ, ἐν προσκυνήσει ἔχομεν.

Ωδὴ έ.

Χριστὸς νενίκηκε· σκιρτάτω ἡ γῆ· πέπαυται θόρυβος· πέπαυται καὶ ὁ κλαυθμὸς, τῶν τοῦ κυρίου δούλων· ἡ πίστις δὲ πανταχοῦ, τῷ κόσμῳ ἐφηπλώθη.

Ἐν εἰκόνι βλέποντες τὴν σταύρωσιν σέβοντες στέργομεν, ἀσπαζόμενοι Χριστὸν· καὶ τὰ αὐτοῦ σημεῖα, καὶ προσκυνοῦμεν αὐτά· οὐχ ὡς θεοὺς ὑμνοῦντες.

Πνεῦμα τὸ πολύρρημον καὶ βλάσφημον Λήζικος πέπαυται, τὸ λαλοῦν διαπαντὸς, ἡμέραν καθ' ἡμέραν κατὰ τῆς θείας μορφῆς Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων.

Ἵνα τί, τρισάθλιε, μεμίσηκας, μόρφωσιν ἄχραντον, τῆς σαρκώσεως χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πάντων· μὴ γὰρ εἰδώλοις κωφοῖς, οἱ πιστοὶ προσκυνοῦμεν.

Ἀσεβείας ὄργανα τυγχάνοντες, ἤθροισαν σύνοδον, ἱερέων ἀσεβῶν, κατὰ θεοῦ ὑψίστου· ὡς Ἰουδαῖοι τὸ πρὶν, Ἄννας καὶ Καϊάφας.

Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως πανάθλιε, ἐνίστανται ἔλεγχοι, τῆς ἀθέου σου ψυχῆς, ὁ δῆμος τῶν πατέρων, ὧνπερ ἀμέτροις πληγαῖς, ἐγύμνωσας τὰς σάρκας.

Ἐκκλησίαι ἅπασαι βοήσουσι, κράξουσιν ἅπασαι, στερηθεῖσαι ὑπὸ σοῦ, τῆς μορφῆς τοῦ κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, τὰς ἱερὰς εἰκόνας. Θ

Ἡ τὸ πᾶν συνέχουσα τῷ κράτει σου, δόξα σοι, δόξα σοι, τρισυπόστατε μονὰς, πάτερ υἱὲ καὶ πνεῦμα, τοὺς πεποιθότας εἰς σὲ ῥῦσαι παντοίας βλάβης. Θ'.

Ὡς χρυσοκαλλώπιστον λυχνίαν σε, δέσποινα σέβομεν, τὴν τὸ φῶς τὸ νοητὸν, γεννήσασαν τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν ζοφώδη ἀχλὺν, μειώσασαν παρθένε.

Ωδὴ ς'.

Ἐβόησαν οἱ ἄγρυπνοι φύλακες, τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν αἰτοῦντες, δοθῆναι τὴν εἰρήνην, καὶ εἰσήκουσε, καὶ προσέσχε τῇ δεήσει.

Διήλεγκται τοῦ πλάνου τὰ θέατρα, ταῖς τῶν πατέρων διδαχαῖς· καὶ θεὸς ὑμνεῖται σαρκὶ μεμορφωμένος, ὁ ἀπεριγράπτως θεότητι ὑπάρχων.

Οἱ συνεργοὶ τῆς πλάνης αἰσχυνέσθωσαν· καὶ ἀπολέσθωσαν ὁμοῦ, σὺν τῷ Ἀντωνίῳ, Θεόδοτος καὶ Λήζιξ, καὶ Θεόδωρος, ὁ βυθὸς τῆς ἀπωλείας.

Τὸ στόμα σου διήνοιξας ἄθλιε, οὐκ ἐν ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἀλλ' ἐν βλασφημίαις, κατὰ τοῦ σοῦ δεσπότου, ἀπωθούμενος, τὴν σεπτὴν εἰκονουργίαν.

Διέστρεψας πατέρων τὰ δόγματα, καὶ ἀποστόλων διδαχὰς, ἄλλην ἄλλως γράφων, κατὰ τὴν σὴν θρησκείαν, παράνομον Ἰωάννη χριστομάχε.

Σοῦ ὁ καπνὸς δακρύων ἐνέπλησε, τῶν εὐσεβούντων ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ τῷ ἀνέμῳ τῶν θείων διδασκάλων, διεσκέδασται ματαιόφρων Ἰωάννη.

Σὺ τὴν στολὴν τὴν θείαν διέρρηξας, ὥσπερ ὁ Ἄρειος τὸ πρὶν, τὸν τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα· διὸ τῆς ἐκκλησίας πόρρω βέβλησαι, ἐκβληθεὶς καθάπερ κύων. Θ

Μίαν ἀρχὴν δοξάζω θεότητος, ἐν ὑποστάσεσι τρισὶν, εἷς θεὸς γάρ ἐστι, πατὴρ υἱὸς καὶ πνεῦμα, κἂν διῄρηται χαρακτῆρσι καὶ προσώποις. Θ'.

Προφητικῶς ἁγνὴ θεοδόξαστε, πόλις ἐδείχθης τοῦ θεοῦ, ἐξ ἧς ἐγεννήθη αὐτὸς ὁ ποιητής σου, μετὰ τόκον σε ὡς τὸ πρὶν διαφυλάξας.

Ὠδὴ ζ'.

Τὴν κάμινον τῆς αἱρέσεως, νῦν κατέσβεσεν ἡ θεία χάρις. φλέγουσα νενεμημένους χαλδαίους, καὶ δροσίζουσα τριάδος θεράποντας· τετρωπλαῖς ἑβδομάσιν, ἐτῶν αὐτὴν διακρατήσασαν.

Πεποίκιλται, περιβέβληται κεκαλλώπισται ἡ ἐκκλησία· μόρφωσιν τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων τῆς σαρκώσεως, καὶ τῶν παθημάτων αὐτοῦ καὶ τὰ σύμβολα φέρουσα, εἰς τέλος κατὰ τοὺς θείους θεσμούς.

Εὔφραινε, πανηγύριζε, ὁ χριστώνυμος λαὸς κυρίου, βλέπων τὴν ἐκκλησίαν καὶ πάλιν διαλάμπουσαν, τὸ κάλλος τῆς θείας μορφῆς· ἣν θεὸς ὢν ἐφόρεσεν, ὡς ἄνθρωπος διὰ τὸ σῶσαι ἡμᾶς.

Ἐπτώχευσε, καὶ ἐπείνασε, καὶ ἐδίψησε σαρκὶ ὁ λόγος· ταῦτα τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἰδιώματα, δι' ὧν περιγράφεται. οὗτος δὲ τῇ θεότητι ἁπλοῦς ἐστὶ καὶ ἀπερίγραπτος.

Κατήργηται τὰ τεράστια καὶ μαντεύματα τοῦ χριστομάχου. ἴσος γὰρ τῶν ἑλλήνων ἐδείχθη ὑψαυχούμενος, τοῖς τούτων συγγράμμασιν, ἃ δικαίως ἐλίκμησαν αἱ τῶν δικαίων φωναί.

Τὰ κρύφια καὶ παμβέβηλα, καὶ ψυχόλεθρα διδάγματά σου, ποία ἐκδιηγήσεται γλῶσσα; ἢ τὴν πρόρρησιν τῆς ἐγγαστριμύθου σου Ἰωάννη ψευδώνυμε, καὶ πρόδρομε τοῦ ἀντιχρίστου σατᾶν.

Οὐκ ἔδει σε ὦ παράνομε ὀνομάζεσθαι τοιαύτην κλῆσιν, μᾶλλον δὲ Πυθαγόραν, καὶ Κρόνον, καὶ Ἀπόλλωνα, ἢ τινὰ τῶν ἄλλων θεῶν, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσας, τερπόμενος ταῖς ἀσελγείαις αὐτῶν. Θ

Ἀΐδιον παντοδυνάμενον ἀκατάληπτον τριάδα πιστοὶ, πάντες πατέρα υἱὸν καὶ πνεῦμα προσκυνήσωμεν, καὶ θεολογήσωμεν ἀσυγχύτως κραυγάζοντες, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος εἶ ὁ θεός. Θ'.

Πανύμνητε πολυδόξαστε, μητροπάρθενε θεοκυῆτορ, λύτρωσαι χαλεπῶν ἐγκλημάτων, τοὺς ὑμνοῦντάς σου τὴν ἄχραντον κύησιν, οὐ γὰρ ἄλλην βοήθειαν κεκτήμεθα πλὴν σοῦ θεόνυμφε.

Ὠδὴ η'.

Προφητικῶς ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν πιστοὶ, πάντες μυστικῶς. αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ Χριστὸς ὁ λόγος τὴν ἰδίαν στολὴν ἀπέδωκε τῇ ἐκκλησίᾳ.

Πολεμικῶς ὥσπερ παρετάξαντο, κατὰ Χριστοῦ τῆς μορφῆς, ὁμοθυμαδὸν Λῆξιξ καὶ Ἰωάννης, τὸ ζεῦγος τοῦ Βελίαρ, πελέκει κακίας ἐγκόψαντες τὴν ἐκκλησίαν.

Τίς μὴ θρηνήσοι τὸ μέγα τόλμημα, τὴν θείαν βλέπων μορφὴν, τὴν ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ τοῦ παλατίου, ὑπὸ ἀνδρῶν ἀνόμων, λίθοις βαλλομένην τῇ διδαχῇ τοῦ Ἰωάννου.

A *Vnũ deitatis principium tribus perſonis glorifico. Vnus enim Deus eſt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, licèt idiomatibus diſtinguãtur, & perſonis.*

O puriſſima Virgo à Deo glorificata, Ciuitas Dei à Prophetis meritò es prænunciata, ex qua ortus eſt ipſemet tui Creator, qui te poſt partum, vt ante, Virginem conſeruauit. — Pro B. Virgine.

Ode VII.

Hæreſis fornacem quatuor [a] *annorum hebdomadas prædominantem, gratia nunc exſtinxit diuina, ardens quidem Chaldæos, & refrigerans pios Trinitatis cultores.*

[a] A Leonis Armeni tempore, qui poſt Irenam Auguſtam regnauit, manifeſtum eſt hoc computari annos: viginti octo namque anni intercedunt à primo anno Leonis vſq; ad obitum Theophili, quando ſacræ imagines ſunt reſtitutæ.

B *Exornata eſt, & pulchra effecta Dei Eccleſia, recepta Dominicæ Incarnationis ſacra imagine, & eius Paſſionis, ac aliorum myſteriorum, iuxtà diuinas leges.*

Chriſtiane Dei popule exulta, & hymnos Deo concine, dum vides Eccleſiam iterum illuſtratam diuinæ imaginis pulchritudine, quã cũ Deus eſſet, geſtauit, vt homo, vt nos homines ſaluos faceret.

Pauperiem paſſus eſt, & famem, & ſitim in carne Deus Verbum, hæc ſiquidem humanæ ſunt naturæ idiomata, per quæ circumſcribitur: ipſe verò Deitate ſimplex exiſtit, & incircumſcriptus.

C *Portenta, & vana prædictiones Ioannis illius Chriſto infenſi ſunt diſſipata, qui ſe, inſtar Gentilium, iactabat eorum ſcriptis, quæ meritò iuſtorum voces & preces diſiecerunt.*

Occulta, & profana, & animabus pernicioſa tua dogmata quænam lingua poterit enarrare, vel prædictionem tuæ ventriloquæ phytoniſſæ, ô Ioannes? hoc nomine indignè proculdubio, cum potius ſatanæ præcurſor, & Antichriſti exiſtas.

Non oportebat te, ô ſceleſtiſſime omnium, hoc nomine, Ioannes videlicèt nuncupari, ſed potiùs Pythagoram, & Saturnum vel Apollinem, vel alium quempiam profanorum illorum deorum,
D *quorum vitam es imitatus, eorum impudicitijs delectatus. Gloria Patri.*

Sempiternam omnipotentem incomprehenſibilem Trinitatem fideles omnes adoremus, Patrẽ, Filium, & Spiritum ſanctum, & diuinis laudibus inconfuſè celebremus, clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus.

Sancta Dei Genitrix Mater & Virgo, hymnis celebranda, & glorificanda, libera nos ab omnibus delictis, qui tuum immaculatum partum veneramur: nullum enim aliud habemus præſidium præter te, ô Dei ſponſa. — Pro B. Virgine.

E *Ode VIII.*

Vnà cum Propheta exultemus & lætemur, fideles omnes: hæc enim eſt dies, in qua Chriſtus Verbum Eccleſiæ ſuam propriam reſtituit ſtolam.

Hoſtium inſtar acies ſtruxerunt aduerſus Chriſti imaginem, eodem animi furore Lexius, & Ioannes, ſocij Belial, iniquitatis ſecuri Eccleſiam abſcindentes.

Quis non deplorabit magnam hæreticorum audaciam, reſpiciens diuinam imaginem, quæ eſt in ænea porta palatij, à nefariis hominibus lapidibus percuſſam, Ioannis exemplo?

A *Quomodo non intellexiſti, ô capte oculis, & miſerrime, ac mẽtem obtenebrate, vniuerſum orbem Chriſti charactere inſignitum, ſed ſolus tu nactus es Iudæorum mentem?*

Tu è medio omnino tollere animo cogitaſti ex Dei Eccleſiis Chriſti Domini imaginẽ carne præfulgẽtem, & Sanctorum omnium; ſed diuina gratia tuam tyrannidem deſtruxit.

Sacras Sanctorum reliquias, & ipſorum imagines Lezius ille ferus, vna cum Ioanne, nullo pacto venerandas, impiè aſſerebant, vt pietatis deſertores. Gloria Patri.

B *Omnes piè venerantes Dei Maieſtatẽ, omnium auctorẽ, in tribus perſonis, Patrem videlicet principio carentẽ, & Verbum coæternũ, Spiritũ quoq; ſanctum ſimul prælucentem glorificemus in ſæcula.*

Pro B. Virgine. *O Domina Dei Genitrix, tu ſola exiſtis Chriſtianorũ pons ſecurus, & fideliũ gloria atq; refugiũ, à periculis cunctis, omnes adiuuans, atq; liberans.*

Ode IX.

Gẽtes omnes, plaudite manibus, & ſanctorũ Patrũ chori accurrite, & qui clauſtra & mõtes incolitis, conuenite omnes, & accedite, quos antea ille ſeductor, & impius Ioannes fuerat perſecutus, vt eas
C *magicas artes, & fraudes cõculcetis, & profligetis.*

Lætare eremus & vniuerſus orbis, montes etiã omnes dulcedinem ſtillate, & valles exultate, quoniam Chriſtus Dei Verbum pacem omnibus eſt largitus, & ſanctis Eccleſiis Fidei vnitatem.

Deus vltionum nunc liberè egit, Chriſtus adſtitit, corroborans hodie ſanctos Patres, vt eius aduentum liberè prædicare valeant, atque imaginibus eius incarnationem deſignare.

Longanimis Domine, quàm mirabilia ſunt opera tua! quis tuam clementiam recenſebit? & quomodo intuẽs tuos ſacerdotes & monachos, dum interficerentur propter tuam imaginem, ſeducto-
D *res illos tanti mali auctores non combuſſiſti, ſed tantas iniurias æquo tuliſti animo?*

O Domine, qui Eccleſiam tuam inconcuſſam cõpegiſti, vt portæ inferi aduerſus eam præualere nequeant, ipſe pacẽ tuã populo tuo largire, vt te omnes alacri animo, vno ore laudemus, & celebremus.

Anathema ſit illis Domine, qui tuæ incarnationis Imaginem non venerantur, in primis verò Ioanni, & Antonio, & Theodoro impio, vnà cum Theodoto, & alijs Fidei deſertoribus.

O Domine, qui Apoſtolis tuis pacẽ tuã dediſti, largire etiã nũc omnib. tranquillitatẽ, tuâ manu illos
E *congregãs, qui ſunt diſſipati, & tanquã oues rationales, ſanctæ Eccleſiæ gregi illos aggrega. Gloria Patri.*

Deitatem glorifica Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vnã ſcilicèt naturam in tribus perſonis, eſſentiam indiuiſam ſuppoſitis diſtinctam, ſimul regnantem, omnia facientem, omnipotentem, perfectum Imperium, omnia denique continentem.

Pro B. Virgine. *Dei Genitrix quæ omnium es auxilium, refugium, & protectio, oſtende quæ ſumus te, quod pro omnibus qui ad te confugiunt, vales intercedere, ſicut è contra impios reijcis, tui filij potentiâ omnia ſiquidem potes, vt eius Mater.*

A Πῶς οὐ συνῆκας τυφλὲ πανάθλιε, ἐσκοτισμένε τὸν νοῦν, τὴν ὑπ' οὐρανὸν βλέπων κεκοσμημένην Χριστοῦ τῷ χαρακτῆρι, ἀλλὰ μόνος ἔχεις τὸ φρόνημα τῶν ἰουδαίων.

Σὺ παντελῶς καθελεῖν ἐνόμισας τῶν θείων ἐκκλησιῶν, τὴν σαρκολαμπῆ μόρφωσιν τοῦ κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων πάντων· ἀλλ' ἡ θεία χάρις, καθεῖλέ σου τὴν τυραννίδα.

Τὰ ἱερὰ τῶν ἁγίων λείψανα, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν, Λήξιξ ὁ δεινὸς, ἅμα τῷ Ἰωάννῃ, οὐδ' ὅλως προσκυνεῖσθαι, ἔφασκον ἀθέμως, οἱ ἀρνηταὶ τῆς εὐσεβείας. Θ

B Παντουργικὴν θεαρχίαν σέβοντες, ἐν χαρακτῆρσι τρισὶ, πάντες εὐσεβῶς, ἄναρχον τὸν πατέρα, συνάναρχον τὸν λόγον, πνεῦμα συνεκλάμπτον δοξάσωμεν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θ'.

Χριστιανῶν ἡ βεβαία γέφυρα, τὸ καύχημα τῶν πιστῶν, καὶ καταφυγή· δέσποινα θεοτόκε, αὐτὴ ὑπάρχεις μόνη, πάντας βοηθοῦσα, καὶ σώζουσα ἐκ τῶν κινδύνων.

Ὠδὴ ι'.

Τὰ ἔθνη κροτήσατε, χοροὶ πατέρων συνδράμετε, οἱ ἀσκηταὶ δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι συνέλθετε, ἥκετε οἱ διωχθέντες πάλαι, ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ δυσσε-
C βοῦς Ἰωάννου· στηλιτεύσατε τὰς μαγείας καὶ μαντεύματα.

Εὐφραίνου ἡ ἔρημος καὶ οἰκουμένη ἅπασα, τὰ ὄρη πάντα γλυκασμὸν σταλάξατε, βουνοὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι Χριστὸς, ὁ λόγος, εἰρήνην δέδωκε τοῖς ἐν γῇ, καὶ ταῖς θείαις ἐκκλησίαις τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως.

Θεὸς ἐκδικήσεων νῦν ἐπαρρησιάσατο, Χριστὸς ἐπέστη, ἐνισχύων σήμερον τοὺς θείους διδασκάλους, ἐν παρρησίᾳ λέγειν, τὴν συγκατάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν σάρκωσιν βεβαίως ἐν εἰκόνι περιγράφεσθαι.

Μακρόθυμε κύριε ὡς θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, τίς ἐξαριθμήσει τὴν φιλανθρωπίαν σου; πῶς βλέπων
D κτεινομένους διὰ τὴν σὴν εἰκόνα, τοὺς ἱερεῖς σου καὶ ἀσκητὰς, οὐ κατέφλεξας τοὺς πλάνους, ἀλλ' ἠνέσχου ὑβριζόμενος.

Ὁ πήξας ἀσάλευτον τὴν ἐκκλησίαν κύριε, καὶ πύλαι ᾅδου ταύτης οὐ κατισχύουσιν, αὐτὸς τὴν εἰρήνην σου, παράσχου τῷ λαῷ σου, ἵνα σε πάντες εἰλικρινῶς, ἐν μιᾷ δοξολογίᾳ προσκυνῶμεν καὶ δοξάζωμεν.

Ἀνάθεμα ἔστωσαν οἱ μὴ τιμῶντες δέσποτα, τὸν χαρακτῆρα τῆς σῆς σωματώσεως, πρὸ πάντων Ἰωάννῃ, ἅμα σὺν Ἀντωνίῳ, καὶ Θεοδώρῳ τῷ δυσσεβεῖ, Θεοδότῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, τοῖς ἀλάστορσι τῆς πίστεως.

E Ὁ δοὺς τὴν εἰρήνην σου τοῖς ἀποστόλοις δέσποτα, καὶ νῦν παράσχου τὴν γαλήνην ἅπασι, συνάγων τῇ χειρί σου, τοὺς διεσκορπισμένους· καὶ ὥσπερ πρόβατα λογικὰ, συναρίθμησον τῇ μάνδρᾳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας σου. Θ

Δοξάζω θεότητα πατρὸς υἱοῦ καὶ πνεύματος, τὴν μίαν φύσιν τρισὶν ὑποστάσεσι, οὐσίαν ἀμέριστον, διαιρετὴν προσώποις, ὁμοβασίλειον, παντουργὸν, παντοσθενῆ τελεταρχίαν, τὴν συνέχουσαν τὰ σύμπαντα. Θ'.

Ἡ πάντων βοήθεια, καὶ σκέπη καὶ ἀντίληψις, δεῖξον, ὅτι δύνασαι πρεσβεύειν ὑπὲρ πάντων εἰς σὲ καταφευγόντων, καὶ ἀπελαύνεις τοὺς δυσσεβεῖς τῇ δυνάμει τοῦ υἱοῦ σου, ὡς γὰρ μήτηρ πάντα δύνασαι.

Hæc-

Hactenus ſacer hymnus, dulce poſt lachrymas cãticum, & ſuauis poſt gemitus exultatio.

XXIX. Reliquum verò tantùm eſt, vt ſermonem illum in eadem Græcorum Eccleſia ex eo tempore recitari cœptum in matutino ante ſeptimam odam canonis ſancti Theophanis hic deſcribamus, quod ſummatim contineat narratam de Iconoclaſtis hiſtoriam, habeatque alia quæ deſiderantur in vulgatis hiſtoricis, ſcitu digna. Accepimus ipſum ex eodem ſacro Græcorum Triodio; quẽ hactenus Latinis incognitum, idem qui ſupra accuratus interpres Latinitati donauit, qui ſic ſe habet.

SERMO IN DIE ERECTIONIS SS. IMAGINUM.

Eadem die (Dominica videlicet prima Quadrageſimæ) ſancta Chriſti Eccleſia traditionem accepit, vt erectionem ſanctarum & venerabilium imaginum celebraret, quæ à Michaële & Theodora ſancta & beatiſſima Imperatrice, necnon à ſancto Methodio Patriarcha Conſtantinopolitano fuit inſtituta. Res autẽ ita ſe habuit: Cùm Leo Iſaurus ex humili & ſeruili vita ad Imperij faſces fuiſſet euectus, diuinâ ſcilicet permiſſione, tunc temporis ſanctus Germanus Eccleſiæ gubernacula dirigebat, quem ad ſe vocatum ita alloquitur Imperator: Videntur mihi, ô domine, ſanctæ imagines parum abeſſe ab idolis: præcipe igitur, vt quamprimum è medio tollantur: vel ſi vera Sanctorum effigies exiſtunt, in altioribus locis collocentur, ne frequenter illas venerantes, dum varijs peccatis diſtinemur, illas coinquinemus. Patriarcha vero, cùm rem adeò execrandam audiiſſet, Imperatorẽ pro viribus auertere conabatur, hæc adijciens: Caue quæſo te, hæc cogites, ô Imperator. Accepimus enim quemdam, qui talia aduerſus ſanctas imagines moliretur, rabie fuiſſe correptum, cui nomen Conon fuit. Ad hæc Imperator: Quin immo ego etiam, cùm puer eſſem, Conon appellabar. Cùm itaque Imperator Patriarcham ſibi minus aſſentiri cerneret, illum exulem pellit, & eius loco Anaſtaſium eadem quæ ipſe ſentientem, collocat, & ita aduerſus ſanctas imagines graue bellum audacter adoritur. Fama eſt etiam Hebræos hoc ſcelus illi principio ſuggeſſiſſe, cùm quibuſdam faſcinationibus illum ad Imperium euehendum prædixiſſent, quãdo cùm pauper eſſet, vnà cum ipſis inopem vitam agebat.

XXX. DIVERSUS STATUS CULTUS SS. IMAGINUM.

Sed cùm Leo male, vt par erat, vitam terminaſſet, eius catulus ipſo ferocior Conſtantinus cognomento Copronymus in Imperio ſucceſſor relinquitur, & multò maiore rabie aduerſus ſanctas imagines inceditur. Et quid opus eſt dicto, quot, & quanta impius ille mala peregerit? Verùm cum etiam ille longè turpius vitam finiſſet, eius filius ex Chazara Imperium occupat. Cùm autem etiam iſte male vitam exegiſſet, Irene & Conſtantinus Imperij ſucceſſores remanent, qui ſub Taraſio ſanctiſſimo Patriarcha ſeptimam Synodum congregant, & ita ſanctas imagines Chriſti Eccleſia iterum recipit. Iſti vero cùm Imperium depoſuiſſent, Nicephorus euehitur, deinde poſt eum Stauratius filius, poſt quem Michaël cognomento Rhancabeum, qui ſanctas venerati ſunt imagines. Michaëli verò ſerus ille Leo Armenius ſuccedit, qui à monacho quodam clauſo & parum pio, dolo corruptus, ſecundum aduerſus imagines bellum excitat; & iterum Dei Eccleſia ſuo decore exuta conſpicitur. Huic iterum Amorrhæus ſuccedit Michaël, & huius Theophilus filius, qui alios in perſequendis Sanctorũ imaginibus longè ſuperarunt.

XXXI. DE THEOPHILI MORBO ET POENITENTIA.

Hic igitur Theophilus multos ſanctorum Patrum pœnis & tormẽtis inauditis cùm afflixiſſet propter ſanctas imagines, iuſtitiæ nihilominus in primis ſtudioſiſſimus fuit: vt cùm aliquando, ſi quis eſſet in vrbe, qui alteri moleſtiam afferret, ſciſcitaretur, nullus, vt aiunt, multis diebus fuit inuentus. Cùm autem duodecim regnaſſet annis, & dyſenteriæ morbo correptus, è viuis excedere deberet, os ſuum ſupra modum aperuit, ita vt etiam interiora ipſa intueri liceret. Auguſta verò Theodora maximo propterea dolore afflicta, vix ad ſomnum conuertitur, & viſionem intuetur huiuſmodi. Immaculatam ſcilicet Dei Genitricem infantem ante omnia ſæcula genitum vlnis geſtantem, & Angelis lucidiſſimis circumſeptam, Theophilum autem eius coniugem ab ipſis flagris & contumelijs affectum. Cùm igitur ſomnus ipſam dimiſiſſet, & Theophilus parum reſpiraſſet, vehementer exclamauit: Hei mihi miſero, qui propter ſanctas imagines percutior! Quàre audità, Imperatrix quãprimum Dei Genitricis imaginem ſuper ipſum collocat, illam multis cum lachrymis deprecans. Theophilus verò licet ita ſe haberet, cùm vidiſſet adſtantiũ quemdam imaginem paruam collo alligatam geſtantem, illam arreptam oſculabatur, & venerabatur. Quapropter continuò illud os, quod anteà aduerſus imagines rugiebat, & guttur, quod ita turpe apertum cernebatur, ad priorẽ ſtatum conuerſum eſt, & à frequenti illa anguſtia & moleſtia requieuit, & obdormiuit, cum antea apertè confeſſus eſſet bonum eſſe ſanctas imagines honorari, & venerari; cum itemq; Imperatrix è ſuis arculis venerandas & ſanctas imagines eduxiſſet, toto pectore nitebatur Theophilũ adducere, vt illas veneraretur.

XXXII. THEODORA AUGUSTA LABORAT PRO CULTU SS. IMAGINUM

Paulò tamen pòſt tempore Theophilus excedit è vita, & Theodora reuocatis illis omnibus, qui in exilio & carceribus detinebantur, vt libere agerent illis præcepit. Quin etiam Ioannes è Patriarchali throno deturbatur, qui Ioannes & Mantiarcha, necnon Dæmoniarcha potius quam Patriarcha eſſet dicendus. At Chriſti Confeſſor Methodius ipſam Patriarchalem ſedem aſſumpſit, multa antea paſſus, & in ſepulchro in vinculis vitam agens.

LEGATIO SS. MONACHORUM.

His ita ſe habentibus res quædam diuinitus apparet contigiſſe Ioannicio illi magno, dum in Olympo monte vitam monaſticam exercebat. Magnus enim ille Arſacius aſceta ad ipſum accedens, hæc ait: Deus me ad te miſit, vt quamprimum ad venerabiliſſimum virum Eſaiam cognomento Incluſum Nicomediam accedentes, ab ipſo diſcamus quæ Deo ſint placita, & eius ſanctæ Eccleſiæ congrua. Quapropter cùm ad venerabiliſſimum Eſaiam accederẽt, hæc audiunt ab ipſo. Hæc dicit Dominus: Ecce peruenit finis inimicorum meæ imaginis: vos igitur ad Imperatricem Theodoram, necnon ad Patriarcham Methodium properantes, hæc illis annuntiate: Procul abite præcipe omnes profanos homines, & ita cùm Angelis ſacrificium mihi offer, imagini meæ, & Crucis effigiem veneratus. Hæc cùm illi audiſſent, quamprimum ſe Conſtantinopolim conferunt, & hæc omnia Methodio Patriarchæ, & omnibus electis Dei annuntiant: hi verò congregati ad Imperatricem accedunt, & ipſam in omnibus obſequentem inueniunt (ab incunabulis enim fuerat pia, & Deum timens,) quamprimùm propterea Imperatrix Deiparæ imaginem, quam è collo pendentem geſtabat, extrahens coram omnibus illam venerabatur, hæc inquiens: Si quis has imagines non adorat, & veneratur, relatiue quidem, & habitudine quadam, non latrice, non vt deos, ſed tamquam imagines archetyporum, propter reuerentiam ipſorum, ſit illi anathema. His verò magno repleti ſunt gaudio. Imperatrix propterea illos enixe orat, vt pro Theophilo viro ſuo preces Deo effundant, qui cõſpectâ illius fide, licet inuiti, perſuadentur tamen.

AUGUSTÆ CONFESSIO.

XXXIII. SACER CONVENTUS CONFESSORUM PRO THEOPHILO ORAT.

Quapropter S. Methodius congregato vniuerſo populo, necnon & clero, & Epiſcopis omnibus in magna Dei Eccleſia illuc aduenit; inter quos erant illuſtres illi viri, qui ex Olympo venerant, magnus videlicet Ioannicius, & Arſacius, & Naucratius, diſcipuli Theodori Studitæ, & Theophanes ille ex magno agro, & Theodorus, qui litteris in facie ſcripti fuerant & Dei Confeſſores extiterant; Michaël etiam Hagiopolita & Syncellus, & alij plurimi, qui totam noctem pro Theophilo Deum exorant, omnes quidem cum lachrymis & frequenti oratione Deum laudantes idq; per totam primam hebdomadam Quadrageſimæ peragebatur. Quin & ipſa Imperatrix Theodora hac

eadem cum mulieribus, & reliquo populo faciendum curabat. Quæ dum ità ſe haberent, Theodora Imperatrix diluculo ſextæ feriæ ſomno detenta, ſibi videbatur apud Columnam, quæ dicitur Crucis, reperiri, & quoſdam illac magno cum ſtrepitu præterire, diuerſa tormẽtorum genera ſecum ferentes, in quorum medio vinctus agebatur Imperator Theophilus, manib. retrò reuinctis, quem cùm agnouiſſet Imperatrix conſequebatur & ipſa illos, qui eum ducebant. cùm autem ad æneam portam perueniſſent, vidit virum quemdam aſpectu mirabilem, qui ante imaginem Chriſti ſedebat: ad hunc cùm Theophilum illi adduxiſſent, ſtiterũt eum. Quibus viſis Imperatrix, pedib. eius prouoluta pro Imperatore intercedebat; at ille dixit aperto ore: Magna eſt fides tua, ô mulier: ſcito igitur, quod propter tuas lacrymas, fidemq; tuam, necnon propter preces & interceſſiones ſeruorum meorum, & ſacerdotum, Theophilo viro tuo ignoſco. Deinde ait illis qui eum adducebant: Soluite ipſum, & tradite vxori ſuæ; quæ illo recepto, receſſit exultans, & gaudens, & continuo ſomnus illam dimiſit. Hæc quidem Theodora Imperatrix vidit in ſomnis.

THEODORÆ VISIO DE SALVTE THEOPHILI.

XXXIV. *Patriarcha verò Methodius, dum preces & orationes ab ipſo fiebant, recenti paginâ acceptâ, ſcripſit in ipſa omniũ hæreticorum Imperatorum nomina, inter quos & Theophilum collocauit, & hanc paginam ſub ſancto altari poſuit occultè, vt nullus animaduerteret. Feriâ verò ſextâ etiam ipſe Angelum quemdam terribilẽ conſpicit, qui magnam ingrediebatur Eccleſiam, & cùm illi appropinquaſſet, hæc aiunt dixiſſe: Exaudita eſt oratio tua, ô Epiſcope, & veniam obtinuit Imperator Theophilus; non ampliùs igitur pro eo Deo ſis moleſtus. Hic autem vt experiretur an vera eſſet viſio, ad altare accedens, acceptâ chartâ, eâq; apertâ inuenit (o Deum iudiciorũ) nomen Theophili omninò diuinitus deletum. Hæc cùm didiciſſet Imperatrix magno perfuſa eſt gaudio, & Patriarchæ ſignificat, vt vniuerſum congreget populum vnà cum venerandis Crucibus & ſanctis imaginibus, in magna Dei Eccleſia, vt illi ſanctarũ imaginum ornamentum reſtituatur, & nouum miraculum omnibus manifeſtetur.*

VISIO OSTENSA METHODIO DE THEOPHILO.

XXXV. *Cùm itaque omnes quà parum abeſt in Eccleſia eſſent congregati cum cereis accenſis, Imperatrix & vnà cum filio accedit, & factâ proceſſione cum ſanctis imaginibus, & ſacris & venerandis ſanctæ Crucis lignis, & ſacro & diuino Euangelio vſque ad eum locũ, quod Miliare nuncupatur, egreſſi ſunt, Domine miſerere, altâ voce clamantes, & ita rurſus ad Eccleſiam reuerſi, ſacram liturgiam confecerunt, erectis videlicet ſanctis & venerabilibus imaginibus à præfatis ſanctis viris celebrando, & omnia bona imprecando pijs omnibus & ijs, qui rectè de Catholica Fide ſentiunt, ſicut è contra impijs, & qui ſanctarum imaginum honorem reſpuunt, interdictis, & anathemate damnatis, quinimmò ex eo tempore ſtatuerunt illi ſancti Cõfeſſores, vt ſingulis annis hæc ſacra panegyris celebretur, vt nõ ampliùs in eamdem impietatem iterum impingamus. Tu verò Chriſte, qui es imago Patris immutabilis, precibus ſanctorum Confeſſorum tuorum miſerere nobis. Amen.* hactenus ſermo annis ſingulis, dictâ die, in Eccleſia recitari ſolitus, cui ſubiungimus alium eiuſdem argumẽti, eâdem pariter die ab Archiepiſcopo Tauromeniæ Theophane ad populum dictum, vt eius indicat titulus iſtis verbis.

SOLEMNITAS IN RESTITVTIONE SS. IMAGINVM.

XXXVI. *Homilia XXXVII. Theophanis Archiepiſcopi Tauromenia in Sicilia, de ſanctis imaginibus, in die feſto earum dicta.* Deprompta eſt ex Hoplotheca man. ſcr. Franciſci Turriani, qui Latinam fecit, niſi quod aliquot verba Græca hinc inde. & duas, treſve periodos intactas reliquerat; ſed perfecit qui vltima appoſuit manũ Sirmundus, eiuſdẽ Societatis Ieſu profeſſor.

Narrabimus vnde ortus & origo, ex qua itaque occaſione huius diei feſti agitatio. Quia per incarnationem Verbi Dei, & per prædicationem Apoſtolorum, cultus idolorum deletus erat, cùm hoſtis Eccleſiæ ferre non poſſet ſe eſſe victum, excitauit contra eam principes & duces hæreſum. His autem à ſanctis Patribus diuerſis Synodis damnatis & anathematizatis, aliud zizanium ſeminauit in Eccleſia inimicus, prætextu & ſpecie pietatis, ſuggerens idololatriam exiſtimari cultum imaginum. Reperit verò aptum inſtrumentum ad hoc Leonem Iſauricum; qui cùm eſſet anteà priuatus, & incidiſſet in magos Hebræos, docuerunt eum futurum eſſe Imperatorem Romanorum, ſi ipſis iuraſſet deleturũ ſe imagines templorum: quod cùm feciſſet, & non multò pòſt ad Imperium tyrannus aſcendiſſet, metuens ne in peccato periurij eſſet, properat vt promiſſum præſtet. Miſit in exilium Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſanctiſſimum, quia non conſenſit impio eius dogmati; deleuit omnes effigies & figuras Sanctorum ex templis, & pro eis iuſſit depingi beſtiarum imagines.

XXXVII. *Hoc ſcelesto mortuo, ſucceſſit in Imperio & in impietate filius eius Copronymus, vt aptè dici poſſit ſerpens ex dracone. Hic cùm multùm roboraſſet hæreſim, abijt ad illa diuina iudicia, relicto herede Leone filio Imperij & impietatis. Qui cùm aui ſui impietatem imitari quæſiſſet, ſtuduit vt eſſet eò feruentior. Cui cùm ſucceſſiſſent Conſtantinus & Irene, recuperauit Eccleſia ornamentum ſanctarum imaginũ. & à Synodo Oecumenica impietas eſt anathematizata. Pauci autem relicti ſunt, qui impietatem in animis abditam celauerunt. Tres Imperatores conſecuti ſunt poſt Irenem Orthodoxam, Nicephorus & Stauratius, & Rhangabensis Michael: & rurſus cœpta eſt hæreſis. Renouauit autem eam alia fera eiuſdem nominis cum primo Leo Armenius, indignus qui eſſet Imperator. Hic deceptus à quodam pſeudoabbate in domuncula clauſo, & in tenebris deceptionis inſtar noctuæ habitante, & hæreſim Iconomachorum profitente, deceptus inquam, niſi funditus imagines tolleret, amiſſurum eſſe cum Imperio vitam: obediuit impio conſilio, rurſumq; incendit hæreſis flammam, & miſit in exilium Nicephorum, quia non conſentiebat hæreſi. Octauo autem anno ſuæ tyrannidis occiſus eſt, & hæreſis floruit. Siquidem Michael maiores ſuos vt vinceret, ardentior fuit in impietate. Mortuus autem eſt & ipſe relicto Imperio filio Theophilo.*

XXXIIX. *Hic autem etſi iuſtitiæ erat, ſi quis alius, ſtudioſus & amator, fuit tamen paternæ impietatis ardens amator. Hic duxit vxorem Theodoram piam, quæ non erat particeps hæreſis, etſi diſſimulabat propter crudelitatẽ Imperatoris: habebatq; in arca incluſas imagines, quas occultè colebat & oſculabatur. Accidítq; aliquãdo hoc quod eſt ad narrãdum, & audiẽdum iucundum. Erat in Regia quidam morio, deformis homo & deſpicabilis ſpecie, qualem deſcribit Therſiten Homerus. Denderis, opinor, vocabatur. Hic cùm conſueuiſſet ingredi ſine vlla cautione ad conclauia regia, ingreſſus eſt in quoddam conclaue, vbi inuenit Theodorã tenentem in manibus imagines, eaſq; venerantem & deoſculantem. Hoc cùm ille Therſites Imperatori nuntiaſſet, is excandeſcens adit Theodoram, & eam acriter obiurgat famulam idolorum eam appellans, quæ mirâ prudentia & iram & ſuſpicionem Imperatoris depulit. Temerè, inquit, & importunè iraſceris, Imperator, frequenter enim me in ſpeculo ſpecto, vt caput ornem & componam capillum. Iſte autem improbus exiſtimauit ſe videre imagines, ſic declinauit ſuſpicionem Imperatoris. Hoc autem Imperatore mortuo, ſucceſſit filius eius Michael, habens Theodoram matrem Imperatricem. Hæc igitur congregauit cœtum Patrum, qui hæreſim anathematizauit; & Eccleſia imagines ſanctas, tamquam ornatum quemdam recuperauit, quæ antea videbatur tamquam ſponſa Regis illa lamentari, quæ ſcripta ſunt in Canticis canticorum: Percuſſerunt me*

& vul-

A & vulneraueriit me: abſtulerunt theriſtrum meum à me, qui cuſtodiebant ciuitatem Reges, & ſacerdotes qui debebant eſſe cuſtodes Fides. Sic igitur Eccleſia ad priorem gloriam reducta & renouata eſt.

XXXIX. *Hoc feſtum hodie agitamus duces impietatis anathematizantes, & ſacras imagines Saluatoris noſtri & Matris eius & omnium Sanctorum relatiuè adorantes, non illis, tamquam dijs adhærentes, nec coloribus expreſſas imagines cultu proſequentes, ſed earum honorem in imaginis, vt magnus ait Baſilius, prototypum referentes, atque ita per ſenſum ad pietatem magis manu ducimur. Videmus enim in ſacris imaginibus Dominum noſtrum ex Virgine mirabiliter natum, à Magis cùm muneribus adoratum, in vlnis ſenilibus Simeonis portatum, nudum in fluentis Iordanis* B *prophetica dextera baptizatum, operantem miracula ſolo verbo & motu voluntatis, ſuſcitantem mortuos, terrorem dæmonibus incutientem, ambulantem in mari tamquam ſuper pauimentum, in ſolitudine copioſum conuiuium præbentem, audaciam Iudæ, illud indicium impium in Chriſtum, crucifixionem, ſepulturam, reſurrectionem, aſcēſum in cælos. Hæc cùm depicta coloribus videmus, perſpicuè illa videre nos putamus: nouit enim pictura tamquam ſub aſpectum res ponere. Immò & honor imaginum* deſurſum nobis ab initio lege ſancitus eſt. Præcepit enim olim Deus Moyſi duos Cherubinos erigere ex vtraque parte tabernaculi: & ipſe Dominus noſter in ſindone ſpeciem ſine formā ſuam expreſſit ſine manu. & Abgaro toparchæ Edeſſæ miſit.* C *Nūquam verò hæc feciſſet, niſi imagines coli voluiſſet. Et illa Edeſſena ſanguinis fluxum paſſa, & à Domino ſanata, vt remuneraret tanti beneficij auctorem, ſtatuam ad ſimilitudinem Saluatoris erexit: cuius fidem approbans Dominus, voluit vt ex pedibus ſtatuæ herba naſceretur,* A *quæ omnem dolorem ſanaret. Immò & Lucas celebris Euangeliſta imaginem Dei Matris cera & coloribus depinxit, ſacris vlnis Dominum amplectentem, quæ in Megalopoli, id eſt, in magna ciuitate hactenus conſeruatur. Omnis igitur imago in nomine Domini aut Angelorum, aut Apoſtolorum, aut Prophetarum, aut Martyrum aut Iuſtorum facta, ſancta eſt. Eos enim qui pro Chriſto claruerunt, omnium generum honoribus proſequi conuenit. In hac firmiſſima & certa fide permanentes, fratres, emūdemus ſinguli ab omni vitio conſcientiam noſtram, ſinceram mutuo caritatem ſeruantes.* hucuſque in codice.

*ſuperne

XXXX. Erant iſta, anniuerſariâ die, repeti ſolita in Eccleſia illa ſacra ea omnia, de confutata, deuicta, penituſq; debellata Iconoclaſtiæ impietate, cum fideles B pro gratiarum actione ſolemnes conuenirent annis ſingulis agitarent, in memoriam reuocantes annuiſtum, & diem, quo Orientalis Eccleſia de ſuperata perfidia erexit victricia ſigna, nobilemq; duxit triumphum, atque digna trophæa fixit perpetuò permanſura. Sicque iam illa alieno [a] igne repleta thuribula anathematis in laminas ducta, & altari affixa, perenne ſeruant in Eccleſia Catholica Iconoclaſtarum ignominiæ monumentum, vnde ſua ſemper funera lugeant, deplorent damna, erubeſcāt infamiā; Eccleſia verò Catholica victrix exultans, ouanſq; decoram cum filijs ſuis choream ducat: Et præcinētibus illis triumphale carmen illud. C [b]*Surge, ſurge Debbora, ſurge, ſurge, & loquere canticum:* ipſa recinat cum Apoſtolis, dicens: [c] Deo autē gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū: [d] Cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

PERENNIS SOLEMNITAS DE SVPERATA HÆRESI.

[a] Num. 16.
[b] Iud. 5.
[c] 1. Cor. 15.
[d] 1 Pett. 4.



PERORATIO CVM GRATIARVM ACTIONE.

A*D optatum tandem finem poſt immenſos labores, Deo nobis fauente, opitulanteq; ſuis precibus Dei Genitrice Mariâ, perducto nono Annaliū tomo: ſine fine gratiarum actio perſeueret, non verbis tantùm, ſed factis. Etenim benè conſcij ſumus, quanta pro acceptis beneficijs Deus in veteri Teſtamento ſibi rependi mandarit, dum pro gratiarum actione eiuſmodi ſacrificium ſibi offerri præcepit:* [e]Si pro gratiarum actione, *inquit,* oblatio fuerit: offerent panes abſque fermento, conſperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamq; ſimilā, & collyridas olei admixtione cōſperſas, paneſq; fermētatos cum hoſtia gratiarum. *At nos longè impares ſumus, vt præſtare tot tantaq; poſſimus, quæ per ea myſticè deſignantur; cùm etiam maiora Chriſtus Redemptor noſter à fidelibus ſuis, ex aucto in immenſum beneficiorum pondere, multiplicato fœnore, iure exigat. Vbinam nobis puriſſimi illi azymi ſinceritatis abſq; veteri fermento quos commendat Apoſtolus* [f] *panes, cùm ex corrupta maſſa peccati noſtram quotidiè experiamur amarulentiam nobis ingratā? Et vbi olei copiam, quo aſperſa cuncta offerri præcepit, exhibēdi facultas?* Sum planè *(dicam cum Propheta* [g]*)* vir videns paupertatem meam, *egentior ipſe pauperrimâ illâ viduâ Sarephtanâ, quæ petenti dixit Eliæ:* D [h]Non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho *ditiſſimâ tamen fide, & opulentiſſimâ caritate:*

Vna nobis conſolatio, quod etiam fermentatos panes nō penitus reijcit Deus, ſed accipit, ſi (vt iubet) adijciatur hoſtia gratiarum, cadenda ipſa abſque redemptione ad ſacrificium conſummatum. Ecce victima, ſed vbi gladius, vbi ligna? Sacrificium pro peccato non poſtulaſti, factus ipſe hoſtia pro peccato. Sed quod vtique pro gratiarum actione petiſti: tunc dixi, & dicam ſemper: Ecce venio, teſtaturus tuā gratiā ſi liceret, multò meliùs ſanguine quam ſcriptis Catholicam veritatem: ſiquidem [i] *voce ſanguinis nulla potentior, quæ iugiter de terra clamans, auditur in cælo. At quod tanta præſtare, maximi muneris Dei eſt, vt optare potiùs quàm præſumere fas ſit: non negetur ſaltem illud intereà beneficium ad gratias perſoluēdas, vt eo modo quo monet Apoſtolus* [k]*, in gratiarum actionem viuens victima iugiter immoletur; nimirùm vt exhibeamus nos ipſos hoſtiam viuentem, ſanctā, Deo placentem, rationabile obſequium noſtrum ipſi bonorum omnium largitori, cui honor, virtus & gloria & gratiarū actio nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

[e] Leuit. 7.
[f] 1. Cor. 5.
[g] Thren. 3.
[h] 3. Reg. 17.
[i] Gen. 4.
[k] Rom. 12.

Annalium Tomi Noni Finis.

Digitized by Google

INDEX IN TOMVM NONVM ANNALIVM ECCLESIASTICORVM IN QVO PRIOR NVMERVS ANNVM CHRISTI; Poſterior autem numerum marginalem denotat.

A.

Aron Rex Sarracenorum legationem ad Carolum Magnum cum muneribus mittit. 801.20. & 806.32. bellum Nicephoro Imp. mouet. 805.1. Nicephorum Imp. tributarium facit. ibid. Rhodum peſſumdat. 807.1. Myram Lyciæ ciuitatem inuadit. ibid. arcam ſancti Nicolai diſtruit, & conterit. ibid. pœnas dat impietatis. ibid. moritur. 808.33

Aaronis filij bello ciuili inter ſe pro Regno certant. ibid.

Abbates Germani regulam S. Benedicti recipiunt. 743.1

Abbates iuxta monaſteriorum regulas viuere tenentur. 772.23

Abbates octuaginta Capitula ad regulares ſpectãtia cõſtituunt ſub Ludouico Imp. 817.7

Abbatum ſui monaſterij hiſtoriam deſcripſit. V. Beda. 731.15

Abbatum nomina qui Synodo Dingoluingana interfuerunt. 772.24

Abbatum nomina qui Caroli Magni teſtamento interfuerunt. 811.47

Abbatum cura in regulis pro omnibus ſuis cõſtituendis. 817.7

Abderrhamanus Maurorum Rex. 770.22

Abdicatio Theodoſij Imperatoris. 716.1

Abdicatio Germani Patriarchæ Conſt. 730.2

Abdicatio Michaelis Curopalata Imperatoris. 813.4

Abdicatio Ebbonis Rhemẽſis Epiſcopi. & quare. 835.1

Abdiramas Sarracenorum Rex Galliæ loca vaſtat. 725.9. à Carolo Martello cũ exercitu deletur. ibid.

Abgarus Edeſſæ Rex Chriſti imaginem linteo expreſſam habuit. 726.6. 814.17. fit rim mentio in Concil. Rom. ſub Steph. Papa IV. 769.9. ad Chriſtum ſcribit. 817.23. à Chriſto litteras accipit. 809.17

S. Abbachyro Oratorium à Zacharia Papa conſtructum. 752.5

Abidos incendio maris infeſtatur. 726.9

Abodriti à Ludouico Imp. deficiunt. 817.15. ipſorum motus à Ludouico Imp. comprimuntur. ibid.

Aborigines cõtra Leonem Iſauricum pro Gregorio P. p. arma ſumunt. 726.37

Abſolutio plenaria Ludouici Imp. 835.2

Acclamatio Epiſcoporum ad Reccaredum Hiſpaniæ Regem. 738.9

Acclamatio populi nefanda. 754.31

Acclamatio populi Conſtantinopolit. ad Leonem IV. Imp. cum filium Imp. coronaret, qualis. 776.1

Acclamatio in Leonis Armeni ad Imperium electione. 813.4

Acclamatio populi in Valentini Papæ creatione. 827.27

Acclamationes dum Nicephorus Tyrannus Imperium inuaderet. 802.2

Acclamationes ad Michaelem Curopal. Imperatorem. 811.11

Acclamationes feſtiuæ Ludouico Imperat. datæ. 830.8

Accuſatio Sereni Epiſcopi apud Pontificem. 729.2.

Accuſatio S. Bonifacij in Athebaldum Regem Anglorum. 745.7

Accuſatio de Theophane Iſacio ad Leonem Imp. 777.2

Accuſatio Ioſephi in Theodorum Studitam. 815.18

Accuſati pij liberantur. 767.21

Accuſator eluſus punitur. ibid.

Acerragium Pontificis Rom. ab Aiſtulpho traditur. 755.26

Acerum teſtimonij vocantur Annales Eccleſiaſtici. fol. 1

Achirao vicus. 821.30

Acta ſancti Corbiniani ab Ottone Friſingenſe ſcripta. 716.10

Acta Radbodi Regis Friſiæ à quo deſcripta. 719.11.

Acta S. Vulfranni à Iona monacho deſcripta. 720.2

Acta Vualtpurgis ſanctimonialis à Vuolſhardo monacho deſcripta. 725.12

Acta SS. Lioba & Vualtpurgis ſcriptis mandata. ibid.

Acta S. Stephani & ſociorum à Ioanne Damaſceno deſcripta. 726.4

Acta Synodi Rom. ſub Gregorio Papa II. ibid. 23. cum ſeq.

